UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disqvisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

urn:nbn:de:hbz:466:1-62472

Visual Library

M III
19
Th. 4796.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DISQVISITIONVM MAGICARVM LIBRI SEX,

QVIBVS CONTINETVR ACCVRATA CVRIOSARVM ARTIVM, ET VANARVM SVPERSTITIONUM confutatio, vtilis Theologis, Iurisconsultis, Medicis, Philologis.

Soc.tis Iesv Paderb. 1655.

AVCTORE

MARTINO DELRIO
SOCIETATIS IESV PRESBYTERO,
LL. LICENTIATO, ET THEOLOGIAE DOCTORE,
olim in Academia GRÆTZENSI, & SALMANTICENSI
publico sacræ Scripturæ Professore.

Prodit opus vltimis curis longe & auctius & castigatius.

Collegio Societ. IESV pro memoria reliquit Jodocus Wulff de Albrugge

Collegio S. J. Paderb.



MOGVNTIAE,
Sumptibus PETRI HENNINGII Bibliop. Colon.
ANNO M. DC. XXIV.
Cum gratia & priuileg. Cæsar. Maiestatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



DEPVLSIO, SEV EPISTOLA APOLOGETICA CONTRA CVIVSDAM SVGGESTIONEM.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. Congregationem Inquisitionis generalis Sacræ Fidei, Romæ.

NVNQVAM fuissem arbitratus has meas humiles miricas æmulationis flammis adflandas: factum tamen. Nam Fr Thomas Maluenda Dominicanus, in operis de Antichristo auctuario pagina 4. Additione ad pag. 319. col. 2. lin. 18 Vnum me delegit, cui vna (quod aiunt) manu panem porrigens, altera lapidem impingeret. In speciem laudat, reipsa conatur libro meo nigrum Theta appingere. Verba eius (viri & Domini Illustrissimi ac Reuerend.) sunt ista!

Fr. Thomas Maluenda verba.

Martinum Delrio, qui tribus integris tomis Magicarum Disquisitionum curiosissime & vberrime de tota in vniuersum Magia, eiusq; generibus post alios nuper disseruit. In quibus scriptis, & si multa insint scitu cam digna, tum vtilia ac quæ præsertim vsui magnopere esse possint ad locupletandam hanc nostram de Magiæ, ac etiam de miraculis Antichristi tractationem, at vellemus expendimus tutius religioni Christianæ esset, ne eiusmodi commentaria passim & promiscue manus omnium vulgo subirent, ne in multis parum pijs hominibus illex esse possint nouas & reprobatas curiositates perscrutandi ac experiundi, ne dum noxia vitare docentur, venenum potius quam antidotum bibant.] Hactenus ille, latus meum non ense stricto, sed dolone clanculum petens. præiuit aliis, qui postea eodem colore, omnem vim exeruerunt, vt Romæ ac Pinciæ, opus, tanto applausu à Catholicis, & fidei Quæsitoribus receptũ, prohiberetur. Hoc agũt, more suo, vt nihil in minima nostra Societate typis euulgetur, cui nõ genuinũ infigãt. Experti magni pietate & eruditione viri, Illus. Bellar. Maldonat. Molina, Suarez,

Depulsio.

Vasquius: quorum nullus ab hoc vrente vento transiit immunis. his accẽseri, licet mihi sit optandum: tamen quia meæ mihi tenuitatis cõscius sum, censuræ censuram hanc (si sic vocanda) minime negligendam.

Vt inde ordiar vbi ille desiit: humiliter oro, vt Sacrę fidei quæsitores, qua sunt iustitia, prudentia, pietate, ad quos harum litium decisio pertinet, sequentia perpendant.

Consideratio prima. Primum vnde hæc redargutio proficiscatur, & quis ille qui hunc metum prętexit: proficiscitur ab illius ordinis (licet Sancti) viris, qui se palam vt aduersarios, & impugnatores Societatis gerunt, vel clanculum ex insidijs arrodũt: & magno aisu per Hispaniam, Italiam, & alias orbis partes, inuidiam Societati excitare, & Patrum Societatis sententias atque scripta, per se, ac emissarios suos, mendaces historicos & alios denigrare moliuntur: curantes maximopere, vt vel libri prohibeantur, vel ad tempus lectio suspendatur, vel aliqua ignominiæ nota aspergãtur. Quamobrem contendo institutihuius homines, nec vt iudices, nec vt testes contra Societatis nostræ homines, vel Societatis scripta, vllo modo admittẽdos: sed pro accusatoribus & aduersarijs audiendos habendosque.

2 Secundo obseruandum ista Maluendæ verba non haberi in omnibus exẽplaribus, è quibus ipso consentiente sublata, mansisse in quibusdam tantum. Vnde colligitur ne ipsi quidem hoc constanter visum, sed re minus perpensa scriptum fuisse: vt sunt in eodem opere de Antichristo, contra Illustrissimos Baronij, Bellarminum, Patrem Pererium Riberã, & alios nostros multa satis aspere & Catoniane, ne quid dicam aliud, pronunciata. Sed esto sic illi visum: vnius iudicio ꝙ ego Principum, Quæsitorum, & Doctorum iudicia possum opponere?

3 Tertio aduertendum proponi nudum timorem, Zelo boni publici prætextũ, vt togam purpura, nec rationem addi, nisi possibile periculum hominum improborum: & tamen propter imaginarium istud periculum, implicite peti, ne sinatur liber iste manib. vulgi passim teri: licet in eo multa esse fateatur scribit digna & vtilia, præsertim exornando ipsius de Antichristo tractatui. Magna scilicet & Ecclesiæ cura necessaria, vt tractatus ille locupletetur, & aliorũ libri, vnde id fiat, supprimantur. Neque id tantum sed vt omnes eiusmodi commentarii eidem dãnationi subiiciantur. Nec aduertit, se quidẽ quia plus petit causa iure cadere: deinde viros ordinis sui laudatissimos in idem discrimen mecũ inuoluere. De magicis enim istis exstant passim libri editi: Sprengeri & Institoris malleus maleficarum: Nideri Formicarium & Præceptorium, Iaquerij Flagellum Fascinariorum: Vlrici Molitoris de Pythonicis Spiritibus, Siluestri Prieratis Admiranda Strigimagorum. Spinæi de Lamiis: Michaelis Pneumatologia: Victoriæ relectio de Magia, qui omnes ordinis D. Dominici fuerunt, pars Inquisitores fidei, pars Sacri palatij Magistri, quorum vestigijs ego insisti, præeuntes insecutus, ab his quæstiones, & earum argumenta, fundamenta, & narrationes multas desumpsi, vt suis locis appareat. Si foret vllum periculum in meis & similibus commentarijs, foret etiam in illis idem. Nec illi deberent vulgo passim permitti. quamquã mea sententia libri Latine & paulo prelsius ac terhus scripti, non sint dicendi vulgo scripti.

Ex hac

4. Ex hac nascitur consideratio quarta: posse multos non iniuria mirari cur ipsis hoc periculum nunc demum in mentem venerit, & non prius tot sui ordinis, & alijs hæc ex professo tractantibus? an forte quia de societate vnius eandem materiam vberius, & curiosius (vt fatetur,) certe laboriosius, & meliore methodo, quam illi paulo ante nominati, in lucem edens, visus sit luminibus officere? sane hæc libri, quinta tam paucis annis editio est; tam auide exemplaria emuntur. An offendit fortassis narratio quorundam exemplorum; quæ tamen omnia ex historijs probatis adducuntur, quarum ibi, vno excepto quod recentius, authores laudantur, vt verbi gratia, libro 2. quæstio. 10. littera D. de Marco Iesuate: libro 4. cap. 1. quæstione 3. Sect. 3. de Fr. Francisco de la Cruz, & Sectio. 4. littera I. de reuelationibus fictis contra immaculatam Deiparæ conceptionem: & sect. 6. lit. S. sub finem septimæ regulæ de Hieronymo Ferrariensi: demum lib. 6. cap. 2. sectio. 3. quæst. 3. in fine litteræ S. de visione Neapolitana & Salernitana. Si hæc alibi tuto leguntur, cur non & in meo libro? Dicent nec alibi expedire legi. Primum quæro, cur igitur non eandem in alios censuram tulerint? Deinde censeo, vtile esse Christianis, etiam lapsus religiosorum publicos redargui scriptis, tum quia conducit ad quorundam humiliationem, & ad aliorum cautelam, vt qui stant, videant ne cadant. Deinde cum vident hæretici nos ea non dissimulare, desinunt ea ingerere: & sane quo magis ista teguntur, hoc se clarius produnt, quo palliantur diligentius, fœdiora apparent: & (vt ait ille) iners malorum remedium ignorantia est. Ideo grauissimi & sapientissimi scriptores censuerunt eiusmodi exempla litteris, ad ostendendum Dei iustitiam & hominum fragilitatem, sibi monumentis Historiarum commẽdanda id placuit Sophronio, Cassiano, Petro Cluniacensi, Petro Damiani, Surio, Baronio, & ex ipso D Dominici instituto, Niderio Cantipratensi, S. Antonio, Leandro, Antonio Senensi, Ferdinando del Castillo, quorum libri merito laudantur leguntur, retinentur. Sed quia hoc aperte non culpant, ad id venio, quod exserte asserunt.

5. Inquiunt se metuere, ne parum pij venenum hauriant, vnde antidotum debuissent, & excitentur ad experientias illicitas, & discant quæ ignorabant. Si inomenti vllius ista ratio, tollantur de medio, Controuersiarum fidei libri, qui errores memorant, quos lector ignorabat. & scio id prætexuisse, cum Illustrissimi Bellarmini scriptis periculum intentabant, homines mente varia, non considerantes DD. Epiphanium, Augustinum, Theodoretum, Damascenum, cæteros Patres, nec recentiores sui ordinis Stlotanum, Bunderium, Sixtum Senensem, & Franciscani ordinis Alphonsi à Castro, Feuardentium, vt cæteros taceam. An nolunt hæreticorum calumnias stilo forari, & impie dicta refelli: Si id non nolunt, cum fascinarij, malefici, Lamiæ, negromantici, & similes Magi, hæretici, sint, cur illis scriptis solide reuinci non sinunt? Tollantur de medio, si ratio Maluendæ probatur, historiæ, & Annales Ecclesiastici, in his D. Antonius, Galisardus & alij Dominicani. Nam in eorum scriptis Ecclesiæ militantis næui, & maculæ, & schismatum causæ, & quibus se rationibus, qui à Petri sede deficiebant, tuerentur, & alia huiusmodi leguntur, quibus huius ætatis Schismatici, & hæretici ipsos & alios irretiunt. Tollantur ex manib. Christianorum Siluestri, Fumi,

Caietani, Victoriæ, Medinæ, Ledesmæ, Lopesij, Garciæ, vestorum tot luminæ, armilla, confessionalia, instructoria, & cæt. casuum conscientiæ, à quibus improbi & vitiosi homines illici possent, ad noua, & prius incognita flagitia *perserutandum & experiendum: atque ita, dum noxia vitare docentur, incauti venenum prius quam antidotum bibent.* Et tamen illa non contenti Latine scripsisse, etiam vulgari sermone Italico & Hispanico typis mandastis, quod certe est, velle vt passim & promiscue tales commentarij vulgi manus subeant. Vno verbo dicam, panem, vinum, ignem, noctem, solem de medio tollas necesse est, si voles tollere, quicquid abuti mali homines solent. nam creaturæ omnes insipientis laquei sunt. verè verum est illud Sulmonensis,

Nil prodest, quod non lædere possit idem.
Igne quid vtilius? Si quis tamen vrere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
Quæque iuuet monstrat, quæque sit herba nocens.

Idem à me fit opere toto, & ideo si recta mente legatur,

Constabit nulli posse nocere.

Quid? quod nec vllum reuera periculum in eo opere huiusmodi est, quale aduersarius formidat. Non est ratione ipsius materiæ, non ratione methodi. Tuum erat [si censor] indicare, qua in parte, periculum subesset, vnde scandalum verebaris: & non, more chirurgi imperiti pro varice totam tibiam excindere. Dicis me *post alios* hæc scripsisse. Non ergo *nouos* errores narro, qui non prius alibi lecti fuerunt. Tamen times, ne *noxias & reprobatas curiositates* ex meo libro hauriant. Si iam reprobati, cur reprobantibus relati, quod igitur hic nouum periculum times, cum eos accuratius & validius, quam priores illi, refellam? fateris: *curiosius & vberius* id me fecisse. Sed ego vtrumque abnuo, si velis significare singula me fusius persecutum. Sed fortassis illos alios non legisti, vel non aduertis, quæ alij sigillatim prolixe disputarunt, ea me compendio tradere, & integros sæpe libros ad vnam quæstionem redigere. Si vero scribis, me *vberrime & curiosissimè* ita tractasse, quia quæ alij sparsim & membratim docuerunt; illa vniuersa commodè in ordinem ex inordinato adduxi: non diffiteor id mihi propositum efficere, verum quid methodus & *οἰκονομία*, & apta atque opportuna series & dispositio dicendorum periculà addat non intelligo. neq; id cuiquam displicere potest, nisi qui reprehensori meo similis amet nihil methodice vel ordinate suis locis & momentis collocare. Si singula seorsim nulli apud alios discrimini fuerunt obnoxia; cur subito apud me cunctim & vniuersim sunt periculosa? nonne singulis remedia, & monita, & detestationes adiunxi?

7 Cæterum, quia non libuit, vel non potuit reprehensor explicare, quid in opere meo periculosum censeret; quod æquitas & caritas fieri ab eo postulabant: sufficienti partium enumeratione, licet Minerua crassiore, nunc ostendam, toto in libro nihil formidini eius suffragari. Sex libri sunt: *Primo*, generales quædam, & magnam partem philosophicæ, quæstiones sunt, quibus non plus periculi

subest,

subest, quam in Soti, Banesij, Aquarij, Pauli Veneti physicis quæstionibus, aut Victoriæ de Magia relectione. *Secundo* libro docetur damnatæ Magiæ effectus per se esse nulla, sed tota pendere à diuina promissione, & malorum genio in naturali potentia scientiaq;, & proinde disputatur, quid illi facere queant, quid nequeant? quæ materia tradita à D. Tho. in Quæstionibus, & à cæteris Scholasticis in tractatu de Angelis, à morum magistris in primi præcepti explicatione: singulis quæstionibus laudaui duces meos, etiã instituti D. Domini. Caietanum, Niderium, Ferrariensem, Siluestrum, Victoriam, cæteros. Nouæ hic quæstiones nullæ, nisi voces nouas quæst. 22. & 23. quarum effectus experientiæ nulli desiderium concitabunt. *Tertij* libri duæ sunt partes, prior agit de maleficijs, de quibus etiam Girlandus Sprenger, Siluester, & alij, quos ibidem cito, agunt de his summistæ omnes, agunt Theologi in materia de matrimonio, vt non negligenter, nec obiter Sotus, & vterque Ledesmus: maleficia hæc nihil admodum habent curiositatis, sceleris plurimum, & ne quis venenũ hauriat, fontẽ obstruxi nam modos prætermisi, scelus indicaui. Posterior pars de vana obseruatione agit, re confessarijs, omnibusq; fidelibus scitu necessaria, de qua scribunt Theologi in enarratione primi præcepti, & in tractatu de fide: hic exemplis adductis lucem attuli; vt arbitror, simul instruens iudices, & confessarios; & periculum cæterorum caute declinans. Nam vt illi possint iudicium ferre, proposui solum initium, & finem conceptarum formularum: vt istis ne quid noceret, vel esset quod imitentur, subtraxi media & maiorem vt plurimum formulæ partem, exceptis paucis Paganis & Gentilibus quibusdam planè ridiculis, quib. nec pueri credant, & qui nondum ære lauantur. Iam *Quartus* liber est de Prophetia, & de reuelationibus; de diuinatione & cõiectatione, de quibus quoranie me scripserint, ostendi in singulis; in his D. Tho. & Medina, postr. S. Isidor. & Rabanum. Si quod hic periculum foret, esset in tractatu de Diuinatione; sed non est, quia nudum continet artium illarum censum, & insectationem. Species enumero, modos non doceo, sed digitum intendo in nominis originem (v.g. fit per farinam; fit per peluim, fit per cribrum) solemnia verba prorsus subticeo; quæ, vt verum fatear ignoro. *Quintus* liber iudicialis est, praxim continet, & ordinem iudiciarium in hoc crimine seruandum, sine vlla curiositate, & vmbra periculi: suam timet vmbram, qui hic timet. *Sextus*, lucernam in hac caligine præfert Cõfessarijs; vt possint vulnera animę sortiariorum deprehendere, & his consulere & remedia vtilia applicare: quæ pars tota Ethica est. Adduntur remedia licita contra damna, quæ maleficijs illata: hic licita ab illicitis separantur, & ostenditur, quæ medici probent, & quæ Ecclesiasticus vsus receperit: quæ pars tota comparata ad comprobationem & defensionem sacramentorũ & cæremoniarum Catholicorum Ecclesiæ, aduersus nonnullos hæreticos, quorũ refutatione claudit̃. Videtis (viri Illustriss. & Reuerendiss.) quæ vestra prudentia est, nihil hic veri periculi subesse: vnde colligitur timorẽ illum inanem & prætẽsum videri posse.

8 Contra non vereor contendere multũ damni inferri Ecclesiæ, & Reip. si ob tam leues formidines boni & vtiles libri prohibeantur, in quib. sana quoad mores & fidem (vt de hoc libro sapientissim. & reuerendiss. Magister sacri Palatij testatus fuit) continetur. Nec vlla patitur iustitia plus valere aduersariorum gratiam,

aut po-

aut potentiam aut importunitatem, quam auctoris (vt modeſte & vere loquar) perſpectam fidei & morum integritatem; qui (Deo gloria) & à ſe, & à maioribus per omnia ſemper Catholicus, non in obſcuro, & vmbra verſatus, neque ad ſarcinas ſedit, ſed in ſole, acie, puluere multis annis, non ſegnem Eccleſiæ contra fidei hoſtes operam nauauit. Eodemne loco habendi, qui hæreſes impugnant, & qui ſpargunt, vt æqualis omnium libris infamiæ nota, ſuppreſſione, vel ſuſpenſione inuratur? Hæreſis ſortiariorum & ſtrigimagorum tota ferme Europa deplorandis incrementis quotidie gliſcit, quam lætum illis futurum ſi intelligant ipſorum maſtygem, à quo hactenus magno animo, & fide bona, fraudes ipſorum propalabantur, religioſum à religioſis impugnari? Magno errant cæteri hæretici Lutherani Caluinianique dedecus, & ſtigma iniuſtum hoſti ſuo: nam illis, quos ſemper impugnaui, ſum inuiſiſſimus. Et hi & illi gloriabantur, etiam Sacræ fidei quæſitorum iudicio, ſe ſuaque comprobari, ſe præualuiſſe, & veritate niti: nos calumniatores & Sycophãtas eſſe. Mentirentur illi quidem, vt mentiuntur aſſidue: ſed nimis multi ſunt, qui mentientibus fidem præberent: ita fieret, vt puſilli ſcandalum patiantur: & qui VVierum, & alios Lamiarum Patronos ineaute ſequuntur, alios paulatim in ſententiam, & ex ea in ſceleris ſocietatem pertrahant, & Satanæ regnum contra Chriſtum & Eccleſiam indirectè & pedetentim propagabitur, & ſtabilietur.

9 Sed hæc à me fiducia potius veri & conſcientiæ puritate dicta, quam vlla formidine, ne quid tale accidat. Noui ſapientiam, prudentiam, iuſtitiam, pietatem veſtram, Domini mei iam præiudicium tuliſtis, & huiuſmodi aduerſariorum metus, & conatus audiſtis, ſed minime illis aſſenſi fuiſtis. Pergite nocentes mulctare, innocetes protegere. his artibus vobis aſcenſiones diſponetis ad ſolium vſque ſolis iuſtitiæ, *vbi videbitur Deus Deorum in Sion*. Salmanticæ menſe Decembri, Anni cIↃ. IↃ. cvi.

SERENIS

SERENISSIMO PRINCIPI ERNESTO,

ARCHIEP. COLONIENSI, S. R. IMP. PER ITALIAM Archicancellario & principi electori: Episcopo Leodiensi, Administratori Monasterienſi, Hildeshiemenſi, Frisingenſi, & Stabulenſi: Comiti Palatino Rheni, Duci vtriusque Bauariæ, Angariæ, Westphaliæ, & Bullonen. Marchioni Francimontenſi: Comiti Lossenſi, Longienſi, Hornenſi, &c. Bonorum & literatorum Patrono.

MARTINVS DELRIO SOCIETATIS IESV PRESBYTER, SE SVAQVE L. M. D. D.

VNIVERSAE *Magiæ, quæ diuinæ humanæq; sapientiæ pars magis, vt abdita, sic erui digna: Disquisitiones, lucubrationem arduam & multiplicem* (Princeps Sereniſs.) *humiliter adfero. Equidem verebar docti Principis iudicium subire, sed, quia subeundum alicuius, cum elegi, qui posset iudicare. Non Tutelam magis, quam Censuram amo: natura & vsu doctus, à peritis doceri & moneri malle, quam ab imperitis suspici & laudari. Quod pauci Principes, ad ingenij acrimoniam, & iudicij præstantiam, multam lectionem, & eruditionem variam, & ad hanc, Secretorum Naturæ diuturnã experientiam, solerter prudenterq; adiunxisti. Qua diligentia consecutus es, vt intermissam à Regibus, tot iam sæculis, philosophandi consuetudinem, Regali dignam solio, reuocaris, & illorum laudatissimorum Principum, quorum, dum tempus erit & homines viuent, vigebit q; memoria, cum imitatione, laudis te participem feceris. Qui Regum olim potentissimi & sapientissimi, Magi vocabantur. Vulgari studium cæptum, & proinde cum nomine res vilescere: quia pro Sapientia superstitionem Malus ille suppositit. Pestis ista, propter adnatam hominibus sciendi cupidinem, breui se per orbem totum diffudit. sic falsa pro veris, noxia pro vtilibus, tartarea pro cælesti-*

bus ob-

bus obtinuere. Ita quod summæ necessitatis erat, paris sagacitatis, & industriæ operosissimæ factum, salua semente bona, venenatas herbas secernere, & euellere Vidi, & indolui, & multis probantibus, conatus sum morbo medicinam facere: nec formidaui me, Iesu ductore, hac etiam parte Satanæ furenti obijcere. Laboris specimen edo, & ferculorum quendam prægustum, de sex libris iam adfectis & conscriptis duos: quia per Nundinarum tempus imminens, & varias eorum sine quibus in lucem exire non poterant, dilationes plures non potui dare. Historiarum veterum & recentiorum varia condimenta adhibui, vt æui huius, qua bile, qua felle nauseanti stomacho, consulerem. Sed quis Apicius adeo diligens aut peritus, vt queat pro omnium palato? Si pro tuo (Princeps Sereniss.) quod probum & sanum est, fuerit: securus sinam cæterorum verba præterfluere. Nec diffido. Semper enim Virtus sibi comites Musas amat iungere: & scriptioni fauent, quorum scriptione gesta non indigna. Plus alijs nimio fuisset, vel Nobilitate, vel Pontificali dignitate, vel Principatu præstare; tibi hæc simul omnia parum visa. Non contentus Imperatorio & Regali genere; cui nullum se merito, siue antiquitate, siue splendore anteposuerit; quod alienæ magis, quam propriæ virtutis indicium esse scires: non Ecclesiasticis tot tiaris, quibus certe nulli nisi Pastorum Pastori secundus es; quæ possunt indignis contingere: non ditione latissima & copiosissima, quæ ad ocium alijs illecebræ foret, addidisti multa Bello fortiter & fæliciter gesta, & seditiones periculosas celerrime compressas, & inclyta Pacis decora, summa cum Eburonum cæterorum q. subditorum beneuolentia & gratulatione, qui sibi gaudent, seque Ernesto Principe fælices ducunt, & quot Nestori tribuuntur, tot annos, vel de suis ademptos, precantur Patriæ Patri. Præterea sic te totum Catholicæ fidei, & columnæ veritatis Ecclesiæ Romanæ commodis impendis, vt in illa Aquilonari plaga, Procubitor, Murus, & Specula delectus à Deo videaris. Quis enim feruentiore zelo, pro vera & prisca religione tot tam acres contentiones susceptit, & susceptas constantius sustinuit; quis industriosior hostium insidias deprehendere, & deprehensis obuiam ire, & consilia conatusq. impiorum disturbare? Demum, quod (mea quidem sententia) rari exempli est, & multis Principibus inuidendi, tot curis districtus: inuenis quod studijs Sapientiæ tempus impendas, cuius si quam horulam his meis legendis dare dignum duces, spero non vndecunque displicitura. Certe, quod ab ingenio me nequibunt, id saltem à Sapientis & Docti Principis Fælici Genio consequentur. Tum mihi merito iudicium meum probabitur, & Catonis illud verissimum deprehendam. Idem benefactum loco in quo ponas, nimium interesse. Nimirum quia, quod malis impensum, malefactum sit, id, bonis bono collatum animo, nequit nomen amittere, nec esse non gratissimum atque rarissimum.

LOVANII, VII. Id. Mart. clɔ. lɔ. Xcix.

IN R. V.

MARTINI DELRII DISQVISITIONES MAGICAS.

Iusti Lipsi Carmen.

CVius doctũ opus hoc? quod ima, summa
Penna permeat, & sagace mente
Sagas & Stygias striges reuelat?
Quod tu Thessala terra, vosq́ Colchi,
Infames male cantibus patrastis;
Quod Panes, Satyriq́, Dusiiq́,
Peccastis, genus improbum salaxque;
Totum hoc eruit, erutis medetur:
Sed quis? Delrius eruditione,
Idem religione, clarus. ergo
Hic pura & liquida omnia; hic venena
Nulla, quæ timeas opinionum.
Huic libro faueas, faue tibi ipse,
Atque istum lege, vt ima, summa noris.

IN EASDEM

PARODIA.

MAgia, quam libro hoc videtis obsidem,
Ait fuisse fraudium peculium,
Neque vllius medentis arte gloriam
Nequisse præualere, siue toxico
Opus foret necare, siue fascino.
Et hoc negat feraciora Thessali
Negare rura, noxiumq́ Caucasum.
Scythæq́ saxa, conscioq́ Colchicos,
Iberiam, tuumq́ Taure verticem:
Vbi ista, post Magia floruit prius
Agrestis herba, nam Promothei in tugo
Vapore sæpe tabido imbuit sata.
Zarate Mede lethiferq́ Dardane,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ait Magia; postuma ex origine;
Tua exijsse dicit è prosapia,
Tuo exaratse perfidas stylo notas;
Et inde tot per æmulæ dolos manus
Decus tulisse, læua siue dextera
Opus patraret, aut vtrumq́ mutuas
Suo dedisset impigre vices hero.
Neque vlla vota Noxialibus Deis
Sibi esse facta, cum veniret à viro
Nouissimo hoc ad vsque sæculum recens.
Sed hæc prius vere: nunc Apolline
Silet loquente, seque dedicat tibi
Apollo Delrie, atq́ Apollo Delrij.

HERIBERT. ROSWEIDVS S. I.

APPROBATIO SVPERIORVM.

EGo Oliuerius Manareus Societatis Iesu per Belgicam Vicepro-uincialis; pro concessa mihi à Reuerend. admod. Patre Claudio Aquaviua, Societatis eiusdem Præposito generali, potestate; concedo P. Martino Delrio Societatis nostræ Presbytero facultatem, edendi in vulgus: *Sex libros Magicarum Disquisitionum*: grauium & doctorum Theologorum iudicio approbatos: in cuius permissionis fidem, nomen meum huic breuiculo subscripsi. Datum Leodij, VI. mens. Iulij, Anni cIↃ. IↃ. XCVIII.

Oliuerius Manareus.

APPROBATIO CENSORIS.

DVos *istos priores Magicarum Disquisitionum libros à R.P. Martino Delrio Societatis Iesu Theologo conscriptos, quod multiplici variaque sint eruditione referti, nihilque contineant, quod Catholicæ fidei aduersetur, dignos iudico qui prælo mandentur*: *Datum Louanij.* 8. *Febr. Ann. Dom.* 1599.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus Apostolic. ac Regius librorum Censor.

FACVL-

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS PROVINCIAE RHENANAE SOCIETATIS IESV.

CVM sacræ Cæsareæ Maiestatis decreto omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis, ac alijs quācumq; librariam negotiationē exercentibus, seriò firmiterque inhibeatur, ne quisquam vllos libros à nostris Patribus hactenus editos, vel in posterum edendos, intra sacri Romani Imperij, regnorum & dominiorum suæ Cęsareæ Maiestatis hęreditariorum fines simili vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam, seu palam, citra iudicium ac testimonium supradictorum Patrum audeat vel præsumat: concedo ego Ioannes Copperus Societatis Iesu per Rheni Prouinciam Prouincialis, Petro Henningio Bibliopolę Colonienſi facultatem excudendi Disquisitionum magicarum, Libri sex R.P. Martini Delrij Societatis Iesu Theologi. In quorum fidem hoc ei testimoniū dare voluimus, Signatum VVormatiæ 8. Octobris Anno 1623.

IOANNES COPPERVS.

Continentur libris singg. seqq.

LIB. I. De Magia generatim, & de Naturali, Artificiali, & Præstigiatrice.

LIB. II. De Magia Dæmoniaca & eius efficacitate.

LIB. III. De Maleficio & vana obseruatione.

LIB. IV. De Prophetia, Diuinatione, & Coniectatione.

LIB. V. De Iudicis officio & ordine iudiciario in hoc crimine.

LIB. VI. De officio Confessarij, ac remedijs licitis & illicitis.

SVM-

SVMMARIA BREVIA

LIBRI I.



DÆmonum superbia, odium, & doli. A
Scriptionis occasio & difficultas. B
Auctoris consilium & institutum. C
Operis necessitas. D
Locus ad Ephes. 6. vers. 12. explicatus.
Hæretici Hispani duo Magi.
Pseudochristi, & Pseudoiohannes plures.
Hodie tot malefici propter defect. fidei. E B
Virginalis liber damnatus.
Hæretici plerumque simul malefici. F
Hæresis cur in maleficia soleat desinere. G
Geneuenses Striges.
Precatio Scriptoris.

LIB. I. DE MAGIA.

Cap. I. De superstitione & eius speciebus.

Pietatis cultores aliorum ab his futuri ex Sibyl. libris.
Etymologia superstitionis, secundum Isidorum, & locus eius explicatus. A C
Superstitio Christianis in malam partem sumitur. Lucas Act. 17. v. 22. explicat. B
Superstitio & religio differunt contra Epicuræos. Locus Cicer. emendat. & Alius Nonij. Lactantij dictũ discussum. Religio quid sit, quæ vitia illi cõtraria, quomodo sit excessus in religione? Superstitio falsi cult⁹. idẽ D. ꝙ idololatria, quæ duplex tacita, & expressa. Supstitio indebiti cultus. Locus 1. Paral. 16. v. 26. explicat. אליל. C

Cap. II. De magiæ definitione, diuisione, & Magorum varijs appellationibus. D

Magia in corpore quid. Dupliciter diuidi- A
tur ab efficiente causa, & à finali, ab illa B
in Naturalẽ, Artificiosã, & Dæmoniacã; ab hac in bonã & malã, malæ definitio, & quatuor species. Magia specialis. Diui- C
natio. Maleficiũ. Vana obseruãtia, quid. D
Magorum varia ex S. S. nomina, quid ob, Aouothlddeghoni, אוב, אוכות ידעני ventriloquus συρυκλῆς. E
חד חמם מבשפים בשת נחש קמם ענין חכד לחש.
Locus Exod. 22. v. 18. quid, ibi malefici? aulis 4. Reg. 9. v. 22. Iesabel malefica, Samaritis hoc malum affricuit. Samaritanus pro incantatore dici solitum. Locus Ioann. 8. v. 48. & 49. φαρμακεὺς quid significet LXX. interp. Græcorum nomina; ἐπαοιδὸς, μάντις, φαρμακεὺς, γόης. E
Latinorũ; Magi, venefici, Thessali, Chaldæi Augures, Arioli, Aruspices, Genethliaci, Lamiæ, Striges, Mascæ, Veratrices, Sortilegi, Sortiarij.

Cap. III. De Magia naturali, seu physica.

Persarum Magia duplex, naturalis & superstitiosa. Quod initiũ seu origo vtriusq; ? Sanheoritæ quales Magi fuerint. Magiæ naturalis definitio & exempla. A B C
Qualis Magia, Salomonis, Trium Regũ, & Apollonij. Magiæ naturalis diuisio.

Iudicium de scriptis, quæ in hoc genere edita, quæ licita, quæ illicita, &c.
- Guilhelm. Pari & Robertus Triezius, Picatrix, Agrippa, Anselm. Parmensis, Petrus de Abono. Cichus Esculanus: Alchindus, Geber, Roger, Bacon. Raimun. Lullus, Arnol. Villanouan. Poncetus & Ardoinus.
- Cardanus de subtilit. & Var. Ioan. Baptist. Portæ, & Anton. Misardi Magiæ naturalis. Alb. Magni libri quidam. Pomponat. de incantatio. Esculanus in Sphæram de Sacrobosco. Ioan. Franc. Pici Magica. Ioan. Bodini libri.

Q. I. Quid cœli aspectus & influxus ad Magicos effectus conferat:

Fundamentum magorum ab astrologia mutuatum; de imaginibus cœlestibus & earum sympathia cum inferioribus refutatum, responsum argumẽtis eorũ. Nugacitas detecta ex ipsorummet positionibus. Cælum & astra animæ expertia sunt. Regula ad intelligẽda varia SS. loca, quæ vidẽtur ijs animã tribuere. Iufluẽtiæ an vllę, & quales. Quid cæli & astra in hæc inferiora possint. De dieb⁹ criticis. A B C D E
Articulus de hac re Paris. confirmat. F

Q. II. An huiusmodi effectus magici miraculis similes oriri possint ex hominis naturali complexione?

An animæ humanæ res materiales omnes obediãt: & non. cont. Auicen & Pompo- A natium. Neque hoc prouenire ex tẽpera- B mẽto æqualitatis, cõtra quosdã medicos. Nullos nasci medicos vel fascinatores.

Q. III. Quanta qualisque sit vis imaginationis quo ad huiusmodi effectus?

Plurimũ potest in corpus propriũ. Noctambuli, & horũ causa. Exemplum mirabile. A Quæ ad hoc concurrere debeãt. Aliquid B aliquando in corpus prox. & dispositũ: D In corpus distãs aut dispositũ, nihil potest omnino contra mutos. Imaginatio nõ D potest aliũ loco mouere, sanare, vel fascinare, nec potest tẽpestates vel pluuias ciere. Calpurnij locus explicatus. Genes. 30. Locus. De varietate partus propter imaginationẽ vel ante conceptũ vel post. Varia exempla: Et an sufficiat alterius parentis imaginatio. Pauones albi quo pacto fiãt. D. Augustini locus.

Q. IV. An solo contactu, afflatu, visu, voce, osculo, vel nudi lintei applicatione vulnera vel morbi sanari, & alia huiusmodi mira perfici possint naturaliter?

Fundamentum eorum, qui affirmant. Sed A contra. Non esse hoc tribuendũ voci soli. De tauro cadente & erecto. De parentum execratione exempl. Westphalæ mulieris filium voce reddẽris immobilẽ. Nec et- B iam aspectus, nec cum imaginatione, id potest. Visio fit recipiẽdo nõ emittendo. Amor quomodo nascatur aspectu. itẽ lippitudo. infectio speculorũ per aspectũ mẽstruatæ. aspectus vetular. quomodo noceat pueris. Galgalus quomodo sanet ictericũ. Quo pacto lupi ingerãt raucedinem. Struthiocamelus & testudo an visu oua excludant. Leo cũr metuit gallinaceum. De Hispaniæ C *Zahauriz*, seu lynceis. Nec etiam conatus solus ad hoc sufficit. D

Explicantur variæ experientiæ, de torpedine icta. hyænæ vmbra, Serpente & querno folio, vel ibidis penna. vipera, & fagina virgula. vespertilione & folijs platani capra & eringio. aquilæ pennis. lepore marino. lupinis agninisque fidibus. E

De Echineide seu remora. vna fides alterius citharæ inuitum prouocat. De magnete & ferro, tauro ad ficum alligato. De puella napello enutrita. De cadauere sanguinante in præsentia occisoris. Locus Lucret, explica, fundamentum Pomponatij. Donum sanitatum est E donum Dei & gratia gratis data. de septima prole masculà, De Angliæ Regum chrismate Elizabetha an hoc donum habeat. Tooketi liber discussus: huc pertinent filij Parasceues in Belgio. De regibus Franc. & Ang. de *Pyrrho* rege. Quidam aliquando contactu F sanarunt. De salutatoribus Hispan. disputatũ. Nauarri locus explic. Veracruzij fundamenta discussa. Mendacia salutatorũ G & superstitiones. De Pici herba & simil. H Fundamentum Pompanatij euertitur. De gentilib. S. Pauli & curatione militari falso ascripta D. Aps. De duobus pueris Alb. Magni. De Psillis & Marsis Alchimi locus.

Cap. VI. De Magia artificiali.

Magia hæc quædam *diuinatoria*, quædam, A *operatrix*, Operatrix quædã *Mathematica*, quædam *Præstigiatrix*, Mathematica exẽpla varia & auctores. Os aeneũ Alb. Magni locutum non fuit, contra Guilhel. Paris. & alios. Præstigiatricis exempla plurima. B Virgo Colonensis, Triscilinus. Sadechias Iudæus, Eunus, Liodorus Cæsarij Maltesius, Quando illicitæ operatrix, & naturalis: frausæus.

Q. I. An vis charact. annulorum sigillo: & imagin. sit, qualem magi contendunt?

Opiniones varię. Imaginũ triplex genº, & A de singu. ve. De sigillis & characteribus. B Nullã his omnib. vim inesse. Si gilla Her C metisis, & Lud. Dulcis lib. notatº. Cai. & D & Pomp. fundamenta subruuntur. Figuræ an vis sit vlla formaliter, siue, qua figura.

Q. II. An numeris magicis vis vlla?

Quomodo Patres de numeris Philosopha- A ti. Pars abnutina defenditur. De anno climacterico & partu octimestri. De herba Pentaphylli, de granis heliotropij, de ligaturis, de pilulis inæquali numero datis, de numeris music. Quo sensu magi loquãtur de numero. C. Per. Greg. reprehensus. & Patres defensi. Fabij Paulini liber, de numero septenario. De vi musices Orphei fusissime disputatum, & Platonica deliria refutata, Macrobij locus. Magnes: Pãdaura, Androdamas. Automata Ferd. II. Archiducis. Speculorum infectio. Echo. Selenites, Theriaca. Marsilij Ficini regulæ notatæ, & Tarantulæ morsus & curatio.

Quæst. III. An verbis & incantationibus vis insit morbos sanandi, aut alia mirifica perficiendi?

Varij errores, & eorum fundamenta. Vera A
ſententia; explicatur & probatur. De po- B
culo Zelotypiæ Naturalis operatio quot
modis ſumatur fusè explicatũ & clarè Or-
do rerũ naturalis, miraculoſus, & præter-
naturalis, ſeu ſuperſtitioſus, quomodo
differant; itẽ artificialis ordo quod, quid, &
quantũ poſſit. Spondani error. C. Pompo-
natij futilia fundamẽta. Ferrerij, Pici & Pe-
tri Gregorij & Thuani dicta diſcuſſa. Stul-
ta magorũ D. Fundamẽta, Ananias incautè
quædã de hac re, Nulla cęleſtibus rebus cũ
verbis ſympathia. Nulla certis verbis vel
nominibus, quà talia ſunt, vis maior quàm
alijs. Nomina nõ ſunt vitæ participia, nec
radij rerum quas ſignificant. Quomodo E
Deus nomina rebus vocat Pſalm. 146. v. 4.
Quomodo quorundam nomina ſcripta in
cœlis, Luc. 10. v. 19. Nomina non ſignificãt
per influxum cœleſtem. Complexæ ora- F
tionis nõ eſt vis maior quàm incomplexæ
ſoluuntur argumenta Agrippæ. Circum-
ſtantiæ, quas addunt variæ & vanæ. G

Quæſt. IV. De amuletis & periaptu.

Romanorũ amuleta, præficiſcini, Græcorũ A
quoque & Iudæorũ Phylacteria. Chriſtia-
nis quę licita, & quę non Cruelus nota- B
tus. Quę vis horum. De Hiſpanico Gagate
pueris appendi ſolito. D. Baſi. Incertus,
Chryſoſt. & Hier. explicati. Alex. Magni
numiſmata ſuperſtitioſa Exempla S. Si- C
meonis Sali, & D. Antonini. Explicãtur c.
1. & 4. 26. q. 1. D. Leoni falsò inſcripta ora-
tio. Hęretici vſi his falſis periammatis Fal-
ſa in quibus vana angel. nomina, quæ ſcri-
ptura non nouit: & de his decretũ Concili-
Rom. ſub Zacharia contra Adelb. hæret. D

Cap. V. Ars aurifactoria, quam Alchimiam vocant, ad quam Magiæ ſpeciem ſit referenda?

Quæſt. I. An hac arte verum aurum conficiatur?

Sect. I. Quid ſit, & quando hæc ars inuenta? A
Alchimia nec Græcum, nec Arabicum, ſed
Hebræum vocabulum. Ægyptus nõ voca-
ta Chemia, ſed Cham, ſiue chammia, cõtra
Plutarchum. Alchimiæ deſcriptio, cur B
Sagirica dicta. Manilij locꝰ explicatus. C
Chymices laudes, explicata inſcriptio ve-
tus. Chryſopœiæ quæ origo & antiqui-
tas, refutãtur fabulę multę ſemiblaſphemę.
De Adamo, de Noe, de Moſe & ſorore eius
Mariã, de Salomone. De Pandoræ poculo,
vellere Colchico, de femore aureo Pytha-
goræ, de Grateuę ſacro terræ opere. Locꝰ E
Eſdr. 4. cap. 8. v. 2. fuit hæc ars ſub Caligulã. &
Diocletiano. Græci de ea ſcriptores Zozy-
mus & Nicephorus Blemmidas. Prędicu-
non primus Gebrus Arabs.

Sect. II. De efficacitate artis in auri produ- A
ctione Argumenta putantiũ non poſſe au-
rum verum, oſtenditur ea non probare. De
nominibus lapidis philoſophici, & de eiuſ-
dem materiã & modo conficiendi. De na- B
turã metallorum. Ea eſſe inanimata, nec
viuere. De metalli generatione. Paracelſi-
ſtarum locutiones improprię. Aurũ faci C
lius gigni ex metallo, quàm in terræ ve-
nis gignatur metallum. Auri cauſa efficiẽs De
ſanda racha, orichalco, ſtomomate. De me D
tallorum præcipuè auri materiã Duplex
materia remota & proxima: Ariſtoteleorũ
doctrina defenſa, de remotâ Chemyc. ſen
tentia explicata & defenſa, conciliataq; ie,
nempe de proximâ, quomodo reſolutio E
fiat in hæc princip. proxima. De artis & F
naturæ poteſtate ac vi. An metalli vnica ſit
ſpecies, aurum? Definitio metalli Diuerſi-
tas ſpecifica nõ bene probatur per definit.
generis. Poſſunt imperfecta & etiã mõſtra
de inferioribus ſuis prędicari. Poteſt inani
matorum ſpecie differẽtium materia pro
xima eſſe eadem, aliter atque aliter diſpoſi
ta. Cur citius aurum fiat per artem, quã G
per naturam. An gemmas ſic poſſit ve- H
ras producere. Agens principale hic eſt ſe-
men auri.

Sect. III. De eâdem efficacitate. Probabile A
eſt ſic aurum produci poſſe. Calor ignis ad
varia efficax, vt & natiuus. Variarũ trãs- B
formationum experientiæ. Ex cadauere
veſpæ & crabrones. Ex fimo ſcarabæi. Ex
baſilico ſcorpij. Ex auripigmẽto aurũ. Cy
ri fornicacibus educũtur ex ouis pulli Ga-
lena plumbi vena. Vermiculi mutantur in
muſcas Sal, bitumen, atramentum artificio
fiunt, nõ minus quàm natura. Triticum &
ſiligo mutatur in inuicem. Lolium cõma-
tatum in triticum. Calchitis migrat in Mi-
ſit. Ligna per aquam lapideſcunt. Fructus
arborum, & fruſtra nauium fiunt anates in
Scotia. Dæmones ſaltem norunt mo- C
dos tranſmutandi metalla.

Sect. IV. Aliqui verum aurum fecere.

Gallus quidam. Arnold. Villanouan. Ber. A
Treuiſ. Raim. Lullus. Anton. Taruiſin. D
Græculo tẽpore Anaſtaſij. Reſpondetur B
exempla impugnantibus. explicatum cap

ſpondent, de crimin. falſi, in extrau. Teſtimonia pauperum, vel ſociorum aut familiarium quæ admittenda. Nemo vltimum artis vlliusapicem conſequitur. A

Quæſt. II. An Chryſopœia habenda in numero artium ingenuarum, an mechanicis annumeranda?

Secundùm ſe eſt ingenua & pars Phyſices, A per accidens Mechanica. Qui Chymici ſint mechanici. Qui ſint philoſophi. B

Quæſt. III. Alchimia ad quam Magiæ ſpeciem pertineat?

Pertinere ad omnes oſtenditur. A

Exempla { Naturalis, Artificioſæ, B Dæmoniacæ C Et Deluſoriæ.

Quæſt. IV. Licita an illicita ſit Alchimia.

Iure communi non eſt prohibita, explicatur cap. Epiſcopi 26. quæſt. 5. & cap. ſpondent, de crim. falſi in extrauag. com. A

In foro conſcientiæ pauciſſimis eſt permiſſa propter circumſtantias varias. B D

Quomodo pecatur defectu finis, per auaritiã. Auro alchimico quo pacto liceat vti. C

Non ad commercia, nec medicinas: quando ad ornatum & vtenſilia. Nunquã admiſcẽdum monetæ ſtultum, hinc lucrum petere.

Peccatur etiam per curioſitatem, & quàm hoc ſit periculoſum. E

Quomodo peccetur ratione modorum, D ſiue mediorũ, ſi ex ſuperſtitione vel pacto. cum dæmone. Alchimiſtæ multi, Magi vel ſaltem ſuſpecti. Preſumptio Magiæ eſt cõtra Alchimiſtas & de facto ſit adhibitis ſuperſtitioſis, vergũt in maleficium philtrorũ vel venenorum. Peccatur etiam quãdo ſacræ ſcripturę verbis vel ſacris picturis abutuntur. Quomodo peccetur ratione E temporis, male impenſi, aut omiſſis alijs oportunis, ad quæ quis tenebatur.

Quomodo peccetur ratione perſonæ, quia F non ſatis diues, parui iudicij, aut ingenij. Gaudẽtes decipere, ſeu verſipelles Ineõtinentes, vt luxurioſi & iracũdi. Variabiles, incõſtantes, impatiẽtes, indocti & philoſophiæ imperiti, ſuperbi, curioſi, impij, iniuſti, non timentes Deum, nec proximum amantes, vel impuri.

Quomodo quiſque ſeipſum debet exami- G nare. Quomodo confeſſarius ſe debeat H gerere cum alchimico pœnitente. De opinione putantium poſſe hominem hac arte verum gigni.

Lex Angliæ deberet vbique promulgari I & ſeruari, vt non niſi Principis permiſſu hæc ars exerceatur à ſubditis.

Ars iſta facilius licita, imò ferè peculiaris K Principibus, aut valde opulentis. Opinio illa communis Iuriſtarum non excuſat à peccato in hac re, & quare. L

Quam vim vbique debeat obtinere dict. cap. ſpondent.

PROLOQVIVM
DE DIFFICVLTATE ET NECESSITATE HVIVS TRACTATIONIS.

Ordior arma, quibus, cœli super aurea templa,
Molitur solium supremo aquilone locare
Praua Dei soboles, patrio considere regno
Quæ vetita: atque imis Erebi detrusa sub antris,
Gliscit atrox odijs animisq; furentibus iras
Nutrit, nec damnis hominum exsaturata quiescit.

PRORSVS ita est. nullæ sunt induciæ, pax nulla: vbi nec odij, nec inuidiæ modus aut finis vllus. hostium Dei superbia ascendit semper, a augetur malitia, crudelitas inualescit. amat sibi tribula metere, dum nobis spinas serat: gaudet suas agere pœnas & supplicia propria exacerbare, dummodo in cruciatus æterni partem quamplurimos homines asciscat, & diuinæ huic illudens imagini, pretioso CHRISTI sanguine dealbatam decoloret, assertamq; in libertatem, prisline mancipet seruituti, & Cadmeia plane victoria perdat pereundo, perq; latus hostile in suamet ferrum viscera conuertat. Nihil sinit inausum, nihil intentatum relinquit. Videt animum imbecillem pauidumq;, circuit vt leo, ac vim intentat. nouit imperterritum, constantemq; vulpem induit, exuuium ponit leoninum Heu, quàm multi b partes vulpium sunt & fuere! quot luctator dolosus pellacijs & technis irretitos supplantauit? Mille nocendi artes habet, innumeris vtitur telis. præcipuum omni ætate deeadem pharetra fuit illicium, quam curiosarum, tam superstitiosarum artium, quàm multa, tam stulta dæmonum comenta mortalium animos dementantia, quæ cuncta Magiæ nomen ambitu suo comprehendit. De qua disceptare, futurum nescio difficultatis sit maiorù, an necessitatis. Etenim vbiq; locorum grassante præcantricum & maleficorum colluuie dirissima, medicinam facere necessarium, sed eandem facere inueterato & recrudescenti semper malo, difficile inprimis & laboriosum. Nam etsi fuere conati quàm plures, quid de Magicis scripsere: quæ tamen illi hac de re scripta mandarunt, vel quod fidei & moribus obnoxia, c vetitaq; lectionis, repellenda; vel quod perpauca & exilia, multiplicanda & augenda, vel quod obscurè, sine methodo & parum firmè tradita, luculentius & ordinatius proponenda, rationibusq; & auctoritate testium melius stabilienda fuere. Sanè, qui libras omnes artium superstitiosarum vnus sit scrutatus & euerit, neminem me egere memini. Scripsere Philosophi, Iurisconsulti, Theologi; sed suo quisque duntaxat instituto, vt cùm suæ scholæ sectaq; vtcunq; satisfecerit, cæterùm certè minus profuisse, minùs consuluisse videatur. Equidem debitorem me omnibus agnosco, & in his tribus facultatibus longo tempore versatum, si dicam, nec mentiar, quia verum dicam, nec gloriabor, quia profectum mihi non arrogo. culturam profiteor & operam, de fructu iudicium aliis permitto. Conatus aliquò progredi, & hoc opere commune tribus scientijs stadium ingredi quòd viderem trium communem, non minus peculiarem, huic fundum atq; hæreditatem. Quare (quod neglectum, vel minus

a Psal. 73. in fin.

b Psal. 61. in fin.

c Cornelij Agrippæ Petri de Abono, Picatricis Hisp. Anselmi Parmens. 2. Ioan. Bodini, Ioan Wieri. Georg. Gedelmani & sim. Item Trithemij Steganographi. & Peuceri Erasti, Danæi &c.

ab alijs animaduersum) superstitiosarum artium fundamenta diligenter inuestigaui, & exscitis humanæ diuinæq; sapientiæ neruosius quam prolixius subruenda suscepi: gnarus esse Christiani hominis fallacias has non ignorare, & spiritalia nequitiæ (vt ait Tertullian.) non quidem socia conscientia, sed inimica scientia nosse, nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractare, multiformem luem mentis humanæ totius erroris artificem, salutis pariter animæque vastatorem: *Nec in speciem adfinxi quidquam, quod refellerem. sed ex ipsorum vanitatis ac perfidiæ magistrorum arcanis & mysterijs, ipsa ab incunabilis crepundia deliriorum de libris obscurissimis deprompta, in lucem extuli: deinde in re, vt diffusissima, ita & minutissima, ad artem, rationemq; reuocanda, non minimum laboris posui, &, nisi fallor, non incommoda methodo digessi, vt huc illuc lacera & disiecta membra in vnum quasi corpus coalescerent: denique, vt à quouis facile intelligantur, plano & dilucido, quali vtimur in scholis, stylo, in lucem publicam typis mandaui. Quod vt facerem, licet bene multorum, qui flagitabant, desideria nonnihil excitarint, longe tamen fortius impulit lues quam obscœna, tam proserpens, veneficorum & incantatorum: quæ hoc nouissimo sæculo se per omnem in dies Europam longius ac latius diffundit. Vt iure quam optimo liceat ingerere auribus mentibusq; illud sonora & inuicta Ecclesiæ petra.* a Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret: *Nec non eandem in sententiam alia Gentium Apostoli,* b Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diabolj: quoniam non (*tantum*) est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem (*aduersus homines, qui carne constant & sanguine, ac proinde fragiles ac caduci, facile lassantur ac vincuntur*) sed (*præcipue*) aduersus principes & potestates (*videlicet*) aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus: *hoc est contra naturas non corporeas, sed spirituales, longe vt potentiores, sic & vafriores hominibus, & quarum habitatio non in luteu hisce domibus, sed in sublimi, & aeris regionibus. Reuera non cum anilibus deliramentis, aut idiotarum insomnijs, quod quidam dictitant depugnandum, sed cum ipsis damonibus, quorum ope, consilio magi vtuntur, quod ratio & experientia docet, nobis nunc manus conserenda. His se de tot animarum, quas subiecerunt, possessione deturbari, & ab illaqueandis alijs, quas spe deuorauerunt, ratione & iure, velut armata manu, depelli, tulerunt semper iniquo animo nunc eo ferunt molestius, quod, cum instante vltima die Lucifer soluendus, multo sitiunt auidius suam explere ingenij humanum crudelitatem. Si quis superiorij æui Annales non indiligenter euoluat, statim comperiet, nunquam tot, vbique prouinciarum examina maleficorum deprehensa, quot se hodierna die iudicibus, vel leuem aliquam quærendi curam adhibentibus, offerunt, & à non quærentibus etiam reperiuntur. Quid mirum, exundare perfidiam, vera fide exarescente? Sunt quidem alia quoque peccata mortalium, diuini huius flagelli caussa: sed pestilitatis partem maximam sibi vendicat, languor quidam & contemptus Catholicæ fidei. Fides enim vna maxime est virtus: qua cuncta diaboli consilia, studia, conatus, vires que omnes refringuntur. hanc horret, hanc refugit, cum hac metuit compulsare. Sapienter ideo B. Petrus eam rugienti, velut panopliam, vt obijciamus, admonet:* cui resistite (*inquiens*) fortes in fide. *Consentit inuictus athleta Paulus collegæ suo, quando spondet nos* in omnibus (*hoc est in primis & super omnia*) Scuto fidei omnia teli nequissimi ignea exstincturos. d *Confirmat experientia, siue prateriti, siue præsentis temporis, semper acrius & petulantius Tartareas acies hominibus insultasse, quotiescumque fidei diminutio vel deprauatio aliqua viguit. Ante salutarem Christi Domini aduentum idololatria totum pene orbem occupabat: nonne damonum vbiq; tum multitudo maxima passim in simulacris loquebatur, & cœtus hominum frequenter inuisebat, & in virorum fœminarumque specie conspiciendam se se præbebat? nato tandem Iesu, quibus*

a 1. Petr. 5 vers. 8
b ad Eph. 6. ver. 12.
c supr. c. 5
d d. cap. 16 vers. 15

locis

locis fides nondum annunciata: pestis eadem idololatriam comitatur, & venefi.is referta scatent omnia, vt locupletes sunt testes nostrorum sociorum de rebus Indicis epistola, & historiæ: quibus vero regionibus semel recepta Euangelij prædicatio refrixit, vel varijs errorũ maculis obsoleuit, vel ab hæresibus oppressa penitus elanguit, vt in Africa & Asia inter Mahumetanos: in Germania, Gallia, & Britannia inter hæreticos, in Italia & alijs locis inter Catholicos planè languidos, quos Politicos vocant: ijsdem quoque in locis Magica superstitio nimis inualuit. Sic agros olim tritici mirè feraces, cicuta, & aconitum, & alia venena teterrima contaminarunt. Hæresibus profectò vt vmbram corpori, sic Magicam spurcitiem ancillari, adeo manifestum est, vt proteruiæ sit negare. Præcipui olim hæretici etiam Magi fuere. ab his artibus Princeps hæreticorum cognomen adeptus fuit, Samaritanus ille Simon Magus. e *De Carpocrate, Menandro, Marco, Euphrate, Ophitis, Seuophianis eorumq; diagrammate de* f *Priscilliano,* g *& Berengario* h *fidem faciunt grauissimi & veracissimi scriptores. Vt enim, quæ de Simone Clemens fusissimè prodidit, prætermittam; quæ de hoc & successore simul, Iustinus Martyr eorum conterraneus tradidit, adscribamus* i *in hac sententiam:* Simonem, inquit quendam Samaritam ortum de Gitta oppido, qui sub Claudio Cæsare subnixus ope dæmonum, & fretus Magicis artibus, in hac vrbe Regia, Deus est habitus, & quasi Deus honoratus, statua posita in Tiberi inter duos pontes est, cum hoc Latino titulo, *SIMONI DEO SANCTO, &c. Deinde:* Menandrum etiam æquè Samaritam huius Simonis discipulum, instructum viribus dæmoniacis, & profectum Antiochiam, multos arte Magica decepisse cognouimus. *D. autem* Irenæus a de Marco *sic breuiter:* Marcus Magicæ imposturæ peritissimus, per quam & viros multos, & non paucas fœminas seducens, ad se conuertit, *&c. Mox,* Anaxilai enim ludicra, cum nequitia eorum qui dicuntur Magi, commiscens, per hæc virtutes perficere putatur apud eos, qui sensum non habent, & à mente sua excesserunt.] *quibus subiungit Irenæus nonnullas hæretici huius præstigias,* vinum album in rubrum mutare; non ipsum modò, sed & alios per ipsum, Paredri dæmonis opera vaticinari, *& huiusmodi alia. De discipulis Carpocratianis sic Epiphanius:* Magia apud ipsos (ait) excogitata est, incantationesque diuersas ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorem & ad illectamenta. Quin & Paredros dæmones sibi ipsis attrahunt, ad hoc, vt per multas præstigias in magna potestate, omnibus dominentur quibus velint, & vt vnusquisque quamcunque actionem aggredi audeat. Nimirum seipsos decipientes ad perfectionem occæcatæ mentis ipsorum.] *Priscillianum, qui Gnosticorum vesaniam in Hispanias intulit, Marci Aegyptij disciplinu (qui Magus fuit) imbutum, Seuerus scribit* gemino iudicio auditum conuictumque maleficij, nec diffidentem obscænis se studuisse doctrinis.] *D. Hieronymus,* b Priscillianum (*ait*) Zoroastris Magi studiosissimum & ex Mago Episcopum.] *idem Seuerus Sulpitius,* in vita S. Martini, *talem quendam memorat Anatolium. narrat etiam eodem tempore in Hispanijs quendam fuisse iuuenem, qui falsis fretus miraculis se primò Eliam, postea CHRISTVM esse sit professus, in quo etiam Rufo Episcopo sic illuserit, vt quasi Dominum adoraret: eodem tempore, in oriente quendam exstitisse, qui se Ioannẽ esse iactitaret. Magi & hi hæretici. Mahometus hæreticus fuit, sed & Magus* teste Zonara tom. 3. & Paulo Diacono lib. 18. hist. *Gallorum Historici tres nobis Pseudochristos hæreticos depingunt, & magicis præstigijs excelluisse addunt: nec mirum Antechristi anteambulones mirabilia simulasse. Vnus Bituricensis fuit, alter Burdegalensis, de vtroque legendus Gregor. Turonens.* de priore lib. 12. hist. de posteriore lib. 9. *Tertius Eun vocabatur, natione Britannus, de quo mirifica referunt Robertus* in Chronico, *& Guilhel. Neubrigiensis* lib. 1. rerum Britan. cap. 91. *Nec dissimilis in Hispaniæ diœcesi Conchensi fuit quidam Gondis-*

e Clemẽs Romanꝰ lib. 2. recognit f Iten. l. 1. c. 21. 24. Euseb. l. 2 Hist. c. l. 20. Epip. hær. 27 g Seuer. Sulpit in Sac. hist. lib. 2. h Nangia in Chron. i Apolo. 2 ad. l. 2. c. 8

b Epist. ad Cresiphõtem contra Pelag.

saluus tempore Innocentij VI. qui dæmone visibiliter apparente & docente librum dictauit, quem vocabat VIRGINALEM, in quo se Dei filium ab æterno genitum, immortalem, mundi conuersorem, & damnatorum omnium Saluatorem profitebatur: qui Nicol. Eymerico Barchinonas vna cum discipulo & scriptore libri Nicol. Calabro publice pœnæ perfidiæ dedit. vide Bernard. Luxemb. in Catal. litt. G. & litt. N. In Asia vero Sergius ille doctor hæresis Armenicæ, & institutor ieiunij Artziburtzi, de quo ex Damasceno Euthymius p. 2. Panopliæ tit. 20. huic Paredrus erat dæmon caninus comes, vt Agrippæ. Ad Berengarium quod attinet, Sacramentariorum Principem, Nangiaci historiam, qui volet, legat, liber ad manum mihi non est, vt verba præsentem. Et quid opus magna semper hæreticis cum magis commercia, vt notauit Tertullianus Præscriptione adu. hæret c & lib. de anima d priore loco hæc habet : Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quam plurimis, cum circulatoribus, cum Astrologis, cum Philosophis, curiositati scilicet deditis. Quærite, & inuenietis, vbique meminerunt. [*posteriore vero* Magiam *vocat* hæreticarum opinionum auctricem.] *Merito non enim confirmat modo hæreticorum deliria, sed & veteribus adiungit noua, nouasq; scholas aperit curiositatis. Legimus, post Sarracenicam per Hispanias illusionem, tantum inualuisse Magicam, vt cum litterarum bonarum omnium, summa ibi esset inopia & ignoratio solæ ferme dæmoniacæ artes palam Toleti, Hispali, & Salmaticæ docerentur. In hac quidem ciuitate, bonarum nunc artium matre, cum illic degerem, ostensa mihi fuit crypta profundissima gymnasij nefandi vestigium, quam virilis animi mulier Isabella Regina, Ferdinandi Catholici vxor, vix ante annos centum cementis saxisq; iusserat obturari. Inuaserunt prius Bohemiam Hussitæ, postea Germaniam Lutherani: illos quanta maleficorū vis fuerit subsecuta Sprengerus & Niderius, e hæreticæ prauitatis quæsitores, docuerunt: hi vero, quos Sagarum torrentes in Aquilonarem tractum infuderint norunt: qui hoc frigore Arctoo quasi gelati, me tu torpuerūt. vix enim illis in locis quidquam innocuum vel immune ab his sub humana specie feris, dicā nescio, an dæmonib. Plerique, qui ætate prouectiores nō in eculeo modo, sed post quæstiones quoq; Treuirensi in ditione, confitebantur iudicib. se hac labe primum imbutos, quo tempore tetrum illud, & Tartareum Lutheranismi fulcrum, ipse quoq; Magicæ nomine famosus, Albertus Brandeburgicus, prouinciam illam flamma ferroq; prædabundus vastabat. Quotquot Inalpinas regiones victimas Heluetijs incolunt, raras illic fœminas maleficij expertes, plerasq; crimine vno nobiles uorunt: nec alia verior aut promptior occurrit, causa quam quod, in hanc vsq; horam VValdensium reliquiæ nefaria, illic, vt in spelæis, occultatæ hæserunt. Nihil per Angliam, Scotiā, Frāciam, Belgium hanc pestem celerius & vberius propagauit, quam dira Caluinismi lues. Antea paucis in locis, de non multis & vilibus tantum incertus rumor spargebatur, nunc cum ipsa hæresi, vt cum febri furor plurimos passim & palam nobilitate, eruditione, diuitijs & dignitate claros inuasit. Sic Behemoth insaturabilis epoto iam pelago sperat,* quod Iordanis influet in os eius, a electoque pastus, *cibo ipsam Domini sortem deuastabit. Quid? quod Daneus Caluinianus minister strigum conuentum Genevæ ordinarium esse prope summam ædem, & in ea vi. be spacio trium mensium plusquam quingentas personas iudicum sententia morte punitas narrat?* lege Crespetum de odio Satanæ l. 1. discursu 15. *Causas autem mihi perquirenti, cur hæresim comitetur assidue Magica, commodum occurrere, quas meus quondam Doctor Io. Maldonatus Societatis Iesu Presbyter, vir doctus iuxta & sanctus, disertissime prodidit, cū de dæmonib. publice Lutetiæ Parisiorum profiteretur: ille causas commemorabat quinq;, his verbis:*

Prima *causa est, quod dæmones in hæreticis, vt olim in idolis, habeant domicilium. Recte enim solet Hieronymus dicere, diabolū cum idola, in quib. habitabat ante, disiecta vidisset, peiora idola in hæreticorū animis ex ipsis diuinis litteris fabricasse. Cassianus grauis & antiquus*

auctor

c cap. 43. cum seq. l. cap. 57.

in Malleo malef. & in Formicario.

a Iob. 40. v. 18. Habac. 1. v. 16.

auctor Coll.7.c.32. affirmat se dæmonem audiuisse confitentem, se per Arium & Eunomium impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. Quare necesse est, vt quemadmodum finito bello milites per omnes partes diffusi prædones fiunt, omnesque vias obsident: ita dæmones, inclinatis aut ablatis hæresibus, quæ ante vigebant, quasi euersis templis in quibus colebantur, nouas in altis hominibus sepes quærant. Solent enim dæmones, cum ex homine in quo erant egredi coguntur, facere: quod vt faciunt, qui obsidione fatigati, coguntur arcem tradere, quam tenebant. Petunt enim conditionis loco, vt sibi liceat se in alium locum recipere: quod exemplo illius legionis intelligimus, quæ à Christo petiuit, vt sineret se porcos occupare.

Secunda causa est quod omnis hæresis initio violenta est prorsus & vehemens: sed stare in eodem gradu non potest. quia, præterquam quod id diuina prouidentia non patitur, natura quoque ipsa ita se habet, vt non possit error diu veritatē imitari. Quare oēm hæresim necesse est, nisi ad eam religionem, vnde egressa est, mature reuertatur, aut in magicas artes, aut in extremā atheismi impietatem degenerare. Cum enim duæ sint potissimum causæ, quibus hæretici homines efficiantur: altera superbiæ lasciuientis ingenij, nihilq; credentis, nisi quod oculis cernat altera curiositas quædam intemperans & studium nouitatis: fit omnino necessario, vt qui superbia hæretici facti sunt, cum, quam primæ inuentionis ardore in ea secta, quam nimis subito amplexi lucem esse iudicabant: eodem ardore frigescente, tenebras esse comperiant, desperatione alibi inueniendæ veritatis, prorsus nihil credant: & quos in hæresim curiositas impulerat: cum ea quæ principio noua esse videbantur, paululum inueterauerint, eadem curiositate & ad ineundam cum dæmonibus familiaritatem, & ad discendas exercendasque dæmonum artes impellantur.

Tertia causa, quod ita videatur esse natura comparatum, vt quemadmodum famem pestilentia sequitur, ita, hæresim varia curiosarum artium genera sequantur. Nam & hæresis fames quædam esse verbi Dei. Amos.8. Etenim vt in annonæ caritate homines coguntur cibis vti non salutaribus, vnde fit, vt corruptis humoribus gignatur pestis: ita hæresi vigente, dum homines corruptis scripturæ sensibus vtuntur, ad Magicas tandem artes deueniunt, quæ quasi animi morbi sunt.

Quarta causa, quod soleant dæmones hæreticis vti ad fallendos homines, quasi formosis meretricibus. Nam hæresim in scriptura meretricem appellari manifestum est. Isa.1. Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis? Quare quemadmodum lenones, quando scorti forma defloruit, ex scorto lenam faciunt: ita dæmones, cum prima hæresis species ita perijt, vt minus homines in errorem pelliciantur: ex hæreticis, Magos faciunt.

Quinta causa est, vt opinor, negligentia eorum qui regunt Ecclesiam. Nam quemadmodum in incultis agris locustæ gigni solent: ita, ex inopia verbi Dei, gignuntur prauæ gloriosæ artes. Nā & locustæ in scriptura dæmones significāt Apoc.9. Itaq; videtur etiā in hoc tēpus conuenire, quod a.t Ioel c.1. Residuum erucæ comedit locusta, & residuū comedat locusta comedit bruchus. Nam quod hæretici reliquum fecerant, malefici dæmonum arte populantur, & quod malefici relinquunt athei perdunt.]Hæc non minus acute, quam vere Pater Maldonatus.

Atque vtinam non in oculos ea nobis incurrerent. Vidimus olim florentes Belgæ, Geusios Caluinismo, Lutheranismo, & Anabaptismo erucarum instar cuncta depascentes. Vidimus hos tres immūdos spiritus, de draconis ore, & de ore bestiæ, & ore Pseudoprophetæ exeuntes, a Videmus illis iam marscentibus, & ipsa tēporis diuturnitate ferme exspirantibus, varia locustarum sortiariarum examina totū Septentrionē depopulantia. Vidimus parte alia sic crescere numerū atheorum siue politicorum: vt, cū tam pauci supersint feruentes & veri Catholici, ipsa paucitate plane nulli queant videri. Hereticis illis, de SOCIETATE nostra multi se stre-

a Apoc. 16 v. 13.

uus

nue oppoſuerunt, & eorum rabiem præclare ſcriptis libris infregerunt. b *Atheos quoque Theologi & Philoſophi noſtri, non ſemel, hydræ lernææ inſtar repullulantibus capitibus, ignito veritatis gladio reſecantes profligarunt. Locuſtas haſce, quas illi præterniſere, vel obiter & leuiter tantum veritati cum illis fuere, nunc mihi ex profeſſo, diſputationis ventilabro diſpellendas, & veritatis caritatiſque, velut chalybeo ſpeculo, vſtulendas delegi, non virium vlla mearum fiducia, ſed ſupremi Numinis auxilio præſumpto. Illud enim, pro cuius honore & gloria hoc certamen ſuſcepi, ſuum vti ſpero pugilem non deſeret. Age, ô vera & æterna* SAPIENTIA, *cuius nomen perfidi Magi abnegarunt: tuua & tuere. Tu, ô* VIRGO SACRATISSIMA, *quam præcælitibus cunctis depreciant & deſpuunt: clientem tuum protege, & faue pugnanti. Tu, ô ſancte* MICHAEL *cum æthereis quibus præes legionibus, qui Luciferum cum ſocijs rebellionis, cælo deturbaſti, & in abyſſi profundum compuliſti, auxiliare in arenam deſcendenti. Voſque Superi omnes, Beatæ animæ, hanc infernorum ſpirituum tyrannidem reprimite, & à fratrum veſtrorum mentibus duriſſimam peſtem auertite, & ſæpe triumphatas furorum ac tetrorum cacodæmonum acies, vti ſoletis: cædite, ſternite, profligate. Veſtris fretus ſuggeſtionibus atq; ſuppetijs, quodque mihi lectoribuſque vertat bene; ſi prius de ſuperſtitione ipſa nonnulla ad ſequentium intelligentiam clariorem neceſſaria delibaro, rem aggrediar.*

b Turrianus, Bellarminus, Buzeus Caniſius, Coſterus, Tyreus, Valencia, Molina, Zuares, Fonſeca, Pererius, Vaſquius, Serarius, Poſſeuinus, Maldonatus, Gretſerus alij.



MARTINI DEL-RIO PRESBYTERI, SOCIETATIS IESV,

LIBER PRIMVS.

De MAGIA in genere, & de NATVRALI ac ARTIFICIOSA inspecie.

CAPVT I.

De Superstitione & eius speciebus.

ETymologiam nimis curiosè D. Isidorus *a* scrutatur his verbis: *superstitio dicta eo, quod sit superflua, aut superstatuta obseruatio. Alij dicunt, à senibus, quia multis annis superstites, per ætatem delirant, & errant superstitione quadam, nescientes quæ vetera colunt, aut quæ veterum ignari asciscunt. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium rerum, id est, cœlestium seu diuinarum quæ super nos stant: sed malè dicit.*) non malè si analogiam, sed si mentem spectes. Nam Epicureus poëta nullam Deo rerum humanarum curam esse censebat, & ideo supremi numinis timorem *superstitionem* vocabat, eo quod, quasi horribili aspectu, timor iste mortalibus superset & impendeat, alludit enim ad uersus illos Lucretij, *b*

A

Humana antè oculos fœdè cum vita iaceret
In terris oppressa graui sub religione.
Quæ caput à cœli regionibus ostendebat,
Horribili super aspectu mortalibus instans.

B

Nam Lucretio, vt & alijs gentibus, *religio* ponitur pro superstitione. Etymologia autem illa etiam Seruio placuit: cui, *c superstitio* est, *superstantium rerum (id est cœlestium & diuinarum, quæ super nos stant.) inanis & superfluus timor.* De senibus quod addit Antistes Hispalensis, non est eius commentum: sic enim Donatus, vel quisquis ille: *d superstites sunt senes velanus, quia ætate multis superstites iam delirant. Vnde & superstitiosi, qui Deos timent nimis, quod signum est deliramenti.*) Christianis scriptoribus nomen superstitionis in malum sumi solet, etiam in illo D. Pauli: *e Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos*

a lib. 8. Orig. c. 3.

b lib. 1.

c in VIII. Æneid.

d in Terē. Andr.

e Acto. 17 v. 22.

stitiosos vos esse video. Syriacè est, nimios in cultu dæmonum, Græcè δεισιδαιμονεστέρους, æquo superstitiosiores: eò scilicet, quòd vano dæmoniorum timore, lapides, ligna, spiritus, ignota quoque & ambigua numina, colerent. Quo sensu gentilium errorem Patres *Superstitionem* nuncupant, non *Religionem*: nisi additâ vanæ vel falsæ denotatione. Quòniam inter *Religionem* & *Superstitionem* multum interest. Synæsius rectè δυσδαιμονίαν ait vitium esse virtutis εὐσεβείας personæ circumdatum, ep. 67. *Non enim philosophi solum* (ait Cicero *f*) *verum etiam maiores nostri Religionem à superstitione separauerunt, nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt sui sibi liberi superstites essent, Superstitiosi sunt appellati, quod nomen patuit postea latiùs. Qui autem omnia, quæ ad cultum Dei pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo, tanquam à diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. Hu enum verbu omnibus inest, vis legendi eadem, quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso & religioso, alterum vitij nomen, alterum laudis.*]

f lib. 1. de nat Deor.

Adscripsi verba vt legenda censeo ex Lactantio *g* ex quo & D. Augustino *h* corrigendus Non. Marcellus eadem aliter referens: Nonius etiam vult *Superstitiosos* dici, *quod præ cultura deorum cætera superseant*, i. negligant: itidem & *religiosos quasi relinquosos* (sic membranæ) *quod cæteris relictis, solis sacrificijs deseruiant*, ridiculum comment. & Nonio dignum. Lactantius eruditè, quâ solet argumentorum vi & copiâ Ciceronis discrimen refellit, & concludit, *Religio veri cultus est, Superstitio falsi.*] hoc præclarè: non ita quod subdit: *Omnino quid colas interest, non quemadmodum colas, aut quid precere.*] parum id consideratè dictum. nam superstitio quoque nascitur, si quod oportet coli, Deum optimum Maximum, non vt oportet colas aut precere. Religioni duntaxat locus: Si qui vni ac vero Deo supplicat, ita quemadmodum oportet id faciant. Optimè enim Theologi nostri. *Religionem* definiunt virtutem, quâ Deo vero cultum verum ac debitum exhibemus, ideoque dictitat, duo illi vitia extrema repugnare: Vnum in defectu positum, quod cùm debito honori detrahat, *Irreligiositas* vocatur: alterum in excessu, quod non quidem verum cultum æquo maiorē exhibet: (quis enim, quantum par est, queat exhibere illi infinitæ bonitati, immensæquè maiestati?) sed ideò nimium. quia nec verum, nec bonū, sed superfluâ quadam circūstantia vitiatum: quæ, quòd perperàm & in Dei potiùs iniuriam, quàm honorem, materiæ debitæ adijcitur: ideo in excessu positum vitium vocant. *i* Cùm enim bonum idem sit quod perfectum, omnemque defectum siue vitium repellat: nihil etiam verum dici mereatur, niti quod idem sit bonum: perspicuè intelligitur, si mali quidpiam in cultu diuino reperiatur, verum cultum eum non esse, quare nec *Religionem* dici posse. Deinde cùm *Superstitio* omnis, nomine suo vitium in cultu inesse indicet, consequitur nullum cultum qui superstitiosus sit, verum cultum vocandum: atque adeò superstitionem omnē falsi cultus esse, vt Lactantius dixerat. Sed falsitas ista non vno tantū ex fonte, vt putabat, sed ex duobus oritur. Capitalis omninò est quem ille non ignorauit: si videlicet id pro Deo colatur, quod Deus non est: hūc nostri nominant. *Superstitionem falsi cultus*. alter minùs est deleterius, sæpe tamen lethalis, semper noxius, quē Firmianus per-

g l. 4. c. 28 *h* li. 14. de ciuit. Dei c. 30.

i vide Gregor. Valētiam. 22. disp. 6. q. 10. punct. primo.

pera

perâ videtur à superstitione excludere, si cui, qui debetur cultus, non quo debetur modo, exhibeatur: hunc vocant Theologi, *indebiti cultus superstitionem*, eò quod non, qualis debetur. Prior generali nomine solet *Idololatria vocari*, quia quidquid, cùm non sit Deus, vti Deus adoratur, idolũ nominatur, iuxta illud: [k] *Omnes Dij populorum, idola*, hoc est vanitas & inania, nihilquè minùs quàm quod volunt haberi. Nam vis ista est vocis Hebreæ ELIL. Posterior nomen suum retinet, nec propriũ. quod sciam, aliud habet: nec imposuit D. Augustinus, [l] contentus descripsisse, cùm de imaginarijs indebiti cultus signis ageret, his verbis: *quæ ad remediorum, aliarumque obseruationum curam pertinent: quæ non sunt diuinitus ad dilectionem Dei & proximi, tanquam publicè constituta: sed per priuatas appellationes rerum temporalium, corda dissipant miserorum.*] De hoc indebito cultu nulla nunc à nobis disputatio instituitur: de falsi tantùm cultus superstitione differendum; cumque ea duas species complectatur. *Expressam idololatriam*, quando cultus Deo debitus clarè & disertè trãsfertur in creaturam: cùm Iudæi vitulum, Ægyptij Anubim, Romani Quirinum coluere, & *tacitam*, siue vt alij vocant *Implicitam*: illam quoque priorem nunc missam facimus, cõtenti, quę ad posteriorem pertinent, & sunt obscuriora: pro modulo nostro elucidare. Tacita idololatria est omnis magia prohibita, vt suo loco ostendemus.

k Paral. 16 vers. 26.

אלילי

l lib. 2. de doct. Christi a. c. 23.

CAPVT II.

De Magia, eiusq; diuisione, & Magorum varijs nominibus.

MAgiam vniuersim sumptam definio terminis latissimis, *vt sit ars seu facultas, vi creata, & non supernaturali, quædam mira & insolita efficiens; quorum ratio sensum & communem hominum captum superat.* Vsus sum terminis latissimis, quia video viros magnos, Fr. Victoriam a secutos, dum pomeria circumdant strictiora, artificiosam & naturalem excluisse. *Artem* dixi, seu *Facultatem*, pro quauis cognitione & operatione, apodicticâ, topicâ scientiam gignente vel non gignente, mechanica vel liberali, artificiosâ vel artis experte, verâ vel circulatoriâ, superstitiosâ; vel vitij experte. *Efficiendi* vocabulum pro omnis mentis, animi, sensus, aut membrorum functione posui. *Vim* intelligo, siue rei adhibitæ, siue personæ adhibentis, hominis nempe, vel dæmonis. *Creatam & non supernaturalem* nominaui, vt excluderem vera miracula; quæ solius Dei sunt opus: quocirca malui *mira*, quàm miracula dicere. *Communi* denique *captus & sensus* mentionem inserui, quia multorum magicorum effectuum causa soli sapientiores, qui omni ætate pauci, consequuntur. Tàm latè sumptæ Magiæ diuisio petenda ex causis, finali & efficiente. *Ab efficiente*, dicitur diuisio in *Naturalem*, *Artificiosam & Diabolicam*; quia cuncti effectus eius adscribendi sunt, vel insitæ rebus naturæ, vel humanæ industriæ, vel cacodæmonis malitiæ. *A finali causa*, rectè dispartias; primò *in bonam*. si bona intentione & licitis medijs vtatur; (quod tantum competit artificiosæ ac naturali) & *in malam*, cuius nempe finis vel media, quibus vtitur, praua sunt: hæc peculiaris est Magiæ prohibitæ; quàm idololatriam tacitam & superstitionis speciem esse diximus Hæc prohibita Magia sic describi potest, *Facultas seu ars, qua, vi pacti cum dæmonibus initi, mira quædam, & communem hominum captum superan-*

a relect. de Magia, nu. 8. Angles in Ioribus ad 2. d. 7. & alios.

tia, efficiuntur. Dixi *vi pacti*, quoniam omnis Magiæ huius vis, pacto tacito vel expresso nititur, vt suo loco docebo. *Tacitam* vocant *idololatriam* Theologi, quia non tam (vt plurimũ certè) intẽdunt Magi cultum illum exhibere creaturæ, vt Deo; quàm tanquam benefactori cuidã & munifico, à quo aliquid consequantur. Quæ intentio, ratione multiplicis sui obiecti, quatuor quasi species huius tacitę idololatrię, seu prohibitæ Magiæ gignit. Fit enim aliquãdo, vt duntaxat extraordinarij & miri effectus cognitio vel operatio quæratur; & tunc sibi nomen *Magiæ specialis*, ac strictè sumptæ, vindicat: aliquando fit, vt quis nitatur cognoscere res futuras, vel etiam præteritas aut præsentes, sed arcanas & occultas; conatus iste *Diuinatio* nominatur: aliquãdo desiderat instrui & iuuari, nõ vt prosit, sed vt noceat alijs, vel vltionẽ sumat, huic scleri *Maleficium* est nomen. Denique sunt aliquando: quibus decretum est, sine noxâ cæterorum, sibi vel alijs hoc opere prodesse vtilitate vel voluptate, & tunc Theologi nuncupant *Nugatoriam seu vanam obseruantiam*. Sic Magia reproba, *in Magiam specialem, Diuinationem, Maleficium, & Vanam obseruantiam* diuiditur, de quibus singulis ordine disputabimus.

Ab hac specierum Magiæ diuersitate, mira nominum varietas apud Hebræos Græcos, Latinos manauit, ad eos significãdum, qui stygijs hisce mysterijs forent initiati. Prosequamur præcipuas appellationes.

Quædam Hebræorum, ad solam diuinationem videntur pertinere, vt duo illa coniungi solita, AOVOTH & IDDEGHONI; quorũ nisi fallor posterius latius paulo patet, ideoq; in sacris litteris illi solet postponi locis *b* passim obuijs. *Aouoth*, à radice אוב, quod

A

B

C

D

E

vox reddatur obscurior & quasi ex vtre stridens. *c* nam OF primo significat ipsum dæmonem respondentem, secundò significat Magum qui responsum elicit: sicut & *Python & ventriloquus*, vocatur, vel ipse dæmon inhabitans, & ex imo hominis respondens: vel ipse homo, cui dæmon inhabitat. *d* Græcis etiã ἐυρυκλῆς; vtrumque significat, à quodam Eurycle, qui Pythonem habebat, & primus ventriloquus Athenis fuit, vnde & alij ἐυρυκλεῖς dicti. quod docent Suidas & Hesychius, & Scholastes Aristophanis *e* & ex Aristophane, Plutarchoque posset probari. IDDEGHONI non spectat ad Chiromanticos & similes, vt quidam censet; sed ad oracula dæmonum, siue per AOVOTH, siue ex visceribus telluris, siue per vmbrarum euocationem, vt colligitur comparatione locorum SS. vbi hoc nomen vsurpatum: *f* siue ad genus quoddam diuinationis, de quo libro tertio.

Alia nomina non tam quid dæmon efficiat, quàm quid Magus conetur, respiciunt, patentque latiùs. Ad omnes enim diuinationes pertinẽt, NACHAS. KISEM, GHONEN, ad omnes verò incãtationes, CHABAR & LACHAR; ad omnem denique Magicam in genere, CHARTVMMIM, & MECHASSEPHIM, de quibus nunc agendum. NACHAS significat augures, & omnes alios coniectores vanos: qui ex fortuitis quibusdam futura solent diuinare; qualem se, prudenti vocis æquiuocatione, ad tempus Iosephus finxit. *h* hæc diuinatio prohibita multis locis *i*.

KASAM significat vniuersim diuinare, vnde KISAM diuinans seu ariolus. & KESEM diuinatio. sumitur etiam in malam partem de quacunque,

rerum

אובות ידעני

נחש

b Leui. 19 vers. 31. & 20. vers. 6 Deut. 19. vers. 11. 4 Reg. 23. v 24. Esai. 8. v. 16. & 19. versic. 3. ca 1. Reg. 28. ver. 7. & 9.

d Vt docui pluribus comment. in Isa. ca. 8. v. 19.

e Suid. & Hesych. in voce. ἐυρυκλῆς Plutar. li. de effectu oraculor. Aristophan. in Vespis, & ibi. Scol.

f sup. lit. B

h Gen. 14. v. 5. & 15.

i Leuit. 19 v. 26. Num. 23. v. 23. & 24 ver. 1. Deut. 18. v. 10. Par. 33. v. 6.

rerum quoque non fortuitarum, prohibita coniectatione. passim in SS. eius mentio obuia est *k*.

GHONEN quibuslibet auguribus & coniectoribus accommodatur *l* etiam Onirocriticis *m*. quare perperàm Rabbini recentiores restringunt ad eos, qui superstitiosè dies & tempora obseruant, fausta ne sint an infausta. sed hoc genus ad omnia pertinet.

CHABAR *n* & LACHAS *o* quomodo discrepent nondum inueni; quare (ni fallor) idem significant, nempe ἐπαοιδὸν incantatorem, seu (vt Gentiles vocabant) exorcistam, qui profanis seu malis verbis aut musitationibus mira patraret.

De CHARTVMMIM falsi puto Abenezram. Ben-Natam & alios Rabbinos, qui ad naturalem seu bonam Magiam videntur referre. Quæso, si hanc significaret, cur tam seriò in SS. prohiberetur? Equidem puto hoc nomen complecti Magorum genus omne; qui, cum dæmone fœderati, diuinant *p* vel præstigiosa miracula operantur *q*: immò & quoscumque incantatores & veneficos comprehendere probatur. quia Lxx. modò vertunt expositores, ἐξηγητὰς *r*: modò φαρμακοὺς veneficos *s*; modò ἐπαοιδοὺς incantatores *t*. Vulgatus quoque noster aliquando vertit cóiectores *u*, aliquando verò ariolos *x*, aliquando maleficos *y*, vt istorum auctoritate vocabulum intelligamus adeò diffusum esse.

Denique MECHASSEPHIM vox, est orta ex radice, CHASAPH, significans quemuis maleficum præstigijs, vel alijs quibusuis malis artibus magicis, vtentem. Ideo noster tam latè interpretatur, maleficos, *z* maleficas artes *aa*, maleficia, *bb* aut veneficia, *cc* Non defuit tamen quidã vehementer huius criminis suspectus, & ex professo sagarum patronus, qui lectorib. conaretur persuadere hoc vocabulum, saltem in lege Exodi XXII. ca. restringendum ad solos venenarios, cuius error facilè refellitur. Primò, quia radix nominis, CHASAPH, non significat toxico perimere (vt ipse putat) sed quando solitariè ponitur, nec sententia narrationis restrictionem postulat, tunc Magicorum ludibriorum genus omne continet, vt apud Malachiam, & Nahum, & in libris derelictorum: Si quando autem restringatur, id contingit rei, quæ describitur, conditione hoc postulante. Sic Exod. 7. restringitur ad præstigiatores propriè dictos, de quibus tantùm agebatur: sic apud Ieremiam ponitur pro diuinatoribus; apud Danielem, pro somniorum interpretibus. Det aduersarius locum vllum, vbi pro solis Venenarijs vsurpetur. Benè est, quòd duo tantum loca adduxit. Vnum de *dd* Iezabel, quæ clanculum venenis, & non ferro palam atque cędib. in prophetas grassari fuerit solita. Quantò verisimilius est fœminam insano dæmonum cultu furentem, incantationibus quoque, & rhombis, alijsque philtris Achabum, & alios dementasse? vt ibidem bene, posteriore loco, censuit Tostatus. Sanè ante Iezabelem Magiæ suspecta non fuit Samaria: posteà, per hanc fortè exercitam, pestis hæc immissa, hæsit adeo pertinaciter, vt Samaritani nomen pro incantatore vsurparetur. Vnde & IESV Domino obiectũ, *Samaritanus es, & dæmonum habes*, ee quasi genti proprium esset, cum dęmone commercium habere. Quare & Dominus conuitium illud vnica negatione refutauit, *ego dæmonium non habeo*, quasi dicat, cum dæmonio paredro, vel eurycli fœderato, nulla mihi familiaritas intercedit, quapropter nec Samari-

k vt d. ver. 23. &c. ve. 10. 1. Reg. 28. v 8. Reg. v. 17. Isa. 3. v 2. Ierem. 27. v. 9. Ezec. 12. v. 24. & 21 v. 1. 2. & 22. v. 28.

עֹנֵן

l d. loco. Ier. & Mich. 5. v 12.

m vt Deu 18. vers. 10 & 2. Par. 33. v. 6.

חַבָּר

n Iob. 40. ver. 25. & Ps. 97. v. 6

לָחַשׁ

o d. v. 6. Eccl. 10. v. 11.

חַרְטֻמִּים

p vt Gen. 41. ver. 8. & 24.

q vt Exo. 7. v. 11. & 22. & 8. v. 7. ac 18. c. 9. v. 11.

r vt in Genes. supra

s vt in Ex. supra.

t in Exod

u in Gen.

x Daniel. 1. vers. 20 & 2. ve. 2.

y In Exod supr.

מְחַשְּׁפִים

z Exod. 7 v. 11. & 22 v. 16.

aa 2. Para. 33. ver. 6

bb Isa. 4. vers. & 2. Ierem. 27 ver. 9. Daniel. 2. 2. ve. 2. Mic. 5. ver. 12. Nahum 3 ver. 4. Malach. 3. v. 5

cc 4. Reg. 9. vers. 22. *dd* 4. Reg. 6. v. 22.

חִשַּׁבְתֶּם

ee Joan. 8 v. 48. & 9

mari-

tanus fum: & poſt Chriſtum Dominũ, ſollemnes Samariæ Magi principes eorumque ſcholæ Simonianorũ ſcilicet, & Menandrianorum. Secundum adfert locum exodi c. 22. eò quod Lxx. verterint φαρμακοὺς: quod ipſe contendit ſolos venenarios ſignificare: tam bonus certè Græcus, quã bonus Chriſtianus: refellitur ipſa conſuetudine Lxx. Interpretum, quos conſtat ea voce latius vti. Primò, quia Exod. 7. v. 11. etiam vertunt φαρμακοὺς, vbi conſtat agi de præſtigiatoribus: nam & incantationem ſeu præſtigias ibi vocant φαδναχιας; & quos antè φαρμακοὺς dixerat, ijdem ab illis vocantur ἐπαοιδοί. Deindeæque diffusè ſumpſerunt in Paralipomenis, ἐφαρμακεύσατο. Tertiò quoniam in Ieremiæ verbis, nomine φαρμακῶν, complexi ſunt diuinatores. Quartò quia, inter ſomniorum interpretes, apud Danielem, recenſent φαρμακοὺς. Tam ergo latè ſumunt hoc vocabulum ſeniores iſti Hebræorum doctiſsimi: quod verò periti id faciant, ſi putarem operæ pretium, & antè non alij id feciſſent; probarem Hippocratis Platonis, Ariſtotelis. Theocriti & aliorum veterum teſtimonijs. Ioſephus vt non ſuffragatur aduerſarijs, ſic nec nobis refragatur. Pro nobis ſtant Philoſoph. lib. de ſpecialibus legibus circa medium, & Catholici Patres ff pleriq; qui legem illam Moſis ad omnes Magorum ſpecies retulerunt: Hæc de Hebraicis.

ff D. Hier in Ierem. & Daniel D. Aug. l. 21. de ciu. Dei, c. 6. Iſych. l. 6. in Leuit. c 19. & 20. Raban. & alij add. c. 22. Exod.

Græcis ſua quoque ſũt nomina: quę, ſtrictè ſumendo, differunt: nam ἐπαοιδὸς incantatorem, μάντις ariolum ſeu diuinum, φαρμακεὺς venenarium, γοὴς præſtigiatorem propriè ſignificat. Sed frequenter primum, tertium & quartum, ad omnem Magiam porriguntur. γοὴς etiam quemcumque denotat impoſtorẽ. Videas illa tria Homonymôs coniungi à Platone, Syneſio, Herodoto, Chryſoſtomo, & Heſychio. Adde quæ habes inferiùs lib. 5. ſect. 16. litt. yy.

Sic Latinis alia eſt propria ſignificatio, alia per extenſionem accommodata, *Magorum* nomen à Barbaris ad Græcos, Latinosque traductum, initio Perſis & Chaldæis in honore fuit, gg vt proprium Sacrorum antiſtitibus, Regum moderatoribus, philoſophis atq; Theologis, in infamiam cœpit vergere, & cunctis malis artibus attribui. *Venefici* dicebantur antè, ſoli qui malis pharmacis lædebant, & *venenarij* vocantur: poſtea de incantatoribus hoc nomen vſurpatum, & cunctis Theſſalis accommodatum vani (apud capitolium.) *Arioli, Augures, Aruſpices Chaldæi. Theſſali, Gennethliaci*, læpe confunduntur. *Lamiæ* dictæ, quod pueris necem adferant, deſumpto nomine, velà famoſa illa & crudeli Repina lamia, de qua Anton. Liberalis, Diodorus & alij, velà ſuccubis dæmonibus, de quibus Phyloſtratus: velà feris Lybicis, de quibus Dion. Sophiſta. *Striges*, ab infauſta, & nocturna aue, quæ creditur exitium infantulis adferre. Veteribus etiã Romanis apud Apuleium dictæ hę mulieres ſunt, *veratrices*, quod diuinandi ſcientiam profiteãtur, vt ſolent illę feces, quæ ſe iactant Ægyptias, colluuie omnium populorum ac nationum: veteres enim *verare* dicebant. Ennius *ſatin vates verant ætate inagunda* fortaſsis & *veraculæ*, vt conijcit vir doctus apud Suetonium in Vitellio.: *Nullis infenſior quam veraculis & Mathematicis*. Idem cenſet ab hoſtili maleficio, de quo libro tertio agendum dictas olim *Simulatrices*, à feſto: & *Fictrices* à Tertulliano. Longobardi ſuis legibus *Maſcas* nominant: eò fortè, quòd in conuenticulis

gg Hier. in c. 2 Daniel. Apuleius 2. Apol. Heſych. & Suidas.

ſuis,

suis laruis se tegant ; *kk* vel quod deformi specie oris vt sunt pleræque, laruis seu mascaris, quàm fœminis similiores. *Sortilegos* veteres nominabant, qui quarūlibet sortium superstitioso iactu aliquid diuinare nitebantur *ll*. Sed Theologi & Iurisperiti posteriores cū nefando strigum crimine confuderunt. *Sortiarios* eosdem, & *sortiarias*, vocatos comperio iam inde ab Hincmari Remensis Archiepiscopi æuo *mm*. Hi venefici simul & Dæmonis vasalli Ligij sunt, quare possunt etiam dici *Satanici Venenarij*. Horum crimen vetus, & ante CHRISTI Domini aduentum. Tales enim Canidia Horatij, & Erisichro Lucani, Martina Taciti, & Thessalæ Luciani, & Apuleij. Nomen *sortiariorum* recentius est.

CAPVT III.

De Magia naturali seu Physica.

VI supra mortales omnes Magicis dediti fuere, Perse; à quib. id Marcion & Manes mutuati; duos credidere Deos auctores, & rerum Dominos; alterum bonum Oromazum vel Oromagdam: quem solem censebant, & malum alterum Arimanem, siue plutonem: *a*: deinde ab his numinibus duplicem Magiam deduxerunt; vnam quæ superstitiosa tota, cultum falsorum Deorum tradebat, & huiusmodi plura, alterā, quæ naturas intimas rerū callebat, quam Persis vtramque Apuleius *b* adscribit. Fallax prior & nociua, satis diabolum indicat auctorem, qui ante diluuium eam docuit malos illos gigantes, à quibus eâ Chamus imbutus; ab hoc, eius posteri Ægyptij, Chaldæi, Persæ: sic enim interpretor D. Clementis verba *c* de Angelis peccatoribus; *docuerunt* (ait) *homines quod dæmones artibus quibusdam obedire mortalibus, id est magicis inuocationibus, possent: ac velut ex fornace quadam & officina malitiæ totum mundum subtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerunt. Pro his & alijs nonnullis caussis diluuium mundo introductum est, & omnes, qui erant super terras, deleti sunt, excepta Noe familia, qui cum tribus filijs eorumque vxoribus superfuit: ex quibus vnus Cham nomine, cuidam ex filijs suis, qui Mezraim appellabatur, à quo Aegyptiorum & Babyloniorum & Persarum ducitur genus, malè compertam Magicam tradidit disciplinam: hunc gentes quæ tunc erant Zoroastrem appellauerunt, admirantes primum Magicæ artis auctorem, cuius nomine etiam libri plurimi super hoc habentur. &c.* [addit hunc postea ictum fulmine, *Zoroastrem* quasi viuens astrum, & dictum, & pro Deo habitum. Zoroaster non vnus, sed multi fuere (nam Goropius nugatur qui nullum putat fuisse) Primus iste Chaldæus Magiæ inuētor: falluntur Sixtus Senensis & alij, qui bonā illi tantum tribuunt. Secundus fortè Bactrianus; qui cū Nino bellū gesserit, de quo Plinius, Iustinus & Arnobius; Tertius qui & Erus dictus, siue Armenij filius, iuxta Clementē Alexandrinū; siue Oromazi, iuxta Platonē: nec enim arbitror hos Eros fuisse diuersos, vt cēsuit Frā. Patricius. Suidas videtur primū cum secundo confundere, non quartū aliquem suggerit. Arnobius quatuor commemorat: primū illū Chaldæum: secundum Bactrianum, tertium Pamphilium genere, qui & Erus dictus; quartum Armenium genere, non Armenij filium, de quo Clemens: sed alium Hosthanis nepotem: Quinti fortè meminit Suidas cum Zoroastri Astronomi meminit, & Persomedum dicit fuisse. Sexti Proconnesij mentionem facit Plinius, omnes hi Magi fuere. Sic etiam de dæmonibus agens Lactantius

a Plutarc. l. de Iside & Osyride. Laertius initio suæ historiæ Agathias & alij.

b Apol. 1.

c li. 4. recogn.

d Mago-

d Magorum quoque ars omnis, & potentia horum adspirationibus constat. &c. Idem asserit & D. Cyprianus, & addit *e* Hosthanem Magorum præcipuum fuisse, huic famosos alios addit Tertullianus *f*: his verbis; *Hosthanes, Typhon, & Dardanus, & Damigeron, & Nectabis, Berenice, publica iam litteratura est, quæ. &c.* His consentiunt Arnobius, si rectè verba dispungas *g*, & cum Eusebio, *h* D. Augustin. ac Marcellinus Zoromazdis meminit Suidas, Azonacis Plinius, eumque facit præceptoré Zoroastris. Corrupit vocem Noachi: ab hoc enim Cham & filij eius Chus Magiam bonam edocti. Scripsere etiam Magica, Iulianus Chaldæus philosophus libris 4. de dæmonibus: & Theurgicorum auctor illius filius, Iulianus ideo Theurgus vocatus, de quibus, Suidas & Proclus consulendi. Prophyrius itat quendam Palladem, & Symbulũ, & alios, nempe Adelphium, Acylinum, Alexandrum Lybicum Philocomum, Demonstratum Lydum, Zostrianum, Nicotheum, Allogenem, Mesum, quorum impijs scriptis vtebantur Gnostici. Picus testatur etiam legisse se libros Chaldaicè scriptos Esdræ & Melchiar magorum. Ex his hodie tantum exstant, Zoroastri χαλδαικα seu μαγικά λόγια, quæ ex Platonicorũ scriptis laboriosè collegit Fran. Patricius, obscuritatis maioris, quam vtilitatis: in quæ exstant comment. Græca Plethonis & Psselli. Naturalem vero legitimamque Magicen cum cæteris scientijs Adamo Deus largitus: à quo posteritas docta, per manus & orbem eam propagauit: de hac arbitror intelligendum, quod ex Thalmudicis Quincarboreus in c. 5. Threnor. tradit Samhedritas Iudæorũ Magiæ peritos esse debuisse. Ea (vt Psellus *i* & Proclus aduertere) nihil est aliud, quam exactior quædam arcanorum naturæ cognitio, quâ cælorum ac syderũ cursu & influxu, & sympathijs atque antipathijs rerum singularum obseruatis, suo tempore loco, ac modo, res rebus applicantur, & mirifica quædam hoc pacto perficiuntur; quæ causarum ignaris præstigiosa, vel miraculosa videntur. Velut: cum Tobias paternam cæcitatem felle piscis discussit, *k* quam vim Callynomio pisci tribuunt cum Galeno *l* plerique item: cum tympani ex lupina pelle sonus, aliud tympanum, ex agninâ tensum, distensum disrumpit: *m* cũ Venetijs Turca quidam liquato plumbo manus lauit innoxius *n*, illustria quoque illa quę narrat B. Augustinus lib. de Ciuitate Dei capite 4. 5. & sexto de pauonis carne nescia putrescere; de paleis frigore suo niues conseruantibus, & calore fructus maturantibus, vi contraria: de calce quæ cum ignitâ in se vim habeat, aquis accenditur, oleo infuso non accenditur, de Agrigentino lale, qui liquatur igne; aqua verò induratur & crepitat: de magnete, de Epyrifonte & similib. his addũt alij patres, *o* de dictamo, quo ceruus sagittas expellit, & chelidonia, qua hirundines cæcos oculant pullos. Confirmat Plinius *p* de Psyllis & Marsis odore serpente soporantibus & impunè lacessentib. de Picis *q* Martij herba cuneos adactos expellente: vnde cómunis fabula increbuit eam feras aperire. Cõfirmat Alex. ab Alexandro, *r* de veneno, Tarantulæ seu Phalangij Calabri, à quo morsis non aliud vitæ & remedij præsidium, quàm si certo musicæ sono saltitare ad numerum compellantur, donec concidant fatigati. Prætereo innumera, quę congessere Aristoteles) si auctor ipse li. de admirandis auditionibus) & Guilhelm. Aluernus opere per erudito, de vniuerso *s*, & ex Belgis Robert, Triczius auctor libri de da-

d l. 2. c. 14. idẽ affirmat. c. 16. *e* l. de Idolatritate, c. 16.
f lib. de anima. c. penult.
g l. 1. contra gent.
h Euseb. l. 10. de præparat.
August. l. 12. de ciu Dei Marcell. histor. l. 13
i Psellus, de dæmonib. Proc. de Magia.
k Tobiæ 7
l Gale l. 10 simpli. medicam. Plinius. Aelianus, & alij.
m Oppianus l. 3. Cynege.
n Cardanus l. 6. de subtil. Boistcau. Hist. Prodigio. c. 8
o Tertullianus l. de pœnitentia c. vlt. Pacianus l. de pœnitent. & D. Hiero. in Eccles.
p l. 7. c. 2.
q l. 10. c. 10
r li. 2. Genial. dier.
s partis 2. principal. pa. 3. c. 32. c. 4.

t cap. 4.

de dæmonum deceptionibus t; apud quos tamen duos quædam narrantur, meritò Satanici pacti suspecta, vt quod Guilhelm. narrat Heliotropiã facere homines inuisibiles, & argento viuo inter duas cannas posito incantationes impediri. Vt quod Robertus docet, rutam furto sublatam, & ocimum cum conuitijs plantatum vberius prouenire: item septem certæ herbulæ gramina, iacta in symposio, conuiuas omnes ad rixas & Lapitharum certamina prouocare. Nec minus friuola sunt quę Ludouic. Dulcis memorat de vi gemmarum per eas effici posse, quicquid homo queat imaginari. *lib. de gemmis c.* 1. ô vanam auxesim! an gemmæ omnipotentes? Solidiora longè & tutiora peti possunt exempla, ex Sirenio, Fracastorio, & Langio. *u* Naturalis huius Magiæ peritissimum fuisse Salomonẽ Regem minimè dubitandum. Quæ tamen de morbis ab eodem Rege curatis incantatione. Flauius Iosephus retulit, *x* ea vel falsa sunt, vel in illud referẽda tempus, quo se idololatriæ & omni superstitioni immerserat. Tres magos Euangelicos hac Naturali Magia imbutos volunt nonnulli, & crediderim. Sed an hac solà & non dæmoniaca quoque? post Christum Dominum adoratum, certo certius, à crimine hoc alienos; quid ante fuerint, parùm refert. Sane Theophilactus *y* censuit etiam vetita imbutos. De Apollonio Tyanæo? videtur Iustinus *z* Martyr eũ Physicis magis annumerare: sed, vt frequẽtius credam dæmonis vsum opera, faciunt quæ perdocte scripsit Eusebius contra Hieroclem.

Naturalis Magia diuiditur in *operatricem & diuinatricem*, hæc in abditis & futuris coniectandis versatur, de qua libro sequenti differendum nobis copiosè: illa miros effectus producit de qua nunc agimus. Multi de ea libros ediderunt, quorum qui catalogum nudum proponunt * sine antidoto, videndum ne venenum aureo Babylonis calice propinent incautis. Imprimis ab hoc numero remoueo, vt dæmoniacos Magos, *Robertum Perscrutatorem*, cuius *Magiam cæremonialem, & libr. de mysterijs secretorum* Agrippa legerat, & ex ijs decerpserat non pauca; Picatricem Hispanum, Anselmum Parmensem, Cicchum Esculanum, Petrum de Albono, & Cornel. Agrippam, & Paracelsum, & auctorem pestilentis libri אדרעתאל innominatum, sed mirũ hypocratum; homines partim atheos, partim hæreticos Alchindus, Rogerius Bachonus & Geber Arabs multis scatent superstitiosis. ideo vetitæ lectionis etiam hos putarim. Raymundus Lullus, & Arnoldus Villanouanus, sunt ipsi quoque in nonnullis hæreseos notati *aa*: quare libros eorum nullus deberet legere, qui Theologicorum dogmatum non sit probe peritus In eandem classem referendus Thomæ Bungey *lib. de magia naturali*, & eodẽ titulo lib. Gregorij Riplay, qui post mortem necromanticus fuisse iudicatus dicitur, Ponceri & Ardoini *libri de venenis*, legẽdi non videntur, nisi à medicis conscientiæ timoratæ ac piæ: cæteris ea lectio intuta. In Cardani *de Subtilitate & Varietate* libris passim latet anguis in herba, & indigent expurgatione Ecclesiasticæ limæ. Ioan. Baptista à Porta, specioso *Magiæ naturalis* titulo superstitiosa multa & illicitæ Magicæ velare nititur, verbi gratia de conficiẽdo sagarũ vnguento, & his similia. De Antonij Mizaldi *Naturalis Magiæ* libro, nõ habeo quod dicam, quia nondum legi: suspicor, quod facit in *Centurijs memorabilium*, superstitiosa illum à Naturali b. non secreuisse. Alberto Magno tribu-

u Sirẽ. li. 9 de fato c. 6. Fracastor. li. de Sympat. & antipa. Ioan. Langio ep. 33.

x Libro 8. Antiqui.

y in Matt. 1. q. 24 ac Orthodc

* Mich. Medina l. 2. de recta in Deum fide ca. 7. ex Agrip. pæ libris.

aa Vide Directorium Inquisitorũ Eimerici, & Mariannum li. 14 de rebus Hilpa. c. 9 & li. 15. cap. 4.

tus *liber de Mirabilibus* vanitate & superstitione refertus est; sed magno Doctori partus suppositicius. Cicchide Esculo *Comment. in sphæram Sacrobusci* inter superstitiosa scripta collocãdus. Pomponatij de *Incantationibus* opusculum, certè miratus fui tãdiu tolerari ab Ecclesia, nunc recens & meritò, in Romano indice damnatur: verissimũ enim, quod ab Anthonio Mirandulano *bb* scriptum, hoc opere Pomponatium, se nec Philosophum bonum, nec quod fœdius, Christianum bonum exhibuisse, cum effectus omnes mirificos cœlorum influxionibus adscribit, adeo vt velit & religiones & leges, earumque latores ab ijs dependere. Quod prorsus impium. Edidere quidam, nomine Francisci Pici Comitis Mirandulani; *positiones Magicas*, in quibus certe sunt quæ merito, etiam Bodinus, vt noxiæ superstitionis, reprehendit. Quid ipse censor ille? *Demonomaniam* suam multis erroribus refersit. necqui postea edidêre, vt emendatam, Antuerpienses, vti par erat, expurgarunt. Manent multa noxia, & quæ ambiguam auctoris fidem satis contestantur, nocereque legentib. possint. Vnde & ab inquisitoribus Romanis, iure optimo, liber ille inter vetitos refertur. *De theatro vniuersæ naturæ*, eiusdem Bodini, si Deus vitam dederit, ostendam alias, plus in eo corpore Rabbinicorum esse deliriorum; quàm solidæ philosophiæ, multa quoque cum Theologicis placitis adeò pugnantia, vt qui lenius de illis loqui velit erronea & prorsus temeraria cogatur vocare, de quo alias. Adeò lubricũ & periculosũ de his differere, nisi Deũ semper, & Catholicam fidem, Ecclesiæque Romanæ censuram, tanquam Cynosuram sequaris. Quæ quidem breuiter à me commemorata sunt, vt iuuenibus consultum, non vt viros do-

bb li. 6. de singulari certamine.

A B C D E

ctos irem sugillatum. Nũc quædam discutiamus dubia, vnde sequentium decisio dependet.

QVÆSTIO I.

Quid cæli adspectus & influxus ad Magicos effectus conferat.

OMnium superstitionũ caput præcipuum hoc veterum Magorum fundamento nititur, de quibus ita Psellus cum exponit Δόγια Ζωροάστρου. *Magicas verò rationes constituunt, à summis potestatibus, & à terrenis materiebus compati aiunt supera inferis, & præsertim sublunaria.*] Hos secuti recentiores, quæcunque per characteres, figuras ac numeros ipsi perficiunt, ea producivolunt à virtute ijs figuris communicatà ab alijs figuris sublimioribus, ex sympathiâ quadam naturali rerum inter se similium, quatenus hæ figuræ ad amussim inuicem coaptantur. Quod confirmant similitudine non vnâ. Primò, sicut Echo ex opposito pariete causatur. Secundò: sicut in concauo speculo collecti radij oppositũ corpus repercusu inflammant. Tertiò, sicut cythara eodẽ modo, quo alia, tensis fidibus, si ferias, alteram tinnitu suo cogit concinere: sic istas imaginum, numerorum, characterumque similitudines efficientiam miram contendunt habere. Sed ista prorsũs friuola esse conuincuntur.

Primò, quia similes illæ, quas in cælo comminiscuntur imagines, prorsus sunt fictitiæ, & quædam (vt Philosophi vocant) entia rationis, quatenus figuræ quædam similitudo & imago picturæ illis ascribitur, nominaque ad placitum imposita, stellas ab inuicem distinguẽdi causâ, vt bene Bartholom. Sibyllanus *a* aduertit: & patet ex imaginibus picturisque Astronomorum. quis enim nescit nullas in cœlo esse veras vrsas, angues, leones, crateres, naues, Pegasos;

a Peregrinat. quæst. 1. Decad. c. 9. quæ. princip. 5. q. 1. & 2.

sed

sed hæc, dicis causâ tantum nos imaginari? Fictitiæ verò figuræ nulla potest esse efficientia, quâ talis est. nec cum vera figura sympathia, vel amor naturalis: id enim quod non est, quem effectum, in eo quod est, queat producere?

Deinde comparationes illæ nihil prorsus ad rem faciunt. In Echo cuncta sunt realia entia, homo loquens, vox repercussa, paries repercutiens: nec tamen vlla parietis cum homine similitudo, vt illarum ipsi dicũt esse imaginũ. In speculis quoque illis incendiarijs, omnia ponuntur reipsa cõsistentia, nihil confingitur: nec vlla quoque formæ similitudo inter terminos extremos, solé vrẽtem & lignum quod vritur. In citharis autem, euidens requiritur à parte rei conuenientia, intensionis modus idem, fidium concinnitas, cythararum debita propinquitas, similis aëris crispatio, quæ sonitum quasi plectro eliciat.

Denique quis figurarum huiusmodi characterumque vires, atque similitudines vnquam nugonibus istis reuelauit? quod reuelationis testimonium proferunt? si Chaldæos, Ægyptios, & Platonicos laudent, quæram rursus, à quibus isti acceperint, quod sanè mortalium nullus solo studio vel experimento, intelligentiâ quiuit consequi.

Præterea fatentur Magi, quasdam imagines nõ ad similitudinem cœlestiũ illarũ, quas diximus, sed ad similitudinẽ rei, quam operãs animo cõcepit cõficiendas, verbi gratia: si magus optet duos committere, duorum inter se pugnantium: sin vero amorem conciliare velit, duorum se complectentium effigies sculpendas: si secundi aliquid petitur, in rectâ iconis superficie: si vero infaustum quid, in dorso seu auersa parte inscribendum, quod velis euenire. Harum imaginum Nectanabũ tra-

A

B

C

D

E

dunt inuentorem, & Albertum *in Speculo*, approbatorem: quæ omnia seipsa vanitatis arguunt & postea refellentur *b*. Ex his tamen delitijs pergunt maiora ferere deliramenta,

Primò, si cui morbum vel sanitatẽ velis adferre, principio id attendendũ, vt ætati eius conueniens planeta deligatur, verbi gratia, seni Saturnus, puero Mercurius, viro Iupiter, deinde etiã planeta conueniens affectioni seu qualitati inducendæ; vt odio Mars, amori Venus: denique signum quod parti corporis, quam velis iuuare vel lędere, præsit, vt si capiti aries, si pedibus pisces. Nituntur hac ratione, qua cælestibus corporibus non Hebræi modo & Græci Gentiles, sed ex Catholicis etiã olim quidam Patres & recentiores philosophi Itali *c* animam intelligentem tribuerunt.

Sed hæc omnia vt stolida, ita falsa & periculosa. Imprimis dicere cælum aut astra sensu vel intelligente anima præditа, damnatum olim fuit Constantinopolitana synodo, & articulis Parisiensibus: estque erroris & scandali plena opinio propter superstitionem & idololatriam annexam, vt cum alij, tum copiosissimè Eckius & Espencæus *d* docuerunt. Patres autem qui videntur hoc asseruisse, illi de cœli anima figuratè & allegoricè sunt locuti, vt & ipsa S. S. cuius omnia loca quibus id innuitur, vno ex quinque modis, accipienda docuit me Ioan. Maldonat. noster. *e Primò* per *Prosopopœiam*, qua quæ animatorum sunt inanimis tribuuntur, vt mari videre & fugere, cœlis & terræ audire ac placere, &c. *f Secundò* per *Metonymiam*, continens ponitur pro contento, vt cum terra dicitur corrupta: vel à Deo iudicãda, aut vrbi alicui remissius futurum. *g Tertiò* per *Hyperbolen*, vt quando lapides dicuntur cla-

b infra ca. 3. q. 1.

c Archangelus Mercenarius, Balduin. de mõte aureo, Paul. Pernumia.

d Eckius li. de prædestinatione. Espẽceus libr. de Animatione cœlorum.

e in 1. sent.

f Psal. 113. v. 3. Leuit. 26. 34. Deut. 32. v. 1.

g Genes. 6 v. 11. 1. Paralip. 16. v. 23. Matt. 11. v. 22.

maturi, terra dicitur aspectu Dei tremere, vel respósura interrogãti. *h Quarto* per *Analogiam & Metaphoram*, vt cum sol dicitur præesse diei, *i* Luna nocti, Luna vocatur regina cæli, stellis tribuitur immũditia, astra dicũtur laudare Deũ, item nominantur virtutes cælorum. *Quintò non* ex veritate, sed ex *hominum opinione*, vt cum *k* legimus militiam cæli de astris & stellis. Quâ regulâ aptè accommodatâ soluũtur omnia Pauli Ritij & similium impiorũ de animatione cæli argumenta ex sacris literis vetita.

Deinde cælorum & astrorum putida illa analogia ad singulas ætates & corporis partes, & animi quoque affectiones, nonne nugatoria est? sanè qui rectè philosophantur, illi vel nullos præter lucem & motum influxus in hæc inferiora cælis & astris concedunt; *l* vel potiùs influentias quidem agnoscunt à motu & lumine realiter distinctas: per quas, non calorem (hunc enim motu & luce producunt) sed alias elementorum qualitates etiam gignunt, quarum incorporearum rerũ temperamentum, vis est aliqua. Sed addunt hanc potestatem certis cancellis circumscribendam. Primò posse cælos per se res inanimas, mixta & elementa, producere. Secũdo cœlos viuentia imperfecta quando nascuntur ex putredine, gignere, per accidens tamen: scilicet quando particulares causæ materiã sic disposuerunt, vt sit semen aptũ viuẽtis, tunc enim huic temperamento cœli suo influxu maiorem calorem largiuntur, & illud perfectius reddũt. Tertiò consentiunt, quoad perfecta viuentia. ad eorum generationem non posse cœlestia corpora aliter concurrere quã coadiuuando particularem causam eiusdem speciei cum re genita. quo sẽsu sol & homo dicuntur hominem gignere: quæ cuncta in Scholis Peripateticis contra quosdam *m* sunt receptiora. Quartò quoad animi affectiones facilè concesserim, quoniam hæ sequi solent corporis dispositionẽ, etiã astra influxu suo, mediante corporis tẽperie, hominẽ nõnihil inclinare: semper tamẽ arbitrij libertas integra manet homini. Fusiùs ista differũt & probãt multi *n* scriptores huius æui pereruditi: eos censeo consulendos ijs, quibus ista non sufficiunt. Attamen his nihil confirmatur figmentum illud astrologorum: quia cælum & astra causæ sunt communes tãtum & vniuersales, quatenus conseruãt inferiora ne à cõtrarijs suis dissoluãtur: atque ita indirectè tantùm & mediatè particularibus agentibus ad agendum suppetias ferunt: sed cum ijsdem causis particularibus immediatè ad agendum concurrere nequaquam possunt. Vnde & illud consequitur, quod, cùm influunt, in solam vnam corporis partem nequeant influere, quin simul in alias influant.

Quare meritò tales astrologomagorum obseruationes à medicis peritis reijciuntur, vt inter cæteros à Bapt. Condroncho *de morbis veneficis, lib. 2. cap. 6.* & iam olim fuere decretis Ecclesiæ damnatæ, vt fuit ostensum à Pico & Bened. Pereriò. *o* Meritò D. Basilius scripsit, *p* ridiculum esse astrologis contradicere, cùm eorum dicta sint omnia ignorantiæ & impietatis plena. Et D. Bonauentura *q* obseruationem hanc esse à Deo maledictam, & ab Ecclesiâ interdictam: &, quæ per astra procurantur, dæmonum illusiones atque deceptionem esse. Hæc causa fuit, cur Tertullianus *r* astrologiã inter Magiæ species recensuerit: multis etiam Glycas. *P. I Histor.* in Mathematicos huiusmodi inuehatur.

Obijciunt, de *diebus Criticis*, quos medici in sanguine minuendo, & potioni.

b Luc. 19. ver. 40. Psal. 103. v. 7. *i* Genes. 1. v. 16. Iere. 7. v. 18. & 44. v. 17. Iob 15. v. 15. & 38. v. 7. Psal. 32. 6. Danie 4. v. 32. *k* Tophõ. 1. v. 5. cum simil. *l* Vt Piculih. 3. contra. Astrolog. Medna li. 2. de recta fide c. 1. Bucc. ferreus. in 2. de cœlo.

m Contra Auicẽnã, Aud. Cæsalpinum, & alios. *n* Ant. Miandul. l. 2. singu. certam. Georg. Venetus Cant. 1. libr. 2. Harmoc. mundi à c. 7. Veracrucius in lib. 1. Meteor. & Valesius de Sacra philosop. ca. 3.

o Fr. Picus d. opere. Perer. l. de Diuina Astrolog. *p* in Hex. *q* 1. p. Centiloqui. *r* l. de idololat. ante medium.

tionibus præbendis seruant, eo quòd talibus diebus Planetæ certi ægritudini illi propellendę idonei dominantur; Verùm hæc causa, quam adferunt, nec vera est, nec proposito subseruit. Agite enim, certum aliquem planetam nominate: qui dominetur primo die critico v.g. dies sit crastinus, cui Luna præsit: sint ergo septem ægrotantes, qui singulis septem diebus continuis in morbum inciderint: profecto tunc futuri sunt septẽ dies critici continui: nã primus erit septimus dies criticus primi, secundus secundi, atq; deinceps ita singuli septem aliorum ordine suo: septẽ etiam continuis Luna diebus præerit. quo nihil absurdius. Causa igitur verior petẽda, ex ipsa humoris in corpore tunc sæuientis proprietate. Nã quidam humores adeò celeres & acres sunt, vt vnoquoq; die subiectum inuadãt: alij secũdo die: sunt qui tertio, & qui quartò (vnde Febrium differentiæ manant) quidam tardiores septimo tantùm vel octauo die recurrunt. Harum accessionum dies medicis coniecturam præbent, quid sperandum sit de ægri valetudine. Vnde & decretorij seu critici dies vocantur. Nihil ergo hoc cælicolis istis suffragatur.

Conclusio sit, ex articulo Parisiensi XXI. *Quod imagines ex metallo vel cera vel alia materia, ad certas constellationes fabricatæ, vel cereo charactere, aut figura efformatæ, aut etiam baptisatæ, exorcisatæ, aut consecratæ, aut potius execratæ, secundum prædictas artes, & sub certis diebus, habeant virtutes mirabiles, quæ in libris huiusmodi superstitiosis recitantur: error est in fide & philosophia naturali, & astronomia vera.* Probatur conclusio. Fidei hoc repugnat, quia peccatum est idololatriæ, effectus, qui à solo Deo procedũt, exspectare à dæmone, vel constellationibus; blasphemum quoque & sacrilegum est, ritus sacramentorum & rerum sacrarum talibus superstitionibus inquinare. Physicæ & astronomię ista repugnant, quia nec ista tales siderum influxus agnoscit: nec illa naturalib. causis tales effectus attribuit. Nam hæ figuræ neq; vim habent quidquam ex astris eliciendi, neque in subiectũ nouã aliquam qualitatum mixturam inducunt, aut vllam essentialem formam imprimunt: sed manentibus eadem forma & materia, qualitatibus etiam operatiuis ijsdem perseuerantib. quæ prius fuerant, arte tantum noua figura extrinsecus aduenit, ad quam nihil sidera pertinent, & quæ nihil potest in ea, in quæ prius non potuerat: nisi fortè ceram vel aliam materiam mollem figillare, quod tamen facit, non quatenus sic vel sic est figurata, sed quatenus durior est, & angulos asperos habet. Viderunt hoc multi, qui sobrij, etiam non Christiani. Nã Rabbi Moses Maymõ, *s* Tatianus, & alij postea citandi, satis clarè hoc profitentur. Idem asserunt Iurisconsulti quidam, & plures cũ D. Thoma Theologi. *t*. Multa de his imaginibus lectu grata habet Laurentius Ananias *Lib. 4. de Nat. dæmon. à fol. 168.*

s c. 72. Dubitant.

t Martinus de Arles l. de superst. D. Thomas 2. 2. q. 96 ar. 2. l. 4. cõtra gẽt. c. 104. & 105. & ibi Ferr. Silu. ver. superstitio q. 10. Vairus lib. 2. de Faccino c. 14. Pet. le Loyher lib. 1. de spectris.

QVÆSTIO II.

An effectus Magici huiusmodi, miraculis similes, oriri possint ex naturali hominis complexione.

QVI hoc arbitrati, nec olim defuere, nec desunt hodie. Auicenna quidem id homini tribuit, ratione animæ, nam censet intellectui benè dispositio & supra materiam eleuato, res cunctas, quæ materia constant, cœlestes, & terrenas, simplices ac mixtas, obedire.

Quod si de morali dictum obedientiâ, insanum est: quia hæc solis ratione præditis competit: si de naturali obedientia dictum, parũ id philosophicè. Nam creaturæ spiritualis & corporalis, vnius quoque speciei ad aliam speciẽ, nulla nunc est naturalis subiectio, nisi ratione actionis & passionis, propter quã quod imbecillius est, id cedit fortiori. Sed illa, quam Arabs videtur insinuare obedientia, Vniuersalis, soli Deo ratione omnipotentiæ debetur, & à creaturis exhibetur. Merito igitur hoc delirium refellunt Theologi. *a*

Alij hanc virtutem largiuntur speciali cuidam temperamento corporis. Confingunt enim temperamentum quoddam æqualitatis ex humorum & qualitatum actiuarum ad pondus æqua mixtione resultare. *b* quo qui sit præditus, asserunt temerarij, posse miracula eum perficere: &, vt videas non cõsistere vno in gradu impietatem, adijciunt blasphemiam, huius temperamenti vi, CHRISTVM Dominũ tot miraculis coruscasse: sic impij non tantùm Magi, *c* sed & Fulginas Medicus.

Verùm hoc totum prorsùs ridiculũ, ostendit Cõdronchus medicus, *lib. 2. de morbu venef. cap. 4.* & impium esse, tam accuratè docuit Mich. Medina *d*, vt malim eò vos remittere, quàm nihil addendo mutando ve aliena scrinia, cõpilare. Mihi semper visum parùm philosophicè, talem εὐκρασίαν, seu (vt ipsi vocant) iustitiale temperamentum humanæ complexionis, excogitari: quod si non impossibile, prorsùs tamen est superuacuum.

Ex hoc consequitur neminem natura nasci vel medicum vel fascinatorem aliorum. Nam si speciei ratione hoc competeret, omnes tales essent; si speciei ratione non competit, cedo (sodes) quæ sint illæ conditiones indiuiduæ, quæ hoc naturaliter tribuant suppositо? sed vide de hac re Leonard. Vairum. *e*

a Ananias d. li. 4. & Sibyllan. Decade 3. peregrin. qu. q. 3. c. 8.

b Sic Fulginas, Fortiuius Garbus, & alij medici.

c Agripp. Paracels. & Conciliator Differ. xx. qui tamẽ eo nomine Fulginatem reprehenderat.

d d. l. 2. c. 7. à fol. 66

e lib. 3. de Fascino cap. 6.

QVÆSTIO III.

Quanta qualisque sit vis imaginationis, quoad effectus hosce miros?

DE vi imaginationis multi multa scripsere, vt Picus Mirandulanus li. de imaginat. Marsis. Ficinus lib. 13. de Theolog. Platonicâ, & in Prisciani Lydi commentar. de phantasia & intellectu, Anton. Mirandulanus lib. 29. de singular. certam. Tostatus in Gen. c. 30. Michael Medina l. 2. de recta in Deum fide c. 7. Vairus lib. 2. de fascino c. 3. Valesius de sacra philosoph. cap. 11. Pererius in d. cap. 30. Gen. & conimbricenses nostri in 7. physicor. c. 2. q. 1. & alij mox citandi.

In eo conueniunt omnes, imaginationis vim esse maximam: & quia vis hæc considerari potest, vel quo ad corpus ipsius imaginantis, vel quoad corpus alterius: ideo de vtroque seorsim disquirendum. Conueniunt omnes, quoad corpus propriũ imaginãtis plurimũ in illud posse, docetur id ratione & experientia. Ratione, quia imaginatio, dũ retractat rerum obiectarũ sensu perceptarũ simulacra, excitat potentiã appetitiuam ad timorem, vel ad pudorem, vel ad iram, vel ad tristitiam: hæ verò affectiones hominem sic afficiũt, vt calore vel frigore alteretur, vt palleſcat vel rubeſcat, vt quasi exiliat seu efferatur, vel torpeſcat seu deijciatur. Et ideo D. Tho. optimè tradidit, imaginatione posse in corpus imaginantis omnia, quę naturalẽ coordinationẽ habent

bent cum imaginatione: vt sunt motus localis in dormientib. & alterationes per frigus & calorem, & quæ hanc alterationem consequuntur, nullâ verò vim obtinere ad alias proprij corporis dispositiones, quæ naturalē cũ imaginatione coordinationē nõ habent, vt puta ad figuram manus vel pedis: vel, vt quis adijciat staturæ suę palmũ vnũ, & quæ sunt similia. *Vide D. Thom. 3. part. q. 13. art. 3. in ad 3. & l. 3. contragent. ca. 103.* Experientia quotidiana cernitur in Noctambulis illis, qui in somnis mira faciunt, in quibus constat hæc per imaginationem fieri sensibus sopitis, de quibus exstat Andreæ Libauij liber. Breuius autem rem expedit alter medicus Andreas Laurentius li. 4. hist. Anatom. q. 12. his verbis, *Dicamus moueri dormientes, quia exigua vis in musculis latens à forti imaginatione excitatur: propterea non mouentur somniantes, nisi valida imperante imaginatione, brutorum imaginationi simillima. Est autem dormientium imaginatio brutorum imaginationi similis, quia rationem repugnantem non habet. Vnde fit, vt illi multa moliantur, quæ vigilantes non auderent. tectum sublime conscendunt per trabes, & lucunaria oberrant, omnia demq; audent intrepidè, quia imaginatio vaporum caligine consopita, pericula nõ agnoscit. Non sentiunt autem dormientes. quia obiectum sensus non adest, at motus obiectum habet proprium, appetitum scilicet, qui spectra imaginationi repræsentat. Cũ ergo per somnũ ferientur cæteræ facultates animales, sola imaginatio ita plerumq; operatur, vt vim motricem, & cæteras inferiores, ceu mancipia quadã moueat, quod cũ fit, spiritus animales motui inseruientes ad sua organa ire coguntur. Excitantur autem prædicti motus, ex rerum ad id cogentiũ seruatu intrò specieb. Huic porro affectui sunt obnoxij, qui sanguine spumante & multo feruido q; spiritu abũdant.*] Hæc ille, & trium exempla adijcit. Galeni, qui se somno oppressũ integrũ ferè stadiũ confeciſſe narrat, nec à somno excitatũ priusquã in lapidẽ impegisset. Theonẽ Stoicum dormientem in somnis ambulare. Periclis seruum in summo tecto spaciari solitum. Putarim verò hoc contingere potissimum in his, quorũ imaginatio vehemẽtior est, & acrius perturbari, ac tenaciùs apprehẽdere sunt soliti, & sufficere vt quæ imaginãtur aliquãdo sensu aliquo perceperint, vel totum illud quod imaginantur coniunctim, vel partes eius seorsim, vt cũ quis Chymærã vel Tragelaphum aut similia voluit imaginatione. Nec enim necessariũ arbitror, vt simul sẽsu percipiat: neq; vt paulò ante perceperit: neq; vt ad eum modũ, quem imaginatio repræsentat; perceperit sensu. Narrabo quòd gestũ Legione, in quodã Religiosorũ collegio ante annos vix viginti: noui personas, quib. accidit. Erat Laicus vnus, solitus interdiu pueros rudimentis Catechismi imbuere, cogitationes eędẽ dormienti recurrebant, ita vt in somnis & præcineret, & doceret, & hortaretur, & increparet pueros æquè clamosè & feruẽter, ac solebat interdiu: sic turbabat vicinorum somnũ. itaque qui propinquior illi habitabat alius Laicus, & sæpè monuerat, quodam die illi per iocum minatur, si pergat hos clamores edere, surrecturũ se noctu, & ad thalamũ eius iturum, & flagello ex funiculis intemperies hasce abacturũ. Quid Gũdisaluus? sic enim vocabatur; surgit circa noctis medium dormiens, & egressus, vt decubuerat, in indusio cubiculũ fratris collegæ ingreditur, manu forfices ferens & prætentans, & recta ad lectulũ alterius, cui fuerat interminatus, contendit. Vide Dei prouidentiã. Luna lucebat, & nox innubis erat, & frater iste vigilabat: videt accedentem; & celeriter

riter de delecto deijcit, quâ paries erat nõnihil remotior. Noctambulus lectulo proximus forsicib. culcitam ter quaterve petit, & confestim redit vnde venerat. Manè facto interrogatus, negat se meminisse, neque id facere vnquâ in animum, vel leuiter, induxisse; tantùm cogitasse, si aliter cum flagello ad se accederet, illum intentatis forsicibus perterrefacere, & abigere. Nõ ergo necesse est, tùm, cum imaginatio operatur, immediatè præcessisse rei externæ sensum: licet necesse sit, vt earum rerum sit naturæ sensus aliquis, & earũ sensu quis à natiuitate destitutus non fuerit: ideò enim, nec cæcus à natiuitate colores, nec surdus à natiuitate sonos imaginari poterit *a*: nam imaginatio motus est à sensu actu factus, auctore Aristot. 2. *de anima*. Sufficit etiam vt rerum, quas imaginamur, similitudines aliquas sensu aliquando perceperimus: sic enim vel illud idem, vel simile aliquid poterimus imaginari, & sæpè ab externis, quę remotissima à nobis vel tempore vel loco, imaginationem moueri & præsagire nobis, quę certò post modum eueniunt, Aristoteles fatetur, *in lib. de Diuinatione*. Nec absurdum mihi videtur, res futuras aliquando, priusquam contingant, significationes quasdam aduentus sui præmittere, quæ aerem ambientẽ nos moueant, quo moto, sensus noster mouetur, & sic sensus motio, prępараtio quędam est ipsius imaginationis: & ad prępараtionem imaginationis necessaria est sensûs motio, ad ipsam vero imaginationem, nullo alio sensûs motu præterea indigemus, hæc haud dubie est sententiâ D. Isidori, & D. Hieronymi, & Thomæ Mori. mox citandorũ, nec amplius probant argumenta And. Cæsalpini, *libr. 5. Peripateticar. quæst. cap. vlt.* vbi contendit imaginationem à rebus externis moueri posse, non moto sensu.

a Arist. 3. de anima.

Quoad corpus alienum, nonnulli censent imaginationis vim se longissimè porrigere adeo vt possit etiam remotiores fascinare, vel sanare, & res loco mouere, & fulgura, & pluuias cœlo deducere: vt *Auicenna lib. de anima sect. 4. c. 4.* & alij, qui tamen in modo efficiendi explicando dissentiunt. quidam hoc illam posse volunt, per certos, quos ipsi somniant, radios (*Alkindus libr. de imaginibus*) alij per spiritus ex corpore vi imaginationis expulsos; (*Paracelsus lib. de imaginibus. Pomponatius lib. incantament. cap. 3. & 4. And. Cataneus lib. de mirabil. effectuum causis. Sibyllan. d. cap. 8. q. 3.*) Cæteri cum Auicenna & Fulginate, solo animæ præstantioris imperio: imaginationis virtuti hoc tribuit Augerius Ferrer. *lib. 2. methodic. 11.* non indicat vtrum animæ imperio, an fluore spirituum mediante: sed puto eum in Auicennę sententiam conspirare.

Sed nihilominus sit concl. talis; *In corpus alienum disiunctum & separatum ab imaginante, anima humana neque per imaginationem, neq; per aliam potentiam, mediantibus vllis radijs, spiritibus, vel speciebus, vlla mirifica huiusmodi potest efficere.*

Hæc conclusio est communis Theologorum. D. Thom. Ferrariens. Medinæ Pici, Vairi citatorum, & medicorũ Valesij, Cõdronchi, Bokelij, & Cæsalpini, & aliorum.

Probatur, quoniam imaginatio est actio immanens: & ideo anima imaginans nullam realem qualitatem potest imprimere rei disiunctæ, quod vt in eam agat, foret necessarium. Cõs. qua radij tales, nulli sunt: spirituum tanta vis esse non potest: species duntaxat habent vim repræsentandi: anima denique

nique vnius ad alterius animã vel corpus nulla est naturalis coordinatio. Et ideò præstigiator ille Mirabiliarius Cæsarius Maltese, qui Antuerpiæ anno 1599. sortilegas quasdam diuinationes sic palliabat: quasi, spiritûs sui efficacia prædominantis spiritui alterius, alter ad eligendum quod ipse volebat cogeretur præclarè mentiebatur.

Pomponatius contendit, has species spirituales posse gignere aliquid reale, nempe id cuius sunt species; sicut faciũt ideæ in mente diuina. Verum hoc imperitè dicitur. Nam ideæ in mente diuina sunt substantiæ, non accidentia: sunt etiam altioris ordinis, quàm hi spiritus: nec ille quicquam in Deo innouant aut immutant. in creaturis verò nunquam visum fuit, vt imaginaria species sibi simile producat. v. g. species equi gignat equum: species caloris, quam ego imaginor, nudum & algentem alium à me remotum calefaciat. Si quid tale valeret vis imaginatrix, iampridẽ alchimici aureos montes essent adepti. Denique spiritus hos necesse est, si sunt, rem esse planè debilẽ: quę, cùm extra imaginantem, velut extra matris vterum fœtus, effusa, statim ab aëre circumstante corrumperetur. Cæterum quæ aduersarij obijciunt, ea vel falsa sunt, vel in ijs ad imaginationem actio per contactum accessit, quare pertinent ad sequentem conclusionem. Hinc porro eliciuntur tria, primò non posse aucupem solo visu & imaginatione aues cœlo detrahere, quod tamen asseruit Michaël Montanus, *lib. 1. des Essais, cap. 2.* Secundò non posse quenquam solâ imaginatione alterius fascinari, vt accuratè ostendit Valesius *libr. sacræ philosophiæ, ca. 68.* Tertiò multo minùs sic aliud sanari posse: vt rectè Aristoteles *in problem.* & Gratarolus *apud Pomponat. cap. 6.*

Secunda concluſ. *satis verisimile est, per accidens posse aliquid imaginationem in corpus vicinum, arcta quapiam coniunctione, & contactu ei copulatum, si tamen & imaginatio sit valdè intensa, & vicinum corpus ad eam affectionem valdè dispositum.*

Sic puto conciliari posse sententias contrarias, vnam absolutè negantium imaginatricem vim externa corpora immutare posse, quæ est Fran. Soarez. *disput. 18. Metaph. sect. 8. v. 28.* & Conimbricensium *in 7. Physic. c. 2. qu. 1. ar. 7.* Valenciæ *2. 2. disp. 6. qu. 13. puncto 2. Vairi & aliorum.* alteram absolutè id affirmantium, vt Michael Medinæ *lib. 2. de recta fide c. 7.* Marsilij Ficini *l. 13. de Theol. Platonica.* & Bened. Pererij sup. solẽt ad hoc probandum adducere mirifica exempla diuersitatis liberorum à parentibus, vt artificium rusticũ, de quo Columella l. 8. & ad quod allusũ à Calpurnio Eglo. 2.

Me docet ipsa Pales cultum gregis: vt niger albæ
Terga maritus ouis nascenti mutet in agna:
Quæ neque diuersi speciem seruare parentis
Possit, & ambiguo testetur vtrumque colore.

quod primum factitasse Iacobũ Patriarchã legimus Gen. xxx. & licet D. Chrys. *tom 57. in Genes.* censuerit hoc naturæ modum transcendisse, & Isidor. *l. 12. Origin. c. 1.* cõtra naturam fuisse significet: id tamen non ita capiendum, quasi negent naturali rationi consentaneã hanc colorum in fœtu varietatem: sed tantũ præter ordinarium naturæ cursum: nam solẽt parentibus colore similes agni gigni: hic autem industria Iacobi, quã ab Angelo tamen edoctus erat, teste Theodoreto *q. 88. in Gen.* contra accidit. Nec enim naturali rationi consentaneũ id fuisse, ignorauit Isidorus, qui rationẽ mox subiunxit, & exemplis confirmauit: vt & D. Hieron. & D. August. & Galenus, & Plinius, quorũ omnium verba habes apud Pererĩũ nostrum: & quædam apud

Alfon. Mendozã in Quodlibet. q. 9 Positiua. & Andr. Laurent. hist. Anatom. l. 8 c. 20. Addit Pererius simile exemplum de prole albâ, ex vtroque parente AEthio. ex Heliodori AEthiop. hist. l. 1. Et tale, quod Buscoducis personatus dęmocũ vxore cõcubuit, asserẽs, vt sunt petulãtes ebriosi, se dæmonem gignere velle; natus ex eo concubitu infans dæmoni facie similis, qui simul ac natus lasciuire & saltitare cœpit, *narratur ab Hier. Torquemada in Horto Florum.* Sed hoc exemplo & similibus conclusio non satis probatur. Nam hęc tribui possunt imaginationi matris vt tribuit D. Isidorus his verbis: *hanc enim fœminarum dicunt esse naturam, vt quales perspexerint, siue mente cogitauerint, in extremo voluptatis æstu, dum concipiunt, talem sobolem procreent. Etenim anima in vsu venereo formas extrinsecas intùs transmittit, eorumque satiata typis, rapit species eorum in propriam qualitatem.*] quod pertè à D. Hieron. *Tradit. in Gen. capit.* 30. accepit: qui matri quoque totam vim tribuit: vt & D. Aug. de Apiboue agens *lib* 18. *de ciu. Dei, capit.* 5. sed & Thom. Morus Martyr. carmine lepido, quod etsi totum Perer. refert, ego partem decerpam, quæ nobis vsui;

At qui graues tradunt sophi:
Quodcunque matres interim
Imaginantur fortiter
Dum liberis dant operam:
Eius latenter, & notas
Certas, & indelebiles,
Modoque inexplicabili,
In semen ipsum congeri:
Quibus receptis intimè
Simulque concrescentibus:
A mente matris insitam.
Natus refert imaginem.

& ita vult factum, vt quæ marito quatuor dissimiles proles legitimas peperat, quia secura de absente non cogitabat: vnum ex adulterio conceptũ cu-

A

B

C

D

E

rucæ huic similimum ediderit: eò quod concipiens metuerit, ne velut lupus in fabula maritus interueniret. Dissimilitudinis tamen illius causa esse potuit: quòd dum illos conciperet, mẽte & imaginatione alijs mæcha intenderet. Putarim itaque fieri posse, vt propter solam fœminæ imaginationem id contingat, licet fatear vt plurimũ concurrere imaginationẽ vtriusque vt docet Fran. Valesius *d. lib. de Sacra philosophia, c.* 11. Neuter tamen tunc agit per imaginationem in corpus alterius. Nam imaginatio operatur duntaxat in semen prolificum, quod pars imaginantis fuit, & ideo semini anima imaginantis non quidem actu talem formam imprimit (v. g. colorem cutis vel crispitudinem capillorũ) cuius actu semen capax non est: sed virtutem quandã & ex generante deferendi & conferendi in fœtum quẽ format, ea quę generanti secundum animam insunt, vt in corpore generato incipiat esse corporaliter, quod in animâ generãtis erat spiritualiter. *lege eundẽ Valesium, cuius sententiam coniunxi cum explicatione Tostati q.* 10. *in d. c.* 30. *Gen.* Sed an sufficiat ad hoc imaginatio solius maris? videtur velle Plinius li. 7. c. 12. dum vtriuslibet cogitationem memorat, & fortè Marsilius Ficinus supra, dum promiscuè parentum meminit, & Calpurnius versibus ante laudatis? putarim tamen eos id noluisse, sed requirere vtriusque cõcursum: non maris duntaxat: qui an solus sufficiat, problematicũ, quia incertũ est quid, & quãtum conferat semẽ virile aut fœmineũ ad fœtus materiã atque conformationẽ. Si fœmina semen non emittit, vt voluit Aristoteles *in lib.* 1. & 2. *de generat. animal.* aut si formam viuenti tribuit solus pater, vt nonnullis visum: aut si ad generationẽ vtriusque semen pro materia & forma simul accurrat, quod medicorum præcipuis pla-

nique

cuit: probabile est, patris imaginationē sufficere: si verò pater solum ad formā cōferat, mater ad formam cōferat æquè, & solā materiā suppeditet; probabilius foret, non sufficere. Quicquid est, illud constat ex imaginatione tēpore conceptus, non satis efficacem esse conclusionis nostræ probationem. Magis vrget imaginatio, quæ post conceptionē succedit. Nam videmus prolē etiā iam formatam in vtero maternę imaginationis dispēdia sentire, vt in prægnantibus accidit quotidiè. Legi VVitebergæ ciuem cadaueroſa facie natum: eo quòd mater vterum ferens obuio cadauere subitò fuisset pauefacta: Isenaci, pudicā & formosam matronam: scribunt peperisse glirem; quia *ex vicinis aliquis gliri nolā appēderat, ad cuius sonitum reliqui fugarētur: is occurrit mulieri grauidæ, quæ ignara rei, subito occursu & aspectu gliris, ita est conterrita, vt fœtus in vtero degeneraret in formā bestiolæ.* Nicol. 3. Pontifice Romæ quodā in palatio mulier infantē vrso similē peperit, eò quod (medici iudicarūt) ibidē varijs in locis vrsi delicti cernebantur. Paderbornæ mulier hæretica ante annos sexdecim plus minùs (res ibi tum nota) peperit filiū modo Ecclesiasticorū palliatū & pileatum; quæ ex vehementi odio in Papistas, vt vocant, obuijs semper maledicebat. Sed hoc fortè diuinæ vltionis fuit. Quid aliunde exempla peto. maternū, paternumque genus suggerit. Fuit in materno genere Antverpiæ, quæ vterum gestās, simiā in delicijs habebat, vnica ei nata filia, multa simiorū retinuit, nam & puellula latitare, & gesticulari, & similia non pauca. Ex paterno, Lud. Delrio. Vir honoribus clarus, ob fidelē Regi nauatā operā à perduellibus Bruxellæ captus in pleno Senatu: vxor, grauida, cū in domum irrumpētes seditiosorum duces vidisset, exterrita: post peperit, quē de fonte lustrali suscepi: is infans semper oculis externaris maternum pauorem; iam adolescens emotæ mentis perstitit. Fugio domestica mala. Scribit Fernelius *lib. de hominis procreat.* pauonem, si dum ouis incubat, linteis albis circumtegatur, albos omni-non pullos, non variantis coloris edere. Quæso, num oua non sunt corpus seiunctum? Vides tamen imaginationis efficacitatem in illud. Præterea, cū imaginatio accenderit calorē in corpore imaginantis; cur contiguum ei corpus nequeat etiam calefieri? Non tango illā quæstionem an solius imaginationis tāta vis sit in hac similitudinis efficacitate, vt plerique à Fernelio li. 7. physiol. opinantur, an verò partem sibi motus seminis & vis formatrix vindicent, vt docet Andr. Laurentius l. 8. hist. Anato. q. 20. eum legere potestis.

N. Dom mēt. in c. Gen. 30.

Ego manum tollo de tabula: moneo tantùm, vel moueo potiùs dubium.

B. August. narrat quendam; *quandocumque ei placebat, ad imitatas quasi lamētantis cuiuslibet hominis voces, ita se auferre à sensibus, & iacere solitum mortuo simillimum, vt non solùm vellicantes atque pungentes non sentiret; sed aliquando et. igne vreretur admoto, sine vllo doloris sensu, nisi postea ex vulnere. Hunc porro non obnitendo, sed non sentiendo non mouisse corpus suū probat: quòd tanquā in defuncto, nullius inueniebatur anhelitus: hominū tamen voces, si clarius loquerentur, tanquā de lōginquo inaudisse se postea referebat.* l. 14. de ciu. Dei, c. 23. Hoc vir eruditus factum vult, quia per vehemētem imaginationem ille seipsum abstraxerit à sensu rerum præsentium. Cogita (lector) an non sit verisimilius hūc magum fuisse, & ope dæmonis ex pacto in exstasim sic abripi cōsueuisse. Nam huiusmodi effectus omnem imaginationis vim clarè superat, cū exstasis à volūtate humana non dependeat, vt suo loco ostēdetur. Pergamus ad aliam quęstionē.

QVÆSTIO IV.

An solo cõtactu, visu, voce, afflatu, osculo, vel nudi lintei applicatione vulnera & morbi sanari, & alia mira huiusmodi perfici naturaliter possint?

QVOTQVOT asseruere, commune hoc ponunt fundamẽtum superstitionis suæ: spiritus per arteriam ex corde promanare, & per visum aspicientis, vel per os loquentis, vel per poros tãgentis erumpere; & visi, audientis, vel tacti se arterijs insinuare, indeque cor petere, & eò efficaciùs penetrare; quo spiritus vehementiori voluntate videntis, loquentis, aut tangentis fuerint emissi.

Prima conclusio, *vis ista voci non est tribuenda.* probatur, quia vix in audientẽ nihil potest operari nisi per accidens, ratione soni vel significationis verborum, alterans audientem, eâ quam adfert lætitiâ, timore, mærore, &c. vt optimè Vairus docuit *a*.

Non obstat quod adserunt, mirabiles effectis malis carminibus Magos operari, v.g. insusurratis quibusdam verbis in aurem tauri, belluam prosterni vt mortuam; rursus alijs, eam in pedes erigi. Parentum quoq; execrationes vox vnquã irritas cadere: Non inquam hæc obstãt, quia illa de tauro ac similia fiunt à dæmone, vi pacti. Execrationum verò effectus; si repentinus; oriri potest ex vehementi alteratione verecundiæ, timoris, tristitiæ: si verò lentus sit & tardus, non id putandum sono verborum perfici, sed Deum punire iusto iudicio liberorum nequitiam & impietatem. Hûc ego retulerim illud VVestphalæ mulieris, quæ diris & deuotionibus filium reddidit immobilem; quod ad dæmonis operationem alij retulere. *b*

Secunda conclusio, *nec etiam visio so-*

a d. lib. 2. c. 11. Item Condrõchus li. 2. de morbis venef. ca. 5.

b Ananias lib. 4. de Nat. dæm

A *la, vel cùm imaginatione nudâ, ad hoc satis efficax est.*

Hoc de fascinatione probant Vairus *l. 2. c. 9. Ananias d. l. 4. Condronchus d. l. 2. c. 2. Bokelius l. de philtris c. 1. Andr. Laurent. l. 10. hist. anatom. q. 2.* sed de sanitate & similibus effectibus par ratio est.

B Supponunt contrariæ sententiæ auctores, oculum aliquid emittendo cernere, cum Platonicis. Sed quomodo iampridem exhausti non sunt visui radij isti, aut quæ hæc vis suppeditatrix nouæ semper materiæ? verior longè ac receptior est sententia Peripateticorum & Theologorum, de qua lege Lauren. d. q. 2. visionem fieri introsusceptione speciei obiectum repræsentantis: potestatemque videndi, potentiam esse passiuam, quæ alterari, non alterare quæat.

C Visio quoque actio immanens est; quâ finitâ nihil in obiecto superest, vtpote cui nihil accessit: vel in illud transiuit. Sunt hæc verissima, multa tamen primâ specie videntur repugnare. Amor ex mutuo aspectu, lippitudo, anicularum facinatio, speculorum vitiatio, galgali, luppis truthiocameli, gallinacei, & reguli per visum efficacia; quæ nunc breuiter remouenda.

D Visus, amoris initij & incrementi, duntaxat est occasio quædam: nã principio visæ formæ simulachrum visus offert imaginationi: quod simulacrum phantasia volues ac reuoluens, causa est, cur homo istud obiectũ iudicet dignius esse, quod ametur & expetatur, rebus cæteris. Sic incipit quis amare: mox amor præsentiâ rei amatæ fouetur & glisscit: nõ quòd obiectũ externis oculis videat: (nam & absentes magis amore cruciantur) sed quòd assiduè de illo cogitet, illudq; plus quàm par est æstimet, & sibimet imaginando fomenta & faces præbeat ardori. Etenim si non intrinsecum malum foret, & ab externâ pen-

E

deret

deret visione, cur, cùm plures simul eandem videant; & ab eadem videantur, vnus ille deperit, contemnunt cæteri?

Lippitudo, & à menstruatæ visu speculis inustæ maculæ, non ab ipsa visione & oculi organo manant; sed vel ab halitu infecto per os ac nares erumpente, vel ex concauitatibus oculo vicinis, & suffusioni mixtis spiritibus contagiosis. Ad oculum enim est foramen, cui indita pupilla, ex qua per neruum opticum visio procedit, actio sanè innoxia. Est etiam foramen cerebri aliud, vnde neruus motiuus, de secundo neruorum coniugio natus, prodit, per hoc foramẽ cerebrum fundit lacrymas, lippitudinem, & alios prauos humores ac spiritus, & inde per exteriores oculi partes, & orbis ipsius circumferentiam, inter palpebras & tunicam candidam, huiusmodi fluores stillant.

Trux aspectus vetularum, deformi suo squallore ac tetritudine, potest infantulos perterrefacere, timor postea concitans humores facit, vt citiùs morbi erumpant, ad quos tenellum corpusculum iam erat dispositum ac præparatum. Sic Tiberius non oculorum radijs, sed aspectu horrido militem terrore quasi attonitum reddidit.

Galgalum, seu rupiculam, seu hianticillam, auem scribunt *Plutarchus lib. 5. Sympos. c. 7. & Heliodorus lib. 3. Hist. 2. AEthiop.* si oculos in ictericum defigat, sibi morbum, ægro sanitatem adferre. quod si verum, de quo merito Vairus dubitat; retulerim ad occultam aliquam similitudinem ac sympathiam morbi & auiculę, non ad eius visionem, hæc tantùm occasio est alterationis, quæ rem perficit.

Mærim lupi, quia priores viderant, vocis ei facultatem eripuerunt? Missas fac, bone vir, nugas poëtarum de Maëri, quin potiùs D. Ambrosium laudas, ita scribentem; *Lupi si quem priores hominem viderint: vocem ei quadam naturæ vi videntur eripere: si autem eos homo prius viderit, exagitari memorantur.* lib. 7. in Luc. cap. 10. hoc ridiculum dicit Andr. Laurent. de lupo, & Ioan. Brodæus lib. 7. miscel. cap. 7. scribit eos, qui rationem huiusrei quærunt, planè desipere: sed ipse non satis sapiebat, confundit enim lupum visum cum vidente. Lupo viso interdum homo obmutescit, sed viso qui priùs hominem viderat: hoc tantum vult Theocritus. Cur porro lupus visum præueniens videndo raucedinem adferat nunc causam cape. Tho. Cantipratensis, hoc vult fieri, quia lupus radijs oculorum suorum immissis homini, eius spiritus visuos in instanti desiccet: ijs arefactis arteriæ desiccentur, & sic instrumento vocis obligatius impedito hominem rauescere *lib. 2. de apib. cap. 57. p. 39.* Verùm hoc de radijs non admitto. Ideò malum cum alijs dicere, id accidisse, quod qui in feram improuisam incidunt, ob micantes eius oculos & aspectum formidabilem, metuunt vehementius: timor repentinus sanguinem ad cor fugat, & frigus cæteris membris inducit, & subitam totius corporis alterationem: hinc raucedo & vocis impedimentum. Nec vana videtur ratio venatorum nempe lupum; si prior hominem videat, se ad vindictam recolligere, & sic noxium quendam illi, nec clamare queat, vaporem quasi insufflare; qui cum venenatus sit potest raucedinem adferre; cùm verò se ab homine iam deprehensum videt, ac visum fuisse metuere & fugam meditantem de hoc vapore, emittendo non cogitare. Iul. Schaliger hoc de lupo totum falsum contendit.

Nec struthio camelus, nec tardigra-

da & domi porta testudo aspectu pullos quis excludunt: in arenis enim ea relinquunt, & aspiciunt, solùm vt arceãt nocitura: postea benigna mater tellus ea calore maturat; sicut & lacertis accidit.

Ferarum rex Gallinacei metuit aspectum re vera, nec fucus est dæmonum (vt quidam scripsit: *d*) sed metuit ex quadam arcanâ antipathiâ. Sic enim videas buffone hiante, quasi coactam, miro cum eiulatu mustelam se ori deuorãdam inferere.

d Ananias l. lib. 4.

De reguli seu basilisci intuitu notior narratio est quàm verior. Si reperitur hoc animal, *volunt Nicand. in Theriac. Dioscorid. lib. 6. Plinius lib. 8. Solin. cap. 30. Schalig. exerc. 24. Mercurial. lib. 1. de venenis cap. 21.* violento halitu ac virulento vicinum inficit aërem, iste necat accedentes. *sic Andr. Lauren. d. quæst. 11.* Quod addunt si se in aqua pura & limpida cõspiciat, ipsummet emori: dicam verbulo, non credo. Nam si spiritus isti ex eius oculis exirent, ipsi videnti forent connaturales, quare nec interimerent: sin connaturales non sint priùs in oculis inclusi, debuerant nocuisse: ab aqua verò eos inficì & venenari ridiculum.

Adijciam his Vairi argumentis, vnũ quod mihi videtur difficilius. Norunt Hispaniæ genus hominum, quod vocant ZAHVRIS, nos *Lyncos* possumus nuncupare, cùm Madridi Anno cIↃ.IↃ. Lxxv. versarer, talis ibi puer visebatur. Ferunt hosce videre, quæ addita in penitis terræ visceribus, venas aquarum & metallorum thesauros & sub sarcophagis sita cadauera, res receptissima & celeberrima est: & fieri posse censuerunt, non Pindarus, Tzetzes & alij poëtæ modò; sed & philosophi: *e* quorum nõnulli vim hanc humori melãcholico, & natorum inde spirituũ vehementiæ ascribunt: Melior hæc ratio foret si tantùm putarent se videre non visa: nunc cum visis veritas respondeat, inanis est. quid sentirem, aliàs explicui, *f* nec muto sententiam: venas aquæ nouerunt, ex vaporibus manè & vesperi locis illis expiratis. Venas metallorum cognoscunt, ex herbæ quodam genere illic nasci solito. Thesauros & cadauera (dicunt enim, quæ & qualia) putarim à dæmonibus ostendi & indicari. Potest acies oculorum, quando nullum densum corpus interijcitur, diffusissima spacia transmittere: sed medium istud sarcophagorum aut telluris, tam densum, solidum, & opacũ; id vel omnino expers, vel parùm capax est illuminationis & pelluciditatis; quæ ad videdum necessaria. Accedit, quòd hanc isti facultatem videndi solent ad certos dies restringere, feriam tertiam & sextam, quod latentis pacti indicium. Quinetiam rubedo oculorum, quæ in Zahuris maxima conspicitur, plus noceat quam iuuet acumen oculorum.

e Cæl. R. rodig. lib. 6. antiq. lect.

f Comment. in Medeæ v. 231.

c. 2. & Vairus d. lib. 2. c. 4.

Conclusio tertia, *Neque contactus solus per se ad hæc est idoneus satis.*) De fascinatione probant Vairus & Condronchus, sed argumenta id æquè conuincunt de cæteris mirandis effectibus.

g d. l. 2. c. 10. d. l. 2. c. 3.

Primò, Tactus, quatenus tactus, homini datus fuit ad propriæ vitæ conseruationem, nec vim habet aliam, nisi tãgendi. Si verò vim aliquam habet huiusmodi mira perpetrandi, vis illa sit oportet salutaris naturâ sua, vel noxia. Si salutaris; suo priùs corpori salutem adferret: si noxia, priùs necaret eum cui inest: horum tamen nihil cernimus contingere. Deinde in omnes æqualiter ageret: quos tangeret: sanaretque vel læderet etiam quos nollet. Nullis denique foret opus alijs obseruationibus ac ritibus, quæ cuncta videmus aliter se habere.

Scio

Scio farragines multiplices experimentorum contra sententiam nostram adferri: sed parui sunt momenti.

Primò tradunt torpedinem sariſſa iactam tenentis manum corpusque totum torpefacere: hyenæ vmbra canes obmutescere: serpentem quernis contactam frondibus emori: eandem ibidis pennâ sisti: viperam arundinis vel faginæ virgulæ percussione obstupescere: vespertiliones folijs platani abigi, eryngium capræ sumtum ore, greges totos sistere: cæteras pennas aquilæ pennis mixtas, contactu absumi: lepore marino viso vel tacto, necari nonnullos: lupinas fides si iungas agninis, istas disilire. *Respondeo* hæc cuncta ratione antiphathiæ naturalis euenire, & occultarum qualitatum diffusione noxia his alijs. nec valet consequentia, si inde ad hominis cõtactum quo tangit alium hominem argumenteris. nam homo homini specie similis est, nec naturalis antipathia in eadem specie locum habet: in illa specie differunt ab ijs, quibus nocent.

Secundò illud Lucani de Echineide seu remorâ, vrgent:

---Puppim retinens auro tendente rudentes.
In medijs echineis aquis.---

Respondeo, id cum semel aut bis tantum acciderit, si accidit, casu ex alia quapiã causa accidisse. Ecquid post tot centurias annorum, tam frequenti nauigatione, causæ, vt nihil huiusmodi audiatur? certè non mortua species; Vidi vnam apud Iacob. Plateau Tornacensem, habent & alij alias. vis potiùs illa sistendi conficta fuit; sed quia DD. Basilius & Ambros. in Hexam. meminêre: potes confugere ad occultam aliquam qualitatem huius bestiolæ, quæ vim habeat sistendi motus. Lege si lubet Conimbricenses nostros *in lib. 7. Physic. 2. q. 1. a. 6.*

Tertiò ista fides aliam vnisonam cogit tinnire. *Resp.* cùm æqualiter vtraque sit extensa, nec admodum procul ab inuicem remotæ sint, recipiunt eandem aëris, crispati reuerberationem.

Quartò Magneti ferrum affricatum, potest aliud ferrum attrahere. Taurum furentem si ficui alliges, statim mansuescet. *Resp.* vtrumque fieri posse occultâ quadam sympathiâ atque consensu qualitatum. De magnete multis nostri Conimbrie. d. q. 1. a. 3. eos adi. De tauro non ego credulus, nec qui velim periculum facere, scio tamen ad causam physicam referri à Glycâ; quod ficus inter arbores succi plenissima sit: quamobrem halitum ex se calidum, aërem secantem, penetrabilemque emittere; qui tauri alligati ferociam domet, & appensarum carnes auium mollefaciat.

Quintò. Cùm puella napello educatâ, si Alexander Macedo consuesset; lethalis ei, iudice Aristotele, contactus fuisset. *Resp.* non contactu solo, sed sudoris & halitus commixti contagione, hanc eum pestem fuisse hausurum. Sed contagio nihil habet mirum neq; insolitũ.

Sextò. Cadauer coram occisore, propter præcedentem contactum, sanguinem solet fundere. *Resp.* Varias reddi causas. quidam miraculo retribuunt; quidam casui, quo factum sit aliquando, vt cadauer tum cruorem mitteret, cùm præsens erat reus homicidij, recensui alio loco multas hac de re sententias, & auctores laudaui: *h* neque adhuc dum video, quid solidius adferatur illa antipathia, ex vehementi odio occisi in occisorem; quod qualitatem latentem, & arcanam impresserit corpori, cum cadauere permanentem: & huc referendum illud Lucretij.

Idque petit corpus mens vnde est saucia amore.

h Commen. in Octauiam Senecæ ver. 1272.

Namque homines plerunque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu.
Et si cominùs est. hostem ruber occupat horror.

Vt si viui amantis, & mortui hostis comparatio. *Sic Lemnius lib. 2. de occul. natur. mirac. capit. 7. Langius epist. 40. Pictorius Dialogo 9. Gemma. lib. 1. de characterism. cap. 6.*

Septimò obijciuntur varia curationum genera mirè frequentia. Inprimis praxis quotidiana militum, qui solo afflatu, oculo, aut nudi linthei appositione sanant: etiam atrocissima vulnera; quam vocant *artem S. Anselmi.* item genus illud *Salutatorum*, vt vocant in Hispaniâ, vel *Gentilium S. Catharinæ, aut S. Pauli*, vt nuncupant in Italia, vel *feriæ* VI. *paraseues filiorum* vt nominant Belgæ, qui omnes dono sanitatis in varijs morbis se præditos gloriantur. Iuuat eos auctoritas Pomponatij *lib. de Incantationibus capit.* 3. qui respondet, sicut in herbis, lapidibus & animantibus inueniuntur hæ virtutes sanandi: sic nihil repugnare, quin & in tota humana specie similes vires inueniantur, vt in vno homine sit virtus talis lapidis, in alio talis plantæ. Quod ergo planta hæc vel lapis ille posit, idem hominem etiam hunc & illum naturæ vi effecturum.] Implicatior hæc res est, quàm vt vna propositione queat enodari. Quare dico primò, *Donum conferendo sanitatis siue curationis, esse donum supernaturale, & gratiam gratis à Deo datam.*] hoc certa fide tenendum, ex D. Pauli verbis *k alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ; alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu; alij gratia sanitatum in vno spiritu; alij operatio virtutum, alij prophetia; alij discretio spiritum.*] Tale curationis donum; sed à febribus tantùm sanandi, habere putantur in Flandria, quotquot nati sunt ipso die Parasceues; & quotquot nullo fœmineo fœtu intercedente septimi masculi legitimo thoro sunt nati: quod nequit ad naturalem causam reduci. quare prodigiosa est curatio, &, si nihil superstitionis accedat, reducenda ad hanc primam conclusionem. non enim absimile vero est, ob diei honorem & mysterij sanctitatem, & honorem coniugij, hoc Deum concessisse. Nec etiam potuit nisi virtute diuina fieri, quod refertur Reges Angliæ olim quosdam annulos benedixisse vtiles neruorum contractioni & spasmo, ac morbo comitiali: eosdem etiam contactu strumosos sanare solitos, & vtrumque concessum D. Eduardi Regis meritis, scribit Polydorus Virginis *lib. 8. Hist. Ang. fol.* 140. Nescio an eodem referendum illud Petri Blesensis Archidiaconi Bathonienſis, cuius opera studio Ioannis Busæi nostri partim de nouo, partim correctius edita anno superiore; scribit Blef. *Fateor quidem* (ait) *quod sanctum est Domino Regi assistere: sanctus enim & Christus Domini est, nec in vacuum accepit vnctionis regiæ sacramentum; cuius efficaciam si nescitur, aut in dubium venit fidem eius plenissimam faciet defectu ingumariæ pestis, & curatio scrophularum.*] tantùm ille *epist.* 150. *ad clericos aulæ Regiæ.* Prodijt ante annos duos liber benè prolixus cuiusdam Guilhelm. Tookeri, cui titulus *Charisma siue donum sanationis*, quo conatur docere hoc charismate sanandæ strumæ præditam, quæ hodie regnat in Anglia Elizabetham; accepi librum dono Illustris Viri *Marci Velseri* Patricij & Consularis Augustani, qui quâ est eruditione & humanitate, noluit me beneficicentiæ suæ ex-

k 1. Cor. 12. vers. 9.

per-

pertem esse. Eo in libro mihi multum adulationis, & fuci, parum sinceritatis & veritatis visum inesse; nec fidem mereri. In primis vult hoc donum Regibus Angliæ ab ipso vsque Lucio competijsse: nec quidquam affert ad id probandũ. nec fieri id potest. Nam post Lucium multi Reges non Christiani fuêre; quos ille vnctos non dicet opinor. desijt ergò penes illos charisma & interruptum fuit. Et cur meritis D. Eduardi demit, quòd tribuũt cæteri? an vt Franciæ Regibus antiquioris priuilegij splẽdorem eripiat? an vt doceat (*quod impudenter asserit p.84.*) Reges Franciæ per quãdam propaginẽ ab Angliæ Regibus accepisse? & vide, vt probet. quia Francorũ ferè totæ prouinciæ iurisdictioni Regũ Anglię subijciebantur. bellam rationem & dignã à Francis elucidari, quod nõ diffido facturos: nisi inepto huic ardelioni respondere dedignentur. Nec illud quidẽ probat, vt nec Polydorus, licet asserat idem successoribus Eduardi collatũ, quòd Eduardo: de quo quis nõ immeritò dubitet. nã nec in Bullâ canonizationis D. Eduardi, nec in vita eius conscripta ab Eilrhedo Rhiuallensi amplius habetur, quãD. Eduardũ quandam mulierẽ strumosã persanasse; nec vnũ verbũ additũ de successorum charismate, vt nec à Tagantio, quem ipse etiã adducit, & vtriusq; verba adscribit; vt in manifesto mendacio deprehendatur. Solũ ergo illi de Eduardo probarunt. Addo ex Blesensi Henricũ II. de quo loquebatur: Polydorus addit sui temporis Henricũ VII. & Henricũ fortè octauum, sed nondum ich smaticum, nondum hæreticum: nam Historiam ante scripserat. Quid si Polydoro dicam, me credere, si ipsi Henr. VIII. pro mendacissimo scriptore eum non habuit; si non idem Cambdenius, & quotquot rerum Angelicarum bene periti, iudicant? Res tanta vnico teste non potest probari. Tookerus autem idem donum contendit non simpliciter concessum Elizabethæ, sed multò excellentiùs, quia sanctior Eduardo. Non mirere: nam & Apostolis, & Sanctis omnibus, & ipsi Sancto Sanctorum præfert eo libello in Præfa. &c. 3. 4. nõ semel. Demum quo pacto probat hoc Reginale miraculum? Primum *pag.* 90. per fictitiũ quoddam suũ colloquium cũ Pontificijs quibusdam, quorum nec nomina, nec colloquij locũ aut tempus addit; ne deprehendatur, cur non finxisti, Sanderum, Campianũ. Alanum, Stapletonũ? gloriosè de his triumphares. Nunc respondeo esse quendã, qui de quodam, cuidã nihil credit. vis scire? ego, tibi, de toto hoc colloquio. Summa colloquij, se illos conuicisse, bullas excommunicationis in Hẽricum VIII. à Clemente VII. & à Paulo 3. & in Elizabetham à Pio V. latæ, impias fuisse; quia Reginæ Elizabethæ charisma sanationis integrum remansisse posiit ostendere. quo audito, illos quasi animis consternatos subitò conticuisse, opinor impudentiã tantam admirantes; vel metu delationis negare non audentes. Sed quo pacto probat? primùm se à teste fide digno inaudiuisse quendam Romanensiũ fidei, in via sibi occurrisse probè Londinum qui fateretur, se strumam Reginæ contactu liberatum. Quasi verò ille vnicus testis; nec nominatus, nec iuratus, nec temporis, nec circumstantiarum cæterarum memor sufficiat ad conuincendum. His addit postea testes alios curatos tempore quos nominat omninò quatuor, duos masculos, & fœmellas totidem: vt sint duo paria. Et hi sunt *multa millia, quos ait sanasse, & velle ac posse infinitiorem numerum.* Probat etiam à cæremoniarũ sanctitate; quæ mihi suspectæ, quia video medicos priùs emplastra ap-

plicare; & eas longà diuersas esse, ab ijs quibus vsum fuisse, D. Eduardum, ex Eiſthedo Tookerus non ignorat. Tertia probatio deducitur, ex eo quod Regina nec omnibus, nec semper, sed aliquibus aliquando hanc gratiam, & grauatè solet impertiri (*pag.* 105 *&* 106.) item quòd pars magna hominum curata iltius gratiæ beneficio, quasi relabitur in priſtinum morbi ſtatũ (*d.p.*106.) quod potius est indicio, non esse hoc charisma à Deo; cuius perfecta sunt opera & sanationes; contra, quæ ope malorum ſpirituũ fiũt, nec planè sanant, nec perpetuò liberant. Nec ad rem facit, quod ex Chryſoſt. ſubdit: nam id ad principium sanationis pertinet, non ad recidiuã morbi: de qua nunc loquimur. Probat etiam quia quidam Iudocus Hundius eam curationẽ pictam in lucem dedit. cur non addidit epigramma aliquod? Nam *pictoribus atq; poetis, quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.* Nec habet plura probandi genera: poſtea c. 9. ſoluere conatur obiectiones aduersariorum; quas ita proponit, vt appareat eũ Puritanos & cæteros merè Caluiniſtas planè habere dissentientes, & inficiantes ac damnantes totam hanc ſcrophulãnam ſtropham. ſi nec fratres eius Euangelici credunt: fruſtra petat, me Catholicũ ſibi credere: qui ipſum & fraterculos illos omnes pro hęreticis habeo: & ex ipſiuſmet opere possum efficaciter Catholicis (nam Caluinianos aut Caluino papiſtas nihil moror) perſuadere nõ temerè credendum libro Tookeriano. Argumenta hæc ſunt. Miracula propria ſunt Eccleſiæ Catholicæ, & nulli dantur qui ſit extra Eccleſiam Catholicam *hoc probat c.*5: Sed Elizabetha eſt extra Eccleſiam Catholicam. ergo Elizabethæ non dantur miracula. Min. probo. quia Eccleſia Rom. ſola eſt Cathol. Elizabetha, vt ſchiſmatica, eſt extra Eccleſiã Rõ. E. Elizabetha eſt extra Eccleſ. Cathol. Maior probatur, quia Eccleſ. Cathol. eadem eſt, quæ vniuerſalis Romana ſola eſt vniuerſalis. ergo ſola eſt Catholica. ſolam eſſe vniuerſalem; docent omnia Hiſtoriarum monumenta: certè veſtra Anglicana cuius caput eſt Elizabetha, mediam inſulam nõ egreditur. *Secundò*, Non poſſunt miracula fieri, ad confirmationem falſæ fidei: (*non ſemel hoc dicit, & verè dicit.*) Sed fides quam profitetur Elizabetha eſt falſa fides: ergo ad confirmationem fidei, quam profitetur Elizabetha, non poſſunt fieri miracula. Minorem negabis; probabo, quando articulos fidei Elizabethinæ mihi propoſueris. interea quia Catholicos alloquor, quibus certum eſt Elizabetham eſſe Sacramentariam, & proinde hæreticam, argumentum eſt prorſus apodicticum. Nec potes retorquere, dicendo non faceret miracula, niſi vera eius fides foret; ſed facit, ergo vera eſt eius fides. nam aſſumis pro explorato, id de quo diſceptamus: ego verò præmiſſis nitor, quæ Catholicis ſunt fidei, hoc eſt certiſſimæ. *Tertiò* in Eccleſia Catholica ſemper effulſiſſe charisma ſanitatis, probas toto cap. 4. ex D. Irenæo, D. Auguſtino, & D. Nyſſeno, D. Gregorio Magno, & alijs, de reliquijs D. Stephani, de Gregorio Thaumaturgo, Hilarione, & alijs Sanctis, vſque ad noſtra fermè tempora. Vnde argumentor: Horum fuit vera Eccleſia: nos Papiſtæ ſumus in eadem in qua ipſi fuere. ergo nos ſumus in vera Eccleſia: vos in alia eſtis, quàm nos: ergo vos non eſtis in vera Eccleſia. Vnde ſequitur verum & inuictum eſſe primũ argumentum noſtrum. Illorum Patrum veram Eccleſiam fuiſſe, tu ipſe fateris; quia fateris, per hæc miracula illorum probari miraculorum continuam efficientiam. Negas non in eadem cum illis Eccleſia

esse

esse: probo. illi Romanum Pontificem, pro capite Ecclesiæ visibili agnouerũt, vt & nos: illi crediderunt, quicquid nos credimus purgatorium, septem Sacramenta, præsentiam corporis Dominici in Eucharistia, orandum pro defunctis, &c. quæ vos negatis, nos profitemur: nec nos quicquam credimus, quod illi non crediderunt: vos autem nec vnum illorum, quos nominasti miraculorum verorum patratorem, laudare potestis, quo cum in fidei catholicæ articulis per omnia conueniatis, aut à quo nos in vllo dissentiamus. Ergo non vos, sed nos, in ipsorũ Ecclesia, hoc est vera, sumus. Ergo præterea fatearis oportet, vel illorũ miracula nõ fuisse vera miracula, vel Reginæ vestræ: quæ alterius fidei est, quàm illi fuêre: vera miracula non esse.

Denique si quæram à te: cur in sanitatibus à Vespasiano, Pyrrho & alijs Gentilibus, vel hæreticis collatis, non recognoscas manũ Dei, sed Diaboli? respondes c. 5. quia infideliũ opera huiusmodi actu & factu impurorũ spirituũ fiũt, & laudas D. Augustin. huius sententiæ verissimę auctorem. Respõde igitur, cũ hanc sententiã verã esse credas: an fas tibi sit, credere miraculis, quæ Christianissimi Frãciæ Reges in hoc genere ad fidei Apostolicæ Romanæ confirmationẽ operarentur? si fas credere, ergo iã cõcedis in probationẽ falsæ fidei (lic. n. profiteris) vera miracula patrari posse, quod negasti, & est falsissimũ. Si verò dicis id tibi fas non esse: nec nobis Catholicis fas erit credere, quæ facit Elizabetha ad confirmationem fidei suæ, Dei ope fieri, aut vera esse miracula: sed ea cogimur dicere, vel fictitia, si non verè ęgri: vel fieri physica aliqua vi emplastrorum, aut aliorum adhibitorum: vel ex pacto tacito vel expresso cum dæmone: à quo nec hæreticorum genius, nec alię quædam circumstantiæ multum abludunt. Tu Tookere videris, quid me horum omnium malis credere: nam tibi credere, in ijs quæ asseris nondum decretum mihi neque constitutum. Neque tu cures suadeo, quid ego de hac re credam: perge potiùs Dominam tuam palpare, & scribere, vnde caput vnctius queas referre. De Franciæ regibus: quorum adhuc nullus apertè hæresim professus fuit: res non Annalium modò, sed & medicorũ publicis libris, *vt Guidonis in Chirurg. magna tracta. 2. doctri. 2. 5. & Ioann. Tagautij lib. 1. institution. chirurgicar.* & quotidiana certaque experientia est contestata: hoc illis beneficium quondam cõcessum fuisse, vt contactu strumas seu scrofulas sanarent. Si vis ea naturalis fuisset, non per traducem hęreditariam regni transiuisset in Regem solum, exclusis cæteris fratribus: quorum sæpè temperies, & complexio patri similior, quàm Regis ipsius. Conditio quoque sceptri seu coronæ, cui comes illa facultas media, nihil tale poterat naturaliter largiri. Quod vero Hieron. Cardanus lib. contradiction. medicar. scripsit Reges Francorum ex longo esu aromatum hanc vim habere, ridiculum, vanum, & dignum est scutica Ioan. Brodæi lib. 8. miscellan. cap. 10. De Pyrrhi Regis digito, contactu morbos sanante: iure optimo Anton. Mirandulanus censuit hoc mendacius incredibilibus adnumerandum: vel, vt puto, dæmonicis potiùs. Nihilominus.

lib. 10. de ciuita. Dei.

Dico 2. *negandum non est aliquando nonnullos inuentos & inuenirı, qui solo contactu sanant.* hæc conclusio probatur legendis sanctorum passim, & quotidiana experientia. Et hę sanitates conferuntur interdum, dumtaxat ad certum tempus, vt legimus de S. Beniamin apud Sozom. lib. 6. & Niceph. lib. 11. & scimus B. Petronillã à S. Petro, spirituali

Id. c. 7

eius parente, ad breue tempus sanatam fuisse; & quod narrat Mich. Medina *l* de puero quodam Salmanticensi: interdum ad totam vitam non redeunte morbo. Ad tempus quidem id contingit, quando sanans id à Deo impetrauit certam ob causam, maiusque bonum sanati, v.g. ne sanitate is abutatur, aut ad maius meritum patientiæ; alioqui ordinariè curationes miraculosæ perfectæ esse consueuerunt. Sanatio verò naturalis fit ad tempus, quãdo, subsecuta in melius immutatio, proficiscitur ex sola vi imaginatrice ægri, vt de puero illo censuit idem Medina. Est in Hispania genus hominum, quod Saludadores vocant; vel Ensalmadores, eo discrimine, quòd isti dicant se sanare vi orationum, quas conceptis verbis dicunt: illi, vi saliuæ & halitus, quem ægro inspirant. de his dico 3. *Salutatores; & Ensalmatores, nec possunt districtè & in vniuersum damnari, nec etiam in vniuersum approbari*] etenim potest fieri vt aliquando nonnulli habeant donum sanitatis: sic Victoria & Veracrucius: *m* & sic admittenda quæ Nauarrus *n* scripsit his verbis; *Porrò illi qui vulgò Salutatores vocantur (quantumcunque aliàs sint perditissimi homines) licitè possunt suo munere perfungi: quoniam gratia illa gratis data huiusmodi hominibus à solo Deo, conceditur in vtilitatem aliorum, & allegat, Margaritam confessor.*] Sed hoc nimis generaliter dictum: rarò enim sicuti vtuntur, licitè vtuntur: nec credendum tot hominibus pessimis hoc donum à Deo attributum. Quamobrem consulo Vicarijs & Officialibus Episcoporum, cæterisque ordinarijs, vt priusquã permittant eos, hoc curationis munus obire; diligenter examinent, an naturalibus vtantur remedijs, an verò per gratiã gratis datã, an per pactum cum dæmone operentur: quæ sunt ex circumstãtijs cognoscenda. Quod vniuersim non sint reijciendi, contra quam insinuat Ciruelus 3 *p. de superstitione. c.* 3. & 7. probatur, quia nunquam abbreuiatur manus Domini, ne hanc gratiam quibus vult largiatur: certum tamẽ puto, hanc nunquã largiri nisi Catholicis: hactenus enim nulla hæretici miracula fecerũt: & prudentissimè summus Franciæ Senatus decisione quadã vni, ex hoc genere empirico, an. 1577. vetuit donec ab ordine & collegio medicorũ approbatus esset, ægrotis positiones vllas imperare, aut medicamẽta præbere vel morborũ curã publicè profiteri, lege An. Robertũ rerũ iudicatar. l. 1. c. 5. doctissimè differentẽ.

Dico 4. *solo contactu, aut sibilo, aut halitu, aut osculo, naturaliter quemquam alteri grauem & verum auferre morbum, vel vulnera sanare, vel ferrum extrahere posse, non credo*, hæc conclusio tota est contra Pomponatium; quod ad contrctum, etiam repugnat Veracrucio, illius fundamentum iam posui, huius autem hoc est: naturali complectione vel constellatione quidam sunt nociui, quod in fascinatione patet ex solo aspectu, ergo ex ijsdem causis, quidam naturali complexione vel constellatione erunt salutares & medici. Sed tam paucis verbis multa supponit, non concedenda. primò quod de constellationibus, Albertum secutus, ait, verum non est. Si loquitur de constellatione, quando iste nascebatur: omnes eam vim habituri, qui tum nati. quod quis credat? si de constellatione sub tempus contactus; poterunt sanare omnes; quotquot tunc tangent: si de vtraque simul; annus ille magnus interceserit oportet, qui eandem stellarum posituram & influxus reduxerit quando tangit; qui erant, quando natus, at quis tanto viuit vel vixit tempore? Alioquin nõ poterit hoc aliã die præstare, quã quãdo positu-

m Victor. elect. de Magia. Veracru. 2. de anima aspectu. 2. Manual. c. 11. n. 36.

ræ æqualitas ista, quam oportet, acciderit. quàm igitur incerta futura hæc curatio? Secundò quod vulgarem illam de fascinatione opinionem admittit, hoc posteà docebo prorsus à verâ Philosophia alienum. Tertiò peccat illatione. nec enim sequitur, nociua est qualitas hominis in hominem; ergo & qualitas hominis in hominem fatenda est esse sanatiua. nam auctore Aristotele *o* plura necessaria ad sanitatem, quàm ad ægritudinem. malum enim ex quouis defectu, bonum ex integra causa. Deinde contagio solo hauritur afflatu. Verum in hac curatione sedulò obseruant modos tangendi certos, numerum & alias ceremonias. Accedunt multa suspicione plena & periculo. Primò quod salutatores illi dicunt, ad virtutem hanc exercendam multo vini potu opus se habere: fieri autem non potest, vt vini potus prosit ad contrariorum morborum curationem. si prosit frigidis, non proderit calidis. Item solent panem à se admorsum porrigere morsis à cane rabido, vel infectis toxico: cui pani neutra causarum Veracrucili suffragatur. Tertiò dicunt in præsentia alterius salutatoris vim maiorem salutandi habentis, se sanare nequire. quod est absurdum. deberet enim potiùs vis illa, si naturalis esset, magis intendi. Quartò mentiuntur, cùm dicunt naturaliter vnum salutatorem ab alijs salutatoribus cognosci, licet eum priùs nunquam viderint, quod signum alicuius notæ illisà dæmone impressæ. Sanè plerisque rotæ vestigium inest, vt dictitant ipsi, S. Catharinæ vel Quiteriæ. Quintò falluntur, dum putant hanc vim competere septimo cuique filio, si masculinum ordinem fœmineus partus non interruperit. quod est ridiculum naturæ adscribere, & non miraculo. Sextò sæpè iactitant sibi reuelari, quæ procul in eorum absentiâ gesta fuere, vt ille qui Torquemadæ patrem à morsu canis rabidi sanauit. narrat Historiam ipse Torquemada. *p* Septimò gloriantur sine nocumento se tractare posse carbones & ardentem clibanum subire; quæ naturaliter fieri nequeunt; nisi se præmuniant lotione & inunctione rerum frigidissimarum, quæ tamen nõ possunt, nisi ad modicum tempus, ignis actiuitati resistere. Vnde & Vairus *q* narrat, ex hoc grege quendam, cùm ingressus furnum fuisset, & alius, eo ignaro ianuam occlusisset, ibi flammis absumptum.

Venio ad Pomponatij fundamentum, & respondeo; lapides, herbas & animalia, quæ vim aliquam beneficam huiusmodi à naturâ acceperunt, eam obtinere ex temperamento certo & definito totius speciei, fit enim inde, vt omnis magnes ferrum attrahat, omne rhubarbarum bilem expurget, omnis rupica morbum ictericum sanet. Oporteret ergo, si salutatoribus vis ea naturalis ineesset; ratione speciei humanæ eam accepissent, & sic omnes homines eâ vi pollerent. Si ratione indiuidui & singularis complexionis hoc vni tribuis, quod alteri adimis: cur non in magnete quoque & rupica hæc diuersitas, ratione indiuidui, reperitur, vt vnus magnes nequeat, quod potest alter? Neutra ergò ex parte similitudo locum habet. Item quod rhubarbarum bilem temperet, id facit ratione peculiaris illi temperamenti, cuncta enim speciei illius indiuidua & nulla alterius, eodem planè modo morbis medentur. Sed in hominibus non potest esse hæc similitudo & paritas temperamenti: quia hominis forma diuersissima est, à forma rhubarbari; quare & temperamentum corporis discrepat à temperamento rhubarbari nam alias longè requirit di-

o Proble. sect. 7.

p Horti Florum colloq. 3.

q lib. 2. de Fascino c. 11.

spositiones materiæ forma hominis, quàm forma plantæ, succiue. Quo ergo pacto vis eadem naturalis ratione temperamenti competat homini; quæ rupicæ, vel rhubarbaro?

Quoad illos autem, qui genus & cognationem B. Pauli tumidis buccis crepant, seque angues sine læsione contrectare posse; iam plerisque impostura cognita est, solere priùs contra morsum se se antidotis præmmunire.

De militari illa vulnerum curatione; audacter dico, niti dæmonico pacto; & ex genere suo, id lethale crimen loquor de illa, quæ solum obligat linteo: nã quæ oleo, & vino vtitur: si congruo temporis interuallo sanet, nec mala murmura his addat aut alias superstitiones physicis licitis remedijs annumeranda. Blasphemum quoque est vocare artem D. Anselmi, quæ fuit Magi illius Anselmi Parmensis commentum. Accedit quod sic à vulneribus aut morbis sanati, postea in dolores grauissimos & sæpè morbos sæuiores reincidant, r & vt plurimũ vitę exitum pessimum sortiantur; quod possem mihi notorum multorum exemplis astruere. Sed parco nominibus mortuorum.

r Anania lib. 4. de nat. dæm.

Restat quiddam Alberti Magni, ſ qui refert duos se vidisse pueros, quorũ vnus cum ferretur iuxta ostia clausa, omnia, quæ ad dexterum eius latus sita, aperiebantur: ab altero verò idem in sinistris ostijs præstabatur. cur non ergo ferrum ex vulnere ad solum contactum vel præsentiam alicuius excidat? Nonne scribit Matthiolus, in Italiæ montibus herbam se nouisse, qua ab equis calcata continuò ferrei calcei soluuntur. Pici herbà cuneũ adactũ extrahi, testibus Democrito & Theophrasto. Æthiopide herba certo ritu incantata, feras omnes si admoueatur aperiri; & suo tempore Venetijs furem suspẽdio dam-

ſex lib. 3 de motu animaliũ

A natum, cui sic fores omnes patefiebant.] *sic ille epist. Nuncupatoria in* Dioscoridem. *Resp.* In vltimis duobus apertam incantationem accessisse: in prioribus duabus herbis, occultam attrahendi & disijciendi vim à natura insitam: quæ vis naturaliter hominibus inesse nequit. Nec ratione specifica, quia non omnes habent: nec indiuiduali: quia conditiones indiuiduantes

B non producunt talem effectum. Quare nec Aristoteles, nec quisquam rectè philosophantium, hoc est crediturus. *mirandumque vehementer vnum Albertum, plura narrare solum, se huiusmodi credi-tu difficilia vidisse, quàm ad illum vsque* (vt ait Anton. Mirandulanus) *cæteri qui exstant scriptores tot sæculorum simul omnes.*] Si tamen hoc accidit, dęmonis prę-

C stigijs adscribendum. Cuius etiam pacto & incantationibus fretos fuisse Psyllos & Marsos, satis colligitur: ex Plutarcho, Plinioque, clariùs etiam Alchimus Auitus lib. 2. his versibus:

Iam Magicam dignè valeat quis dicere fraudem:
Occultas tacito tentantem pectore vires?
Legifer vt quondam vates, sub rege superbo,
Dum noua monstraret iussi miracula signi,
Commouit liuore magos, vt taliatentent,
D *Accumulent quæ suas zelo feruente ruinas,*
Queis forsan si suppeteret non vana potestas,
Demere, non etiam properarent adde monstra,
AEmula sed signis tantùm, non viribus æqua.
Quod remouere nequit, duplicata sustinet ira.
Hinc est laudato quod possunt carmine Marsi,
E *Cum tacita sæuos producunt arte dracones*
Absentes, & sæpè iubent consligere secum.
Tunc vt quisque grauem bello persenserit hydrum.

Aſpidis aut duræ Clauſas cognouerit iras,
Concutit interiùs ſecreti carminis arma;
Protinùs & laxis verbo lactente venenis,
Mox impunè manu coluber tractatur inermi.
Et morſus tantùm, non virus in angue timetur:
Interdum perit incantans, ſi callida ſurdæ
Adiuratoris contempſit murmura ſerpens.
Hoc quoniam de matre trahunt & origine prima,
Anguineæ fraudis quod ſic, linguæque perit
In ſpeciem reddunt commercia mutua fundi.

Circe, quæ Anguitia.

CAPVT IV.

De Magia artificiali.

HÆc mira quædam perficit per humanam induſtriam: tantùm enim nunc loquor de operatrice: diuinatoriæ ſuum locum reſeruo. Magica *operatrix artificialis* & ipſa duplex eſt, *Mathematica & præſtigiatoria*. *Mathematicam* voco, quæ nititur principijs geometricis, arithmeticis, vel aſtronomicis, huius exempla ſunt Sphæra illa Archimedis, ſecũdum Claudianum vitrea, de qua M. Tullius *a* & in Siracuſarũ obſidione nauium per ſpecula combuſtiones; *b* Archytæ columba lignea volans: *c* Leonis Imp. auiculæ aureæ cantillantes: *d* & Boetij æreæ, volantes & cantillantes, ſerpentes ex eodem metallo ſibillantes, & ſimilia multis narrata. *e* Hæc Magia vocatur ab Herone & Pappo θαυματοποιϊκή. Supponẽdum autẽ nihil hanc efficere poſſe quod rerum naturæ repugnet: quin imò indigere cauſarũ naturaliũ ope certo motu & dimẽſionibus applicatarũ: vt in ſpeculis illis Archimedis, & hydraulicis noſtris & automatis patet. Quare ſi quis effectus proponatur; cauſarũ naturaliũ efficacitatem ſuperans, ille ad prodigioſos referri debet etiamſi humana induſtria ad inſtrumenti confectionẽ motumue cõcurrerit. Idcircò diſſentio à Guilhel Pariſienſi. Medina & alijs: qui caput aëneũ Alberti Magni (quod narrant) humano credunt artificio articulatè locutũ: nec enim humana induſtria huc vſque pertingit: nec naturalis ratio patitur, vt res inanimata, vocem humanam, ad lubitũ interrogantium reſpondendo, emittat. nam hæc vitam, & reſpirationem in loquente, & perfectiſſimam vitalium organorum cooperationem, & diſcurſum quendam loquentis, requirunt. Quæ cũ huic capiti defuerint omnia: ſi loquebatur, ille in capite loquebatur, qui in ſtatuis idolorum oracula fundebat: qui ſolus cacodæmon fuit. Notum enim ſimulacra vocis propriæ expertia fuiſſe. *Simulacra*, enim *Gentium argentum & aurum: os habent & non loquentur. neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.* Fuit illa ſententia Guilhelmi, & olim Hermetis, ſed à Theologis confutata iampridem. *f* Huc pertinet globus ille artificioſus, ſeu ahenea ſtatua, ſic confecta, vt ex occulto loco, funiculo, qui intenſus erat remiſſo, ſagittas in ſpectantem eiacularetur: quo pacto Kennethum III. Scotorum Regẽ, à Fenella interemptum, in Maioris & Boeti *Scotiæ Annalibus* legitur. Eodem reducenda quorundam mirifica ſolertia, vt artificis illius qui Romano Imperatori, vitrum flexile, & non fragile obtulit, de quo poſt veteres Guido Aretinus epiſt. ad Michaelem Monachum ferentium immania pondere fronte, & funambulorum globis inſiſtentium (vt vidi) & qui membra, quaſi lutea confractaue, vti lubet, flectunt, de quibus egit D. Chryſoſtom. *homil. 19. circa fin. ad Pop. Antiochen.* ad quæ ſolet plurimum iuuare corporea diſpoſitio, & naturalis agilitas, vt plurimis exemplis docet Andre. Libanius

Pſal. 134. & 15.

a 1. Tuſc. & 2. de na. Deor.
b Plutarc. in Marcel
zonaras tom. 2.
c Gellius l. 10. No.
d Glycas & Manaſſes in Annal.
e Caſiodor. l. varia. epiſt. pẽ. & Politian. in Panepiſtemone.
f D. Tho. lib. 3. cõtra gẽt. c. 104. Valencia 2. 2. diſp. 12. p. 2.

p.2. Mirabilium tracta. de Noctambulis in fine operis.

Altera ſpecies ludicra & deceptoria, vocari poteſt *præſtigiatrix* : (à qua factum vt mira Magorum à Græcis παίγνια & κυβεῖα; à latinis; ludi, & ludicra,& ludibria vocata ſint, (vide Heraldum in lib.1. Arnobij pag.31.) cuius effectus non ſunt quales, aut qui videntur : ad eam pertinent pleraque quæ ab agyrtis, circulatoribus & funambulis creduntur patrari incantationibus,cùm agilitate pedum vel manuum fiant, vt quæ de Reatino quodam narrat Pomponatius: interdum fiunt etiam per animalia bruta longo vſu edocta,vt quę Ioannes Leo narrat, de aſino & camelo *g* interdum per meram impoſturam, & meatus occultos aliquibus ſubingreſſis, vt faciebant ſacerdotes Beli qui à Dracone cibos deuorari fingebant : *h* vt fiebat celebri in illa ſolis mensâ, *i* quam vulgus peregrinorum putabat ſponte ſuâ cibos ſuggerere, reuerâ tamen cibi à vicinæ vrbis incolis ſuggerebantur. *k* Et etiam accidebat, in fictitijs illis idolorum amoribus ac ſtupris, de quibus Ioſephus, & Rufinus. *l* Item quando Barchochabas, pſeudomeſsias Iudæorum, ſtuppulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilans, flammas vomere videbatur,teſte D.Hieronym. *Apolog.aduerſus Ruſinum* : ſimile putarim, quod de Caco latrone narrat in Alcide poëta. Talia quæ vocat Irenæus lib.1. aduerſus hæreſ.cap.4. Anaxilai ludicra, v.g. facere vt conuiuæ videantur habere Aethiopicum nigrorem, vel defunctorum pallorem,aſinina aut equina capita. commentum vetus Plinio lib.28. & 35. & ſexto Empirico notum lib.1. Pyrrhoniar. vt docet Marſilius Cagnatus lib.3.varior.cap.10.

Thaumaturgica, vt & Magia naturalis,per ſe bona eſt,& licita, vt omnes artes per ſe ſunt bonæ. Per accidens vtraque fit illicita, primò quando in malum finem referunt. ſecundò quando ſcandalum oritur, eò quòd putentur hæc fieri dæmonum operâ : quare non deberent huiuſmodi permitti, niſi circulatores publicum & idoneum à Catholicis haberent artis ſuæ teſtimoniũ. Tertiò ſi quod inde ſpirituale vel temporale damnum corporis aut animę immineat ipſi circulatori, vel ſpectatoribus.Ex hoc enim capite damnãtur, qui ſine neceſsitate vel causâ iuſtâ, ſe mortis periculo per luſum exponunt. *m*

Cæterum *Naturalis* & *Artificioſa* Magiæ, duo ſunt velamina; quibus ſe occulere ſolet Magia *Diabolica*. ſemper enim vel naturæ vim mentitur, vt in ijs quæ de aſtrorum influxu, & temperie hominis ſuperiore capite diſſeruimus: vel mentitur artificium; vt in characteribus,imaginibus & huiuſmodi,de quibus diſputandum q.ſequ.

Nunc de præſtigiatrice quædam, ad alia quæ poſtea diſſerentur *lib.2 quæſt.3.* Sapienter ab Vlrico Molitore *lib. de Phytonicis mulieribus.* animaduerſum fuit à Diabolo ſic medium diſponi poſſe,vt vna res alia videatur : & talia experimenta plurima fieri à ioculatoribus: cùm autem ſatanas *ſit magiſter* (ait) *ioculorum*;nemini dubium eſſe, quin ſubtiliùs hæc Diabolus operari poſsit. hic, nunquam diſcipulus eſt doctior præceptore, Talis illa, de qua Niderius, *in Formicario, cap. de maleficis & eorum deceptionibus*; *Coloniæ*, inquit, *citabatur virgo quædam, quæ mira in conſpectu nobilium feciſſet, quæ arte magica videbantur fieri. mappam enim quandam dicebatur laceraſſe, & ſubito in oculis omnium redintegraſſe : vitrum quoddam ad parietem à ſe iactatum & confractum, in momento reparaſſe & ſimilia. Manus inquiſitoris euaſit excommunicata.* Bo-

dinus

g Deſcriptio.Africæ lib.& lib.9.
h Daniel 14.
i D.Hier. epiſt.103. ad paulin
k Herod ib.3.
l Joſeph. li.18. ant. c.4. Ruſin.lib.2. hiſt.Eccl. cap.25.

m Silu. & Fumus in verb.ars Nau.c.15. num.8.

dinus notat, eos solere decem magicis præstigijs vnum subtilitatis seu agilitatis artificiosæ actũ miscere. vt persuadeant, quæcunque ab ipsis geruntur, citra præstigium, solâ dexteritate & arte fieri, procurant, vt quicquid sortilegij admiscẽt, id subtilitatis & agilitatis esse videatur. Amat satan homines ad risum prouocare, vt læti ac hilares imbibant impietatem, sic præstigiatores isti agyrtæ, iocularij miriones, circulatores, ipsos iudices sæpe ad ineptã quãdam lætitiam & admirationem pertractos fascinant, vt cuncta ipsis iocatoria tantum, nec punienda videantur. frequens talium semper vbique prouẽtus fuit & seges etiam hodie in aulis quorundam Principum, allio & cicuta nocentior. In Francia Triscalinus coram Carolo IX. alãs laudato Rege; ex cuiusdã nobilis, ab eo remoti, torque annellos ad se sigillatim cunctis spectantibus pelliciebat, eosq; manu recipiebat aduolantes vt videbatur: nihilominus mox torquis integer, & ille sus repertus fuit. Hic conuictus multorum, quę nec arte, nec actu humano, nec naturâ fieri poterant; fassus est ope diaboli cuncta se perfecisse, quod ante obstinatus negauerat. Ioannes Trithemius, ex antiquioribus refert, anno 876. tempore Ludouici Imp. Sedechiam quendam religione Iudæum, professione medicum, stupenda quædam coram Principibus viris fecisse. videbatur hominibus deuorare Hoplomachũ equitẽ currum quoque onustum fæno cum equis & aurigâ, amputare capita: manus & pedes; quæ pelui coram imposita sanguine stillantia cunctis spectanda præbebat, & ea statim hominibus illæsis suo quoque loco restituebat: venationes, decursiones, & hastiludia, & quæ homines in terris agitant, ea in aere audiri faciebat: media brumâ hortum amœnissimum, in Cæsaris palatio, arboribus, herbis, floribus, cantillatione auicularum, subitò natis & auditis producebat: Si quis pedẽ attraheret alterius, pes subsequebatur, & homo innoxius persistebat. In Sicilia Eunum proponunt, sed eius facinus illud, quo inter verba flãmam ore videbatur vomere, artificio quoque non præstigijs planè tribuendum: nam in ore abditam nucem sulphure & igne plenam habebat, qua leniter exspiratione mota, fundebat flammã, vt scribit Thomas Fazellus *decad. 2. rerum Sicularum lib. 5. c. 2.* idem *c. 1. lib. 3. deca. 1.* mira refert de quodam Diodoro, quem vulgus Liodorum vocat: hunc magica arte imbutum, miranda præstigiorum machinatione Catanæ floruisse. *Is nama potenti carminum suorum vi homines in bruta animantia conuertere, omniumq; fermè rerum formas in nouas metamorphoses transfundere, longissimisq; à se spatijs dissitos, repentè ad se trahere posse videbatur. Catanenses prætereà adeo crebris lacessebat iniurijs, & contumelijs dehonestabat, vt vanissimæ crudelitatis laqueu circumuenti, ad cultus ei pendendi studium concitarentur. Qui cùm capitu reus cruci tradendus esset, eliciorum carminum præsentissima arte è Catana Byzantium, cuius imperium eo tempore Sicilia agnoscebat, & rursus è Byzantio Catanam è lictorum manibus dilapsus, paruo temporis interstitio, per aerem deuehi se iussit. Quibus veneficijs adeò populo factus est admirabilis, vt in ipso quandam numinu potentiam esse rati, errore sacrilego cultum sacru debitum ei exhiberent. Sed tandem à Leone Catanensi Episcopo, diuina virtute ex improuiso captus, frequenti in media vrbe populo, in fornacem igneam in ectus, ignis incendio consumptus est.*] Sic diuina iustitia præualuit, & qui se iudicibus fortè minus iusto zelo motus eripuerat, è sancti viri manibus elabi non potuit. His similia

Bodin in dæmon.

præstigia narrabo sequ. lib. 5. in prin. & quædam Cratistheni cuidam tribuit Crespetus ex Athenæo, & alijs quibusdam, & Antonij Gueuare Episcopi Modonedensis *lib. 3. horologij principium. cap. 43. & 44.* & meritò subdit, quod iam monui istos, ioculatores, quamtumuis artificiosos, opera dæmonum adhibere; ideò legibus latis Franciæ Reges S Ludouicus, Philippus Augustus, & Henricus III. regno exulare tales sanciuerunt. *Crespet. de odio Satanæ discur. 12. libro primo.* Nostris temporibus Cæsarium Maltesium Parisijs captum fuisse, sed astu carceribus elapsum ferebant; idque ei Baxius inquisitor inter cætera in iudicio obijciebat; sed cum vrgeretur & damnationem metueret, à gubernatore, qui tum erat iudicibus Ecclesiasticis suspendere iussis, ereptus, in aulâ irrepsit, & ibi multa de nouo cœpit edere, chartas lusorias in alterius eas tenentis manu, ipse distans, sic mutabat, vt bis terque alia in eis figura appareret: in altera mensæ parte posita vasa ad se alliciebat moto vitri tantũ frustulo: cogitationes nonnunquam diuinabat alienas, vt cum sparsa saccari granorum minutorũ in mensam magna multitudine, quod quis sibi granum mẽte delegisset indicabat; etiam si quis, in deligenda re proposita, dubitasset, addebat hæsitationem, & resolutionem: iactabat quod alter esset electurus, id se diu ante prænouisse, & alia multa: propter quæ tertiò in ius ab Illustrissimo Archiepiscopo Mechlinienſi, D. Houio anno 1600. vocatus; cum sistere se pollicitus esset, aufugit ad asylum omniũ Antichristi præcursorum. Princeps ille; qui præstigiatorem iudicio, auctoritate; non iure eripuerat; vix biẽniũ superuixit, & florente ætate interijt; nec quicquam illi postquam malæ causæ defensionẽ susceperat, postea feliciter in gubernatione cessit. Non impunitos vnquã Deus Principes finit, hostiũ defensores: quia nominatim vetuit, ne præstigiatricem quis viuere patiatur. *Exod. 22. v. 18.* hoc est, vt Philo interpretatur, noluit differri suppliciũ: sed ipso quo conuicta foret die, interfici mandauit.

QVÆSTIO I.

Anvis characterum, annulorum, sigillorum, aut imaginum sit, qualem Magi contendunt.

CVM Magis sentiunt Ptotomæus, Aphrodisæus, Porphyrius & alij Platonici, & stultissimi Artephius ac Thebith; ex recentioribus Pomponatius, Ficinus, Dulcis, & Anton. Mizaldus in Centur. Memorabil. sed superstitiosè.

Verè & prudenter negarunt Hippocrates, Galenus & quos citabimus infer. q. 3. oõs. Sanè rem acu tetigit Tatianus Assyrius; cẽsens, si quid his efficiatur, id ex constituto fieri, dũtaxat quia dæmones hæc sibi signa constituerũt, & quasdam quasi tesseras militares, aut pacta conuenta, vt homines solẽt verborum certas formulas. Moses Maymon pronunciat, *a* mendaces & stultos esse, qui soli figuræ, soli scripturæ, solis denique lineamentis, aut vocibus aëre fracto natis, tantam mirabilium potestatẽ adscribunt, consentiunt Medici, Theologi, & Iurisperiti nostri. *b*

Notandum ex Conrado VVimpina, *c* Magos triplex genus imaginum seu figurarum habere. Quibusdam adhibendas docent suffumigationes & incantationes, & per quinquaginta quatuor angelorũ nomina exorcisationes & alia, quæ perfida sunt & manifestam continent idololatriã. primo, quia hæc

nomina

a Doctor dubitant c. 72.

b D. Tho. 22. q. 96. a 2. & 4. contra gẽt. c. 104 & 105. & ibi Ferrar Silu. verb superest q 10. Ciruelus de su-

perstit. p 3. Martinus de Arles lib. de superstitionib. Cõdronchus lib. 3. de morb. venefic. ca. 1 BoKelius libr. de philtris. c 1. Vairus, Anan. & alij.

c li. de superstit. capen. & vlt d li. 16. de varietat.

nomina non nisi à dæmonibus potuerunt accepisse (quod Cardanus fatetur: *d*) Secundò, quia dicere quòd tales fumigationes honorent Deum, aut Deo placeant, est error in fide: dicere autem quod talibus vti, non sit dæmones sacrificio honorare, & ideò damnabiliter εἰδωλολατρεύειν, etiam est error. Vtrumque definiuit Facultas Theologica Lutetiana. *Artic.* 10. *&* 11.

Alterum genus imaginum, caracteribus & sculpturis innititur, barbaris & peregrinis, in quibus sunt nouem cardariæ, & nomina quatuor principum huius mundi cardinum, & ter septem nomina ex Mahumeticis delirijs Arabum decerpta: quas illi figuras auctoribus tribuunt Germoni Babylonico, Hermeti Ægyptio, & Thori Græco: tales etiam numerant quatuor Salomonis annulos. talia cuncta patet annumeranda primo generi superstitiosorum & execrabilium; nec vim vllã habere posse, nisi à dæmone: quo Doctore & Dedicatore miseri ea acceperũt: quæ per se vana & inania esse, delicijs & laminis agens, docuit D. Hieron. *e* Fatentur etiam ipsimet Albertus Magnus, & Rogerius Baconus. Est etiam in fide error, quod vnus dæmon sit Rex Orientis, Alius Occidentis, & præsertim suo merito. *f*

e in vita S. Hilarionis, circa med.

f Arti. Paris. 25.

Tertiam speciem genuit axioma quoddam Ptolomæi, *vultus inferiores cælo subiectos vultibus cæleſtibus*; & hinc intulere scorpios omnes terrestres regi à scorpio cœlesti, pisciculos omnes fluuiatiles à cælestibus piscibus, hoc nugamentum defendunt cum Ptolomæo permulti. *g* Sed superius iam ex parte hoc confutatum fuit. *h* nunc addo, si tam potens illa correspondẽtia imaginariæ figuræ superioris in hanc veram figuram inferiorem: cur adiungunt ritus quosdam superstitiosos? v.g. vt si

g Tertullia. Albertus, Baconus, Misaldus.

h sup. c. 3. q. 1.

A

tal em expectas effectum, in tergo figuræ eum debeas inscribere: si contrariũ, in fronte, idque faciendum aliquando manu dextrâ, aliquando læuâ: sigillum modò fodiendum capite deorsũ, modo capite sursum, & cætera de hoc genere. Vnde nihil vereor concludere, cum Gersone, & VVimpinâ, hanc etiam vltimam speciem superstitiosam damnatã esse. Fundantur enim hæc omnia in aphorismo Magico libri impij: qui inscribitur ARBAGHTHEL אדבעחאל in Septenâ 2. vbi traditur, quod quando Deus nomina rebus vel personis imposuit, simul cum nominibus vires & officia quædam illis distribit: & ita caracteres ac nomina constellata (*h Imagines sub certa constellatione formatæ & nominatæ*) habent vim non ratione figuræ vel pronunciationis, sed ratione virtutis seu officij illius, quod Deus ad tale nomẽ vel characterem ordinauit.] Hoc totum est mendacium confictum ad stabiliendam hanc superstitionem. Nomina quidẽ Deus in scripturis imposuit sanctis quibusdam, mysterij significandi caussa, & officio eorum, quo isti functuri, conuenientia: sed ipsi nomini Deus vim effectiuam nullam indidit. Animantibus verò cunctis Adã nomina indidit, non Deus.

B

C

D

Par ratio est de annulis & sigillis Magicis, quantumuis præferant speciosissima nomina Raphaelis, Machabæorũ, Salomonis, Elizei, Zachariæ, Constantini, & quorundam sanctorum: quibus nominibus etiam interuenit blasphemia, dum hosce sanctos fingunt nefariè Magicis initiatos, item quia signum crucis, quo in signo vicit ille Magnus Imp. annumerant sigillis suis dæmoniacis.

E

Deniq; certò tenendũ quãdo effectus aliquis sequitur vsũ characterũ, annulorum, sigillorũ vel imaginũ: quod fie-

ri interdum contendunt:[i] id totum à dæmone fieri, qui constitutarum à se nugarum credulitatem conatur, vel de nouo mentibus inserere, vel insertam profundiùs & stabiliùs infigere.

Porrò vt nugacitas Hermetis & similium deprehẽdatur, vel ab indoctis, decerpam nonnulla, ex Italico lib. Ludouici Dulcis: qui non vtili exẽplo fictitij Salomonis & Hermitis sigilla in lucem edidit, deceret potiùs in Ecclesia Catholica talia obrui silẽtij cinere, quã typis tam splendidè euulgari, Aiũt ergo nugones: Qui gemmam possideat, cui insculptus aries, leo, vel sagittarius, cũctis eum gratum & gratiosum fore: cui virgo, taurus capricornus, hunc religionis amplectẽdæ auidum effici; cui gemini, libra, aquarius, hos amicos fidos, legum tenaces & concordiæ studiosos fore, contrà cui cancer, scorpius, pisces, ijs inserendum amorem, iniquitatis, leuitatis, mendacij: cui Saturni character, is gliscens robore; cui Iouis, amabilis, fortunatus, ad summos honores prouehendus, cui Martis, inuictus; cui Solis, opulentus; cui Veneris, immersabilis, & omnium compos votorum: idem, cui Lunæ. Quid multa? nulla est imago stellæ, cui nõ peculiaris efficacitas inhęreat. Mitto stellas, draconis figura, lætũ facit, & diuitem; astrolabij, fatidicum; idem (ride) asini si chrysolitho insculpta: ranæ, inimicos ad pacem, amicos ad odium impellit; cameli, dæmones cogit, &c. *hæc ille lib. 3. de gemmis à c. 6. vsq; ad c. vlt.* Si nugabatur, certè crassè ridet Prælatum illum, vnum ex Ecclesiæ cardinibus. cui opus inscribit: si seriò, non habeo, quî excusem, cum ea quæ solius Dei sunt; infundere prophetiam, & religionis ac fidei amorem, tenacitatemque & similia, tribuit asinorum & siderum figuris: Nonne hoc est suadere, vt relictis bonis

[i] Plato 2. de Repub Trallianus lib. 10 c. 1. Philostrat. lib. 3 vitæ Apollonij. Iosephus l. 8. antiq c. 2.

A artibus, & studijs Ethicis, demergat se humana curiositas in barathrũ superstitionum, & facere, vt cuique sit Deus annulus sculptus quem dextra gerit?

Sed alia ex parte negotium facessunt Pomponat. & Caietanus. Ille, cùm obijcimus, pentagonos circulos, & alia huiusmodi signa aut characteres duntaxat esse qualitates quasdam quantitatis: ipsam verò quantitatem non esse B principium operatiuum; *Respondet*, non esse figuram principium operationis, sed tamen ad operationem plurimum conferre: sic enim deformẽ materiæ figuram hominis animo tristitiã, speciosam verò eidem gaudium adferre. quod sine ratione ab eo dicitur, quia Magici characteres, nihil neq; pulchritudinis, neque deformitatis notatu dignæ, aut idoneæ ad has passiones gignandas, habent. Quod cùm ipsemet C videret Pomponat. tandem confugit ad credulitatem ijs vtentium. Verùm credulitatis non maior vis est, quam imaginationis: de qua vide dicta præcedenti capit.

Caietan. vt erat acuto ingenio & peracri, vltrò etiam communem sententiam nonnullis lacessit.[k]

Primò sic ratiocinatur. figura, licet non sit ipsum principium operationis, est tamen comprincipium. ergo, vt est D figura, habet peculiarem effectum. Antecedens probat, tum quia in artificiũ instrumẽtis efficit figura, vt illa sic, vel sic operentur: tum quia ferrum latum super aquas fertur, quod si in formam aliam contrahas, demergetur. *Respondeo*, figuram esse cõprincipium in motu locali, & operationib. quæ per hunc motum fiunt: vt sunt variæ diuisiones continui per dolabram, per malleum, E per asciam, per serram: non verò in operationibus, quæ fiunt per alterationem: neque id probant eius confirma-

[k] 2. 2. q. 96. 2. 2.

tiones

tiones: quarum etiam vltima fortasis falsa est. vix enim ferrum in tantam latitudinem queat extenuari, vt porosum fiat, & aquis immersabile. Sed esto fiat, erit non ratione figuræ, sed ratione quantitatis, quæ re non differt ab ipsa substantia. secundùm multos. quæro enim, quâ figurâ velit esse ferrum, circulari, quadra, an pentagona? si dicat, hac vel illa: inferam idem fore si alia sit formata lamina; æquè tenui & lata figura: quod indicium est nihil operari figurâ. si dicat qualibet in figura sufficere illâ extensionem & diductionem ferri; certè fateatur necesse est, à figura hoc non pendere, non minus enim differunt extensio quantitatis, & figura quantitati extensæ impressa, quàm albedo à superficie parietis dealbati.

Secundo adfert fundamentum illud tertiæ speciei imaginum. quod iam explosum est.

Tertiò prætendit auctoritatem D. Thom. quasi sanctus doctor *d. cap.* 104. concesserit, imagines hasce virtutem aliquam de cœlo habere, quatenus sunt imagines, & rem constituunt in specie artificiali. *Respondeo* D. Thomam cùm eo capite has superstitiones impugnet, hoc tantum ex persona aduersariorum dixisse, quasi dicat; licet tibi de imaginibus id concederem, de characteribus tamen hoc falsum foret.

Quartò subdit: videri durum & difficile eos omnes damnare, qui talibus vtuntur imaginibus. *Respondeo*, stultorum esse numerum infinitum; ideò sufficere quod re vera res sit mala, & superstitiosa. Hactenus sufficiant dicta: plura suppeditant, qui ex professo de hac re. *l*

l Langius d. ep. 34. Medinad c. 7. fol. 72. Annias d. l. 4. Carda-

QVÆSTIO II.

An numeris arithmeticis aut musicis magica vis vlla insit?

A

PATRES Orthodoxi passim de numerorum connexione multa philosophantur: ijdē tamen dumtaxat, in hac proportione & connexione numerali, diuina quædam mysteria contemplabantur, nec vllam vim naturalem, vel Magicam, numeris ipsis, quâ tales, tribuebant Pythagoræi verò & Platonici, putidè superstitiosi in hac re fuerunt. Sit.

nus l. 16. de variet. & l. 18. de subtilitat Ciruelus sup. & Bap. Segnus l. de vero studio Christiano c. 7

B

Concl. *Numerus, quà numerus est, nullā neq; naturalem, neque supernaturalem vim operandi continet.*] Hanc qui neget, philosophū negat Andr. Laurētius l. 8. hist. Anatom. q. 10. & probat optime Leonard. Vairus l. 2. de fascino c. 11. & Catholici cęteri, ad vnum, concedunt: præsertim, quotquot numerum, nihil reale esse à rebus numeratis distinctum contendunt. quid enim operetur, quod ipsum solummodò imaginarium est? sed & ab illis concedenda cōclusio, qui volunt esse aliquid reale reb. numeratis superadditum. Fatentur enim, numerum esse quantitatem: quantitas verò per se non est operatiua, nisi fortè motus localis, de quo nunc non agitur. Denique quæcumque de figura diximus, eadem in numeris locum obtinent. Numerus enim est quantitas discreta, cuius, quàm continuæ, non potest esse maior efficacitas.

C

D

Cur igitur (dicat aliquis) annus climactericus homini solet esse lethalis, & octimestris partus minimè vitalis, si nō aliquid momēti numerus habet? Quoad partum octimestrem, id contingit, quia semen humanum multiplex est. quoddam perficit fœtū septimo mense, & tunc fœtus post sextum mensem conatur exire: quod si non reperit magnam resistentiam, tunc validus exit & robustus; si verò reperit, continua illa mensis pugna debilitatur, & octauo

E

menſe debilis atque inualidus admodum prodit in lucem. Aliud ſemen perficit fœtum nono tantùm menſe, & tunc fœtus ante hunc menſem non conatur exire, ſoletque adeo robuſtus eſſe, vt impedimenta cuncta contraria, vel ei non reſiſtant, vel per reſiſtentiã, quando mater vterum fert diutius, non admodum debilitetur. Vide Hippocratem *lib. de Octimeſtri partu*, quem tutius hac in re ſequeris, quàm Academicos ad numerorum vim ſuperſtitioſè confugientes, quorum dicta inuenies in opere erudito Fabij Paulini *lib. 6. Hebdomad. c. 4.* Hippocratem ſecutus idem reſpondit Andr. Laurentius l. 8. hiſt. Anatom. cap. 9. & q. 30. Annorum climactericorum ratio, vt & Criticorum dierum, potiſsimum pendet ab humorum & complexionis, quæ in hominibus ſunt, ratione ac periodo quadam naturali: Nam ad muſicorum numerorum vim confugientes Pythagoræos, & ad Arithmeticos calculos reducentes alios, aut aſtrologorum planetarias nugas prouocantes Aſtrologos accurate refutat And. Laurentius l. 3. de criſibus, vſque ad cap. 8. Fracaſtorium, qui l. de cauſis criticorum dierum omnia retulit ad motum humoris melancholici, refellit idẽ c. 9. & 10. & poſtea tandẽ cap. 13. ſuam ſententiam proponit, cauſas eſſe duas, materialem & efficientem. Materialem eſſe quemlibet humorem noxium quantitate vel qualitate peccantem. Efficientem eſſe duplicem, vniuerſalem & particularẽ. Vniuerſalem & remotam eſſe cælum, cuius vires ferè omnes Luna excipiat, & nobis communicet. Particularem & propinquam eſſe ipſam naturam, quam Hippocrates vocat calorem inſitum, Galenus facultatem corpus diſpenſantem, alij temperiem ſiue ſpiritum vocant: quæ ſic motiones ſuas ſtatis circuitibus perficit, quaſi ratione vteretur: quod ſi aliquãdo errat, id à materiæ vitio procedit, eam contumacia ſua vincentis.

Itaque quod tardior vel celerior ſit criſis, id partim materiali, partim efficienti cauſæ tribuendum. Si enim humor ſit temperamento calidus, ſubſtãtia tenuis, & qualitate benignus, facilius à natura domari, celeriùs coqui, & excerni: Si craſſus, frigidus & contumax, difficilius. item à validiore natura, citiùs; à debiliore, tardius coqui.

Quod autem nunc pari, nunc impari die contingat criſis, id à ſola materiali cauſa prouenire, nempe peculiari humoris cuiuſque motu; bilem tertio quoque die moueri, pituitã quotidie, melancholicum humorem quarto die, Ergo bilioſos morbos omnes imparibus iudicari diebus, cæteros quotidie ex paribus: quia ijſdem diebus morbi iudicandi, quibus mouentur. Huius quotidiani, tertiani, & quartani motus cauſam non minus occultam eſſe, quam magnetis aut chatarticorum ſunt proprietates.

Quod denique ſeptenarijs tantum perfectæ & ſalutares criſes perficiantur, id totum efficienti cauſæ tribuendum. *Natura*, (inquit) *definitum ſibi elegit tempus, quo motus ſuos & criſes perficit. Tempus illud ſola experientia* (quam ſolam Hippocrates ſecutus, vt docui idem cap. 11.) *Septimo die, decimoquarto, vigeſimo, perfectas & ſalutares criſes ſæpe contingere: Sunt igitur præfixi illi dies, & à natura ordinati. Cur autem ſeptenarium potius, quàm alium numerum, ſibi pro delicijs elegerit natura*: Fatetur id altioris eſſe contemplationis, & Theologicam reddit rationem *Hoc ideo factum, quia rerũ omnium Parens & Creator Deus eam Naturæ legem impoſuit. Nam & diei ſeptimo benedixit Deus, & eum filiis Iſrael, tan-*

quam

quam celebratißimum commendauit , & ſeptimo die poſt abſolutam vniuerſi iſtius, quod oculis cernimus, creationem , quieuit ab operibus ſuis. Naturam ergo cuiuſque particularem criſes ſeptimo quoque die perfectas moliri , nec eas alio vnquam aggredi die , niſi aut impedita aut lacelsita fuerit;& ideo propter huiuſmodi impedimenta , nonnunquam intercedentibus diebus ſeu intercalaribus criſes fiunt(de quo idem egit lib.2. à cap.13 & hoc li.13. cap.15. Particularem denique hanc cauſam ab illa vniuerſali efficiente,nempe cæli motu,iuuari;vt ſi aliquando accidat lunæ ſeptimanas cum ſeptenarijs morbis concurrere, criſis inde meritò fælicior facilioreque ſperetur. & hactenus tantùm à Galeno in lib.de diebus decretorijs Aſtrologos iuuari,de quibus egerat Laurentius d.libro 3. cap.7.& 8.

Cur denique quilibet ſeptenarius ſuum habeat indicem , nempe quaternarium, cauſam eſſe commune phyſicis & arithmeticis axioma , partes de ſuis proximis totis iudicare: vt cum architectus ex fundamento parietes , ex parietibus tectum futurum,totamque domum colligit. Septenarij partes in quas proximè reſoluitur duas eſſe:quatuor ſcilicet,& tria : Sed propinquior eſt quaternarius, indicabit ergo quartus ſeptimum:& vndecimus,qui ſecundæ ſeptimanæ quartus eſt, decimumquartum;& decimus ſeptimus,qui tertiæ ſeptimanæ quartus eſt,vigeſimum. Quinetiam quartus dies ſeptimanę medius eſt , parique cum extremis iungitur ſocietate,vnde fit,vt ſi primus dies morbum diſcutere aggrediatur , ei finem quartus imponat: Si primus nihil tentet , ſed quartus morbum iudicare aggrediatur,ſeptimus finem imponat.] Hactenus ille Regis Chriſtianiſmi medicus.

A

B

C

D

E

Ex dictis ſequitur,ſi quos Pentaphyll herba effectus habeat, nō ipſi quinario ſed ſubſtantiæ foliorū, tribuendos. Superſtitiosū autem eſſe,quod vnum eius foliū ephimerā,tria tertianam,quatuor quartanam ſanent,item quod heliotropij grana tria tertianę,quatuor quartanę proſint;itē alia,huiuſmodi in medicinis per ligamenta ſeruari malo exemplo ſolitis.tale quoque fuerit arbitrari pilulas ſeu catapotia impari numero plus prodeſſe,quā pari,licet ęquali prębeantur quantitate. Muſici numeri vi magna pollent,non vt numeri , ſed vt tonorū varietate,& ſoni modulamine ſuauiter animum afficientes: qua de re mox plura. Sequitur etiā ex dictis vanos eſſe ac ſuperſtitioſos,qui vim aliquā ineſſe volūt certis pſalmis:eo quod certo numero ſint collocati,& eos credūt efficaces,vt proſpere cœpta legenti ſuccedant, vel vt grauibus periculis liberentur,vt Pſal.1. *Beatus vir* : quia vnitas eſt quid perfectū , quaſi verò ſeptenarijs & ſenarijs,& quinarijs , & ternarijs ſua quoque non ſit perfectio. Dicunt etiam Pſal.10.*In Domino confido*, felicem eſſe,quia denarius numerus eſt bonus: & quia centenarius ex decies decē conflatur,ideò adhuc felicioré eſſe centeſimum Pſalmum,*Miſericordiam , & iudicium.* Reſelluntur,quia denarius , aut centenarius, quatenus numeri ſunt,bonitatem realem nullam habent. Nā nec phyſicam, nec ethicam bonitatem habent , ſed artificioſam tantum ab imaginatione numerantis procedentem, quæ non obtinet vllam in corpora, ſeu res quæ numerantur , efficacitatem. Deinde in Hebræo fonte alius ordo Pſalmorum , quàm in verſione Latina : ergo qui pſalmus felix eſt ſecundum verſionem Latinam , infelix erit ſecundum fontem Hebræum , quod eſt dictu abſurdiſsimum : vel , di-

centi-

centi Hebraicè vnus erit felix, & dicẽti Latine alius: quod æquè ridiculum. Meritò igitur hos numerarios psalmisticos damnat Ciruelus Darocensis *p.3. de superstitionib. c.6. in fine.*

Cæterum fraus & dolus Magorum numerariorum ex eo quoque deprehenditur, quòd Archimagus ex Proclo tradidit: non agere ipsos de numero sensili & materiali, sed de formali (vt vocant) & rationali. Etenim ratio formalis numeri nihil est aliud quàm illud ipsum, quo plura indiuidua, plura sunt & ab vnitate recedunt, quod siue sit pura negatio, siue quid positiuum, certè nihil ad operandum efficax indiuiduis adiungit. Nimirum nebulones, sub hac voce formalis numeri, aliquid occulunt, quod ad ipsam dæmonis ex pacto operationem pertineat. Confirmatur hæc coniectura vehementer, quia prisci hæretici, qui numeris multum tribuerunt, de Magia idem conuicti non semel fuerunt. De Basilidianis id Irenæus prodit *b*, post quem cæteri. *c* idem de Marco constat vetustissimo illo hæretico, *d* & de Gnosticis omnibus. *e*

Caue igitur legenda, quæ, de efficacia imparis numeri, maiore, quàm paris, congerit, nec satis digerit, Petrus Gregorius in Syntaxi artis mirabilis *f* qui, quod eam sententiam tribuit orthodoxis patribus D. Hieronymo & Cypriano, magnam illis iniuriam facit, cumque loca eorum nulla citet, meritò vanitatis in ea re arguitur, dum, quod patres de imparis numeri mysterijs, (quod vnitas, & Trinitas in sacrosancta cernantur Trinitate) & præstantia differunt: hoc ille, ad nescio quam vim physicam, cum Agrippa Mago & hæretico, quem patribus testem adiungit, ne quid dicam grauius, inconsiderate retulit: Vide D. Hieron. apolog. pro libris contra Iouinianum sub finem, & deprehendes meritò hæc à medicis, & ab Hieronymo, Origenem, Tertullianum, Cyprianumque citari. quib. hoc Petrus Gregor. impegit. videndum etiam ne quid vanæ superstitionis haurias ex libro Fabij Paulini *de numero Septenario*: nam quę ille, non tam ex sua, quam Platonicorum sententia, plurima retulit, ea Catholicæ Theologię parum sunt consentanea, vt quod illi musicis numeris Magicam vim satis apertè tribuerunt. Nam quæ de vi musices commenti poetę, illa Platonici in Numerorum, quà numeri, virtutem transtulerunt. Scripserant de orphei musica; illam dæmonibus, animantibus brutis, saxis, arboribus imperasse. Sic enim Ouidius, de arboribus;

----qua postquam parte resedit
DIsgenitus vates, & fila sonantia mouit:
Vmbra loco venit: non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Eliadum, non frondibus esculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus & immuba laurus.
Vos quoque flexibiles hederæ venistis, & vnà
Pampineæ vites, & amicta vitibus vlmi, &c.

Metamorph. lib. 10. & Seneca Herc. Fur. addit de dæmonibus, feris, & saxis, & fluuijs.

Quæ siluas, & aquas, saxaque traxerat.
Ars, qua prabuerat fluminibus moras:
Ad cuius sonitum constiterant feræ,
Mulcet non solitis vocibus inferos.

Ventos addit Horatius.

Vnde vocalem temerè insecuta
Orphea siluæ:
Arte materna rapidos morantem

Fluminum

De v. musices.

b l. 1. c. 28.
c Tertul. præsc. 46. Epiphan. hæres. 24. & alij.
d Irenæus l. 1. c. 21.
e Irenæus l. 2. c. 27.
f lib. 15. c. 9.

Fluminum lapſus , celereſque ventos.
De manibus, & dæmonibus idem tradidere Virgilius 4. Georg. & 6. Æneid. Ouid. Seneca, Horatius, Propertius, & hæc breuiter complexus Manilius, adfinxit de ſideribus.

At lyra diductu per cœlum cornibus inter
Sidera conſpicitur, qua quondam cepe-
rat Orpheus
Omne quod attigerat cantu ; Maneſq; per ipſos
Fecit iter domuitque infernas carmine leges.
Huic ſimilis honos , ſimiliſq; potentia cauſſa:
Tunc ſiluas, & ſaxa trahens, nunc ſidera ducit,
Et rapit immenſum mundi reuolubilis orbem.

Ecce vt vim muſici numeri porrigant in aquam, aerem, terram, cœlũ, ſidera, & inferos. Sed & illud inuenio apud Plinium de cantu ; *Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo,* & de ſerpentibus *contrahi Muſarum cantu, etiam in nocturna quiete,* lib. 28. c. 22. Cuius rei, quamuis noſter amicus, de re litteraria, vt qui optimè meritus, credat rationem non quærendam, ſed eſſe anilem quandam veterum opinionem: tamen, quia de ſerpentum incantatione nonnulla in S. S. mentio eſt, *vt oſtendam lib. ſeq.* videtur ratio diligenter inueſtiganda.

In primis arbitror, diſtinguendum inter modos muſicos, & ſuſurros magicos, ſeu mala carmina: his nullã vim ineſſe naturalem, ſed dæmonem ex pacto ſerpentes ſoporare, vrnas diffringere, & quæ talia, facere: illis vim phyſicam ineſſe. Vt verò intelligamus, quæ & quanta inſit, rurſus diſtinguendum inter ea, quæ ſenſu prædita, & quæ ſenſus expertia. nam nihil dubito animalia ſenſu auditus prædita, muſicis modis capi poſſe, & eatenus admiſerim, quæ de miris muſices effectibus adſerunt prædicti poetæ, &, vt ipſe ait, *ſenilem recitans fabulam* Martianus Capella *li. de Muſica.* Nam quod Fabius Paulinus ea vult vlterius obtinere, nõ credo: Sed in ijs, quæ ad animantia aurita pertinent, veriſimilia fateor ; vt & in Euſebij verbis *de laudibus Conſtantini*; quæ vero ad inſenſibilia, reijcula & ridicula puto, et de ſaxis & ſiluis, &c. Et ideo argumento Plutarchi *in Sympoſ.* & Solini *ca. 7. Polihiſt.* quo ab Arionis delphine, ad Megarenſes vel Thebanos muros argumentantur, non aſſentior. capi carmine fera potuit, ſaxa non potuere. Nihilominus cenſet vir ille doctus, diſputandi ſaltem (vt ait) gratia oſtendi poſſe, hanc attractionem ſiluarum & ſaxorum veram fuiſſe : Sed poſtea *fol.* 284. proteſtatur, ſe quæ ad probandum affert omnia ex Platonicorũ ſolum modo mẽte aſſerere; nec aſſentiri, niſi quatenus cum ſacroſanctæ Eccleſiæ ſanctionibus conſentiunt. Prudenter hoc & caute, ſibi: melius etiam alijs cauiſſet, ſi poſtquam poëtarum illa & Platonicorum deliria, tam diligẽter & callide aliquot capitibus propoſuerat; cenſuram ſingulis ſeu antidotum ex Catholicæ Theologiæ apotheca apoſuiſſet, ne phaleratis illis dictis minus eruditi decipiantur. Non fecit: quare nonnullum precium operæ futurum, ſi coner præſtare, quod ab inſtituto noſtro minimè alienum arbitror: ſtrictim tamen & indicando, quid in eius argumentis lectori cauendum.

Primum *cap.* 5. citat poëtas, & quos citaui ſcriptores Ethnicos; quibus quatenus credendum, non repeto. Nec Nicolai Vicentini muſici verba pertinẽt ad fabuloſa illa de Amphione & Orpheo; ſed ad veros effectus, quos veteres

memorarunt: nec Steuchus Eugubinus in Psal. 67. initiò aliud adfert, quã nudam fabulæ Threiciæ commemorationem. Hæ quo ad auctoritates ab eo citatas sufficient.

Cap. 6. & 7. modos proponit omnino septem, quibus hæc mira Orpheus facere potuerit; quos priusquàm discutiamus, illud mihi spero neminem fore, qui non concedat: non qui probat fieri potuisse, eum continuò id factum euincere. quid; qui se demonstraturum id pollicitus, ne probabiliter quidem (aut fallor magnoperè) id fieri posse probauit, nisi vltima ratione, quæ ad musices vim nihil omnino facit. Et principio fundamentum locat omniũ modorum, quod est huiusmodi. *mouetur cœlum harmonia, & potißimum ipsi planetæ.* quid si cum Aristotele id negem? nonne delebitur tota ædificij delineatio? agam benignius. esto. quid tum? hæc Harmonia (ipso Proclo & Platonicis alijs testantibus) non est sensu corporeo perceptibilis, sed animo tantum ac mente; cuius qui saxa & arbores expertes esse neget, cautes ipse sit protectò & caudex. Deinde, ait, *inferiora omnia subiecta esse planetis, & à stellis vim accipere.* quod, quia nimis indefinitè, & vniuersim dictum, certè negamus. probat experimento florum & herbarum; quæ ad lunæ incrementa & solis conuersiones mutantur, mouentur, crescunt, marcescunt; animalium quoque quæ siderum naturas sequuntur; & lapidum, quorum eadem lex est, vt Heliotropij, qui solem imitatur, Selenitis qui lunã, Helioselini qui vtrũque sidus, magnetis qui cynosuræ. Quæ tamen omnia dicimus ad occultas quasdam qualitates, ijs rebus insitas, referenda. nam si non pendet hoc à peculiari natura lapidum, animalium, fruticum horum, si hoc totum oritur à

A

subiectione illa inferiorum corporum ad stellas; cur non cæteræ herbæ, animalia, lapides idem perpetiuntur? sed pergit, & admirandos sympathiæ & antipathiæ memorat effectus, & contendit eos inde nasci, quòd omnes res naturales àstellarum radijs illis dicatis, peculiari charactere virtutis earũ participe insigniantur, & superiora corpora in hæc inferiora vires suas infundant: cogor repetere nonnulla ex *cap.*

B

3 q. 1. & leuiter iterum delibare. fateor cælorum orbes & astra nonnihil influere virium in res inferiores; sed non quiduis promiscue cuiuis, verùm pro natura substantiæ siue essentiæ cuiusque rei, apte & diuersimode, & præterea pro dispositione quoque qualitatum. & conditione, singulorum indiuiduorum. Sic enim, non adamas, sed

C

magnes conuertitur; non ad Orientis viciniora signa, sed ad Arcton. Si cynosura influit in magnetem quia inferior; cur non in ferrum, plumbum, aut alios lapides? Deinde multo præstantioris est efficaciæ, vim attrahendi tribuere alteri: quam ipsum illud attrahere ad se. verbi gratia, efficaciore influxu indigeret cynosura, ad dandum magneti vim ferrum alliciendi, quàm ad attrahendum ipsum magnetem. Nec sequitur, magnes attrahit ferrum, & magnes attrahitur à cynosura: ergo magnes vim

D

ferrum attrahendi accepit influxu cynosuræ. Quæ potest esse tanta vis efficaciæ siderũ, vt in res adeò differentes specie ac genere; ventos, fluuios, montes, siluas, saxa, dæmones; musicum

E

sonum faciant efficaciter hæc omnia imperio quodam operantem? quo pacto idem sonus vnius citharæ tam diuersa potuit attrahere? frustra confugias ad sympathias & antipathias: nam hæ non defluunt ex sideribus, non defluuntur ab orbibus cœlestibus, sed

ipsas

ipsas rerum differentias & specificas formas consequuntur. At quæ de peculiari illo charactere astrorum Platonici iactitant; ea Theologi (hoc est Philosophi Christiani) vt commentitia, & de superstitione vehementer suspecta, iampridem exploserunt. Nos ergo iubeamus illa valere, quia Catholici sumus, quia superstitionem detestamur. Quæ addit, maioris momenti non sunt. Nec enim *naturalis Magia*, cùm *vult summis infima inesse, & in imis latere summa*; tam confusum chaos voluit inducere, vt cunctis imis omnia summa & cuncta ima summis omnibus velit inesse; sed quædam quibusdam: nempe ijs, quorum formæ specificæ idoneæ sunt, ad summorum influxus recipiendos: quæ conditio insensilibus istis deest. Vnus est ac solus Deus; in quo vno cætera omnia excellenti quadam eminentique sunt dignitate: ipse solus est harmonia sui, & vniuersi: & hoc sensu solummodo verum est, ἁρμονίαν συνέχειν τὸ πᾶν, harmoniam vniuersa continere: quia videlicet Deus omnia in numero, pondere, & mensura disposuit. Quod vlterius Anton. Mizaldus tetenderit *lib. de harmonia cœli & terræ*, factum ab eo, nec piè, nec philosophicè. Quod Macrobius asserit, *Musica capi omne quod viuit*: id si de musica soni corporei & veri loquimur: non nisi de illis creaturis verum est, quæ sensu auditus vere prædita sunt: si de musica capias metaphorica vel imaginaria aut speculatiua illa, quæ in nuda quadam proportione quantitatiua posita est; nihil ad Dionysium, quod aiunt. nam saxa, & siluas talis mutica, non nisi imaginariè & metaphoricè duxerit. *Mundi anima quadam, animari & viuere quæcumque in mundo sunt*, est merum figmentum gentilium philosophorum in Theologorum scholis iampridem damnatum: cùm nulla sit mundi anima segregata à formis substantialibus rerum singularum. Si saxa viua sunt, vt voluere post Thaletem & Timæum Philoponus *libro primo de anima* & alij, & multis Paulinus *capite sexto* nititur probare; viuunt animâ propriâ, non communi; & propria, quali viuæ sunt arbores, vegetante dumtaxat, non sensitiua. nec aliud vel Hippocratis *lib. de natura pueri*, vel Plotini 4. *Ennead.* 4. argumentis probatur. Quale verò illud, & an Ecclesiæ tolerandum? *stellas visu & ratione præditas*, quod dicitur *fol.* 198. cuius dogmatis falsitas erronea doctissimè ab Espencæo *lib. de animatione cœlorum* antè multos annos fuit demonstrata. *At lapides varij varie à stellarum radijs mouentur*: vt *selenites*, qui non solùm figura & coloribus lunam imitatur, sed etiam motu: illam enim vsque subsequitur, vel potius cum illa circumfertur: vt *magnes*, qui vim quoque motum alijs tradendi, & in alios transferendi accepit; vt *pantaura*, lapis ab Apollonio inuentus, qui cæteros ipse lapides trahit; vt *androdamas*, qui argentum, æs, & ferrum; vt *lapis* ille *Cyzici* fugitiuus, quem Argonautæ pro anchora vsi ibi reliquerant, & Cyzicæni è Pritanæo sæpe profugum plumbo fixerunt: vt *automata* varia Boetij & aliorum, quæ motum hunc accepere à radijs siderum, sese in loca & corpora ista inferiora penetrantium, & in ea agentium: sicut etiam obiecta imago *in speculare vitrum*, & *partes* in *vocem* reflectendam, & *ignis* in *sulphur* atque escam. Hæc ille: quæ me à sententia nequeunt dimouere. Nam sine necessitate vlla hi radij constituuntur, quos alias refutauimus. *Automata* illa, cùm sint artificiosa, ab artificio humano per certa

quædam instrumenta mathematicis fulta proportionibus, tendiculis, rotulis, &c. vim acceperunt, non à stellis, & ab intrinseco non extrinsecus patiebãtur, & mouebantur: vt cernere est in illo B. Francisco, & alijs nonnullis, quæ sereniſsimus Archidux Austriæ, dux Styrię, Carinthiæ, &c. Ferdinandus Caroli F. Ferdinãdi N. maioribus suis religionis zelo, & virtute, digniſsimus, possidet. *Ignis* agit in sulphur & in escam, non in alia, quia alia carent dispositionibus ad subitam inflammationé requisitis. *Specula* reddunt imagines sola superficiei politura diaphana, & splẽdida æqualitate, per congruam incrustationem terminata. *Echo* sola voci repercusione resultat: & hæc omnia promiscue obtinent, quouis planeta, aut sidere dominante. Quod & in *magnete*, androdamante, pantaura, & alijs lapidibus deprehendas. Vnde patet nõ à cœlesti corpore, sed à propria (quod cogor sæpius repetere, quia aduersarij eadem sæpius inculcant) forma & specie hãc vim hisce gemmis inditam cœlo nihil largiente, præter communem suum & ordinarium influxum: atque ita selenites propter occultam aliquam qualitatem, à specifica differentia eius manantem, admirandas illas mutationes colorum & motus edit; eo quod qualitas illa lunaribus qualitatibus amica quadam naturæ similitudine, & (vt sic loquar) amoris physici vinculo, colligetur. Nec mirum nos has qualitates explicare non posse; quia ipsi fontes earum, nempe differentiæ specificæ, nos latent. Ponendas tamen differentia specifica conuincit. Nam diuersa species diuersas dispositiones naturales requirit: & medicis experimento compertum est, quædam se totis, hoc differentiæ specificæ seu formæ ratione; quædam non nisi vna aliqua qualitate ad certos effectus idonea reperiri: & quæ talia, illa quouis tempore vim illam apta nata sunt exercere, nec opus est expectare, dum istud vel illud astrũ dominetur.

Vanitas commenti huius Platonici adhuc clarius elucescit, si modum ipsum, quem ex refutatis hisce argumentis eliciunt, presius consideres: hunc ita expressum habes. *fol. centesimo nonagesimo septimo.* Quemadmodum *ex certa herbarum & vaporum commistione & compositione, per artem medicam astronomicamque confecta, constatur communis quædam forma velut harmonia, siderum muneribus & quasi dote ornata; vt in* theriaca, *quæ mirificam habere vim existimatur, aduersus aduentantem senectutem atque venenum, tribus in ea pariter consentientibus virtutibus, cœlesti scilicet, per artificium oportunæ admixtionis accersitæ; altera item cœlesti, sed partibus eius naturaliter insita: tertia demum elementari. Sic ex tonis, primo quidem ad siderum normam delectis, deinde ad eorummet exemplar & conuenientiam inter se compositis; communis quasi quædam harmoniæ forma colligitur, & in ea cœlestis etiam vis suboritur: cœlesti illa huic similiter temperata respondenti harmoniæ, quæ virtus cœlitus deuocata, possit animos flectere, delenire, ad iram impellere, cohibereque.*]

In quibus verbis congeriem quandã video falsarum suppositionũ. I. Quod per astrologicas obseruationes vult theriacã & cætera medicamenta componi & admisceri, quæro quo tempore pharmacopæo sit astrorum iste situs considerandus, an herbarum legendarum, an miscendarum, an vtroque? si vtroque, annus Platonicus ille magnus est exspectandus, & interea virtus herbarum emarcescet. Si legendarum; atqui quando miscebuntur, forserit in-

fluxus

fluxus contrarius: si miscendarum; non vno die, sed sæpè multis hæc cõmistio fit, deinde qui fieri potest, vt cum tanta sit diuersitas, immò & contrariæ quandoque qualitates herbarum miscendarum, vnus & idem cœli influxus, vno tẽpore, ide tribuat singulis, quod singula requirunt, & quod conueniat vniuersis? Item communi: illa forma est chymæra tantũ Platonica, & quoddam ens rationis, nusquam subsistens, vel existens: vt etiam prima illa vis cœlestis dependens à certa dierum, & mẽsium & annorum obseruatione superstitiosa. Hanc denique vim volunt cõmisceri virtuti primæ cœlo deuocatæ (nonne videris, lector, tibi audire ritus magicos Numæ de Ioue Elicio, & similibus:) sed pergunt; ad deuocandum autem, esse nec esse cognitionem conuenientiæ tonorum cum regulis; ad hanc cognitionem teste Ficino, tres regulas astronomos præscribere. Prima est, indagare, quas in se vires habeat, & quos effectus ex se producat quælibet stella, sidus, & aspectus; & quæ horum quodque ferat, & quæ auferat: & in sonis atque verborum significationibus hæc cuncta inserenda; reijcere oportere quæ auferant, & ea musicum detestari, probare verò, quę ferant. Secunda est, considerare quæ stella, cui loco, vel rei, vel homini maximè dominetur; & obseruare qualibus passim sonis atque cantibus illi homines vtãtur, & ex quo genere harmoniæ quælibet ex natura res sit constituta (id est, qua proportione, & quomodo.) vt ipse similes quasdam musicus adhibeat, vna cum significationibus, quæ sideribus ijsdem studet exponere.

A

Tertia est regula, animaduertere situs aspectusque stellarum quotidianos, & sub his explorare ad quales potissimum sermones, cantus, motus, saltus, mores, actus incitari homines, & res singulæ ad quos effectus soleant: vt similia pro virili in cantibus adhibeat, & imitetur cœlo simili placituris, similemq; susceпturis influxum: Hactenus illi: quæ omnia nos, vt futilia & magiæ vetitæ quædam tegmina & inuolucra, reijcimus, *capite 3. quæst. 1. & capite 4. quæst. 1.* &, quoad verba illa significantia, reijciemus mox seq. quæstione. Prima regula illis falsis fundamentis innititur, & obseruationem exigit, cui adipiscendæ nullius hominis vita, sed nec cornicis sæcula, sufficiant, quę etiam est in se incertissima. Secunda non est expers erroris & hæresis, cenſentium astra hominibus dominari, de qua disseremus (Deo dante) *libro tertio disputationum contra diuinationem astrologicam.* Tertia, quoad res sensus expertes, cantu aut voce mouendas, vt docui, ridicula & indigna philosophis est censenda.

B

C

Cum ergo talia sint Platonicorum fundamenta non obscurum est aliquid videntibus, quàm solidè & prudenter arenæ inædificentur septem illi modi, quibus *capite 7.* asserit, Orpheum verè & re ipsa saxa, & siluas, trahere cum animantibus ad cytharæ modulos potuisse: Sed qui isti modi?

D

Primus est id fieri potuisse vi ipsa musices cœlorum, vt dixi, influxum eliciente, deducente, attrahente.] Hic modus nititur duabus falsis hypothesibus: scilicet, esse quandam mundi animam, harmonicis numeris compositam, res singulas peruadentem; quæ musico concentu delectetur, item cœlum & sidera esse animata anima rationis compote, & quæ ira concitetur, & voce sonora demulceatur. Quę cuncta à Theologis improbari, ipsemet Paulinus fatetur.

E

Secundus est, hac virtute præditũ esse

cantum, non soni tantùm ratione, sed ex occulta quoque vi verborum, qua cœlestem illam vim detrahi de superna sede posse censent; & confirmant prodigij plenis verborum alijs effectibus, quæ omnia prudenter Paulinus ex Theologorum præscripto ad dæmonum fraudes referenda non diffitetur *fol.* 204. & 206.

Tertius est dependens ex illa astrologica obseruatione, cui Ptolomæus & Albumazar, & similes plurimum tribuere: hunc quoque Paulinus *fol.* 207. Magicæ annumerat; addere debuit, illicitæ & dæmoniacæ, nequis de naturali accipiat.

Quartus inde petitur, quòd proportiones numerorum vim habeant similem figuris: figurarum verò certis lineis & punctis conformatarum admiranda sit efficacia: & quia lyra Orphei, ad cœlestis lyræ figuram fuerit conformata. Sed hanc rationem, & Platonicorum de figurarum virtute deliramẽtum, merito Paulinus cum Theologis nugas & somnia esse credit, & addit Concilijs ac Pontificum decretis esse prohibitum huiusmodi studium. Ego refutaui. d. c. 1. q. 4.

Quintus modus, est petitus à vi quadã eximia naturæ, qua id soli Orpheo, vel cum paucis, erat concessum; per quandam sympathiæ rationem illi cũ rebus omnibus: per quasdam indiuiduas conditiones ad hoc aptas; inditam: vt videmus rebus innumeris à natura quasdam virtutes mirificas insitas, quarum plurima exempla idem accumulat Paulinus *à fol.* 210. sed miscet vera falsis, comperta incompertis: ijs quæ in S. S. legimus, quæ apud poetas leguntur: & quæ diuino facta miraculo, ijs quæ naturali vi perficiuntur. Quid enim cum natura commune robori Samsonis? aut quæ virtus illa naturalis comæ vel capillis insita? nec vlla vi naturali Franciæ Reges strumam sanant contactu: nec asina Balaam loquens, nec campana Vililæ, nec piscículi cœnobij Mauriciani, inter naturæ admiranda debuerunt numerari: nec verisimile est Orpheo vim illam attractiuam lapidum ac siluarum à natura datam. Nam exemplorum, quæ physica ratione constant, & ab eo referuntur omnia sic vim exserunt in vnius tantum speciei materiam, vt in alterius nihil tale queant. Magnes ferrum attrahit, non auri minorem molem, Tentiritas crocodili fugiunt, non aspides aut hippopotami. lupini tergoris tympanum in agninæ pellis tympanum valet, non in vitulinæ. Galli cantum formidat leo, non vulpes, & sic de cæteris dicendum. At Orpheum censent isti vim habuisse deducendi cantu non tantum quercus, sed omnes omnino species arboreas, nec arbores tantùm, sed & qualiacunque saxa & marmora, rupes ipsas & vastos montes, Oslam, Rhodopen, &c. animalia quoque, non docilia modò, vt sunt elephas, ac delphin, & cerui: sed feras maximè efferas ac stolidas cuiusq; speciei.

Sextus modus tradit admixtionem artificiosam & naturalem elementorũ. Verùm hæc etsi mirifica quandoque perficiat, in quæstione tamen, de qua nunc agimus, est superflua. Nam hic nulla naturalis elementorũ admixtio interuenit; sed nuda per sonum citharæ aëris verberatio, quæ res inanimas non potest attrahere, nec sensus aurium expertia demulcere. Naturalis elementorum in cantu admixtionis nihil reperio: sed solam illam imaginosam triplicis generis virium commixtionem, quam esse nullam ostendi.

Septimus,

Septimus, est vis attractiua quædam fascinatrix seu magica: quam cum Plotinus d. libro 4. fieri velit, vel ex occultis quibusdam qualitatibus rerum, vel figuris, vel cantu vel desiderio seu imaginatione; secundum & tertium modum iam reiecimus: quartum quoque, qua tribuit imaginationi virtutem efficacem in longè abimaginante distantia: sed & primum refutaui, ostendens nullam dari posse physicam qualitatem occultam, quæ in tam diuersæ speciei, imò & generis res simul eodem modo queat operari, cùm id eam sit necesse facere per modũ causæ, non primarię seu vniuersalis, sed secundariæ & particularis. Nec enim vlla qualitas inest singularis vlli rei singulari, qua singularis est, quin ad dispositiones indiuiduas pertineat, & ab ipsis dimanet; & proinde non nisi effectum particularem & sibi proportionatum potest producere.

Restat ergo, *illa quæ de inanimatorum attractione feruntur, esse vel fabulosa, vel dæmoniacæ operationis*, vt verissime iudicauit Pausanias lib. 6. Nam Orpheum magum insignem fuisse, memini me apud Suidam legere.

Addamus musices effectum alium mirabilem, *Tarantulam* vocant, insectum ab vrbe Tarento Apuliæ, vbi frequens; eius duo sunt genera, quæ videntur Bustamantius *in libro de animantibus sacræ scripturæ* & alij, non satis discernere. *Vnum est* ex genere lacertarum, quod stellio vocari potest, *Salmanquesam* vocant Hispani, de quo non loquimur modò: alterum est ex genere araneorum, seu phalangiorum, Hispaniæ (quod sciam) ignotum; huic peculiare est, quod ex Matthiolo *in Dioscoridem libro 2. capite 57.* referam. Vagatur æstate in campis, & proserpit ex terræ cauernulis, & icit messores, quorum crura ocreis non munita, icti alij perpetuò canunt, alij rident, alij plorant, alij saltant, alij clamitant, alij dormiunt, alij vigilijs afficiuntur, alij vomitionibus laborant, alij sudant, alij tremebundi fiunt, alij pauoribus infestantur; alij alia patiuntur incommoda, fiuntque phreneticis, lymphaticis, ac maniacis similes. *Sed mirum* (addit Matthiolus) *certè, quam facilè huiusce veneni vis musica mulceatur. Quandoquidem, vt equidem attestari possum, auditu lyricis instrumentis, vel tibiarum sono, primo statim occursu à languoribus cessant, & in medium tripudiare & saltare incipiunt, tamque diu rem prosequuntur, ac si sani essent, & nullo vnquam tenerentur dolore; quod si eueniat, vt tibicines tantillum conquiescant, ac interponant, non multo post tempore in terram concidunt, & ad pristinos redeunt languores, nisi tamdiu indeficiente sonitu saltent, atque tripudient, donec veneni virus partim insensibiliter per cutis meatus, partim per sudorem exeat & discutiatur.*

Ob id igitur tibicines stipendio conducuntur, alternatimque mutantur, vt absq; vlla sonitus intermissione, tamdiu tripudient demorsi, quousque penitus curati: cum tamen dum hæc aguntur, sint, qui antidotis eos corroborent, nimirum theriaca, mithridatico, ac alijs, quæ venenosorũ morsibus aduersantur.]Hæc ille, quibus addendum videri musicam iuuare, quia melancholicos & lamphaticos affectus venenũ illud inferit, si ad hoc aptũ nacta humorem corporis; & ideò musica, quod S.S. profitetur, lætitiã in animo gignẽte, pellitur noxa cõtraria. Cõfirmatur: quia nõ quiuis moduli quibusuis admorsis, sed certi certis prosũt. Vnde natũ, vt quidã hoc nõ perpẽdentes, qui in eos inciderant, quibus congrua

modu-

tonsoribus notissimam. Audiui, qui adderent; si quæ pupugerat tarantula, etiam in alio loco, moreretur, confestim morbo liberari ictum ab ea: quod si verum, admirandum sane est huius veneni miraculum: de cuius causa mihi non liquet. quæ enim dependentia veneni tam remoti à sua matrice seu fonte? aut quæ hæc operatio in tam distans?

QVÆSTIO III.

An verbis, & incantationibus vis insit morbos sanandi, aut mirifica perficiendi.



VIDETVR Origenes *a* nõ immunis ab hoc errore, quem secuti quidam medici valdè superstitiosi. Q. Serenus, *b* & Aetius, & alij. conatur Trallianus etiam Galeno ascribere: consentiunt Arabes ferè omnes Cabbalistæ & recẽtiores Iudæi; Magi quoque omnes, cũ Agrippa & Paracelso: Plinius, *c* & cum eo recentiores quidam, *d* qui Platoni nimis addicti. Item Cabalistæ quarti ordinis. Nam vt hoc obiter dicam, tot eorum sunt ordines. primus eorum, qui sequuntur traditionem R. Rambani super Genesim, de quinquaginta portis intelligentiæ. Secundus, qui sequũtur Abraham à Veneris, qui in libro suo de creatione mundi ponit triginta duas semitas sapientiæ, quas amplexi R. Isaac, & Iacob Cohen. In his duob. nihil deprehendo magicũ, sed solas nugas. Tertius ordo fuit ponentium decẽ enumerationes, *Nezer Zephyroth*, vt Ioseph Castiliensis in sua Isagoge, Ioseph filius Carnicol. in libro portarum iustitiæ & Paulus Ritius in Porta lucis: hi incipiunt viam sternere superstitioni. Quarti ordinis sunt, qui constituunt plura principia, nã quinquaginta portis addunt, litteras 22. alphabeti, & sic faciunt numerum 72. quem vocant SEMHAMAPHORES, nomen expositorium Dei, & dicunt esse numerum LXXII. Angelorum præsidium orbis, & per quos inuocatos edantur miracula ab hominibus, hanc docuere Ioseph Carnitof. & Recanath, & alij. Hæc est Cabala merè blasphema & magica. Verùm hi omnes diuersis fundamentis nituntur. Quidam impie negãt curandum, hisce rebus dæmonum opera interueniat, necne (vt Paracelsus) qui proinde satis indicant ea naturaliter non perfici: & hoc dicere hæreticum est. Alij (vt, quos citaui, medici, & Plinius) solis adhærent experimentis, & quæ fieri vident, leuiter nimis illis ipsis, quæ cernunt adhiberi, medijs ascribunt, de ijs quæ non vident nihil cogitantes, Platonici quoque Physiologiæ minus addicti, Magicis autem nugis nimis creduli: facile pro naturalibus superstitiosa multa receperunt, contra hos omnes hanc statuimus.

Conclusionem, *Nulla vocabula vim habent naturalem vulnera vel morbos sanandi, vel noxas alias depellendi.*]

Dixi, *Nulla* (negans de quouis verborum genere) siue ore prolata, siue scripto comprehensa; siue sola & incomplexa (vt vocant) siue complexa, & in propositionem vel orationem aliquam versu aut prosa relata: siue significatiua, siue nihil significantia: siue Hebræa, siue alterius linguæ: siue dicta cum sibilo aut afflatu, siue aliter, quomodocunque, absente, vel præsente ægro.

Dixi, *Vim naturalem*, quia Zelotypiæ illa adiuratio & lex TORATH KINA, quicquid habebat efficacitatis, de sursum habebat: ferè sicut hodie.

a li. 1. & 5. contra Celsum. *b* Serenus, de remed. Aetius l. 8. c. 5. Octauianus in Euporistis. Marcel. Trallianus passim l. 28. c. 2. *c* Picus in Positione Magicis. Ficin. l. de vita studio sor. Põpona. &c. ex I. C. etiam Grilland. de sortil. q. 8. & Pelle Loyer. l. de spect. c. vlt. & l. 4. ca. 4. & Aug. Thuanus in Parabala vincto.

dicens, verba medẽtur morbis corporis, &c. quod sane erroneum est. Nisi quis illos velit excusare dicendo, loqui de verbis, vt sunt pacto nixa: sed hoc foret improprie vim verbis tribuere: quæ non ex ijs, sed ex pacto conuẽtu, & quidẽ per dæmonem.

מירח סכאת Num. 5.

preces

preces Eccleſiaſticæ, formulæ Sacramentorum & Sacramentalium; & exorciſmi, vim habent ſupernaturalē ex Dei inſtitutione, vel gratioſo concurrendi modo: qua de re nō eſt noſtri inſtituti nunc diſſerere. Nec enim (quod pro tota hac materiâ notandum) nunc agimus de opere naturali, vt opponitur operi animali, vel operi libero, vel operi violento, ſed vt opponitur operi artificiali, vel etiam operi ſupernaturali. Deus ad huius vniuerſi perfectionem primò ſtatuit quendam *ordinem naturæ*, dum rebus ſingulis largitus eſt naturā ſuam atque eſſentiam peculiarem, & ſingulis dedit proprias huic naturæ congruentes operationes: quæ vocantur *operationes naturales*, quia naturæ ſuppoſiti ſunt conuenientes. Deinde Deus addidit alium *ordinem ſupernaturalem*, qui poteſt diuidi in duas ſpecies, prima *eſt ordo gratiæ ſeu miraculoſus*, (pro ijſdem enim hæc duo nunc ſumo) ad quem ordinem pertinent quædam operationes, quæ vires hominum & Angelorum omnium exſuperant: quarum operationum principium non eſt rei ſingularis natura, ſed ipſa illa Dei gratia, voluntas abſoluta, & omnipotentia: hæ dicuntur *operationes gratiæ & ſupernaturales* ſtrictè ſumpta voce, item *operationes miraculoſæ*. Altera eſt, *ordo prodigioſus*, qui ordo reipſa non excedit terminos naturalis ordinis, ſed tātùm dicitur excedere ratione modi, quem vel omnes homines, vel plerique ignorant: & ideo ſolemus eum quoque vocare ſupernaturalem, largèaccepto vocabulo, clariùs autem ac ſignificantiùs vocatur ordo *præternaturalis*; ad quem referuntur multæ mirificæ operationes factæ per bonos, vel malos Angelos motu locali, vel ſubita naturaliū agentium applicatione. Quoniam verò in his, effectus naturæ rerum ſecundū

A

B

C

D

E

eſſentiam non repugnat, nec modus operandi vires Angelicas exſuperat; ideò tales effectus potius ſunt naturales latè ſumpta voce, quàm ſupernaturales: aut miraculoſi propriè loquendo: & præternaturales, quam contrarij naturæ aut violenti: quia tamen vulgò cenſētur ordinem naturæ ſuperare, ideò ſolent ſupernaturalibus, annumerari, ſed propriè ac preſsè præternaturales, aut miri, aut prodigioſi, debēt vocari. Tres ergo Deus ordines ſtatuit, naturalem, miraculoſum, & prodigioſum: ſeu, ſi duos malis, naturalem & ſupernaturalem. His alium adiunxit ordinem homo, nempe *Rerum artificialium*: quando res naturales, fini à ſe intento accommodans, & applicans, diuerſas rebus formas indidit: quas illis natura nō tribuiſſet, niſi induſtria humani intellectus adlaboraſſet. Nunquam tamen poteſt humana induſtria quicquam efficere, quod rerum naturæ repugnet: quare naturali ordini accedit iſte artificialis, non verò eū deſtruit, & ſubſeruit potiùs quàm tranſcendit: & naturale, in hac & cæteris hoc tractatu quęſtionibus primo tantùm illo modo ſumimus: vt tres illos alios ordines excludamus: artificialem, prodigioſum, & miraculoſum.

Notandum præterea, naturalem effectum à natura non produci, niſi motu, vel mutatione, ſanitas autem mutatione fiat neceſſe eſt, mutatio non contingit, ſine qualitatum actiuarum virtute. actiuæ qualitates ad operandum exigunt ſubiectum aptum, & idoneè ad agendum præparatum.

Ex hoc fundamento contra cunctas aduerſariorum machinas validè conſurgit concluſio, quæ fuit omnium Patrum: excepto fortaſsis Origene: D. Thomæ, Gerſonis, & Theologorum cunctorum (quod ſciam:) Vlpiani e-

fl.1. in Princ. D. de extraordi. cognit.

g Hippoc. li. de sacro morb. Galen. l. 6. & 10. simpl. medi. Fernel. lide abdit. rer. caus. l. 2. c. de cur. sup. nat. Beniuen. lib. de abd. morb. caus. Ioa. Langii epis. 33. Franc. Valesij de sacra philosoph. c. 3. Auger. Ferrer. l. 2 metho. c. 11. Scalig. lib. 16. de subtil. ca. 349. Cordronch. l. 2. de mor. venefi. ca. 5. Bokelij. li. de philtris ca. 1.

h Theoph. lib. 9. de H. st. plā. Plutarchi in vita Pericliis, Rab. Maymon. li. 1. perplex. c. 71. Leo. Vairi. l. 12 de Fascino ca. 11. Ant. Mizald. li. 16. de sing. certam. Greuini. lib. 1. de venen.

i In Odyss. agēs de Lycanthropis.

etiam f I.C. negantis incantationes medicinis annumerandas. fuit medicorum g & philosophorum saniorum. h

Vt auctoritate, sic & ratione præualemus. Ita enim ratiocinamur. Verba nullam vim neque artificialem, neque naturalem, neque supernaturalem habent, ad huiusmodi effectus. de vi artificiali, nemo vnquam vel suspicatus fuit. Supernaturalis si foret: gratiæ, aut miraculi foret: hoc autem dici nequit. quia Deus nihil tale promisit, nec Ecclesiæ reuelauit, quale Magi iactant: nec iuuat Deus Magicas incantationes: nec in Beelzebub sic operatur, ne gloriam illi suam eâ mensura communicet, quâ solet Angelis & Beatis. Vnde apparet, quàm incautè nuperus ille Homeri interpres Spondanus i soleat repetere illud axioma: *De bonitatis esse, ad eiusque gloriam pertinere, tam admirandas effectiones creaturæ, nempe dæmoni, concessisse*: Sed Caluinianus erat, cùm illa iuuenis scriberet: maturior ætate, cùm resipuit, & ad Catholicos redijt, nunquam hoc effutijsset. Si supernaturalis ista vis non est: restat, vt sit prodigiosa, vel naturalis. Si prodigiosa: non fit ministerio bonorum Angelorum: quia (vt postea docebo) hi se non immiscent Magicis operationibus: ergo ministerio malorum Angelorum. quod negant aduersarij quidam, sed vim argumenti nequeunt euadere: fatentur alij, & ideò coguntur etiam fateri vim verbis nullam inesse.

Denique nullam verba hæc vim habent naturalem. quia verba scripta, sunt quid mortuum, & omnis energiæ expers: quæ si quam vim habent, ab atramenti vel chartæ, cui inscripta sunt, temperamento vim illam accipiant oportet. & proindè sua propriaque vi non operantur. Ore verò prolata verba, vim tantùm habent contactu aërem feriendi, vt & animalium reliquorumque inanimorum soni. Sed sonus tactum non magis valet immutare, quàm color auditum, vel dulcedo visum, quia non sunt sensuum istorum obiecta. Quare cùm ad sanationem corporis necesse sit, sensum tactûs immutari: fateantur oportet, sanationi morborum solam verborum prolationem vel scriptionem nihil conferre.

Respondet, Pomponatius, verbis primò & per se duntaxat auditum, affectionibus deinde animi immutatis per accidens tactum quoque immutari. *Sicut videmus* (ait) *fieri ab oratoribus facultate Rhetoricæ, & à peritis musicis vi harmoniæ.*] Sed contra: Oratores non verbis nudis, verùm pondere sententiarum & rationum momentis persuadent: si nuda tantùm barbaraque & nihil significantia, vel parùm apta permouendis animis, aut vesana & ridicula, vt sunt incantatorum verba, proponerent: nunquam animos concitarent. in musicis, ipsa concentus suauitas & harmonica modulatio distrahit animum à doloris cogitatione, & ad lætitiam prouocans lenit & contemperat humores: cui, quid simile in horrificis ac stridulis sibilis atque susurris magorum?

Vidit etiam Pomponatius hîc se operam lusisse: quare ad sacram confugit anchoram; hæc contingere propter fidem vehementem incantatoris, & incantati. Hæc dicens causam prætaricaris (Pomponati) & vim verbis omnem detrahis. si totum illud, credulitas operatur? quam tu fidem nuncupas; quæro qualis ista fides? non dices opinor supernaturalem? sic enim vocare superstitionem atque perfidiam, prorsus

susimpium & perfidum. dices ergo naturalem, siue humanam. euge, habes tuæ causæ fauentem Ferrerium, *k* qui fidu ciam, hanc etiam ab adstantibus exigit. ridiculè. quasi possit imaginatio, vel adstantium, vel ipsius incantatoris, quicquam operari in ægroti imaginatione, corpus, vel animam. *l* Ipsius ægri credulitas confidentis se iuuari posse ab ea re, quæ nullam iuuandi vim habet naturalem, tam vehemens esse posset; vt humorum inducat alterationem, vnde sanitas subsequeretur, vt bene Galenus, si tamen ipse auctor libri de Incantationibus: sed eo casu sanitas verbis dumtaxat adscribenda vt occasioni cuidam, non vt causæ.

k loco citato.

l Refutatum id sup. cap. proxim.

Simili modo sinceræ & rectæ philosophiæ repugnant, sententia Origenis *libro primo & quinto cont. Celsum*, nomina in vna lingua producere effectus, quos nequeant in aliam translata: & sententia Piciin conclusionib. Cabbalisticis (quem optimè refellit Petrus Ciruelus Darocensis in quæst. de Cabala & Magia Iudæorũ, quæ est vltima inter eius Paradoxas quæstiones, barbara & nihil significantia nomina plus habere efficacitatis: ea quoque quæ Grægorius Tolosanus *m* tradidit: cùm de Histrionibus, & poetis dicta, ad excantatores accommodat: quod eorum verba tùm demum rata sint & efficacia, cùm animo intento & obfirmato ea proferunt. non enim isti persuadendo & affectiones concitando operantur, vt illi.

m lib. 19. Syntax. cap. 8.

Videte nunc friuola & impia Magices patrocinia, & quibus superædificat, vna fundamenta: quæ Cabbalisticæ tamen insaniæ amatoribus mirificè placuerunt. Asserunt primò litteris & syllabis quandam esse cum cœlestibus corporibus & mentibus sympathiæ connexionem. quod tamen non probant vlla ratione, ac ne traditione quidem: nec posset probari, nisi illorum testimonio, quibus id à dæmonibus foret reuelatum, dæmones autem sunt mendacissimi, nunquam sponte verum dicturi, nec à magis, vt verum promant, compelli possunt, id nunc suppono inferiùs probaturus.

Secundò dicunt verba illa maioris naturâ suâ efficaciæ esse, quæ sunt orta à lingua digniore & à sanctiore dignitate instituta, & quæ res sanctiores significant: qua in re mirè nugatus deprehenditur Laurent. *n* Ananias. Hoc diabolus commentus, vt sanctissimis quibusque rebus faciliùs & libentius mystas suos faciat abuti. Sed refellitur, quia nec rei sanctæ significatio, nec linguæ dignitas, nec probitas hominis instituentis, vllam qualitatem physicam operatiuam possunt vocabulis imprimere. Deus etiam formulis Magorum nihil gratiæ vel virtutis promisit, nec elargitur, quomodo sit Deus sibi contrarius? quomodo approbet artes, quas ipse vetuit? denique talia asserere blasphemum & erroneum esse Parisiensis facultas Theologica iampridem definiuit *artic. 9. & 10. de Magia.*

n lib. 3. donatur. dæmõ. f. 99.

Tertiò somniant, nomina propria radios quosdam esse rerum, quas significant, & in ipsis nominibus, quasi vitam quandam latere. Quid dignum Anticyris, si non istud? Quicquid enim Platonici dicant, nomina sunt hominum arbitratu indita. Nomina quoque nec sunt substantiæ corporeæ aut spirituales, nec sunt accidentia inhærentia subiecto: quare vitam in se habere non possunt

aduenium quoque seu induntur rebus, quas significant atque denominant, extrinsecus planè: quare nec emanantes à rebus radij dicendi. Multa quoq; sunt nomina nihil significantia: multa quid aliud à rei natura significantia: quin & ipsa illa. quæ naturam rei significant (qualia putantur, quæ creaturis Adamus imposuit, *o*) hæc nullum potuerunt à naturis rerum influxum recipere: quia res corporeæ naturaliter nihil efficere possunt in id, quod corporis expers est, vt sunt nomina.

o Genes. 2 v. 20.

Obijciunt nobis, Deum ipsum rebus nomina indidisse. Probant, quia scriptum sit, *Omnibus ijs nomina vocat*, *p* & alibi: *q gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.*] *Respondeo* Deum quidem nosse cunctarum rerum, singulorum etiam Angelorum, & stellarum (de quibus eo loco agit propheta) naturas proprias, & sic ea, cum lubet, proprijs nominibus, hoc est conuenientibus earum naturæ, vocare posse: sed ea nomina mortalib. incognita sunt, nec magis reuelata. deinde præsens positũ pro futuro, *vocabit*; vt patet ex Hebræo vocabulo, quod futuri est temporis. Prior ergo locus nihil iuuat hos argutatores, multò minùs posterior: nihil enim aliud est nomina discipulorũ in cœlo scripta esse: quàm esse in amicorum Dei relata album, quod alibi dicitur *inscripta esse libro vitæ*; quod siue accipias secundum æternam Dei prædestinationem, quæ mutari nequit; siue secundùm præsentem iustitiam, quæ mutationi obnoxia; certè id homines impij parũ reuerenter ad inditicia nomina, quibus ab hominibus discipuli compellabantur, audent transferre, quid magnoperè gaudendum illis, ob communem sibi nominationem cum cæteris hominibus, brutis etiam & vr-

p Psal. 146 vers. 4. *q* Luc. 10 vers. 19.

A

B

C

D

E

ticis: quorum nomen non minus Deo notum erat, qui nouit omnia?

Hinc tamen illi inferunt, voces significatiuas primariò, per influxum cœlestem, significare: secundariò, tantùm per hominum impositionem: & quia in significatiuis nominibus vtrumque concurrit, in non significatiuis alterũ tantùm; ideò plus virium habere nomina significatiua. Quod imprimis alij pernegant, qui non significatiuis ampliùs deferunt. Equidem lubet ab his omnibus quærere: num necesse non sit quemlibet influxum cœlestium orbiũ per traduces qualitates in subiectũ tam remotum influere; ipsis influentijs recipiendis aptum & accommodatum? deinde, num res incorporeæ, vt sũt nomina, sint subiectum idoneum recipiendis qualitatibus corporeis? quorum, vt prius nequit negari, ita posterius nequit affirmari. Nihil ergo tribuit energiæ primus ille influxus cœlestis. Impositio quoque humana, cùm sit nuda & merè arbitraria denominatio, quid queat influere, nec Argus videat, quem ferunt fuisse oculatissimum.

Quartum delirium est, vim complexorum verborum, (propositionũ scilicet & orationum) efficaciorem esse. Primò *quia veritas* (inquit Archimagus) *in ipsa propositione contenta hic accedit: cuius veritatis vis maxima est, quando formula seu carmen virtutis ac operationis astri seu numinis, quod comprecamur, continet commemorationem.*] O Satan, Satan, tibi quàm perpetuò similis es? pergis hoc telo diuinos honores cõsequi. Nonne satis hoc indicant, quæ mystes ille tuus, exempla petit, ex Hymnis Orphei & Apulei scriptis, idololatriæ plena? tum quia auctoritates illæ poëtarum refertæ vanitatis: tum quia sensum ac intellectum carminis astris ascribit: tum quia per hoc numen, in-

telligit

telligit cacodæmones ; quos astris & singularum rerum speciebus, Magica distribuit. Conatur etiã probare, quia qui integram orationis texturam promit, magis animo dictis intendit, quàm qui verbum vnum atque alterum: quare vis quoque vehementior imaginationis cõcurrit, & spiritus copiosior in rem incantatam transit. Quæ vana sunt, nec empsitanda titiuillitio. Nec enim imaginatio extra imaginantem in res seiunctas vim habet vllam ; nec spiritus vllus à loquẽte prodit, qui rem incantatam contingit : præter afflatum: afflatus autem facultas ad sanitatem nulla est ; ad morbum & noxam per contagium aliqua, vt docuimus.

Ex his manifestum fit, falsa quoque esse, quæ ex tam bellis axiomatibus inferunt corollaria. primo quod asserũt oportere, vt sic sanantes affleni ægro, & ei vocabula quasi inhalent. 2. quamlibet huiusmodi incantationem præter ordinem solitum & retrogradè prolatam aut scriptam, insolitos effectus gignere. 3. debere ea, quæ magus vult impetrare, inscribi rei, quam vt instrumentum adhibet. exempli gratia, si tabella, vel pergamento vel herbæ folijs vtatur, debere inscribere folio, membranæ vel tabellæ: ad quem id effectũ faciat, cur cedo? an quod verba non satis efficacia per se prolata? an quod alioqui dæmon surdus, vt ea non audiat; vel quòd scripta, quàm audita melius intelligit? an quòd ad memoriæ lapsũ fulciendũ opus hac industria? nihil horum in causa, sed vafer ille vanarum obseruationũ multiplicatione, velut varijs retium plagis, sic pluribus peccatis miseros amat illaqueare. Legi exẽpla quæ Leon. Vairus collegit, sed in his omnibus pactum cum dæmone intercedens causa fuit effectionum. Vide inf. lib. 6. anacephalæos. monito. V.

l.1. de Fascin. c. 5

QVÆSTIO IV.

De amuletis & periaptis.

NOTA Græcorum athletarum cõsuetudo, sed paucis: qui phylacterijs vsi ad victoriã, ne niceterijs magicis superaret aduersarius. habes in antiquis glosis Iuuenalis Sat. III. his verbis; rustici didicerunt luxuriam & palæstris vti, & fracterijs (*corr. philacteriis*) vt athletæ ad vincendum, *& mox* : nam & niceteria sillateria (item *corr. phylacteria*) sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.] Cunctis autem nota Romanorum gentilium consuetudo, qui soliti puerulis de collo res turpiculas suspendere, *Præfiscini*, vt dicebant, ne fascinarentur (vnde & *Fascini* nomen inter obscœna relatum) alia quoque amuleta succini aut alterius materiæ contra morbos gestitabant, quæ dicta amoleta, amolimenta, seruatoria, probra, quemadmodum & Græcis sua fuere, περίαπτα, περιάμματα, ἀποτροπαῖα, ἀσάτιυτα, καὶ φυλάκτηρια, malorum, vt putabant, auerruncatoria. Sic etiam prodesse sibi putabant Iudæi sua philacteria, seque per illa custodiri ac præseruari à malis, perperam accipientes diuinum præceptum. *a* Eundem errorem Catholicis, non hæreticus tantùm VVierus ; sed & qui Catholicus videtur ex scriptis, Remigius Lotharingus, *b* impingit; hinc omnium periaptorum vsum temerè condemnantes ex Patribus non satis intellectis.

Dico primi, *Amuleta huiusmodi, quæ collo dependent, vim nullã obtinent naturalẽ ratione verborum, characterum, vel figura, vel constellationis : sed duntaxat ratione*

a Exo. 13. Deut. 6. 8 Matt. 23. v. 5. vbi plura notamus in commẽt. *b* li. 3. dæmonolat. c. 3.

materiæ,

materiæ, si qua huic antipathiæ vel Sympathiæ naturalis vis insit.) Hæc concl. est Catholicorũ omniũ, & etiam gentilium, quos præcedenti quæstione citauimus. Probatur, quia physicæ ligaturæ facultas necesse est, vt à natura rei ipsius dependeat, quæ non competit, nisi ratione materiæ seu subiecti. Quare si quis effectus producatur, cuius causa nequit esse vis naturalis subiecti: effectus ille prodigiosus erit, & amuletum superstitiosum, qualia multa congessit Costa Ben-Lucas Iudęus Lusitanus: *c* Huc referendũ, si figuram attendunt; quod Hispanicis pueris ex Gagate ad collum deligant, manu in derisum, inserto intra digitos primores pollice, conformatâ. *Higam* vocant.

c l. de ligaturis.

Dico secundò; *Quando in ipsis verbis modo scriptionis, crucium numero, figura vel similibus spes non ponitur; pium & sanctum est, reuerentiæ causa Sanctorum reliquias, cereas agni Dei effigies, Euangelium S. Ioannis. Psalmum Dauidis, & similia S. Scripturæ testimonia secum gestare collo appensa: sed effectus, qui inde oritur, erit supernaturalis, Dei beneficentiæ adscribendus, Alijs autem ligaturis vti; quas vel vsus Ecclesiæ Cathol. vel proborum medicorum ars non commendat; omnino est prohibitum.*

Quod ad reliquias, videtur non satis cautè locutus, insignis Doctor Theologus Ciruelus Darocensis *lib. de superst. cap. 4 p. 3.* quando leuiculis fultus rationibus sacrarum reliquiarum ad collum gestationem improbare non veretur. Dissentit ille ab hæreticis, nam ipse vult reliquias Sanctorum in templis honorificè seruari, & adorari: sed non vult eas à priuatis collo appensas gestari; temere reprehendens antiquam virorum valde sanctorum consuetudinem. Nonne B. Helena clauorum CHRISTI vnum fræno equi. alium galeæ Constantini indidit? Nonne Beatus Antonius palmatam illam Anachoretæ S. Pauli; & ipsius Antonij tritum cum melote pallium exultans Athanasius tulit. Similia de Theodori Martyris puluere Nyssenus: de catena B. Petri magnus Gregorius. Sed in re nota non est immorandum.

Conclusionis prior pars probatur, Ecclesiæ Cathol. inueterato & salutari more, nec non sententia D. Thomæ. Maldon. *d* Nauarr. Siluestri, & alior. ratio est, quia Sanctorum reliquias ita semper maiores nostri sunt venerati: Agni illi ad hoc à solo Pontif. Maximo quotannis benedicuntur: sacræ scripturæ testimonia, vt liceat ore proferre, licet etiam descripta collo deferre, & narrat Leontius Episcopus sanctum Simeonem Salum mulieri magæ amuletum in tabella conscripsisse; quo gestato illa non potuit amplius diuinare, nec magica amuleta facere. (*Sur. 1. Iul.*) nec vllus sanctorum patrum hoc vnquam improbauit. Nam D. Basilius *e* damnat περιάμματα characteribus (*nempe magicis*) insignita. Incertus auctor in Matt. qui exstat inter Chrysostomi opera. *f* inuehitur in duo nequam genera hominum: primum, qui ex huiusmodi ad collum suspensis ipsi sanctiores volebant videri, vt Pharisæi olim: secundũ, qui ex eadem superbia, quæ ad collum alij suspenderent, ipsi de capillis, vel vestimentis suis largiebantur. Ipse D. Chrysost. *g* mulierculas illas reprehendit, vel quod non rectâ, sed Pharisaica id intentione facerent; vel quòd, per opinionis errorem, non à Dei gratiâ miraculosum auxilium, sed ab ipsa materiâ, vel formâ scripturæ, id præstolarentur, vt faciunt hodie, qui dicunt debere esse scriptum Euange-

d Tho. 2. 2. q. 6. ar. 4. Maldõ. in 1. cap. Ioan.

e hom. in Ps. 45.

f hõ. 34. in Matth.

g in Matt. hom. 73.

lium

lium in membranâ virginea, vel litteris vel lineis miniatis & cætera. Sanè Chrysostomus eadem id mente reprehendit. quâ D. Hieronymus, *h* qui satis indicat, pharisaicam illam superstitionem præsidium ab ipsis pittraciolis, non desuper à Custode Israel, Deo Sabaoth, exspectantem, se reprehendere: item quòd quæ extrinsecus gerebant, eorum cultum & obseruantiam intrinsecam, quæ præcipua, negligebant. Denique in vita S. Antonini infestationem quandam dæmonum, cùm preces quasdam membranulæ inscripsisset, & in cubiculo ante Deiparæ Virginis imaginem affigi iussisset, legimus dispulisse. (*Surius tom. 3. Fol. 34.*) Auctoritas D. Gregorij Papæ idé probat epist. ad Theodelineam, quem iure suo, id est, Caluinistico, carpit Ios. Scaliger in Elencho c. 8. verba D. Hieronymi contra mentem eius detorquens. Sed bene, quod ouillum lanitium iam deponere Scaliger incœpit.

Posterior pars conclusionis probatur canonibus, qui anathema fulminant in eos, qui philacterijs (hoc est conseruatorijs) vtuntur; & si clerici ea faciant, iubent eos Ecclesijs eijci. *Can. 1. & 4. 26. q. 5.* qui canones quomodo sint intelligendi, & de quo genere philacteriorum loquantur, petendum ex alio canone, *nempe vlt. eiusdem quæstionis*, vbi inter cætera in hunc modum scribit Beatus Isidorus. *ad hæc pertinent ligaturæ exsecrabilium remediorum, quæ ars commendat medicorum, seu in præcantationibus seu in characterib. suspendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum est quadam pestifera societate hominum & Angelorum malorum, exorta.*) quæ sumpsit à D. Augustino libr. 2. de doctrina Christiana. Idem alibi confirmat. D. Augustin. *i* his verbis, *Fingunt spiritus maligni vmbras quasdam honoris sibimetipsis, vt sic decipiant eos, qui sequuntur Christum. Vsque adeo, fratres mei, vt illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis nomen Christi, qui iam non possunt seducere Christianos, vt dent venenum addant mellis aliquantum.*) Chrysostomus homil. 25. ad P. Antiochen.

Quid vero diceret aliquis de his, qui carminibus, & ligaturis vtuntur: & de circumligantibus aurea Alexandri Macedonis numismata capiti vel pedibus? Dic mihi, hæne sunt spes nostræ, vt post crucem & mortem Domini gentilis legis imagine spem salutis habeamus? &c. damnarunt hæc etiam tempore Caroli Magni Patres Concilij Turonensis cap. 42. & ipse Carolus. libr. 6. Capitulorum cap. 72. & prius Constantius Imp. apud Ammian. l. 19. & Antoninus Caracalla, apud Spartianum in eius vitâ. Tales sunt nefariæ illæ formulæ precum; quas contra vulnera, & pericula ignis, aquę & alia; quidam per mendaciũ adscribunt B. Leoni, & alijs sanctis, & (proh dolor) multi hodie gestitant; quib. Diabolus semper tandem imponit, & quando sunt in statu pessimo lethalis culpæ, sinit eos occidi & deserit, quos antè aliquoties defenderat. Posse nominare mihi probè notum; cui id accidit. Norũt Franci, cum superioribus annis, cum Barone Danou, hæreticorum Germanorum examina in Franciâ irrupissent, & à Duce Guisio strenuè debellata fuissent, huiusmodi schediasmata collo cæsorum ferè omnium appensa, fuisse reperta ab ijs, qui cadauera spoliarunt. Hoc genus superstitionis subsannat Lucianus *k*. & Antonium Caracallam supplicijs compescere, constituisse testatur Spartianus. Et

h in d. c. 23. Matth

i tract. 7. in Ioan.

Tatia-

Tatianus Assyrius *l* hæc omnia refert ad Dæmonum dolos, & pacta per Magos cum illis inita. Huc etiam refero quod de vrsariis, sic refert Balsamon Comment. Syn. 6. in Trullo; *Vrsas trahere dicuntur ij, qui arctotrophi appellantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos ex ipso tondentes eos vna cum tincturis dant perinde ac remedia & amuleta, tanquam contra morbos & fascinantes oculos conferre possint.*] Huc pertinent etiam formulæ omnes, quibus immiscentur nomina ignota Angelorum, hoc est alia præter, Michael, Gabriel, Raphael. hoc mirum fortassis alicui videbitur; quia Trithemius, & Rabb. alia quoque nomina confingunt eorum, quos dicunt esse motores orbium cælestium, item fata decernere, & fatales casus administrare, & mirifica quædam homines ab his discere; & similes impietates, quibus ille liber אדכעחאק scatet. In Sybillis quoque oraculis lib. 2. hic versus exstat, iuxta quosdam codices ἥξουσι μιχαήλτε Γαβριήλ, Ραφαήλτ' οὐριήλτε. Sed in alijs libris habes ἐξομιήλ, οὐριήλ σανιήλ: ἀζαήλτε, in quibus primum illud est corruptum pro Ιερεμιήλ, tertium pro σαθιήλ, vt vocant eos Trithemius & alij, qui cœlorum motores eos faciunt. Sed nitor auctoritate & sanctione concilij Romani, quod fuit congregatum Romæ sub Zacharia Pontifice, ad damnandos errores Aldeberti & Clementis hæreticorũ Germaniã perturbantium; vbi inter cætera, lecta vna oratio Aldeberti, in qua continebantur hæc verba; *supplico vos Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simihel.*]

l Orat. cõtra gent.

Quibus lectis, Zacharias Papa, interrogauit Episcopos, sententiam de his suam proferrent: illi damnandum Aldebertum pronunciarunt, vt hæreticum: causa verò subditur & ipsum Decretum concilij his verbis; *octo enim nomina Angelorum, quæ in sua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, sed magis dæmonum nomina sunt, quos ad præstandum sibi auxilium inuocauit. Nos autem, vt à vestro sancto Apostolatu edocemur, & diuina tradit auctoritas non plus quam trium Angelorum nomina agnoscimus: id est, Michael, Gabriel, Raphael. Zacharias Papa dixit, optimè prouisum est à vestra sanctitate, vt conscripta illius omnia igne concrementur: sed opportunum est, vt ad reprobationem eius in scrinio nostro conseruentur ad perpetuam confusionem.*

Nunc verò, quia omnia peracta sunt, de vtrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, nunc pertractatum est. Vniuersum concilium dixit: Aldebertus, cuius nobis actus & nefaria commenta lecta sunt; & qui se Apostolum censuit nominari, & qui capillos & vngulas suas populis pro sanctitate tribuit, quique sub obtentu Angelorum dæmones in suum auxilium inuocat: sit ab omni officio sacerdotali alienus, &c.] *m* Igitur ex concilij huius sententia, damnanda cuncta periammata, periapta ligaturarum & similia. vbi alia nomina leguntur, quàm trium, quos sacra scriptura nominat, Angelorum. Nominatur quidem Vriel. 4. *Esdr.* 4. v, 1. Sed liber ille Canonicus non est, nec tantæ auctoritatis; & in eodem reperias Ieremiel, quem nemo recipit: Aldeberti verò cætera nomina nõnihil sunt deprauata ex ijs, quæ in Necromanticorum libris habentur. Sed de Vriel accurate scripsit Nicol. Serarius noster comment. in c. 12. Tobiæ q. 10. cum quatuor se-

m vide apud Sur. tomo 3. mense Iunio in vit S. Bonifacij fol. 494.

quent-

quentibus. Illud quoque attendendum, ne ipsis Angelorum nominibus veris Vtentes, ea malis Angelis accommodarint. cur non hoc ausint, qui ausi sic abuti nominibus Dei? audi Procopium in Leuit, contra quosdam curiosos hoc vtentes prætextu his verbis agentem. *At tamen (obijciunt quidam) inuocant Zabaoth. Quid tum? impie hoc faciunt. Nam illam appellationem non Deo, sed dæmonibus tribuunt, & plerumque illi dæmoniaci vsurpant nomina diuina, dum ea imponunt dæmonibus, quorum ambitioni seruiũt.* hoc fit in precibus Magorum, quibus inserta *magna* (sic vocant) *nomina*.

CAPVT V.

Ars aurifactoria, quam Alchimiã nuncupant, ad quam magiæ speciem sit referenda?

NOn potest sufficienter huic quæstioni responderi, nisi priùs constet, quo se vsque vires eius extendant. quare quatuor sunt discutienda. primò, an ars ista finem suum consequatur? secundo habendane in numero artium liberalium? tertiò ad quam Magiæ speciem pertineat? quarto licita sit, an illicita?

QVÆSTIO I.

An aurum hac arte verum conficiatur?

DVO quæstio hæc complectitur; quid naturæ ope fieri queat, & quid fieri soleat? quorum non eadem ratio est: priùs quam decidamus quæstionem quædam de nomine & origine sunt præmittenda.

SECTIO I.

Quid sit Alchimia & quando inuenta?

A

NOmen Arabicum esse volunt, viri docti; & id indicare nomini præfixum, *Al*, vt in *Almanach*, & *Almagestum*, & similibus, Mixtobarbarum ergo vocabulum fuerit, ex Arabico *Al*, & Græco, χύω seu χύων, quod idem ac *fundo*, alij Græcam planè vocem censent, ex quibus est Ioannes Chrysipp. Fanianus, qui deducit, παρὰ τὴν χυμεῖαν καὶ ἄλλα à sale & fusione. *b* Sed

B huic Græci scriptores repugnant, qui plerumque scribunt χημεῖαν: *c* non χυμεῖαν. Sed quid χημεία significat? quidam ex Plutarcho *d* tradunt Ægyptum sacrâ linguâ sacerdotibus vocari *Chemiam*: & inde suspicantur, vocati *Chemiam*, quasi Ægyptiam: videlicet quia primi mortalium Ægyptij illam à Mizraimo Chami filio acceperint, ab Ægyptijs Arabes didicerint, &

C articulum illum suum *Al*, addiderint; ab Arabibus, Europæi acceperint & nomen & artem, vt & reliquam ferè medicinam & philosophiam Græcanicam. Nimis isti benigni sunt in Arabes. Nomen enim notum Romanis fuit antequã vlli noti philosophi vel docti inter Arabes, & quo Arabia tempore adhuc Christiana. Inuenias illud apud Iulium Firmicum Latinum *e* scriptorem, qui tempore vixit Constantini

D Magni. Apud Ægyptios quidem hæc ars in vsu etiam Diocletiani tempore videtur fuisse, si Suidæ credimus, *f* & ab ijs fortè Romani acceperunt. Verũ illud de *Chemia* merum est commentũ: Ægyptus enim non *Chemia*, sed *Chammia* picta à Chamo: sic enim in Psalmis legimus; *g* *in tabernaculis Cham*, *h* Ægyptiorum, & postea; *h* *terra Cham*, vo-

E catur ipsa Ægyptus. hoc ergo nomen sacerdotes, vt testimonium antiquitatis suæ asseruarunt, vulgo *Misraim* dicebatur Acgyptus; vnde & hodie ad.

a N. comment. in Manil.

b Dialogo de Chrysopœia.

c Cedrenus in Annal. Suid. mox citand.

d li. de Osir. & Isid.

e lib. 3. in Lunæ decretis.

f in Diocl.

g Psal. 78. 57.

h Ps. 105. 23.

huc Turcæ & Arabes vocant, *Masra*. Quare si Arabes voluissent ab Ægypto hanc artē denominare: & addere suum illud; *Al*, vocassent *Almasram*. Quid ergo? suspicor, vt multa Arabum vocabula, esse Hebræum illud, & quidem solidè. nec aliud significare quam artem fusoriam siue liquatoriam. Etenim Hebræis, *Alichmi*, *i* significat itinera siue fluxus. ab *Alich*, quod significat facere ambulare seu fluere. *k* Vnde ars liquans seu fundens metalla: abiecta litterula, ab *Alichim*, fit *Alchimia*, facillima formatione. Quid enim est Alchimia, quam pyrotechnica siue igniaria ars, resolutoria, & purificatoria metallorum? quæ vt *Chymiæ* species quædam est: sic etiam aurifactoria, siue Chrysopœia; species quædam est Alchimiæ, quæ in extrahendo siue separando, & in congregando siue coagulando ex alijs metallis auro, tota occupatur: vnde non malè *Spagiricam* vocant nonnulli, παρὰ τὸ σπᾶν καὶ ἀγείρειν, à segregando & congregando. Ad hanc quidam retulit illum Manilij versum. *l*

Materiamq; manu certa duplicarier arte:

& quia de Alchimicis dictum, per errorem, putauit, ideo (quæ est Critica audacia) contra veterum codicum fidem, eum tollendum, vt spurium iudicauit. vtrumque male. nam & Manilij versiculus est, & non de Chrysopæis, sed de bractearijs accipiendus, qui malleando aurum, in bracteas seu foliola tenuissima diducunt & dilatant, & sic superficiem adeò dilatatam quasi duplicant. Alchimice certè non tam duplicant manu, quàm igne.

Non statui de tota Chymicâ agere; quam ego artem, qua medicinæ administriculatur, sanè laudo, & veneror; vt physiologiæ fœtum præstantissimum, inuentricē auri potabilis, rei nō minùs vtilis ad sanandum; quàm ad alendū, ac quoad fieri potest, vitam prorogandā; spiritus enim subtilissimos ex metallis, gēmis, plantisque educens; quo subtiliora, hoc puriora; & quo puriora, hoc efficaciora remedia præbet: metalla depurat, segregat, perficit: lapides conflat, aquâ elicit, ignem vegetat, & in igne vegetato, ac quasi perennato, specimen edit artis & efficacitatis suæ, in humanâ vitâ propaganda. Mihi quidem dubiū non est liquorem illū Olibij Maximi, cuius beneficio lucerna multis sæculis conseruata fuit ardens, Chymicū fuisse: de quo Bernardus Scardeonus, *m* scribit Patauij ante aliquot ānos, vrnā fictilem effossam his inscriptā versibus.

PLOTONI sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est vobis hoc quod in orbe latet.
Namq; elementa graui clausit digesta labore
Vase sub hoc modico Maximus Olibius.
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Plutoni Deo diuitiarum dedicauit hoc suæ artis specimen homo gentilis, diuitias illi acceptas ferens, Intra maiorem illam vrnam minor alia reperta: in hac, duæ ampullæ ad fabrè laboratæ, argentea vna, aurea altera: purissimo quodā ambæ liquore plēnæ; quo lucerna multis iam sæculis ardens conseruata censebatur.

De solâ Chrysopœiâ statui dicere: quæ vel ex adspersis pauculi puluerisaurei ramentis, aurum multiplicat, vel ex non auro verum aurum producit: nam quæ ex auro liquato tantumdem vel minùs auri producit, sed purgatius; ea nomen aurifactoriæ non meretur. Chrysopœiæ igitur originem quidam nobis valdè faciūt antiquā, qui præcla-

ro Adami

הלבים *i* Iob. 29. 6
חליח *k* Iob. 24. 10.
4. Astro
m in Hist. Patauina.

ro Adami titulo libellum quendã insignẽ obtrudunt: vt & alij Moysis; & Mariæ sororis eius, & Salomonis, & Hermetis Trismegisti, & Aristotelis, & Pythagaræorũ quorundam libros venditant: hæc enim omnia pro impostoris habenda duxerim, & ocioforũ hominũ somnijs. Quid? an, quia ab Adamo prima scientiarum principia, idcirco & de hac ille arte scripsit, quẽ de nullâ cõstat scripsisse? An, quia Moyses in omni Ægyptiorũ sapientia excellens, idcirco & ipse, & soror eius (miror Aaronem non additũ & Beseleel) animũ ad alchimiã excolendã adiecere? An, quia Cabbalistæ nugãtur Chamum in arca Noacho patri suo *libros de Magia naturali* furatũ, quos Misraimo filio suo donauerit; idcirco inter illos etiã Chymici libri fuere? sed Chamũ scimus non philosophiæ naturalis, verũ Magiæ Dæmonicę fuisse propagatorem. *n* Hermetis Trismegisti non pauci supersunt libri; quis quæso vel color tenuis in illis huius artis? eruẽt opinor, qui Phaetontæo ausu eo detorserunt; quæ de Turri Babel, & quæ de terra promissionis, SS. commemorauit & quæ Salomon in *Ecclesiaste* de meretrice: mores eius depingens, Spiritu sancto afflatus, scripsit, illi ad Chymices mysteria defluxerũt: qui ausi diuitias, quas œconomicæ prudentię, & nauigationi in Ophir, disertè acceptas refert Regum Historia; Salomonis alchimię adiudicarunt. In quos (vt mitissimè agam) nihil dicam aliud, quàm quod fatuis solemus, sanam mentem ijs optandam. Minore longè periculo peccant, Aimar. Ranconetus & Cardanus. qri Sibyllæ vaticinium illud;

ἔνθα γράμματ' ἔχω. τετρασύλλαβός εἰμι. νοείμε. &c.

ad Arsenicũ, admirãdi lapidis materiã trãstulerũt; quasi quatuor syllabarũ & nouẽ litterarũ vox alia nulla foret. Itẽ qui Pandoræ poculũ hoc esse contendunt, ab Hesiodo notatũ: sed hi plures Epimetheos, solâ spe reliqua, quã Prometheos, ex hoc grege fateantur oportet. Nec minùs illi suaues, qui Sisyphiũ saxũ extollunt, & propter huius lapidis inuentionẽ meruisse nomen, quasi diuina sapientis autumant: propter promiscuã in vulgus beneficij communicationẽ, ad inferos detrusũ semper reuolubilis saxi subuectione dãnatũ. homines præparcè auari. Liberaliores alij cum Suida Colchis auratam pellem auertũt. illud enim δέρας τὸ χρυσόμαλλον, Iasonis; libros fuisse in membranis arietinis descriptos, artis alchimicæ doctrinam aurifactoriam continentes. Addunt alij, hoc illud aureũ fuisse femur, χρυσοῦν μηρὸν, iuxta Laert. lib. 8. Ælian. var. hist. lib. 2. Lucian. & alios. siue (vt corrigũt alij) χρυσοῦν ῥοῦν, aureum flumen, à Pythagora in Olympijs ostensum, quod tamen Origenes eburneum appellauit *lib. 6. contra Celsum.* Hoc illud esse apud Hippocratem mirabile & inprimis sacrum terræ opus; ex quo animantia, plantæ, alimenta, pharmaca, fortuna, & ipse Plutus profluant. *o* Hinc apparet quàm vetustam isti originem arti arcessant. Equidem opinor vetustam: sed certa testimonia ante æuum Caligulæ non comperio. Nam quæ dicta, mera sunt coniectanea nec magis certum, quod quidam probant ex Esdr. lib. 4. ca. 8. v. 2. *Quomodo autem interrogabis terram & dicet tibi: quoniam dabit terram multam magis, vnde fiat fictile, partum autem puluerem vnde aureum fit,*) Hoc enim perspicuè non ad artem fusoriam, sed ad naturales metalli ex terræ puluere productionẽ potest referri. Si tamen quis contenderet, ad materiam auri tranſmutatoriam pertinere; is sciat, neque infallibili se testimonio niti, quia liber iste

n Fu. lib. 1. a. 3.

o Hippocra. in epistol. de Crateia.

Syſiph. quaſi σιόσοφος.

apocryphus est; neque claro loco & aperto antiquitatem artis se probare. Cæpisse sub Caligula docet Plinius, *q* rationem ex auripigmento aurum liquandi, sed mox desijsse. Foditur hoc in Syria auri colore, fragili lapidum specularium modo. Vim eius magnam Caligula, auri quàm sanguinis non minùs auidus excoqui iussit : & planè fluxit aurum excellens, sed ita parui póderis, vt detrimentum sentiret. nec postea tentatum ab vllo. Diuturnum postea scriptoribus silentium fuit. Vsque ad Diocletianum siluere. Nam Suidas auctor est, cùm eo regnante Aegyptij res nouas molirentur, cæde multorum illustrium virorum in ipso exordio hoc incendium sopitum fuisse: & conquisita tum ibi veterum de argenti & auri fusione scripta, omnia tyranni iussu flammis tradita, ne ex illa arte ditati Aegyptij, pecunijs freti, Romanis in posterum rebellarent. *r* Aliquot annis postea Zozymus Græcus scriptor vixit, cuius de arte sacrâ, & Chrysopœiâ libri M. Scripti asseruantur in Regis Christianissimi Bibliothecâ Fõtisbelli: vbi & Blẽmidæ liber de eadem Chrysopœiâ dicitur exstare. Hic ille Nicephorus Blemmidas est, qui sub Ducâ Imp. multa præclara philosophiæ monimenta edidit. Zozymo Græcum antiquiorem, non noui: ille Arabes omnes, qui circumferuntur quo antecedit: fictitium Morienum (Eremitam Romanum fingunt inepti Arabicè scribentem) & verum Geber, siue Gebrum Arabem : qui non inuentor artis, vt putant Fallopius & Erastus: sed cultor & ornator præcipuus. Hæc de origine habui dicenda.

q l. 33. hist cap. 4.

r Suidas in Diocletiano,

SECTIO II.

De artis alchimicæ in auro faciendo efficacitate.

A

Irum quàm hîc in contrariũ funis contentiosus trahatur. cultores alchimiæ affirmatiuam adeò tuentur. vt & perfectius aurum suis se fornaculis fouere, & educere, quàm natura solita, contendant: osores contrà Chymicorum, omnia huiusmodi, vt præstigias, ludibria, & meros iactatorum bombos opinantur. Equidem puto inter hæc extrema, vt fit, mediâ viâ tutissimè incedi. Videamus breuiter, quid pro vtraque parte disputari queat.

B

Tres inuenio sententias. *prima* est, non posse aurum verum sic produci. *secunda*, posse aurum quidem quasi verum, sed quod tamen pro vero, nec liceat vendere æquali pretio, quo verum venditur: nec liceat illud in medicinis exhibere. *tertia*, perfectius & purius aurum sic fieri posse, quam quod in terræ visceribus gignitur. Prima sententia est Tostati *in Exod. cap. 7. quæst. 10.* Aegid. Romani, *quodlib. 3. q. 8.* (qui Auicẽnam quoque pro se citat, sed malè. nam Auicen. verè censuit contrarium, & ex professo de hac arte scripsit) negarunt etiam Auerr. *in lib. 1. de Generat.* Aponẽsis, *differ. 200.* Sed & ipse met Chymicus Paracelsus *lib. de philosoph.* & videtur id voluisse Bernardin. Gometius à Medis docto & salito opere de sale lib. 2. a. 20: secundæ editionis fol. 168.

C

D

Secunda sententia (vt opinor) verè fuit D. Thomæ. nam licet, vbi noluit quæstionem decidere, ibi ex hypothesi tantùm locutus fuerit : *a* tamen vbi absolutè & decisiuè locutus, ibi apertè & clarè hanc sententiam tenuit : produci posse aurum, quoad externas qualitates, sed quod ad intrinsecam auri perfectionem non pertingat: *b* quod etiam Caietano, *c* & reliquis Thomistis placuit postea citandis.

E

a 22. q. 77 a. 2. ad. 1.

b in 2. sent. d. 7. q. 3. a. 1.

c ad d. a. 2

Tertia sententia est omnium Chymicorum

micorum,& præterea Timonis *in li.* 3. *Meteor.q.vlt.* Antonij Mirandulani *de singula.certam. l.* 10. Marcelli Palingenij Cardani,Lacinij,& aliorum, quã accuratè tuetur And. Libauius Syntaxi 2.lib.1.singularium.

Quartam his sententiam possemus addere Pyrrhoniam, & Academicam *Dubitantium*; qui fatentur sibi non satis liquere; quam puto verè communiorem esse hominum huius ætatis. Ex nostris illam defendêre Benedict. Pererius,& Gregorius à Valencia; *e* nam de bonitate & perfectione alchimici auri dubitant:& suspicantur, nunquã ab vllo verum & perfectum aurũ fuisse productum:& Valencia quoque indicat studio & arte humanâ vel nõ posse, vel vix fieri posse, Quid dicemus? amicus Plato. amicus Socrates, sed magis amica veritas.

d disp. de Magia.
e in 2. 2. disp. 6. q. 13. punct. 2.

Axio.1. *Nullis idoneis argumentis contrasentientes conuincunt aurum verum per alchimiam fieri non posse.* Ad probationem huius conclusionis sufficit onus probandi transferre in aduersarium: quia est conclusio negatiua: & adfirmanti esse impossibile; incumbit onus ostendendi, cur id sit impossibile, eò quod is contendat, se id idoneis argumẽtis posse cõuincere; quod nos negam⁹, Veruntamẽ sic potest cõclusio probari; neque ex parte materiæ seu subiecti, neq; ex parte modi repugnat naturæ talis metamorphosis. Nõ ex parte materiæ, nam illa est alterari, & corrumpi apta, & perduci etiam apta ad formam præstantiorem, & est capax formæ introducendæ. Non ex parte modi: quia modus est, per decoctionem naturalem ignis; qui decoctionem naturalem caloris naturalis proximè imitatur. Quid ergo desit? aut si quid horum, ostendatur.

Ostendere conatur sequentibus ar-

A gumentis, quæ sigillatim diluemus adfusa solutione. Primò argumentantur ab artis ipsius incertitudine & dissensione artificum, quia chymici inter se nec conueniunt in modo loquendi, nec in modo operandi, nec de materia aut nomine sui lapidis. Conueniunt, beneficio lapidis hanc transformationem tribuendam; sed hunc ipsum lapidem, quo appellent nomine, non conueniunt. Longũ sit omnia Merculini, Treuisani, Faniani, Taliensis, Rosarij, & aliorum nomina congerere, quæ sunt significationis planè diuersæ. Ex paucis cætera possunt diiudicare, vocant χρυσοσπερμὸν aquam viuam, aquam vitæ, aquam siccam, lignum vitæ, sanguinem humanum, lac virginis, Mercurium philosophorum, draconem, coruum, laton, elixit, medicinam morborum omnium, id de quo bibit non moritur, & similia partim ridicula, partim pugnantia, partim irreligiosa. Modos operandi diuersissimos comminiscuntur, & de eo inter se digladiantur; cum Brachesco certat Tauladanus, Villanouanum impugnat Treuisanus, alij alios, & inuicem se fatuos ignorantesque nuncupant. Sed de lapidis materia fortè saltem consentiunt; nihil minus sunt, qui ferri scoriam, sunt qui salem, alumen, magnesiam, cadmiam, calcanthum, arsenicum exposcant: sunt qui obtundant bufones, capillos, ouorum putamina, menstruum fluorem, vel humanum sanguinem. *Respondeo*, tam diuersis nominibus eandem rem significari, sed his vsos scriptores scientiæ occultandæ causa, quam non voluere passim intelligi. licuit sanè Ægyptijs symbola sua adhibere. licuit poëtis per metaphoras & fabulas sapientiæ principia occulere, licuit Aristoteli se dictorum obscuritate, vt sępius solet, atramento inuoluere; ipsæ sacræ litteræ

B

C

D

E

in Parabolis loquuntur. cur culpas, si & hi diuersis nominibus lusere? Si quid minùs aptè, & feliciter, & piè, ignosce. rem vide, verba despice: nunquam rei veritatem, aut artis efficacitatem, ineptia aut infantia docentis potuit exstinguere. Deinde quid mirum hanc quoque artem habere suas compulsationes disidentium; quibus nec philosophiæ pars vlla, nec medicina, nec iurisprudétia nec Scholastica Theologia nosci tur carere? Dissensio illa de materia, vel verborum est & nominum, vel sanè fuit, cũ ars minùs culta & magis incognita: periti, in sulphur & hydrargyrum consentiunt.

A

Probant postea, naturam metallorũ ab ijs ignorari. primo, quia censent illa viuere & nutriri; cũ Cardano: vel superioris ordinis animam habere, verùm valdè recondità, cũ F. Georgio in Harmon. mundi. 2. quia lapides putant esse reiectamenta siderum (vt Paracelsus) metalla verò adipem & medullam lapidũ: & proinde metalla, cœli esse præstantiora excrementa: 3. quia vnicam volunt esse perfectam speciem metalli, nempè aurum; cæteras esse tantùm rude & inchoatum aurum, de quo mox plura. 4. nõ habent perspectam auri sui causã efficientem. qui soli calori efficientiam tribuunt: quo tamen solo non potest auri substantia perfici. Oportet enim, vt sol aquæ substantiam primùm calore concoquat & commutet: rigus deinde & siccitas terrena, faciant aquam concrescere. 5. de auri materia valdè discrepant. Gilgil vult esse cinerem ex terra genitum, & aquæ mistum: Braceschus vitriolum, plerique sulphur, & argentum viuum, nec deest, qui arsenicon addat. qua in re indaganda videntur, vt vmbri, indicium sagæ naris secuti, certum sane, vt ad ceruæ cunabula perducat: fallax in rerum essentiâ

B

C

D

E

discernenda. Præterea quomodo possunt mixta resolui in mixtum illud, ex quo proxime generata fuerunt? nonne prius oportet resoluantur in corpora simplicia? igitur si, quod eorum est fũdamentũ, metalla in sulfur & hydrargyrum resoluuntur, certe hæc duo nequeunt esse propria metallorum materia. Hoc argumentum multas inuoluit quæstiones, quas si velim exactè discutere, non sectionis vnius, sed libri opus integri futurum. Vno fortasis verbo præstiterit absoluere, vt hæc illis omnia largiamur, nihil aliud consequi, quã alchimicos sic opinantes nõ esse veros philosophos, neque causas operationis suæ tenere, nec operari scientifice, sed duntaxat esse nudos flaturarios pyrotechnicos, mechanicos, & non philologos. nullo autem pacto consequitur, probandum quod erat, aurum ab illis confici non posse: non enim gladium non facit faber, quia quæ ferri natura, quæ gladij ad pugnam rotatio vibratioque sit accommodata, nescit: non aquam rosaceam minus perfectam Chymicus elicit, qui cætera adhibet arte requisita, etiamsi rotæ essentiam, & vim ignis, & principia distillationis ignoret. Quid igitur, si qui naturam ignoret metalli, segregatione, congelationeque requisita, cæteris quoque omnibus perite vtatur, minusne ad flatum compositionemque eius, quàm ad alterius, nihil ad operationem effectumque amplius præter causarum cognitionem adijcientis, vis excoctrix ignium est effectura? Intelligentiæ igitur iam ignis particeps, qui vnum inter & alium nouit discrimen. Pone autem aliquem, qui optimè metallorum naturam nouerit; huic certè nihil argumentatio hæc oberit, quoad auri productionem: poterit ergo produci ab aliquo. Sufficerent ista: dicam

tamen

tamen quid de singulis illis censeam. Viuere & nutriri metalla, vt animam habentia vegetatiuam : id non admodum absurdum est, sed fateor verius, quod Aristoteles censuit, *f* nec lapides, nec fossilia huiusmodi viuere vel nutriri : excrescere autem, per adiectionem materiæ, decrescere per subtractionem eiusdem: cùm verò Plinius *g* & alij, dicunt ea concipi, parturire, viuere, senescere, mori, metaphorice tantum loquuntur. sed de hoc plura Scaliger, Fallopiusque. *h* Volo cum illis liberaliter depacisci. Esto, non viuant metalla : quid inde ? facilior profectò inanimæ rei in aliam inanimam, quâ animatæ in inanimatã erit trãsmutatio. Paracelsistarum illas locutiones sanè non satis rectas, nec commodas, sed improprias & translatitias, nihil moror: loquuntur illi inquinatè, sẽtiunt perperam. eos non defendo : de re loquor, non vocabulis. Hoc vnum verissimum puto, neque negari posse, plus humidi pinguis, & si vis plus adiposi esse succi in metallis, quàm in lapidibus ac gemmis. hinc enim metalla ductilia & dilatabilia sunt, quod lapidibus ob ariditatem & siccitatem denegatum. Vnicane species metalli sit, mox videbimus. De auri efficiente causa, considerandum. puto longè plura requiri, vt ex terra, atque vt ita dicam, elementis fere nudis primum corpus mixtum existat & coaguletur: quam requirantur, vt ex mixto iam coagulato & existente aliud conficiatur mixtum, dumtaxat differens perfectione. Auri substantia, ex terræ puluere & aquæ liquore, in venis cauernarum solo calore non potest perfici, sed frigiditas quoque & siccitas requiruntur ; postquam verò iam semel metallum coaluit in metalli substantiam, iam ignis solus poterit supplere, quæ ad perficiendum commutandumque illud in alterius metalli qualitates erunt necessaria. quia qualitates illæ accidentariæ sunt & quæ actiuitatis igneæ vim non exsuperant. Quod exemplo potest declarari. nam sandaracha naturalis non potest gigni citra frigus illud: sed postquam plumbum semel in terræ visceribus genitum fuit, si illi misceas acetum, cerussam conficies: *i* vt verò ex cerussa prodeat sandaracha nulla iam opus refrigeratione, sed sufficiet sola adustio, vt sandaracha fictitia seu sandyx Syricum nascatur. *k* Orichalcum quoque sine frigore ex ære, vitri puluere, & calaminaris lapidis tinctura fit ; solaque decoctione & percolatione per ignem indiget : *l* cùm tamen fossitium & naturale, si quod est huiusmodi, etiam frigus illud postularet. Quid, quod & *m* Plinius, censuit, solo igne lapides in æs fundi, & ferrum gigni? Quid, quod & sola decoctione ferrum fit σώμωμα Græcorum *n* seu *Chalamisch* Hebræorum? quod nos hodie chalybem vocamus siue *aciariam*, veteres Latini. *ferri nucleum*, quia proprio nomine destituebantur, nam chalybs illis idem, quod ferrum in genere. *o* Neque in his alio frigore opus, quàm cùm omnia peregit ignis, vt tunc materia se ad naturale frigus recipere sinatur: vel aquæ iniecta citius refrigeretur, & induretur : Porrò quam subdunt de auri materia dissonantiam, obstrepit illa, non obtundit. cedo, quam illi esse volunt ? quamcumque dixerunt, ex hac etiam cætera metalla constare physophi chymici contendent: sic facilem fore ad aurum transitum. Sed doctiores conueniunt in vnam sententiam : quam ego quoque sequor, & sic Aristotelem cum his auctoribus conciliari posse puto. Nõ agitur nunc de materiâ remotissima, quæ

est

f l. 2. magno. moral

g Pl. li. 36. cap. 18. & 19. Leo Baptist. Albertus l. 2. de ædifi. c. 9.

h Scalig. exercit 1. Fallopius l. 1. de metallis & fossil.

i Galen. l. 9. de simp. medicam facul. Pl. l. 34. in fin. Vitruu. l. 7.

k Plin. l. 15. c. 6. Aetius li. 2. Amat. in Dioscor. li. 5. enar. 63.

l Vide Pl. l. 33. c. 4. & Vannocium l. 1. pyrotechniæ c. 8.

m lib. 26. c. 27.

n Arist. lib. 4. Meteor. Vannocius d. l. 1. c. 7. Alb. Mag. li. 2. de lapid. tra. 3.

o vide Hier. Magiũ l. 2. miscel. c. 8.

A B C D E

est materia prima, quam eandem esse nemo addubitat: sed agitur, de materia secunda: quæ iam certis formis est imbuta, hæc rursus est, quædam remotior, & quædã propinquior. non enim statim ab vltima ad primã hic immediatus est transitus: capiamus ergo exempli gratia, aurum. hoc aurum materiam remotiorem habebit exhalationem quandam humectam vna ex parte (quæ materia liquida à quibusdam vocatur, vel aqua intrinsecus vnctuosa, ab alijs vnctuosum aqueum incorporatum, vel humidum liquidum) ex alia parte habebit terræ portionem crassam & viscosam: sic huic terræ aqua illa pinguis & aërea commista, corporatur in primam, & (vt sic vocem) elementarem auri materiam. hæc materia non est adhuc propria auri materia, sed est materia communis omniũ metallorum, & etiam lapidum. etenim si plus habeat ariditatis, deficiente humiditate, fit lapis: si plus habeat pinguedinis humidæ, exit in metallum: & propter copiam huius humidi, nitidi, puri, ac solidi, splendida adeò ac nitida sunt metalla. Et hæc est sententia Platonis & Aristotelis ac sequacium. *p* Neque huic sententiæ repugnat (meo iudicio) eorum Chymicorum, qui physica principia norunt & amplectuntur. hoc est non empirici, sed philologi sũt, sententia. Tales enim facile assentiuntur huic remoto principio metallorum omnium. Equidem mihi videtur negari non posse. Quæro enim, num argentum viuum & sulphur sic immediatè ex materia prima sint enata? si adfirmas quæro qua dispositione præcedente hęc potiùs, quã alia forma, fit introducta? si negas, immediate prodijsse: quæro quæ præcesserit? non enim omni forma potuit illa materia caruisse. Negandũ itaq; id non est: sed vlteriùs progrediendum, & post hanc materiam communem adeò remotam, quærenda quędam materia propinquior. De hac est omnis disceptatio. Censuerim itaque illam materiam remotam, non subito prætermisis medijs ab extremo ad extremum progredi, &, quod dici solet, per saltum promoueri: sed primo gigni imperfectiora quædam: & sic naturam progredi ad perfectiora. Ex illâ materiâ remotâ primùm gigni sulphur, & argentum viuum siue ὑδράργυρον: istud potissimũ gigni sulphur, & argentum viuum siue ὑδράργυρον: istud potissimum coalescere ex humido isto pingui & aëreo (ideo adeo mobile est:) ex terræ vero pinguedine seu viscositate potisimũ gigni sulphur. Sulphur illud postea in metalli generatione fũgi vicem viri, ὑδράργυρον vicem feminę volunt *q* Chymici: hoc parum refert, crediderim potius vtrumque agere & pati in inuicem, reactione. Nec conuincit contrarium quorundam obiectio; nec in plerisque fodinis sulphuris, vel argenti viui, inueniri aurum; nec in auri plerisque inueniri sulphur aut argentum viuum. Sufficit enim in quibusdam vestigia horũ reperiri, vt pyrotechnici sæpe experti. Et, vt ex his gignuntur, tanquam ex materia; sic in hæc rursus metalla resolui volunt chymici, & hãc resolutionẽ odore probat, & gustu; se in materiâ resolutâ qualitates sulphuris & argenti viui dictantes inuenire. Quoniam verò hîc agimus de accidentarijs dũtaxat differentijs, quibus hæc inanimata dignoscuntur solis: frustrà obijcitur odora canum vis. Nõ enim dicitur hæc resolui in sulphur & hydrargyrum formale atque perfectũ, sed in materiam quandã, quæ sulphuris & hydrargyri qualitates pleraſque retinens, satis indicat formam præcessisse horum fossilium: sicut homo occisus cùm est, & iam cadauer ferè dissolutum corruptione, indicium facit fœtor,

Georg. Agricol. de re Metali

q Auicen. epistol. ad Hazon. Geber, Lullius, & alii, vide Lacin d. lib. 1.

p Plato in Timæo, & ibi Procl. & Calchidius. Arist. l. 3. Meteor. in fi. Theophr. l. de lapid. Ianus Lacinilius Mnoritæ. l. 1 Chemica art. c. 13. Albert. l. 3. de reb. & metal. tr. 1. c. 2. Contaren. l. 3. philosp. c. 6.

tor, corpus illud carneum fuisse, aut quod similius, cùm salem vel saccarum in aliquod ferculum dissoluis, sapor indicat, substantiam illarum rerum condimenti huius materiem fuisse: & odor aquæ distillatæ, satis apertè docet, quæ herbæ distillatæ fuerint. præterea non est necesse res omnes resolui in proximam suã materiam: nec corpus resoluitur in semen: sed sufficit resolui in materiam remotiorem, siue elementarem. Ad vltimum itaque argumenti membrum dicimus: metalla resolui immediate in illa sua principia, quando alterantur, & per alterationem desinunt videri talia metalla, & fiunt quid liquidũ, vel aridum, retinens principiorum illorum qualitates multas; & cum hoc fit, tunc quodammodo resoluũtur iterum in corpora simplicia seu elementaria, nempe in liquidum, humidum & terreum pingue: sicut etiam paulatim, per varias alterationes pyrotechniæ, principalia illa proxima in istud vel illud metallum coaluerunt.

Tertio argumentantur: fundamenta Chymicorum, si penitùs inspiciantur, vel falsa esse, vel prorsus dubia: & proponunt, ac impugnant sequentia: quibus sigillatim ac ordine solutiones adiungam.

r li. de mirabilib. potestat. artis & naturæ.

Primùm ergo adserunt illud Rogerij Baconis; *r licet natura potens sit, & mirabilis: tamen ars, vtens natura pro instrumento, potentior est virtute naturali.* Hoc ergo videtur esse falsum. tum quia nihil potest ars humana, quod vires superet naturæ (quæ nihil est aliud, quàm ordinaria Dei in creaturis dispositio:) quare si quis effectus producitur, quia naturam rerum superet: ille non humanus, sed vel diuinus, vel prodigiosus est. tum quia omnis ars mechanica naturæ, vt basi, insistit, & eam imitatur, nec suis potest conatibus operum naturæ perfectiones adæquare. Nam verissimè Fabius, ita scripsit; *imitatio, quæ artis est propria, nunquam tam feliciter naturam exprimit: quin inter hanc & illam semper aliquid interfit, ipsaque veritas pluribus parasangis sua sequentem vestigia hypocrisin post se relinquat* ſ) qui neget iubendus agri lilia cum veris, Dedali volatum cum alitibus comparare, & cum Praxitelis aut Phidiæ caballo hostiles manus effugere. *Resp.* Comparationem naturæ & artis institui duobus modis posse primo precisè ac nude sola cum sola conferendo. vnumque alteri, siue vtriusque potentiam, seorsim inuicem & mutuò componendo, hoc si Baconus voluit, vt inde fornaculis suis ea tribuat, quæ naturæ denegata; fateor omni illum reprehensione dignissimũ fuisse, & argumentum contrarium solide probari. Altero vero modo possunt ista comparari, non præscindendo vnum ab altero, sed extensiue; verbi gratia artificium humanum cum ipsa natura; qua in comparatione, artificium præsupponit naturæ vim plus autem tum posse artem natura subnixam & adiutam, quam possit natura sola plurimis patet experientijs. sic enim naturalis operatio, iuuatur, acceleratur & perficitur per humanam industriam & artem: quod voluisse dumtaxat Rogerium eius verba indicant, & verissimum est.

ſ lib. 3. instit. orat.

Secundo reprehendunt quod dicitur à Chymicis, vnicum esse perfectum metallum, siue vnicam metalli speciem (aurum) cætera metalla dumtaxat esse auri inchoationes: & ideo tam facile metalla reliqua ad aurum, naturalem suam perfectionem, reduci; quam homo æger ad sanitatem, & ouum ad pullum. Hoc illi triplici ariéte sibi, nó tam quatere, quam subruere videntur: & ita mihi quoque aliquando visum: nunc

maturiùs re perpensa, video illa ipsa, quæ tum attuli argumenta ; vt obsessi solent, saccis laneis , arietis impetum infringere : posse commoda explicatione exarmari, & eneruari. Arietes isti tres erant triplici testudine contecti. Primus petitur à definitione metalli, quam Geber, Petrus Bonus, & multi chymici admittunt: *metallum, est corpus fossile, durum, & naturam suam seruans , à malleo dilatabile.* Sed hæc tota definitio æquè conuenit argento , & plumbo, ac auro, æquè ergo sunt metalla , atque aurum. *Respond.* differentias rerum essentiales, præterquam hominis, nobis esse ignotas : ideò nos cogi definitiones formare ab accidentarijs differentijs, quæ possunt sæpè communes esse pluribus ; quæ probabiliter videntur specie differre. veluti si definias canem, certè definias per proprietatem latratus , hyena tamen hunc imitatur, quæ canis non est : & sic totum istud congestum, canis est animal irrationale, quadrupes, velox, latrabile, conueniet etiam hyenæ. nam & illa erit, animal irrationale , quadrupes, velox, latrabile. Nemo tamen inferat canis nomen hienæ competere , vel hyenam æquè canem esse : sed potiùs inferendum , quiddam in hyenâ reperiri, quod in cane sit perfectius. Sic dico definitionis huiusmodi accidentariæ conditiones in singulis metallis inuentas, non conuincere singula hæc quibus conueniunt metalli species esse. Nam hæc non est conuenientia generis in substantia , sed dumtaxat quasi generis in accidentibus. Specificæ namque differentiæ ab essentia rei sunt desumendæ. Quare vt aduersarij probent à definitione , identitatem genericam; necesse est , priùs probent, vel simul, & consequenter probent , prætensarum specierum differentiam essentialem vel quid ei quodammodo æquipollens; v. g. Homo & equus species sunt sub animalis in genere , id probari nequit eo dumtaxat, quòd animalis definitio, quę tamen essentialis est, conueniat, vtrique (sic enim conuenit Petro & Paulo, & tamen P. & P. specie non differunt) sed probari præterea debet, quia homo est rationis compos, equus non est. sic etiã quod aquila & leo differant specie , non probandum tantum eo, quod ratio generica illis cõpetat, sed etiã, quia vtriusque essentia diuersa est, cũ vnum sit volatile, aliud bestia seu gradiẽs. Sic igitur, non quia hæc definitio eadẽ quæ auro, competit argento : ideò hæc duo specie distinguuntur: sed sequitur solummodo ambo hæc metalla esse : argentum quidem imperfectè, quia potest perfici, aurũ perfectissimè, quia nequit in metalli ratione perfici. Infanti iuxtà ac viro cõuenit hominis definitio, vt & vitulo ac boui animalis: sed infans adhuc perfici & definitionis membra perfectiùs potest participare: non tamen infans & vir sunt hominis species : idem de alijs metallis, & auro statuendum , nam alia illa natura ad hoc instituit, vt queant ad auream perfectionem progredi.

Verùm hic nouæ suboriuntur difficultates, noui scopuli assurgunt. dicat enim aliquis, hinc sequeretur; naturam sic sæpius à scopo suo aberrare, quàm finem suum consequi. quod conuicium ferretur in Deum. Naturæ quoq; aberrationes de suis inferioribus , more specierum, non solent prædicari , quia natura non multiplicat rerum imperfectarum indiuidua, vt videmus monstra sterilitatis damno multata. hæc autem metalla de suis indiuiduis rectè prædicantur; vt argentum de hoc vel illo. *Respondeo.* Non aberrat à scopo suo natura , quia finis eius est, rerum varietate hunc mundum ornare : & perfectiora

vult

vult esse rariora. fit autem hominũ auaritia, qui metalla effodiunt priusquam ad debitam perfectionem perueniãt; vt minus auri sit, quàm cæterorum metallorum. Sicuti quia vituli plerique occiduntur à lanionibus, idcirco pauciores boues existunt: si his parceretur, boues fiant; si illis abstineretur effodiẽdis, paulatim aurescerent. Enunciandi verò ratio, quædam est specierum, siue generica; quædam verò merè accidentaria. Monstrorum de inferioribus attributiua enunciatio accidentaria, potest æquè locum habere, ac argenti, auri, &c. sicut enim dicas rectè, hoc vas est argentum, sic etiã rectè dicas, Gorgo, est monstrũ; sphinx est monstrum: & sicut etiam dicas vasis huius essentia est stannea, vel materia eius est stannũ; nihil prohibet quin verè dicas, pygmæus iste est monstr osa, vel substantia huius pygmæi est monstrosa. Sed parùm hæc ad rem quę de prædicatione. Quia reuera, nó quicquid imperfectum adhuc est, eo nomine monstrosum est: maximè si aptum sit perfectionem suam recipere, pullus in ouo non est monstrosus, vitulus non est mõstrosus, infans nõ est mõstrosus, quia hic ad virum, ille ad bouem, ille ad gallinaceum tendit; etiam sunt potestate, quod actu futuri. idem de metallis alijs ab auro dicunt Chymici. Sterilitate dãnata sunt tantum monstra perfectorum animantium; non insectorum, non inanimatorum. Atque ita ruit hæc replicatoria machina.

Secundò contendunt aduersarij proximam metallorum omnium materiam eãdem esse non posse, sed vniuscuiusque speciei debere esse materiam proximam diuersam, quod etiam nonnulli Chymici fatentur, *t* & probatur: quia diuersæ specie formæ eandem specie materiam nequeunt informare: vt de anima humana & equina patet, quarum neutra corpus alterius apta est informare videretur alioqui, vetus illud delirium stabiliri posse: *omnia ex omnibus*, siue *quodlibet ex quolibet gigni*: & sic, si remotæ materiæ sufficeret identitas, posset vnus Alchimicus alterum, in Apuleium illum, vel Lucianum auritum transformare. *Respon.* Animas animalium perfectorum requirere corpora organica, certis perfectè modis dispositas: animas animalium imperfectorum, ipsas quoque; quia ex materia educuntur, requirere suam & propriam minùs tamen perfectam, organorum corporis composituram, quæ compositura, siue (vt dicam) organizatio, de illius indiuidui essentia est. Inanimas verò res dumtaxat censeo requirere, materiam illam communem, & præcipuè constantem partibus homogeneis, eisdem esse & perfectiùs dispositam, ad plumbi, stanni, argenti vel auri formã: quia formæ istæ, non ad composituræ vel organorum fabricam, sed ad qualitatum primarum maiorem minoremue participationem, consequuntur. Si plus habeant terrenæ admixtionis, fient ferrum, æs, plumbum; si plus aerei liquidi, fient stannum, argentum, aurum. Conatur quidem natura semper aurum producere; sed, cùm nequit eò mineralis decoctio pertingere, contenta est aliorum metallorum generatione pro modo virtutis & materiæ proximæ dispositione. Si non satis multum adsit sulphuris subtilis ac rubei, adsit tamen satis hydrargyri subtilis & alibi; fiet argentum: si verò vis sulphuris excedat, & vnctuosum illud liquidum omni sit ex parte probè defœcatum, produceret aurum.

Tertius illorũ aries erat. Numquã conquiescere naturã, sponte sua: sed moueri & moliri donec perfectionem suam

t Richardus Anglic. in Correctorio, & Joan. Bracescus contra Tauladanũ.

sit indepta; metalla verò hæc apparere omnibus, etiam præsente causa efficiente, in venis suis conquiescere, nihil solicita, vt in aurum transformẽtur. licet enim centum annis illic permaneãt non impedita, numquam tamen magis illa aurescent, sed in suo statu permanebunt, ferrum, plumbum, argentum. Si sic igitur quieta iacent, suam nam nacta sunt perfectionem. *Respondent* Chemici & benè respondent, nos hanc commutationem deprehendere non posse: sed cur nequeamus, incredibilem reddunt rationem: quod ad alterius metalli in aurum metamorphosin millenarium annorum tempus requiratur. Quis hoc illis definitum tempus reuelauit; quis credat cùm ad cæterorum metallorum perfectionem, cursus viginti vel triginta sufficiat annorũ? Maior ergo in auro formando mora, sed non tot seculorum admittenda. Sicut autem herbarum & arborum incrementa non cernimus dum crescunt: sed creuisse deprehendimus: ita latens est alteratio hæc & commutatio metallorum: quæ, non, dum fit, sed dum facta est; cerni potest: quod verò illam non cernimus, impatientia fecit & cupiditas, dum malunt homines præsens lucrum minus capere, & quale est metallum effodere: quàm spem pretio redimere, & illam tam longinquam opperiri transmutationem. Sed cur ad hanc, fornaculis & follibus suis se triennio peruenire posse Fanianus & alij gloriantur, si non nisi lustris aliquot exactis id potest natura? causam puto, quia in terræ venis plus liquidi humidi affluit, & calor quoque agit leniter ac paulatim: hic in chrysollo, nihil affluit liquidi: quare quicquid resistit, & reuocat cursum efficientis causæ, id faciliùs hic absumitur: ignis quoque est continuus, & non impeditus, & quantum potest vrget. Præterea nonnunquam aliquid auri maturi & perfecti artifices admiscent, vt sic ars adiuuans naturam, causa sit velociùs reliquum conuertendi, vt notat Treuisanus, *libr. de transmutat. metallor. ante medium.* Ex his appareret admodùm probabilem esse sententiam Callisthenis, Alberti Magni, & Chemicorum, vnicam esse perfectam metalli speciem. *p* Sed pergam esse liberalis ac comis: esto specie differant metalla, quid tum? speciei (inquiunt) in speciem quæ nõ sit alteri subordinata immutatio impossibilis est naturæ. Nos mox non esse impossibilem ostendemus. Nec ad rem facit illud de subordinatione. Reuerâ enim multorum commutatio ostenditur, quæ sic subordinata non sunt: & subordinatio ista eodem modo potest intelligi de plumbo & auro, stanno & argento: quo illi de his intelligunt, quę in tertia sect. producemus.

Quartum argumentum est, ars ista nequit veras gemmas transformare in gemmas alias veras. ergo nec metalla potest in alia. *Respond.* gemmas, si quæ sint liquabiles, posse ad maiorem fortassis redigi perfectionem: non tamen in alias diuersæ speciei mutari posse, quia non potest ignis quemlibet inducere colorem: nec gemmæ ad gemmam ea cognatio est, quæ metalli ad metallũ. Gemmæ verò pleræque vel potiùs omnes, quia lapidum ex genere sunt, etiam sunt illiquabiles: quia non habent humidum vnctuosum, vt metalla: sed aqueum, quod igne difflatur. *x*

Vltimò obijciunt, non dari causam sufficientem, quæ hoc operetur: cælos enim naturaliter hæc metalla in venis producere per calorem, & frigus: non qua calor ille vel frigus qualitas tantùm est, siue calor aut frigus: sed qua est organum ac instrumentum cælorum, in

cuius

p Alb. Magni lib. 3. de metal. tract. 1. c. 7. Gebri, Rosarij, Vannoccij. Biringuccij, & alior.

x sic Alb. Magn. in 3. Metap.

cuius virtute agit. hic verò nec frigus adesse in Chemica operatione : nec calorem operari vt instrumentum agentis principalis, quia hic non adest agens principale. *Respondeo*, de frigore iam diximus. de calore verò dico hunc agere vt instrumentum ignis ; & esse eiusdem speciei cum calore cælesti seu elementari. Agens autem principale est semen auri ipsis metallis insitum: quod semen calore fouetur, & adolescit in aurũ. Probatio verò huius, non incumbit alia, quam ab experientia, ad quam alchimici solent prouocare. solemus enim à posteriore probare vim seminis alicui rei infuisse, cum genitum ex eo aliquid & ex potentia eius inactum deductum cernimus. Denique conclusio nostra dumtaxat exigebat, nos ostendere naturæ rerum hanc non esse contrariam Chrysopœiam, neque id argumenta aduersariorum conuincere. quod puto sufficienter ostensum à nobis. Hæc de primo axiomate.

SECTIO III.

De eâdem efficacitate.

SIT 2. axioma, *longè probabilius est, posse alchimicam artem finem suum consequi, & alia in aurum igne transmutare: quã non posse.*

Dico esse *probabilius*, quia reuera id non probatur apodictice, sed tantùm topicè. sic tamen, vt moraliter ferè conuincant rationes.

Primum argumentum, quo conclusio probatur, pendet ex supradictis, quia contraria negatiua habet argumenta non concludentia, imò nec admodùm vrgentia.

Secundum, quia multarum rerum causæ naturales nos latent, & potest hæc esse de illarum numero: multa quoque fiunt naturaliter, quæ quis, propter causarum ignorationem, si facta certò nesciat: vel neget facta, vel non facta naturaliter, contendat.

Tertium, quia Magorum illa industria, quia mutarunt angues in virgas, & è conuerso: iuxta D. Augustinum *a* naturalis mutatio fuit mirabilior tamen est hac, de qua nos agimus.

Quartum, quia calor ignis vim habet transformandi metalla per varias alterationes, liquationem, separationẽ, congregationem, & alias huiusmodi: sicut & calor natiuus, cibum potest variè conformare, priusquam augeat & incrementum præbeat ipsi alito. nec minùs est miranda illa cibi, puta pomi, in carnem : quàm hydrargyri in aurum commutatio. Denique singulas illas alterationes consideres : quas Chrysopœi requirunt, etiam qui plurimas : nullam inuenias, quæ vices ignis in materiam dispositam agentis excedat. cedo enim quæ illarum ? quod si singulis par, cur non successiuè omnibus, cùm eius vis non retundatur, suggestis semper nouis fomentis?

Quintò, persuadere id debent intellectui non malè disposito, cùm variæ similes experientiæ, tum plurimorum id se consecutos asserentium assertio. hoc posterius probabo sectione sequenti: prius verò probatur, ijs quæ fusè retulerunt Scaliger *b* & Benedict. Perer. *c* primùm ars potest gignere vespas, scarabæos crabronesque ex cadaueribus, & ex stercore animalium: immò & scorpiones, ex herba Basilico rite posita & collocata certis locis : sed viuentia hæc sunt excellentiora metallis : poterit igitur & metalla. Dices in his hominem arte tantùm materiam materiæ apponere, cætera naturam per putrefactionem & calorem solis producere: Verùm in nostro quoque casu manum tantùm homo adhibet, cætera calor ignis in ma-

a libr. 3. de Trinit.

b exercit. 23.

c quæst. de alchim. lib. de Magia.

in materiâ efficit,&, quæ in eius potentiâ latebant, educit. 2. aurum ex auripigmento produci arte Plinius auctor est, vt diximus, si dicas auripigmentum venam esse auri sterilem ac inopem, hoc est aurum imperfectum, vt ait Fabianus: *d* hoc, vt dicitur sine probatione, negari quoque potest. Nam plus videtur differre ab auro, quàm cuprum: nam cuprum metallis annumerandum, illud verò potiùs coloribus ac tincturis. 3. ex ouis *e* calore fornacis Cayri solent pulli educi, non secus quàm fotu matris: cur non & hic fornax suppleat vteri, terræ vicem? si dicas, ouum natura ordinari ad pullum, & esse pullum potentiâ: contendunt alchimici idem esse plumbum auri respectu, imò & argenti; ideoque solere hæc metalla iuxta inuicem reperiri. Sanè Plinius dicit *f* venam plumbi, quæ vicina solet esse & contigua venæ argenti. vocari *galenam*. Sed & ouum quoque magis differt à pullo, quam inter se metalla. 4. Naturaliter videmus multos vermiculos mutari in volatilia, vtpote muscas: & tamen reptile & volatile, plusquam specie distant. 5. vt natura producit salem, bitumen, & atramentum: sic etiam illa nobis artificum exhibet industria. Si dicas specie differre hæc ab illis: contra vrgebo: cum eadem habeant qualitates (quod docet experientia) non magis differre, quàm pulli quos fornaces Cayri produxerũt, à pullis adpectoratis à matre. 6. Plinius auctor est triticum & siliginem in inuicem commutata, dices, solis accidentibus ea differebant, eademque fuisse specie? Galenus quidem sententia videtur, sed multis id non probatur, esto tamen: hoc si verum, quid ad 7. Nam Theophrasto lolium quoque in triticum fuit mutatum: loliumne hoc siluestre triticum fuisse dicent? quo autore? scimus enim quid inter triticum & lolium interfit. 8. calchitim in misij mutari, satis notum est, verisimilius etiam ea specie differre. quàm idem esse. 9. lapidescere ligna, si in fontes certos incidant: norũt Arduennæ, & lignum sit caudexque, qui neget. Bene est non negant aduersarij: Sed hanc dicent fortè commutationem in deterius, viuentis nempe ligni, in lapidem vitæ expertem: mortem hanc esse quandam ligni. faciliùs res degenerare quam meliorentur. Vrgeo, etiam meliorari. nam in Scotia ex putridis nauium fragmentis, & ex arborum fructu in mare deciduo (res est vulgo notissima, & probabitur libro sequ.) gignuntur anates. Si tam admirabilem effectum transmutationis aqua nobis exhibet: cur ignis efficacitati, cuius maior longè vis est in agendo, malignè detrahimus? Herodotus etiam scribit platanum in oleam vertisse: & alij cadauera, in statuas salis, *de quo plura dicam l. 2. q. 18. in fine*.

Denique notissimum est posse saltem dæmones producere, per applicationem naturalium agentium, non modò res inanimas, sed & animalia imperfecta quæcumque ex putrefactione nascuntur: *b* multò igitur faciliùs poterit metallum vnum, in aliud eadem applicatione commutari. quia longè minor est metallorum differentia, quam inanimi & animati. Sed Diabolus nullum huiusmodi effectum producere potest, qui naturæ vires superet: vt constat: alioqui posset vera edere miracula. ergo effectus huiusmodi naturæ vires non superat. Igitur potest fieri vt vel docente Diabolo, vel industria & studio tandem homo ad hanc cognitionem pertingat,

d cap. 4. d. lib. de re metallica.

e Scal. s.

f li. 33. c. 6.

g lib. 2. ad Glaucum cap. 7.

b Est Scoti Lyche commu- nis in 2. li. 7. rel. 3. & pro- lab. li. se p. 14.

SECTIO IV.

An aliqua narratione constet aurum hac arte factum?

NVLLVM aduersarij fortius telum intorquent, quàm ab experientia, cur igitur, inquiunt, nullus hactenus effectum consecutus? cur omnes oleum & operam perdidere? nonne moraliter hinc colligimus. id esse impossibilibus annumerandum 2. quia, quæcumque adferuntur experientiæ, nituntur testimonijs ipsorum chymicorum, quibus minimè credendum: tum quod in causa propria, tum quòd mendicitas & paupertas fidem detrahat, tum quod spe fascinati & imaginationis vehementi apprehensione, putãt esse aurum, quod non est, vt ait pontifex Ioannes 22. *a*. 3. quia possunt esse operationes, vel fraudulenti & deceptoriæ, vt fuit Bragadini Veneti Alchimia: qui in Bauaria supplicio affectus anno 1591. coram omnibus imposturam suam confessus fuit: se ex auri ramentis pulueribusque quos mixtos carbonario pulueri habebat, aurum suum liquasse. Quare cauendum ne lectorem decipiat deceptus ipse Villamontius, pertinaciter defendens, verã fuisse & sinceram Anton. Bragadini Chrysopœiam: cùm enim illa scriberet, nondum dies fraudem huius Ciprij plani aperuerat. *Vide quæ de illo Villamontius itinerarij lib. 3. c. 28.* vel possunt esse prodigiosæ, dæmone faciente. 4. quia hanc artem nemo vnquam calluit: quod patet, eò quod nemo se vmquam dixit vltimum eius effectum consecutum: nemo etiam verbis vel scriptis eam alios docere potuit. His illi pugnant.

Sit conclusio. *De facto aliquos hac arte verum aurum fecisse, videtur esse valde credibile.*

Probo, quia tot ea de re narrationes sunt diuersorum, vt videatur procacis animi & perfrictæ frontis, nulli credere. adscribam quæ nunc mihi ad magnum. Cælius Rhodiginus auctor est, *b* suo tempore in Gallia quendam ex infima plebe hominem, mirè sagacem, modum excogitasse, quo chrysulcæ æquæ vi, ex metallo quolibet aurum secerneret: & addit tales artifices vocari *Chrysoplintas*, officinam verò *Chrysophisium*. De Arnoldo Villanouano referunt grauissimi Iurisconsulti, *c* eum virgulas aureas chemica arte produxisse, quas omnium examini subiecerit in aula Pontificis, & ideo concludunt chemiam veram esse scientiam. Obijciunt, Arnoldum fuisse valdè suspectum familiaritatis cum dæmonibus: *d* & ideò vel dæmonem hoc verè fecisse, vel saltem verum aurum supposuisse. *Respon.* has esse malicioslas coniecturas. Si suspectus Arnoldus; quomodo non in Romana curia, vbi assiduus erat, comprehensus, vt maleficus, & castigatus? mera autem coniectura est, dæmonem verum aurum supposuisse. Alij dicunt examini subiecisse, hoc est obtulisse: non verò quemquam veritatis periculum fecisse. primùm explicatio illa verbo non congruit, deinde quis credat illo offerente aurum ad examen, neminem Romæ periculum fecisse; ego verò, inde; quod non scribitur ab auctoribus illis falsum aurum deprehensum; probabilius crediderim experientiam Arnoldo suffragatam. Sanè id confirmat quod de ipsius cum Raymundo Lullo concertatione auctor Theatri humanæ vitæ tradidit, *e* Raymundum hunc Balearicum, hominem acutissimum, multis rationibus demonstrasse Villanouano artis huius

a Extrau. spondent. de crimin falsi. cap. 13.

b libro 11. cap. 13.

c Io. And. in additiũ ad Specu. titu. de crimin. falsi. Old. cõs. 74. de sortil. Abb. in c. ex tuarũ de sortil. & ibid. Bald. Ioa. Platean. in l. 1. C. de argent. prec. quod in thes. infer libr. 10.

d Penna Com. 36. ad 2. p. Direct. Eymerici q. 11.

e vol. 20. lib. 3.

ἀδυναμίαν, tum Arnoldum disputandi pertæsum; quin potius, inquit, te sensu crastinâ conuincam die: quæ cum illuxisset, metamorphosim illi oculatâ exhibuit fide: qua ille motus, hanc ipse artem amplexus, multa de eadem scripsit opuscula, ante annos fermè 250. De hoc Lullo scribit quidam nostri temporis medicus: non alchimista, *f Hunc ego inquirendo comperio apud Anglos, requidem vera præstitisse, quod suis libris profitetur: & in arce Londini, iussu Regis probatissimum aurum confecisse: mihique genus nummi ostensum est, quod adhuc appellant Nobile Raymundi, auri scilicet puri & obryzi, summæque indicaturæ.*] Idem auctor Thesauri, hoc etiam narrat de Bernardo Treuisano; eum cum initiò frustrà magnas opes in hac Chrysoplyntica prodegisset; tandem accuratiore studio consecutum, vt biennio artem in opus, spem in rem, deduceret. Hieron. Cardanus testatur, *g* Antonium pharmacopolam Taruisinum, coram And. Gritto Duce, & præcipuis patricijs Venetis, argentum viuũ in aurum commutasse, & eius operis quędam adhuc exstare vestigia. Hoc Iulius Scaliger, in contradictoria exercitatione, eludit potiùs, quàm dissoluit, dicens; si hoc verum aurum fuisset, Venetos eum fuisse Coacturos Reipublicæ operam hanc nauare, vel artificium indicare. Quis enim Scaligero indicauit, Taruisinum eis non indicasse? sanè crediderim Venetos, vel incerti euentus spem contempsisse, vel præstigijs effectũ adscripsisse. Tu, Lector, ne idem sentias, accipe testimonium aliud eiusdem rei, vt in Cardani & Aragosij fide, hoc experimentum stet. Guilhelmus iste Aragosius, vir philosophiæ & medicinæ apprimè peritus, studiorum causa degebat Patauij: semel, anno 1550. Venetias excurrit, & honoris causa Hectorem

f R.C. in Nomenclatore insignium scrip.

g opere de subtilitat. li. de metallis.

A Ausonium, mathesis & medicinæ laude clarum, inuisit: ibi cum intra alia Alchimicæ aurificæ mentio fieret, eamque Guilhelmus solidis, vt ipsi tum videbatur, argumentis subrueret: *Ausonius in sequentem diem conuentum indixit, eoque tres patricios Venetos, è nobilissima Corneliorum gente adductos: ex eo auro, quod Taruisinus spectantibus patribus, hoc est, celeriter, non magna interposita mora, momento fecisset, confectos annulos spectandos contrectandosque exhibere curauit. Ipse deinceps Arogosius Taruisium excurrens, historiam facti didicit. Narrabat ille à Gallo quodam, Arogosio facie simillimo, domi suæ per aliquot menses hospitaliter accepto, eum se puluerem honorarij loco accepisse, sed vt eo tamquam arcano vteretur. Si verò non tam priuati commodi, quam publicæ fidei erga Rempublicam Venetam studio, eo inscio, Venetias nauigasse, rem patribus indicasse: specimen artis exhibuisse: priuatim quoque in Corneliorum ædibus non semel. Interea verò Gallum illum in salutatis omnibus discessisse, neque se quidquam de eo amplius rescire potuisse. h*] Vides causam cur veneti non vrserint Taruisinum, & quàm inanis illa magni viri, sed sæpè iniqui Cardanomastigis, suspicio. Fortassis eadem arte apud Cedrenum ille frenum aureum consecrat, quod Anastasio Imperatori obtulit: sed videtur iste præstigiator potiùs fuisse quam Chymista, post primam operis huius editionem incidi in librum And. Libauij medici, *qui p. 1. singularium, Syntaxi 11. de re metallita*, plura testimonia retulit.

B

C

D

Nunc ad obiectiones respondeamus. Ad primum; multos ego commemoraui, quos non Chemici tantùm, sed & medici & I.C. grauissimi testantur rem ipsam factam exhibuisse, Arnoldum, Lullum, Taruisinum. Et hodie nominare possem, quos noui viros graues, in

E

h Thesau. vitæ hõsu. Omitto quod de se similia Fenelius testetur lib. de abd. ter. caus.

dignitate

dignitate politos, & Deum timentes; qui de se ipsis idem profitentur. Quos mentiri, vel imposturis, aut præstigijs, aut dæmoniacis artibus vti, nunquam in animum meum possim inducere: & sint iniurijs viris honestissimis, qui queãt id suspicari. Ad 2. dico. Pót. loqui de gregalibus, siue fece illa Chemicorum, qui lucrum captant, & auiditate pecuniæ in præceps ruunt: non de ijs qui honestam inde rerum naturæ cognitionem dumtaxat petunt. Nec verum est, nullos nisi mendicos vel pauperes huic studio incumbere; quod Principes viri multi non fugiunt, nec etiam paupertas omnis à testimonio arcet: sed tantùm; quàm vilitas aut vitiositas vitæ dehonestat. Phocion pauper erat: plus illi tamẽ iniurato, quam iurato Paridi credidissem Testimoniũ in propria causa reijcitur, sed hic testimonium dixere scriptores, qui non erant Alchimistæ. acceperant illi quidẽ hoc ab Alchimistis. sed alchimici dicta sua, factis probarant. Nec sanè domesticum testimonium, vt nec alia alias inidonea, reijciuntur, quando aliunde testimonia habere non queunt. *b* Et quæso, vnde hic initium historiæ haberi potuit, nisi ex ipsorum artificũ dictis & relatione? Ad 3. posse aliquando esse tales, & fuisse: hinc tamen non sequi, nullas non fuisse tales. Ad 4. multos hanc artem verbis scriptisque prodidisse, & hodie eam tenere & alios docere, si qui contingant in praxi errores, nihil mirum: quia facilè peccatur in ijs, quæ ab ignis operatione dependent. Nec vllius artificis est, in ijs, quæ ab actiuitate extrinseci agentis naturalis pendent, securum semper effectũ spondere. Nec vlla quoque ars alia, in qua quis mente sana perfectionis vltimum apicem se consecutum asseueret. semper aliquid discendum supereſt: neque hoc huic arti peculiare, quod opponitur.

b. Pet. Gerat. sing. 300. Hippol. sing. 71.

QVAESTIO II.

An Chrysopœia habenda ex numero artium ingenuarum, an mechanicis annumeranda?

PAcilis est decisio, *nihil in ea mechanicum esse præter ipsam operationem, & ignariam illam applicationem: Theoricam verò siue speculationem artis ipsius physiologiæ, in remotissimis latebris latentem, æquè ingenuam, æquè scientificam esse naturæ suæ, quã sit physica: cuius est portio non ignobilis: aut medicina, cui subseruit & ancillatur: eoq; nomine acroamaticis & epopticis disciplinis annumerandum.* Si verò consideres ipsos Alchimistas, quidã illorum meri sunt mechanici, & flatu rarij, ac ciniflones: quidam verò philosophorum nomen honestum in primis ac laudabile, iure suo sibi vendicant. Etsi enim omnis Alchimista ingenio simul ac manu, vtatur: tamen id omni mechanico artifici commune est, & manus præcipuam operis partem in illis vendicat: qui, principia causasque artis ignorantes, nec certum in rebus præparandis vsum, iuxta præcepta congrua & scientifica adhibentes, tempus & carbones absumunt; fuliginosi itaque & merè mechanici dicendi sunt. Sed qui in oleis, & aquis, & gummis, & auro extrahendo, causas & præcepta artis norunt: quibus freti effectum sibi pollicentur: si, etsi manum ingenio, & operationem speculationi adiungant: non mechanici, sed philosophi dicendi: operatio enim illa, & manuum auxiliũ, accidentaria sunt scientiæ: vt in medico, & chirurgo satis est manifestum.

QVÆSTIO III.

Ad quam magiæ speciem pertineat?

AEquè expeditum est respondere huic quæstioni. *Si alchimicus effectus verus non est*, quia falsum est aut apparens dũtaxat aurum: *pertinet ad magiam præstigiatricem, si verus est effectus, tunc aut fit ope dæmonis, & pertinet ad Dæmoniacam*: verum effectum voco, quando aurum verum quis consequitur: hoc autem potest fieri dupliciter, vel vera transmutatione, vel suppositione: quando hoc facit dæmon, potest etiam reduci hoc factum, ad præstigiatricem: quando illud, non nisi, vt dixi, ad dæmoniacam. *Si verò verum aurum, sine ope dæmonis homo extrahit pyrotechnia sua, tunc alchimia pertinet, secundum se & propriè; ad Magiam naturalem: per accidens ad artificiosam.* Nam, qui *a* ad supernaturalem referunt, propter cœlorum influxus: illi meo iudicio falluntur: nihil enim hic cernitur; vt ostensum, quod naturæ vires excedat. Naturalis ergo alchimiæ exempla, iam nonnulla proposui. *b* Dæmoniacæ refert vnum auctor dæmonomaniæ: *c* se ex Guilhelmo Constantino, famoso alchimico, audiuisse socios ipsius, cùm perdiu flantibus, spes speciesue auri ostenderetur nulla, consilium à Diabolo petijsse, ritene operarentur, & optatum finem contingerent: an in aliquo peccatum ab ipsis esset, quod metallum arceret expetitum. Diabolum (vt solet) latebrosum dedisse responsum: quàm breue, tam ambiguum: *Laborate, laborate.* hoc illos pro secunda pollicitatione arreptum mirè animasse: ergo perrexisse inflando, & fornaculis continuandis, idque adeò strenuè, vt in nihilum cuncta re-

a Arogosius & Svinger.

b sup. q. 1. sect. vlt. c lib. 3. c.

A degerint: parati nihilominus pergere, & ad imum cunctam rem decoquere, & pro philosophico lapide bona cuncta dilapidare: nisi misertus dementiæ Constantinus suggesisset, morem hunc esse dęmonis vt decipiat amphibologiâ significati: cùm laborare iussit, hoc voluisse desisterent ab irrito conatu, & ad honestum opificium aliquod se transferrent, in quo certius operæ pretium

B cerneretur, sic ille. Sed alij paulò aliter narrant, idque se ex ore Natalis, qui Constantini socius fuit, accepisse, bonâ fide, scribũt: hos operarios auri auidos familiarem paredrum sub specie vnius nymphæ exciuisse, & sacro carmine lapidis confectionẽ ab eo postulasse, dæmonem iussisse, vti ex sex metalli (vt dicunt) anisatis, hoc est æquali proportione, & hydrargyri certâ mole mix-

C tis, malagma componerent, cùm itaq; hoc igni imposuissent, ecce tibi, fraudis minister, catus ille Mercurius, more grandinis cum tonitru metalla huc illuc disijcit, & spem simul eorum: cachinnante lusus cacodæmone. Illi abacti à chrysollo, nõ à furore: rursus magistellum adeunt, expostulant primùm de iniuria: deinceps supplices fiunt, & vt nunc saltem, meliore fide, quid agẽ-

D dum doceat, pergunt obseruare, demũ ille nihil aliud retulit quàm, *strenuè laborate.*

Deceptorij effectus duæ Historiæ occurrunt, prior præstigatorius Diabolicus: posterior ad deceptorios & emunctorios per humanam calliditatem pertinet.

Priorem sic narrat Cedrenus: *Quidam ex eorum numero, qui Chemicam ar-*

E *tem profitentur, callidus hominum oculos impostura præstringere, argentariis alijsq; obtulit manus pedesq; statuarum, & alia aurea, dicens se thesaurum reperisse: multosq; ita deceptos ad paupertatem redegit.*

Fama vulgata captus, & ad Anastasium perductus, frenum equi ex solido auro conflatū ac margaritis onsertum obtulit. Sed Imperator, freno accepto: Vt omnes, *inquit*, fefelleris, me profectò non decipies : *Statimq; hominem, in castellum quoddam relegauit, in quo tandem periit.*] nimirū hæc aurea, nihil erant nisi permagiam omnia facta oculorū ludibria. Posteriorē describit Ieremias Mederus, *in Acroamat.* Chymistas duos societatē initā pacto firmasse, vt alter Chrysopœiæ certissimam artem se tenere profiteretur, alter rhizotomum ageret, seu agyrtam empyricum, & inter cætera scobem auri atro infectam colore, pro lunariæ puluere, venderet. Ernestus Badensis Marchio mirè deditus, erat pyrotechniæ, hunc ergo prior ille adit, & circumuenit, aureos montes pollicitus, & atria diuitis Cræsi, parantur omnia, & iam ille, cætera bellè, inquit: vnum dumtaxat opus, *Resch* vocant (Hebræa voce) huius pulueres faciles inuentu, apud quemuis pharmacopœum, vel rhizotomum. Marchio puerum mittit: commodùm in palatij aditu ille alter merces suas exposuerat : & vt solent hoc genus, nihil sibi deesse Stentorea voce prædicabat, adit eum Principis puer. Ille *Resch* expromit de pixidula fumosa, & pro solido appendit, & qua quid foret obuium ac concultatum, addit superpondium. Puer Domino refert. impostor eum puluerem inspergit hydrargyro, & aurum verum producit, sed quod liquatum ex puluere, fit examen, verum aurum deprehenditur Marchioni res mirè grata, & ipse in magistrum beneficus ac gratus probè donatum dimittit. Chrysopœiam pergit vrgere: feliciter, quamdiu *Resch* durauit : vbi eius reliduum parùm fuit: vndique conquiri iussit auriprolificā hanc materiam. Negabant omnes se, quis puluis, *Resch* diceretur, audisse vel didicisse vmquam, itaq; Marchio quod superaret igne solùm liquat, & auri scobem, imposituramque simul deprehendit.] æquè lepidum est quod narrat probe compertum Gomes à Medis lib. 2. de sale, his verbis: *Siquidem superioribus annis dum agerem Lutetiæ aderat vnà etiā studiosus quidam, quisquis ille fuerit, satis mihi notus, iamque constantis statis, homo, atque in omni re, & scientia doctissimus, experientissimusq;, sed qui ingenio esset ad fingendum acriore : ad persuadendum verò quā par fuit subtiliore. Et qui varijs, tametsi negotijs implicitus Chymica tamen arte, quam occultè exercebat, mirè delectaretur. Is puero Francisco Gallorum Regi familiaris valde gratus atque in oculis erat: ac, quo tempore diuturnum illud & exitiale bellum apud Belgas, anno. 1542. ab eodem Frāciſco commotum, à Carolo quinto Cæsare confirmatus vigebat : è, Gallia ille in Belgas profectus est, atque Hispanum se simulans idiomate confisus, Louanium primo, quò ipse paulo antea eiusdem causa belli è Lutetia pulsus me receperam : deinde Antuerpiam se contulit, vbi domunculam conduxit, in eaque fornacem cum reliquis instrumentis Chymicis secreto constituxit: iamque conuocatis amicis, atque imprimis quatuor ditissimis sibi notis Hispanis mercatoribus: horum in negotiando tarditatem exprobare, atque ad maiora eo, compendia excitare cæpit. Iensse quippe sibi artem professus est, qua breui ac compendio, sineque periculo, & nauigatione, ditari ipsi amplissimè, atque vel Midæ, Cræsique diuitias nullo negotio superare possent. Idque ad oculum prompto se monstraturum experimento, si auri sibi nummi quindecim, boni, probatique ponderis præberentur. At illi protinus totidem libentissimè erogarunt. Itaque acceptis ille numis, vnum quemuis ex mercatorum pedisequis ad se accersiri iubet : cui intranti*

duobus tantùm regalibus impensis: vade, inquit, in domum, quæ prima occurrat pharmacopolæ, à quo pete lapidem, qui Onastros appellatur, qui tametsi vilioris sit pretij, tamen vt emas citius, totum impende. Quo abeunte heus, ait, ne longam nobis moram facias, ito recta ad eum, qui è regione porta maioris templi consistit, vidi quidem hesterno die eiusmodi lapides prostare apud hunc; longè præstantiores quàm alibi. Astutè namque ille rem omnem, ac perquàm cautè præuenerat. Nam massam quidem auream triginta pondo auri probatissimi coegerat, eamque in modum lapidis compactam, varijs appingi fecerat, atque circumuestiri coloribus: quam eidem noto sibi pharmacopolæ, fortè doli conscio, lucrique participi, commendarat: data tessera, vt cuiuscumque petenti Onastrum lapideno quantulocumque oblato pretio exhiberet: vnde occurrenti pedissequo lapis est datus, atque ad manus Archichymistæ (digressus est enim hoc titulo) perlatus. Tum ille lapidem ostentans, ac sesquipedalia de corba proferens, iubet accendi fornacem, ollas educi, instrumenta apponi, quin lapidem inungere, laruareque, cœpit. Demum oblatos sibi aureos dentibus premebat, post malleolis tundens, cum quadam tacita verborum interiectione, in ollam immittebat. Quibus rebus spectatorum oculos in se, non intentos modò: sed quasi colligatos tenebat. Ex quo illi, cæca duce charitia, lapidem curiosè lustrare oculis, summopere admirari, spe simul & exspectatione accendi, hortarique se inuicem, neque cunctandum experimentum succlamabant. Tandem commistis aureo cum lapide aureis quoque nummis, vniuersa educta massa, excretisque per ignem coloribus, iam non lapidem, sed aurum purum parum ipsa referebat. Quæ illico per duos ex mercatoribus ad aurifices delata est, eaque probata satis triplum haberi inuenta est ex auro purissimo, atque æstimatione primo. Quo nuntio allato domum, atque occluso post se ostio: mira omnes exultare lætitia, ac triumphare gaudio expetunt. Quare mutuo se imprimis iureiurando astringentes, ne cuiquam hominum hoc tantùm arcanum retegerent: protinus experimentum, quod plusquam pro comperto habebant, non denis amplius, centenisue, sed millenis, & eo plus aureis iterandum censuerunt. Iamque se totos Archichymistæ, tamquam alteri Plutoni pecuniarum Deo, deuouentes, precibus ab eo petierunt, vt millenis ab vnoquoque oblatis aurei experimentum geminaret: nam si succederet, iam non perchiliadas, sed per myriades ipsum deinde experturum. Quibus ille lentè, atque grandioribus quàm antea verbis respondens, tandem annuit: atque sub crepusculo vespertino ad se nummos, adduci iussit: fucresque ad ipsum profecto quatuor aureorum millia allata: nam testimonio mihi sunt, qui adnumerarunt. Quos ille accipiens: atque ad præparandos eos integrum dari sibi diem petens, mercatores dimisit: statimque sub ipso noctis conticinio admissis equis, quos præparari iusserat, quàm celerrimè se in Galliam intulit, atque Lutetiam tandem tutus peruenit.] Hæc ille: finis non foret scribendi, si quæ singulis diebus talia contingunt, vellem persequi. Vtilius erit, quod reliquum est, & ad animæ salutem spectat, discutere.

QVAESTIO IV.

Licitane an illicita sit alchimia?

PROHIBITAM cēsuit Angelus de Clauasio, *a* sed id nullo iure probat, verùm rationibus dumtaxat P. Valēcia eò inclinat, vt saltem ratione circumstātiarum sit illicita & pernicioſa:

a in verb. Alchimia

idem

idem P. Pererius censuit: vterque locis ante citatis.

Licitam verò nec vllo iure prohibitam, immò & inter artes metallarias à iure ciuili receptam, communis est sententia iuris interpretum. *b* Pedetentim progrediendum: nam facilis hic in via lubrica, lapsus.

Prima Concil. *Nullo iure in foro fori hæc ars videtur prohibita, vt non liceat eam exercere, ex defensione iuris positiui.*

Quoad ius ciuile & commune Romanorũ (de communi enim iure nunc loquor, non de particularibus locorum statutis, vel regnorum sanctionibus) res est expedita: nec vlla constitutio talis reperitur. Quo ad ius Canonicum, videntur obstare duo canones, nempe, *cap. Episcop. 26. quæst. 6. & c. Spondent, in extrauagant. commun. libr. 5. de crimin. falsi.* Sed, si bene consideres, neuter canon conuincit intentum. Nam *d. cap. Episcopi* tantummodo damnat eos qui credunt personarum transmutationem in varias ferarum species fieri: quod & ratio docet addita: *siquidem* (ait) *Satanas transformat se in varias species ferarum.*] Non est igitur cur ad quamlibet speciei in speciem transmutationem canon extendatur. Et licet eò extenderetur, dicerent alchimici se non credere hanc à dæmone, sed à natura fieri metamorphosim: nec eam esse veræ ac perfectæ speciei, in aliam perfectam speciem, sed imperfecti & inchoati in suam perfectionem. Fortiùs stringit alterum illud *cap. Spondent*, nam illud disertè alchimiam prohibet, & infamiæ carcerisque pœnam præfigit, clericos etiam possessis beneficijs priuat, & ad capienda reddit inhabiles. Respondet Arfoncinus, Pontificem egisse tantum de ijs, qui Sophisticæ transmutationem confingunt: tamen Canonis verba satis clarè indicant censuisse Ioann. 22. nullum à quoquam eorum verum aurum fieri, & ideò omnes pro impostoribus habuisse; sic enim verbo tenùs habet sanctio; *Spondent quas non exhibent, diuitias pauperes alchimistæ: pariter, qui se sapientes existimant, in foueam incidunt quam fecerunt. Nam haut dubiè huius artis alchimiæ professores alterutrum se ludificant: cùm suæ ignorantiæ conscij eos, qui sapra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admirentur: quibus cùm veritas quæsita non suppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, ijdemque verbis dissimulant falsitatem, vt tandem, quod non est in rerum natura, esse verum aurum vel argentum sophistica transmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt * fidis metallis cudant publica monetæ characteres fidis oculis, & non alias alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. Hæc igitur perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali constitutione sancimus: vt quicumque huiusmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri secuto facto mandauerint, vel ab hoc scienter (dum id fieret) facientibus ministrauerint, aut scienter, vel argento, vel auro vsi fuerint vendendo vel dando in solutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum: quantum alchimitum existat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitimè constiterit deliquisse: facientibus nihilominus aurum vel argentum alchimitum, aut ipso vt præmittitur scienter vtentibus perpetuæ infamiæ nota respersis. Quod si ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipsorum facultates non sufficiant, poterit discreti moderatio iudicis, pœnam hanc in aliam (puta carceris vel alteram iuxta qualitatem negotij, personarum differentiam,*

b Oldradi Ioan. And Abbat. & Baldi locis su. cit q. 1. sect. 4 Alberti. de Rosat in ver. alchimia, Guido. Papæ dec. 388. Fabiani tract. de empt. & vendi. q. 5 Zancrinica. extra. de accusat. Thomæ Arfoncini, quodam de hac re consilio.

* Sic legitur in æditione etiam Plantiniana & Romana, sed deprauate ac mutile Valentia concij legend. fictis facili mutatione. Sed adhuc reliqua mẽdosa manent.

tiam, aliasque attendendo circumstantias) commutare. illos verò, &c. Subdit pœnam in eos qui alchimica materia abutuntur ad monetarum adulterationem, de quibus est eiusdem Pont. constitutio alia, in *capit. prodiens extrauag. singular. titul. de crimine falsi.* Ad hunc Canonem duplex mihi occurrit responsio, vna eum non fuisse vsu receptum, sed non vsu abolitum. Nam postea hæc ars in ipsa adhuc vrbe viguit: maximè, vix centum annis postea, sub Leone X. nam illi Aurelius Augurellus egregius poëta librum suum *de Chrysopœia*, dedicauit: Qui inter cætera illud nimis iactanter, de philosophico suo lapide.

Ipsius vt tenui proiecta parte per vndas.
Aequoris argentum si viuum tum foret æquor,
Omne vel immensum verti mare posset in aurum.

Pici quoque mirandulani circunfertur liber hac de re titulo, *De Auro conficiendo*: nec huiusmodi in Italia libri ex illo tempore vetitæ lectionis vmquam fuere. Altera Canonem ex hypothesi procedere (aurum omne alchimicum esse falsum) & ideò damnari tantum, qui falsum cudant: idque ad lucrum: nempe, vt vtantur in contractibus & solutionibus (quod clare indicat textus) ideò non damnantur hoc capite, qui verum aurum producunt, & arti vacant animi dumtaxat causa, nolentes in commercijs aut solutionibus hac arte vti. Quare non ars, quæ rite instituitur, & exercetur: sed artis abusus damnaretur. Sit

Secunda conclusio; *In foro conscientiæ non promiscue, sed cum delectu ars hæc permissa: immò plerisque, vt perniciosa, sic illicita censenda.* Hanc conclusionem optimè probant argumenta Angeli & auctorum primæ sententiæ, contra præcedentem verò vim habent nullam. Notandum quoque, quicquid illiciti est, id non ex artis natura (quæ in se mala non est, immò, quatenus ars est, & scientias imitatur, secundum se bona est, vt & cæteræ speculatiuæ cognitiones) proficisci, sed à vitio circumstantiarum, quæ vt plurimum in hac operatione inueniuntur. Hæ si desint, non video quid reprehendi queat: sed quia vix vmquam desunt omnes, rarò fit vt alicuius ratione non adsit vitium & peccatum. Ideò dixi, *plerisque perniciosam & illicitam censendam.*

Sed quæ istæ circumstantiæ? præcipuæ & capita cęterarum: quatuor: finis, modi, temporis & personæ.

Si finis sit lucrum, & auaritia: illicita est, quia lucrum ex hac arte est illicitum, non enim licet hoc auro vti ad commercia contractusue, vt statuit Ioann. 22 Intellige, si pro vero auro quis vti vellet, nam hoc illicitum contendunt communiter DD. de hac re scribentes: *a* & meritò, nam aurum istud vel nũquam habet proprietates omnes veri auri, vel id adeò rarò contingit, vt censendum sit non contingere, quare tam verisimili causa dubitandi existente, non licet in commercium deducere, vt verum aurum: vendi tamen posse pro auro alchimico; & iuxta æstimationem peritorum aurifabrorum, nemo DD. illorum negat, neq; negandum est. Non licet etiam id facere, vt in medicamentis quis eo vtatur: nam propter rationem iam memoratam, nec veri auri vires salutares habere, nec noxijs qualitatibus, ab igne carbonario & venenato hydrargyro contractis carere censendum. Multò minus licet eo vti ad monetarum mixtionem: hoc enim vnum caput foret criminis mo-

a Sic. D. Thom. in 2. d. 7. q. 3. art. 1. & 22. q. 77. a 1. adit. & ib. Caiet. S. lu. & Funus in S. Fabia d. q. 8. Alber. in veremptio.

netarij

netarij, iuxta dictam sanctionem Ioann. 22. & prædicti DD. iuris concedunt tales puniendos pœnâ monetæ adulteratæ. His casibus subesset peccatum Mortale. Si verò quis illud cuderet siue produceret tantum ea gratia, vt ipsemet in annulos, cathenas, aut suppellectilem propriâ eo vteretur: huic omni curâ foret adnitendum, & vigilantiâ, ne quis eo viuo vel mortuo per hoc deciperetur. Alioqui pro negligentiæ latitudine, hic quoque peccati grauitas nasceretur: & quantumuis quis diligens, vix vanitatis culpam euaderet. Numquam sanè stultitiæ & imprudentiæ euadit, qui ex hac arte lucrum quærit. Semper enim stultus est mercator, qui in illud negotiationis genus incumbit, quo videt nullum, vel de millibus aliquot vnum, lucrum fecisse: omnes verò, vel mille contra vnum facultates suas absumpsisse. Quod cùm alchimicis contingat, idem de his damni lucrionibus dubio procul sentiendum, Nec tuti in conscientiâ, qui hac in re sola vana ducuntur curiositate, nam *curiositas*, peccatum est oppositum *studiositati*, per excelsum: quo quis desiderat immoderatè scire quod non expedit, vel plusquam expedit ipsi, vel modo quo non expedit: & est ex filiabus superbiæ, [*Vide S. Thom. 2. 2. quæst. 167.*] Et animus deditus vanitatibus atque insanijs falsis, exponit se decipiendum Diabolo: atque hoc esse omnis superstitionis initium docet B. Augustinus *libr. 2. de doctr. Christ. cap. 22. & 23.* Et diuinæ scripturæ testimonio, qui amat periculum peribit in illo. Sic enim sapiens loquitur: *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius* (Dei) *non eris curiosus. Multos enim supplantauit suspicio eorum* (hoc est vana spes & exspectatio.) *Et in vanitate detinuit sensus illorum.*

Denique subdit: *qui amat periculum peribit in eo.* Ecclesiastic. 3. à vers. 24. Denique vno verbo, *quando finis malus, ars illicita: & qualis finis, tale exercitium.*

Si modus (huc media pertinent) *exercendi artem illicitus, ars quoque: si vanus, ars vana: si sordibus & inquinatus, ars erit inquinata & impura.* Huc referenda media superstitiosa, vt si ex pacto expresso vel tacito cum dæmone; quod frequens esse docuit auctor Dæmonomaniæ, *d* & sanè docet experientia: adeò vt Arnoldus Villanouanus, & Lullus, & Geber, & Bachonus, & Richardus Anglicus, Magiæ huius nigræ suspecti vehementer fuerint: & Paracelsus, & Agrippa, & ille Guil. Constantinus, & alij nonnulli deprehensi: & inter instructiones inquisitorum fidei sit vna, hac quoque notâ magos hæreticos dignosci, *Director. Inquisit. fidei p. 3. fol. 443. edition. Romanæ, quæ in lucem prodijt iussu Gregorij 13.* vbi rationem subdit auctor libri, Nicola. Eymericus; quia vt plurimum alchimistæ, quando non possunt pertingere ad finem intentum, quærunt auxilium dæmonis (*exemplum posui præcedenti quæstione*) eum inuocant & implorant, & implorando obsecrant, & tacitè vel expresse ei sacrificăt.] Accedit experiẽtia, quia quandocumque viguit inter multos alchimia, etiam inter multos tum viguerunt maleficia & sortilegia, vt hoc infelici æuo experimur. Tum quia non desunt, qui adhibent vanas obseruantias cæremoniarum, nihil ad effectum conducentium, vt certæ diei, tunicæ ex lino crudo, certorum ciborum abstinentiâ, & alia huiusmodi inania. Quod si ad auidatem odium accedat aut incõtinẽtia, procliue admodũ fuerit ad philtra & intoxicationis recurrere. Pecca-

d lib. 3. c. 3

tur quoque non leuiter in artis traditione, quando sacræ scripturæ nominibus & verbis abutuntur ad suas nomenclaturas vel præcepta : neque minùs, quando libris suis inserunt figuras seu imagines, vel plane obscœnas, vel etiam propter abusum rei sacræ prorsus blasphemas, quod fecit ille typographus Basiliensis, qui Rosarium excudit; & sacræ Triadis, Christi Domini resurgentis, & B. Virginis Mariæ coronationis icones: quas homines hæretici templis eiecerunt, eas ad alchimica mysteria, & transformationes transtulit. Sed mirum id non est, sunt enim Sacramentarij vbique præposteri. Peccatur denique nimis curiosis sæpe experimentis, dum modò hanc rationem, modò illam sequuntur, & sic numquam sciunt, quod semper addiscunt.

Temporis quoque *circumstantia perpendenda*. Nã temporis iactura pretiosissima : eiusque malè consumpti ratio reddenda Deo, quare peccant, qui nimis multum his vacant artibus, item quiæo tempore; quo officij ratio, vel debitum aliud charitatis aut iustitiæ postulat: vt ad seria magis se conferant: v.g. magistratum quis gerit? non potest detrahere horis, quæ ad rectè munus exercendum necessariæ: familiæ præest? œconomiæ recta non debet incommodum sentire. Ecclesiasticus est? quæ ratio ordinis postulat ea præponenda fornaculis, & voluptati suæ. Proximi necessitas operam tuam deposcit? charitas ei iubet adesse, non facis? peccas. Demum, vno dicam verbo: quod tempus ocio, licet honestè dare, illud licebit his studijs: nec amplius. Ocium voco, quietem & vacationem ab actionibus & studijs, ad quæ quis tenetur.

Denique *personarum conditio hic vel potissimum discrimen inducit* : hæc enim, & finem solet illicitum intendere, & in modo errores gignere, & tempus, in opportunum facere. In primis ars hæc illicita censenda pauperibus, immò & priuatis omnibus periculi plenissima est, manifestum id fit tum quia hi solent lucrum spectare, & sic arcentur eorum ratione, quæ dicta sunt in circumstantiâ finis, nam auro illo intendunt vti ad commercia, medicinas, vel monetam: aut si ipsi non vsuri, periculum apertum est, ne vtantur hæredes. Isti hac arte depauperantur: familiæ necessaria non præbent: causa sunt vt vxores & filiæ cogantur indigno se quæstu sustentare: cùm media & instrumenta, propter inopiam deficiunt, facile progrediuntur ad superstitiosa, immò & pacta quæ diximus in circumstantia modi: sanè hoc ipsi quoque chymici scriptores sunt testati. Nam Geber, *e non ergo*, inquit, *hæc scientia pauperi & egenti conuenit: sed potius est illis inimica. Secundo Polyt. dicit philosophus, impossibile est indigentem philosophari.*] h. alchimiæ studere (nam solos alchimicos in libris *Turbæ philosophorum*, vulgati illi vocant philosophos satis superbè.) Et idem Geber alibi; *f Artificem* (ait) *huius scientiæ oportet esse subtilissimi ingenij, & naturas metallorum & eorum generationes, infirmitates & imperfectiones in suis mineris scire & cognoscere antequam perueniat ad hanc artem. Non autem ad ipsam indagandam accedat artifex grosso ingenio & duro repletus, nec cupidus, nec auarus in sumptibus & expensis.*] *Nec vir duplex animo sine felle & cerutce, vel mente variabilis, nec nimis festinus: sed doctrinæ filius, vir subtilissimo ingenio decoratus, sufficienter locuples, largus, Janus, firmus in proposito & constans, patiens, mitis, longanimis, & temperatus.*] Auaro igitur, & pauperi hæc scientia, secundum eius Prin-

e Rosarij Philosop. fol. 224.

fli. de perfecto magisterio.

cipem

cipem Gebrum, inacceſſum & vetitum habet limen. Et nota requirere ſufficienter locupletem. hoc eſt cui ſuperſit, à neceſſarijs, ad hoc ſtudium. Arcet etiã ſimplices & parui iudicij, cum dicit ibidem, non debere eſſe ſine felle & ceruice: huiuſmodi .n. facillime à dæmone, & alijs impoſtoribus circumueniuntur: ideo vetita illis hæc ars propter periculum. Arcet etiam eos, qui amant alios decipere, cum addit; nec vir duplex, quia hos arcet pernicies aliorum, quam quærunt. Arcet intemperantes, vt luxurioſos & amantes vindictæ, cũ vult eſſe longanimes & temperatos: alioqui periculum eſt ne recurrant ad maleficia hoſtilia vel amatoria. Arcet variabiles, inconſtantes, & impatientes: quia hi facile, cum non ſuccedit, ad dæmoniaca ſubſidia confugiunt. Arcet eos, qui obtuſo ſunt ingenio, quia oleũ perdunt & operam, item qui philoſophiæ verè imperiti, eandem ob cauſam confirmat id Arnoldus Villanouanus *g* his verbis; *Quicunque velit ad hanc ſcientiam peruenire, & non eſt philoſophus, fatuus eſt: quia hæc ſcientia non eſt; niſi de occultis philoſophorum.*] propter irritos itaque conatus, temporis & ſumptuum iacturam, his quoque videtur illicita: & cum plerique alchimici vulgares ſint tales, ſequitur pleriſque illicitam eſſe, in foro poli, de quo nunc agimus. Denique exigunt artis magiſtri & merito, vt ſit homo humilis, iuſtus, pius, & Deum timens, citanturque iſta Hermetis *h*: *Oportet illum, qui introduci vult in hanc artem & ſapientiam occultam, arrogantiæ vitium à ſe repellere, & pium eſſe, ac probum.* & poſtea; *Fili ante omnia Deum oportet timere, in quo diſpoſitionis tuæ viſus eſt.* & illud Alphidij neſcio cuius: *Scito fili, quod iſtam ſcientiam habere non potes, quouſque mentem tuam Deo purifices, & ſciat te Deus habere certum animum ac rectum.*] Cum ſuperbos arcet, docet illicitam eſſe curioſis: cum pietatem, ſuperſtitioſos reijcit: cum probitatem & Dei timorem, & animi puritatem: vitioſas omnes quas diximus circumſtantias teſtatur. Non alij ergo licita ratione circumſtãtiarum, alchimia; quam huiuſmodi: hinc poteſt vnuſquiſque ſecum perpẽdere, an ipſe talis: & an vlla, & quæ, pericula ipſi ex aliquo harum circumſtãtiarum defectu immineant: & ea cum Confeſſarijs ſuis communicare, & eorum ſequi iudicium debet.

Secundo poteſt videre confeſſarius, quando ſit talis à peccato immunis, vel quãdo adſit veniale, aut etiam mortale; quando impendenda, deneganda, vel differenda talium abſolutio: differenda, cũ recidiuæ veriſimile periculum: deneganda, quando grauiter, contra iuſtitiam vel charitatem ob ſtudiũ iſtud peccat, nec vult deſiſtere.

Tertio. Quia ſæpius curioſitas cauſa eſt ſtudij, & hoc vitiũ valde proſerpit à minoribus ad maiora, diligenter videndum, ne quis ad experientias & opiniones erroneas excurrat: v. g. ne putet hac arte hominem verum, modo à natura ad hanc generationem non inſtituto: ſed vrina vel alio humore, igne aut ſole in vitreis phialis decocto, poſſe produci; quod temere Iul. camillus aſſeruit, & incaute Thom. Garzonus *diſcur. 41 Fori vniuerſ.* credidit, & quidam hoc inuentum Arnoldo Villanouano tribuunt, vero an mendacio diſputare non eſt neceſſe, inquit Mariana *lib. 14. rer. Hiſpan. c. p. 9.* Nam quod tale quid fieri queat vel aſſerere, vel experiri ſultum, impium, erroneum & blaſphemũ foret. tum quia, cum homo præſupponat corpus & animam rationalem, ſi quod producit homo eſt: ſequeretur Deum ex lege & ordine, quem naturæ

g d. f. 214.

h à quarto tractatuũ Roſar. fo. 223.

præfixit, teneri huic animam rationalē corpori infundere, quod blasphemum: vel rationalem animam ex materię potentia illic educi, quod hæreticum: foret enim tunc anima corruptioni obnoxia & mortalis. Deinde talis anima non haberet peccatum originale: quia per generationem viri non esset propagatum hoc corpus, & homo conceptus: nec indigeret Christi redemptione: quæ hæretica quoque omnia.

Quartò. Ex his omnibus patet, optimam esse, (quam aiunt Angliæ) legē, ne cui sine permissu Principis, sub pœna capitis, liceat alchimicam exercere. quam legem expediret etiam alibi ferri. Nam tum cum delectu Princeps talia potest permittere, consideratis circumstantijs prædictis: ipsi enim reddēda Deo ratio (si temerè permittat & promiscuè) damnorum inde ortorum. Tunc etiam cessarent pericula pleraque, quæ diximus.

Quintò, patet (nisi quæ circumstantia impediat) ordinariè hanc artē Principibus, & valde locupletibus esse licitam: qui & ea sunt philosophiæ cognitione, & eo ingenio, vt fraudibus & impostoris non pateant: & ea pietate, vt in proximi & Dei offensione se abstineāt: & illis opibus, vt subditos propterea non grauent: & eo subditorum amore, ac Dei timore, vt publicum regimen vel pauperum subuētionem propterea non negligant, & habenas sibi à Deo creditas ipsi abijciant, & alijs plane tradant. Vt enim alijs honestis studijs animum principes, quantum opus est, sic & hoc studio relaxare quin possint, non est dubitandum. Sane quod Eymericus de indicijs Magiæ hæreticæ dixerat, eam præsumptionem in Principibus viris & valde locupletibus non esse admittēdam, in cæteris locum habere, ibi in Comment. optime Penna annotauit. Et Card. Caietan. diserte scripsit, ac prudenter: *hanc artem vel nullorum hominum esse: vel Principum duntaxat, audito sapientum consilio, esse.* Sane pericula pleraque superioribus commemorata cessare in Principibus, manifestum est.

Cæteri, non est cur sibi blandiantur, vt tutos in conscientia se arbitrētur opinione illa Oldradi & aliorum Iurisconsl. Nam illi de foro tantum exteriore agebant, de quo ab illis quærebatur. Et plerique eorum rem non discusserunt: sed, vt oues solent ducem gregis caprum, sic ipsi Oldradum (cuius etiam argumenta iam dissoluimus, ijs quæ dicta sunt) clausis oculis, vt oraculum, sunt secuti, nihil eius addentes dictis (*vt Ioan. Andr. Abb. Alberic. & Guido Pap.*) plerique etiam ambigue loquuntur, si faciant verum aurum, idque arte naturali) *vt Oldrad. Isern. Bal. Brun. & Fabianus*) nullus vero ipsorum omnium, præter Thom. Arfoncinum, mentionē fecit d. extrauagantis Pontificiæ, *c. Spondent*, & vel eius non sunt recordati, vel non bona fide dissimularunt. Et licet, vsu canon ille non obseruetur: tanti tamen Pontificis sententia, & iudicium sufficere debet, vt vulgus hominum (hoc est, quibuscunque conditiones superius requisitæ desunt) sibi existimet, ab hoc studio abstinendum: quod grauissimis verbis Summus Pontifex Romanus sibi censuit damnandum, & à quo illos tam studiose Christi vicarius, Petri successor dehortatur. Sed hæc sufficerint, de materia non passim obuia.

SVMMA-

SVMMARIA LIB. II.

DE MAGIA DÆMONICA.

Q.1. *An sit aliqua magia dæmoniaca?* Probatur esse.

Q.2. *Vnde sit hæc Magia, siue quem habeat primum auctorem*

Non esse à Deo, vt gratiæ gratis datæ. A
Non esse effectus bonorum Angelorum. B
Magia nulla alba, & de falsa Theurgia.
Planetaria ars. (los. C
Est orta & administratur per malos Ange-
Glycæ error, ipse & alij quidam Græci Historici nisi superstitiosi fuere.
Palingenij impietas.
Non fiunt magici effectus per animas defunctorum. *Grimoyria* artis vanitas. D
Efficiens harum artium causa est diabolus, & humani ingenij deprauatio. E
Apostolus de generatione & ortu Magiæ.

Q.3. *Quæ sit diuisio dæmoniacæ magiæ, & de eius libris.*

Refellitur Agrippæ diuisio. A
Omnis magia ista nititur pacto cum dæmone. B
Auctores qui de hac scripserunt & ideo cauendi. Zabulus, quis.
Barnabas Cyprius.

Item fictitij libri. { Adæ. Abelis. Enoch. Abrahæ. Pauli. Cypriani. Honorij. } D

Declauicula, & alijs libris Salomonis.
Trithemij steganograph. Item libri Agrippæ & recentiorum nominati, & vetiti. A

Q.4. *De basi huius Magiæ, pactoque explicito & implicito.*

Probatur tale pactum intercedere. A
Locus Isaiæ c.28. v.15. E
Alius Matthæi.4.v.9.
Similitudines duæ huius pacti.
Dæmoni liberum fallere pactum.
Libellum offerunt Magi Sybillis. C
Pacti expressi formæ & genera, & exempla.
Grillandi error,
Communia his pactis solemnia.
Signa dæmonis, in his vetusta & noua.
D. Irenæi locus correctus.
Promissa similia factis hæreticorũ nostrorũ.

Quæ vtrimque vis huius pacti, & quale peccatum. E
Pactum tacitum siue implicitum quale. F
Quid dæmonem inducat ad pactum & obedientiam.
Quã malum sit cum eo paciscì aut fœderari.
Quo pacto Christus & Apostoli satanæ imperauerint?
Pacta hæc vana, inania, & periculi plena sũt.
Theodori Maillotij factum.
Germanus à dæmone necatus.

Q.5. *Quibus indicijs discernendi effectus Magiæ ex pacto conuento, ab effectibus physicis, artificiosis, & miraculosis?*

Ratione distantiæ. A
Ratione verborum, characterum. B
Circumstantiarum, rituum, obseruãtiarum.
Causæ à qua.

Q.6. *An hæc Magia habeat quosdam effectus veros, & quo pacto dignoscantur*

Effectus triplices sunt, falsi, veri, mixti. A
Exempla præstigiatoriorum effectuum. B
De Lamia & Menippo.
De Gelo & Mauricio.
De Pasere, & eius obolo.
Simonis Magi varia. C
De Mago qui fecit à Domino cuncta vasa frangi.
De Zytone Bohemo.
De herbis magicis.
Circulatoris cuiusdam moderni præstigiæ.
Verorum effectuum exempla. c
Incantatio serpentum.
Signa Pseudoprophetarum in Euangelio.
An Samuel per Pythonissam suscitatus vere? Locus 1.Reg.28. Eccles.46.v.vlt.
De effectibus Magorum Pharaonis, Exod.7. vers.11. D
Quomodo virgæ mutatæ.
De effectibus mixtis, eo relata SS. exempl. D
De duorum magorũ certamine, ex Triezio.
Quomodo hi effectus discernendi, regulæ quæ. E

Q.7. *An magi possint facere aliquod verum miraculum?*

Opinio affirmatiua multorum erronea. A
Miraculum & mirum quomodo differant & discerni debeant. B
Non possunt miracula fieri nisi à solo Deo G
Miraculis efficaciter fides probatur.

elizabethæ reginę Angliæ curatio strumaria.
Non possunt Magi facere absolute miraculos psal. 71. v. 81. D
Possũt facere mira, quę sint respectu nostri, s
De partu fœminarum in regno Neapolitano, quarum fœtum ranunculi præcedunt decretorij.
Cur Nero non potuerit quidquam miri per Magiam?
De miraculis Antichristi. Item hæreticorum Calumnianorum, &c. (ficiant?
Q. 8. *Quo pacto magi per diabolum hæc mira per-*
Quæ possit per motum localem.
Non potest integrũ elementũ loco mouere,
Firmiliani locus explicatus.
Celeritate mentitur transformationes, vt Jphigeniæ & aliorum gentilium.
Actorius hanc fraudẽ in Phenicia detexit. B
Quæ possit applicando passiuis.
Quo pacto hic dæmon sit causa, & quomodo considerandæ tum vis naturæ, accurate inuestigatum. C
Quæ faciat mira præstigiose.
De triplici modo deceptionis, per mutationem obiecti medij, vel organi. (pla.
De mutatione multiplici obiecti, varia exẽ-
Per foramen ad latũs videntur imagines, quæ sunt nudæ & inconditæ lineæ.
Paleæ & iunci immoti videntur serpentes saltitantes. D
De mutatione medij.
Vt præsentes videantur esse spectra.
Videantur habere capita asinina.
Denarius in scutellæ fundo videatur esse in superficie.
Gallinaceus habens festucam videatur trahem trahere.
Claudia vestalis quomodo nauem zona tra-
Variæ apparitiones per conspicilia. (xerit.
Res videtur præsens cũ sit absens & remota.
Visio philosophi apud D. Augustinũ qualis.
De deceptione ratione organi. E
Vt res absentes videantur præsentes.
Vt quod vnicum videatur geminum.
De aorasia Sodomorum, Genes. 19.
De præstigijs Zedechiæ Iudæi.
Regula ad discernenda præstigia à veris effectibus. F
Quomodo faciant videri repente flumen in cubiculo.
Videntur equos vorare & restituere.
Videtur magnos serpẽtes immittere, vt fecit
Eonis hæretici præstigię. (Michael Sicidites.
Iacobi Melstinski Poloni festiuæ sycophãtię.

per similia miracula.
Circulatoris præstigiæ apud Apuleium.
Q. 9. *Quam admirandos effectus veteres magis tribuerint.*
Quid Saxo Grammaticus de Magis septentrionalibus. A
De Lappis, Finnis, Biarmijs.
De Tartaris quibusdam. Zoroastre. Dositheo. Simone.
De alijs famosis Magis singulis. Pythag. Orpheo. Bitano. Ollero.
Item, Ericus Rex Gothorum, Apollonius, Iulianus, Manethon. B
Apuleius, *Regina*, Copa.
Iam olim quædam sagæ dictæ *Regina*.
Pamphila Hyparensis.
De effectibus magicis, herbarum, lapidum, hyenæ. C
Vis magorum apud poetas, Empedoclis, Moeridis. D
Circes, Carmentis, Medeæ, de alia quadam Tibulli.
Alia Petronij, & Nemesiani, Folia & Canidia
De Erichto Lucani & alijs Thessalis. De Medea ex Sen. de alia saga quadam, Alecto. E
Q. 10. *Quid possint Magi circa leges naturæ & ordinem vniuersi;*
Non posse circa has leges vel ordinem vniuersi. Exempla. A
Non posse vllam formam substantialem vel accidentalem immediate producere. B
Nec creare, nec ex quolibet facere quidlibet, nec quouis instrumento quemuis effectum, nec eodem tempore.
Nec in instanti operari.
Nec vacuum producere. E
Nec infinitum producere, nec esse vbique. Locus Tertulliani explicatus.
Non possunt tollere connexionem neque conseruationem partium vniuersi agentiũ naturalium actiuitatem directe impedire.
Linteum ex Carystio lapide purgatur igne.
Adamas impedit actiuitatem Magnetis.
Lutheri error de halone, corona, &c. de ignibus Æthnæ Medeæ ignes.
Marci Iesuati miraculum.
Iesuati alij à Iesuitis.
Abbatis locus correctus.
Fumi error. Balæi error.
Papyrij Massoni improbi error cũ hypocrisi.
De flammis non vrentibus seu fatuis ignib⁹.
De igne ad aquas Stantias. D (late. C

De albo

De albo igne S. Thelmi, in naufragij metu. A
De flammis loquentibus.
De brachijs & digitis ardentibus sine noxa.
De Æthnę ignibus non liquantibus niuem.
De cribro Tuccię non effluente. De flamma non consumente Iouis Apameni templum.
Q. II. *Quæ magorum potestas in orbes cœlestes, (sydera & elementa?*
Augu. Thuani error.
Nec cœlestem morum vel syderum cursum impedire, vel ea corrumpere possunt. A
Non possunt Lunam detrahere cœlo.
Vnde orta fabula de asino, qui Lunam putabatur bibisse.
Non possunt integrum elementum loco mouere vel destruere. B
Idem de cęteris partibus vniuersi pręcipuis.
Possunt terram mouere, ventos ciere. De dolijs duobus Brachmanum. Sopater magus ideo supplicio affectus.
Possunt procellas & tempestates, & nimbos producere, & sedare.
Cleonis fuere speculatores grandinis, & quomodo auertebant.
Seneca reprehensus. Recentiores refutati, qui eum sequuntur.
Regula, quomodo in S. S. Deo tribuantur, quæ homines quoque possunt.
Virici Molitoris error, & Burchardi locus.
Locus Iob. 1. & alius Exod. 9. & alius Apoc. 7
Magi tempestatem sedarũt terrore Xerxis.
De Finnis ventos vendentibus. D
Aristæus Etesias elicere docuit. Sed & ignem magi eliciebant Hypæpis, ritus nouus Strigan. in Lotharingia.
Historia de rusticella Treuirensi. Mos vetus scrobiculam fodiendi & commouendi, scelestissima ratio, qua quidem sacrificus in regno Neapolitano tempestatem excitauit, vt hostes obsidionem soluerent. Propertij locus explicatus.
Ritus trahendi sacras imagines in flumen & male tractandi vnde manarit? Constantinopolitanorum factum. E
Explicatus Canon Concilij Braccarensis Pri-
Fulmina ciere possunt. (mi.
Possunt tenebras inducere, fecere Tartari.
Possunt aerem contagione inficere, tetrum odorem excitare. E (niarentur.
Fecere magi Persici, vt Marutham calum-
Possunt fontes producere & siccare, fluuios sistere, aquas dirimere, &c. (as.
possunt per mineralia mira efficere, vt pluui-
Q. 12. *Quid magi valeant circa externa seu fortuna bona?*

Possũt
- Greges & armenta perimere. A
- Messes alio traducere, vt Saga Treuirensis lac.
- Messes & fructus perdere, & sterilitatem inducere. Modi varij.
- Domos incendere, vt oppidum Schiltachium.

Possunt varijs modis nocere famæ alienę. B
De Trisalino presbyterum diffamante.
De Moguntino dęmone.
Possunt socios in conuictibus repręsentare, sed non innoxios, & cur? Sic infamauit B. Syluanum. S. Kunigundim. B. Eustochiam Patauinam.
Vicinas tempore S. Germani.
Per energumenos interdum diffamantur, vt quidam in Germ. & Dorotheus Abbas.
Quę conuiuia exhiberi possint & soleant. Ficta, Brachmanum, Paletis, Scotti, Vera & qualia ordinarie. Cur sal & panis soleant adesse. C
Possunt carceribus & vinculis eripere. Historia Friderici Austriaci. Apollonius se cippo eripuit. Vestales mącipia fugitiua sistebãt.
An in bellis ad victoriam possint monumentum adferre? probatur posse, si Deus sinat. Probatur exemplis multis Septentrionalium, & Tartarorum: Lucensium, Chinẽsium, Noema numen & saga. Ephesior. Chrysamnes, Hunnorum. C
Sed sępe Deus non permittit, & tũc Diabol⁹ suos fallit, vt Magnentium, Erricum Regẽ Suecię; Hadingum, Ferrantem comitem Flandrię. Guidonem Iuliacensem. Iuuenẽ quendam Bohemum, Frid. Stuphium.
Innocẽtius Papa noluit per Magos ab obsidione liberari. Allobrogum Comes respuit auxilium Magi, & eum gladio necauit. F
Possunt dignitates & honores procurare. De Martino 2. De Syluestro 2. De Benedicto 11. Ioanne 21. 22. & de Gregorio 7. de libro Cardinal. Benonis.
De Theoph. vice domino de Stuph. de Barone Rantzio Britanno, Duce Aurelianensi.
Posset Deo permittente veros thesauros & diuitias largiri, & cur Deus nõ permittat: sed ipsimet semper fere sint valde inopes.
Psellus & Dahauderius explicati. Quomodo dęmon materiam & formã monere possit producere? quomodo potuerit de⁹ per Angelos creare mundũ? exempla varia deceptionum, & cur dęmon nolit etiam quando potest veras & multas largiri pecunias.

Exempla male pereuntium qui sic thesauros quærebant, Greculus quidã, Macrianus & alius basileæ, & Anastasius, Pisani quidã. H
Saraceni cuiusdam factum. Melindensium superstitio quædam.
Caroli V. Imp. laus respuentis talia.
Q. 13. *An magi valeãt incãtare animalia bruta?*
Possunt, vt Atyr, Medæa, Nigritæ, Marsi, Peruani, Andini. A
Locus D. Hilarij explicatus conciliatus cum alijs patribus.
Salzburgensis Magus à serpente necatus.
Locus psal. 57. v. 5. & Ierem. 8. v. 17. B
An idem possint in alia animantia? D. Augustini locus explicatus.
Magus taurum funiculo domans, Grillandi error.
An colores queant immutare. Aquarum varia miracula, fontium, fluminum.
Q. 14. *An arte sua possint aliqua mixta producere?*
Possunt imperfecta viuentia, vt insecta. A
Quomodo id soleant facere? Anseres Scoticos imperfectos, an perfecta animalia possint, mira ex Guilh. Paruo. Canes reperti viui in lapide imperuio. C
Monstra quædam insolita & quomodo? de Monstro Basilæensi & de Saxonicis. B
De natis ex commistione hominum & ferarum, hominis cũ elephanto, Leone, catto, cane, porco, mirus partº mulieris Augustanæ. de muliere Lusitana, quæ ex simio duas proles peperit. Gottici Reges ex vrso. A
Sianitæ & Pegusiani ex cane orti. D
Refutata & explicata hæc omnia. D
Monstra ex hominibus & simijs.
De viro qui putabatur ex vacca natus disquisitio.
Cæsalpini opinio de homine ex putrefactione examinata.
Monstra ex diuina vltione.
Docomenses caudati.
Angli caudati.
Q. 15. *An sint vlli dæmones succuba & incubi, & an ex tali copula proles nasci queat?* (pati. A
Probatur solere hoc dæmones, & agere, & E
Probatur posse ex incubo dæmone nasci proles, & explicatur, quo id modo fieri queat. B
Dæmones inter se non multiplicantur, cõtra Nissenũ, non habent corpora aerea, cõtra Caietanũ. Nec etiam propriũ semen, cõtra Tertullianum, Iosephum & alios veteres.
Sententia Chrysost. & Cassiani explicata.
Respondetur contra ijs argumentis. D

Exempla natorum ex tali commistione, Semidei Gentilium, Merlinus, Hunni, Cliuiæ duces. Japonum Xaea, mulierula Louanienſis, & alij multi, Corocoton.
Ex diuersa specie posse aliquid nasci.
Marci Ephesij argumentum refellitur & explicatur. D
Ex succuba dæmone prolẽ susci pi nõ posse. E
De Melusina, & stemmate Comitum Pictauorum, & Andegauensium, de Bauari vxore resuscitata, & postea euanescente. De Cambionibus seu vagionibus.
De puero Gallæco seu Asture. F
Quomodo Dæmõ virginẽ possit illæso claustro impregnare? Non potest idẽ in partu.
Caluinistæ virginitatem adimunt Deiparæ.
Explicatur narratio Niderij de virgine Bambergensi.
De mitis alijs conceptibus, Hebræorum fabula de filia Ieremiæ & nepote eius.
Dæmones cum sagis interdum exercere libidinem præpostera.
An gigantes à dæmone produci queant. fuisse Gig. probatur.
Gigas Antuerpiensis defenditur contra Goropium.
Siculi Gigantes, Britanni & alij.
Pigmæine possint produci fuisse, & quales, de hodiernis in Peruuia, Eze. cap. 27. v. 11. explicatum.
Q. 16. *De nocturnis sagarum conuentibus, & an vera sit illarum de loco ad locum translatio.*
Auctores sententiæ negãtis refelluntur, solutis argumentis. Illusionum varia exẽpla. A
Substituit loco abeuntium aliquid. D
Explicatur locus li. de spiritu & anima. c. 28.
Item ca. Episcopi 26. q. 5.
Nauarrus explicatus.
Auctores sententiæ affirmatiuæ, hæc multis probata. E
Coguntur sagæ adesse conuentui, probatur exemplo quodam ex Grillando.
Descriptio conuentus sagarum, & sollemnia ad orationis conuiuij, choreæ, &c.
Sacrilegia, inunctiones, translatio, &c.
Cur dæmon vnguento vtatur ad transuectionem, quæ vis vnguento insit.
Loca Matth. 4. vers. 8. & Luc. 4. versic. 9. παραλαμβάνειν.
Ad transferendum æqualis vis dæmonis & boni angeli contra Vlricum Molitorem.
Exempla varia trãslationum dæmoniacarũ, prædictæ futuræ tempore Antichristi. Anglicum vetus exemplum.

Doctoris

Doctoris Edelini. Mos Veneris. Puerulus Auenionensis Masguillon quid.
Simon Magus. Abbatis, Badudus, Ericus.
Berengarius, Angla venefica, Comes Matisconensis. (mulier Sabinensis.
Puerulus quidam, Lucretia quædam, & alia
De puella Bergomati. De muliere vallis Tellinæi.
De Hollando. De Lotharingicis sagis varijs.
Probatur hæc non potuisse esse illusoria & phantastica. Iudicis curiosi supplicium.
De quatuor modis translationum.
Cur Dæmon conuentus instituat,
Quo pacto queat Diabolus rem corpoream loco mouere.
Posse dæmonem deferre, sine defatigatione hominis quem transfert, cõtra Remigiũ.
Q. 17. *An possit dæmon quantitatem corporum sic mutare, vt penetratio partium sequatur: siue vnum corpus in duobus locis disiunctis, vel duo corpora in loco constituere?*
Nihil horum potest.
Exempla eorum qui visi esse duobus locis, quomodo intelligenda?
S. Nicol. S Agathi, S. Bened. filius Constantini Imp.
Ananias reprehensus, quomodo duos simul homines possidere, vel tẽtare dæmõ possit?
Non posset facere vt homo conuersus in mustelam per exilem ruinam ingrediatur: vel ianuas clausas.
Apuleij fabula. Remigius deceptus.
Scafij mendacium. Quomodo Dæmon latẽter aperiat, & claudat ianuas præcedens ante Magos.
Locus Act. 2. de B. Petro. Locus D. Chrysost. expẽsus, apparitionis de modo parietũ per fissionem. De præstigio Magdalenæ Crucię:
Christus Dominus vere ingressus clausis ianuis, contra Caluinum. Et de egressu ex vtero virginis, & sepulchro contra Bezam.
Dæmon nõ potest aliquod corp⁹ facere vere inuisibile, sed bene potest facere inuisum.
Quomodo inuisibiles, Apollonius, Gyges. De Persei scuto. Joan.
Iuliacensis deceptiõ.
Heliotropia gemma non reddit inuisibilem.
Vt membra grandiora, vel minora, vel sublata appareant. Cichoranorum opinio.
Q. 18. *An magi queant corpora ex vna specie transformare in aliam falsa quorundam opinio Diodorus, Viuerius Pendragon. Nicaraguani.*
Nõ posse perfectam speciem in aliam perfectam & organicam.
Non potest anima hominis informare corpus belluæ, nec exaduerso. Nec potest corpus & anima simul sic mutari.
Locus Horatij in Epod. Spondani error.
Distinguendum inter ipsam transformationem, & effectus eam concomitantes: hi veri, illa illusoria est.
De Lycanthropia seu insaniæ lupinę morbo. Quomodo videntur sibi tales, & nõ alijs.
Quomodo faciat Diabolus, vt & alijs tales videantur.
De varijs exemplis & quomodo fiat, vt relinquant terræ impressa vestigia lupina, vt inueniãtur homines læsi in membris, quibus illatum lupo, vel catto vulnus. (nem.
De saga Ferra. de alia Flandr. mutata in bufo.
De mutatione Nabuchodonosor, Dan. 4. v. 30. & 33. & vxoris Loth. Genes. 19.
De platano versa in oleam apud Herodot. & cadaueribus hominum in statuas salis.
De S. Spiridone vertente Serpentem in aurũ, & aurum in serpentem.
Q. 19. *An magi possint facere bestias loqui, & an intelligant vocem bestiarum?*
Quo pacto bruta & res inanimæ, Angelorũ opera, queant loqui? & quo pacto nobis de hac tali locutione loquendum sit.
De angelo in rubo alloquente Mosem & Esdram Exod. 3. v. 24. Esd. 14.
De filia Spiridionis ex sepulchro loquente.
De Cadauere Macarij iussu indicante homi-
De Caluaria eidem loquente. (cidam.
De Afficæ confessoribus loquentibus sine
De Anglo Sacerdote. (lingua.
De capite loquace inter cadauera Hungarica postulante confessionem, mira historia, contra hæreticos, cui similis alia citatur.
Pseudomiracula gẽtiliũ varia in hoc genere.
Caput homicidium indicans, Orpheus mortuus, Cyto prædicit exitium. Narratio mira de Polycrito. Publij Romani caput vaticinatur. Columbæ locutæ. Vt & quercus Dodoneæ; Argus carina, equus Achillis. Vlmus Gymnosophistarum, Causus flumen, canis Simonis Magi, & alius Franciscæ Senensis? Theotechnus statuam Iouis fecit loqui.
Nulla creatura potest facere, vt bruta vel inanima intelligant, quæ loquuntur: bene tamen, vt apte suo tempore & artificiosè id faciant.
De serpente Epidaurio, de Apollonij Leone

de asino Cayri. De Greta Ezlingensi, voces in vteris prægnantium. Brutorum voces vt edat homo, facile facit dæmon, Magi quas brutorum voces queant intelligere, quas non? D
Porphyrij locus de Apollonio.
An bestiæ se inuicem intelligant?
Exempla elephanti. scorpij, piscium. E
Q. 20. An intelligentiam discursiuam queat dæmon brutis largiri?
Contra multos, beluas, nec rationem, nec prudentiam, nec prouidentiam, nec discursum, nec sapientiam habere. A
Quid Galen. vocet ἐνδιάθετον λόγον. cō
Cardinalis Hosius explicatus. (tra Eras.
Sunt quædam in illis rationem & prudentiā & prouidentiam imitantia. Quomodo scriptores intelligendi, qui rationem videntur illis tribuere, & prudentiam.
Quomodo animalia tendant in suum finem, & an eum cognoscant. B
Alius est finis rei particularis, alius vniuersi.
Pulcher & acutus discursus Hier. Fracastorij.
Q. 21. An possint dæmones facere vt homo nō sentiat, vel vt longissimo tempore dormiat, aut inediam ferat?
Jam licet locus notatus. A
Cur Deus solitus permittere, vt Martyres gladio necarētur; quos a bestijs, flammis, & similibus præstiterat illæsos? Locus ad Heb. 11. v. 34.
Superstitiosa quibus aliqui se putant inuulnerabiles. arma incātata. Crucifixus compunctus. Camisia inferni. Orati. Leonis Pap. & Caro. Magn.
Exemplū cuiusdā Quirini Belgæ sic decepti.
Item Scasij alius Heluetij.
Vnde fiat, vt quidam malefici tam fortiter & contemtim sustineant tormenta. B
Causæ res.
De stigmate quod sagis dæmon imprimit. & mirum de stigmate Ioan. de Vaulx. & alia quædam exempla. C
De diuturno quorumdam somno disquisitio: rustici Germani, ebriorum in Apaturijs, Epimenidis, Heroum Sardorum. Septem dormientium.
Quo pacto contingat, vt quis diu perferat inediam. de herba Coca, Scythica & alijs.
Locus Hippocratis.
Exempla vera, de Anglicana puella, Sacerdote Gallo, puella Spirensi.
De sanctorum ieiunijs miraculosis. Bacconus refutatus.

A *Q. 22. An magicis artibus opera dæmonum sexus mutari queat?*
Exempla eorum, qui ex mulieribus facti viri: vetera ex Plinio & Gellio, & Hippocrate & alijs.
Gallina in gallum conuersa. Iouianus in Neapolitana Historia & Sabellicus multa exempla ponunt, quæ in Italia contigerunt.
Alia duo mira valde, quæ in Hispania.
Aliæ duæ apud Fulgosum, vt & duæ olim apud Phlegontem.
Alia in Picardia.
B Ratio naturalis, qua hoc contingat. B
Suspicio, hos androgynos factos. Si fit natura: posse à dæmone nullo curari.
Exempla dæmoniacæ commutationis per idola. Non posse ex viro fœminam fieri.
Ausonij locus de hac re non credibilis.
Opinio auctoris. de hyæna.
Q. 23. An dæmon possit seni iuuentam reddere?
Problematice deciditur, quoad accidentia, quæ senium à iuuētute discriminant, posse.
Explicantur Ouidij & poetarum dicta de tali Metamorphosi. A
C Locus psa. 102. v. 5. & Esa. 40. v. fin. de aquilæ iuuentute Serpens cū liberide ponit seniū
Fabula de asino ferente poculum iuuentutis. Corui candidi.
Exempla senum, iuuenturi restitutorum historica. B
Tarētinus quidam senex. Et alius Riosanus. Et abbatissa Monuedriensis.
Indus quidam. Fons in Bonica id præstans, alius in Lucaia. (intelligenda. C
D Vitæ humanæ periodus quæ & quomodo
Locus Genes. 6 v. 6.
Locus Deutero. 31. v. 2. Valesius reprehēsus.
An humidum radicale possit reparari?
Quod ita, nō tamē posset sic vita æternari. D
De ligno vitæ locus Genes. 2. v. 9. expensus.
Q. 24. Quid magia possit circa animam, quam diu illa corpus suum informat?
Quid possit in sensus externos. A
Zardictili.
Achemenidon.
E Adamantis.
Otriussa.
Potomantis.
Theangelis.
Manicum Salonum.
Gelotophyllis.
Oenothetis & similes.
Quid in sensum internū, maximè phantasiā.
Quid in appetitū concupiscibilem & irascibilem.

Concupiscentiæ motus non sunt peccata contra hæreticos.

Quid possit in memoriam. Memoria mira Athalidæ, & Apollonij. Obliuio Sacerdotis Germani, & Simonis Turbaij Angli. B

Quid in intellectum. Contrariæ operationes bonorum & malorum Angelorum.

Possitne dæmon artes & scientias intellectui inserere, & quomodo? Exemplum tēpore sancti Norberti. Anabaptistarū hodie. Et Sagarum per vnctionem in Germania. C

Modus & vsus vnguenti ex pueri corpore confecti.

Ritus promotionis ad magisterium lamiarū. B

Discutitur opinio eorum, & deregitur fallacia dæmonis. Hist. de B. Ignatio Loyola.

De Chrysanthi Sardiani filio. Item Euage, Thynico, Amphiarao, Anupindari, Sopatra, recens de Romano Ramirez Moriscone in Hispania. D

Quid & quam modicum possit in voluntatem. Voluntas cogi nequit, contra hæreticos. Locus 1. Cor. 10. v. 13. explicatus, contra quosdam. Nec eos cogi posse, qui sunt in mortali. Nec impedire potest, ne sagæ queant pœnitere, contra dubitationē Nicol. Remigij. B. Angelæ de Fulgino vexationes in voluntate vehementissimæ. C

Q. 25 *Quid Diabolus queat in anima à corpore separanda, ipsaque separatione? vbi de ecstasi & admirandis circa cadauera.*

Ecstasis naturalis, & dæmoniacæ modi. A

Lapiporum ecstasis mira. Olaus notatus.

Errores hac in re Cardani, de spōrino captu. B

Virgines Cæsaraugustanæ, & Magdalenæ Cruciæ raptus. Bodini error refellitur de anima corpus relinquente. De ere Armenio, de Aristea proconesio. De anima militis ex ore imagine mustellæ egressa & ingressa Finnis, Hermitimo. Locus psal. 155. v. 15. Qualis D. Pauli raptus? dubium, nec sequenda decisio B. Hildegardis. Apheresia & ecstasis differunt. C

Error refellitur confundentiū raptus diuinos cum magicis; De raptu disquirūtur scripta Mocenigi. Quale sit subiectū raptus, Quæ causa formalis. Quæ finalis. Quæ efficiēs, & quomodo hoc duplex. Quomodo concurrat intellectus agens. Raptus supernaturalis ex parte hominis est inuoluntarius. exemplum virginis Burgensis. D

Non potest intellectus agens solus esse causa raptus efficiens. Deo quomodo intellectū, & multa cognoscit extra se. An errores suos inducit in graues errores. An raptus omnis successiuus Diaboli potest occidere homines. Multa potest in cadauerib. mortuorū. E

Vt sanguis fluat, vt cadauera nō puteant, nec putrescant. Hoc etiam naturaliter fit, vt in cadaueribus persarum. Et vnde hoc proueniat, diuersæ causæ. De cadauere in Elæa. Item ne cadauer comburi possit, quæ causa. Vt capilli & barba defunctorum crescant. Miraculum crucifixi Dammēsis. Furor iconoclasticus.

Miraculum in puero Lintzienzi.

Q. 26. *An opera dæmonū fieri possit, vt spiritus seu animæ defunctorum viuentibus appareant?*

Vtrum animæ vmquam queant apparere. Et fusissime probatur pars affirmatiua contra Epicureos. Lanatherum & alios nostri tēporis hæreticos. A (aliorum. B

Sect. 1. Notata temeritas Magij, Tiraquelli & Gentilium prisca sententia, etsi vana, pro nobis tamen. Patet verbis poetarum, patet ex Necromantia. Et ritu animas peregre mortuorum in patriam reuocandi. Violenter occisos, esse vexatores suorum homicidiarum Remuria. Silicernia, culina parentationes. Platonis & sectatorum de hac re doctrina. Quid Genij; Lares, Larvæ, Lemures, Manes. Differentia animæ, vmbræ, simulachri. Exempla apparitionū à gentilibus tradita varia. Lernum. C

Sect. 2. philosophia idem docet.

Quomodo anima sit in loco, & moueatur localiter. Conciliantur modi loquēdi varij. posset vna anima in pluribus locis esse, & quo pacto. Quomodo moueantur loco. Quomodo corpus subeat & intret.

Posse animas oculis corporeis, vel alio sensu percipi, & quomodo. D

Cardinalis dictum ridiculum explosum. D

Cæsarij Cistercensis dictum de forma animæ separatæ perpensum & explicatum. Visio & visum differunt. Apparitio triplex. Intellectualis, imaginaria, corporata, & quid singula. quo pacto fiat spiritualis, quo pacto corporea. An animæ seu spiritus defunctorū aliquando assumat corpora. E

Moles quo in Monte Thabor modo apparuerit. Temerarie dictum Aug. Thuani & iudicium de eius Tragædia. Item de ijs, qui cum Christo Domino resurrexerunt. E

Quando anima apparet in corpore aereo, an ipsa, an angelus hoc fabricetur, & quo pacto? Item quomodo subeat corpus & illud moueat. F

Sect. 3. Quo pacto doceat, & vtile sit, Deũ hoc aliquando permittere. G
Est vtile ipsis animabus.
Locus 2. Cor. 5. v. 4.
Est vtile nobis viuentibus.
Quo pacto spiritus à dæmonibus vel angelis bonis discernendi. H (Thyræi.
Iacobi de Chusa liber hoc docens. Et alius
Regulæ ad dignoscendum dæmonem ab angelo vel animã beati. (dæmone.
Quomodo discerni queat damnata anima, à
De anima Andreæ Romani de ijs ad æternũ damnati dicuntur reuixisse.
Quo pacto Angelorũ & beatorum ab inuicẽ.
Angelus apparuit Anachoretę, in forma senis, B
D. Augustino in forma pueri, Vt & B. Dorotheæ, alijs forte habitu fœmineo, & in forma columbæ, Et alijs aquilæ.
Sect. 4. Probatio ab auctoritate, Philosophorum. K
Astrologorum, Chaldæorum, Mahumetarũ, Rabbinorum, Magorum, *I*ndorum, Item legum, & Iuris interpretum. L
Item sacræ scripturæ veteris & noui testamenti. 1. Reg. 28. Samuelis anima vere excitata defenditur. Refellũtur obiectiones Leloyherij, probatur exemplis Mosis, Ieremiæ & Oniæ. Locus, Luc. 24. v. 37. Ioan. 20. versic. 19. Matth. 14. v. 16. Act. 12. v. 15. Gal. 5. v. 16. & 17. 1. Pet. 3. v. 19. & c. 4. v. 1.
Sect. 5. Probatio ab exemplis & auctoritate scriptorum, qui singulis sæculis vixerunt. Ostenditur eorum dicta simpliciter & citra metaphoram accipienda.

Sæculo 1.
- B. Virginis.
- Christi Domini semel.
  - Petro.
  - Carpo.

Sæculo 2.
- B. Valeriæ.
- Apparuere Testantur
  - *I*ustinus Martyr.
  - Tertullianus. O
  - Origenes.

Apparuere
- S. Potamiena & alij.

Sæculo 3.
- S. Maria virgo, & *B.* Ioannes.
- Martyres Africani varij.
- *B.* Cyprianus.
- *B.* Petrus.
- *B.* Agnes.
- *B.* Agata.
- Christus Dominus.
- Petrus & Paulus.

A
- B. Virgo Maria.
- Spiridion & Triphillius.
- Filia patri Spiridioni respondit.
- Duo Episcopi mortui subscripsere.
- Explicatus Cãnon Cõc. Elibertani.
- B. Virgo iterum cum *S.* Mercurio.

Sæculo 4.
- Item S. Artemius.
- *S.* Febronia. D. Ammon.
- Item B. Virgo. & anima.
- Latronis.
- D. Cæsarius, *D.* Paulus. *S.* Mamano.
- Hoc tenuere D. Basilius. Nazianzẽ. & Nemesius.

Apparuere.
- *D.* Martinus.
- *S.* Ioannes Baptista.
- *S.* Geruas. & Prothas.
- *S.* Ambrosius.
- *S.* Eulalia.
- *S.* Fructuosus.
- Latro quidã insepultus D. Germ.
- Felix. Nolanus. & alij multi,

B
C

Sæculo 5.
- vt Basil. Mart. Euagr. philos. Gamaliel. *S.* Stephanus Micheas & Abacuc. *S.* Zacharias Euthimius, B. virgo cum *S. S.* Ioanne Baptista & Euangelista.
- *S.* Ianuarius. *S.* Apollinar. *S.* Cyprianus. *S.* Eulalia. iterum Sanctus Petrus. Sanctus Leo. *S.* Barnab. *D.* Hieronym^{s}, & explicatur.
- *D.* Augustinus, & explicatur.

tenuere hoc

Apparuere.
- D. Chrysostomus, & explicatur.
- Auct. epist. Ad Cyrill. de morte Hieronym. Theodoretus. Damnatus quidam. B. R. Virgo sæpius. *S.* Ioann. Silentiarius. *D.* Bartholomæus. Macedonius Patriarcha. Theodoricus rex. Nestorius, & alij hæretici. Principes Apostolorum. *S.* Stephan^{s}, S. Eutichius. *S.* Tetricus & socij Episcop. *S.* Sergius.

D

Sæculo 6.

E

Apparuere.
- Tenuere hoc sęculo hanc sententiam, Procopius, Euagrius & alij. B. Musæ apparuit Deipara *S S.*

Sæculo 7. — tenuere hāc sententiam: Iuuenalis & Eleuth. Theodor. rex, & monialis quæd. Pascasius, & Balnei Dominus, Iustus monachus. Deipara apparuit S. Ildephonso. S. Leocadia. D. Gregorius Magn. Gregorius Turonens. S. Ildephonsus, S. Isidorus, S. Suibertus. Deipara, T. B.

Sæculo 8. — Apparuere: Sabinus SS. Euphemia & Glyceria, B. Tharasius. S. Andræas, S. Gertrudis. D. Iacobus maior. Iulianus Pomerius', Venerabilis Beda, Constantinus Episcopus, Paulus Diaconus, D. Iacobus Apostolus.

Sæculo 9. — tenuere: D. Maurilius, Pandulphus tyrannus, & dæmones.

Sæculo 10. — Apparuere: Iuliā. Toletanus iunior Theophilactus, S. Libuinus. SS. Petr. & Paulus B. Virgo S. Mauritius D. Iacob. V. Euthimius Monachus, Hugo Ætherianus. Christus, Deipara, B B. Apostoli & multi Angeli. D. Andr. B. Adimarus. Quidā amicus Dunstani, B. Odilo. Fauentini duo, Benedictus 8. & 9. B. Gregorius.

Sæculo 11. — tenuere: Canonicus Parisi. Episc. Coloniensis S. Benno. Petrus Damianus. Guilhelmus Tyrius. Christus, D. Isidorus, B. Virgo Benedict. X. B. Norberius, Gualdricus. Dodechinus. D. Bernard. Petrus Cluniacensis, Rupertus, & Honor. Augustodunens. Apparuere B. Vrsul. & innumeri. apud auctores citatos. & de Martino Presbytero Canonico regulari Legionēse eiusq; scriptis.

A

Sæculo 14. — tenuere hāc sententiā plurimi: Vincentius Belluacens. Cassarius Cistercien. Helinandus. Thomas Cātiprat. D. Thomas. D. Bonauent. & Guilhelm. Paris.

Sæculo 15. — tenuere hoc: Scotus, Richard. de Mediauilla Paludan. S. Antonius. Gerson. Iacobus Cusan', Dionys. Carthusian, & episc. Abulens. Tostatus, qui omnes varia suppeditant exempla.

B

Sæculo 16. — Tenuere: Tenuere & exempla retulere Catholici plurimi, ijdemq; viri doctissimi, in libris Theologic. Domin. Sotus, Pelicanus, Canis. Maldonat. Bellarmin. Valencia, Tyræus, Angles in scriptis X. Historicis, Alb. Krantzius, Matul. Egbat. Sabellic, Fulgos. Iouī', Baron, Sigo. Oto. & Maffei'.

Varijs tēporibus appar. — Senior quidam excōmunicatus sed martyr, Historia Vdonis Episc. Magdeburgens, & Galeatij Sforciæ. Alodisij Imolensis pater, Ferdinandus rex Neapolita. loc' Guicciardini Ioan. Picus Mirandulæ comes Marsilius Ficinus. Peri. de Paz. tribuni, Catharinæ Indæ exempli

C

Quæstio de spectris similis causæ Scaurianæ ostenditur. Y.

D

Sect. 6, Soluuntur argumenta aduersariorum, Melanchthonis, Ioannis Riuij, Marbachij, Centuriatorum, & Lauatheri, locus Luc. 14. v. 26, Icē 2. Petr. 3. v. 4. 1. Thessal. 7. v. 15. Dormientes promorientibus in SS. locus 2. Reg. 14. v. 14. psal 102. v. 15 & 16. Iob. 7. v. 9

Sententia Patrum explicata. — D. Augustini, Anastasij Nisseni, D. Chrysost. & Z. Thecophilacti, & Tertulliani.

E

Sect. 7. Dæmones non possunt exhibere veras defunctorum animas. Superstitiosum est, putare animas eorū, qui morituri dexteram porrexerint, apparituras. Periculosum pascium moriente vt apparet. Exēplum S. Lutgardis. Exemplum Monachorum Zamorensium.

Q.27. *De Dæmonum apparitionibus, de ſpectris, quæ Dæmones nobis obiciunt.*

*Sect.*1. Naturalia quædam, habentur pro ſpectris. Ignes fatui, inſulæ natitantes, item ſiluæ, ligna putrida lucentia, Cicin Adela Indica, Ignes concurrentes & compulſantes apud Syrtim, Auditus deceptiones. Echo. ſtatua Memnonis, murus Megarenſis, cauerna Britannica, *D.* Patricij antrum. Perſici montes.

Artificialia, quæ pro ſpectris, vt αὐτόματα, ſtatuæ Dædali, Archytæ, Archimedis, Boetij, aquilia volans, triremis ex argento, hydraulica, fictitię ſpectrorũ voces, B. Bonifacij VIII. coniugia his obtenta. à Scotis de Pictorum gẽte victoria. Teſtudines cum candelis, Abderitanorũ, iuuenum Plauti ſeruuli. Simonis Athenęi, Mundi. Tyrannionis. Nectanabi, qui pater Alexandri Magni.

Quale peccatũ ſit in fictione ſpectrorum. c Ex ſenſuum vitio quędam habentur pro ſpectris, quę non ſunt non talia, de ebrijs, Locus D. prou. 23. & 33. Oculorum morbi, ſuffuſio. halahol. arcuatus morbus, quibus ſui vmbra ſemper obuerſatur, alteratio oculorum ex inſpectione ſolis.

Auditus vitia in hoc genere, Phrenitis, & corylantiaſmos ſpecies morbi imaginoſi.

Vitia ex auditu & guſtu, Goryza, Polypus.

Vitia ex phantaſię triplici leſione. de ijs, qui putant ſibi adeſſe tibicines, exempla, vnũ Theophili, aliud Argiui, tertium Abydeni, quartũ eius, qui putabat naues omnes eſſe ſuas, quintum Tauromitanorum iuuenum putantium ſe pati naufragium, cum eſſent Agrigenti in diuerſorio.

Item de hydrophobia.

Vtitur his morbis dextrè dęmon, & ſe immiſcet frequens. (ſtudia.

*Sect.*2. Varia dęmonum genera, ac ſpecies, ac Terreſtres vocantur, ferę, ſeu canes.

Lubenter vexant initia Religioſorum conuentuum. F

Vt Diui Antonij. Diui Simeonis, Sancti Norbeti, Societatis Ieſu viuo adhuc B. Ignatio, & eius virtute precum ceſſantibus terriculamentis.

Diſputatio de ſpeciebus Dęmonum & diſtinctio à Tritthemio propoſita, diſcuſſa, explicataque fuſiſſime.

De igneis: an ſint? Auguſtini locus.

De aerijs & quę illorum natura. (ſtudia.

De terreſtribus, & varię ſpecies iſtorum & Hellequini familia. locus Petri Bleſenſis. De aquaticis, varia horũ ſtudia & apparitiones

De ſubterraneis: ſpecies & ſtudia iſtorum.

De Sibyllæ Nurſina raræ quædam fabulæ.

Dominicus Mirabellius.

Theſaurici dæmones. Mammon.

De Lucifugis.

Aſmodęus. locus Gen. 31. v. 24. varij errores Tritthemij in his refutati.

Nomina Græcorum, Hebræorum, Latinorum, Hiſpanorum, Gallorum, Italorũ, &c.

De Hecate, & Empuſa, De plutone ſeu Orco, & pluto, & Serapi, & Mammona, Charon. Cerberus.

Luctatores dæmones, vt Temeſius.

Alaſtor, qui & exterminans, & Nemeſis.

Locus Apoc. explicatus & à deprauatione ſeruatus contra Bezam. *Apoc. c. 9. v. 11.*

Primaſij & Ansberti error.

De Satyris & Fauno, varia eorũ in Sacra Scriptura nomina, onoſcelides, piloſi, ſirenes. onocentauri, lamiæ, & alia huiuſcemodi.

Eorum tripudia.

Locus pſal. 90. v. 5. & 6. de dæmonio meridia (no.

Refelluntur Nouatores.

Dæmon meridianus, & dæmon deſerti, pro ferociori, eidem. & cur, dæmones deſertis gaudent.

Locus Iob. 1. v. 19.

Dæmon in meridie ferocior & importunior.

Pan dæmon meridianus.

De Ruſſiæ dæmone meridiano.

Cum inuadente peſte cernuntur ſpectra dæmonum, vt ſub Iuſtiniano.

Conſatenſe ſpectrum in India.

De Empuſa & onoſcelide ſeu onocẽtauro. H

De nocturnis dæmonibus & Lucifugis.

Locus Senecæ in Oedipo.

Locus Gen. 32. v. 24.

De Lilith. De incubo.

Et locus Hymni Ambroſiani.

De pane, cur Inuus dictus.

Locus Caſſiani explicatus.

Nulli dęmonum amant homines, oẽs odere.

De Ephialte morbo, *de Marce*, ſeu *conquemare*, Eurynomus, Sphinx: & quid Harpyę, Gorgones. Syrenes, Eumenides ſeu pœnę. Nympharum omnia genera, quos morbos huiuſmodi dæmones inferant, qui Nymphati, ceriti, attoniti, pauidi, vexati vano metu.

Nutricũ mormolycia, Acco, Alphito, Mormo Gello, & Gilo diuerſæ.

Nicephori locus notatus. Lamiæ, quid.

Striges

Striges. Læstrionges. *Aluen.*
D. Hieronymi locus explicatus.
Pilosus seu Zahir. cur templis gentilium affixæ. species leoninæ.
Variæ formæ animalium, in quibus Diabol⁹ apparet.
Beelzebub. Noctua Athenienſis.
Serpens Epidaureus. Miræ apparitiones factæ cuidam conuictso in Francia.
De ſpectris acierum, caſtrorumque militarium: quæ oblata, S. Norberto. S. Guthlaco, Monacho Limpurgio.
Leloyherij ſententia improbata.
Duæ viſæ prope Montenakum acies.
Duo armigeri temere ad videndum propri⁹ acceſſere. (ctus & redux.
Miles Rhenanus à talibus Ieroſolymam ve-
Ante Naclam Poloni propter Quadrageſimæ ieiunium violatum à ſpectris decepti cladem accepere.
Familia Hellequini.
Quouſq; ſe vis talium militum porrigat.
Spectra matronarum & puellarum varia. Ruſſiana matrona. Sibyllæ albæ, Dominæ nocturnæ. Dominæ bonæ & Regina Abūdia. Fatales Nymphæ. Meluſina. Alcina Morgana. N
Spectra gigantea denunciantia peſtem, bellū & ſimilia mala. O
Spectra ſolita certis locis turbas dare, & vexationes exhibere, vt Themeſius dæmon, & alij paſſim. citantur nomina & loco. P
An conductam domum propterea liceat relinquere?
Quæ veræ cauſæ huiuſmodi inquietationū exemplis oſtenſum.
Quo pacto Spiritus poſſunt ſaxum vel lapidem iacere?
Spectra famulantia in Boruſſia *Koltri* ſeu *Koboldi*, Suconum *Trulli*.
Gutelkens, *Robautelkens*. (fodinis.
Eros & Anteros. Montani virunculi in Dæmones metallici.
Combali. Dæmones non ſunt animantia contra Georg. Vallam.
Theophraſti, Paracelſi hæreſis de quatuor hominum ſpecieb⁹ confutata.
Dæmonum theſauros cuſtodientium ſpectra. Fugarunt Cabaden Perſarum Regē. Beat. Theſaurus Baſileenſis.
Cur ficta fabula cuſtodis aureorum malorū, & aurei velleris, & in theſauris cur ſoliti poni ſerpentes aurei. Magus theſaurum quærens oppreſſus.

A
2. 18. *Quomodo poſſit dæmon, cum ſit inuiſibilis ſe viſibilem corporeis oculis exhibere?*
Sect. 1. Quo pacto poſſit aſſumere, & mouere cadauer aliquod, & in illo comparere.
Poteſt illud ſic temperare, vt ſenſum tactus
Locus Luc. vlt. v. 39. (tallat.
Cur hæc cadauera ſentiantur frigida.
Illuſio militis cuiuſdam.
Hiſtoria Polycriti & alia Machatis, & Phi-
Phlegontis laus. (lenij.
Baltazarus dæmon ſic apparuit.
Agrippæ facinus ſimile, & aliorum aliquot exempla.
Sic etiam plerumque ſagarum amaſij.
B
Sagarum odor cadaueroſus vnde?
Sect. 2. Quo pacto poſſit ſibi formare corpus ex elementis, & in illo moueri & apparere.
Non aſſumit ex ſolo aere.
Error Magorum Mantenſium.
Poteſt exhibere ſolidum palpabile.
Locus Geneſ 19.
Locus Virgilij.
Dæmon ſæpe apparet in forma vaporis.
Dæmoniacarum apparitionum exempla.
Fratrum Tarquiniorum.
Athenodori, Eacij Cardani, Philippi Melāchtonis colloquia cum dæmonico ſpectro.
Perſæ inceſtuoſi. & alia plurima, & quotieſcumque euaneſcunt.
C
Diſcrimen harum duarum aſſumptionum.
Vnde proueniat facilitas molis augendæ, & minuendæ in ſpectris?
Genus mirum per ſtatiunculas ſeu figmenta.
Sect. 3. An dæmon poſſit tam accurate corpus effingere, vt nullo ſigno queat dignoſci?
De ſignis quibus dæmon dignoſcitur.
S. Alberto obiectum ſpectrum.
cur nondum viſus in forma agni, vel columbæ. cur in formis, hirci, canis, catti, equi, muſtelæ, veſpertilionis. Galli gallinacei, & innumera alia.
D
SAHIR cur dæmon ματαῖος & Follon, ſeu Fatuellus.
Item in forma Dei, vel chriſti Domini, vel Angeli: humanam formam induit omnis conditionis, ſexus, ætatis: probatum id exemplis.
Qui detectus vt plurimum in eius apparitionibus. (pareat.
cur morientibus ſemper adeo terribilis ap-
E
Quomodo loqui poſſit in corpore aſsūpto?
An poſſit audiri & videri tantum, à quibus vult ipſe?
capita ſeu caluariæ quæ loquelā imitata, ex-

exempla vetera, nouaque quomodo fiat hæc locutio.
Sect. vlt. An liceat procurare vt appareãt nobis spectra?
Cur antiquis tam crebro dæmones visi, nobis tam raro?
Q. 29. An diabolus possit facere, vt homo vere resurgat?
Sect. 1. Errores hac de re varij. A
Animalia quæ nascuntur ex putrefactione, posset viuificare,
Vicilinus auis.
Perfectiora non posset,
Item numero producere non potest;
Non potest facere, vt anima vnius bruti migret, vel informet corpus alterius bruti,
Hominem nullo modo potest viuificare. B
Possunt simulatas resurrectiones facere subintrando in corpora,
Louanij id olim Cornel. Agrippa curante factum,
Sect. 2. Discussa exempla falsarum resurrectionum primo fabulosarum: deinde cæterorum Gentilium, vt Galleni, Zacla, Apollonij, Simonis Magi, Enarchis,
Mirum exemplum, &c. recens ex Nicol. Remigio,
Mortuus amplectens Comitem Richardum.
Populi Lucomoriæ quotannis rediuiui.
Dæmonum in his fraus.
Aliquando substituit alios ac supponit.
Aliquando ipse corpora subintrat & mouet.
Apulei, Platonis, Philostrati loca.
Aliquando fingit mortuos, qui non sunt. D
De morbis qui faciunt, vt quis mortuus appareat,
De bobus quas striges putant resuscitari.
Joannis Duns Scoti mors, E
Christi Domini & Sanctorum resuscitationes quo pacto ab his morbis discernantur.
Q. 30. Quid magia possit in ipsos cacodæmones?
Sect. 1. Bartiadis in Campestris libri, A
Quam vim habeant boni Angeli in malos,
Quam cacodæmones in inuicem,
Species eorum,
Pythonici, Paredrij, Carabolici Onicopépi.
An sit subordinatio inter malos genios.
Job. locus c. 9. v. 22.
Galliani locus.
Locus ad Ephes. vlt. v. 12.
Certamina Magorum,

A Vnum in Burgundia,
Secundum in Anglia,
Tertium in Germania,
Quartum in Bohemia,
Quintum in Suecia,
Sextum in Dania,
Septimum in Græcia,
Sect. 2. Sancti homines quantam vim acceperint magos & dæmones compescendi.
Vis exorcismi.
Salomonis exorcismi quales.
Locus Luc. 11. v. 19.
B Dæmones à Magis non coguntur, sed ex pacto obtemperant tantum,
Magi vim non habent eliciendi manes vel spectra.
Varia exempla,
Imprimis Joannis Teutonici.
Nec habent vim euocandi vrbium custodes.
Sanctis vis ista quandoque concessa. E
Sect. 3. Res corporeæ, vt herbæ quædam, thura, vnctiones & verbera, quam vim habẽt in dæmone accurate disputatum.
Errores hac in re varij infidelium: sed & abusus Catholicorum exorcistarum quidam.
C An flagra obsessis infligenda,
An balnea prosint?
Quid ruta, cornucerui & similia,
Locus Josephi explicatur,
Locus Tobiæ c. 6. v. 8.
Christus cur dictus ἰχθύς,
Prosperi locus.
Locus 1. Reg. 16. v. vlt,
Nec dæmones certis rebus ligari, aut locis includi per Magos queunt,
Vana hac in re ars Hermetis,
Periculosum tales habere incarceratos,
D Probatur vno exemplo, quod in Germania contigit.
Factum signo crucis secure à S. Lupo Senonensi,
Satanam ligatum quid in S.S. locus Apoc. 9. v. 14. & 15. & 20. v. 2.
Tob. 8. v. 2.
A Sanctis quomodo dæmones ligari queant,
Locus D. Hieronymi,
E Locus Eusebij,
De Paredris illos sponte seruire, ratio ex Tostato & quam periculosum id semper.
Exempla varia, in his vnum mirum militis Germani.

FINIS.

MARTINI DELRIO
MAGICARVM
DISQVISITIONVM.
LIBER SECVNDVS,
QVI EST
DE MAGIA DAEMONIACA.

Præcipua hæc operis noſtri tractatio eſt, & ideo pluribus capitibus, ſiue quæſtionibus lucnlenter, quoad poterimus, diſcutienda. Sit.

QVÆSTIO I.
An ſit aliqua Magia dæmoniaca.

QVI *dæmones eſſe negãt, etiam hanc eſſe negarunt* cũ Sadducæis, Democrito, Ariſtotele, Auerroe & Simplicio, *quorum ſententia eſt impia & hæretica.*

Nam & *dæmones eſſe & dæmoniacã Magiam*; quæ nec induſtria aut artificio hominum, nec naturalibus cauſis, ſed immateriali quapiam & ſeparata virtute nititur; hoc & ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, & omnium ætatum memoria atque experimentis tam eſt compertum, vt velle probare, nihil ſit aliud quam lychnis accenſis meridianę luci opitulari. hoc probant cum B. Auguſtino Theologi Catholici omnes *a*, & philoſophi plerique Triſmegiſtus & Pythagoræi; ex Platonicis, Pſellus, Plotinus, Proclus, Iamblicus, Chaldius & Apuleius; & Ariſtot. Theoph. Ammon. Philopo. Auic, & Algazel. Anne dare reſponſa de furtis occultis, & de theſauris; conſequi ſcientias nonnullas ſtatim, & ſine labore addiſcendi; ſubtrahere corpus præſens oculis videntium? & innumera huiuſmodi, queunt reduci ad vllam aliam cauſam; quam intellectualẽ aliquam & ſeparatam naturam; Deniq; ſcimus Salmanticæ, & Ioleti in Hiſpania; & in Italia, ad lacum Nurſinũ, & in ſpelæo Viſigniano, adhuc auorum memoria huius Goetiæ celebres ſcholas fuiſſe. *b*

a Auguſt. l. 11. de c. D. c. 6. D. Th. l. 3. cõ tra gẽt. c. 104. & qui optime, Victoria, de Magia n. 9.

b Vide Laurent. Aniamali 5. de nat. dæmon. fol. 104.

QVÆSTIO II.
Vnde ſit hæc Magia, ſiue quem habeat primum auctorem.

SVNT qui dæmones eſſe fateantur; ſed negant tamen hãc Magiam à dæmonibus ſeu diabolis manaſſe: tribuunt autem effectus eius vel immediate Deo per magos huiuſmodi operãti; vel Deo per angelos bonos ea perficienti. Priores *dicunt eſſe quaſdam gratias gratis datas*, ſicut ſunt gratiæ linguarum ſanitatum *a* & hæc dona vt Balaamo *b* ſic, & alijs improbis concedi nõ raro ſolere *c*.

Dico primo, *hæc ſententia eſt mere blaſphema* tribuit enim Magicis artibus id, quod eſt proprium gratiarum gratis datarum; & cum veris miraculis præſtigias cõfundit. deinde gratuitam dei dona

a 1. Cor. 12. v. 8.
b Num. 23.
c Matt. 7. 13. v. 1.

ſubijcit

ſubijcit humano artificio,&certis ac ridiculis obſeruationibus. Deniq; inique & inuide Deus vetaret, id quod ipſe hominibus, vti gratiã, gratioſe largiatur. Aduerſariorum argumẽta ex locis illis ſcripturæ petita, ſolum probãt, aliquatenus ſimiles effectus per artes magicas & per gratias gratis datas fieri; Deum quoq; per malos aliquando miracula edere, ad fidei & diuinæ gloriæ propagationem. Accedit, quod qui ex dono gratiæ gratis datæ operatur; ille ad certum tempus, occaſionem, aut ceremonias certas non reſtringitur, vt ſolent magi; qui, ſi vel in minimo deficiant, nihil efficiũt. Nec etiam huiuſmodi Dei dona gratuita poſſunt alijs, per diſciplinæ ac pręceptorum modum, tradi: Magi vero ſuis diſcipulis hanc Magicam tradunt; & auditores, magiſtrorum ſecuti præcepta, quæ magiſtri, eadem operantur.

B Alij dicunt *hos eſſe effectus bonorum Angelorum*, quos per excellentiam vocant, *Spiritus*. Sic iactitabat his annis celebris ille magus Scotus Parmenſis, qui Gebhardum Truchſeſium Epiſcopatus Vbiorum Apoſtatam dementauit: eſtq; peruetus impoſtura magorum maxime Platonicorum, Iamblici, Porphyrij, Plotini, Procli & Iuliani Apoſtatæ. Ex quorũ traditione, *Magia*, omnis diuiditur in *Albam*, quam cenſent eſſe licitam; & *Nigram*, quæ ſit illicita. Albam ergo vocant θεουργίαν, & Nigrã γοουτείαν. Verũ hanc fictitiam plane & palliatam Theurgiam ſatis ipſe Archimagus *d* reiicit, cum diſertis verbis teſtatur *ſæpiſſime ſub nominibus Dei & Angelorum, malu dæmonum fallacijs eam obſtringi. & licet eius ceremoniarum pars maxima, munditiam animi, corporis & rerum externarum, vt enſiliumque oſtentet, immundos tamen ſpiritus & deceptrices poteſtates hanc exquirere, vt adorentur pro Dijs.*] poſtea addit, *huius ſpeciem eſſe artem Almadel, artem notoriam, artem Paulinam, artem reuelationum, & huiuſmodi ſuperſtitionum plura, quæ eo ipſo* (inquit) *ſunt pernicioſiora, quo apparent imperitis diuiniora.*] Habeant illi hoc Principis & anteſignani ſui de hac *alba Magia* iudicium, ab homine mendaci veritatem meram. Damnat eandem Theurgiam D. Auguſtinus lib. de vtilitate credendi contra Manichæos. His adde fictitiam illam artem *Planetariam*, laminis inſcriptam, & ad Carolum Magnum à quodam Bedæ diſcipulo (*ſic mentiuntur & Alkindum, Alcuino ſupponũt* (miſſam, vtilem (*ſcilicet*) obtinendæ omni cognitioni ſupernaturali artium & ſcientiarum, & conſequendis dignitatibus diuitiis, robori, amoris fruitioni, &c.

d li. de vanit. ſciẽt.

A

Dico Secundo cum Catholicis, *vt nec per ſe, ſic nec per bonos angelos his magicis operationibus Deum ſe immiſcere magis quam cæteris rebus, in quibus concurrit, vt cauſa vniuerſalis. Quare cenſeo hæc omnia inſtituta fuere à malis angelis, ſic etiam ab illis perfici & adminiſtrari, & contrarium eſt erroneum.*]

C

Probatur primo ex variis Canonum reſcriptis, quæ Gratianus adhibet cauſa XXVI. *e.* Secundo ex Pariſienſibus artic, 9. 19. & 23. Verba ſunt, *quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere dæmones ſuis incantationibus obedire*: Error. *Quod boni angeli includantur in lapidibus & conſecrent imagines, vel veſtimenta, aut alia faciant, quæ in iſtis artibus continentur*: Error & blaſphemia. *Quod aliqui dæmones boni ſint, alij omnia ſcientes, alij nec damnati nec ſaluati.* Error.]

e c. illud quod in fin. c. qui ſine v. vl. 26. q. 2. l. epiſc. in prin. 2. q. 5.

Σ

Tertio ex his Arnobii *Cout. Gent. Magi non tantum, ſciunt dæmones, ſed etiam quidquid miraculi edunt, per dæmones faciunt: illis aſpirantibus & infundentibus*

dentibus præstigias edunt, vel quæ sunt non videri &c. & ex his Ioan. Salisberiensis lib. 1. de nugis curialium cap. 9. *Eos autem qui nocentiora præstigia arteſq; magicas, & varias ſpecies mathematicæ reprobatæ exercent, iampridem ſancti Patres ab aula iuſſerunt exire, eo quod omnia hæc artificia, vel potius maleficia peſtifera quadã familiaritate dæmonum & hominum nouerunt profluxiſſe.*]

Deinde probatur ratione, hos ſpiritus bonos dici non poſſe. tum quia iubent ſe tanquam Deos adorari, & ſacrificia ſibi fieri, quod boni angeli iubere nequeunt. tum quia hæ artes nõ minus diriguntur ad inferendum alijs exitium, per furta, neces, adulteria, &c. quam ad iuuandum. tum quia miſcent multa mendacia & deceptiones. tum quia docentur Magi in ſpiritus vti imperio, & coactione, immo & minis rerum impoſsibilium ac plane abſurdarum, vt apud Eulebium *a* docet Porphyrius quorum nihil bonis angelis poteſt conuenire.

a lib. 3. de præparatio a. 6.

Hinc apparet conſideranter legendum Glycam, *b* dum Magiam ſic diſtinguit à Goetia, quòd illa, ſit beneficorum geniorum ad boni alicuius effectionem. Goetiâ, maleficorum ad mali effectionem. Nam non tantum improprie vſurpauit nomen Magiæ genericum, pro ſpecifico theurgiæ, ſed in errorem quoque labitur ponentium albam Magiam, & eius adminiſtrationem bonis angelis tribuentium. Vtque hoc ſemel moneam ſcriptor iſte, vt & Conſtan. Manaſſes. Gregoras, & Nicetas, nimis multum tribuere videtur ſuperſtitioſæ prodigiorum obſeruationi.

b pa. 2. an.

Errauit eundem errorem Palingenius Stellatus, dum in vetito iure libro *Zodiaci* 8. cenſet aërem etiam bonis dæmonibus plenum eſſe, quos harum artium auctores facit, & Deos appellat. Plotini & Iamblici delirijs nimis deditus: & quam non malus poeta, tã non bonus Chriſtianus, vtpote hæreticus potius (ſcripta probant) quam catholicus. Auſus tamen opus illud Ferrariæ Duci dedicare.

Succedit his *error* 3. eorum, *qui cenſebant Magicos effectus per animas defunctorum fieri*: quos Catholici Theologi iampridem exploſerunt, *c* idque non difficulter. nam quæ rationes id conuincunt de bonis ſpiritibus eædem in animabus beatorum locum habent: quæ verò in purgatorio ſunt animæ, non exeunt, niſi ſpeciali permiſsione Dei, vt petant ſuffragia viuorum: animæ denique perpetuis addictæ ſupplicijs, nulla dæmonum licentia vel permiſsione poſſunt exire, vtpote, diuino iuſſu, peſsimo carceri mãcipatæ. Apertiſsimæ ſunt igitur impoſturæ: quæ de euocandis per *Grimoyriam* animabus. Necromantici confixere. Si exirent, ad vnius Dei exirent imperium. cur verò id Deus iubeat vel permittat, cauſa ſubeſt nulla. Vt ad magorum preces & incantationes id iubeat, impium eſt opinari. *d*

c Victor de Magia nu. 17. Angles in 2. ſent. q. de arte Magica a 2.

Præcipua ergo efficiens cauſa iſtarum artium eſt, ipſe Diabolus, proxima, eſt humani ingenij ex originali labe detorta indoles, quam feſtiui Apologi frondibus velatam nobis protulit, perquam falſe, Cælius Calcagninus *Libello de Amatoria Magia*, cuius verba non piget adſcribere, & vos, ni fallor, legere iuuabit: *Vanitas* (inquit) *olim iuncta* miraculo, *furtiuo concubitu genuit* Magiam *ſecundam cognomine, reformidanſq; ne fortè* veritas, *cum qua perpetuas inimicitias gerit, à qua etiam paribus ſignis congreſſa, ſæpius profligata eſt, ſuum partum enecaret, illum* impudentiæ ac timori *iunctis connubiali fœdere commendauit: at*

d vide Anan. lib. 3. de Nat dæm. fol. 97. Petril. Thiræi 1. de apparit. ſpirit. c. 12. à nu. 216. & c. 13. à nu. 302.

illi in sinu incomprehensibilitatis *è vestigio collocarunt furtim, & sub* præstigiarũ *crepundijs educandam. Quæ mox in grandiorem ætatem adulta, iamq; pinnulis præmunita, euolauit in* fatuorum arces *ibiq; nidulans*, credulitatem *peperit. Quæ vtpote parentis beneficijs grata, illam mutuò enutrit, & quasi αντιπελαργίζει, alioquin breui interituram.*] Hæc ille, pari acumine & veritate. Pergamus nos quoque pro *Veritate* confligere, & *Vanitatem* expugnare, & fugatis *timore & impudentia*, labyrinthum illum *incomprehensibilitatis* (quis enim, quæ nihil sunt, vel intelligat, vel comprehendat?) Theologiæ veræ filo permetiri: & *præstigiarum crepundijs* in lucem prolatis, tandem *fatuorum* hanc *arcem* demoliri, & è nidulis suis *credulitatẽ* adeò pernicioſam profligare: quod vtinam Deus Opt. Max. nobis largiatur.

QVÆSTIO III.

Quæ sit diuisio dæmoniacæ Magiæ, & de libris eius.

QVm nulla sit *Theurgia* neque *alba Magia*, sequitur, omnem hanc prodigiosam Magiam, non aliam, quam *Goetiam & nigram*: hanc solemus vocare *Magiam specialem*. eam Archimagus in duas, species distinguit. vnam, cuius cultores dicit se dæmoni submittere, ei sacrificare, & eum adorare: alteram quam ipse vellet persuadere à pacto cum dæmonibus immunem esse, sed eam dæmonibus vel nutis imperare, virtuteque quadam diuinorum nominum adiuratos aduocare, & cogere, priorem illam fatetur esse legibus humanis diuinisque vetitam, nefandissimam, & cũctis ignibus plectendam. posteriorem asserit, consequi quidem quod prætendit, nempe dæmones cogere (*quod post ostendetur esse idoneum*) sed tamen manifestis periculis illusionum' obnoxiam esse. De priore verum est eius testimonium, de posteriore bis *mentitur*: *primo, dum negat eam niti fœdere cum dæmonibus inito*: nam reuera semper expresso vel tacito pacto corrũpitur? *Secũdo, cũ asserit ea dæmones cogi*, de quo postea. Volũt vetitæ huius Magiæ inuentorẽ fuisse, quendã Mercuriũ *sic contra Symmachum. Prudentius, & Saluberiensis li. 1. Polycrat. c. 9.* alij quendam Zabulum quem ego non alium existimo ab ipso cacodæmone, cui D. Cyprianus & alij Patres hoc nomen tribuunt) deinde magistrum laudant, quendam Barnabam Cyprium (hunc cõfinxere in contumeliam D. Barnabæ Apostoli, vt deformi suæ meretrici lenocinarentur.) Item ostentant, paris mendacij iactantiâ, libros adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ, Pauli, Cypriani, Honorij, Alberti Magni, & aliorum, & blasphemè mentientes dicunt, quæ his libris continentur, ea fuisse tradita ab Adami custode angelo Raziele, & à Tobiæ Comite Raphaële reuelata. Prætexunt etiam Salomonis auctoritatem, cuius quandam *Clauiculam* (quam egregiè refutat Bap. Segnius *lib. de vero studio Christiano c. 7.*) & aliud ingens *volumen in septem distinctum* obtrudunt, plenum Sacrificijs & incantationibus dæmonum. Hunc librum Iudæi & Arabes in Hispaniâ suis posteris hæreditario iure relinquebãt, & per eum mira quædam atque incredibilia operabantur. Sed quotquot inueniri potuerunt, exemplaria iustissime flammis inquisitores fidei concremarunt, & vtinam vltimum exemplar nacti fuissent *a*. Vix dubito aliquod in manus Ioan. Tritthemij incidisse, vnde & partitionem & materiam suæ

a Eimericus Director. inquisitor. p. 2. c. 28 & Penna ibi comment. 55. meminit Niceras hist. li. 4.

Stega-

Steganographiæ, periculi & superstitionis plenissimæ, acceperit, cuius operis nomen, quod nondum prohibitis ab Ecclesia libris sit insertum, suspicor accidisse: quia liber nondum typis vulgatus, in paucorum manus incidit: alioqui, quando prohibiti libri omnes Magici, satis iste prohibitis censendus, qui inter alios familiam ductat. idem dixerim, de Agrippæ libris *tribus de occulta Philosophia*, & omnium perniciosissimo *quarto* seorsim postea addito & edito: necnon de Thomæ Eboracensis, Petri Aponi & similium venenis, *& libro artis Grimoyriæ*: qui, Patrum nostrorum ætate, circumferebatur docens mortuorum euocationes. Omnia horum placita scelesta, de antiquioribus etiam illis operæpretium duco Archimagi verba ascribere. credendum illi in arte sua, nec magistri auctoritatem discipulis licet subterfugere. sic ergo scribit: *Hi libri acutius intuenti præceptorum suorum canonem, ritum, consuetudinem verborum, & characterum genus, exstructionis ordinem, insulsam phrasim, aperte sese produnt, nonnisi meras nugas & impostoras continere, & posteritoribus temporibus à perditissimis perditionum artificibus esse conflatos, ex prophanis quibusdam obseruationibus, nostræ religionis cæremonijs permixtis, insitisque ignotis multis nominibus ac signaculis, vt perterreant rudes & simplices, & stupori sint insensatis, & his qui nesciunt bonas litteras.*] Hæc miser ille, qui, videns meliora, in finem vsque vitæ deterioribus adhæsit.



A

B

C

D

E

QVÆSTIO IV.

De basi Magiæ huius siue de pacto, expresso, & implicito.



Oncl. 1. *Omnes operationes magicæ, velut basi, innituntur pacto per magos cum dæmone inito: ita vt quotiescunque collibitum mago aliquid efficere adminiculo artis suæ, expresse, vel implicitè teneatur à dæmone poscere, vt ex condicto concurrat.*]

Probatur hoc primo Patrum auctoritate. D. Cyprianus *a* dicit, eos habere fœdus cum dæmone. D. Augustini verba *b* retulit Gratianus in Decretorum codicem, quæ sunt ista: *Omnes artes huiusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ, constituta.*]

Probatur deinde ex iure ciuili, sanctione Imperatoria *c*: *Multi magicis artibus vsi elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis* (sic legendum) *audent ventilare, vt quisquis suos conficiat malis artibus inimicos: hos (quoniam naturæ peregrini sunt) feralis pestis absumat.*]

Tertio, id statuitur credendum articulis Parisiensis scholæ *d* in hæc verba: *Quod inire pactum cum dæmonibus tacitum vel expressum, non sit idololatria vel species idololatriæ*: Error. *Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel natura rationabiliter exspectari.*]

Quarto id ratio persuadet. hoc enim & multi mali homines optant, & dæmõ cupit: nec eorum id vires superat. docet hoc Isaias Propheta *e*, apud quem impij dicũt *percussimus fœdus cũ morte & cum inferno fecimus pactum.* quod S. Thom. satis probabili interpretatione

a li. 2. de duplici martyr.
b lib. 2. de doct. Christia. ca. 23. habet, c. illud. v. vlt. 26. q. 2.
c l. multi, C. de maleſi. & mathemar.
d artic. 3.
e c. 28. v. 15

Magis accommodat, vt & Pontifices, Ioannes 22. in Extrauag. contra Magos, quæ incipit: *Super speculâ.* & Sixtus V. in Bullâ contra Astrolog. Mali ergo hoc lubenter faciunt, nec minùs ipse dæmon: qui, ipsi quoque Christo Domino, ausus pacti conditionem offerre *f*: *Hæc omnia* (inquit) *tibi dabo, si procidens adoraueris me*: vbi videre licet pactum contractûs innominati, do vt facias. Ita nunc diabolus Magis ait. *si te mihi addixeris, vlciscar te, ditabo te, &c.* quæ germana & perfecta est pacti formula *g*. Deinde, vt dixi, hæc fiunt operâ dæmonum, non magorum viribus: dæmones ab hominibus cogi nequeũt, vt id faciant: sponte ergo dæmones accurrunt. Dæmones autem graui hominem odio prosequuntur, quare nec putandi gratis accurrere, sed vicissim aliquod operæ suæ precium stipulari. Vnde patet talem esse hanc conuentionem & societatem: qualis est duorum latronum, quorum alter palàm in sylua vagatur, alter clam in subsessis latitat: excitatusque certo sibilo vel signo prioris, viatorem posterior dolosâ sagittâ transfigit: priore id sæpè nec vidente, nec gnaro, quo necem telo intulerit, in miseri tamen necem consenticnte. priori magus, posteriori dæmon similis. Satis enim idonea rei declarandæ similitudo est: quæ petitur à potentibus vindictæ auidis: qui manu promptos sicarios sibi adiungunt: quibus constituto signo innuunt, quos & quando, velint interfici.

Matt. 4. g 9. v. l. Labeo scribit. l. iusgent. de pact. Bald. & Caccielus in tract. de pact. *h* D. Tho 2. 2. q. 96. a 4. Guil. Paris. Scot. Gabr. Gerson. Trithem. q. 1 *i* Abulēs. Alph. à Castro, Victoria Valentia Binsfeld. Spineus, Ang. Sprœger. & alii. *k* Nauar. Grillam. Remig. Binsfeld. prælud. 6. & alij.

Deniq; cõsentiunt hac in re Theologi tam veteres *h*, quam recentiores *i*, Iurisconsulti quoque *k*, & Medici, *Condronchus li. 1. de morbis Venefic. & Cealpin. disquisit. dæm.* & res prorsus comperta, vnanimi maleficorum & sagarum confessione, mirè per Europam omnem, & cunctas ætates consentiente. Lucanus etiam dubius licet, tamen huiusmodi fœdus agnouit, eo tantum deceptus, quod cogi pacto dæmonem existimet *a*.

Quis tabor hic superis cantus herbasq; sequendi
Spernendiq; timor? cuius commercia pacti
Obstrictos habuere Deos? parere necesse est,
An iuuat? ignota tantum pietate merentur,
An tacitus valuere minis? hoc iuris in omnes
Est illis superos, an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum, qui mundum cogere quicquid
Cogitur ipse potest? †

a lib. 6. paulo post medium.

Solus sagarum pâtronus recalcitratur, adeò futilibus ratiunculis chartas implens *b*: vt contemnendas potius, & silentio tradendas, quàm refellendas mihi censuerim, maxime cum alij id diligentius, quam difficiliùs præstiterint &c.

Conc. *hoc pactum dæmoni, liberum est, præstare, vel fallere.*] probatur experientia & ratione. ratio docet dæmonem cogi ab homine non posse, vt stet promissis: experientia verò, mendacissimum esse decipiendi cupidissimum: ideoque rarò præstare, quod pollicitus: cum verò stat promissis (quod facit nonnunquam) non facit coactus, sed sponte ac subdolè, vt sic Magos sibi retineat deuinctos, & alios alliciat, & huiusmodi nugis vim istam inesse persuadeat.

Tertia Concl. *Pactum huiusmodi duplex est, vnum expressum alterum tacitum: de vtroque verò, non idem per omnia iudicium.*] Explicanda hæc conclusio potiùs quam probanda. pro explicatione notanda sequentia.

† Exẽpla pactorũ pete ex vita D. Basil. per Amphilochium conscripta apud Surium tom. 1. & eod. 10. de Theophilo Armenensi, & nobilis Leodini apud Cæs. l. 2. c. 21. de quib. alias. *b* l. 6. de præstig. dæmon. & l. de Lamijs. *c* Binsfeld. vbi supra Erastus Bod. & Tritthe. d. q. 5.

Primò

Primò sciendum *pacti expressi* huius *triplicem esse modum. Primus sit solemnitate varia*,& ipsi cacodæmoni visibiliter in corporeâ aliquâ formâ apparenti coram testibus fidelitas, & homagium promittitur. *d* Huiusmodi pactum iniuit nobilis ille ditionis Leodicensis narrante Cæsario Heisterbacensi, *e* vbi tamen dæmon loquens audiebatur, sed non cernebatur. hic inter cętera, iuuenis ille inconsultus creatorem suum ore negat, manuque exsestucat, & diabolo homagium præstat; hic vicissim, illi diuitias & honores pollicetur, eo lectorem amando, spondeoque lectionis & laborum sui vberem legendo fructum relaturum. Huc etiam referendum Theophyli Vicedomini factum, *qui ad dignitatem recuperandam à principe dæmoniorum opem*, (vt scribit Sigisbertus, *f*) *expetijt, & ab eo iussus abnegare* Christum *filium Dei eiusque matrem* Mariam *cum omni Christianismi proposito, & ipsam abnegationem scripto firmare, & scriptam signare, & signatam sibi tradere, eius se seruitio addicere.*] In hac testis fuit Magus, in illa villicus iniquitatis.

Aliquando id faciunt per libellum supplicem, quem diabolo præsentant. Sic nostro tempore Mantenses in Normandiâ magi bellum conscripserant, quem oblaturi erāt Sibillis Magiæ Necromanticæ præsidibus, cuius summa; Se orare Dominas; vti dignentur libros suos magicos consecrare; ad eum effectum, vt mali spiritus ipsis per omnia promptè obediant, iuxta formulas coniurationis in libris contentas; &, vt vocati, ipsis sine noxâ appareant in formâ pulchri hominis;& ne sit necesse circulum vllum facere,aut subire, in domibus aut agris. Secundò vt Sibyllæ libris signum suum seu characterem imprimant (*tres erant numero libri*) vt plus efficaciæ & dominij libris inesset in prædictos spiritus. Tertiò vt supplices reddantur tuti à iudicum insidijs & punitione. Quartò vt cæpta omnia & studia illis prosperè in aulis & amicitijs principum succedant: in ludis quoque semper quandocunque volent lucrentur: Quintò ne inimici ipsis valeant nocere. Pro his vicissim polliceri sese, quod prædictas Sibyllas, pro Dominabus & Principibus suis perpetuo sint habituri,& quotannis singulas animas se eis oblaturos (*hoc est, necaturos & sacrificaturos, vel certè ad hunc eundem perfidiæ ritum initiaturos hominem vnum*) quamdiu viuant, hoc ipso consecrationis librorum die, hac tamen lege vt Sybillæ hæc postulata eis fide bonâ præstarent. Hi Parisijs omnes cum ipsis libris combusti fuere. *Narrat Crespetus ib. de odio Satanæ, discursu* 15.

Alius modus priori similis cætera, nisi quod sine testibus peragitur. Tertius per vicarium initur, Magū videlicet, vel tertium aliquem; cum pacisćens dæmonis aspectum vel colloquium reformidat, hoc tertium genus malè Grillandinus *q.*3. vocat *Tacitum*; quamuis enim professio hic fiat alteri, quam dæmoni, fit tamen expresse,& in dæmonis nomine, vt patet ex ijs, quæ ipsemet tradit *q.*3.*num.* 1. *& seqq.* Fortasis ad expressum pactum pertinet forma illa rarior, in exemplo Germanicæ fœminæ, quæ obuerso tergo, ex balneatorio lebete exsiliens, proclamabat, *Quantum à* Christo *sic saliendo recederet, tantum se ad dæmonem accedere. dicam fusius lib.*5.

His pactis omnibus quædam sunt communia. Primum est abnegare fidem & Christianismum; Dei obedientiæ se subtrahere. B. Virg. Marię patrocinium

d Hoc describitur in Malleo malefic. p 2.q.1. c.2. & ab Alfi à Castro l.1. de iust. hæret. punit. c.6. *e* l.2. illust miraculorum, c. 12. *f* anno Domini 537.

cinium repudiare, & conuitijs insuper incessere. Solent blaspheme, per contemptum, vocare ruffam, latam, extensam. Sic ergo, *venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne salui fiant.* Luc. 8 vers. 12. hoc est, tollit veram fidem, eiusque confessionem, quia diuinos ambit honores (*vide D. Augustin. libr. 10. de ciuitat. Dei, cap. 20. & lib. 20. contra Faust. cap. 22.*) Ideo cogit *primum* baptismo renunciare, quo quis verò Deo fuit initiatus. Quare & Hippolytus Martyr. *libr. de consumm. mundi*, scribit coacturum dæmonem, vt dicant: *Nego creatorem cœli & terræ, nego baptisma, nego adorationem Deo à me præstari solitam: tibi adhæresco, in te credo.* Ideo vnguem illis dæmon in frontem inijcit, fingens se chrisma abradere, & baptismi characterem delere: *Secundò*, ficte quoque illos nouo tingit lauacro baptismatis, non ignorabat hoc Tertull. *lib. de baptism. Hic quoque studium* (inquit) *Diaboli recognoscimus, res, Dei æmulantis, cum & ipse baptismū in suis exerceat.* Ideò *tertiò*, negato priore nomine, nouum illis inditur: (vt Rouerensis *Cuno*, *Barbicapra* vocatus fuit) nonne cognoscis figuram huius rei in præclaris illis Satanæ membris? Ægypt. Pharao Ioseph nomen mutat *Genes.* 45. Sed S. S. eo illum nomine nunquam compellat. Nabuchodonozor alia imponit nomina Danieli & socijs (*Dan.* 3.) sed Daniel semper se Danielem vocat, & tres illi in ipso clybano flammante, *Benedicite*, canunt, *Anania, Azaria, Misael Domino*: hoc dicentes nimirum, tui ô Deus non Regis terreni milites sumus. tibi, non tyranno, nomen dedimus. Abnegare *quartò* patrinis & matrinis cogit, tam baptismi, quam confirmationis, & nouos illis alios assignat, quia susceptores isti, sunt quasi fidei sponsores, & tenentur, quod credendum, spirituales filios suos docere. *Quintò* dant diabolo scrutum aliquod vestimenti, quia Diabolus patrem rerum singularum sibi studet vindicare; ex spiritualibus gratiæ bonis, fidem ac baptismum; ex bonis corporis, sanguinem, vt in sacris Baal. 3. *Reg.* 18. ex bonis naturæ, filias, vt suo loco ostendetur; ex bonis fortunæ, fragmentum vestis. fors, an quia Regi soliti substernere vestimenta, in Dominij agnitionem? 4. *Reg.* 9. *Matt.* 21. *Sextò*, iusiurandum dæmoni præstant super circulo in terram sculpto. An, quia circulus expers principij & finis, symbolum est diuinitatis; & terra, scabellum Dei? sic certè vellet eos credere, eum esse Dominum cœli & terræ. An quia circulus contrariam; eò quod omni caret angulo; habet figuram crucis, quæ valdè angulosa? certè hanc odit vehementer, in qua se triumphatum meminit & mæret. & ideò amat figuram contrariam. inuenias inter magica sigilla crucem in medio circulo locatam, quasi captiuã: quod sigillum (vt Gregor. Theologus *contra Iulianum scribens* significat) ille magicis addictissimus apostata sic interpretabatur, vt præsumeret signum crucis calcandum & abolendum planè breui. *Septimo*, petunt à dæmone se deleri *de libro vitæ*, & inscribi *in libro mortis*; & sic legimus Auinionenses Magos inscriptos libr. negerrimo. *Octauo*; pollicentur sacrificia, vt illi Mantēses, de quibus paulò antè sum locutus, & quædam striges promittunt, se singulis mensibus, vel quindenis, vnũ infantulum strigando (h. e. exsugendo) occisuras. *sic Spinæus qu. de strigib. c. 2. Nonò*, quotannis aliquid suis magistellis dæmonibus pendere tenentur, vt vel

Michael Pneumalog. schol 4.

Michael Pneumalog. schol 4.

plagarum

plagarum metum, vel earum, quibus ex pacto sunt obnoxij præstationum, redimant vexationem: nec legitimum est aliquid, nisi sit atri coloris. *multò hoc probat Nicol. Remigius lib. 1. dæmonolatr. c. 11.*

Decimò, corporis alicui parti, modo huic, modò illi, (frequentius latentibus) stigma seu characterem suum, velut de lapide emptis mancipijs fugitiuis, solet imprimere: quod est insensile etiam acu perforatum. Non miraberis, si recorderis Antichristum vltimis temporibus signum bestiæ (*Diaboli*) impressurum manui, vel fronti suorum partiariorum, vt in reuelatione suâ D. Ioannes testatur, *Apoc. 13. v. 16.* quod litterali sensu de vero charactere seu signo bestiæ accipiendum, cum Primasio & Ansberto *in Apocal.* & D. Hippolyto, *dict. lib. de consummat. mundi.* Quod dæmon iam ab initio mundi facere consueuit. Amat enim nequissimus Deum imitari; qui in veteri Testamento suos signo circumcisionis, in nouo autem signat signo crucis, quod circumcisionis successisse volunt signo Nazianzenus & Hieronymus. Sic etiam Diabolus ab incunabulis Ecclesiæ hæreticos illos, qui Magicis simul impliciti, certa insigniuit notâ. Auctores sunt grauissimi, qui docent. Irenæus, cùm tradidisset, *a Carpocratianos artes magicas, & incantationes operari, philtra quoque, & charitesia, & paredros oniropompos, & reliquas malignationes, dicentes se potestatem habere ad dominandum* * *etiam principibus & fabricationibus mundi huius*; subdit de signo iniusto his verbis: *Alij vero ex ipsis signant cauterizantes suos discipulos in posterioribus partibus extantiæ dextræ auris.*] Solitus alios dæmon signare in fronte, vt indicat Tertullianus *b* sic

a li. 1. c. 24.

* malè vulgo iã.

b l. de præscript. ad-

A

B

C

D

E

scribens; *A diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur. Tingit & ipse quosdam, vtique credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro repromittit: & sic adhuc initiat Mithræ: signat adhuc in frontibus milites suos.* Quos? vtique Basilidianos qui Abraxan colebant: Abraxas enim idem qui Mithra, teste Diuo Hieronymo, *c* tam vetus ergo origo huius stigmatis, de quo aliàs plura. *d Vndecimo*, sic signati promittunt complura nostrorum Gentium Orgijs simillima; nunquam se Eucharistiam adoraturos; iniurios se perpetuò ac contumelioſos in B. Virginem, sanctosque reliquos, futuros, non verbis tantum, sed & factis: conculcaturos enim, conspurcaturos, & confracturos, quasuis sanctorum reliquias ac imagines signo crucis, aquâ lustrali, sale benedicto, cereis & reliquis, ab Ecclesiâ benedictis, consecratisue se abstenturos: confessionem peccatorum integram se nunquam manifestaturos sacerdoti, istudque commercium cum dæmone pertinaci silentio obscuraturos: statis diebus, ad conuentus, si queant, aduolaturos; & quæ illic peragenda, non segniter obituros; denique, quotquot poterunt, dæmonis seruitio adiuncturos. Vicissim Diabolus pollicetur, se illis semper præsto futurum, se in hoc mundo, votis eorum satisfacturum: se post mortem, illos beaturum. Ex his pactis non nascitur obligatio mutua: sed dispar admodùm est conditio pacisscentium; homines enim se morti æternæ addicunt, & per peccatum vera DIABOLI mancipia efficiuntur; dæmoniacæque donec ad DEI gratiam iterum

uer. hæret post med.

c l. 1. comment. in Hamos.

d inf. q. 19 vide Remio *d* lib. 1. dæmonolatr. cap. 5. Nider. lib 5. Formicarij Sprenger. & alios.

perueniant, subijciuntur teterrimæ seruituti: veruntamen hominibus hoc pacto nihil iuris, vel virium, in dæmonem acquiritur: nihil etiam facultatis in signa, quibus ex condicto vtendum commigrat: cogi se simulat versipellis, & sponte perficit, quicquid Magica ista profitetur.

In his tribus pactis lethale peccatum grauissimum intercedit idololatriæ quia cultus idololatriæ expresè creaturis exhibetur. Quod si ex animo fidem Magi abijciant, sunt etiam apostatæ: si vero non totam fidem abijciant, duntaxat credentes hunc diabolo cultum deberi, vel diabolum ea posse, quæ fides Catholica negat posse, sunt hæretici: sin hæc omnia fictè faciant, nec apostatæ, nec hæretici sunt, peccant tamen mortaliter & grauissimè; quia sponte faciunt actum idololatricum. etenim si à dæmone compulsi ex graui timore id fecerint, (vt aliquando contingit *e*) committunt peccatum mortale minùs graue, contra fidei confessionem. In his pactis expressis dignoscendis manifesta ex solemnijs indicia deprehenduntur. Quæ quia Grillandus clarè admodum prosecutus fuit, & quæ dixi, optimè confirmauit ex confessione vnius Strigis, eius verba ex quæst. 7. non pigebit ascribere; *Quæ quidem mulier sub spe vitæ cuncta à principio vsque ad finem recensuit, quæ professio ipsa requirit, exprimendo omnia singula illius capitula. Primum enim dixit, quod quando adducta fuit per illam eius Magistram ante tribunal Principis earum, qui est Diabolus in forma Regia præsidens in solio Maiestatis; instructa prius à magistra quid factura erat, venit & oportuit primo abnegare Baptismum, & omnia Christianæ fidei documenta relinquere:* (En Apostasia) *deinde Ecclesiastica sacramenta cuncta proijcere, pedibusque propijs conculcare crucem & imagines B. Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum:* (en sacrilegium) *quamuis hæc vltima non fiunt coram eo, sed alibi postea: satis est, quod ista promittant se facturas, quamprimum cedet occasio.* (en professionem.) *Deinde fecit obligationem per solemnem stipulationem in manibus ipsius Principis, qua vouit & promisit, quod perpetuò illi erit fidelis, & obediens, & omnibus eius mandatis parebit.* (En votum) *Deinde medio iureiurando, tactis scripturis, super quodam magno libro, obscuras paginas continente, præstitit homagium siue perpetuum vassallagium* (en homagium) *& quod nunquam redibit ad fidem* CHRISTI, *nec diuina præcepta seruabit; sed solum ea, quæ per ipsum Principem erunt decernenda, & quod perpetuis futuris temporibus erit obediens illi, & veniet continuè, cum vocata fuerit ad ludos & congregationes nocturnas, & quæ in eis per alias mulieres fiunt, ipsa faciet, & quod etiam aderit sacrificijs illorum nocturnis, & solitas preces & cultum adorationis præstabit:* (en idolomaniam) *vota quæcunque, quæ ipsam præstare contigerit, pro viribus adimplebit, & quoscunque poterit alios ad eandem professionem adducet* (en dogmatisationem.) E *conuerso autem ipse Princeps, egregia fronte, promisit eidem mulieri sic præsenti præstare perpetuam felicitatem.* * *grandia, immensa, & voluptates, quascunque in hoc mundo habere desiderauerit, & demum post hanc vitam longè maiora munera consequeretur.*] Hæc ille. Addebat Ioann. de Vaulx Stabulensis sortiarius, persuasisse sibi diabolum, sortiarios post hanc vitam, dæmonibus similes futuros, & in dæmonas conuertendos, & in aëre

principa-

*Vide Remigium b. 1. dæmonolat. c. 1.

* Scrib. gaudia immensa.

principatum obtenturos. Quæ facilè quisque intelligit in Origenica ludibria recidere.

Pactum tacitum duplex est. *primum*, quando quis sciens volens, superstitiosis vtitur signis, quibus vti solent magi, quæ quidem ex libris aut sermonibus eorum vel aliorum acceperit: hoc quoque mortale est crimen. nec enim vllo modo licet scienter vllam directè vel indirectè cum prauis spiritibus societatem inire, vt Theologi & Canonistæ *b* sentiunt. Si quis autem remedium aliquod naturale ex magorum libris vel sermonibus accepisset, & ab omni pacto foret alienus: ille licitè tali remedio vteretur. Istud pacti genus facilè dignoscitur. *Secundum pacti taciti genus est*, quando quis ignorans vtitur magicis signis, quia nescit esse mala à dæmone instituta: quod illis solet accidere, qui bonâ fide libros legunt superstitiosos, putantes eos esse probatorum philosophorum, aut medicorum: item ijs qui accipiunt ea ab hominibus, vulgò habitis bonis & fidelibus. Hoc in idiotis vel nullum vel leuissimum est peccatum, si duæ conditiones accedant. Prima est, si ignorantia sit probabilis, v.g. eorum qui hoc scire non tenentur, quo ad eos qui scire tenebantur, vt Ecclesiæ pastores, confessarij, concionatores & Doctores: ij vt plurimum laborant supinâ & crassâ ignorantiâ: adhuc tamen istorum peccatum minùs est graue, quam eorum qui scienter ista designant.

Secunda conditio est, vt ignorans ista, paratus sit, quãdo admonitus fuerit huiusmodi superstitionem relinquere. quia post admonitionem deficit ignorantia, & oritur contumacia. pro cuius grauitate, delicti magnitudo crescit. Hoc pactum vltimum discernere à naturali vel miraculoso effectu, difficillimum est. Qua de re dicam sequenti quæstione.

Interea, si quæras: *Quid dæmonem inducat ad pactum, & obsequium, seu patientiam huiusmodi?* Videtur esse quædam similitudo malitiæ maleficorum & dæmonis, quæ amicitiæ similem aliquam familiaritatem gignit: ex hac paulatim nascitur mutua confidentia: hæc gignit minoris in maiorem quandam præsumptionem, & audaciam, quasi imperandi; & in maiore, voluntatem aliquatenùs præstandi, quod à fœderato imperatur, Ita fit vt & maleficus dæmoni confidat, cui se putat imperare & dæmon simulet se imperium agnoscere. hoc fusè & bene ostendit Abb. Tritthem. *quæst. 3. lib. octo quæstionum*: sed in eo dissentio, quod ille putat dæmonem velle suis mancipijs gratificari obediendo, quo velit pacto, qui odit eos acerbissime? facit potius, vt fortius & arctius irretiat, deuinciat, & perdat certius, celeriusque.

Denique illud maximè animaduertendum, grauissimum esse peccatum pacto vllo dæmonibus fœderari, vt docui olim in Monitis: nunc hic tantũ inferam, & addam alia multa, quæ cũ alij, tum Sebast. Michaelis grauissime scripsit *Pneumalogiæ capite septimo*, contra eos disputans, qui Magos excusant, si nocumentum alijs non inferant: eo quod tales Patronomagi contendant, nihil esse mali, vti dæmoniorum opera ad bonum; præsertim ijs imperãdo: quid & Christum & Apostolos fecisse legamus.

Ipse contra & iure optimo affirmat, summum esse malum, sic argumentari, & signum esse animi prorsus infatuati, & Deum contemnentis: iuxta illud, *Impius cum in profundum* (peccati)

b D. Aug. lib. 2. de Genes. ad lit. c. pen. & canones ferme omnes 26 q. 5.

venerit contemnit. Pro. 18. v. 3. Sic enim omnia illum subsannare. Si quis timendas dicat inferni pœnas, & damnandos in perpetuum impœnitentes, ridet, & negat adeò metuendum Auernum, Deum nolle mortem peccatoris, non creasse hominem vt pereat, &c. hos sane (Theodoreto iudice) ipsis dæmonibus esse deteriores. quia *dæmones credunt & contremiscunt*, isti nec credunt, nec contremiscunt. deteriores etiam sunt hæreticis. nam hæreticorum coryphæus Arius à D. Athanasio interrogatus, quid censeret? eumne qui Satanam adoret, recte an male facere? respondit, impium hunc & sine Deo esse, nec communem sensum habere, nec mereri hominis appellationem. *D. Athanas. in disp. in Con. Niceno*: Quod à mendaci dictum verissime, & in Sortiarios accommodate. nam hi Satanam adorant.

Sed Christus & Apostoli Satanæ imperarunt, quid ab eo fieri vellent iubentes. Cur non & nos possumus? Dicere possem, non quæcunque à Sanctis aut Deo fiunt nobis licet imitari. Nam in rebus diuinis, quædam sunt credenda, vt incarnatio, transsubstantiatio, Trinitas, purgatorium, & similia quædam admiratione honoranda, vt Christi domini, & sanctorum hominum miracula, quædam etiam imitanda, vt quæ ad morum & vitæ institutionem pertinent, quæ Christus discere nos iussit, vt mansuetudo, humilitas, charitas: de quibus illud est Apostolicum, *imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Velle in illis prodigiosis effectibus imitari, est animi prorsus superbi, & stulti, & volentis ambientisq; Dei similitudinem in omnipotentia, aut omni scientia. tales imitantur Diabolũ, qui similis esse voluit altissimo, dum per imperium, sicuti Christus, volunt dæmonas cogere: tales, dum arcana & futura ex eis discere volunt, similes sunt protoplastis, qui scientiam diuinæ similem appetierunt. Hoc vetuit Deus, quando dixit: *gloriam meam alteri non dabo*: ego vero corde, tales inquiunt, etiamsi nolis, eam mihi vsurpabo. Vtebantur quidem prisci Christiani imperio in dæmones. (vt ait Tertullianus) *non imitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione.* Ideo respondeo, hos qui pactum habent cum dæmonibus, non modo non imitari Dominum & Apostolos, sed plane contrarium facere, nam illi non aduocabant, nec consulebant dæmones, nec eorum opera vtebantur: sed eos increpabant, pellebant, torquebant, etiam vera loquentes obmutescere iubebant, nec aliter quam infensissimos hostes tractabant, quos aduersarios nostros esse, & sicut rugientes leones circuire, quærentes quam deuorent animam, sciebant. Posuit Deus ab initio mundi inimicitias inter hominem & diabolum. *Genes. 3. v. 15.* isti fœdus ineunt cum Dei inimico & iurato hoste. Iob postquam multa de dæmonis malitia dixisset. *ca. 40. v. 27.* concludit: *Memento belli: nec vltra addas loqui.* quasi dicat, ne frustra tibi de inducijs aut pace cum illo percussa glorieris vel blandiaris, caue, & sta prãsus paratus, vt in procinctu, signum prælij exspectans. Bellum Deus, vt Pater patratus, indixit: inter Deum & Diabolũ perpetuum est bellum, nam *superbia eorum qui Deum oderunt, ascendit semper*: & Diabolus *Satan*, h. e. aduersarius ideo nominatur, quare nos, qui vasalli sumus Dei, non possumus cum hoste eius depacisci, inducias, aut commercium habere. Clamat Apostolus. *Nolo socios vos fieri dæmoniorum.* 1. Cor. 10.

v. 21.

v.21. Hoc in baptismo promisimus Sacramento adacti, nomine Ecclesiæ rogante Sacerdote, & patrinis pro nobis respondentibus, iterum atque iterum: *Nos abrenunciare Satanæ* (aduersario) *& pompis eius.* Data est potestas Christianis calcandi serpentes: & D. Paul. pollicetur, *Deus conteret Satanam sub pedibus vestris*: cui eius pedibus aduoluuntur? In nomine *Christi* miracula faciendi, & dæmones eijciendi virtus, Ecclesiæ repromissa, cur ad nomen & inuocationem Beelzebub confugiunt? Cum itaque hoc bellum initio mundi conditi indictum, & initio Ecclesiæ Christianæ turba Apostolica renouatum: & à nobis cum in Ecclesia fuimus regenerati, iureiurando votiuo sit promissum: nonne sequitur, eum qui cum Ecclesiæ & Dei aduersarijs pactum vllum, vel familiaritatem colat, perfidiæ, transfugij, & apostasiæ reum non minus esse: quam si monachus votiuam deserat professionem, quam si miles ad hostem transfugiat: quam si Christianus ad Mahumetismum, Iudaismum, aut aliam hæresim se recipiat.

Quæ omnia contra primum præceptum sunt peccata: & ideò grauissima rito censetur. Illud enim vt ordine, sic & dignitate primum est. Nam, ratione obiecti, digniora sunt primæ tabulæ præcepta præceptis secundæ tabulæ: & inter tria primæ tabulæ, præcipuum est primum præceptum. Tertium enim potissimum agit de cultu Dei externo: secundum de verbis exhibendo honore: primum de amore & fidelitate interna Deo præstanda & virtute religionis, seu Theosebias, seu Latriæ. Quare cum hæc virtus Deo sit omnium acceptissima, contrarium quoque vitium eidem oportet esse maxime odiosum: & ideo huic primo præcepto à Deo addita fuit pœna: quando testatur se fortem & zelotem esse, & hoc peccatum vsque in tertiam & quartam generationem vlturum, & eius præcepti transgressores vocat osores sui. *Exod.* 20. *v.* 5. Tam ergo graue peccatum est cum dæmone paciſci.

Præterea talia pacta sunt vana & inania: nam dæmon nunquam fidem seruat, nec vllo promisso se ligari putat. Qui *Christo* ausus mentiri, cum dixit: *Hæc omnia dabo tibi, si procidens adoraueris me*: scilicet te reuerebitur. Cypriano Mago nonne pollicitus alius Iustinæ fruitionem: quid præstitit? A mendacij patre veritatem expectare, quam dementia est? nonne *Iesus* ait de illo? *non est veritas in eo, cum loquitur mendacium ex propris loquitur: quia mendax est, & pater eius. Io.* 8. *v.* 44. frustra ergo cum illo paciscēris: qui ex mendacio & perfidia conflatus est. credelli: si, quem nunquam deceperit, vllum inuenias: Prudenter Orig. *lib.* 8. *contra* Cels. scribit, *probabile est dæmones, cum sint mali, ne cultoribus quidem suis fidem, data amq; dexteram seruaturos.* Immo non probabile id tantum, sed prorsus improbabile seruaturos. nam mendaces sunt, & homines irreconciabili odio prosequuntur, quod à lapsus sui tempore nunquam remiserunt, nec vnquā minuent vel remittēt. Si Deus permitteret: cito illi mortales omnes interimerent: quod quia vident sibi non licere, ideo assidue hominibus animæ mortē moliuntur, per varias & multiplices peccandi illecebras: ne qua, ipsi beatitudine excidere, homines patiātur. Odij magnitudo patet ex vehemētia & acerbitate cruciatuū, ac vexationū quas intulere, quotiescūque tantillū Deus permisit, Iobo, Saræ, maritis, D. Antonio & alijs innumeris. Pertina-

ciam odij docet Iob: c. 41. v. 15. dicens, *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* & Seruator noster Ioan. 8. v. 44. ex operibus filiorum patris genium declarat: *vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: & ille homicida erat ab initio*: quibus verbis indicat hunc eius esse perpetuum conatum: ad hoc cum nequit vi aperta, grassatur dolis, & beneuolentiæ simulatione, vt præclare docet B. Athanas. *ad Aegypti & Lybiæ Episcopos scribens contra Arium orat. 1. in principio.* Stulti ergo sunt, qui ei fidunt, & immemores eius, quid Spiritus sanctus per eundem Iob. c. 40. à v. 22. nos admonuit, impossibile esse superbiæ illi vertici, se cuiquam subijcere, *Numquid* (ait) *multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?* ex animo scilicet & fide bona, vt tibi complaceat. *Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum quasi seruum sempiternum?* finget & pollicebitur, sed non præstabit promissa. Indicat ergo hæc ἀδύνατα censenda. Nullis enim vinculis eum à nobis ligari, nullis cancellis includi posse: *Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?* Scilicet parebit homini, qui maluit carere beatitudine æterna, quam parere Deo, & Verbum hominem factum adorare.

Denique non vana tantum & inania sunt hæc pacta & familiaritas cum dæmone: sed periculosa & pernicioſa supra modum. Ait D. Leo, beneficia Dæmonum cunctis esse nocentiora vulneribus, & præstare illorum odium quam pacem meruisse. *hom. 19. de Passione Domini.* Confirmat ratio, quia nihil exitialius est morte animæ: hanc his pactis & familiaritate incurrunt, nec animæ tantum, sed & corporis læ-

A

B

C

D

E

penumero. Vno id nunc exemplo docebo, alias pluribus. Nicolaus Remigius *libro primo, Dæmonolatriæ capite nono*, his verbis describit. *Theodorus Maillotius (is prætoratum in vasti regni prouincia, quæ ditionis est Lotharingicæ senex obtinuit) cum adhuc iuuenis, amplissima familia natam adolescentulam in matrimonium deperiret, & illi eius potiundæ spes omnis esset abscissa atque erepta, (nam & fortuna egens atque humilis, atque famulatus mercenaria conditione, in qua tum erat ignobilis & despicatus, nullam ne detegendi quidem amoris sui honestam satisrationem videbat.] Ergo, vt desperatis rebus, & ipsa se iam deserente exspectatione, homines ad quoduis consilium se facile conuertunt, ac nullo delectu fugienda sequendaue amplectuntur: Maillotius conseruum ex Germania, cui audiuerat dæmonem esse ad quæcunque obsequia paratissimum, adit, huicque suam agritudinem aperit, rogans, vt si quod ei remedium adferre posset, id ne grauate faceret. ingrato enim non iri locatum beneficium. Hanc Germanus occasionem libens arripit, vt cui ex pacto intra dies paucos necesse erat, vel se suo dæmone liberare, atque expedire adducto alio, qui istud seu as alienum in se transcriberet, vel ab eo obtorta ceruice necari atque interfici (siquidem hæc ei pacto lex addita fuerat.) Agendo itaque ei negocio consequenti diei diluculum in clauso atque recondito quodam conclaui condicit: vbi vix dum se stiterant, cum repente patefactis foribus se infert lepida & liberali forma puella (hoc habitu dæmon primum se ostendere volebat, ne Maillotius ad formidabilem eius aspectum exhorresceret) eamque se esse prædicat, quæ illi nuptias quas tantopere ambiebat, faciles esset confectura, modo vellet in ijs quæ esset præceptura obsequi.*

Ac illo auidè attenteque exſpectanti, quænam eius eſſet ſententia: inprimis cæpit edicere, vt furtis, crapulis, libidinibus, blaſphemia, cæteriſque quæ animum inquinant vitijs temperaret, pietatem coleret, inopes facultatibus ſubleuaret, ſeipſum in hebdomada bis ieiunio maceraret, ſolemnes ac quotidianas precationes ne intermitteret; eaque ſedulo obiret omnia, quæ Chriſtianum hominem decet atque equum eſt facere. Iſtis enim omnibus, ſi ſe vellet nuncupatis verbis obſtringere, futurum vt potitus thalamis ſine vlla difficultate potiretur. Hæcque ſic elocuta, ac conſtituto intra quem reſponſum auferret die, ſe foras eiecit. Maillotius qui videret tam ſanctis atque honeſtis conditionibus tantum ſibi beneficium obtendi, iam nihil cunctandum putabat, quin id gratus ac lubens acciperet. Sed dum magis magiſque in eam rem cogitationem intendit, atque huc illuc variè inter ſpem metumque impellitur; ex eius vultu domeſticus quidam Sacerdos coniiciens aliquid ſubeſſe, quo ſic diſtraheretur; eum blandè adortus, ac quid animo agitaret expiſcatus, monitis ſuis peruicit, ne amplius ad colloquium vllum cum dæmone deſcenderet. Sicque fruſtratus ſua exſpectatione Germanus, non longè abijt, quin ex pacti formula pœnas penderet. Nam non adeò multis poſt diebus, equo plana atque aperta via decidens, inque caput proruens exanimis momento temporis repertus eſt.] Hæc Remigius.

QVÆSTIO V.

Quibus indicijs diſcernendi effectus Magiæ ex pacto conuento, ab effectibus Phyſicis, & miraculoſis, & artificioſis?

VBI nec miraculi, nec naturæ vis, nec artificij ſolertia inuenitur, pactum intercedit. Sed hoc nimis obſcurè ac breuiter dictum, conſueuere Theologi latius explicare. *a* Ad dæmoniacam magiam pertinere, primò ſi opera naturalem facultatem excedunt. quod locum habet, ſi poſitiue concludatur res adhibita non habere vim ſufficientem ad hunc effectum: nec etiam rationabilis cauſa ſuppetat, cur Deo vel Angelis bonis effectus aſcribatur. Vult Valentia ad hanc notam reduci defectum ex nimia loci diſtantia. quia conſtat cauſam diſtantem non poſſe agere, niſi per medij alterationem: vnde ſi eadem cauſa non ageret proxime vel propius applicata, quæ tamen agit in diſtans, euidens videtur ei, hoc naturaliter non fieri. Aliud fore dicit, ſi ſapiens duntaxat, profiteretur ſe cauſam ignorare, nam rerum naturalium vires & analogia cum effectu ſæpius nos latent. Aliud etiam foret, mea ſententia, ſi diſſenſio foret inter ſapientes, num id naturaliter fieri poſsit necne; verbi gratia, ſi ageretur de effectu producto in re parùm diſtanti: dubium enim eſt, vtrum res aliqua poſſit agere immediatè in paſſum à ſe diſtans nihil in medium operando; & vtrum agens ac patiens res neceſſariò debeant eſſe contiguæ, ſimul ſecundum contactum, quem vocant quantitatiuum; an vero ſufficiat ſe contingere tactu virtuali (quem appellant) eo quod paſſum ſuum ſit intra ſpatium illud, ad quod ſe vis agentis poteſt extendere. licet enim ſententia negans D. Thomæ pluribus ſit, & probabilior; affirmans tamen rationibus nititur probabilibus admodum, & grauiſsimis viris placuit *b*.

Secundò, cenſent Theologi ijdem, ad dæmoniacam Magiam pertinere tria quoque alia vitia, primum eſt, ſi adhibean-

a Caiet. in ſumm. verbo incantatio. Victoria de Magia num. 16. Valentia diſt. 6. q. 12. punct. 2. in 2 2. Diu. Th.

b Scoto & Ocamo in 1. diſt. 37. Auicenn. Nyph.

Franc. Valesio & alijs.

adhibeantur verba ignota, falsa, apocripha; absurda, nihil cohærentia, aut sacra, sed detorta ad sensus alienos, aut ad quem non sunt instituta: vel si aliqua nomina Dei incognitæ significationis, vel etiam bonorum Angelorum ignota, vel malorum Angelorum nomina inserantur, quæ non nouit Ecclesia, de quibus pereruditè disseruit Guilhelmus Parisiensis. [a] idem erit, si adhibeantur certi characteres, aut figuræ aliæ, præter signum crucis, vel ipsa crux non vt oportet locata, formataque, vel vbi non oportet posita, vel superfluè certis locis ac numero iterata: denique si quid apponatur aliud, nihil pertinens ad effectum, qui tali operatione intenditur. Secundum est, quando efficacitas operis tribuitur certis ritibus atque obseruantijs quibusdam peculiaribus, & ad hoc designatis verbi gratia, vt id fiat certis diebus vel horis, ad certum stellarum situm sub certo numero cruciũ vel candelarum, certa corporis positura, in tali charta, talis coloris & figuræ. Tertium est, quando vis collocatur in obseruantijs alijs planè superfluis & indifferentibus, v. g. vt ad expellendum dæmonem pili radantur, vt quis induatur tela nunquam lota, operetur vno pede nudo, discinctus, passo capillo, & quæ huiusmodi.

[a] Sum. de vniuerso cap. vlt.

Quando dicitur his omnibus, vel aliquo istorum opus esse ad effectionẽ, res meritò plusquam suspecta est; præsertim cum duo concurrunt, scilicet, quod credatur res non esse proportionata ad effectum producendum; nec adhibeatur ex legitima auctoritate: hoc est, quando is, qui instituit vel præscripsit hanc rem, vt signum ad talem effectum, non poterat naturæ defectum supplere: (quod facit in Sacramentis Deus, in Sacramentalibus Ecclesia) item quando ipse effectus non potest prouenire, nisi à causa intellectu prædita, & circumstantia requisita eius generis est, vt non videatur idonea, vel non solita mouere Deum, vel angelos ad effectum producendum: tunc enim luce clarius est, non nisi à malo spiritu effectum sperari posse. v. g. Si quis à statua responsum postulans de rebus occultis, minas vel preces absurdas & ridiculas adhiberet, quales sunt Magorum apud Porphyrium, [d] & ijs gemma Lachesis apud Cl. Claudianum [e] illarum fortasis imitatione confictæ.

[d] Epist. ad Anebonẽ de raptu Proserpinæ lib. 1.

E contra quando huiusmodi effectus miri consequuntur à quocunque, & quotiescunque hoc applicatur, sine alijs cæremonijs vel obseruationibus meritò iudicamus effectum esse naturalem. Sedulò cauendum hic duplex extremum, alterum ne in hac disquisitione temere statim censeamus omnes effectus naturales; quia multoties dæmon quædam naturalia admiscet, vt totum naturale putetur: alterum ne temere condemnemus, multarum enim (vt D. August. docet [f]) rerum naturæ nostram scientiam superant & fallunt.

[f] lib. 21. ciu. Dei c. 4.

Artificialia discerni possunt minimo negotio, si vel magistratui (ad hunc pertinet in exteriori foro examinare, & publicum licentiæ testimonium his mirionibus dare vel confessario, quo ad forum internum, occultè fiat artis demonstratio.

(***)

QVÆSTIO VI.

An hæc Magia quosdam habeat effectus veros, & quo pacto dignoscantur.

PEpo sit, non homo, qui vel asserat omnes effectus esse præstigiatorios, vel credat omnes veros. sæpius dæmon fallit, quia mendacij pater est: ideo sæpe perstringit oculos, aut sensibus alijs illudit vana obiecta imagine. nec rarò Deus impedit, ne quod in Magorum gratiã facere vellet, ac posset, id verè faciat: quod cum cernit; ad præstigias confugit, ne impotentia ipsius detegatur. Quando autem & Deus permittit, & dæmon verum vult effectum producere; si is vires ipsius non superet, nihil profecto prohibet, quominus verum effectum producat. Etenim causæ naturales verum effectum gignunt: vti illis potest diabolus & actiua passiuis applicare: poterit igitur tum effectus veros producere. Minor propositio probatur; quia diuino Dionysio Athenienſi auctore *d* donorum naturalium peccando ille nullum amisit: vnde fit, vt & vires naturales habeat valentissimas, diuturnam & multiplicem experientiam; essentiæ & qualitatum, quæ rebus quibuslibet peculiares, scientiam exactam: adeò vt verè effectum, quod cupit, dare possit commodissimè.

Prudenter itaque communis schola Theologorum *e* duplices effectus Magiæ; veros, & apparentes agnoscit. Propter hos Tertullianus *f* Magos appellat circulatores ac Sophistas. Ego illis tertiam speciem adiungo, mixtorum effectuum ex veris & falsis, siue apparentibus tantum.

Ad præstigiatorios refero, quos recensui lib. 1. cap. 4. item illud, quod de Menippo adolescente & toto illo nuptiarum cum Lamia apparatu atque vtensilibus scriptum à Philostrato, quod quod fuit à nobis *a* alibi commemoratum: & quod de Empusa seu γέλλῳ Nicephorus, *b* eam sæpe infantem Mauritium è cubili, velut mox deuoraturam extulisse, nullo accepto incommodo. Secundò, quod de Pasete proditum, incantamentis quibusdam facere solitum, vt repente conuiuium sumptuosum exhiberi videretur: rursus, vbi libuisset, omnia euanescerent; solitum quoque res emere, & pretium numerare, verùm mox nummi clam à venditore ad emptorem redisse cernebantur: *c* Tertio talia pleraque quæ de Simone Mago legimus apud D. Clementem *d* Romanum, eum ex aëre nouum hominem creasse; quib. volebat, inuisibilem factum; saxa, quasi lutum, penetrasse; statuas animasse; in igne positum non arsisse; duas, velut Ianum facies habentem se ostendisse; in ouem aut capram se immutasse; in aërem sublatum volasse; aurum plurimum exhibuisse repentè; reges facere eosque deijcere potuisse; falci præcepisse, vt ipsa iret & meteret, eamque iuisse & decuplo plus cæteris messuisse; eundem, cum esset aliquando Selene meretrix in turre quadam, & accurrisset multitudo ingens ad eam videndam, turrimq; circumcinxisset adstantium corona, fecisse vt illa per cunctas fenestras turris illius omni simul populo prospicere & procumbere videretur; deniq; quod pueri incorrupti violenter necati animam adiuramentis euocasset, eiusque adiutorio talia patraret. Hæc Clemens. Addit nonnulla Anastasius Nicenus, *e* *Statuas* (inquit) *faciebat ambulare, & in igne volutatus non vrebatur, & in aere volabat, & ex lapidibus panes faciebat: serpens fiebat, & in aliquas alias be-*

a Quodlibet de Lamijs, quæ edita cum aduersar. in Senecã *b* l. 18. hist c. 9.
c Suidas ex Appione, in verbo πατὴρ
d l. 2. recognitiõ. & l. 6. cõstit. Apost
e qu. 23. in sac. Scrip.

stias transformabatur: duas habebat facies, in aurum conuertebatur, in conuiuijs exhibebat spectra omnis generis: vasa quæ erant in adibus faciebat videri tanquam quæ sua sponte mouerentur ad ministerium ijs, qui portabant, non visu efficiebat, vt multæ vmbræ eum præcederent, quas dicebat esse animas defunctorum. ab his desumpta, quæ in eandem sententiam refert Glycas *f* Historicus. Quartò huc spectat illud Nicetæ Choniatæ *g* de Mago, per quem factum, vt cuncta sua vasa remex frangeret. Quintò loco memoriæ occurrũt præstigiæ Zijtonius Bohemi (de quo etiam acturi sumus sequent. libri capite vltimo) *hic artem suam ostentans, nunc sua, nunc aliena facie staturaque, item in purpura & serico ac confestim in lana ac panno sordido, regi se offerebat: ambulantiq; in terra, ipse tanquam in aqua adnauigabat: aliquoties equis rhedarijs vectum, gallis gallinaceis ad epiredium suum alligatis, subsequebatur. Conuiuas præterea Regis varie ludebat: interdum manus illorum, ne illas ad patinas porrigere valerent, in pedes boum, interdum in vngulas equorum transformans. Et aliquoties fronti illorum cornua ceruina latissima adijciens, quoties videlicet è fenestris ad subitum spectaculum prospicerent, ne rursus caput & ora ad mensam referre possent. Atque vt ostenderet se pecuniam quoque pro vsu suo facile conflare posse, triginta suos benè saginatos, ex manipulis fœni effingit, illosque pastum proximè Michaelis cuiusdam pistoris locupletis extrudit; proponitque venales, quo pistor voluit precio: hoc tantum emptorem monens, ne gregem nouum ad flumen locum compellat. Quaille monitione neglecta, cernit in flumine manipulos fluitare, suibus submersis. Ergo diu venditore quæsito, atque in taberna vinaria tandem reperto, in qua porrectis pedibus in scamno recubabat, dum stomachabundus altero pede correptum excitare vult, eum à corpore protinus cum coxendice auellit: clarè Zijtone quiritante, & obtorto collo emptorem ad Iudicem trahente. Quid faceret pistor, in manifesto deprehensus, vt sibi videbatur, facinore, nisi vt damnum damno adderet, atque de hac insuper iniuria cum Zijtone decideret?*] *Hactenus Duebranius libr. 23.* Denique iactatoria illa Magorum de quibusdam herbis, vt de verbenaca, de latace; de æthiopide, de chamaleonte apud Plinium & Gellium *h*

Talia denique quæ (proh dolor) nimis creduli Principes quidam, aliàs pij, coram se fieri sinebant, res ferreas (sine magnete) argenteas pateras & similia magni ponderis super mensâ locata, sine funiculo, capillo, vel vllo instrumento, ab vno extremo ad aliud subsultantia, attraheret: chartam ab alio ex toto fasciculo clam extractam, in manu extrahentis manentem, noua inducta forma ter facere immutari: specula fabricari, in quibus quæ remotis admodum locis fiunt videantur: trium horarum spacio arbusculam veram spitamæ longitudine è mensa facere, vt excrescat; vt arbores ibidem frondiferæ & fructiferæ subdito enascantur: certo lucernæ lumine accenso efficere, vt quotquot adsunt mulieres, vestibus se nudent, & quæ natura docet tegenda oculis obijciant, & sic nudæ tripudiare non desinant, quamdiu ardet in medio appensa lucerna certis insculpta characteribus, & leporino adipe plena, & alia in huiusmodi, quæ nouitij circulatores ex Baptistæ à Portâ scriptis & disciplina obtrudunt: quorum cum nec naturales, nec artificiosæ causæ idoniæ proferantur, præstigijs ascribi debent.

Verorum effectuum exempla sunt secundum plerosq; serpentum incantatio; de qua Propheta. *a Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut*

aspidis

f 2. ann. 1. lib. 4. de ita Emanuel. in fin

h vide Gellium. 10. c. 12. Plin. l. 25. 26. & 28.

a Psal. 27. vers. 6.

aspidis surdæ & obturantis aures suas: Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter : item signa & prodigia pseudoprophetarum in Euangelio Diui Matthæi *b* & quæ suis locis docebo posse fieri, & facta fuisse. Duo sunt in sacris literis, de quibus admodum ambigitur, an veri, an apparentes tantum effectus fuerint. Prius est de suscitato per Pythonissam Samuele *c*. illusorijs annumerant: qui volunt non ipsam Samuelis animam, sed dæmonem laruatum ac subditium aduenisse scriptores sane graues hoc arbitrati *d*. Verum D. Augustinus *libro de cura pro mortuis c. 15.* affirmanter asseuerat (quem plerique cum Tostato & Lyrano sequuntur Neoterici, alibi à me laudati) *e*, veram Samuelis animam apparuisse Sauli, non vi carminis Magici euocatam ? (hoc enim recte Tertullianus & sequaces eius refellunt) sed Dei imperio aduentantem vt impium Regem corriperet eũque ad pœnitentiam, denunciate mortis metu, prouocaret. Hæc mihi sententia videtur verior atque securior. Nondum enim aduersari satis efficaciter respondere clarissimo testimonio libri Syracidæ *f*, vbi de Samuele ista legimus, *Et post hoc dormiuit* (hoc est mortuus quieuit) *& notum fecit Regi* (cui, si non Sauli? & quando, si non hac vice?) *& ostendit illi finem vitæ suæ* (prædixit, eum die crastino moriturum) *& exaltauit vocem suam de terra in prophetia.* quid hoc est, nisi egressum ex inferno, qui est in terræ centro? quid hoc, nisi quod loquens propria voce prophetauit? vtiq; non alius, quã ille qui mortuus dormierat. Nec obstat, quod obijciunt, eum dicere, *Cras mecum eris*, quod de vera Samuelis anima dici non queat: quia hæc in limbo, Saul in inferno. quomodo mendacium tribuatur Prophetæ? non inquam hoc obstat. vel enim possunt illa verba (vt ait D. Augustinus *g*) ad similem mortis conditionem referri, quasi dicat, cras mecum eris, non vnus viuẽtium, sed vnus mortuorum. crastinus tibi dies vltimus illucescet. Vel sane, ad loci & habitationis viciniã referentes, dicere possumus: cum aliquo esse, qui in eadem est vrbe, licet non in eadem domo. Limbus vero Patrũ & locus gehennæ eiusdẽ inferni sunt diuersa habitacula, vt domus vnius oppidi. Plura de hac re dicentur postea hoc eodẽ libro *q. 26. sect. 4.*

Posterius dubium est, de Magis Ægyptijs, qui cum Moyse de miraculorum patratione certarunt. Sic enim scribitur: *Fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas, & arcana quædam similiter, proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones.* in alijs quoque multis postea *h* dicuntur, *similiter ac Moyses* fecisse *i*, conati tandem similiter ciniphes producere irrito conatu: nam additur *k*, *& facere potuerunt*. Defendi quidem potest sententia putantium hos Magorum serpentes ac ranas præstigiosas duntaxat fuisse *l*. Veruntamen solidior & probabilior mihi semper visa sententia cæterorum *m*, quia scripturæ magis consentanea, nec abhorrens à Philosophiæ scitis. Nõne dicuntur Magi, sic fecisse quemadmodum Moyses: sed iste veros serpentes, veras ranas produxit. Si Magorum apparentes tantum fuerunt, cur fraudem Moyses non detexit: an & illum in re tam graui Deus decipi passus: cur Magi dicuntur conati ciniphes, non potuisse: si veros ciniphes producere non conabantur. De modo huius productionis adhuc controuertitur, expeditior est ratio eorum *n*, qui diabolum, non aduertentibus spectatoribus,

b c. 24. v. 26. cr. Sã. 28. *d* Tert. li. de anima c. 57. Cyr. l. de ador. Spi. Anast. q. 37. in scrip. Auctor qu. à Gẽtilib. propositorum, qui falso dicitur Iust. mar. q. 57. Auctor li. 2. de mirabilibus S. Scrip. c. 2. & l. quæst. vet. & noui Testa. q. 27. qui libri non sũt D. August. ipse tamẽ Aug videtur huc inclinare in respõs. adqq Simplicia ni, & ad qq. bulcitij: pertever tenuit D Isi. Bas. li cap. 8. Is. Euch. Bed. & Hildeg. & Salisbe rienſ. 2. Poly. c. 27 & ãbigẽs nõ patum D. Tho. non vno loco. *e* Cõmẽt. in Here. Octæ ad v. 457. ad de Martini Marti. Hypoty. 1. 9. Reg. 2 & Alphõſ. Mendozã in Quod libet. *f* Eccleſia. 46. v. vl. 3 ad 3. qu. Simplic. *h* Exod. 7 v. 11. *i* v. 22. & Exo. 8. v 17. *k* d. c. 8. v 18. *l* Sic Phil l. 1. de vita Moyſis, Ioſep. l. 2 antiq. D. Iuſt. Dia. adu. Trip & auctor libri reſp. ad quæſt. Gentiliũ q. 26. ter. li. de anima c. 57. Hiero. & Ambr. in 2. Tim. 3. Procop. Rupert. R. ab Hugo in Exo *m* D. Aug l. 3. de Trinit. c. 7. & 8. & l. 85. quæſtionũ q. 79. Theodo. in Exo. q. 18. Glycæ p. 2. anna. D. Tho. Lyra, To. Burgenſ. & Caiet.

n Tosta. T. Caiet. Lipomani.

censent virgas subtraxisse & earum loco veros serpentes virgis mole æquales supposuisse, tam subito & subtiliter vt Ægyptij spectantes omnino crederent ipsarum virgarum sic commutatam formam fuisse. & propter hoc erroneum iudicium spectatorum, dixisse scripturam virgas in dracones conuersas, non rei veritate, sed hominum opinione. Quare volunt similitudiné in eo positam, quod sicut Moysis serpens verus, sic & veri fuerunt Magorum serpentes: non autem in eo, quod sicut ex virga Moysis tanquam termino ex quo cœpta conuersio, producti serpentes, vt terminus in quo desijt cõuersio: sic etiam virgis Magorum acciderit, scio cur hoc dicant, & quid adferant causæ, tamen (mea sententia) nihil repugnat Philosophiæ placitis, si cum D. Augustino & Caietano dixerimus, ex veris virgis, vt ex materia conuersionis, veros serpentes & ranas prodijsse. sunt hæc animalia insecta & de numero imperfectorum, quæ diabolus breui tẽpore ex putrefactis virgis potuit producere, neque id vires eius superat. nam quod solis calor multis dieb. efficeret, id ille potest exiguo tempore, applicando actiua, quæ nouit ad hoc efficaciora. Nihil ne ergo inter hæc mira magorum & Moysis interest? primo quod Moysis operatio miraculosa, magorum miranda tantum. deinde, Glycam audi, *& ipsi quidem virgas in serpentes commutabant, verum virga Moysis ipsorum virgas deglutiebat: mutabant & ipsi aquam in sanguinem, sed immutatam semel naturæ priori restituere non poterant: educebant & ipsi ranas, sed ab ijsdem ædes Aegyptiorum repurgare non poterant: ijsdem facultas erat Aegyptios vexandi, sed sedandi supplicij potestatem nullam habebant. Quin etiam ipsorum corpora Deus magis pustulis afflixit, quam reliquorum: vt hinc manifestum fieret, non solum ipsos pœnas diuinitus irrogatas inhibere non potuisse, sed etiam cum cæteris eadem supplicia pertulisse.*

A

B

C

D

E

Mea igitur sententia, illud de Samuelis anima omnino pertinet ad mixtorum classem. Vera enim fuit Samuelis anima, quæ apparuit: falsitas tamen siue deceptio sensuum in eo reperitur, quod visa obtemperare voci Pythonissæ: item quia verum suum corpus, aut veram syndonem non attulerat, vt videbatur. Alterum exemplum de Magis Ægyptijs, si sequamur sententiam agnoscentium duntaxat celerem suppositionem serpentum, pertinebat ad mixta: si vero placeat sententia D. Augustini, pertinebit ad vera. Lubenter etiam his mixti generis annumerem mirandam narrationem Roberti Triezij Insulensis o de certamine duorum Magorum. Rapuerat vnus puellam forma egregia, & equo ligneo impositam per aëra absportabat. alter in castro quodam Burgundiæ, celebri conuiuio præsens, quid castrum raptor præteruolabat, carminibus cogit raptorem in castri aream descẽdere, & immobilem illi coram omnibus mæstum cum præda erubescente sistit. Nec segnius raptor, nihil tale metuentem, eum à quo ita vinctus, latenter incantat & è feneſtra editissima, per cuius cancellos collo & capite prominebat, despicientem, immanibus subito fronte protuberantibus cornibus dehonestat, & à repagulis ferreis magnitudine ramosæ frondis sic illaqueat & suspendit: vt per clatros caput retrahere non valeret, præcipitij vero altitudine deterritus, se demittere non auderet. Ita coactus corniger, pacta salute prius mutua, & disrupto ligamine, raptorem cum præda dimittit, qui rursus nube caua te-

o l. de technis & impostu-ris dæmon. c. 5.

ctus in aerem se leuauit: alter depositis cornibus, magna cum spectantium voluptate, saluum in cœnationem caput retraxit. Credo volatum accidisse: sed dæmone equuleum subleuante non proprium, qualis est auium: fieri potest vt raptor verus & rapta vera, de cornibus illud alterum totum puto præstigiosum.

Restat quo pacto effectus sinceri à fucatis dijudicentur. Cum hæc mira non à Magis, sed ab ipso dæmone perficiantur: non poterunt Magi perficere, quæ dæmon nequeat (vt incante quidam *a* ascribere) sed quæcunque dæmon reuera potest efficere, ea per dæmonem ex pacto poterunt Magi. Quo fundamento posito recte superstruitur series regularium sequentium, veluti columnarum huius ædifici. *I. regula*, si effectus magicus eiusmodi sit, vt potentia dæmonis superet (quales sunt, qui soli diuinæ omnipotentiæ reseruantur,) tunc effectus censeri debet præstigiatorius. *II. regula*. quando non constat effectum superiorem esse viribus dæmonis, res plane dubia est, & oportet recurrere ad circumstantias. ratio dubij, quia nec dæmoni Deus semper permittit facere quicquid posset, Deo non impediente: nec dæmon semper vult vere facere quicquid facere permittitur: sed gaudet præstigiator hominum deceptione. Vtrum verò effectus superet vires dæmonis, id luculentius docebitur mox dicendis *b*.

a Ananias Remigius & alij recentiores.

b q. 7. & 8

QVÆSTIO VII.

An Magi possint facere aliquod verum miraculum.

EX dictis in fine præcedentis quæstionis manifestum fit, idem esse quærere. V. *Magus aliquid possit*, &: V. *dæmon aliquid possit*: quoniam Magi opera vi pacti à dæmone perficiuntur, Miraculorum ergo editionem Magi olim sibi vindicarunt. nam apud Clementem Romanum. *c* Simon Samarita gloriatur, nihil non quod velit se posse facere, sibique obtemperare omnia. Porphyrius *lib. de sacrificijs cap. de speciebus dæmonum*, scribit, quoties suorum prodigiorum machinas dæmones adhibent, multa eos naturæ consueto ordine alieniſsima efficere. Idcirco illos Iamblichus *d* vocat *Deorum pediſſequos*, qui admirandis operibus Deorum vestigia subsequi proxime videantur. Eadem fuit existimatio poetarum, quorum suis locis verba fortasis inserentur commodius. videntur in hunc errorem incidere quidam recentiores. dum inquiunt *e*, *naturæ leges in magicis operibus non attendendas*. Nos hoc diligentius scrutemur.

Obseruare lectorem velim, *miraculum* hoc tractatu me non accipere pro quouis admirando effectu, vt capiunt prophani scriptores: sed Theologos sequi, qui strictius sumunt, pro eo quod Græci τὸ θέρας effectu tantum producto præter & supra naturæ creatæ vires. (verbi gratia, cæco nato visum reddere, mortuos suscitare.) Quando autem effectus respondet viribus creaturæ, (v.g. ciere pluuias ac ventos, à febri sanare &c. (τὸ θαῦμα so-

c l. de rec

d de myst Ægyp. c. 1

e Nic. Remigius l. 3 ca. 12. Spondã. in Home. Odyss.

lent vocare non *miraculum simpliciter*, sed cum addito *miraculum secundum quid, seu respectu nostri*, vel *mirum* aut *mirabile*. Hæc *mira* rursus diuiduntur in *absolute mira*, quæ simpliciter & secundum se digna forent admiratione, etiamsi causas & modum sciremus quo fiunt, & in *mira secundum quid* seu *respectu nostri*, qui ea admirantur, quia causas nescimus, non admiraturi si causas cognosceremus *f*.

f vide D. Tho. 1. p. 110. a. 4. ad 2.

Notæ vero quibus *mirum à miraculo* discernatur, nunc mihi istæ occurrunt. prima, vt dixi, si effectus superet, vires rei creatæ & naturam, miraculum erit. 2. Si effectus non habeat propositum finem bonum, puta salutem spiritualem vel corporalem, sed tantummodo finem malum, vt puta curiositatem, vel quid aliud bonis moribus, aut veræ fidei repugnans, non est miraculum. ex hoc capite probatur, prodigia illa, & stupenda Antechristi opera, vera miracula non futura, sed falsa, vt D. Paulus Thessalonicensibus scripsit. hinc patet quid de curatione strumarum illa Elizabethæ Angelorum reginæ, hæreticæ principis sit iudicandum, si faciat in fidei suæ confirmationem, vt Gnato ille Tookerus affirmat. 3. dæmonum mira sæpe deficiunt in minimis, miracula perfecta sunt, vtpote Dei opera. patet Exodi 8. de certamine magorum cum Mose. 4. dæmonum mira veris miraculis superuenientibus euanescunt vt virgæ Magorum deuoratæ à virga Mosis *b*, & oracula dæmonum coram sanctis hominibus obmutuerunt *c*. Denique miracula fiunt, per apertam & seriam Dei inuocationem, mira magorum, semper admixtis absonis, abditis, vanis, ridiculis aut superstitiosis precibus vel signis. His positis.

a D. Aug. lib. 10. de ciu. Dei c. 16.

b Exod. 7. D. Iusti. in 1. Apol. Chrys. l. contra gentes de Sancto Babyla.

c Alex. de Hal. 2. p. q. 45. D. Th.

A

Sit 1. Conclusio, *Miracula proprie dicta nulli magi possunt edere*. Est communis Theologorum *d* sententia, & probatur, primo quia facere miraculum est potentiæ infinitæ, & ideo diuinitati reseruatum. omnis etiam creaturæ potentia naturæ cancellis limitatur: alioqui non haberemus efficax argumentum probandæ veritatis fidei, quam semper Ecclesia miraculis astruxit *e*: imitata Saluatorem nostrum, qui hoc argumento probauit, excusari non posse Iudæorum incredulitatem, propter manifesta miracula coram ipsis edita *f*: *Si opera non feciissem, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent*. Si obijcias à malis quoque & perperam de fide sentientibus. nonnunquam miracula edita fuisse: & ideo miracula non debere censeri efficacem fidei probationem: Occuratam: solere Deum aliquando hanc gratiam gratuito etiam talibus largiri, sed id in veræ fidei probationem, vt quando dedit prophetiam Balaamo & Caiphæ: in falsæ fidei confirmationem nec dedisse vnquam, nec dare posse, non magis enim mendacij confirmationem potest Deus miraculis comprobare, quam potest ipsa veritas mentiri. Itaque miracula vera pseudoprophetarum *g* in nomine Christi eduntur, & proinde in veræ fidei confirmationem. Ex his patet diligenter distinguendum inter hanc, illationem: Fecit miraculum, ergo fides eius est vera, & hanc fecit miraculum verum in confirmationem fidei, quam profitebatur ipse, ergo hæc fides ipsius erat vera. prior enim falsa esse potest, quia per infideles Deus potest miraculum operari: posterior semper vera, quia non potest Deus ad falsæ fidæi confirmationem per vllum operari miracula *h*. Confirmat nostram

B

C

D

E

d D. Bona. Fr. Victo. supra n. 18 & 19. Aug. in 2. q. vni de dem. & qui gentilũ exemplis optime respõdet Mich. Medina d. c. 7.

e Greg. li. 27. Moralium c. 8

f Io. 15. v. 24.

g Matt. 7. v. 22.

h vide Maldonatũ add v. 22.

conc su-

conclusionem dictum Nicodemi de miraculis Christi loquentis, *i Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo.* Præterea hæc est sententia Origenis *lib. 2. contra Celsum*, D. Augustini. *lib. 3. de Trinitate cap. 8.* & D. Isidori *in cap. non mirum. 26. q. 2.* Plura de hac re, & pererudita Francisc. Toletus commentar. in Ioannem: vbi tamen quod ait; dæmones aliquando ea facere, quæ miracula non modò videantur, sed & sint, id cautè legendum, miraculi namque vocabulum extendit ad mira quæuis & spuria miracula: quod repugnat communi inter Theologos vocis acceptioni.

i Io. 3. v. 2.

2. Conclusio, *nec etiam possunt Magi operari absolutè mira.* patet id. quia nihil reuerâ absolutè, & per se mirum, quod non idem sit miraculum. Quo sensu prolatum illud propheticum *k*, *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* & illud, *l qui facit mirabilia magna solus.*

k d c. 3. n. 7

l Psal. 71. v. 18.

Quædam ignaris causarum solent videri absolutè mira. quæ non sunt orta ex causis naturalibus, vt illud, quod refert Curopalata, de mortui Michaëlis Cerularij dextra in crucis figuram conformata, quæ firma mansit. Sed deceptionem aperit Baronius tom. 11. ann. anno 1058. defuncti hominis membra calentia, quam qui velit recipere formam & situm. & obrigescentia frigore sic immobiliter permanere. Et addit sapienter debere talia esse miracula schismaticorum humana arte composita: addo & hæreticorum.

m Ps. 135. 4

3. Concl. *Magi possunt operari multa mirabilia secundum quid, seu respectu nostri, dæmone adiuuante, & Deo permittente.* conclusionis probatio inde petenda, quod plurimi sunt, miri & occulti effectus rerum, quos omnes optimè nouit diabolus: & quoscunque naturaliter nouit posse produci, eos celerrimè, non tamen in instanti potest producere. Quare (quod alicubi dixit D. August.) difficillimum est homini intelligere, quousque se diaboli potestas extendat, de qua propheticus sermo profatur. *a Non est super terram potestatus, quæ comparatur ei, qui factus est vt nullum timeret.* Nolo multa congerere, pro cunctis vnum sit exemplum plenum admirationis narratum ab Anton. Torquemada *b* quibusdam regni Neapolitani locis, quando fœminæ enituntur, puero nascituro præire vnum vel plures ranunculos siue rubetulas: quorum si quis terram contigerit (statim vero incipere saltitare huc illuc) confestim puerperam emori. Quapropter solere floreis insterni totum solum, & parietes vndequaque auleis conuestiri, ne funesti ante ambulones isti, dum cadunt ex vtero, vel subsiliunt, terram contingant. ideo etiam obstetrices lebetes penes se habere solitas, vel poculum aliud aqua plenum, in quod animalcula hæc conijciant, & probè obturatum deferre ad fluuium, ibique demergere. Hoc ille, vt certa compertum fama refert. Si sit, fieri puto dæmonis artificio: qui has ranas mentitur, & ad malefici cuiuspiam petita, puerperam interimit, Deo id iustis de causis permittente: sine hoc permissu nihil eum posse, hinc manifestum fit, quia non modo potuit quod erat optatissimum, arbitrio suo Iobum lædere: *c* sed nec perfidium regem mancipium suum decipere: *d* imo nec porcos inuadere. *e* Hinc factum, vt cum Neroni Imp. Nec ingenium, nec opes, nec voluntas, nec studium, nec præceptores deessent: nunquam tamen, per illum, Diabolus magiæ vel

a Iob. 41. v. pen.

b horti florum diab.

c Iob. 1. & 2.

d 3. Reg. 22. v. 22.

e Matth. 8. v. 31.

vnum experimentum edere poterit: sicq; Nero magicen contempserit, *f* videlicet non passa fuit Dei prouida bonitas hoc instrumentum, ad nocendum aptissimum, summæ potentiæ & malitiæ deprauatissimæ accedere

De hoc mirorum genere futura prodigiosa opera Antechristi.

f Vide Plin. l. 30. c. 2.

QVÆSTIO VIII.

Quo pacto magi per diabolum hæc mira efficiant?

SCIENDVM cuncta dæmones operari vel actione immediata per motum localé, vel mediata: idq; dupliciter, vel illudendo sensibus, vel applicando actiua passiuis per alterationem verâ: quæ est communis doctrina Theologorum. *g operantur ergo per motum localem per alterationem, & per delusionem.*

Quoad *motum localem* inferiora corpora parent angelis, adeo vt & cœlos rotare queant: an de facto sint tales orbium motóres, alibi disquirendum: sed cùm queant eos mouere, sequitur nullum adeò vastum esse corpus, vt id dæmones, quadam impulsus impressione loco mouere nequeant, dummodò tamen ea motione ordo vniuersi non turbetur. quare nec integrum elementum loco suo mouere valebunt, (quo pacto capienda quæ Firmilianus ad D. Cyprianum scripsit. quæ de terræ motu locali seu partiali vera non forent) nec poterunt etiam cælorũ cursum mutare vel impedire, *i* Mouere verò corpora locali motu potest dæmon velocissime, & quo videmus motu cœlos celerrimè moueri. Vnde fit, vt queat rem aliquam oculis subtrahere, & aliam substituere tam præpropere, vt animos oculosque intuentium fallat, eisque persuadeat prioris in hanc posteriorem integram conuersionem, tales credendæ gentilium metamorphoses, Diomedis sociorum in aues, & Iphigeniæ in ceruam, vt *k* D. Aug. obseruauit, & fraudem aperuit Astyrius: cuius factum *l* Euseb. ab obliuione vindicauit. *Cæsaream Philippi, quam Phanices Paneada vocant, fertur victimam quandam in fontes, qui illic ex radicibus montis Panei prorumpunt, ex quibus Iordanes prorumpere dicitur: in quadam diei festi Gentilium solemnitate, mactatam conjici: atque eam dæmonis vi ac potestate mirandum in modum ab eorum aspectu euanescere, miraculumque videri præsentibus valde memorabile. Quibus dum gerebantur Astyrium quodam tempore fortè interfuisse, ac cum videret tam multos illius rei admiratione obstupefactos, eorum erroris admodum misertum esse: deinde sublatis in cœlum oculis Deum omnium moderatorem per Christum supplicem precatum, vt dæmonium illud, quod populum tanto errore cæcauisset, comprimeret, ipsum fraude ac fallacijs, quas hominibus solet intendere, coerceret: Hoc modo, cum Deum orauisset, repentino victimam fontibus supernatasse: atque ita ad rem illam, quam tantopere admirari consueuerant, in nihilum interijsse, vsque adeo vt nullum in posterum ex eo loco, ex ea omnino ederetur miraculum.*

k l. 18. de ciuit. Dei c. 18.

l l. 7. Eccl. hist. c. 14.

Alter modus erat *actiua passiuis applicando*, per quem alteratione siue mutatione rerum mirabilia sæpè facit, quorum naturales sunt causæ: sed nobis incognitæ, ipsi notissimæ. Videt enim naturalium rerum omnium substantias, & proprietates peculiares singularum perspectas habet, commoda nouit applicandi tempora, solertiæ, & artificij vix est qui'quã quod ignoret:

quid

g D. Aug. lib. de diuin. dæ. c. 3. & 5. & l. 3. de Trin. c. 7. 8. 9. Diu. Th. Soto l. 9. de iust. q. 3. Victor. & Angles supra Molinæ & Valentiæ in 1. p.

h epist. 5. *i* D. Thom. qq. disputatis q. 16. a. 10.

quid enim, adeo diuturna & assidua experientia atque obseruatione, non sit assecutus? præsertim cùm norit cuncta, quæ boni angeli à mundi exordio patrarunt, & quæ homines excogitarunt, & plurima per bonos angelos, Dei iussu Satanæ reuelentur, quæ illi à Deo didicerunt. *a* Itaque sæpenumero efficiuntur multa, quæ naturę solius operatio nunquam fecisset, nisi dæmones illam artificiosa applicatione iuuissent. atque illi tunc agentia naturalia, vt instrumenta sumunt. instrumenti vero conditio est, effectum producere, non tantum naturali suæ virtuti æqualem, sed longè etiam excellentiorem, ac agenti principalis, à quo mouetur facultati respondentem. Securis ex se duntaxat, virtutem habet secandi; sed, quatenus est instrumentum periti fabri, potest mensam vel statuam facere. Calor natiuus, qui est in humano semine, qua calor est, potest calefacere, rarefacere, segregare, & condensare; sed qua instrumentum est animæ; potest ossa, neruos, carnem generare, Pari ratione intuemur causas istas naturales à dæmonibus applicatas, suis ipsarum proprijs viribus quodammodo præstantiora effecta dare. quia quæ secundum communem suum cursum nunquam produxissent, si à dæmone non fuissent applicatæ: ea nunc, vt à dæmonibus mota instrumenta, quoad substantiam, modum, vel celeritatem admiranda producunt. *a* Nunquam tamen hæc opera naturæ cancellos effugiunt, eo quod vim naturalem causę principalis non excedunt. Insunt enim reuera hi effectus in ipsis naturalibus agentibus, eo modo applicatis; quibus agentibus diabolus nihil confert applicando, præter conditionem sine qua effectus iste non produceretur. licet enim dæmon vtatur rerum applicatarum vi naturali, operatur tamen ipse potissimum per modum artificiosum. Sicut coquus, cùm suaue edulium concinnat, mediante arte per ignem id excoquit, licet ignis naturaliter operetur, quod solus ignis nisi tali esset arte applicatus nunquam effecisset. quid tamen hic coquus igni confert, nisi modum & conditionem, sine qua non? vim verò, quæ causæ physicæ nomen mereatur igni nullam influit. Duo igitur hic obseruanda. Primum quod nec sola actuitas rei naturalis secundum se debet attendi, nec sola quoque secundum se applicatio dæmonis: sed vis naturalis, vt applicata à dæmone secundum, quod causa instrumentalis in his operationibus est res applicata; causa principalis ipse dęmon applicans. Quare vt dicatur effectum non posse naturaliter produci; debere esse talem, qui vtriusque causæ coniunctæ superet facultatem. Hæc de alteratione, nunc de *delusione*.

Quando nec motus localis, nec applicatio huiusmodi satis iuuant, tunc solent magi confugere ad circulatorias deceptiones, & mendaci specie sensibus illudunt humanis, ita vt quæ facta minimè sunt, à deceptis facta putentur. Deceptionis nomen latè diffundo vt præstigium, deceptionem & errorem comprehendat quæ solent distingui. *b* Decipit autē diabolus tribus maximè modis permutationem, mutando vel obiectum, vel aerem medium, vel ipsum organum, quod ceteris quia melius noster Molina *c* explicuit, eum sequamur. docet ergo *ex parte quidem obiecti* hoc posse, *primò* ostensarum rerum celeri agitatione, subita occultatione, varia collocatione, separatione vel cōglutinatione latente: vt faciunt circulatores agyrtæ, varijs ligaminibus,

a D. Aug. l. 2. de Genes. ad lit. c. 17.

a D. Tho. 1. p. q. 110. a. 2. ad 3. & l. 3. adu. gent. c. 103.

b vide Valenciam in 1. p. dis. 4. q. 2. pūcto 2.

c 1. p. q. 111 art. 4.

globulis, ſcyphulis, &c. *Secundo*; per artem perſpectiuæ, certa quadam diſpoſitione obiecti in ordine ad oculum videntis. verbi gratia, cum lineæ confuſo ductæ ordine (vt fit manifeſtum, quando quis directè ex aduerſo illas videt) aſpicienti per foramen, vel rotata tabula, ſpeciem exhibent artificioſæ alicuius picturæ. Sic volunt Doctores grauiſsimi *d* iuncos & paleas humi ſtratas, ſi lucerna de cera & corio ſerpentis ſulphurato accenſa inferatur; videri ſerpentes ſaltitantes: ego hoc exemplum ad mixtam Magiam ex naturali & artificioſa malim referre. *Tertiò*, cùm formant ſubitò ex elementis, potiſsimum aëre obiectum, & illud offerunt ſpectatoribus, v. g. quando vel ipſi aſſumunt, vel alteri rei circumponunt corpus aereum ſiue fantaſticum, ſimile rei putatitiæ. *Quartò*, Cum apponunt corpus aliquod mixtum, puta minerale, quod vi ſua naturali ſit in cauſa, vt corpus cui apponitur longè aliud appareat. Quo caſu ſolet dubitari, num corpori addito vis naturalis inſit hoc faciendi: an vero dæmon qualitatem illam obiecto imprimat: an vero tantùm in ipſo medio qualitatem producat; qua mediante ſpecies per medium delatæ ſic modificentur, vt cauſam præbeant, cur obiectum quam eſt aliud appareat: eo modo, quo velum cæruleum per dioptram viridem viride apparet.

d D. Bonauentur. & Gab. in 2. .8. Guil. Pariſienſ. .vl. de vniu. c. 22.

D. *Ex parte aeris medij* hæc faciunt, *primò* ſi impediant ne ſpecies ad oculum vel alium ſenſum deferantur. ver. gr. quando viſui totum obiectum, quod coram eſt, occultant, vel aliquam eius partem tantùm, 2. ſi medium imbuant aliqua qualitate, qua ſpecies per medium tranſeuntes, ſic modificantur, vt obiectum non quale eſt repræſentent.

A v.g. ſi aceto commiſceatur ſal, & linteus pannus id acetum bene imbibat, poſtmodum verò ſuppoſita candela inflametur pannus, ſpecies, quæ diffundentur per medium hac flamma illuminatum, formidabiles admodum facies præſent: um exhibebunt. *e* Item ſi de ſemine aſinino & cera fieret candela, quæ ſola in conuiuio luceret, omnes (ſi fas credere Pariſienſi Antiſtiti *f*) conuiuæ viderentur onocephali. 3. ſi medium circa ipſum obiectum inſpiſſetur, mutatur obiecti aſpectus: vt quando denarius iniectus in ſcutellam aquæ plenam, videtur maior, & iacens in fundo, apparet in ſuperficie. Eodem pertinet, ſi vapores intermedij aeris condenſentur, vnde contingit vt luna multimodis minui & mutari videatur, & vt putemus è gallinaceo trahi trabem, cùm reuera feſtucam trahat. 4. ſi moto aere medio ſimul ſpecies moueantur, vnde fit vt nauigantibus videantur ad nauigij motum arbores moueri: ſic fecit diabolus, vt Claudiæ zonam nauis, quæ vehebat Matrem Idæam ſequi videretur *g* 5. nonnunquam contingit falli ſenſum ex varia conformatione vel multiplicatione ſpecierum ſenſilium: quod contingit aliquando ex forma inſtrumenti, per quod videmus, v.g. quando vnicum conſpicillum plures nobis vnius obiecti figuras exhibet: aliquando ex inſtrumentorum collocatione ac ſitu, vt ſi plura ſpecula diuerſis locis diſponantur, poterunt tot de loco in locum ſpecies multiplicari, vt quæ in vno loco fiunt, in alio appareant, & intuitiua rei præſentis eſſe viſio videatur: *h* aliquando poteſt contingere per ſolum ſpecierum ſenſilium, quæ ſunt in fantaſia tranſitum vſque ad ſenſum exteriorem, vel ſaltem ad ſenſum communem; qui

e Molina vbi ſupra

f Guil. Pariſ. ſupra c. 22.

g Tertu. apo. c. 2. Minucius in Octauio, & D. Aug. l. 10 de ciu. Dei c. 1.

h Tignoſus in l. 2 de anim. fol. 177.

ſenſus

sensus eodem modo à speciebus afficiantur, quo affecti forent, si reuera ab obiectis externis eo species mitterentur, huic *i* quidam referunt relatam à Diuo Aug. *k* apparitionem philosophi dubia soluentis.

Denique *deceptio ex parte organi* non minus varia est. Nascitur primò, mutato situ organi: vnde facit rem, quę vno in loco est, videri esse in alio, vel geminam quæ vnica est. sicuti si digitu mittas inter oculum & concauitate m cui oculus est inclusus, digitoque cõpresso eleues vel deprimas oculum, facies vt res simplex gemina videatur. secundo, Si humores agitentur vel perturbentur, res aliter ac sunt conspicientur, vt contingit ebrijs ac furiosis, qui credunt,

duplicem solem & geminas se cernere Thebas.

Huc referendæ sunt ludificationes Zedechiæ Iudæi, qui fuit tempore Ludouici Pij, & hominem in aëra iactabat, & in membra discerpebat, & ea recollecta adunabat, currum etiam onustum feno cum equis & agitatore coram toto populo absorbebat *a*. quãquam in his etiam ex primo genere & secundo mixta nonnulla. Tertiò, solet impedire sensationem, crassiore aliquo humore obstruens viam ne spiritus ad organum perueniant, vel alia ratione vim sentiendi hebetans. qua forte ratione Angeli Sodomæos aorasia *b* percusserunt. Cum vero dæmon hominibus persuadet eos immutatos esse in bestias, tunc non organum dumtaxat immutat, sed interdum & medium, semper vero simul phantasiam, vt accidit Præstantij patri apud D. Augustinum *c*. Potest enim diabolus sic componere & ordinare phantasmata, vt quis etiam vigilans (quod dicitur) somniet, more dormientium, & putet se ea sentire, quæ non sentit, *d* instar maniacorum. Hoc fit in Turcarum incantatione qua fugitiuos retrahunt, quam describit Bartholom. Giegorgieuizius lib. de Turcarum moribus fol. 93.

Porro *Præstigiatorij effectus duabus regulis deprehenduntur.* Prima est, si effectus non oritur à motu locali, & superat causarum naturalium applicatarum actiuitatem (v.g. suscitatio mortui, aut veræ cæcitatis curatio) interuenit deceptio & præstigium. Secunda quando id, quod visum est, statim euanescit, nec permanet, est præstigiosa machinatio. Prioris exemplum est, quando Magi posito in camera arcu de certo ligno, & sagitta alterius ligni, & chorda certi filii, sagittam eiaculantur, & sic faciunt apparere in loco flumen enatum tantæ latitudinis, quantæ fuit sagittæ iactus *e*. Posterioris vt cum videntur lacerare & vorare equum, qui mox sanus sistitur *f*. item in illo facto magi, quod narrat de simulato serpẽte Niceras *g*, *Cum ex editione palatij Constantinopolitani loco Michael Sicidites nauiculam vidisset, qua ollæ & patinæ vehebantur, carmine magico effecit, vt nauta exsurgeret & vasa non prius ferire desisteret, quam in puluerem redegisset. At paulo post barba prehensa lamentari, amotaque caligine, se vt ira numinis agitatum deplorare. Rogatus, cur merces suas ita tractasset? cum dolore narrabat, se remis intentum, horribilem serpentem super vasa porrectum, oculis inconniuentibus in se conuersum instar deuoraturi, vidisse, qui prius volutari non desliterit, quam fictilia confracta essent. inde subito ex oculis euanuisse.*] De Eonis hæretici & magi præstigijs testatur Guilh. Neubrigensis *h*, *ita oculos hominum fascinasse, vt videretur magnam virorum turbam penes se habere, &*

i D. Tho. in 2. d. 8. q. vni. ar. 5. ad 4. *k* l. 18. de ciu. Dei c. 18.

a Tritem. in Chron. Hirsaug.

b Gen. 16.

c d. c. 18.

d Caiet. 2. 2. q. 95. a. 3

e Gui. Par. infr. c. 22 *f* idẽ Guil. sup. c. 23. *g* l. 4. an

h l. 1. hist. Aug. c. 19.

bere, & regijs delicijs ciborum, & apparatus splendidissimi abundare.] Sed hunc tandem concilio Remensi damnatum, cum ad mortem duceretur, sæpius ad terram dixisse: *Terra findere*, idque irrito conatu, legimus apud Robertum in Chron. Sic dæmon ludit præstigijs, nec contentus miracula præstigijs imitari, conatur in hæreticis etiam ipsa præstigia subdolis Sycophantis adumbrare. Legi exemplum adeo lepidum & festiuum, vt quod me recreauit, eo lectores huius libelli nequeam fraudare, sed lubens, honestæ voluptatis eorum gratia, describendi laborem hoc loco assumam. *Tempore Sigismundi primi regis Poloniæ, Iacob. Melstinki prætor oppidi Brezini, leuitate quadam animi, auctoritatem nomenque Christi sibi adsciuit, vtrumque Zatorki Cracouiensem, cæterosque sibi similes latrones duodecim elegit, singulisque nomina apostolorum imposuit, se vero Iesum Christum appellauit. Qui per villas vbique ambulantes prodigia morionum & præstigiatorum more exercebant sycophantasque alios & latrones: velut mortuos, subornantes suscitabant, pisces in paludes lutosas primo impositos, vbi nunquam eos nasci possibile erat, in nomine Christi suis manibus capiebant, panes in fornaces imponebant, in nomineq; Christi sui: cu illic ante non essent, depromebant, cum ingenti simplicis vulgi admiratione. Quodam tempore ad Cestochouiam monasterium, D. Virginis imagine celebre cum suis Apostolis venit, cumque illic aliquot diebus morarentur, vnum ex suis quasi obsessum à dæmone subornauerunt, cuius opera victum acquirebant. Ille enim per hospitia ambulans carnes de coquina rapiebat, in suosque proijciebat, qui cruce illas mutientes carnes comedebant. Cumque ingens illic concursus populi ad Diuæ Virginis imaginem, sycophantæ illi obsessum suum ad altare ducunt, duplici veste indutum, in cuius intercapedinem necessaria imponere posset: lapillos vero intra indusium ei imposuerunt: cumque ad altare deduceretur, ille è manibus deducentium furibundus sese proripiens, in altare donarijs onustum irruit, pecuniasque rapiens in vestis duplicatæ intercapedine eas abscondit. Monachus ab altari diuino intermisso [illegible] aufugit. ceteri monachi accurrentes [illegible] eius soluunt. Ibi lapilli duntaxat in terram ceciderunt, pecunia vero in veste duplicata remansit. Monachi pecuniam arte dæmonis in lapillos transformatam putantes, exorcismus* eam in pristinam formam transformare nitebantur: sed cum lapilli remanerent, Monachus librum sacrum indignabundus in terram proiecit, dicens: similem dæmonem nunquam habuimus: abite cum eo ad omnes diabolos: sycophantæ illi cum pecunia recta in Silesiam fugerunt. Ibi apud matronam nobilem in quodam pago diuertentes, cum illa viro absente eos recipere nollet, saltem mappam vel telam ad sacrificandum petierunt. At mulier fasciculum telæ illis obtulit. Tunc illi, hanc nobiscum accipiemus, & Christus tibi benedicet, vt tibi linum abundantius crescat. Ostende aliam si habes: quam cum similiter accipere vellent, mulier recusauit, maritum timens. Illi autem frustulum fomitis cum igne in telam clam inuoluentes, mulieri reddiderunt. Itaque cista à tela, à cista vero domus accensa conflagrauit. Viro domum reuerso, vxor ob Christum cum Apostolis male tractatum hoc sibi iuste contigisse dixit: At vir ira excandescens: latro hic (inquit) nequissimus, & non Christus fuit. Itaque cum vicinis eos insequitur, & in quadam villa assequitur, Tum Pseudo Christus ad illum, qui vocabatur Petrus, dixit: Iam mea passio Petre, calixque quem bibiturus sum, appropinquat, Cui Petrus, & mihi, vt video, Domine, imminet. Ille vero dixit: Petre ego aliter non possum, nisi per fenestram, hinc euadere.*

A B C D E

* Opinabantur dæmonis præstigijs ita videri mutatã, & pulso per exorc. dæmone præstigias cessaturas, & pecuniam sic pristinæ formæ reddendã

Tum

Tum Petrus : & ego te, quoad viuam, non derelinquam: sed, quocunque fugeris, sequar. Ergo per fenestram aufugit : cæteri quoque Apostoli, qua potuerunt, euaserunt. Rustici eos sicuti baculis fustibusque cædere : dicentes : Prophetiza nobis Christe, cum tuis Apostolis, qua in silua baculi illi creuerint. Ergo plagis emendati vitam suam postea emendarunt, dicentes: Difficile est nobis Christi passionem, Apostolorumque tormenta subire.] Sic Poloniæ Chronica *i.*

i Martin. Biels Ki in annal. & Guaguin. in vita Sigismundi.

Agnoscis puto lector eundem infidelitatis & blasphemiæ spiritum in his sycophantis qui fuit olim in Cyrila Ariano, & postea in Caluino eiusque sequacibus. nimirum omnes eiusdem Satanæ organum fuere. De Ariano Cyrila res notissima : de Albigensibus ex Luca Tudensi illorum temporum scriptore similia lectu digna refert Mariana *libro duodecimo de rebus Hispaniæ, capite primo.* de Belgicis Caluinianis testatur ipse, per quem res gesta Matth. Launous, in narratione causarum conuersionis suæ de Caluinismo ad Catholicam religionem. Legesi lubet (lector) eius secundam, quam cum socio Penneterio etiam conuerso, edidit Apologiam, ante annos aliquot Lutetiæ impressam. Mihi nunc liber non est ad manum Finiam itaque cum Apuleio *a*: *Ante Poecilen porticum, isto gemino obtutu circulatorem adspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto devorasse: mox eũdẽ inuitamento exiguæ stipis renatoriã lanceam, qua parte minatur exitium, in imis viscera condidisse. & ecce pone lanceæ ferrum, qua bacillum inuersi ad occipitium peringuen subit, puer in mollitiem decorus insurgit, inque flexibus tortuosis enerum, & exossem saltationem explicat, cum omnium qui aderamus admiratione.*] Hæc haud dubie dæmon perfecit, speciebus falsi obiecti in oculos immissis, per medium aërem ijs imbutum.

a lib. 2. de Asino.

QVÆSTIO IX.

Quam admirandos effectus veteres Magis tribuerint.

ARnobius libro primo, agens de Magorum admirandis, ad diuinationes & maleficia, vt ad capita reuocat his verbis: *Quis enim hos nesciat aut imminentia studere præsciere, quæ necessario (velint nolint) suis ordinationibus veniunt : aut mortiferam immittere quibus libuerit tandem, aut familiarum drumpere caritates : aut sine claubus reserare quæ clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare, aut vxoribus & liberis alienis inconcessi amoris flammas (siue illi mares sint, siue fœminei generis) & furiales immittere cupiditates,* Ioan. Salisberiensis *libro primo Polycratici capite decimo. Domino,* inquit, *permittente elementa concutiunt, rebus adimunt species suas, ventura plerumque pronunciant, turbant mentes hominum, immittunt somnia, hominesque violentia dunt axat carminis occidunt, &c.*] non est omnia colligere animus, nec operæ pretium: sed quæ nunc occurrunt, & præcipua videntur. Ab Aquilone ordiamur, vnde, propheta teste, malum omne panditur, Saxo Grammaticus *b*, apud Septentrionales scribit, *Gigantes Magosque inauditi generis miracula diuersis præstigijs excreuisse, & per summam ludificandorum oculorum peritiam proprios alienosque vultus varijs*

b lib. 1. hist. Dan.

rerum imaginibus adumbrasse, illicibusque formis veros conspectus obscurasse.] Olaus Magnus, de Lappis, Finnis, & Biarmis auctor est *c*, *quamcumque volunt figuram assumere : item quæ in alio gerantur orbe ab amicis vel inimicis, lineæ vestis pretio, explorare, ventos quoque quos optent nauigantibus vendere,*] Tres Tartarorum hordas, vltra Cazanense regnum, incantationibus supra modum deditas, *ijs caligines, aliasque tempestates cæ i frequenter excitare, hocque modo hostes profligare*, narrat Alexan. Guagninus *d*. A populis ad singulos si descendamus, occurrunt plurima. Zoroastres ex stellis velut scintillas eliciebat *e*. Dositheus olim mira perfecit, sed eũ discipulus Simon Magus superauit, de cuius prodigijs egimus iam prius, & breuiter ita Glycas part. 2.

Effecit vt statuæ ambularent, idemque in ignem prosiliens: non tamen vrebatur, in aera subuolabat : ex lapidibus panes faciebat : alias atque alias in formas migrabat : facies aliquando binas habebat: in columna conuertebatur : efficiebat, vt ianuæ clausæ sua sponte aperirentur, vasa domestica sponte moueri ad vsus humanos viderentur : vmbræ ipsum multæ præcederent, quas mortuorum animas esse dicebat. Cum aliquando à Cæsare perquireretur, terrore perculsus, alteri forma sua relicta fugit.] & postea idem de eodem Simone *f*: *habuisse canem alligatum cathenæ in domus limine, deuorantem eos, quotquot ad Simonem iniussi adire conarentur. Canis vero Petrum intrare iussit, & humana voce Petrum adesse nunciauit.*] vides diuinæ, quæ in Petro virtuti, Diabolicam vim cessisse, & Cerberum, qui nequibat nocere, adulasse. Quæ de Orpheo & Amphione commenti poëtæ & vi musicæ eorum, ea Magiæ vtriusque nonnulli adscripserunt *g*. Pythagoras femur suum

A a ureum ostentauit, carmine aquilam cicurauit, cum qua frequens colloquebatur *h*. Numa Pompilius cœnæ opiparæ apparatum, cum nihil domi obsoniorum habuisset, exhibuit *i*. Baianus Bulgariæ rex, se quoties volebat in lupum, vel in cuiuslibet alterius bestiæ formam mutare cernebatur, interdum faciebat vt à nullo videretur *k*? Ollerus osse incantato, tanquam nauigio, vastissima maria superabat *l*.

B Ericus rex Gotthorum quocumque verteret pileum, inde ventum prosperum eliciebat *m*. Mira quoque de Apollonio refert Philostratus, & de Iuliano Chaldæo Suidas *n*. quem in hac arte & subito sedanda vrbis peste Apollonium simul cum Apuleio, coram Domitiano, superasse narrat Anastasius *o*. huius Iuliani mentio apud Arnobium lib. 1. vbi duo docti viri alucinati dum *Vulcanum* reponunt : addit,

C idem Anastasius, & ex eo Cedrenus. Manethonem magicarum operationum adeo fuisse peritum, vt palam semper præ se contemserit Apollonium Tyanæum. Apuleius ipse, multorum testimonio magus, de duabus feminis scribis admiratione dignissima: primum *p* de quadam Caupona, regina sagarum (vt scias etiam tum

D quasdam ab ijs hoc titulo honoratas) *Saga*, inquit, *est & diuini potens, cœlum deponere & terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, Deos infimare, sidera exstinguere, tartarum ipsum illuminare. Amatorem suum, quod in aliam temerasset, vnico verbo mutauit in feram castorem : quod ea bestia captiuitati metuens, se ab insequentibus repræcisione genitalium liberat : vt illi quoque simile, quod venerem habuit in altam, proueniret. Cauponem quoque vicinum, atque ob id æmulum, deformauit, in ranam : & nunc senex ille*

c l. 1. c. 1. & l. 3. c. 18.
d in. Tartaria.
e Clemẽs, in itinera B. Pntrii: ue Clemẽsi falso ascriptus liber, siue (vt puto) ipsius. sed a mala corruptus manu.
f par. 3. Annal.
g Pausa. l. 6.
h Plutarc in Numa. & Ammia
i Sabellice lib. 3. Ennead. 2.
k Trithe. Chro. Hirsaugiensi.
l Saxo li. 3. Daniæ.
m Io. Mag l. 17. Gothist.
n in voce Iulian.
o q. in S. S. 23.
p li. 1. de asino aureo.

dolium

dolium innatans vini sui, aduentores pristinos in fece submissus officiosis ronchis raucis appellat. Alium de foro, quiddam quod aduersus eam locutus esset, in arietem deformauit: & nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui vxorem, quod in eam diacule probrum dixerat, iam in sarcinam impregnationis, obsepto vtero & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnauit: &, vt ĩtĕti numerãt, octo annorũ misella illa, velut elephantem parturiturā, pondere distenditur.

q lib. 2. de asino aur.

q postea de Pamphilo, *q Maga primi nominis, & omnis carminis sepulchralis Magistra creditur: quæ fur ulis & lapillis, & id genus friuolis inhalatis omnem istam lucem mundi sideralis, ĩnis tartari, & in vetustum chaos submergere nouit. Nam simul quenquam conspexit speciosæ formæ iuuenem, venustate eius capitur, & illico in eum & oculum & animum detorquet. Minus morigeros & viles fastidiens, in saxa, & in pecua, & in quoduis animal punctore format: alios verò prorsus exstinguit.* nihil attinet similia ex

æl. 16. c. 4

Luciani asino describere Plinius, *a* sed irridens ex Asclepiade, *Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Alchimenide conecta in aciem hostium, trepidare agmina ac terga vertere. Latacendari solitam à Persarum Rege legatis, vt quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent.* De hyænæ partium effectis plurima idem alibi; *b* de varijs lapidibus etiam magis incredibile, *cachatis suffitus tempestates in Persia auerti, & flumina sisti, si lapis similis sit pelli leoninæ: hyænæ pelli similem, discordialem esse domibus; cum qui vnius coloris, inuictum athletis: eandem vim alectoriæ Milonem expertum, &c.* Veniamus ad poëtas. Empedocles, apud Laertium in hanc sententiam valde iactabundus.

b l. 28. c. 8. & lib. 36. c. 10.

c lib. 1. 5. de vit. Phil.

Pharmaca, quis pellas morbos, leues senectam,
Percipies, quæ cuncta tibi communico soli:
Compescesque cruces ventorum ritè procellas,
Exorti insanis qui vastant flatibus agros.
Sursum, si libeat, mox flumina pigra ciebis,
Et media induces ex tempestate serenum,
Induces media pluuias æstate salubres,
Et flatus sicca qui perstent omnia messe,
Exstinctumque hominem nigro reuocabis ab orco.

Et subdit ex Timæi historijs, *Empedoclem. Etesiis aliquando vehementer flantibus, adeo vt fruges corrumperent, excoriari asinos iussisse, factisque vtribus eos collibus & montium verticibus admoueri ad compellendos flatus: cessantibusque ventis, ab euentu rei* κωλυσανέμαν *vocatum esse.* vnus iste ex Græcis sufficiat; locupletiores sunt testes Latini, qui hæc vberius & elegantius descripsere.

Virgilius *e*:

e Eclog. 8.

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, &c,
Has herbas atque hæc ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Moeris, nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri & se condere siluis,
Moerim, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messeis.

f lib. 14.

Ouidius in Metam. *f* postquam narrauit Vlyssis socios in sues mutatos, Circes amore & odio Picum Regem copiosior, inter cætera; de Carmente, seu Canente Pici vxore;

Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,
(Vnde canens dicta est) siluas & saxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, volucresque vagas retinere solebat.

Et paulò pòst, de ipsa Circe, quæ Pico viso, amore correpta, inquit,

Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modo me noui, si non euanuit omnis
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit, & effigiem nullo cum corpore falsi.
Finxit apri, praterque oculos transcurrere regis
Iussit, & in densum trabibus nemus ire videri.

Quem inanem aprum, dum Picus equo admisso insequitur, ab ea solus deprehensus, verbis in flagitium inuitatus & carmine malo;

Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
Ignotosque Deos ignoto carmine adorat
Quo solet & niueæ vultum confundere lunæ,
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tunc quoque cantato densatur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus, &c.

Sed cum ille mœcham castus auersaretur, in furorem versa.

Tum bu ad occasum, bi se conuertit ad ortum,
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.

A

B

C

D

E

Et ille in auem mutatus, pennas in corpore vidit. Denique cum famuli ab malefica vi, minisque adhibitis, regem suum reposcerent.

Illa nocens spargit virus, succosque veneni.
Exiluere loco (dictu mirabile) siluæ,
Ingemuit que solum vicinaque palluit arbor,
Sparsaque sanguineis rubuerunt pabula guttis,
Et lapides visi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus serpentibus atris
Squallere, & tenues animæ volitare videntur,
Attonitum monstris vulgus pauet, illa pauentum
Ora venenata tetigit mirantia virga;
Cuius ab attractu variarum monstra ferarum
In iuuenes veniunt, nulli sua manfit imago.

Et de Medæa, Circes nepte. *g* Epi. Hipsypiles.

Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos:
Illa refranat aquas, obliquaque fulmina sistit,
Illa loco siluas, viuaque saxa mouet:
Per tumulos erat sparsis disiuncta capillis,
Certaque de tepidis colligit ossa rogis:
Deuouet absentes, simulachraque cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Tibullus *h*, *Vs mihi verax.* *h* Eleg. 2

Pollicita est magico sæpe ministerio.
Hanc ego de cœlo ducentem sidera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter:
Hæc cantu sundit que solum, manesque sepulchris.
Elicit, & tepido deuorat ossa rogo.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas,
Iam iubet aspersas lacte referre pedem.
Cum libet hac tristi depellit nubila cœlo:
Cum libet, æstiuo prouocat orbe niues.
Illa tenere malas Medeæ dicitur herbas,
Sola feros Hecates perdomuisse canes.
Hæc mihi composuit cantus queis fallere posses;
Ter cane, ter dictis despue carminibus:
Ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,
Non sibi, si in molli viderit esse sinu.
Tu tamen abstineas alijs. nam cætera cernet
Omnia: de me vno sentiet esse nihil.
Quid credam? nempe hæc eadem se dixit amores
Cantibus aut herbis soluere posse meos.

i Eleg. 8. Et alibi idem vates: i
Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Deuouit tacito tempore noctis anus?
Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
Cantus & iratæ detinet anguis iter.
Cantus & è curru lunam deducere tentat,
Et faceret: si non æra repulsa sonent.

Propertius lib. 1. Eleg. 12.
Inuidiæ fuimus? num nos Deus obruit? an quæ
Lecta Promethæis diuidit herba iugis?
Non sum ego, qui fueram.

Petronius arbiter inducit sagam sic gloriantem;
Quicquid in orbe vides, paret mihi. Florida tellus,
Cum volo siccatis arescit languida succis:
Cum volo fundit aquas, scopulos atque arida saxa
Indigenas iaculantur aquas. mihi pontus inerteis
Submittit fluctus; Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes. mihi flumina parent,
Hircanæque tigres, & iussi stare dracones.
Quid leuiora loquor? lunæ descendit imago
Carminibus deducta meis: trepidusque furenteis.
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. taurorum flamma quiescit
Virgineis extincta sacris, phœbeaque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

Nemesianus Bucolicorum scriptor, a
Cantauit quod luna timet, quo rumpitur anguis.
Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor.

Et lyræ latinæ princeps de sagis tribus famosissimis, b de Foliâ,
Quæ sidera excantata voce Thessala,
Lunamque deripit.

Et ibidem sic canidia canit,
Non vsitatis (Vare) potionibus;
O multa fleturum caput;
Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marsis redibit vocibus.
Maius parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum:
Priusque cœlum sidet inferius mari,
Tellure porrecta super:
Quam non amore sic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.

Et postmodum eadem c;
Quæ mouere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo

a Eclog. 4
b Epod. Ode 5.
c Od. vlt.

Deripere lunam vocibus possum meis,
Possum crematos excitare mortuos,
Desiderique temperare poculum.

Sed omnium accuratissime; licet, propter grandiloquentiam, & celsum illum spiritum, obscurius, M. Lucanus de Erisichto.d

lib. 6. *Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit,*
Non fatis adductus, amor, flammisque seueri
Illicitis arsere senes, nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut cum turgentia succo.
Frontis amatæ subducunt pignora fetæ
Mens hausti nulla sanie polluta veneni,
Excantata perit. quos non concordia misti
Alligat vlla tori, blandæque potentia formæ;
Traxerunt torti magica vertigine fili.
Cessauere vices rerum, dilataque longa
Hæsit nocte dies: legi non paruit æther,
Torpuit & præceps audito carmine mundus,
Axibus & rapidis impulsos Iupiter vrgens
Miratur non ire polos, tunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,
Et tonat ignaro cœlum Ioue. vocibus ijsdem
Humenteis late nebulas, nimbosque solutis
Excussere comis: ventis cessantibus æquor
Intumuit, rursus, vetitum sentire procellas,
Conticuit, turbante Noto: puppimque ferenteis
Inventum tumuere sinus, de rupe pependit,
Abscissa fixus torrens, amnisque cucurrit,
Non qua pronus erat. Nilum non extulit æstas,
Meander direxit aquas, Rhodanumque morantem
Præcipitauit Arar, summisso vertice montes
Explicuere iugum. nubes suspexit Olympus.
Solibus & nullis Scythicæ, cum bruma rigeret,
Dimouere niues impulsam sidere Tethyn.
Reppulit Hæmonidum defenso littore carmen.
Terra quoque immoti concussit ponderis axem.
Et medium vergens, nisu titubauit in orbem.
Tantæ molis onus percussum voce recessit,
Prospectumque dedit circum labentis Olympi.
Omne potens animal lethi, genitumque nocere,
Et pauet Hæmonias, & mortibus instruit artes.
Has auidæ tigres, & nobilis ira leonum.
Ore fouent blando, gelidos his explicat orbeis
Inque pruinoso coluber distenditur aruo:
Viperei coeunt, abrupto corpore, nodi.
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Et mox. *Illis & sidera primum*
Præcipiti deducta polo, Phœbeque serena
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit; & nigris terreni ignibus arsit;

Quàm

Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insererentque suas flammis cœlestibus vmbras:
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Nec minus eruditè patruus Lucani, pallio clarus & cothurno; reliquiæ Latialis, Orchestræ noster Seneca:e

e Medea' v. 752.

Nunc meis vocata sacris noctium sidus veni,
Pessimos induta vultus, fronte non vna minax.
Tibi, more gentis, vinculo soluens comam.
Secreta nudo nemora lustrauit pede,
Et euocaui nubibus siccis aquas,
Egique ad imum maria, & Oceanos graueis
Interius vndas æstibus victis dedit:
Pariterq; mundus, lege confusa æther is,
Et solem & astra vidit, & vetitum mare
Tetigistu vrsæ temporum flexi viceis.
Aestiua tellus floruit: cantu meo:
Messem coacta vidit hybernam Ceres,
Violenta Phasis vertit in fontem vacca,
Et Ister, in tot ora diuisus, truceis
Compressit vndas omnibus ripis piger:
Senuere fluctus, tonuit insanum mare
Tacente vento, nemora antiqui domus
Admisit vmbram, vocis imperio meæ.
Die relicto Phœbus in medio stetit,
Hyadesque nostris cantibus motæ labant.

f Hercu. Oet. ver. 450.

Apud eundem non minora sibi vendicat Nutrix illa: f

Artibus magicis ferè
Coniugia nuptæ precibus admixtis ligant,
Vernare iussi frigore in medio nemus:
Missumque fulmen stare, concussi fretum
Cessante vento, turbidum explicui mare,
Et sicca tellus fontibus patuit nouis,
Habuere motum saxa, discussi foreis.
Vmbræ ktetistis, & meæ iussi prece
Manes loquuntur, sonuit infernus canis.
Mare, terra, cœlum, Tartarus seruit mihi.
Nox media solem vidit, & noctem dies,
Nihilq; leges ad meos cantus tenet.

Denique, & pueritiæ meæ labor ac studium Claudian.g

Namq; mihi magicæ vireis, auiq; futuri

g lib. 2. in Ruffin.

Præscius ardor inest. Noui, quo Thessala cantu.
Eripiat lunare iubar: quid signa sagacis
AEgypti valeant? quà gens Chaldæa vocatis
Imperet arte Deis, nec me latuere fluentes,
Arboribus succi, funestarumq; potestas
Herbarum; quicquid lethali germine pollens
Caucasus, & Scythicæ vernant in gramina rupes,
Quas legit Medea ferox, & callida Circe.
Sæpius horrendos Manes, sacrisq; litaui
Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi
Carminibus victura meis: multosq; canendo,
Quamuis Parcarũ restarent fila, perenni.
Ire vagas quercus, & flamina stare coegi.
Veraq; non prono curuaui flumina lapsu
In fõtes reditura suos. Neu vana locutã,
Me fortasse putes: mutatos cerne penates
Dixerat & niueæ (mirũm) cæpere colũnæ
Ditari, subitoq; trabes lucere metallo.

Tam multa, tam magna sibi hæc vanitas vendicat: quædam falsò, quædam verè: sed quæ falsò, quæ verè, nunc nobis, quoniam alij id omisere, discutiendum est. rem totam certâ methodo ad sua capita reducemus illud semper memoria reuoluentes, *quicquid dæmon potest, id per eum, ex pacto, magos posse: nihilque sic posse magos, quod nequeat dæmon.*

QVÆSTIO X.

Quid possint Magi circa ordinem naturæ & leges vniuersi?

NAturam sibi parere, & legibus cunctis vniuersi superiorem se (vt legistis) magica gloriatur:

Mare, cælum, terra, Tartarus seruit nihi:

Nihilq; leges ad meos cantu tenet.

Falsum hoc imprimis, & Soli Deo omnipotenti reseruatum. Naturæ ordinem mutare nequit, nisi auctor naturæ: nec leges vniuersi refigere, nisi qui fixit. scitum & ratum est hoc Theologorum decretum, nec motu locali (quæ actio est immediata dæmonis) nec applicatione agentium & patientium per alterationem, corruptionem, generationemue (quæ sunt eius actiones mediatæ) posse quidquam, quod naturam superet, & proinde, nec id, quo mutetur ordo, seu lex vniuersi: Sic Diuus Augustinus & D. Thomas, *a* probatur à Scholasticis auctoritate Apostoli. *b Non subiecit Deus Angelis orbem terræ futurum.* Vt interpretati D. Chrys. Theophilac. D. Thom. & Sasbaut. non malè. quanquam reuerâ verba illa de mundo nouo seu Ecclesiâ potiùs agant, cuius caput est Christus, & de quo non semel Propheræ. *c* Melius probant ratione, quia pars non potest plus toto. Ex hoc axiomate inferuntur multa particularia.

Primò non posse, Magos dæmonis opera producere immediatè vllâ formam substantialem vel accidentalem. quia naturæ lex est, vt corporeum subiectũ nequeat à re incorporeâ immediatè alterari: diabolus autẽ est incorporeus, formæ autem illæ ex potentiâ rei corporeæ sunt educendæ. hinc sequitur non posse diabolum immediatè vllam qualitatem corpoream & permanentem imprimere. v.g. calorem, frigus, albedinem, &c. *d*

2. Non possunt aliquid creare, propriè loquendo, siue ex nihilo, quia causæ naturalis actiuitas nõ extenditur in id quod nihil est, hoc enim est virtutis infinitæ.

3. Nec ex qualibet re naturali possũt facere quamlibet. quia nequeunt immediatè formam introducere; vt autem eam mediatè introducant, necessarium est aptas dispositiones præcedere: nulla verò res est capax cunctarum dispositionum, quæ ad omnes formas requisitæ sunt. Hinc etiam fit, vt nequeant, quouis instrumento vel causâ, quemlibet effectum gignere: tum quia pendent à pacto inito, quod certa præscribit media: tum quòd, cùm non agunt immediatè, causa vel instrumentum debet idoneam proportionem cum effectu habere.

4. Nequeunt formas substantiales (vt dixi) sine præuijs alterationib. ac dispositionibus producere. Nec etiã id ipsum possunt facere in instanti (quia mutatio per creaturas nulla fit, nisi in tempore) nec etiam possunt quantumlibet paruo aut æquali tempore quicquid volunt perficere: nam naturaliter ad vnam rem plus, ad aliã minus moræ requiritur, secundũ plures aut perfectiores vnius quàm alterius dispositiones.

5. Præsuppositâ Aristotelis & sequa-

cium

a D. Aug. libr. 3. de Trin. D. Thom. 3. cõt. gen. ca. 108. & q. 16. de malo. ar. 8 quos sequitur Vict. n. 35.
b ad Heb. 2. v. 5.
c Es. 9. v. 6

&c. 65. v. 17. & Psa. 102. v. 19. hoc est ipsis hominibus, qui omnes saltẽ post iudicij diem credituri. sic Photius Primas. Ans. & Hayt. *d* D. Aug. d. l. 3. c. 8. & cõmuniter Theologi.

cium ; quæ in Lycæo Peripatetico, & scholis Theologorum receptior est: non poterunt vacuum in rerum naturam inducere; nec infinitum vllum actu; nec à priuatione ad habitum regredi; nec ordinem, qui inter formas ac dispositiones rerum naturalium inducendo, extremas prætermissis medijs, vel posteriores ante priores, immutare aut peruertere; nec corpus de extremo ad extremum transferre non transmisso medio; nec corpus longe à se distans localiter mouere; quia necesse est, vt mouens ac motum simul sint in loco (alioquin sequeretur etiam posse mouere corpus per vacuum, & per quamlibet intercapedinem) nec in instanti vel quãtalibet celeritate corpus mouere aut transferre. quia vis eorum motiua certis est finibus limitata. Quare intelligendum sanè, quod Tertullianus scripsit; *e dæmones momento esse vbique.*] Item, *totum orbem illis vnum esse locum.*] Nam impropriè totus orbis vnus illis locus est, cum constet sic v.g. eos esse in Oriẽte, vt simul tunc non sint in Occidente. siue enim per substantiam suam sint in loco (quod probabilius) siue per virtutis applicationem (vt multi volunt) adæquatus eorũ & proprius locus omnium iudicio, certum habet & limitatum ambitum, vel virtuti vel substantiæ proportionatum, & vbique esse, omnia implere est: quod solius Dei proprium. Momentum etiam vsurpauit pro celeri adeò motu, vt ab hominibus vix queat percipi.

e Apol. c. 22.

6. Ex eo quod dictum est non posse tollere connexionem & subordinationem partium vniuersi; sequitur etiam, non posse tollere earum conseruationem: quæ est ordinis & cõnexionis illius causa finisq; hinc porrò sequũtur, quæ de cœlorum motu & elementorũ

A translatione, sequenti quæstione dicentur: sequitur etiam non posse impedire proxime & directè (sicut faciebat Deus, quando in tã varijs ac enormibus supplicijs Martyres seruabat illæsos *f* non posse (inquã) sic impedire actionẽ agẽtis naturalis, quod habet omnia ad agẽdum requisita: sed dũtaxat id posse indirectè & medio aliquo artificio aut medicinâ, sicut faciunt homines. videlicet primò adhibitâ contrariâ causâ,

B quæ alterius causæ vim exeri impediat. v.g. si mãtile de mollib. lapidũ filis ex Carysto petitis, & instar telæ cõtextis, in flammã conijceretur, id non modò nõ ambureretur, sed splẽdidius; nitidiusq; exiret. *g* item si adamantẽ admoueas, impedietur magnes ne ferrum attrahat. *h* Sic fortè diabolus gentiles decepit, quando fecit ne flamma exureret capillos Iuli, *i* aut Seruij Tullij aut L. Marcij, aut tunicam Seruij Anagnini

C potest tamen & alia prodigij tam celebris causa reddi. Nẽpe hos ignes ex illo flammæ genere fuisse: quem vulgo vocant Ignem Fatuũ: cuius origo hæc à Philosophis traditur. Exhalationes ab aere frigido, & nimis condensato, propè nos detineri: posteà, per vehementem quarundam exhalationum inuicẽ succedentium compulsationem, cale-

D fieri & inflãmari: diuersos quoq; colores & figuras recipere, prout vapor crassior & subtilior fuerit, & prout diuersimodè fuerit configuratus, rubrã apparere vel nigram flammam in materiâ crassiore, candidiorẽ & clariorẽ in subtiliore, & cæteram figuræ varietatẽ ex lucis reflexione repræsentare.

E Apparent etiam huiusmodi phãtasmata (Galli vocant *des Aduis*, Germani *Stallichten*) vel inter equorum aures, vel supra verticem hominum vino, irâ, vel alia ex causa efferuescentium: item iuxta sepulchra, bustuaria,

f Angle in 2. q. vbi, de dæmo. a. 4. sub. 1. diffic. 5.

g Plutarc. li. de defectu oraculor.

h Plin. li. 37. c. 4. & D. Aug. li. 11. de ciu. Dei c. 4.

i vide Vir Aeneid 2 Liu. li. 1. Plin. li. 2. c. 107. Obsequentẽ de Prodi.

vel patibula; quoniam ex corporibus viſcoſæ excunt exhalationes, quæ, ſicut dictum, motu illo inflammantur. præcedere vel ſubſequi viatorem putantur, quia progreſſu citatiore homo aerem commouet; idcirco ſi coneris apprehendere, diffugere videntur, ab aere pulſæ. Legi Nuperum ſcriptorem Iuriſconſultũ *a*, qui cenſet hæc omnia dæmonum eſſe ludibria, & his ignibus malum genium inſitum eſſe. *cur enim alioqui homines ſic* (ait) *pelliciunt in ſtagnorum fluminumque voragines ac præcipitia?* non illa (mi homo) pelliciunt; ſed fit, quia nocturnum ſilentium, & flammæ nouitas ignaris cauſæ metum ac conſternationem inducunt; & faciunt à viâ aberrare, & ſic in malum aliquod ruere, præſertim in flumina vel ſtagna. Naturâ enim ſuâ hi ignes (vt flammæ quas Aethna eructat in fretum feruntur) etiam voluuntur verſus aquas (*vt recte Leloyher obſeruauit libro primo, de ſpectr. cap. 5.*) ideò qui perturbati ſeu cõſternati vel ducti curioſitate, hos ſequuntur ſæpe ſubmerſionis periculũ ſubeunt. Si qua coactio extrinſeca ad ſequendum quandoque deprehenditur; illa certe naturalis non eſt, ſed à dæmone. Nam non nego quandoque poſſe fieri, vt his ſe flammis dæmõ adiungat. ſed cùm naturalem cauſam flammarum teneamus, haud arbitror cum plebeculâ ad prodigioſas cauſas confugiendum. Cur verò his non veſtulentur equorum aures, vel hominum capita, cauſam putarim; quod ex ſententia veterum philoſophorum, *b* ignis duo ſunt genera (ſeu partes potius) flamma & pruna: prunæque proprium ſit, vrere ac non lucere; flammæ verò, lucere & vrere, quando perfecta eſt flamma; quãdo verò imperfecta (vt de qua agimus) tũc tamen poſsit lucere; licet vim vrendi non habeat. Et nomẽ ſatis indicat, hunc non verum eſſe aut perfectum ignem, ſed quid igni ſimile, ſicut caprificus & ficus fatua non vera eſt ficus, ſed degenerans quid & ficui ſimile. Confirmant, quod narrant *c* ad aquas Scantias flammam exire: quæ inualida ſit quando tranſit, nec longè in alia materiâ queat durare: & ſuper hũc igneum fontem, quæ illum contegit fraxinus, æternũ virere cernitur: quod non foret, ſi hæc flamma vera perfectaque foret. Talis etiam albus ille qui poſt tempeſtatem nautis apparet, & ſuper malum, nauiumque armamenta ſidens, nihil adurit: Gentilibus Dioſcurorum ſeu Caſtorũ alba ſtella, nobis *S. Telmus* dicitur. *d* Videte nunc inſignem mathæologi Lutheri Meteorologia. *commentar. in c. 9 Ge. fo.* 146. de iride diſputans, non contentus Iridem cum Halone vel Coronâ confudiſſe, ſubdit: *Ego non dubito ſaltantes capras, volantes dracones; lanceas, & ſimilia eſſe effectus malorum ſpirituum in aere ſic ludentium, vt aut terreant, aut decipiant homines: gentes flammas in nauibus apparentes iudicarunt Caſtorem & Pollucem eſſe. Et apparet aliquando luna ſuper aures equorum. Hæc omnia certum eſt eſſe ludibria dæmonum in aere.*] Sic ille per *certum eſt*, & *non dubito*, nullâ redditâ ratione philoſophiam euertit: eodem iure, quo fidem; vt in Deum, ſic in naturam ius ſibi vſurpans: *Lunam* vocat, illas, quas dixi flammulas: aut ſi lunam vidit equorũ auribus inſidentem, vidit, quãdo lunaticus. Et tamen hanc cenſet *eſſe vnam firmiſſimam & certiſſimam* (verba eius ſunt) *demonſtrationem, quod omnes illæ impreſſiones, vt vocant, ſint opera Dei, vel etiam dæmonum.* Iris, & cometa quidẽ, ſecundum illum, Dei; cætera dæmonũ. Gaudeant tali Doctore, qui amãt deſipere. Quod vero legimus de erraticis

a lib. 2. d. monolat. ca. 3.

b Galeni l. 4. de ſimplic. medicam facultat. Platonis in Timæo & ipſius Timæi Locri.

c Plin. d. c. 107.

d vide quæ dixi commen. in Herc. Fur. v. 14.

flamma-

flammarum globis humanam edentibus vocem, & de resecto cadaueris cum humero costisq; brachio dextro, in vsum luminis nocturni: cuius extremi digiti flammâ sulphurea ac violacea tantisper arserunt, dum striges venenim malum totum dormienti infudissent, idque quod constituerant totum perfeciſſent, demum flamma extincta tam integros illibatosque manſiſſe digitos, quam si lumini fomitem nullũ ante præbuiſſent, quod Magæ, quoties volunt, facere Remigius *e* asseuerat, id omne idem rectè ad dæmonis technas retulit. Ceterũ quod Cl. Claud. *f* canit in Aethnæ cacumine niues illæsas permanere, quia vastum illud incendium *sub niuibus seruare fidem, & lambit contiguas, innoxia flamma pruinas*, hoc non est fabulosum (suffragantur enim historici, philosophi; *g*) sed est abditũ naturæ secretum, fortè, an quòd flamma nimis violenta propulsione eiecta, minus actiuitatis habet in circumiacẽtia, quę tam obiter attingit? quod si verum est, pertinent ad posteriorem actiuitatis impediendæ modum. Alter enim modus huius impedimenti sit per aeris interiecti celerem ac violentum motũ, quo impeditur actio naturalis, ne se in obiectum insinuet. sicut solemus moto aëre fumum, ne noceat oculis, abigere sicut etiam diabolus effecit, ne diffluerer aqua, quam Tuscia Vestalis cribro portabat. *h* Sic flammam tinctam atri dæmonis spectrum impediuit; ne Iouis Apumeni fanum absumeret, donec diuino miraculo aquæ benedictæ aspersio dæmones abegit. *i*

Sic ad Medeæ incantationes taurorum flammiuomorum halitum innocuum factum Poëtæ canunt. Semper enim Dei miracula diabolus conatur simulare. Scit sanctos *per fidem* (vt ait Apost.) *impetum ignis extinxisse*. Heb. 11. v. 34. vt fecerunt tres pueri Hebræi. *Dan.* vt fecit B. Franciscus de Paula, aliique vno contentus ero exemplo, in quo, cũ fide, meritum quoque religiosæ seu cæcæ obedientiæ resplendet. Scardeonius ita scribit: *Accidit aliquando forte fortuna, vt præpositus quidam prædicatorum D. Augustini, illic apud hos* (Iesuatos D. Columbini sectatores) *ad prandium inuitatus accumberet: qui amotis epulis, semotisque arbitris, data aque loquendi vena, cœpit de Domino o professionis merito copiosè admodum, arroganterque disserere: tacitè exprobrans ei, quod professionem trium votorum, cum inter cœnobitas communi ruerentur, publice, palamque cum cæteris monachis solita non profiteretur forma. Ad id Iesuatarum præpositus, homo idiota sanè, sed prudens & dilectus Deo, argutè respondit: Vis* (inquit) *Pater, quoniam in hos sermones incidimus: vtrum vnus ex nostris fratribus, ita simplicis quodam modo Deo oblatus: an comes iste tuus, publice tria vota professus, superiori suo obedientiam exhibeat sinceriorem? Annuit ille ignarus quidem, libens. Tum Iesuita ad hunc nostrum Marcum quam primum conuersus, qui ibi forte accumbentibus ministrabat, ait: Marce frater, hi sodales nostri frigent in virtute sancta obedientiæ: adferas huc eis cito è coquina nudis manibus ardentes prunas, vt confestim calefiãt. At ille haud cũctabũdus (vt erat ad obedientiã prõptus) nihil fore credens, quod fieri non posset, si sub obedientiæ præcepto mandaretur: festinus nihil hæsitans à coquina ad mensam ardentes prunas quam pluimas ambabus manibus iunctis, absque vllo detrimento aut læsione sui portauit, vtrique eas porrigens ad frigus tollendum: quas iterũ, iubente præposito, cunctis admirantib. ad locum vnde detulerat deportauit. Hinc præpositus ille Dominicus vltra modum obstupefactus comitem suum intuetur, quasi idem esset illi illo præcepturus. At ille cognita re nihil cunctandum ratus, quam*

e d. c. 3.

f de raptu Proserp.

g Strabo Solinus. Plin. & Seneca,

h Valer. Max. l. 8. Tertul. Apolo. c. 22 Minuci in Octauio, D. Aug. l. 10. de ciu. Dei c. 16.

i Theodoret. lib. 5. Hist. Ecc cap. 21.

primum in hæc verba prorupit. Pater Reuerende, apage te, ne me iubeas tentare Deum, adferam, si voles, ignem, prout soleo, testula, non manibus.

At illi admirabundi ob tantum miraculum, hinc taciti intra se stupebant: hinc repentino comitis responso delectati, se mutuo inspicientes subriserunt Subrideat fortè & aliquis Iesuitarum hostis hæc legens, At Scardeonius Iesuita nõ fuit, quin & Iesuitarum tenuem admodum cognitionem habebat, qui tum recens Patauium aduenerant: Ille namque nos vocat *Sacerdotes nominis Iesu libr. 2. classe 5. fol. 95.* Iesuitas autem in prædicta narratione *d. libr. 2. classe 6. fol. 113.* vocat eos, qui propriè *Iesuati* nominantur, illi auctorem ordinis habent B. Ioannem Columbanum, & ferè ad vnum laici sunt: nos auctorem habemus ordinis nostri B. Ignatium Loiolam, & *in* singulis domibus multos Sacerdotes. Illi ab Vrbano V. *Papa*, anno 1369. confirmati fuere: nos primũà Paulo III. post annum 1540. illi *Iesuati S. Hieronymi*, nos *clerici Societatis Iesu* sumus vocati. de illis lege Paulum Morigiam *lib. de orig. religionum. c. 33. & 35.* de nobis vitam P. Ignatij Loiolæ à Patre Petro Ribadeneyrâ, & P. Petro Maffeio accuratè descriptam. Errauit ergo Scardeonius in nomine, vt & cæteri; qui Iesuitas cum Iesuatis confundunt. Et ex hoc errore Bartholom. Fumus *in armill. aurea verb. religio nu. 4.* satis inconsideratè negat Iesuitas proprie religiosos esse & auctorem laudat Abba. *in rub. de regular. num. 3.* qui tamen duntaxat scribit eos non propriè dici regulares: quod & ipsum falsum. nam Iesuitæ vtrumque sunt Regulares, quia regulam certam profitentes: clerici sunt religiosi, quia quidem tria vota etiam solemnia, quæ Abbas requirit, emittunt; & nihilominùs qui ea non emittunt, simplicium emissione religiosos esse PP. Maximi, Gregorius XII. & XIII. definierunt. Verum Abbas errabat in facto: & Fumus imperite Abbatis sententiam excerpsit. ambo autem de Iesuatis prædictis loquebantur. nam Abbatis tempore de Iesuitis nulla dum erat cogitatio: libri sunt corrigendi Abbatis, Fumi, Scardeonij, & (miror) id ab ijs, qui nuperis editionibus præfuerunt, non animaduersum. Venia plane dignus Fumus, si ante Soc. Iesu institutam scripsit. Venia indignus Baleus hæret. Anglus *in Lib. scriptorum Britanniæ*, qui nos fingit, additis (vt illi solemne) fabellis, Theatinos esse, & Venetijs primum à Paulo Caraffa, qui postea Paulus IV. institutos. Minus tamen Mirandum. Anglo Caluin. nomen nostrum ignotum fuisse, sed plane miranda malignitas & stupor Paris. aduocati, Papyrij Massoni: qui cum in nostra societate non paucis annis vixisset; vt rabula fori fieret, eã deferens maledicentiæ quasi tyrocinium fecit, in nomine nostro insectando. nam in Pauli IV. Pontificis vitæ rapsodijs, scribit nos in Hispania *Ignatianos*: Nolæ in Campania *Iesuinos* vocari, & sic ipse appellat: cur? ne nouisse videatur, & vt apostasiam tegat. male nouerat, à quibus tam malè tam malo exemplo defecit. Si tam parũ illi noti, vnde, aut qua, in intima se arcana cordis iste cordiũ & renũ scrutator penetrauit, vt nihil veretur affirmare: eos sibi solos videri societatem cum Iesu contraxisse: & in eo nimium sapientes esse, quod se putent cœlo vel ipsi quandoque imperaturos? Qui cordis eorum tam penita perspexerat arcana, quo potuit pacto nomen ignorasse: si nec nomen nouerat, nõ potuit se in hæc latibula profunda cordis penetrasse. Teneo te Spiritus apostatice. Brutiorum brutus iste mos est, vt quos flagi-

tioſe

tiose deseruerunt, quia disciplinam non ferebant: illos infrunito ore & lingua virulenta conentur proscindere, ne non merito transfugisse videantur. Ad rem redeo à diuerticulo, in quod me Scardeonius pertraxerat.

QVÆSTIO XI.

Quæ Magorum potestas in orbes cœlestes sidera & elementa?

FERENDI sunt Empedocles, Sosiphanes, Apollonius, Virgilius & alij poëtæ, vt quæstione præcedente docui, plus nimium Magis tribuentes: ferendi, quia gentiles: sed quis ferat hominem Christianum, & qui Catholicus amat audire. *In parabata* vincto, sic canentem?

Verba vel alto errantia cœlo.
Sistere sydera, verba potentem
Noctis possunt ducere lunam.

quod ethnicum est, stolidum est, & mere fabulosum.

Primo, nec cœli, nec siderum motum sistere, vel eorum statos cursus retroagere magicen posse. hoc enim foret vniuersi ordinem turbare. Hinc vero concidit fabula veterum de lunæ detractione: non magis consentanea rationi, quàm recentior nostris temporib. ridicula populi cuiusdam opinio, arbitrantis lunam ab asino epotã: quia pecus Arcadicum de flumine biberat, in quo noctu lunæ facies, vt fit, lucentis reddebatur cum biberet: eoque recedente subita nube luna velata videri desijsset: ideo miserum Sileni vectorem in carcerẽ coniecere, in equuleum egere, & aluo rescissa, vt lunã mundo redderet, sæuissime exenterarunt *a*, Conclusionem nostram D. Augustin. confirmat. *b* Veteris fabulæ origo nata ex ignoratione causæ, cur luna naturaliter deliquium luminis patiatur, teste Plutarcho *c*, & veteri quodam poeta, cuius fragmentum, vt à Turnebo *d* accepimus, dignissimum est, quod pluribus locis legatur.

Sed tamen incuruus per pondera terrea nitens.
Dicam quur fesso liuescat circulus orbe,
Purpureumque iubar niuei cur tabeat oris.
Non illam, vt populi credunt, nigrantibus antris:
Infernas vlulans mulier prædira sub vmbras
Detrahit altiuago è speculo, nec carmine victa,
Vel rore Stygias *
Vincibilemque petit clamorem. quippe per æthram,
Qua citimus limes dispescit turbida puris,
Inuiolata meat: sed vasto corpore tellus,
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet vmbriferis metis, tum sidere casso
Pallescit teres vmbra rotæ: dum transeat axem.
Aggerei velox tumuli, speculoque rosanti
Fraternas reparet per cœlum libera flammas.

Addit postea multa disertissime, quibus hanc sententiam confirmat, ibi legere poterit, quem capit priscorum poëtarum lectio.

Secundo nequeunt integrum elementum de loco suo naturali in alium transferrre: nec partes; quibus integratur mundus, tollere vel suo mouere loco. Ratio est eadem, quæ præcedentis conclusionis, estq; sententia communis Theologorum, atq; hoc voluit Firmilianus ad D. Cyprianũ scribens. Terræmotus tamen possunt efficere: nempe immisso quopiã vehementi spiritu in

a Narrat Viues cõment. lin. lib. 10. de ciuit. Dei c. 4.

b d. c. 4.
c l. de præcept. connubial.
d l. 19. aduersar. c. 3

cauernas terræ, vel vehementer agitato aére, qui in terræ viscerib. est inclusus. Non id poëtæ tantum asseruerunt, ventis magos imperare: sed & Philostratus, dum scribit Apollonium apud Brachmanas duo dolia vidisse: quibus apertis, imbres & venti erumpebant, clausis serenitas & tranquillitas aëris redibat. Sopater quoque Philosophus, affectus vltimo supplicio fuit, quòd accusaretur carmine magico ventos vinxisse, ne annona Byzantium inueheretur. *a* De Empedocle, & Rege, cui cognomen, *Pileus ventosus*, iam diximus.

a Eunapius de viris Phil. & Suidas.

Tertio, quod huic affine est, possunt Magi tempestates sedare, possunt excitare fulgura, & tonitrua, grandines, & imbres, & similia Meteorologica ciere, & in agros quos volunt immittere. Irrisit hoc olim Seneca Philosophus *b* ita scribens; *Illud incredibile Cleonis fuisse publice propositos* χαλαζοφὺλακας *speculatores futuræ grandinis. Hi cum signum dedissent, adesse iam grandinem, quid expectas, vt homines ad penulas discurrerent, aut ad storeas? Immo pro se quisque, alius agnum immolabat, alius pullum: protinus illæ nubes alio declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis.*

b li. 4. natur. quæs.

Hoc rides? accipe quod rideas magis, si quis nec agnum, pullumue habebat: quod sine damno fieri poterat, manus sibi adferebat, &, ne tu auidas aut crudeles existimes nubeis: digitum suum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se auertebat, quam ab illo, in quo maioribus hostijs exorata erat. Rationem huius rei quidam quærunt. Alteri vt homines sapientissimos decet, negant posse fieri: vt cum grandine aliquis paciscatur, & tempestates munusculis redimat, quamuis munera & Deos vincant.

Alteri suspicari ipsos aiunt, esse in ipso

A *sanguine vim quandam potentem auertendæ nubis ac repellendæ. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse vis tanta, vt in altum penetret, & illam sentiant nubes? Quanto expeditius erat dicere, mendacium & fabula est? At Cleonæ iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura prouidendæ tempestatis, quod negligentiæ eorum vineæ vapulassent, aut segetes procidissent.*

B *Et apud nos in XII. tabulis cauetur. NE QVIS alienos FRVCTVS EXCANTASSIT. Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palam est, vt huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit.*] quàm fortiter asserit, quod ignorabat? aërem verberat, ipse falsas comminiscens causas quas refutet: nihil horum dicturus, si hoc pacto cum dæmone fieri sciuisset.

C Audierunt hoc & legere sæpius recentiores illi, qui negant tam Catholici. *c* quàm hæretici, *d* quorum potissimæ rationes sunt, ab homine nec vnam aquæ guttulam gigni posse; quasi vero dicamus, solum hominem suis ista viribus perficere: sed id dæmoni asscribimus ex pactis conuentis operanti.

c Calcaguinus Pozinibiusque.

d VVierus medicus. & Godemannus iurista.

D Addunt nos impiè dæmoni adscribere: cùm in S S. pruinæ, grandinis, pluuiæ & similium origo adscribatur Deo. Quod non ignorabamus; vt nec illud. plurima passim in S.S. tribui Deo, quæ tamen constat humanas vires non superare: vt percutere, occidere, sanare. *e* Sed nimirum Deus hæc omnia facit vt causa efficiens principalis, independens, & vniuersalis: creaturæ verò, vt causæ efficientes, particulares, dependentes, ac minus principales.

e Deut. 31. v. 39. 1. Reg. 2. v. 6. cũ simil.

E Vlricus Molitor, *in Dialogo Austriaci*, paululum deflectit ab aliorum errore, & ingeniosè comminiscitur, diabolum quidem non posse aërem turbare, grandinare, &c. cùm vult; nihil tamen adfert ad probandum, cur

id nequeat: sed quod quando futuram præuidet tempestatem, tunc sagas impellere ad faciendum ea, quæ procurãdæ tempestati facere consueuerunt, & ijs persuadere rebus seu factis illis hãc vim concitandæ procellæ inesse; non nego, posse id aliquando contingere, sed vt plurimum aliter fieri contendo. Namiagæ vnanimiter confitentur, se quandocumque lubet hæc posse perficere: & id confirmat experientia, quoties à iudicibus vel inuitæ cogũtur: sequitur enim effectus, dæmon ergo id ex pacto condicto ad signum concurrens perficit. Fallitur etiam Molitor, nimis ieiunè & frigidè hîc & toto libello disputans, dum probat, sine Dei permissione hoc dæmonem non posse, quis vnquam Catholicorum hoc non asseruit? omnes clamamus permisionem Dei necessariam esse; at contendimus Deo permittente, & causis naturalibus non impedientibus dæmonem id, quando vult, posse, licet alias tum tempestas nulla naturaliter fuerit oritura. Scio; *Burchardus libro decimo nono. Decret. titul. de arte magica. vers. credidisti vnquam*, idem negauit, & censuit magos id credentes esse superstitiosos, superstitiosi sunt, quia magi: item si credant se hæc etiam non permittente Deo posse; immò & hæretici tum forent, ex hoc capite. Sed rectè sentiunt, si supposita Dei permisione, vi pacti, se id per dæmonem posse facere arbitrãtur. Et hæc omnino sequenda, quæ est communis sententia Theologorum, & Iurisconsultorum *f*. probatur Primò, ex S.S. Nam ibi Satanas *g* facit ignem de cœlo decidere & ablumere seruos ac pecora Iobi: excitat quoque ventum vehementem, qui filios ac filias conuiuantes ruinâ opp. essit: quæ diabolum met ibi fecisse patres orthodoxi docent *b*. Deinde grandinem, qua

A Ægyptij puniti, expresse S.S. dicit per malos Angelos immissam *i*. Tertiò se offerunt quatuor angeli stantes super terræ angulos, ventorum flatus impedituri, & sic damna viuentibus illaturi maxima *k*: quos esse genios alastores plerique Sanctorum censuerũt *l*. Denique cur ab Apostolo toties vocãtur dæmones, principes aeris huius? potissimum propter magnam in aere potestatem. Hoc confirmat non modo lex vetus XII. tabularum, quãs eo nomine laudant Plinius & Diuus Augustinus *m*: sed & Imperatoriæ, & Pontificiæ sanctiones *n*. Confirmant & ij. quos citauit Patres omnes, Clemens, Hieronymus, Augustinus, Andreas. Strabus, Diuus Thomas, & alij præterea complures, *vt Orig. libr. octauo, cont. Cels. Ioan. Salisberiens. libro primo, capite decimo, Henricus Theutonicus, quem sequitur Cantipratensis libro secundo, cap. 57. part. 29.* Quartò probatur historijs & exemplis, de ventis & tempestate sedata à Magis tempore Xerxis, testis est Herodotus *o*. De Finnis & Lapponibus sic scribit Olaus *p*: *olim mercatoribus ventos venales exhibebant, tres nodos Magica arte fucratos, quorum primo soluto placidos ventos, secundo vehementiores, tertio vehementissimos sint habituri.* [Olim Aristæus docuit incolas Cycladum certis ritibus ac hostijs Etesias æstiuo tempore elicere, & sic suaui frigore squalorem & sterilitatem ab agris arcere *q*: de pluuijs cœlo denocatis per Magos, plena sunt veterum monumenta *r*. Pluuiam etiam Cianitę Indi ridiculo ritu sic procurãt, vt in Epistolis Peruanis nostrorũ, anni 1590. & 1591. narratum, his verbis excerpsit Gaspar Stirillius: *Quando pluuia indigent, Magus quispiam magna vocis contentione & acceleratione clamat, vt omnes ad montem conscendant:*

f quos citat Binsfeld. q. 4. in l. 4. C. de malefi. & mathe. cui addo Holozad li. 1. de vera & falsa pro py. c. 19.

g Iob. 1. v. 16. & 519

b And. Cæsarien. in c. 3. Apoc

vers. 13. D Thom. & alij in Iob 1. v. 19.

i Exo. 99. Psal. 77. v 49. de quo ibi Opt. D. August.

k Apo. 7 v. 1. recogn. D. *l* D. Clem li. 4 Hie l. 7. in Es. D. Aug. l. 5 contra Iulian. c. Strabus in Apo.

m Plin. li. 28. Nat. histor. c 2 & l. 30. c. 1 & D. Aug. l. 8. de ciu Dei. c. 19

n l. mulier. 6. C. de malefic. c nec mirũ 16. q. 5. & bulla Innoc. 8. cont. maleficos.

D

o Lib. 7.

p Li. 3. c. 46

q Victori. li. 19. Varia lect. c. 21.

r Pansa in Arcadie. Dion. Cassius l. 56. Xiphilin. in Anton.

quo postquam peruenerunt, vt quilibet consueto more à cibis abstineat. Est autem eorum hoc ieiunium, vt à sale, pipere, cibis coctis contineant: quod vbi factum est, voce intensa & clamore summo stellas inuocant, aquamque precantur, & ad terras, castellumque paganum se se vertunt, potionem quandam manibus tenent, quam vbi nobilis alicuius adolescentulæ manu porrectam ebiberint: ita à sensibus abducuntur, mentisque impotes fiunt: vt mortui videantur: sed vbi in se redierint, mel aqua & maizo miscent quibus permixtis nubes aspergunt. Die sequenti nobilem aliquem, aut conspicuum & venerandum quempiam senem in lectum deponunt, subiecto lento igne, atque vbi sudare cœperit, sudorem vase excipit Magus, anserino sanguini admiscet atque ex radice expressæ aquæ rursum in aera iactat, nubes vt tingat: rogat, per sudorem, sanguinem, & aquam, vt desideratam pluuiam largiantur. Quod si casu ea eo die quo sunt superstitiosi pluat, gratias agunt stellis, magumque multis muneribus ornatum efferunt.] Tanto nimirum Diabolus facilius stat pacto, quãdo pluuia vel grando in perniciem aliorum deposcitur, vt vix vnquam fallat: quam quando in commune bonum, quod hi poscunt Indi, quos vt plurimum ludificatur; cum tamen nõ minus eorum Magi, quam nostri sortiarij vi pacti operentur.

Nemini porro videri debet mirum de aqua: cum Pausanias scribat, *a* è lignis nullo admotis igne purissimam flammam Hippæpis solitam barbarico carmine educi. Recentiora exempla nuperi scriptores prodiderunt. Admiratione dignum est, quod de ritu nostrarum strigum tradit Remigius, *libro primo, dæmonolatr. cap. 25.* his verbis: *Hoc certe memini testatum spontanea & libera assertione plus minus ducentorum hominum, qui me duumuiro damnante incendio crimẽ sortilegij luerunt: statis certisque diebus solitos se conuenire gregatim ad ripam vel stagni vel riuuli alicuius, maximeq; si quis esset quem solitudo prætereuntium oculis sepositum haberet: atque illic aquas, accepta à dæmone virga, tantisper diuerberare, dum vapores fumosque abundè excitarent, quibuscum vna sublimes efferrentur. Illud deinde, quod sic esset excitatum, se in nubes densas ac caliginosas induere: quod postquam vna cum dæmonibus ei essent inuoluti, agerent pellerentque quæ erat libitum, ac tandem multa præcipitatum grandine in terras decuterent.*] Hîc nullam puto deceptionem aliam intercedere, quam quod diuerberatione sua se putant vapores illos excitare: hoc dæmon facit; & striges effert per aerem in ipsis nubibus & ne præsocentur, præbet remedia. Si per nubes feruntur, an negandum illas, dæmone deferente, ex nubibus in terram decidere posse? sed de hoc postea. Remigius addit solitas aliquando priusquam sic vndam diuerberent, in eam immittere ollam fictilem, cui aliquid arcanum dæmon incluserit; vel etiam lapides, ad eam magnitudinem, quantam volebant grandinem decidere: Interdum candelas tantisper in stagnum deuexas, ac lumine pronas tenere; dum stagnum affatim guttis illis defluentibus imbuissent; puluerem præterea medicatum in aquas spargere. Vt plurimum vti ad diuerberandam aquã virgis nigris à dæmone datis, & his cõstantissime aquam flagellare, & diras simul verborum execrationes ingeminare. Quædam etiam confessæ, dolia trãsuersa per nubes à sortilegis dæmone auxiliante impelli, donec loco, quẽ animo destinarunt superimpendeant: tum dirumpi illa in saxa & flammas, & veloci impetu obuia quæque vastare ac

conte-

conterere. Multa refert idem exépla, *d. cap. 25. & libro eodem cap. 29.* addam duo, vnum lepidum, horrendum alterum. In ditione Treuirensi rusticus fuit, qui cum filiola sua octenni, caules plantabat in horto: filiolam forte collaudauit, quod apte hoc munus obiret. illa, sexu & ætate garrula, se nosse alia facere, magis stupenda iactat, pater, quod id foret scisciatur, secede paululum, inquit, & in quam voles horti partem subitum imbrem dabo, miratus ille; age secedam, ait: quo recedente, scrobem puella fodit, in eam de pedibus (vt cum Hebræis loquar pudentius) aquam fundit, eāque bacillo turbidat, nescio quid submurmurans. Et ecce tibi subito pluuiam de nubibus in conditum locum. Quis (inquam obstupefactus pater) te hoc docuit? mater, respondet, huius & aliorum similium peritissima. Zelo incitatus agricola, post paucos dies, inuitatum se ad nuptias simulans, vxorem cum gnata, festine nuptiali modo exornatas in currum imponit, in vicinum oppidū deuehit, & iudici tradit maleficij crimen supplicio expiaturas, hoc mihi fide dignissimorum virorū narratio suggessit: vbi notandus modus scrobiculam faciendi, & quod in eam iecteris bacillo confutandi. Sic intelligendum illud Propertij, de anu, quæ iaga, *libro 4. eleg. 5.*

Quippe & Collinas ad fossam mouerit herbas
Stagnaq; currenti diluerentur aqua,

Sequens exemplum Iouinianus Pontanus memoriæ mandauit *b. Ferdinandus Neapolitanorum Rex Marcos oppidum, arci montis Draconis ad Massicorum montium exitum sitæ, subiectum, Andegauensium factioni fauens, arcta obsidione premebat, & defectu aquarum prope ad deditionem compulerat: cum quidam impij sacerdotes magicis artibus imbres elicere ausi sunt. Inuenti enim ex oppidanis atque obsessi sunt, qui nocturnis tenebris deceptis castrorum vigilijs, per asperrimas rupes partim profecti ad littus, trahentes secum imaginem affixi ad crucem Christi, maledictis illam prius ac diro prosecuti carmine, post in mare execrabundi immiserint: cœlo; mari, terrisque tempestatem imprecati. Quo etiam tempore sacerdotes quidam mortalium omnium scelestissimi, dum satisfacere prophanis militum artibus student, ritum nefarium secuti (quo, vt dictum est, in huiusmodi elici imbres putantur) asino pro ædis foribus constituto, tanquam agenti animam, cecinere funestum carmen, post diuina Eucharistia in illius os palamque iecta conclamatum asinum funereis cantib. viuū tandem, ibidem pro templi foris. humauere. Hic vero vix dum perfecto sacro, obnubescere aer, ac mare agitari ventis cum cœpisset, diesque medius offundi tenebris, ac nunc cœlum micaret ignibus, nunc lux eriperetur, tonitru cœlum terræque horrescerent, volitarent euulsæ ventis arbores, discissasq; fulminibus saxa complerent auras fragoribus: prorupit tanta è nimbis pluuia, imbresque tam validi, vt non cisternæ modo colligendis aquis satis non essent, sed arentia saxa, rupesque exustæ solibus, tortentes vndequaque prolapsos diffunderent. Ita Rex, qui sola in siti potiendi oppidi spem collocauerat, frustra ab ea habitus, ad Sauonem vetera in castra redijt.*] Eo lubētius ista adscripsi, vt monearis mihi (Lector) ritus, qui per abusū, & prælatorum negligentiam quasdam in regiones irrepserunt, trahendi crucifixi, & sanctorum imagines, vt sancti Martini, sancti Vrbani, ac aliorū in Germania, & Aquitania ad impetranda commoda anni tempora, contra quos in Cantabria librum de superstion. Martinus de Arles edidit; videri initium

b li. 5. belli Neapotani.

accepisse à superstitione magicâ, & taciti pacti iure quam optimo suspectos haberi. Nam & Vincentius Belluacensis prodidit *c* Constantinopolitanos, suasu cuiusdam Magi. D. Virginis imagine in mare demersâ, Saracenorum classi tempestatem immisisse. Nonne animaduertis (Lector) sanctorum effigies dæmoni admodum odiosas esse? hinc licet colligas quo nostri iconomachi genio agantur. His nihil obstat Canon Concilij Bracarensis primi. *Anathema dicens ei; qui crederet aliquas immundas creaturas (Diabolum) & tonitrua & fulgura, & tempestates, & siccitates, propria auctoritate facere, cum Priscilliano.* Vera enim sententia Canonis est damnare hæreticos illos, qui censebant eum primum esse principium, & virtutem creandi has res habere diabolum, easque producere posse, etiam non permittente Deo, quæ omnia sunt hæretica, & Mago Priscilliano digna.

c lib. 23. Spec. Hist. c. 47.

A

At quod à nobis nunc asseritur, id diuinæ & humanæ sapientiæ placitis planè consentaneum est, & experientia compertissimum, non de pluuiâ, & grandine, & ventis tantum: sed de fulmine quoque, cuius eadem ratio est. Andreas Cæsalpinus Peripateticus, *in Dæmonum inuestigatione capite vndecimo*, ita scribit: *Viri reperti sunt, qui non solum grandines, sed & fulmina concitabant, non tamen lædere posse fatebantur, quoscumque vellent: sed eos tantum, quos Deus dereliquisset.* (hoc est, sic reor, qui per mortale peccatum Dei gratia excidissent.) *Eorum quidam hunc modum seruabat, in campis Principem dæmonum inuocabat, orabatque, vt aliquem ex suis mitteret, qui destinatum à se percuteret fulmine: cui postea in huius pullum nigrum immolabat & in aerem proijciebat: quem cum postea dæmon assumpsisset, procellam acerrimam concitabat cum fulmine, sed raro in hominem designatum cecidisse.*] Nimirum plus dæmoni Deus solet in agros, quàm in homines permittere.

B

Quartò, vt tempestates, sic & tenebras excitare possunt, legi apud Marcum Venetum *a*, Tartaros adeò pollere dæmonum præstigijs; vt tenebras cum velint, & vbi velint, inducant: semelq; à latronibus hac arte se circumuentũ vix euasisse Haitonus quoque narrat *b*; prælio inclinatam Tartarorum aciem à vexillario Mago: qui præcantatione tenebras hosti obscurissimas offudit; restitutam vicisse.

a in pregi Asiatica.

b in hist. Sarmatarum.

C

Quintò, possunt aërem & aquam certis in locis corrumpere & tabificam lethalemque reddere iuxta Origenem d. l. 8. & probatur ratione, quia possunt ijs tetrum odorem conciliare, qualis est Italiæ Auernus, aut Iudææ mare mortuum. De aquâ id facilius est creditu: de aere probatur, quia licet aer continuo fluat, vim tamen habet imbecillam ad resistendum, sed leui momento frigescit ac calescit. sic enim idem in autumno mane frigidus, meridie calidus, serò tepidus, qui tam mollis ad calorem, cur durior ad odorem tetrum? Denique cum *Maruthas Mesopotamiæ Episcopus legatione fungeretur apud Isdegerdem Persarum Regem, & Episcopo pietatis nomine faueret Isdigerdes: Magi, timentes suæ religioni, quacumque Rex esset transiturus, illic intolerandum fœtorem excitant, calumniamque conjurgunt; comites Christianos istius esse artifices: sed deprehensi, re penitus cognita Magi supplicio affecti sunt.*] *Ita Nicephorus libro decimo quarto; Histor. Eccles. c. 18.*

D

E

6. Possunt Magi impedire ignis actiuitatem; ita vt quis innoxius per prunas ambulet, & non comburatur (nisi Deus impediat, vt solet in summo da-

mnati

mnatis ad ignem.) Sic enim olim Dianæ Castabalis sacerdotissæ non lædebantur ab igne (Strabo libr 5.) Sic Hirpi in Phalisci per ignem illasi ambulabant, testibus Strabone lib. 12. & Plinio lib. 7. cap. 2. Sic possunt facere ne quis aquis mergatur, vt quotidie videmus fieri in Probâ aquæ frigidæ: possunt fluuios ad tempus sistere, fontes venis exsiccatis durare; scopulos & saxa nouis fontib. terra productis diluere; aquas dirimere, & in caput repellere, vt retrefluere videantur, quod suis temporibus accidisse Plinius *e* fatetur. Denique possunt, per mineralia quædam, meteorologica opera facere: quæ etsi videantur prodigiosa, sunt tamen naturalia: vt congregare in cauernis montium mineralia aluminosa, & nitro commixta succendere, & sic subitam excitare nubem, quæ ad mediam aëris regionem eleuata, ibi tandem in imbrem resoluatur.

e l. 2. cap. 103.

QVÆSTIO XII.

Quid Magi valeant circa externa seu fortunæ bona?

ORVM cum sint homines auidissimi, præcipuæ quoque sunt dæmonis illecebræ, nos sigillatim agemus, & à facilioribus ad difficiliora progrediemur.

1. Nemo dubitat greges & armenta posse perimere: quod faciunt sparso, affricato, vel aliter exhibito veneno: interdum & motu locali quando dæmon bestiarum subit corpora, eaq; præsocat, præcipitat, vel discerpit: nonnunquam & laudatione sola, damone interea clanculum perniciem adferente. Nec aliter admittendum, quod Gellius scripto prodidit *d*; *Id etiam in ijsdem libris scriptum offendimus, quod postea quoque in libro Plinij Secundi naturalis historiæ 7. legi: esse quasdam in terra Africa familias hominum, voce atque lingua effascinatium: qui, si impensius forte laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repente hæc omnia, nulli aliæ causæ obnoxia.*]

d l. 9. Noct. Att.

2. Possunt messes & fructus alienos pellicere & alio traducere: vt narrant Seruius, *in Eclog. Virg.* Apuleius *in Apolog.* & D. August. *l. 8. de ciuitat. Dei.* nec mirum, cum id solo motu locali perficiatur à dæmone. Non videtur alienum à ratione suspicari; hoc fuisse Dardani Magi inuentum, siquidem Turnebus etiam *e* censuit à Dardano vocatos, *Dardanarios*, annonæ flagellatores: eo quod, vel crediti, vel insimulati magicis artibus alienos aceruos in sua horrea traducere. Superioribus annis cum Moguntiaci degerem. Treuiris affecta fuit vltimo supplicio saga nominis notissimi: quæ in domus suæ pariete impacto epistomio, lac omne vaccarum alienarum eliciebat, videlicet interea dæmon illas mulgebat, & celerrimè lac eò transportabat.

e tic. c. 4. *e* l. 9. aduit cap. 16.

3. Facilius possunt quaslibet fruges, terræque fructus perdere, & agris sterilitatem inducere. Magi malo carmine dæmonem accersunt, ille fruges mox perdit & anni prouentum, sic intelligenda ista Ouid.

Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam:
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ:
Illicibus glandes, cantataque vitibus vua
(fluunt.
Cecidit, & nullo poma mouente

Solent (teste Remigio) acceptum à damone minutum puluerem spargere, vnde erucæ, bruchi, locustæ, limaces, campe, & id genus pestes agrorũ & hortorũ consestim enatæ, omnia deuastãt

& depopulantur sata olera, fructus, ipsaque interdum gramina: interdũ murium copiam hoc facto excitant, qui illico interram se abdunt, & germina radicesque omnes absumunt: interdum iumentis œstrum immittunt, à quo tandem iteratis aculeis crudeliter interficiuntur, interdũ lupos illiso quodam in arborem gramine ex arboris, vt videtur cauo educunt, eo in quod volunt ouile, gregemq; abigunt, vnde non nisi graui strage illatâ reuertantur: horũ omnium iudiciarias confessiones idem Remig. exhibet, *l. 1. c. 21. & 24.* & censet tũ à dæmone non produci de nouo has pestes, sed vndique celeriter ab eo collecta in vnum locum cõgregari, quod quin facere possit, nihil est ambigendum. Lupos illos: quia gregi & ouili certo ac definito, & cui iussi, & quantum vult iubens, nocent & insidiantur, verisimile videtur, dæmones esse, qui specie lupina talem pauperem faciunt. Locustas, & reliqua insecta, & mures: quia ex putredine nasci possũt: nihil vetat, quin actiua passiuis applicando, dæmonem producere ex materia disposita posse censeamus, tempore tamen ad id requisito: quod breuissimum etiam ipsi iuuiciat.

Recentia exempla quotidiana sunt, & ab alijs congesta plurima *a*. Et legi in Hispania literas Inquisitorũ qui tum Põpeiopoli versãbatur, & id se cõstanter comperisse testabantur: & conuincit auctoritas summorum Pontificum, quorum hac de re bullæ exstant: Innocentij octaui ad Inquisitores Alemaniæ, Iulij secundi ad Inquisitorem Cremonensem, & Hadriani sexti ad Inquisitores Lombardiæ, *Vide Spineum q. de strigib. c. 15.*

4. Possunt igne domos absumere, vt contigit integro oppido Scultochio, quod in Sueuia anno 1533. fuit à quadam saga concrematum *b*

4. Possunt alienæ famæ nocere, multis modis; primò, dæmoniacis prestigijs & ludificatione sensuũ: vt Cenomanẽsis ille Triscalinus: qui insimulauit parochum gestati sub brachio chartarum lusoriarũ pro breuiario manipuli: quod & ipsi parocho persuasit: fecitq;, vt rubore suffusus, volumẽ abijceret: talis etiã ille dæmõ Moguntinus, diffamator mirificus, de quo Lycosthenes, *in prodig. anni 858.* & dæmõ alius sanctum quendã monachum in Lusitanię Santareno exhibens, de quo *infr. l. 6. c. 2. q. 3. sect. 3.* Possent etiã, quod tenet Cumanus, *in lucerna inquisito. n. 13. in fine*, assumpta hominũ innoxiorũ figura in conuentib. suis cõparere: si Deus id nõ impediret: quem id hactenus permisisse mihi & illectum & inauditũ adhuc, in crimine Magiæ; in quo pactũ cum dæmone intercedit: &, ratione huius pacti & cõspirationis fœderatæ, potest & solet exhibere sagas etiam ablentes, vt recte Petrus Loyher. *l. 2. de spectr. c. 5.* cõtra Alciatũ disseruit. Quinimo sagæ omnes fatentur, eos qui criminis huius seu pacti sunt expertes & alieni, repræsentare in conuentib. se non posse, quod multis docet, eruditione egregia, nec minori fide quã dignitate, Treuirensis Suffraganeus, Petr. Binsfeldius *c*, satisq; manifestũ est pertinere ad diuinam prouidẽtiã, vt in innocentes nihil tale perfidia possit: si vero ad tempus breue aliquãdo cõsimile quid Deus permittit: mox sane dæmonis technas, vt araneorum telas disijcit, & innocentiam sartam tectamque tuetur: quod legimus de Beato Siluano Episcopo Nazareno *d*: & de B. Kunegundi (apud Krantzium) sic diffamata per dæmonem de stupro: de multitudine illa dæmonum, qui nocturnum conuiuium celebrabant, & se hospitij vicinos atq; vicinas fallis lar-

a Vairo l. 3. de Fascino. cap. 1. Binsfeldio & alijs.

b Lycost. l. de prodig. B

c de confess. malef. in fine

d in legenda D. Hieron. si fides huic legendæ constaret

uis

uis mentiebantur : sed fraudem Diuus Germanus patefecit *e*. Facilius Deus permittat eos repræsentare imagines magorũ, & eorum qui aliquando hoc crimine fuerunt irretiti. Non tamen negandum, absolutè posse dæmonem innocentum exhibere formas, si Deus sinat: qui cũ id sinit, vel fraudem mox aperit, vt dixi, vel propter alia peccata in eorum remissionem, vel ad maius meritum & gloriã sufferentię, id permittit, *Vide, Bartol. Spineum quæst. de Strigibus cap. 14. & apolog. 3. cap. 3.* Denique possunt famam lædere : instrumenta maleficij certis locis reponendo : vbi ea innocentes isti, quos volunt diffamare, putentur abscondisse: vt sic illi pro maleficis habeantur. Inuenio id fecisse Mammon dæmonem, obsessorem B. Eustochiæ virginis Patauinæ: quam Deo maioris gratiæ & gloriæ causa toto vitæ tempore, quod illa patientissime & sanctissime transegit, energumenam esse permisit: & cuius defunctæ corpusculo inscriptum indebili charactere, inuentum, nomen Iesu fuit. Lege Bernardin. Scardeonium. *l. 2. Antiquita. Patauinæ ciuita. class. 6. fol.* 121. Item possunt famam lædere peccata occulta reuelando, vt solent energumeni: vel falso insimulando, vt tempore Ludouici II. Imperat. fecit quidam in Germania, quod narrant Sidisber, & Vincen. Belluacens. *f* & alius dæmon insimulans de eodem crimine Dorotheum, vt narrat Metaphrast. apud Surium, *Ianuar. 5.*

2. Possunt exhibere conuiuia, vel phantastica planè, vt arbitror fuisse Ægyptiorum, de quibus apud Origenem Celsus, & Brachmanum apud Philostratum: & Pasetis apud Suidam: & exhibebat superioribus annis Scotus Parmensis, ex cuius epulis saturi, vt sibi visi, conuiuæ, mox fame vera cruciabantur: vel ex veris cibis: quos cum dæmon præbet sagis, vt plurimum morticina sũt, mali gustus & odoris tetri, *g* nimirum diuina sapientia, raro permittit vt suaues cibos apponat: ne gumijs hæc sit ad inescandum efficax illecebra; sal vt plurimum deest, sæpe panis fortè an vt diuinis mysterijs orgia instituat contraria? nam in veteri testamento panes propositionis quotidie corã Domino ponebantur *h*: & omnis victima atq; oblatio saliebatur *i*, nunc etiã baptismo sal miscetur, & in Eucharistia pascimur viuifica Christi Domini carne panis specieb. siue accidentib. velata, an hæc odij causa in salem & panem : Non dubito, si Deus sinat, & ipse velit, posse & salem, & panem, & bene ac opipare conditos cibos apponere, raro id facit: non raro iubet inuitatos symbolum conferre, & quemque quo vesci volet secum adferre : quod sagæ nonnunquam confessæ iudicibus *k*.

7. Quando Deus sinit, possunt captiuos carceribus & vinculis eripere, motu locali tantum ad hoc opus est, & perfractione: quod cum homines valeant, cur non & dæmon? Narratio exstat de Lupoldo Duce Austriæ apud Trithemium *l* digna memoratu: *Anno Domini. 1333. Fridericus dux Austriæ qui contra Ludouicum Bauarum Imperator delectus erat, inter Oetingam & Moludorfum magno prælio victus, & Ludouico traditus, qui in arcem munitam eum asseruandum misit. Magus interim quidam Lupoldo fratri eius in Austria promisit, se sua arte Fridericum incolumem eductum vnius horæ spacio, si digna sibi merces numeraretur. Dux liberaliter promisit. Ergo dæmon ad Fridericum ablegatus auolat in Bauariam, formaque peregrini assumpta, custodiam ingreditur, inquiens : si ex captiuitate liberari vis, hunc equum*

ascendas

e in vita S. Germani

f Sigisber in Chron. Vincc. in spec. hist. l. 15. c. 37.

g Remig. l. 1. c. 16. ex iudiciarijs confessionib. sagarum.

h Leu. 24

i Leuit. 2.

k Ioan. de Vaulx Stapuleti ann. 1597. C.

l in Chrõ. Hirsaug.

ascende, & te in Austriam ad fratrem tuum Lupoldum incolumem perducam. Cui dux, Quis es tu? ad quem ille: Noli interrogare, quis sim, quia nihil ad rem: sed ascende hunc equum, quem tibi exhibeo. Hic, cum ducem, alioquin audacissimum, horror invasisset, & signo se sancto crucis munuisset: spiritus cum nigro equo disparuit, & vacuus ad mittentem reuersus est: à quo increpatus, quod non adduxisset captiuum, ordinem rei gestæ narrauit.]: De Apollonio scribit Philostratus eum se cippo eripuisse: & Vestales Romanorum suis creditę precationib. mancipia fugitiua, nondum vrbe egressa sistere. *a*

[a] Plin. lib 28. c. 1.

8. Mihi dubium non est posse magicen per dæmones (Dei permissu qui *Deus Sabaoth* est, & cui placet victoriam largitur) præstigijs, & industriâ variâ, qua (vt & robore) plus cunctis mortalibus pollent; & vrbes obsidione liberare (vt exemplo Marcosano supra q. 11. probauimus) & expugnandas præbere, & in prælijs victoriæ causam esse. nõ desunt exempla, nec ratio repugnat: cum hominibus non raro laus victoriæ merito adiudicetur. Ollerus magica arte apud Suecos, armis clarus euasit, adeò vt diuinitatis opinionem sit adeptus, auctore Saxone Grammatico *b*, qui de Oddone Danico pirata sic scribit *c*; *absque carina altum pererrans, hostilia sæpe nauigia concitatis carmine procellis euertit, nauigatoribus infestus, clemens agrestibus.*

[b] Saxo l. 3 Dana c. lib. 5.

Inito cum Normannis conflictu, ita vi carminum hostilem hebetauit aspectum, vt districtos Danorum enses eminus radios iacere putarent: cominus vero ne ferrum quidem vagina extractum visu excipere poterant: victa quippe fulgore acies præstigiosæ coruscationis impatiens erat.] Similia de Biarmensibus Olaus & de Haquino Noruego memorat Saxo: *d* de Bulgaris ita vincentibus Anastasium Cuspinianus *e*: de Tartarorum contra Polonos memorabili victoria Cromerus, his verbis: *Poloni Tartaros anno Christi 1240. ad Legnicam commisso prælio grauiter vrgebant, & fugientibus instabant. Erat in extimo Tartarorum agmine, inter alia signa, vexillum insigne, cuius pictura X. literæ figuram præ se ferebat: in cuspide vero figura erat tetra nigraque, capitis humani barbati: id vexillum cum signifer vehementius quateret, fumum atque nebulam densissimam & fœdissimam exhalabat. Ea nebula non modo aspectum barbarorum Polonis adimebat, verum etiam odore teterrimo eos enecabat. Incantationibus id quibusdam Tartari effecerant: quibus iuxta aruolationibus, diuinationibusque cæteris, cum alias, tum in bello plurimum vtuntur, ex humanis etiam extis de futuris euentibus coniectari soliti. Barbari, vbi Polonos trepidare senserunt, cohortati se inuicem, impressionem in eos faciunt, perturbatisque ordinibus magnam cædem ediderunt. Tantus eo prælio interfectorum Christianorum numerus fuit, vt singulæ auriculæ a Tartaris præcisæ, nouem ingentes saccos explerent.* Scribit Dubrauius, *lib. 3. histor. Boem.* in pugna qua victor Siderius, omnes Lucenses vt nec vltra progredi; nec retro pedem referre possent à saga suo quemque loco, ne profugeret, miro stupore iniecto affixum. Chinenses Neomam virginem pro sancta colunt. de hac scribit Gonzaluus Mendoza, *lib. 2. Hist. Chinens. c. 2.* eam hunc cultum magicis artibus adeptam fuisse. Nam cum quidam dux belli, Compo nomine, regis iussu classem in quandam insulam ductaret, is nulla vi anchoras soluere potuit ad abnauigandum. Tandem aduertit nauis chenisco inopinam Nuẽmã assidere. Accedit venerabũdus & opem consiliumq; implorat. Illa refert, nisi se ductrice Chinenses victoria non potituros. Vna ergo proficiscitur,

[c] in Anast l. 8. hist. Pol.

[d] Olaus l. 3. c. 19. Saxo l. 10.

& ho-

& hostes magicis præstigijs fidentes maioribus præstingit. Illi oleo in mare fuso, quasi classis incendio absumeretur, omnia fictitijs flammis inuoluebant. Noëma exstinguebat, & similia eorum ludibria dispellebat arte efficaciore: adeo vt cum omnia incassum, conari se viderent, victos se profesi, Campo dediderint, addit Mendoza & alia nonnulla. Permittit ista quandoque Deus peccatis profligatorum exigentibus. Sane perantiqua hæc Magices bellica præstigiamenta. Nam legitur apud Diogenianum adagiographum Ephesijs notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus vtentes in omni certamine victoria potirentur. Et Suidas testatur, Milesium quendam cum Ephesio in Olympijs palæstra depugnasse, nihilque in conflictu potuisse: quod Ephesius in talo patrios illos characteres haberet: quod simul ac animaduersum à iudicibus, ademptas litteras, & Ephesium, qui iam triginta defatigarat, succubuisse. Polyænus etiã auctor est *f* Chrysammen veneficam arte sua, Cnopo victoriam de Erythræis peperisse: non tamen carmine, sed venenatis tauri carminibus furorem hostibus immisisse. Sed Francorum exercitum Rege Sigeberto ab Hunnis profligatum, carmine obiectis spectris memorat Gregor. Turonens. *libro quarto hist. cap.* 28. Vt plurimum Deus non permittit victoriam in dæmonis potestate: sæpe hic etiam suos mauult decipere veterator. Sane Magnentius sic vana spe plenus, vincendum se præbuit Constantino Imperatori.

f l. 8. Strat. tag.

Sic Ericus ille Rex Sueciæ, summus huius cultor vanitatis, post tot victorias manus Ostanis euadere nequiuit *g*. In eadem Suecorum historia legimus, Hadingum, ab Othino dæmone iussum cum Curetibus confligere prælio, profligatum: potione quidem ab eo roboratum, sed vincere non potuisse, donec à sene quodam exercitus instruendi industriam assequeretur, fallaciss imoque dæmones eum plurimis ac varijs bellorum casibus exposuisse, nunc victorem efferendo, nunc victum omni ope destituendo: sic tandem seipsum suspendo publice necari curasse victum mœroris magnitudine *h*. Deinde inter cæteras causas cladis magnæ, quam Flandri à Francis cæsi, anno. 1302. acceperunt, memorat Meierus *li.* 10 *Chronic.* quod Flandrorum militiæ Imperator Guido Iuliacus, sortilegos ac necromanticos sibi adhibuit, & cacodæmonas adiurauit, & consuluit. Eandem causam Ferdinandi Lusitani, Flandriæ comitis per vxorem, cladi & captiuitati adscribunt, matris eius sortilegium, Gaguinus & alij Historici Franci: sed id reticent Flandri. Sed idem Meierus anno 1304. de Guidone illo refert ista: *fama est deceptum fuisse à quodam Necromantico: abs quo artem didicisset, qua ille pollicebatur fore eum, quandocumque vellet, in quamlibet magno periculo, inuisibilem. At ea incantatio nihil ei hic profuit ad vitæ salutem.*] ad veræ & æternæ mortis supplicium apprime vtilis fuit. Pergamenses etiam olim conati se magicis artibus obsidione liberare, irrito conatu operam luserunt, vt narrat Paulus Diaconus *lib.* 20. *rerum Romanarum.*

g Ioã. Magnus li. 17 hist. Gott

h Ioã. Magnus l. 2.

Tempore Leonis Isauri Masalmas Princeps Sarracenorum Pergamum nullo negotio occupauit: quamuis ciues freti mago quodam horrendum Diabolo sacrificium immolassent, secta prægnante fœmina; & fœtu viuo extracto & in cacabo elixato: & cun-

ctis bellatoribus manus dexteræ manicam tam impio sacrificio funestantibus: auctor Theophanes. Aliud quo que memini ludibrij hac in re exemplum nobile.

Vratislaus Lucensis Dux (verba sunt Æneæ Siluij *i*) *Vratislauiæ conditor, bellum contra Gremozislaum Boemiæ Ducem, nepotem suum susceperat: ibi mulierem fuisse tradunt, quæ priuilegio bellum perituro, Vratislaum impugnaturum, maioremque populi partem cum eo interituram prædixit: posse tamen euadere iuuenem, si sibi pareret. Adolescenti imperata facturum respondenti, iussit: vt primum, qui obuius fieret, occideret, atque vtraque aures abscissas in pera reconderet: mox gladio inter priores equipedes cruce in terra facta, & deosculata, fugam maturaret. Pugna in campo, cui Thusco nomen est, commissa, cæso Vratislao: adolescens, qui nouercæ paruerat, domum incolumis effugit: sed vxorem, quam valde amabat, interemptam reperit, carentem, auribus, pectuque confossam, sic quas hosti amputauerat aures coniugis suæ fuisse, stupens tristisque cognouit.*] digna merces consultæ de victoria fagæ, fortassis & vxor venefica fuit, & se prælio immiscuit, quod solitæ mulieres Boëmæ: vel genus hic maleficij, per imaginem lethalem in prælio exhibitam, dæmone, interea domi miseram ijdem vulneribus mulctante, qua de re libro quarto disserendum. Sed & Fridericus ille Stuphius, qui se Fridericum II. mentiebatur, cum ex magica pecunia bellum pararet: à Rudolfo Habspurgensi oppressus, captus & crematus legitur, *in Boiorum histor. libro septimo.*

i in Hist. Boem.

Quare non minus sapienter, quam religiose factum ab Innocentio Pontifice: qui vocatos ab Ethnicis è Thuscia magos, & promittentes se Romam Alarici obsidione liberaturos, vrbe curauit expelli *a* iudicans capi vrbem præstare, quam magicis artibus eripi: sicut se Larinam oppidum eripuisse gloriabantur. Non dissimilis prudentia, sed iustitiæ districtior vltio fuit in Allobrogum Comite. Comitatus iste ducem Andegauensem simul castrum Oui, quod Neapoli munitissimum, vndique mari alluebatur, à Duce accersitus consilij gratia, num oblatio cuiusdam acceptanda, nec ne? Magus iste erat, & gloriabatur se hanc ipsam arcem artibus suis Carolo Pacifico (qui in eam tum se receperat) in manus dediisse, paratum eadem techna Andagauensibus arcem tradere. præstigijs se ex nube densata pontem exstructurum, & à continente in murorum arcis summitatem perducturum: sic metu propugnatores ad deditionem prius à se cõpulsos fuisse, cauerent tantum milites, qui ponte transituri: nec vel manu, vel brachijs, vel tibijs, aut armis crucis vllum signum conformarent: tum enim pontem illum, cum transeuntium interitu, fumi instar dissipandum.

a Sozom. li 9. ca. 7. & Sosymus li 5.

Comes ijs intellectis, Ducem orauit, vt Magus ad ipsum mitteretur, de re tota eum certiorem facturus. Venit miser, & eadem Comiti narrat spondetque. Contra Comes, *Numquam se commissurum, vt tam strenuis militibus, veteranisque belli ducibus exprobetur, Carolum Pacificum ab ijs, sine vetitis artibus, infamiaque tanta, debellari non potuisse. sibi spem in Deo, & virtute collocatam. Simul magum carnifici traditum capite ferire iussit b.*] Accidere hæc anno 1383.

b Froisardus lib. 9. cap. 7.

Nonum sit de dignitatibus & honoribus, ad quos promoueri quem

arte

arta Magica, multa sunt quæ suadeant. Primo proferuntur Pontifices Romani, quos ad Apostolici culminis apicem sic adscendisse tradunt varij historici *c* nempe Martinum II. Benedictum IX. Ioan. XXI. & XXII. Siluestrum II. & Gregorium VII. Sed respondeo de Martino II. dici malis artibus ad Pontificatum peruenisse, sed à Pontificum osoribus: nec necesse malas artes de magicis accipi: mala est ars, ambitus: mala, calumniæ: mala, simonia & huiusmodi. Siluest. II. summus fuit geometra, & de arte illa librũ scripsit: quæ M. S. scilicet habetur in bibliotheca Farmesiana: Philosophiæ quoque peritissimus, sæculo tam inerudito, vt philosophi ac geometræ pro magis haberentur: à vulgi igitur errore multiplex de illo fabula fuit, per Martinum Cistertiensem & Calfridum incautè dispersa.

De vtroque Ioanne, & Benedicto, & Gregorio. quæ sparsa feruntur: in schismaticorum Imperatorum eius temporis gratiam fuisse disseminata; nihil dubitandum. Benno quidem ille Cardinalis, hostis dum vixit fuit iuratus Gregorij, & librum suum refersit tot impudentissimis mendacijs: vt vel voluisse videatur animi causa Pontificis pessimi ideam exprimere, sicut in Cyro Xenophon optimi Regis: vel sane, liber ab hæretico quopiam patrum memoria, nomine Bennonis, fuerit conscriptus: sane ipsi scriptores qui Gregorij tempore vixerunt, aperte illi contradicunt, vt Onufrius & Bellarminus *d* docuerè: Nec crediderim, Deum vmquam permissurum, vt sedes Apostolica magico insessore contaminaretur. Secundo igitur alia quædam exempla proferuntur: vt Theophili, qui Vicedomini dignitatem dæmonis auxilio recuperauit *e* & similia. Nec mirandum posse magicas artes, quod sæpe potest ambitus simonia, & similes corruptelæ: id enim tum succedit, quando Deus permittit: qui cum permittit, vel maturam sceleratorum vltionem, vel diuini cultus augmentum, vel aliud bonum inde solet elicere. Ipse quidem Diabolus vt plurimum magos decipit, inani dignitatis, Principatusve spe, & pro sceptro palum, pro corona rogum vrendis largitur. De Stuphio illo narrant Annales Boiorum: de Barone de Rais Britanno, Monstreletus, *libro secundo. Histor. cap.* 248. de duce Aurelianensi fusè Meierus libro decimo tertio. Prorsus vero ridiculum est, quod auctor ille nugiuendulus אדבעחאל narrat Iudæum quendam Magum arte sua effecisse: vt vltimus Rex Italus Neapolitano regno deiectus fuerit, & nullus Italicæ nationis in æternum illic queat imperare: nec esse remedium: nisi Magus ille ab alio potentiore euocatus, cogatur factum recantare. (*Sic mendaciss. ille scribit aphoris.* 35.) quo nihil dici potest inanius, aut stultius Nec positum à me, visi vt vanitas Magorum cunctis appareat.

10. Quod de dignitatibus, idem iudicium est de veris diuitijs & thesauris: posse dæmonem, si velit & Deus permittat: non solere, nisi rarissime varias ob causas. Nam quod Psellus scribit *f*, *nihil eorum quæ diabolus promittit, ex se spectare illum posse, sed visu tantum inania suis cultoribus præbere*, id si de eo, quod facere solet, loquatur, verum: si de eo, quod potest, falsum. Quod etiam à viro Cl. *g*. traditum: non posse dæmonem, Deo permittente (hoc enim supponitur) vllam veram ac germanam pecuniæ materiam producere, nec veram formam

c Vincent Benno. Simo. nett. Platina, & Nauclerus.

d Onufrius quinq; libris nondum editis, & ad Platinam addi. Rob Bell. in tom. 1. li. 4. de Ro. Pon. ca. 13

e Sigiber. in Chron

f c. de collationib. auri & virtutis.

g Iudic. Dam. hauderio in Mora. promptuario. c. de pecuniæ vituperio.

dare: hoc distinctione fulciendum est, cum enim forma pecuniæ sit inscriptio numismatis, quæ est mere artificialis: nihil dubitandum, quin aurea & argentea numismata, qualia volet, diabolus cudere possit. Materiam quoque numismatis, scilicet corpus mixtum metallicum, potest producere, applicando actiua passiuis per modum naturalis & artificiosæ productionis, sic enim potest producere insecta viuentia, quæ metallis omnibus sunt perfectiora. Neque tamen hæc productio est vocanda creatio. Per veram namque creationem nequit Diabolus nummi materiam gignere quia vera creatio est pecuniæ ex nihilo productio, quæ est opus omnipotentiæ soli Deo propriæ. Vnde communiter Theologi, contra Platonicos, Simoniacos, & Auicennam, docent non potuisse Deum per angelos mundum creare, vt per causas efficientes instrumentales, quæ effectum immediate attingant ad morem causarum physicarum: nam quod per causas efficientes instrumentales inter causarum moralium pertingentes ad effectum (sicut in vltimo iudicio, ad angelicæ tubæ sonum mortui suscitabantur) id per angelos Deus possit, mihi quidem longe probabilius apparet.

Quare posset Deus absoluta potentia permittere, vt, diabolo quidpiam agente vel dicente, per creationem aurum de nouo gigneretur: sed re vera tunc Dei permissio ac voluntas foret causa efficiens principalis; ad effectum per modum causæ naturalis immediate pertingens: diabolus vero tantum foret morale creationis huius instrumentum. Nec arbitror, si rem spectes, hæc negari posse, si loquendi modum obijcias, nolo λογομαχεῖν. Idem probatur, quia dæmon nouit omnes thesauros absconditos, & in mari submersas diuitias, auri atque argenti fodinas, vnionum & gemmarum latibula: & inde posset, nemine valente aut audente resistere, quæ vellet, sumere: longe quoque vafrius, & occultius potest ex cuiusuis scrinio vel sacciperio nummos subducere, quam quisquam mortalium: quare cum furunculi, & crumenæ legi id sæpe faciant, proculdubio poterit & ipse.

Quod confirmant exempla variorum; quibus dicitur pecunias dæmon suppeditasse. Damhauderius quidem de pecuniæ vituperio differens, quatuor exempla commemorat, quæ legi illic poterunt, Stuphius (quem dixi) magicis pecunijs exercitum stipendiauit. Nihilominus addo, posse quidem Diabolum suos ditare si Deus permitteret, & ille vellet: item si Deus iuberet, & ipse nollet. (inuitus enim Deo cogeretur obedire) sed nec, nisi raro id dæmon vult, nec Deus vmquam iubet, permittit vero non nisi rarissime. Ipsum nolle patet: quia videmus eum suos plerumque ludificari, & licet paucis aliquando paucas & veras largiatur pecunias, & Treuiris fecerat Doctori Vlaet: tamen vt plurimum decipit inani spe ac specie, quod multis exemplis confirmat Remigius testis oculatus, *libro primo demonolat. capite quarto.* his verbis: *Sennel armentaria Duzæ 1. Kal. Octob. 1586. accepta à dæmone, vt sibi videbatur, pecunia, gestiens domum propere rediit, eam vt numeraret: sed excusso sacco, nihil nisi testas & carbones reperit. Catharina Meten, is Duæ prid. non. Nouemb. 1686. succerdam: Claudia Morelia Serræ. 3. Non. Dece. 1585. Benedictus Drigens Haracuriæ*

curiæ 18. Kal. Ian. Dominica Petronina Pãgat 13. Kal. Nouembr. 1586. ac plerique alij, arborum folia. Ioanna à Banno Manerij. 3. Non. Iul. 1586. cum nummum aureum chartæ inuolutum in via reperisset, vt dæmon euentum prædixerat, atque eum marito cupidè ostentaret: aduertit tandem, non sine pudore, pro auro nactam se calculum ferrugineum, quinetiam contactu primo facile in frustra abiisse. Vna Catherina Ruffa Valleæ ad Mosellam. 5. Kal. Augusti. 1587. agnoscit nummos se tres sem. l abeo sine fraude accepisse.] Hæc ille omnia ex actis iudiciarijs se iudice exceptis, cuius exempla libens vsurpo, quia fide publica notariorum, qui iudiciis interfuere sunt contestata.

Sic fert fama Faustum, & Agrippam Magos; cum iter facerent, solitos nummos ad oculum sinceros in diuersorijs numerare; quos qui receperant, post pauculos dies cornuũ frustra vel scruta vilissima reperiebant. Sic cuidam infaustæ, licet nobili, matronę Mosellanę; quæ ob crimen sortiarium, paucis ab hinc annis, apud aquas Confluentes flammis tradita, fiscellam dederat plenam scutatis, vt apparebat: illa reposuit in arcam: verum cum vti voluit, loco numismatum fimum reperit equinum. Alia huiusmodi narrantur compluria, gaudet enim decipere, & ad iracundiam homines irritare. Laurent. Ananias, *a* cur nolit, causam reddit aliam; malos genios esse deditos auaritiæ & thesauros ac pecunias huiusmodi asseruare Antichristo, filio perditionis, vt ei ad sumptum sufficiant; idque dæmonem ariolo cuidam respõdisse, quamuis autem dæmoni, vt mendaci, minime credendum; res tamen à vero parum abhorret. Certior tamen causa, Deum id nec iubere vnquam, (quia non cooperatur ad malum) nec nisi rarò permittere, cur alioqui videamus hoc hominum genere, quibus tam splendidè diuitias, dignitates, gratiam principum pollicetur dæmon: nihil esse vilius, egenius, abiectius, odiosius? si antè diuites erant, depauperantur: si pauperes, nunquam ditantur. Lucianus *b* refert Apollonium arte sua thesauros solitum quærere: sed nec Lucianus; nec Philostratus testantur, vnquam eum consecutum quidquam, vnde caput vnctius referret. Pertinet hoc etiam ad diuinam prouidentiam, & probam mundi atque Ecclesiæ militantis gubernationem: quæ in nimis euidens, eam ob causam, discrimen deduceretur. quo tallicerentur in exitiũ veris opulentijs, cùm innumeri falsis alliciantur? si diabolus posset arbitratu suo, quos vellet ditare; quæ est mortalium ferè cunctorum auri sacra fames: valde metuendum foret, ne ad dæmonolatriam homines ferè omnes adigeret, maximè eos qui à recta fide deuiarunt. Impijs etiam hac ratione diabolus pecuniam, belli neruum, suppeditaret: quare facilè pios opprimerent, nisi Deus miraculo nouo subueniret. Merito itaque ditandi hominis potestatem atque arbitrium Deus sibi reseruauit.

Omnia dat Dominus, nec habet inde minus.

Dei est terra & plenitudo eius, ipse aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, ipse dat cuique, & non improperat, in finistra eius diuitiæ & gloria. Ipse malos ditat, vt eius bonitatem agnoscant, & conuertantur: vel saltem, vt aliqua eorum bona opera compenset: quod de Cyro & Nabuchodonosor constat. ditat & bonos, vt recte vtantur, & in opera misericordiæ expendant. Diabolus de suo, quod

a li. 2. de nat. dęmõ

b in Alex.

det non habet:& reuera maleficos Vatiniano prosequitur odio, tantumque blanditur vt decipiat, & vt ad æterna perducat supplicia; quod vt citius obtineat, non raro ipsemet prodit contubernales, & iudici quasi in manum tradit. gaudet enim hominum, (quos odit, vt imaginem Dei) miserijs, calamitate, & interitu. Hinc fit, vt videamus eum homines lactare vana inueniendorum thesaurorum spe: & cùm quærere contra humanas etiam leges, *c* persuaserit: tum eos vel metu exanimet, vel crudeliter præfocet. Andræ. Treuerus *d* narrat ab oculato teste acceptum, de Græculo quodam Macriano, eum dum in Paro insula thesaurum quæreret, à terra absorptum, Similia quædam in Anastasio refert Cedrenus, & alij plures alia, vnum adscribam admiratione non indignum: *Circa annum Christi, 1520. Basileæ quidam sartor ingenio simplex, voce balbus, incertum qua arte cryptam illam, quæ Augustæ Rauracorum patet ingressus, & vlterius quam vlli alij vnquam potuerant progressus, miranda quædam spectra referebat. Cereo consecrato accenso in cryptam descendens, primo per ferream portam se transiuisse aiebat: inde ex vna concameratione in aliam, atque etiam in hortos pulcherrimè virentes. In medio aulam magnificè ornatam spectari, & virginem formosissimam pubetenus, aureo diademate caput cinctam, crinibus solutis, infernè in horridum serpentem desinentem, à qua manu ad scrinium, ferreum deductus fuerit, scrinio duos molossos nigros incubare, & terribili latratu accedentes arcere.*

At virginem minabundæ similem eos compescere. Tum clauium fasce, quem collo alligatum gestaret, soluto, arcam recludere, & omnigeneris numismata, aurea, argentea, ærea depromere. Quorum non pauca liberalitate virginis ex ipsa crypta se retulisse ostendebat. Addebat virginem narrare solitam diris imprecationibus, se se, cum regio esset orta stemmate, iam olim deuotam, in tale monstrum mutatam fuisse, neque aliam salutis recuperandæ rationem superesse: quam si ab illibati pudoris adolescente ter deosculata fuisset, tunc enim formam pristinam sibi restitutum iri, & dotis nomine thesaurum omnem, qui eo loci lateret, liberatori cessurũ. Quin etiã affirmabat bis sese virginẽ deosculatum: bis tã horribiles gestus in ea præ gaudio speratæ liberationis obseruasse, vt sibi, ne viuus ab ea discerperetur, metuendum fuerit. A quibusdam nepotibus in ganeum deductus, nunquam postea aditum ad cryptam inuenire potuit nedum ingredi.

a] Quis non deprehendit illusionem? iuuenis ille mentis non benè compos, vel magis, illa de genere Lamiarum, dæmon osculum petebat, deuoratura post tertium, non permisit Deus, canes illi duo: alij dæmones, vel veri vel fictitij thesauri custodes, numismata quædam fortè vera, & Deo permittente data. Post annos aliquot alius ciuis Basileensis eandem cryptam ingressus, vt familiæ suæ paupertatem leuaret, nihil præter cadauerum humanorum ossa inuenit, & subitò correptus horrore, festinus egressus, intemperijs actus fuit, donec tertiâ post die miserè interiret. *b* Paucos ante annos quidam Prior Margullinæ cum duobus socijs fossam quandam in spelunca Regis Salai prope Puteolos thesaurorum causa ingressus, miserè interijt, nec amplius visus, vt narrat Vallamontius *lib. 1. Itinerarij sui cap. 23.* Andr. Cæsalpinus, *in sua Dæmonum inuestigatione cap. 12.* scribit, quibus hæc confirmantur, *thesaurorum quidem,* (inquit) *indagatores per magicas facultates multos nouimus: sed qui assecuti fuerint, compertum non habeo: Pisis tentauerunt quidam nostris tem-*

c l. prima C. de thes. *d* l. 8. Cosmog. c. 1.

a Stumph. in Chron. [illegible]

b Idem Stũphius sup. & Rhenam. li 3. German.

porilus

poribus effodere , sed rei difficultate victi ab opere cessarunt. Tandem anno elapso locum , in quo Neronis ædificia exstitisse ferunt , hodie autem sacris virginibus dicatum , effodere cœperunt , vbi erat ingens pini arbor : sed à dæmonibus adeo infestati sunt, vt præ timore ab incepto desistere coacti fuerint : quo tempore multæ ex virginibus locum habitantibus à dæmone obsessa sunt.]

Quid mirum, si hanc thesauri illicitam scrutationem in suo solo fieri permiserant? in hoc mundo pœnam Deus inflixit, vt in alia vita parceret Nemo (mea sententia) prudentius aut verius hac de re tota disseruit Paulo Grillando, *lib. de sortileg. q. 3. n.* 12. quamobrem conducibile reor , eius verba vobis transcribere : *Arte huiusmodi iactant se posse invenire thesauros in locis valde remotis & subterraneis absconditos , & quandoque inducunt homines in talem infamiam, vt foueas quam ingentes conficiant pro inueniendis thesauris huiusmodi: & ista videtur mihi, quod sit vna ex turpioribus illusionibus quas dæmon homini faciat , quia in rei veritate nunquam legi , vidi , nec audiui quenquam ex necromanticis, magicis , aut sortilegis huiusmodi aliquos vnquam inuenisse thesauros, aut alias aurum vel argentum : sed quamplures vidi huic operi incumbentes , qui mirabiliter conati sunt, velle experiri : qui post multos labores, & diabolicas obseruantias , demum nihil viderunt nec inuenerunt , nisi terram.*

Et ratio est, quia Deus non permittit, nec vult dæmonem posse thesaurizare, quia alias sequeretur, quod isti magici, Necromantici, ac cæteri diabolicæ fidei professores , essent cæteris Christi fidelibus ditiores , ac præstantiores: ac quamplures reperirentur , ex ipsis Christi fidelibus , qui animo ditandi prosequerentur illos, nec curarent Christianam ipsam prostergare fidem : vt magno thesauro abundarent & venerarentur ab omnibus. Quin imo videmus hodie totum oppositum, quod isti sortilegi, magi, necromantici, & similes sunt cæteris Christi *fidelibus pauperiores, sordidiores, & viliores, & in hoc mundo, Deo permittente , calamitosam vitam communiter peragunt , demum vero infelici morte pereunt, & æterni ignis incendio cruciantur, vt in cap.* firmissimè. extr. de hæret. &c. nec mirum. 26. q. 5. *Et ea argutia, qua dæmon illos decipit , eadem , & similibus promissionibus ipsi nos decipere student: sed non capiunt , nisi aliquos: qui sunt simplicis cognitionis, & carent intellectu, & ratione : vel qui sunt nimium creduli & curiosi: qui auiditate quadam impudenter appetunt scire ea , quæ nulla ratione, aut honesta causa competit sibi inuestigare,* d. cap. nec mirum §. auguria. vers. potentis.] Hactenus Grillandus. Melindenses Indos inuenio solitos merces, quarum iacturâ fecerunt, conari incantationibus è pelagi fundo extrahere. quo euentu nescio.

Lege Castannedam , *libr. 1. Histor. Indic. ca.* 30. permittente Deo nonnunquam Diabolus merces effert , vt eos in sua superstitione roboret: non permittente, nequit, & culpam in aliquod erratum incantantium conijcit. Notandum etiam hac in re: quosdam dici thesauros inuenisse magicis artibus: qui id consecuti solerti , atque sagaci coniectura: vt Sarracenus ille , tempore Guiscardi Normanni in Apulia , cuius factum Magiæ Platina [e] & Collenucius; sed prudentiæ melius adscribit Petrarcha , pro quo sententiam ferret, quisquis rem iusta lance trutinarit. Claudat hoc caput Carolus V. fortissimus & religiosissimus Imper. qui iure optimo Cornelium Agrippam , & duos alios nobiles, aula

[e] Platina in Leon Colleũ in hist. Ne pol. & Bõfinius in Hungarica.

Petrarcha in Exempl. c. de Prudẽtia.

aula & regnis suis exulare iussit ; eo quod illi thesaurorum, per artem magicam, spem obtulissent. Benè tibi sit, & stemmati tuo Carole : tu quidem beatitudine iam frueris: viuet, vincetque posteritas tua: quamdiu Catholicam tuebuntur, & ab impijs curiosisque artibus abhorrebunt. Huc si deuoluantur: quam virtute, tam fortunâ tibi sunt dissimiles futuri.

QVÆSTIO XIII.

An magi valeant incantare animalia bruta?

DE serpentibus, id non poetæ tantum, sed & Christiani credidere. Poetas laudaui sup. q. 9. plerosque Virgilium, Ouidium, Nemesianum, ijs nunc accedant Lucilius in Satyr. libro 20.

---Marsu' colubras
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Horatius Epod.

Caputque Marsa dissilire nænia,

Ouidius de medicamine facili.

Et mediæ Marsis sindantur cantibus angues.
Sopire cantu tradidit Maro lib. 7.

Item P. Silicus Italicus.

----- Serpentes diro exarmare veneno.
Doctus Atyr, tactuque graues sopire chelydros.

& Seneca, qui fusius describit Med. act. 4.

---triste læua complicans sacrum manu
Pestes vocat quascunque feruentis creat
Arena Libyæ, quasque perpetua niue
Taurus coercet frigore Arctoo rigens,
Et omne monstrum. tracta magicu cantibus.
Squammea latebris turba desertis adest.
Hic fera serpens corpus immensum trahit,
Trifidamque linguam exsertat, & quærens quibus
Mortifera veniat: carmine audito, stupet,
Tumidumque nodis corpus aggestis plicat,
Cogitque in orbes.

Manilius lib. 5.

Non inimica facit serpentum membra creatis.
Accipient sensibusque suis peploque fluenti,
Osculaque horrendis iugent impunè venenis.

Sic enim legenda hæc carmina. *Senibusq;*, recte est in Gemblacensim. f. sicut enim veteres, *Virgilium* & *Virgilium*, sic *f nus* & *finus*, scripsere. Nonne sequitur apud eundem Manilium?

Et senibus vires sumit, fluctumque figurat.

Viderint critici, cur ista corrumpãt, redeo ad institutum. Quæ dixi ea confirmat fusiùs idem postea, agens de natis sub vrsæ signo : idem confirmat, quod legi in nostrorum hominum annuis litteris Peruanis, datis anno 1591. viperæ innoxiam contrectationem in Magorum Indicorum ludibrijs, ad miraculum fortè B. Pauli eleuandum à dæmone excogitatam, id ita narrat in collectan. suis Spitillus ; *Celebrant & festum aliud superiore non minus superstitiosum. Puerum decora facie, & qui toto castello formosissimus habetur, cubiculo includunt, eique tamdiu ieiunium imperant,*

imperant, dum excrescant capilli, tum Magi præstigiatores cum senioribus eductum, veluti applicatione quadam, in ædes amici alicuius arctißime illi iuncti deducunt, vbi vetulæ puerum querula voce lamentantur, & plebs, quæ interea cogitur & conuenit, paulatim pueri capillos præscindit, oblato in singula capita anscre vno cocto. Altera die Magus iuniores ad venandas feras mittit, alios vt festum oportunum apparent ablegat. puellis vt bonum vinum excoquant imperat, Senioribus musica vt instrumenta componant, & ex ea hora eadem pulsare incipiunt, atque ab eo tempore, qui eas in res à Mago emissi sunt, libere ferari possunt, quidquid extra cuiusuis domum reperierint. Inuitant populos, vicinos, vt varijs armis instructi ad festum conueniant. Puer festi tempore coronatus, altera manu telo instructa, altera vipera viua dependente, C positam in loco quodam ornatißimo sedem occupat, vnde facile colligitur dæmonis esse artes, cùm à vipera non mordeatur. Corpori etiam pueri plures aliæ viperæ mortuæ alligatæ sunt. Quæ venatione apprehendit iuuentus, cum coctis & assis anseribus, reposita sunt ad vnum pueri latus: alterum claudit bona vini quantitas. Posteaquam milites ad festum vocati, militari quodam ordine & delectu, ingressi sunt, & viperam adorarunt, ad puerum accedunt, vinum illi proximum ebibunt, & præparatas pueroque adhærentes epulas sumunt: tum ad adorandam rursus viperam regrediuntur, eundemque cibum & potum repetunt, totosque tres dies hac ratione absumunt, quibus euolutis viperam necant. Ex in fœminæ (quæ toto festi tempore clausæ domi harebant (egrediuntur clamantes: Victoria. In celebritate huiusmodi frequenter dæmon apparet: ad conbibendum, comessandum, festosque dies læte hilariterque agendos exhortans.) Sed & Pet. Chieza scribit omnes Andinorum montium vastos serpentes omnem se-

A rociam, vimque noxialem posuisse vetulæ cuiusdam carminibus olim exarmatos: nunc etiam aspectu tantum terrere cætera innocuos esse. Rursus idem confirmat indicarum Nauigationum historia, hãc enim vim Nigritis Africæ populis tribuit Aloisius Cadamustus *a*. Quodque caput est, patribus Christianis id sacræ scripturæ loca videtur indicare: dum ea vt sonãs, B accipiunt: & quæ de Marsis veteres tradidere, vt verisimilia admittunt. DD. Hier. & Basil. & D. Aug. Arnob. quoque Theodoret. Alcymus Beda, & Euthymis *b*. Nec puto ijs D. Hilar. repugnare *c*, nam ipse de dæmone accipit, allegorice: de veris serpentibus patres alij sensu litterali: ipse de Marsis fabulam putat eatenus, qua vulgus putabat ea, vi carminis contingere: cæteri admittunt eo sensu, quem Hilarius negaret, & quem nos retinemus, ad incantationem scilicet, vt ad tesseram, malum genium aduolare, ipsumque serpentes vel exarmare, vel sopire, vel necare. Docet celebre exemplum Magi Saltzburgensis, qui cum omnes, ad vnum miliare, serpentes in quandam foueam cogere niteretur: tandem ab ingenti vno & annoso, in eum exsiliente, necatus fuit. Nimirum cæteros D dæmon eo compulerat: nunc noluit cogere, sed in magum concitare maluit. Etenim si vi carminis cæteri in foueam adacti, eadem se vis in hũc quoque exeruisset, idem patet ex ridicula & inepta verborum formula, qua magi vtuntur: quam si alij chartis non illeuissent, melius curiosis ingenijs consuluissent. Loca scripturæ duo sunt. E Apud Dauidem legimus: *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas: quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter d.* Naturali ergo instinctu nouit vim sibi ab in-

a Nauiga. l. vd. c. 28.

b in Psl. 57. *c* in d. Psl. 7.

B

d Psal. 57 v. 5. ad hunc locum respicit Alcymus li. 2.

cantatione inferri posse, hoc genus aspidis trahit Euthymius, *Palemmem,* vocari apud Hier. *e*: *Ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio.* Hoc est qui nequeunt incantari, possunt ergo cæteri, quamquam nequid dissimilem, sensus potest esse, adeo lethales fore serpentes, vt nequeant eorum morsus sanari: quam explicationem confirmant LXX. dum vertunt, *serpentes mortiferos: quibus non est incantatio: & mordebunt vos insanabiliter.* Melior ergo ad probandum est ille locus Dauidis: vt intelligamus, magos vi pacti hæc posse in serpentes non dubito idem posse in cæteras belluas: vnde Silius:

Harcelo non pauidus fatas mulcere leænas.

Etenim in crocodilos id solere piscatores, docet Villamontius, *Itinerarij lib.3.cap.12.* Verisimile tamen fateor, quod censuit D. Augustin. *f*, ob fraudem, qua primi parentes à serpente decepti. Deum frequentius permittere serpentum, quam aliarum ferarum incantationes, & maiorem illorum esse cum dæmonibus familiaritatem: non natura, sed diuina permissione quadam. Sane Grilland. *q.8. in fin. Et ego alias* (ait) *vidi Romæ quendam Magum excellentissimum, Græcum, tempore Hadriani VI. antequam perueniret ad vrbem ipse Pontifex: quod solu verbis compresserat vires cuiusdam ferocissimi tauri, existentis in armento in loco siluestri: quem sic affixum, vt ita dixerim, & humiliatum apprehendit per cornua, & chordula quadam satis debili, arte tamen magica fabricata taurum ipsum ligatum, quo voluit adduxit media nocte, circiter quatuor aut quinque milliaribus: quæ visa fuerunt per ducentos & vltra viros.*] Sed errat Grillandus, cum putat hæc omnia ipsa verborum potentia effici potuisse, vt ille Magus asserebat. *quod li.1.* refutatum. Quod in Circensibus soliti incantatione suis equis velocitatem, aduersariorum vero tarditatem, moramque adferre, docent Arnobius, *lib.1.* Hier. *in vita Hilarionis.* Cassiodorus, *lib.3.epistol.51.*

Quærat aliquis an vt animos, sic & colores ferarum dæmones vere queant immutare? nihil dubitem, quia norunt aquas, quibus id naturaliter perficitur. Aristoteles, *lib.3.de Hist.anim. c.12.* testis est his verbis: *Sunt aquæ multis in locis, quas cum oues biberint, moxque inierint, nigros generant agnos: vt in terra Assyritide, agri Chalcidi Thraciæ facit amnis, quem ob nimiam frigiditatem Psychrum vocant: & in Antandria duo sunt fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiem pecoribus facit. Scamander etiam amnis flauas reddere oues creditur, quamobrem Xanthum pro Scamandro vocatum ab Homero autumant.*] Varro quoque apud Solinum tradidit, in litore maris rubri esse fontem, quem si oues biberint, mutent vellerum qualitatem & ante candidas, post haustum furuo nigrescere colore. Plura memorant aquarum miracula, quæ si reapse contigerunt, possent circa animantia per aquas hæc omnia Magi. pergam addere nonnulla. P. Nazo, *lib.15.* Metamorph.

....Medio tua corniger Ammon.
Vnda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.
Admotis Athamantis aquis accēdere lignum,
Narratur, minimos cum luna recesserit orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

e 8. v. 17.

f lib. 11. de Genesi ad lit. c. 28.

Cratis & hinc Sybaris, vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroq; capillos
Quodq; magis mirum. Sunt, qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita est obscœna Salmacis vnda?
Aethiopesq; lacus quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Clitorio quicumq; sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.
Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis:
Quem quicumq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

De admirandis Siciliæ aquis multa Thomas Fazellus. 1. *decad. libro primo capite quinto*, quod est de mirabilibus Siciliæ.

QVÆSTIO XIV.

An possint aliqua mixta, maxime sensibilia producere seu gignere arte sua?

A SIT propositio prima, *Animalia imperfecta, muscas, vermes, ranas, & huiusmodi insecta, & alia quæ ex putrefactione nascuntur, possunt producere celeriter:* A *non creando, sed actiua passiuis applicando.* Hæc Diuus Augustinus, quem schola Theologica sequitur *a*. Solent autem hæc producere magi, ex pacto, per dæmonem actiua passiuis applicantem, nam ipsi magi plerumque nesciunt, quo ista pacto gignantur, & causas ignorant, vt quando diabolus dat sagis minutum puluisculum, cuius in aërem iactu diuersæ species locustarum, bruchorum, murium, erucarum, B & similium animalculorum variæ pestes, statim nascuntur, iubet interdum primam quæ obuia plantam ex agro illo, quem vastari volunt, euellere: aut gramen perdendæ arbori illidere, & alias tales nænias adhibere, quæ vim nullam habent naturalem *b*. Sic possent Magi etiam producere quosdam anseres imperfectiores, qui soliti gigni ex deciduis fructibus arborum in C mari putrescentibus, vel sane ex lignis nauigiorum putridorum, vt norunt contingere Scoti, & Hebridum incolæ, quibus vocantur, *Klakis & Bernicles c.* Sed an perfecta (quæ vocantur) animalia? probabilius mihi est, actiua passiuis applicando non posse, quia hæc ex putrefactione nasci non posse probabilius, & non nisi ex prolifico parentum semine, vel à parente, vel à dæmone incubo matri infuso, prout postea dicetur. Posset etiam dæmon talia iam producta muliebri vtero includere, & callide inde educta, occulta quapiam clancularij meatus via ipsi cognita, in locis remotis vbi nata videantur fouere, alere, & respirare facere: vtpote inter saxa, in quibus non raro imperfecta nasci consueuerunt, muscæ, mures, & similia. Hoc omnino crediderim contigisse in canibus illis, quorum mentio fit à Guilhelmo Neubrigensi his verbis: *Dum in quadam lapidicina pe-*

a D. Aug. li. 3 de Trin. c. 7. D. Bonau. & alii in 2. di. 7. Alex. de Hales 2. p. quæ. 43 D. Th. 1. p. q. 114. ar. 4

b vide Nic. Remigi. i. dæmonolatr. c. 21

c Card. lib. 7. de re. variet. Lobelius in fin. lib. de hist. herbar.

tra ingens ferramentis finderetur, apparuere duo canes capacem sui in eadem petra capacitatem replentes absque omni spiraculo (intell. perceptili) *videbantur autem esse ex eo canum genere, quos leporarios vocant, sed vultu truces, odore graues, pilorum expertes. Et vnus quidem eorum vt dicitur, cito defecit. Alterum vero stupendæ, vt aiunt, edacitatis Henricus Vvintonienses Episcopus diebus plurimis in delicijs habuit.*] libro primo, Histor. Anglor. capite vigesimo octauo, & subdit, in alio lapide inuentum bufonem cathenulam auream circum collum habentem. Censeo huic catenulam à dæmone additam, nam ipse bufo ibidem nasci potuit, vt in carbonarijs fodinis Leodicensibus silices ingentes nonnumquam reperiri, intra quos viui bufones conditi, vt in natiuitatis suæ cunis, latebant.

Possunt etiam dæmones producere quædam insolita monstra: quale illud in Brasilia, altum palmos septendecim, tectum corio lacertæ, mammis prætumidis, brachijs leonum, oculis rigentibus, & flammeis, scintillantibus, simili lingua, *d* qualia forte monstra, quæ in Saxoniæ siluis, semihumana facie, capta anno 1240. e. Nisi fortasis illa sint ex nefario hominum ac ferarum coitu nata: quæ monstrorũ plurimorum origo indubitata. Sic enim peperit olim bello Marsico Alcippe elephantum *f*: sic anno 1378. apud Heluetios alia leonem *g*: sic anno postea 1471. quædam Papiæ cattũ, Brixiæ canem alia: sic 1571. mulier Augustæ vindelicorum, eodem partu, enixa primo caput humanum membranis inuolutum, mox serpentem bipedem, tertio porcum integrum *h*: & quæ varia huiusmodi leguntur apud recentiores *i*. Illud superat admirationem reliquorum, quod Castanneda retulit, *in Annal. Lusitaniæ*: mulierem ob quoddam crimen in insulam desertam naui deportatam: cum ibi exposita fuisset, eam simiorum, quibus frequens locus, agmen circumstetisse fremebundum, superueniisse vnum grandiorem, cui reliqui loco cesserint, ab hoc mulierem blande manu captam in antrum ingens abductam, eique cum ipsum, tum cæteros copiam pomorum nucum, radicumque variarum apposuisse, & nutu, vt vesceretur, inuitasse: tandem fera coactam ad stuprum: facinus hoc multis diebus continuatum, adeo vt duos ex fera liberos susceperit, ita miseram (quanto mors optabilior!) victitasse per annos aliquod: donec Deus misertus nauim eo Lusitanam detulisset: cumque milites in terram aquatum ex proximo ad antrum fonte exscendissent, abesseteque fortè fortuna semius: feminam ad inuisos diu mortales accurisse, & accidentem ad pedes supplicasse, vti se facinore & calamitosissima seruitute irent ereptum: adsentient busque, & casum mirantibus illis, eam cum ipsis nauim adscendisse: sed ecce tibi simium superuenientem, inconditis gestibus & fremitibus coniugem non coniugem reuocantem, vt vidit vela ventis data, concito cursu de liberis vnum matri ostentat, minatur: ni redeat, in mare præcipitaturum: nec segniter fecit, quod minatus tum recurrit ad antrum, & eadem velocitate ad litus rediens, ostentat alterum, minatur, & demergit: subsequitur & ipse furens, tamque diu nauim natatu insequitur, donec vndæ natantem vicere. Rem tota Lusitania teste notissimam, & à rege mulierem Vlissiponæ addictam ignibus, quorumdam precibus vita impetrata lethũ cum claustro perpetuo commutasse. Miraris Lector?

de occult. nat. mirac. cap. 8.

d Anan li. 4. de Nat. dæmon. Lycosth. de Prodig.

f Alex ab Ale. lib. 2. Stumph. Chro. Hel.

h Lycosth. supra.

i Cardan. l. 16 de varie. Lemnium li. 1.

D.

en tibi Saxo Grammaticus, cum duobus Magnis, Vpsalensibus Episcopis: narrant Gotthicos reges ex Vrso & Virgine nobili originem ducere: & Ioannes de Barros Pegusianos & Sianitas Indiæ gentes, à cane, qui cum muliere corpus miscuerat. *a* Verum his ego non sum credulus: qui certus sum ex homine, & ferâ verum hominem nasci non posse, quia ferinum semen perfectionis illius est expers, quæ ad tam nobilis animæ domicilium requiritur, quare si quid ex tali mixtione nascatur, monstrum id fuerit, non homo. Sequitur enim deterioris seminis conditionem talis fœtus: quare vt summùm hominis aliquam speciem præbebit. Nec enim crediderim, censendum perfectum brutum eius speciei, cuius alteruter parentum: (v.g. ex Lusitana nati, nec simij, nec homines erant) sed monstrum quoddam mixtæ speciei & imperfectæ, vt mulus ex equo & asino, thoës ex hyænâ & lupo: quare nec arbitror, si commisceatur sibi simili, vel alteri bruto perfectæ speciei, brutum vllum geniturum. Confirmat hanc sententiam cordati Historici Petri Chiezæ narratio, qua tradit rupices illos Andinos solitos ingentibus simijs se commiscere: & natos inde fœtus caput humanum & pudenda habere, cætera simijs similes esse: feros iuxta ac fœdos, qui non loquantur, sed terribiliter vlulent: & ab ipsis quoque Indis, pro monstris haberi. Denique in prouincia Aulaga mulierem Indam ex cane tria monstra peperisse hæc ille, I *part. Histor. Peruanæ. cap.* 95. Præterea in nonnullis exemplis citatis, imaginatrix vis & corruptio seminis, & superfluorum in vtero humorum copia, suam sibi singula partem possunt vindicare. Fieri potest præterea, vt mulieres harum aliquæ de

A

B

C

D

E

strigum numero fuerint, & dæmon incubus calidum horum animalium semen illis infuderit. cur qui potest humano sic abuti, non possit, & ferino? Sanè in illis exemplis, de Indorum populis & Gotthorum regibus putarim hoc dicendum: quod dæmon inferarum talium effigie fœminas compresserit, quod eum posse docebit sequens quæstio. Verisimam narrationem his adiungo. In hoc ipso Belgio fuit nefarius quidam: qui vaccæ se commiscuit. Post visa bos prægnans, & post aliquot menses edere masculum fœtum, non vitulum, sed puerum: adsuêre non vnus, deque matris vaccæ cadentem vtero adspexerunt, leuatumque de terra nutrici tradiderunt, adoleuit puer, baptizatus, & institutus Christianæ vitæ præceptis, pietati se addixit: &, pro patre, seriò pœnitentiæ vacat operibus: homo quidem perfectus, sed qui sentiat in animo propensiones vaccinas, pascendi prata, & herbas ruminandi. Quid de hoc sentiendum? nonne hominem esse: planè crediderim: sed ex vacca matre natum abnuo, quid ergo? Diabolus peccati illius gnarus, & impulsor, mox vaccam prægnantem fecit videri: cùm voluit, alicunde infantem surreptum attulit, & vaccæ parturienti, quæ vento grauida erat, puerum sic suppositum: vt à vacca fundi videretur. Hinc nata opinio: & puer persuasus se vaccæ filium, matris putatæ propensiones hausit imaginando. Nam vt verus homo, ex seminis vaccini materia, nascatur, & organica illa dispositio perfecta humani corporis, in vaccæ vtero, & vaccinæ animæ calore ac virtute, perficiatur: id philosophos omnes mecum arbitror, inter ἀδύνατα, computaturos. Illud vero Manilij, monstrorum productio-

a Videte Torquemandam Horti floridi Dial.

nem astrorum in fluxibus & fato Stoico ascribentis, sectæ est deliramentum.

Permiscet sæpe ferarum
Corpora cum membris hominem: non seminis ille
Partus erit, quid enim nobis commune ferisque
Qui sve in portenti, noxam peccarit adulter?
Astra nouant formas, cœlumque interserit ora,

Cæterùm Andr. Cæsalpini Paradoxum: sine semine, bruta perfecta equos, boues, elephantos, imo & hominem quoad corpus, ex Solis calore, & putredine sola nasci posse: quod multis probare conatur, *lib. 5. Peripatetic. Quæst. q. 1.* vnde sequeretur arte Magica hæc omnia produci posse applicatione agentium ad patibilia: mihi nondum potui in mentem producere, vt id verum esse, vel suspicer. Qui non ignorem, præparationem materiæ ad formas animantium, quæ perfecta nuncupatur, dependere à virtute seminaria, & formatrice: quæ ad perfecti animalis conformationem opus habet, non tamen primarum qualitatum mixtura & temperamento, quod à cœlorum influxu, & solis calore recipit: sed præterea perfecti: animantis cooperationem exigit, vt cordati omnes Theologi & Philosophi fatentur, quos citant Conimbricenses nostri, eruditè hoc commentum refellentes, *in 2. de cœloc. 3. q. 6. art. 3. & 4.* quos (curiosè lector) suadeo tibi legendos. Illud etiam considera, hominem quoad corpus sic gigni, vel sibi in his verbis contradicere, vel hoc tantum dicere, sic monstrum gigni posse: imò nec monstrum quidem: quia in animatû, quæro enim quà illa humani corporis massa anima animabitur? humana? at hoc est delirium Paracelsi, hæreticum, vt aliàs ostendi: ferina? sed ferarum anima nô potest humanum corpus informare, quia longè aliàs requirit dispositiones, longè dissimiliores, quàm anima bouis & canis, constat tamen corpus caninum à bouis anima informari non posse, quale ergo hoc monstrum, aut quid futurum?

Certum est monstra nasci aliquando diuina vltione. Docet Dockumensium Frisiorum pœna, ob eorum Episcopum S. Bonifacium cum socijs cæsum. *Nam horum Sanctorum indignam mortem* (ait Kempensis) *in filios filiorum Deus vindicauit: vt passim ex eorum familijs* (*quorum maiores tam nefarium scelus perpetrarunt*) *in hunc diem videantur in occipite habere, grossos crines subalbi coloris, in modum caudæ cuiusdam bruti animalis, vt iustè dixeris.*

Sentit adhuc proles, quid commisere parentes.

Ita Cornel. Kempius Dokumensis, *lib. 2. de Orig. Frisior. cap. 21.* Imitemur Samsonem, & caudam caudæ connectamus, scribit Polyd. Virgilius, *Hist. Anglor. lib. 13.* in hanc sententiam: eo quod Rex Henricus II. ostenderet se infensum B. Thomæ Cantuar. sanctum virum, *tam sic vulgo negligi cœpisse, contemni, & odio haberi: vt cum venisset aliquando Strodum: qui vicus situs est ad ripam Meduciæ fluminis, quod flumen Rocestriam alluit: eius loci incolæ cupidi bonum patrem ita despectum ignominia aliqua afficiendi: non dubitarint amputare caudam equi, quem ille equitaret, seipsos perpetuo probro obligantes. Nam postea nutu Dei ita accidit, vt omnes ex eo hominum genere, qui id facinus fecissent, nati sint instar brutorum*

torum animalium caudati. Sed ea infamiæ nota iamprudem, cum gente illa eorum hominum qui peccarunt, deleta est.] Sic Polydorus: cuius vltima clausula, an in gratiam adficta, an ex verò? nouit Deus, conuicium certè in gentem totam manauit, & durat inter homines proteruos; qui, linguæ petulantioris, nihil habent pensi vera an falsa effutiant. Si quid talis dedecoris permaneret, Guilhelmus Tookerus Reginæ suæ, etiam huius appendicis demendæ virtutem mirificam tribuisset. Citra iocum: apud Thom. Cantipratensem reperio, *libr. 2. de Apibus*: Nobili cuidam venationis gratia festos dies prophananti, ex vxore natam prolem canino rictu, & auribus braccorum (vt vocant) more flaccis ac dependulis.

QVÆSTIO XV.

An sint vnquam dæmones incubi & succubæ, & an ex tali congressu proles nasci queat.

AXIOMA 1. sit, *Solent malefici & Lamiæ cum dæmonib. illi quidem succubis: hæ vero incubis: actum Venerium exercere.* Perperam hoc negarunt cõplures hæretici;[a] inter quos pars ista negatiua cõmunior videtur; ex Catholicis etiam nonnulli: sed pauci admodũ, ex Belgis Philippus Broideus, [b] ex Italis Cardanus, Ponzinib. & Bapt. à Porta, sed horum auctoritas nõ magna, si cum contrarium asserentibus eam componas.

Placuit enim affirmatio axiomatis adeò multis, vt verendum sit ne pertinaciæ & audaciæ sit ab ijs discedere: Communis namque hæc est sententia Patrum, Theologorum, & Philosophorum doctiorum, & omnium fere sæculorum atque nationum experientiâ comprobata. Vt cæteros taceam voluêre Plato, *in Cratylo*, Philosophus, & verus Synagoga D. Cyprian. D. Iustinus Mart. Clemens Alexand. Tertullian. & alij, qui vetustiores patres, in eo quod voluerunt dæmones, posse cum mulieribus rem habere, optimè senserunt, in eo vero à recentioribus iure reprehenduntur, quod de huiusmodi concubitu Mosis etiam verba, [d] de filijs Dei & filiabus Caini receperunt. Solidior ergo adhuc probatio huius sententiæ desumitur à D. Hier. in c. 6. ad Eph. & D. Aug. quem communis schola Theologorum cum D. Isidoro sequitur: [e] & pro eadem pugnat Bulla Innocentij 8. Pontif. contra maleficos.

Probantur hæc ratione & simul explicantur: Dæmones (quod postea docebo) possunt defunctorum corpora assumere, vel de nouo sibi ex aëre & alijs elementis ad carnis similitudinem palpabilia effingere ac formare, possunt illa pro libito mouere & calefacere, si ergo possunt, quem natura non habent sexum artificiose exhibere, & vitijs specie fœminea, fœminis specie virorum abuti, & has subijcere & illis se substernere, possunt etiam aliunde acceptum verum semẽ adferre, & naturalem eius emissionem imitari. Possunt ergo illa omnia facere, quæ axioma istud primum supponit: quod cum possint, & eos facere doceat experientia, non est cur dubitemus.

Axiom. II. *Potest etiam ex huiusmodi concubitu dæmonis incubi proles nasci.*] Maior est difficultas huius axiomatis, quæ tamen tollitur, quando benè & dilucidè tota res explicatur. Sciendum ergo quod potest,

A [a] Pet. Mar V Vierus, Chytreus Lerchem. Biermann Fich. Go delman. & alij. [b] Additio. ad c. 11. Pot. Roman. [c] Videte hos citat. apud Sixt. Senẽs. lib. 5. Bib. sac. annota 77

& Pamel in Error. Tertuliani. Anno 1 quib. adde Plethonẽ lib. de mirabilib. & longæuis. Pereriũ li. 8. in Genes. dis. 1.

[d] Genes. 6. art. 2. [e] Aug. li. 15 de ciu. dei c. 23. Isid l. 8. Orig. A le de Hal. 1 par. qu. 68 Thom. Bonau. Scot. Dur. Gabr in 2. dist 8. Guil. Paris de vni. pa. vlt c. 23. Abulen. in c 6 Gen. q. 6 & c. 7. Ex. q. 12 Auct mallei malefic. Grill. Remigi & alii I. C. cõmuniter & ex medicis Simphoriã li. 2. prax. c. 7. Cæsal. de dæmõ. inuestigat c 16. Condrõch. lib. 3. de morb venef. c 10 Valesius de sacra Philo. c. 8. in princ. &c.

(præter ea quæ diximus) diabolus semen aliunde acceptum (v.g. in ea, quę somnianti viro contingit, illusione) deferre, & qua est agilitate & naturalium rerum peritia, calorem prolificum in semine quantumuis ille subtilis & aëreus sit ac facile dissipabilis, conseruare, & illud denique quo momento mulier ad concipiendum optimè disposita, quod eum non latet, tum illud matrici sic infundere, vel naturali vi attrahendum exhibere, & muliebri semini commiscere, hanc conclus. tenuere auctores postea citandi.

Axioma III. *Attamen dæmones nequeunt, vi sua & ex propria substantia, more animantium, generare.*

Probatur, quia nec dæmones inter se vllam habent indiuidui, vel speciei multiplicationem, nec dæmones corpus aëreum, vel vllum habent omnino (vt contra Platonicos M. Anton. Natta. *libro 7. de Deo, fol. 75.* docuit, Francisc. quoque Georg. & Caietan. & tenendum est) quare nec in proprio suo corpore commisceri possunt, (vt optimè docet Perer. *d. lib. 8. dispens. 2.*) nec vllum semen; nedum prolificum, quantumuis tenue, habent (qui fuit error Marci Ephesij, Iosephi: & fortassis Athenagorę, Tertullia. & vetustiorum illorum Patrum.) quomodo proprium semen habere possint, cum semen sit substantiæ corporeæ viuentis pars, & residuum cibi optime concocti, ex meliorum scriptorum sententia? *f* dæmones vero sunt substantiæ incorporeæ, & ideo de suo non possunt corporeum semen præstare: sunt etiam expertes animæ, vegetantis autem animæ functio est naturali calore cibum acceptum concoquere. Ideò certissimum est hoc axioma, quod auctores præcedentis axiomatis admittunt: & hanc duntaxat conclusionem asserere voluerunt; non vero, præcedentem secundam negarunt; scriptores quidam magni nominis, vt D. Chrysostom. & alij; *g* quorum sententiam retuli & explicui olim, *Comment. in Senecæ Herc. Furent. v. 447.*

Quæ aduersarij obijciunt exempla, illusarum aliquando muliercularum; ea nos non refellimus, nec reijcimus, pręsertim contestata illa mira apud laquerium & Martinum Arelatens. *h* sed contendimus ineptè illos hinc inferre; aliquando deluduntur: nunquam ergo id verè contingit, ex particulari affirmatiua inferunt vniuersalem etiam affirmatiuam, in materiâ non necessariâ, quod ineptum est.

Dicimus ergo: *Ex concubitu incubitum muliere aliquando prolem nasci posse: & tum prolis verum patrem non fore dæmonem, sed illum hominem, cuius semine dæmon abusus fuerit.* Negarunt hoc Plutarchus, *in Numa*, Paracelsus hæreticus, Vlric. Molitor, *de Pythonicis mulier cap. vlt.* & Nicol. Remig. *lib. 1. dæmonolat. c. 6.* sed argumentis fulti leuiculis: non negat, dubitat, duntaxat Bened. Perer. noster, *lib. 8. in Genes. disp. 3.* Sed hoc olim affirmarunt Ægyptij teste Plutarcho, & affirmant communiter Scholastici, qui omnes etiam optimi Philosophi fuêre. *i* Probatur manifestâ ratione ex ijs, quæ dicta fuêre pro explicatione. 2. Axio. Accedunt plurima exempla ab illis & alijs narrata: quæ si vera sunt, haud dubie iuxta has conclusiones explicanda sunt. Vetustas obtrudit suos semideos, Hercules, Sarpedones, Æneas, Seruios tullos; *a* Anglia, Merlinum: *b* Pannonia, Hunnos ex Arlunis strigibus Gothicis & Faunis natos. Chieza *cap. 27. p. 2. hist. Perus.* scribit in Hispa-

f vide Tirap l. conn. 15. a. n. 1. Naclātum de vegetatiua Potentia Theorem 13. Vallesium de Sacra, Philo. c. 3 Spinosam in Probl. *g* Chrys. l. 6. 22. in

Gen. Cassia coll. 8. c. 21. Phil. adu. hęres. Plato in sympos. & forte Scalig. exerc. 75.

h Iacquet. li. flagelli hær. Mar. Arles de supersti. num. 7.

i D. Th. Halē. Bonau. Sco. Gab. Ab. ns. Gu. supra citati, nec nō Rich. Palud. Vict. Med. Moli. Al. a Castr. Syluest. Spinæ. Itaque c. Mendoza in quodl. q. 6. ex C. Gril. Binsf. Mar. de Arles. Fil. Val. medicus ite alij Aut. Mallei & Nider.

a ita Hom. Virg. Cle. Alex. Arnob. lib. 3. cōtra gē. & ipsum. Plat. iuxta Orig. l. 6. cont. Cels.

b Vincent. Belluac.

niola ſolitum *c* Corcoton dæmonem miſceri mulieribus,& ex eo natos bicornes naſci. Cliuenſium quoque ducum ſtemma huc retulit Helinandus li.4. apud Belluacenſem *d*. Xacam ſuũ Iapones talem eſſe volunt: nec deſunt qui Lutherum in hanc claſſem retulerint *e*. Et ante ſexennium, in primario Brabantiæ oppido, punita fuit mulier, quod ex dæmone peperiſſet: & noſtris temporibus id contigiſſe, etiam Lud. Molina, ex noſtræ Societatis Theologis, prodidit,& complures alij gentiũ diuerſarum ſcriptores allatis exemplis confirmarunt *f*.

Videte nunc quam leuia ſint argumenta, quibus hanc alij ſententiam impugnant maxime Nic. Remi. quorum primum arg. eſt. Dæmon & homo ſpecie differunt. ergo ex hac copula ſequi nequit proles. *Reſp.* conſequentiam eſſe nullam, tum quia ex equo & aſina, & alijs ſpecie diſcrepantibus animalibus muli, thoes, leopardi, pantheræ & aliæ hybrides gignuntur: tum quia generatio hîc non tribuitur dæmoni, ſed homini, cuius eſt ſemen, vt recte D. Tho. quodlibet. 6. a. 8. ad. 6 & ideo hîc ex homine, hoc ex viro & femina, naſcitur homo.

2. *Argum.* Dæmon eſt expers vitæ, & origo mortis. ergo nequit eſſe auctor & origo actus vitalis. *Reſp.* Vim hanc vitalem non ineſſe dæmoni, ſed ipſi ſemini: ſicut vis calefaciendi non ineſt ſcypho propinanti, ſeu tubo fundenti, ſed ipſi vino. vide D. Thom. *ſup. ad* 5. & Sprengerum 1. *p. Mallei q.* 4. *ad.* 2.

3. *Argum.* Semen, quod dæmon infundit, ſagæ fatentur eſſe frigidum & nullam adferre voluptatem, ſed horrorem potius: quare nec poterit inde generatio conſequi. argumentum hoc fuit Marci Epheſij, apud Pſellum. Confirmat Remigius confeſsione ſagarum, quæ faſſæ ſunt, omnem ſenſum voluptatis è tali copula abeſſe, imo & ſummum ſe dolorem percipere. *Reſp.* cogit argumenti futilitas, quàm vellem me plura in re inani & ſpurca refellenda, inſumere verba. Certum ergo videtur dæmonem, quando vult ſub certi alicuius viri ſpecie deludere, & non vult ſcire ſe eſſe dæmonem. tunc quam poteſt aptiſsime imitari, quæcunque in veri viri & mulieris copula requiruntur: quare neceſſario tunc curat, vt ſi quidem vult generationem ſequi, (quod rariſsime accidit. nec enim ipſe ſua vnquam cauſa generationem intendit, qui ſibi ſimile nequit gignere: ſed aliquando dumtaxat, in gratiam ſuccubæ id optantis, conatur generationem ex alio ſemine) adhibeat neceſſaria ad generationem: quare & prolificum ſemen quærit, & inuentum conſeruat, & tanta celeritate perfert: vt vitalis ſpiritus non euaporetur, & quando ac quale oportet infundit: Quando vero non intendit generationem: tunc infundit aliquid ſeminis inſtar, calidum tamen, ne fraus deprehendatur: ſicque etiam corpus aſſumptum temperat, ne contactu timor, horror, aut aſpernatio adferatur. Sed quando cum illis rem habet, quæ dæmonem eſſe non ignorant: vt plurimum ſemen fictitium & frigidum exhibet, ex quo concedimus prolem naſci non poſſe.

Deinde conſtat, ſæpe eum interrogare ſuccubas: num velint impregnari? quæ ſi aſſentiantur, aſſumit verum ſemen aliunde actu carnali deciſum, vt dixi,& docet Sprengerus *g*. Quæritur autem, non tam quid fieri ſoleat, quam quid fieri poſsit. Vnde

l. 21. ſpec. hiſt. Poly Virg. & alii.

c Iornand de rebus Gotth. & Luitpran dus.

d id opc. l 3. c. 27.

e Fontan. in hiſt. ſacra de ſtatu relig.

f Mol. 1. p q. 50. 2. t. auctor et iam vitæ D. Bern. l. 2. c. 6. He Boet. l. 8. hiſt. Scot. Fr. Picus l. de præ notione. Pet. Bin. p 1. de confeſſ. malefic. cõc. 5. L. au. Ananias l. 4 de nat. dæmop.

g p 2. mal lei q. 1. c. 4

ad confirmationem quoque argumenti, patet solutio : voluptatis sensum quando abest, abesse: vel quia Deus id prohibet prouide , vel quia dæmon vult eum non adesse : vt sic maior sit peccati fœditas atque malitia , adesse autem potest hîc sensus : si Deus non prohibeat, & dæmon velit,eum à succuba percipi : profecto quæ ad delectationem in hac spurcitia necessaria, hæc omnia dæmonem incubum adhibuisse non raro,constat exemplis illis,quæ narrant plurima, Sprengerus, Binsfeldius, & Ananias , & potisimum vno Sardicensis sagæ, & Virginis Hispanæ nobilis deceptæ, quæ inuenias apud Torquemadam *Dialo.* 3. & Grilland.*quæst.7.num.*8. *&* 9. idem ex plurium confessione asserit Alfons. à Castro *lib.*1.*de iusta haret.punit. capite decimo sexto.*

4.*Denique addunt* : haud esse credendum: Dominum Deum concurrere ad huiusmodi actum,aut animam tali corpori ex huiusmodi coitu nato infundere,& inchoato dæmonis operi coronidem addere. *Resp.* dæmonem quo ad naturæ operationem, hîc dumtaxat esse instrumentum , & applicare solummodo agens principale : quod est verum semen humanum. Deum itaque concurrere ad vltimam dispositionem organici corporis , ab humano semine nati : accidentarium vero quid esse,& morale dumtaxat, peccatum sagæ atque dæmonis malitiam. iuuat Deus , vt auctor naturæ naturam,peccato vero , cuius auctor non est,non adminiculatur. Si quid huiusmodi valerent argumenta. sequeretur, neque ex fornicatione, neque ex adulterio.neque ex incæstu, proles gigni posse. Respondent diuersam esse rationem: quoniam in his ordo naturæ seruatur,non vero in illo dæmonis Hymenæo.Hæc responsio friuola est. nam etiam in casu nostro naturæ ordo, quo ad physica generationis præcipua principia,seruatur. natura enim dumtaxat postulat, vt ex viri prolifico semine, apte mixto semini muliebri, proles nascatur.*Vlt.* Molitor argumentatur,secundum Conciliatorem principium gignendi est cor: ergo dæmon illo semine non potest ad generationem vti.quia deest virtus cordialis calorem, vt oportet, temperans. *Resp.* siue à corde siue à cerebro vis gignendi oriatur, spiritus genitalis ipsi semini est implantatus in ipsa seminis ab humano corpore decisione. dæmon vero hunc spiritum cum calore suo tãtum conseruat.

Quid igitur, dicat aliquis, etiamne ex viro incubo , & dæmone succuba liberi nasci poterunt:hoc nec Ægyptij olim concedebant , nec ego crediderim fieri posse. Longe enim plura hic requiruntur, & ad prolis generationem partumque longe plura matres quã patres suppeditant, in conceptione par forte vtriusque conatus: post, omnia solius sunt matris. requiritur tractus temporis , vt semen in corpus organicum commutetur, & absolutissima illa humani corporis architectura perficiatur.requiritur etiam continua vegetantis animæ operatio in fœtu alendo, & alia pene innumera naturæ arcana: quæ omnia vtrum tam multa,tamdiu dæmon in assumpto corpore queat præstare , plurimum dubito, & potius arbitror non posse : si posit , etiam succuba poterit concipere.Interea dum quis conuincat hæc illum omnia posse, censeo, quos legimus matre succuba dæmone natos,vel supposititios fuisse alterius feminæ

minæ veros partus, vel ab alio dæmone prolem ementitam, vt non raro contingit, ad priorem ſuppoſitiui partus fraudem lubens retulerim cum Io. Reynardo [*libro de peregrinat. generis hum. ſerm. de impugnat. hom. per diabol.*] quod de Pictauorum Comitum ex Meluſina origine referunt fabuloſæ Francorum Hiſtoriæ, item de Andegauenſis familiæ ſtemmate Polyd. Virgil. *a* & alterius cuiuſdam, ex Galfrido narrat Vincent. Bell. *b* & quod ex ore ducum Bauariæ & Saxoniæ acceptum narrat Sabinus *c*: nec admodum diſsimile, quod de nobili Bauaro narrant alij, ei, cum defunctam vxorem ferret impatientius: quadam nocte fœminam redijſſe, ſeque reſuſcitatam dixiſſe, & marito conuixiſſe, & ex eo liberos ſuſcepiſſe: quodque futurum prædixerat, tandem, conuicijs & blaſphemijs non ſe abſtinente marito, ſubito muliebri veſte penes illum derelicta, euanuiſſe. Dæmon ſic Nobili huic impoſuit, & aliunde ſubtractos furto liberos ſibi ſuppoſuit. Ad poſterius genus fraudis refero paruulos: quos non ex incubis, ſed per fraudem, quaſi ex ſuccubis dæmonibus natos vulgo *Cambiones* vocant: & ferunt adeo eſſe lacte inſaturabiles, vt, etiam quatuor nutricum rumis exhauſtis, macilenti perſeuerent. ponderoſiſsimi tamen, & tandem poſt aliquot annos euaneſcant. Itali, à continuo vagitu, *Vagiones* appellant: Germani, vt indicent ſuppoſitiuos eſſe, nominant, Wechſelbalg vel Wechſelkindt *de his vide Spreng. 2.p. malles q.2. capite ſeptimo. Guilh. Pariſ. p. vlt. de vniuerſo, capite vigeſimo tertio. Anan. libro quarto de nat. dæm. Motiorem de Pythonic. mulier. capite ſexto.*

Talem arbitror fuiſſe puerum, quē per Galliciā & Aſturias Hiſpaniæ ante annos 15. Mendicus quidam, ſumma cum defatigatione humeris baiulabat: cum ex noſtris eum quidam in itinere repertum prope flumen, vt tranſuaderet, miſericordia motus, retro ſe in iumentum ſuſtuliſſet, vix valida beſtia potuit eum in alteram ripā exponere. Paulo poſt mendicus comprehenſus, fatetur eum puerum, non puerum, ſed diabolum, fuiſſe, qui ſibi promiſiſſet, omnes ſe ad eleemoſynas ei conferendas pellecturum, quamdiu ſic circumferretur habitu pueri morboſi, & faſcijs inuoluti.

His conſentaneum eſt, *poſſe dæmones efficere, vt virgo mente & corpore permanens, non tamē ſine virili ſemine concipiat.* probatur. quia poteſt virgini dormienti & ignaræ aliunde ſumptum verum & fœcundum ſemen, ſine congreſſu carnali, hymene alijſve clauſtris virginitatis incorruptis, infundere. Vt autem in partu virginitas conſeruetur, hoc dæmon nequit. cum enim ad hoc vera corporum penetratio requiratur: quæ virtuti diuinæ reſeruatur: id, ſine ſpeciali miraculo fieri non poteſt. Propterea, cum Caluiniſtæ negant hoc ſeptum virginitatis in partu Chriſti Domini clauſum manſiſſe: præcipuam certe miraculi, & veræ virginitatis prærogatiuam tollunt. Exemplū quoque de Bambergenſi puella, quod recitat *d* Oiderius, caute legendum eſt, & de mentis tantum virginitate accipiendum; carnis enim integritatem amiſerat per eandem copulam, qua conceperat. Nec à viro mulier cognoſci poteſt, ſine virginitatis iactura, nec impregnari, nili cognoſcatur. Scio quid multi ſcriptores narrent de varijs, quæ conceperint dumtaxat ex ſemine, quod in balneo, in quo illæ lotæ, prius fuerat effuſum, ſed non credo. &

a l. 13. hiſt Angl.
b Hiſt. l. 3 c. 26
c Not. in Metamo. Ouid.
d Formic. c. 10. l. 5.

videó id etiam negari ab Andr. Laurentio libro octauo.histor. anatom.q: 11.quia neque virtus attractiua matricis,tam à se longe queat vim exserere, neque aqua solertiam habet,quam dæmon spirituum euaporationem prohibendi,& semen illud,si fœcundum fuisset,fundum aquæ petijsset , non supernatasset.Sic Hebræi fingunt Bensyram ex filia Ieremiæ Prophetæ natum.Sed mentiuntur.Ieremias enim virgo mansit.Simile refert Auerroes & de alia Alex. Magnus *de format. hominis capite primo.* Minus incredibile est,quod scribit D.Thomas,posse fortasis mulierem , absque miraculo & salua virginitate omnimoda, concipere:*sicut* (ait) *dicitur accidisse cuidam puellæ iam pubescenti , quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat: qui cum in somnio pollueretur, semen eius ad matricem filiæ descendit, & inde puella concepit.* hoc sequitur, & à dæmone idem præstari posse,contendit Abulensis com.in c.19.Gen.

e Thom. quod 6. it.18.

Item quæri scio , an dæmones cum sagis nonnunquam exerceant præposteram libidinem?sciendum hoc latrũculatoribus. Quidam, vt post comp. Theolog.& Antonin. 1. *p. sum. tit.de luxur.*Ponzinibius,*de Lamijs num.* 64. & Benedic. qui hos non citat *libro secundo,peccat.sum.*6.8. hoc omnino negant:neque id compertum confessione Sagarum Hispaniæ, Germaniæ, Galliæ: sed de lamijs Italiæ id quasi notissimum affirmat Siluester Prieras *de Strigomag.* & Ananias *lib.*4.*de nat. dæmon.fol.*148.& etiam, ab illis affirmari fatetur Ponzinibus supra.Nimirum nihil adeo sordidum est , quod non κακῶργος iste subeat. vt hominum animas certiore exitio inuoluat, ideo offert cuique, quo illum capi posse spe-

A

rat. Nec vllum scelus est,quod hæc ista hominum auersetur.Possunt itaque Iudices etiam de hoc inquirere. Nec ratio vlla est,quę contrarium conuincat. Porro sciat confessarius, tunc videri esse duplex crimen mortale, vnum ō tra genus , alterum extra vas naturale : & ideo grauius peccatum, quam si cum dæmone more humano, ac naturali commiscerentur.

B

Vltima in hac quæstione dubitatio nascitur, *Vtrum vi magica fieri queat, vt gigantes nascantur,vel pigmæi?* Quoad Gigantes Fran. Valesius *d.c.*8. affirmat id fieri posse , si dæmones seligant semen non qualecumque , sed plurimum,crassissimum, calidissimum,spiritibus affluens,& seri expers: Id vero eis facile esse conquirere , deligendo homines calidos, robustos,& abundantes multo semine, quibus succumbant: deinde & mulieres similis conditionis,quibus incumbant : *& vtrisque & viris*, inquam, *& fœminis, voluptatem maiorem solito afferendo, tanto enim abundantius semen emittitur , quanto* (ait) *cum maiori voluptate excernitur: poterant vero illi voluptatem augere , & titillando plurimum, & imaginationi plurima ad rem facientia repræsentando. plurima enim pars venereorum motuum ab imaginatione fluit. Quo fit,vt religiosi viri, & Deo adeo diditi, vt imaginationem etiam compescant , eiusmodi motus non persentiscant. Robusti ergo, & grandes, vt nascerentur,ita poterunt dæmones procurare.*

C

D

E

Hæc ille doctus simul physicus & Philosophus , deeo quod fieri potuit præclare,sed erronee,quatenus Gigantes illos SS.putat ex dæmonibus incubis & succubis ita procreatos,quod iam à Theologis improbatum docui. Nos inde sumamus tantum , non repu-

gnare

gnare hoc dæmonis potentiæ & industriæ. Nam Gigantes fuisse, impudentis proteruiæ sit negare, cum in S. S. testetur *Genes. cap. 6.* & omnium Gentiũ Annales similia multa proferant. *Diodor. l. 5. & 9. Plutarch. in Sertorio Philostratus, in Heroic. Plin. Solinus, Marian. Scotus & alij*, memini me nonnulla notasse *aduersarijs in Senecæ Tragedias*: & miror Goropio Becano placuisse, tam ardenter in ea, quæ de Antuerpiensi nostro Gigante narrantur declamare. Dentis eius magnitudinem ferre non potuit. quid illa tamen, ad maiores molares Siculorum Cicsopum, quos vidit, appendit, penes se, insignis historicus. Thom. Fazellus habuit? Non iniucunda lectio verborum eius opinor futura ciuibus meis, vt hoc antiquitatis patriæ cymelium sibi ab homine Campinensi tam facile extorqueri non patiantur. Prolixa planè res est, adscribam & decerpam breuiter. ad Erycem mõtem anno 1342. cadauer in antro inuentum portentosæ magnitudinis, cuius anterior cranij pars aliquot Sicilienſium modiorum capax erat: cuius etiam Bocatius fecerit mentionem *lib. 4. de Geneal. Deorum cap. 68.* Anno 1516. in Mazareno agro cæmentarios effodisse cadauer hominis cubitorum staturæ circiter 20. caput habens dolij instar, molares dentes singulos, vnciarum 5. pondus æquasse, quos (ait) se vidisse. Penes se alios esse non paucos, Melillis effossorum gigantum, dentes, quaternarum vnciarum: habere quoque se os humeri latissimum & penè monstrosum alterius gigantis Hyccarensis. Duos sibi molares alios, 4. singulos vnciarum, datos à Simeone Piglione, cadaueris 18. cubitorum propè Panormum, anno 1547. Sequenti anno ibid. à Geor. Adorno cadauer aliud, cubitorum 20. repertum. Iatrasis an. 1550. inuentum cadauer cubitorum circiter 22. cuius caput 10. ferè circuitum pedum metiebatur. Addit multa similia, quibus singulis recensendis non est, cur inhæream. illud notat ceteris etiam ossibus in cinerem contactu tandem abeuntibus dentes nostris similes, sed maiores, integros, effigiatos, subalbos, & carie carentes remansisse: quod etiam in dente illo Antuerpiensi olim visebatur. Hetruscorum gigantum vetus quoddam, An. Pomponij lethi, epigramma meminit, Britannicorum Camdenus: aliorum alij.

Ipse D. Augustinus scribit se vidisse in littore Vticensi molarem dentem adeò magnum, vt molaribus centum communibus posset exæquari, *libro 15. de ciuitat. Dei, cap. 9.* Prætereo quæ Franc. Patricius *Dial. 3. de Hist.* ex Hemone Eremita de Emiphimis & Gyginis retulit, quia fabulosa.

Restat de Pygmæis: posse dæmonem efficere causis contrarijs adhibitis, vt ad iustam humani corporis staturam homines non perueniant, non est dubitandum. sic enim videmus artificio humano, nempe potu vini adusti, & inclusione in ollis paruis, pusillos illos catellos, delicias domicellarum parari: & lucri auidi parentes, impiè certè, certis medicamentis efficiunt, vt filij pumiliones nascantur. Omninò tamen crediderim hac in re minimam quoque corporis humani qnantitatem, etsi ignotam, dari, infra quam nequeat anima rationalis potentijs suis vti, & efficaciter corpus illud informare. Quare scriptoribus etiam illis assentior, qui licet agnoscant cubitales seu trium spitamarum homullos, quos *Pygmæos* vocant, gruum hostes, quos post Aristotelem

lib.2.de hist.animal.cap. 12. Philostrat. *in Hercule dormiente* Plinius *lib.* 7. *cap.* 2. Claudianus, Iuuenalis, Solinus, & alij descripsere: tamen meritò arbitrantur, eos non esse veros homines, sed bruta, vel monstra, & ad classem Simiarum referendos. *Vide si lubet, Gellium lib.9.c.4. Cœlium Rhodiginum lib.* 4. *lect.antiq.c.3 & Cardanum libr.* 8. *de rerum varietat. & Lud. Viuem in ca.* 8. *lib. de ciu. Dei & Bonifacium Simonettam lib.* 4. *epist.c.*10. Repertam anno 1600. in Peruuia Nanorum prouinciam inde scribitur litteris P. Ruizij, quas hoc anno 1601. legi.

Nec negari potest *Pygmæos* fuisse; & staturæ breuissimæ. colligo vtrumque ex loco Ezech.27. vers.11. *Pygmæi in turribus tuis*; scio hoc aliter & aliter verti, & versiones poni à D. Hieron. ad eum locum: sed noster meritò secutus est Aquilam ita vertentem, Symma. *Medos* vertit, quod placuit Theodoreto, Chaldæus Paraphrastes, *Cappadoces*. Verum. נ est de vocis radice, & ideo Theodotion, non satis certus, quid נמד significaret, Hebræum נמדים gamadim retinuit. Diuus Hieronym. gnarus, נמד significare, cubitum brachij, seu mensuram cubitalem *Iud.* 3. *vers.* 16. vnde נמד cubitalis vertit, *Pygmæos*, quorum hæc est mensura staturæ. Item Diu. Hieronym. ad vocem Græcam Aquilæ attendens, *Pygmæos* non accepit, vt nomen proprium, sed vt appellatiuum, quia interpretatur bellatores promptissimos, quasi deducatur ἀπὸ τῆς πογμῆς, cuius vocis vna interpretatio est, pugna seu pugilatus, altera mensura cubiti, quod sequitur Diu. Augustin. *libr.*16. *de ciu. Dei cap.*7. Hinc ortæ variæ interpretationes. Quibus videbatur de Pygmæis illis propriè dictis accipiendum, quidam comminiscuntur, eos fuisse bellicosissimos, visus acutissimi, & sagittandi peritissimos, & ideo illis turrium custodiam permissam, sic Dionys. Carthusian. Verum id vnde probant? certe vix credendum, potuisse eos loricam iaculis suis penetrare. Aliud itaque satis ingeniosè commentus Liranus, robur Tyri describi, & munitionum eius, tale, vt etiam à pumillis istis turres defendi potuerint contra hostes potentissimos. Contortum id quoque, nec satis beneuolum aut consentiens contextui. Reor omnino, *custodum* seu *robustorum*, (vt vertunt LXX.) mentionem fieri; sed hos vocari *Pygmæos*: non quod statura tales, sed quia turres tam altæ, vt viri etiam fortissimi & maximi in imo versantibus vix cubitales apparerent. sic vulgatam cum LXX. versione & cum Hebræo fonte conciliari debere, nunc quidem censeo, paratus sequi docentem certiora.

De pumilionib. his ex Nonnoso ista Photius Bibl. fol.3. ὅτι ἀπὸ τῆς φαρσὰν πλέοντι τῷ Νοννόσῳ, ἐπιτυν ἐσχάτων τῶν νήσων κατυντηκότι τοιὸν δὲ τὶ συνέβη, θαύμα καὶ ἀκοῦσαι. ἐνέτυχε γὰρ τισὶ μορφυμὰν καὶ ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνων. βραχειτάτοις δὲ τὸ μέγεθος, καὶ μέλασι τὴν χρόαν ὑπὸ δὲ τριχῶν δεδασυμμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος. εἴποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες παραπλήσιαι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα, τῶν παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν. γυμνοὶ δὲ ἦσαν ἅπαντες πλυνδέρματι τινὶ μικρῷ τὴν αἰδῷ περιεκάλυπτον, οἳ προβεβηκότες ὁμοίως ἀνδρές τε καὶ γυναῖκες. ἄγριον δὲ οὐδὲν ἐπιδείκνυντο οὐδὲ ἀνήμερον ἀλλὰ καὶ φανὺν εἶχον μαμάνθρωπίνων, ἄγνωστον δε παντάπασι τὴν διάλεκτον τοῖς τὲ περὶ οἴκοις ἅπασι.

QVÆSTIO XVI.

De nocturnis ſagarum conuentib. & an vera ſit earum translatio de loco ad locum?

PRIMA ſententia eſt, huiuſmodi equitationib. & conuentib. illas dumtaxat cogitatione animi, & Diabolica illuſione intereſſe: hanc ſententiam cũ Luthero & melãchthone multi ſectarij tenuerunt: *a* ſed & Catholici quidam, ex Hiſpanis integro libro quidam minorita Fr. Samuel & auctor fortalitij fidei, eiuſdem ordinis, & Martinus de Arles canoniſta, ex Italis Ponzinibius integro ferè libro, Bapt. à Porta *lib. 2. ſuæ Magiæ Naturalis*, & cuius tempore res nondum ſatis explorata erat Alciatus *l. 8. Parerg. c. 22.* ex Gallis Duarenus; Ærodius, & Mich. Montanus. ex Anglis olim Ioannes Salisburienſis *lib. 2. Polycrat. c. 17. in fin.* ex Germanis, idem vult Phil. Camerar. extremo cap. 72. operæ ſucciſiuæ, & Vlricus Molitor *de Python. mulieribus c. 8.* & hoc ſe ſentire ſubindicat Leonard. Vairus *lib. 2. de faſcino cap. 13.* Sed nituntur argumentis parum vrgentibus. Quid enim ſoliſne id aſſeritur à mulierculis, vt excidit Alciato? vnde igitur tot quotidie viri docti, clari, & ſecundum ſæculum prudentes idem fatentur, puniunturque? Age ſint ſæpè, qui à dæmone illudantur. ſenſibus internis externiſque vinctis & ſepultis, phantaſia etiam fortè læſa perturbataque: age, queat diabolus læſis corporis viribus & animi facultatib. plura homini perſuadere, quam vel vini copia oppreſsi, vel melancholia ægri ſeſe videre arbitrentur, vt docet D. Aug. *a* ſint ſanè tria phantaſmatum genera, quod ab eodem optimè *b* notatum; quid tum poſtea? quid ex his inferre queas, quam poſſe ſagas decipi, ſemper autem illas falli hinc nõ conſequitur.

Nec amplius probat, quod ad Euodium *c* ſcribens, de viſis prodigioſis idem prodidit: fatemur enim tunc animas non emigrare ex corporibus, & Bodinum id auſum aſſerere, deteſtamur. fatemur ſæpe ſenſus corporeos plane conſopiri. adeoque efficaciter has imagines obuerſari, vt experrecti credant ſe audiuiſſe, vidiſſe & feciſſe, quæ numquam contigerunt. Nec ignoro exempla multa huius deceptionis; vt de reo, qui ſe in Ditis regia fuiſſe dictitabat; *d* Gennadio, qui ſe choris beatorum interfuiſſe putabat: *e* de Platonico Philoſopho alteri in ſomnis apparente, eumque docente; *f* de patre, qui clarâ luce filiam ſuam videns, ſe vaccam cernere, putabat. *g* Nec vrget, quod eorum corpora inuenta ſint ſæpenumero eodem loco iacentia, nec inde mota fuiſſe, vt de varijs narratum ab Olao, Toſtato, Grillando, & alijs; & huc pertinens illud in vita D. Germani, de mulierculis conuiuantibus vt videbantur, & tamen domi repertis dormientibus; & quæ huiuſmodi alia, his enim nihil amplius probatur, quàm decipi aliquando has mulierculas. Sed ſemper ita fieri nõ probatur. Vim quidem aliquam haberet argumentatio illa Alciati quærentis; cur non potius in conuentu cacodæmonem loco mulieris, quam in lecto cum marito fuiſſe dicamus: ſi ſola niteremur præſumptione, nunc non illa mouemur, ſed vnanimi omnium ætatum, & nationum, & vtriuſque ſexus etiã Eccleſiaſticæ functionis, & ordinis nobilium reorum confeſsione; contra quam nulla vim habet præſumptio, Michol patris ſatellites decepit in Dauidis locum ſubſtituta ſtatua: *h* ſic etiam poteſt & ſolet

A. a VVierus Godelm. Agrippa.

a li. 7. de Gen. ad litt. c. 11. *b* Epiſt. 72 ag. Nebri

c Epi. 101.

d Alex. ab Alex. l. 6. Geneal. dier. *e* D. Aug. de ep. 101. *f* D. Aug. l. 18. de ciu. Dei c. 18. *g* vita San Maccarii.

h Reg. 19.

dæmon assumpto corpore, & in lecto locato decipere maritum. Nam strige ad conuentum profectâ, ne maritus eam abesse deprehendat, solet eum consopire, vel quid aliud supponere, quod earum vicem suppleat, vt maritus expergiscens vxorem esse putet, docetur hoc actis iudiciarijs. Quædam inquiunt *tonstrix Forpachij Cal. Sept. 1587. id se sæpe feciſſe prodidit, atque ad sopiendum tali somno maritum. Sæpenumero illi aurem vellicasse, dextrà manu eo prius illita vngume, quo viam ad huiusmodi conuentus affectans, solebat se ipsa inungere: Eller vxor decani in Ottingen, eodem loco & die, infantis culcitram: Seichen May à Speirchen scopas suppositiſſe memorauerunt, postquam essent nomen sui dæmonis præfatæ, sicque maritis fucum sæpe feciſſe.*

Hamburgij non. Iunij 1590. *Maria vxor sartoris in Metzer Esch, stramentorum fascem veluti vngume infuscatum, qui statim atque ipsa domum esset reuersa, euanesceret. Catharina Ruff ipsum dæmonem, sua accubatione, eiusmodi vices aliquando gessisse, declarauit.* Hæc Nicen. Remigius *d. lib. 1. c. 12.*

Obijciunt præterea D. Aug. libr. de spiritu & anima c. 28. vbi eadem ferè verba habes, quæ *in ca. Episcopi 26. q. 5.* vbi qui huiusmodi nænijs anicularum fidem præbent, videntur excommunicari. Hic canon Achilles est aduersariorum, hunc vrgent, hunc intorquent. *Resp.* librum illum non esse D. August. nec etiam D. Gregorij, cui tribuit Ioannes Beetzius Carmelita, in 1. præcept. expol. 4. cap. 4. sed Hugonis Victorini, vel Hugonis Eteriani: & cuiuscumque sit, non esse aliam eius sententiam, quam prædicti Canonis. Quidam eleuant auctoritatem Canonis, quia sit concilium tantùm Prouinciale; quod errare potuerit: sed mihi non placet eo confugere.

Alij negant esse concilij Ancyrani, eò quod in Concilij huius exemplaribus Græcis aut Latinis hodie non extet: verum neque hæc solutio mihi placet: quia Canon reperitur in quibusdam antiquis collectionibus Conciliorum, & in Damasi (si ipse auctor) Vitis Pontificum, & in Decretis, Burchardi *lib. 10. cap. 1.* & Iunonis *p. 11. c. 30.* & retentus fuit in Decreto Gratiani iussu Gregorij XIII. Pontific. correcto. Malo cum Turrecremata *ibi*, Victor. *num. 32.* Basino, Alphonso à Castro, & alijs respondere, quædam in illo Canone narrari, quæ per naturam rerum à dæmone perfici non possunt, vt alloqui & coram cernere Herculem & Achillem, qui sunt in inferno: item equitare super veras bestias, quæ tanta spacia tam cito, & per aerem conficere nequeunt: item equitare cum Diana vel Herodiade, cùm nec vlla sit Diana Dea, vel superstes numen, nec Herodias illa, saltatricula vllibi in terris equitet, in inferno cruciata: item agnoscere vllam diuinam naturam, præter Deũ. quare huiusmodi asserere: reuerà hæreticum esset. Alia vero in eodem Canone memorantur, quæ nec rerum naturæ repugnant, nec vires Satanæ superant, vt est hoc ipsum, de quo nunc agitur, & talia non negat Canon posse contingere, sed tantum indicare voluit, non esse credendum semper ea αὐτοπροσοπῶς contingere; sed aliquando imaginationis vitio tribuenda. vera itaque Canonis explicatio est, eos hæreseos damnari, qui sagis asserentibus credunt: hæc omnia posteriora cum prioribus sibi contingere, prout illæ narrabant. Sufficit enim ad opinionis alicuius damnationẽ partem eius aliquam fidei contrariam esse,

quia

quia verum est ex integra causa, falsum ex quouis defectu. Atque ita interpretor dicta Doctoris Nauarrij satis perplexa locutione non paucos decipientis. Vnde apparet neque Canonem illum, neque locum Hugonis repugnare communi sententiæ Theologorum, vel Quæsitorum & Iudicum receptæ praxi. Sed de hoc Canone agendum copiosissimè libro quinto.

i c. ri. Mā. al. nu. 38.

Denique argumentatur Alciatus: Conuentus huius personæ omnes interdum, nomine Iesu pronunciato euanuerunt, erant itaque phantasticæ, & non corporatæ personæ. quia corporea res sic nequit euanescere. *Resp*: Sagas quæ conuentui interfuerant, non euanuisse: sed præstrictis cernentium oculis, à suis dæmonibus celerrime asportatas fuisse: & sic dici euanuisse, large & improprie sumpto vocabulo, pro desierunt videri. Neque hoc dissimulandum, videri Alciatum velle, non posse dæmonem corpora loco mouere: idcirco enim contendit non fuisse Christum Dominum à Diabolo in pinnaculum templi, & montem excelsum sublatum: quod confirmat auctoritate Orig. *homil. 31. in Luc.* & D. Hieronym. *in Matth.* & temere credidit hoc dicenti Alciato Phil. Camerarius *operæ succisi. c. 72.* Sed postea docebo longe plures Patres contrarium tenuisse: imo D. Hieron. nihil habet, quod pro Alciato faciat. Origenes ei aperte refragatur. nam verba mutilata citat Alciat. obiectionem ponens, responsionem Origenis omittens.

Obijcitur etiam experientia, quod inuctæ, aliquando non translatæ, sed repertæ iacentes eodem loco, vbi se inunxerant: hoc de vna Abulensis, de tribus vel quatuor testatur Spineus, de alijs alij. *Respond.* cum Spineo *c. 30. & 31.* huius rei varias esse causas, tum ex parte Dei, tum ex parte dæmonis. Ex parte huius: quia quando ipsi vtilius est, tunc sagas decipit, eas loco non mouendo: vt sic iudicibus & principibus persuadeat falsa esse, quæ de talibus transuectionibus feruntur, atque ita iustitiæ executionem impediat. pactum ergo frustratur, quando maiorem humano generi perniciem inde sperat: pactum seruat, quando Deus ei permittit, & ipse sperat se sic plures illaqueaturum. Quod ad Deum, sinit vt plurimum, sic exigentibus hominum peccatis, Diabolum pacta cum Magis inita seruare: aliquando impedit, vt quando iudices curiositate mouentur ad huiusmodi explorationes: vt sic iudices in peccati pœnam confundantur, & quasi excæcentur. Vtrũque iustissimè. Ex ijsdem causis nonnunquam, vult dæmon, & hoc ei Deus permittit, ipsas loco mouere, & pro ipsis simulachrum earũ illic relinquere, vt putentur non translatæ, sed illic remansisse.

Secunda ergo opinio est, quam verisimam iudico: *Nonnunquam verè sagas transferri à dæmone de loco ad locum, hircove vel altero animali* (phantastico, vt plurimum, hoc est dæmoni assumenti & formanti corpus aëreum vel etiam hominis in forma, eas aliquando ternas quaternasue simul asportanti) *vel arundini veræ, scoparumue baculo etiam vero, sed acto & subleuato à dæmone, inequitantes, & corporaliter conuentui nefario interesse.*]

Hæc sententia est multo communior Theologorum, immo & Iurisconsultorum practicorum Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, inter Catholicos tenent etiam scribentes plurimi. *Alb. Magnus apud Cantipratensem libro 2.*

capite 57. p. 19. Cruelus de superstit. p.2.capite primo.Guilh. Neoburgensis mox citandus. Turrecrema. sup. Grilland. libro secundo, de sortileg. quæst. 7. numer. 8. vbi fatetur se sententiam mutasse.Basinus de artibus magic. propos.9. Remig. libro primo Dæmonolat. capite decimo quarto,vigesimo quarto,vigesimo nono. Auctores Mallei non vno loco, Penna in Direct.Inquisitor.p 2.comment. 68. & alij. Pet.Damianus ep.4. capite decimo septimo.& recentiores medici, vt Ronsseus mox citandus libro secundo.de morb. venef. capite octauo. & libro tertio capite octauo. Cesalpinus inuestigat. dæmon.capite vigesimo. & Theologi crebro numero hoc asserunt, rem diligentissimè discutientes,Ioan. Dodo. in Apolog. contra Fra. Samuelem,Guil. Parisiens.par.vlt.de vniuers. capite vigesimo tertio. Siluester in verb. hæresis,num. 3. Abulens. in 4. c. Matt.quæst. 47.Beetz. dict. c. 4. Vict. vbi supra Caieta.2.2. quæst.95.a.3.Alphons. à Castro libro primo.de iusta hæretic. punit. capite decimo sexto. Sixtus Senensis libro quinto. biblt.annot. 73. Crespetus de odio Satanæ discurs.15.libro primo .Sebastianus Mich.in Pneumalog.Anglez. in 2. quæst.vnica de arte Magica a.4. diffic. 5. Petr. Binsfeld.d.operis conclus.11. Spinæus contra Ponzinibium, Ananias libro quarto. de Natur.dæmon. Et nonne Antichristi tempore tales conuentus agnoscit futuros D.Hyppolit. Martyr. lib. de consummat.sæculi,haud longe princ. hos mouere leges Salicæ,vt patet ex libro decimo septimo. Et Lambertus Danæus Caluinianus scribit Geneuæ conuentum esse ordinarium prope summam ædem,vt ex eo refert Crespetus. Sed accipite verba Hippoliti: *Tunc iniquus ille elato animo dæmones suos congregabit humana specie* (nonne sic in conuentibus tripudiant & commiscentur cum strigibus?) *& eos qui illum ad regnum inuitarunt fastidiet: animasque multas inquinabit,quippe Principes eis constituet ex dæmonibus.*) Facit hoc quotidie Diabolus superior, dum suum cuique strigum dæmonem magistellum attribuit. Tertullianus *lib. de anima c.de somnijs*, affirmat, *domos quoque hominum dæmonijs patere, nec tantum inaditis, sed etiam in cubiculis homines eorum imaginibus circumueniri.*]

Videte nunc quo pacto hoc mysterium iniquitatis operetur iam olim. huc enim arbitror referendum quod abs Guilhelmo Neubrigensi in hunc modum traditur, *In prouincia Deirorum haud procul à loco natiuitatis meæ, res mirabilis contigit, quam à puero cognoui. Est vicus aliquot à mari orientali milliaribus distans,iuxta quem famosæ illæ aquæ, quas vulgo* Vipse *vocant. Ex quo vico rusticus quidam ad salutandum amicum in proximo vico commorantem profectus, multa iam nocte minus sobrius remeabat. Et ecce de proximo tumulo, quem sæpius vidi, & duobus vel tribus stadijs à vico abest, voces cantantium, & quasi festiue conuiuantium audiuit. Miratus quinam in illo loco solemnibus gaudijs intempestæ noctis silentium rumperent, hoc ipsum curiosius inspicere voluit,vidensque in latere tumuli ianuam patentem,accessit & introspexit, viditque domum amplam & luminosam,plenamque discumbentibus tam viris,quam fœminis, tanquam ad solennes epulas. Vnus autem ministrantium cernens stantem ad ostium,obtulit illi poculum. Quo ille accepto, consulto noluit bibere,sed effuso contento & continente retento,concitus abijt, factoque tumultu in conuiuio pro sublatione vasculi & persequentibus eum conuiuis, pernicitate iumenti quo vehebatur euasit, & in vicum cum insigni se præda recepit. Denique hoc vasculum materiæ incognitæ, coloris insoliti, & formæ inusitatæ Henrico seniori Anglorum Regi pro munere*

oblatum

oblatum est: ac deinde fratri Reginæ Dauid, scilic. Scotorum Regi, contraditum, annis plurimis in thesauris Scotiæ seruatum est, & ante annos aliquot (sicut veraci relatione cognouimus) Henric. II. illud adspicere cupienti à Rege Scotorum Guilh. resignatum] libro primo. Rerum Ang. capite trigesimo octauo. tales montium recessus, vulgus solitum nominare *montem Veneris*, qualem tradunt etiam in Italia prope Nursinum lacum esse, vt patet ex Epist. 46. Æneæ Siluij. Si mauis exempla recentiora & clariora, Rober. Gagui Generalis ord. S. Trinit. *libro decimo Hist. Francor.* ita scribit, *Quo tempore Guil. Edelinus Theologus Doct. S. Germani de la Haya prior, apud Ebroicas ad perpetuum carcerem damnatus est, ob falsæ religionis crimen. Nã cũ illustris cuiusdam fœminæ amoribus teneretur, neque eius consuetudine frui facile posset, dæmonem patronum sibi adhibuit, & eum in arietis specie adorauit: à quo postea doctus scopam sumere, atque inter femora equitis instar ponere, breui momento quo volebat se traducebat.*] Inter striges Auenionenses (vt narrat Mich. *Pneumalog. schol. 6.*) puer captus fuit, qui iudicibus narrabat, se à patre in Synagogam (sic conuentum vocant) deductum, & ibi vidisse patrari multa nefaria & horrenda, itaque conterritum muniuisse se signaculo crucis, & dixisse: Iesu, quid istuc rei? simulque cum dicto turbam totam disparuisse & ipsum se solum ibi deprehendisse: postridie domum redisse, quæ tribus à synagoga miliaribus aberat, & partem iudices detulisse. Vnde & puero in vicinia nomen inditum *Masquillon* (hoc est paruus sortiarius) hunc que puerum cum ipse Michael ista scriberet anno. 1582. adhuc Auenioni captiuum fuisse. Aliud contestatius accipe ex Grillando, cuius verba non pigebit adscribere, Quo (*nempe homagio*) facto statim vnum dæmonem constituit (*ipse princeps dæmon*) ad custodiam ipsius mulieris, quam nunquam relinquere debeat, sed illi inseruire in omnibus, quæ ipsa cupiet, & quotiescunque contigerit ad ludos accedere, hoc ipse intimabit mulieri, & illam deferet, & instruet. qui quidem dæmon associatur ei, tanquam maritus vxori, sæpe accedunt ad congregationes illas. vbi maxima mulierum numerositas congregatur, & non vident illa in mente, aut intellectu, aut in apparentia, sed in vera & naturali forma accedunt ad loca prædicta, hoc modo & ordine. Videlicet, quia primum per vnum vel duos dies antequam fiat congregatio, intimatur sibi per dæmonem illum, qui est ad ipsarum custodiam constitutus, qualiter nocte tali & tali hora se præparet ad veniendum ad ludum: quæ mulier, si haberet iustam causam impedimenti, deducit & auditur, dummodo sit causa vera & excusabilis, quæ legitime excusare possit: alioquin si fingeret habere causam, quæ nulla esset, vt non accederet, non deferebatur inuita, sed remanebat in domo sua, nihilominus propœna sui mendacij adeo fortiter cruciabatur à Dæmone, & in mente & in corpore maximis & continuis doloribus & ægritudine intrinseca vel extrinseca tam fortiter vexabatur, quot diu noctuque nihil penitus quietis haberet, sed semper tribularetur, & omnia quę ipsa ageret euanescerent & perirent in fieri: adeo quodam necesse fuit, vt tot mala cessarent, quod peccatum suum fateretur, & promitteret, etiam medio iureiurando: quod amplius non recusabit accedere. Cum vero promitteret accessurã, statim aduenient nocte & hora, euocabatur voce

quadam, velut humana ab ipso dæmone, quem non vocant dæmonem, sed Magisterulum, aliæ magistrum Martinettum, siue Martinellum. Quæ sic euocata, mox sumebat pixidem vnctionis, & liniebat corpus suum in quibusdam partibus & membris, quo linito exibat ex domo & inueniebat semper magisterulum suum in forma hirci illam exspectantem apud ostium, super quo mulier ipsa dixit quod equitabat, & applicare solebat fortiter manus ad crines, & statim hircus ille ascendebat per aërem, & breuissimo tempore deferebat ipsam vsque ad nucem Beneuentanam, & ibi suauiter deponebat, &c.] reliqua etiam refert consentanea his quæ alij citati DD. scripserunt solere in conuentu contingere. Nam præcitati Theol. adferunt varia exempla, & confessiones reorum, qui omnes conueniunt in corporali delatione modo, & cæremonijs conuentus & alijs circumstantijs: Quarum præcipuas summatim hic exsequar, additis nonnullis, quas accepi à Pet. Orano, V. Cl. mihi doctrinæ & integritatis nomine (vt fratre) caro, qui præfuit anno. 1527. & 1528. Quæsitoris & Iudicis functioni in Stabulensium sagarum & Lamiarum causa. Quoad baculum notat Sebast. Michael. *d. operis Schol.* 7. Abrah. Ezræ filium Leuit. capite decimo nono. prohibitionem maleficij sic interpretari, *Non facietis experimenta per figuras, per baculos, per opera, per motus, per dies, & per horas.* & his verbis pleraque solemnia strigum comprehendisse, per *figuras*, intelligere circulum, de quo iam egimus, per *baculum*, virgas quibus vtuntur ad maleficium hostijs, & alias quibus in ραβδομαντια, & arundinem seu scopæ hastam cui ineA quitant transferendæ: gaudere autem virga Diabolum, vt imitetur virgam Mosis miraculorum effectricem, vel aliam illam floriferam Aaronis. Hunc baculum porro inungi solere vnguento confecto ex varijs rebus insulsissimis, maxime ex vngume infantium necatorum. quanquam aliquando, non baculum, sed vel crura, vel alias sui corporis partes illinunt, vt patet ex verbis Ghirlandi, & ex sententia Auinionensi, *quam exhibebo totam lib.* 5. Posset sine vnguento: sed hoc vult copiosum adhiberi, vt quam plurimos infantes interimant, opinantes sine hac pinguedine se ad conuentum deferri non posse. Indicio est, quod prima vice dicit sufficere vnguentum cómodato ab alijs acceptum, postea necessarium esse, vt ipsæmet sibi illud ex infanticidio præparent.

B

Sic ergo inunctæ solent deuehi insidentes baculo, furcæ, vel colo, vel crematbræ, impositio vno pede, vel insidentes scopis aut arundini, vel tauro, sui, hirco aut cani (*quorum omnium exempla prodidit Remig. l. 1. c.* 14.) Sic inquam solent ad *ludum bonæ societatis* (vt in Italia vocant) conuentum deferri vbi ignis vt plurimum accensus, teter & horridus. ibi dæmon conuentus

C

præses in solio sedet, forma terrifica: vt plurimum hirci vel canis; ad illum accedere adorandi gratia, non eodem modo, interdum complicatis genibus supplices: interdũ obuerso tergo stantes, interdum cruribus etiam in altum iactis, nec capite in anteriorem partem prono, sed resupinato, adeo vt mentum ad cælum feratur. tum candelis piceis oblatis, vel vmbilico infantuli, ad signum homagij eum in podice osculantur. Quid? quod & missæ sacrificium aliquando, per summum scelus æmulantur, & aquæ lustralis, & si-

D

E

milium

milium rituum Catholicorum? *l.* 3. ex viri eruditi, senatoris Clarissimi Raymundi narratione ostendam. Insuper liberos duos Diabolo illic offerunt, vt annis superioribus mater Cunonis Rouerensis, apud Binsfeldium, & anno 1458. quædam alia tres liberos suos apud Iaquerium cap. 7. sed inquinatissimum sacrificium idoli Moloch, secundum vtramque interpretationem, nequiter & crudeliter repræsentant; cum proprios vel alienos filios dæmoni offerunt, & occidunt, aut semen ipsum profusum ei dicant, vt sceleratissimus ille magus, qui cum muliere in templo venerem exercens semen sacro chrismati miscebat, quod narrat idem Iaquerius *flagelli fascinar. fol.* 58. aut denique communione sumpta sacram hostiam, in ore asseruatam, & extractam, dæmoni oblatam, coram eo pede conculcant, vt multæ striges inquirente Iaquerio confessæ fuerunt. *cap.* 8.

His & similibus flagitijs & abominationibus execrandis commissis incipiunt mensis assidere, & conuiuari de cibis, quos dæmon suppeditat, vel ijs quos singuli attulere: Interdum tripudiant ante conuiuium, interdum post illud. solent diuersæ mensæ esse, tres vel quatuor cibis interdum delicatissimis, interdum valdè insipidis & insulsis onustæ, quibus pro dignitate, aut opibus singuli locantur, aliquando suus cuique dæmon adsidet, aliquando malefici vna ex parte, & suus cuique dæmon ex aduerso. Nec mensæ sua deest benedictio cætu hoc digna, verbis constans planè blasphemis, quibus ipsum Beelzebub & creatorem, & datorem, & conseruatorem omnium profitentur: eadem sententia est Actionis Gratiarum, quam subdunt mensis sublatis. Legi formulas, manu famosissimi cuiusdam malefici notatas. Conuiuio intersunt facie interdum aperta, interdum velata larua, linteo vel alio velamine, aut persona. sic etiam personati frequentius, post conuiuium quisque dæmon suam quam custodit discipulam manu prehendit; &, vt omnia fiant ritu quàm possunt absurdissimo, dorsis inuicem obuersis, & in orbem iunctis manibus iactantes capita more fanaticorum, choreas ducere; nonnunquam candelas accensas manu tenentes, quibuscum ante dæmonem osculantes adorarant, & cantare fescenninos in honorem dæmonis obscænissimos, vel ad tympanum fistulamue sedentis alicuius in bifida arbore saltare, omniaque ridiculè, & contra cæterorum morem peragere. tum suis amasijs dæmonibus fœdissime commisceri.

Quando sacrificia fiunt, fieri solent statim initio peracta adoratione: Sacrificia tamen etiam extra conuentum sæpè faciunt. Denique addunt, quemque narrare sua ab vltimo conuentu facinora, quæ quo grauiora, & magis execranda fuerint, eò collaudari vberius: si nulla sint, vel non satis atrocia, verberari segnes atrocissimè à dæmone, vel à malefico quopiam seniore: vltimò pulueribus (quos aliqui scribunt esse cineres hirci illius, quem dæmon assumpserat, & quem adorarant, subito coram illis flamma absumpti) vel venenis alijs acceptis, sæpe etiam indicto cuique nocendi penso, & pronunciato Pseudothei dæmonis decretò; *Vlciscimini vos: alioqui moriemini*; vt agnoscas legem Caritatis legi contrariam; suas quemque domos: si propè sint pedibus, sin distantiores, vt aduecti repetunt. Conuentus vt plurimum ineuntur vel noctis mediæ silentio, quando viget potestas tenebrarum.

vt interdiu meridie, quo sunt qui referant illud Psalmistæ notum de dæmonio meridiano, & Abenezra scribit à Magis certos dies & horas obseruari. Nostræ striges videntur in diuersis regionibus varios habere statos dies. In Italia frequentant noctem quæ feriam sextam præcedit (*Sic Comanus in lucerna*) idque circa noctis medium (*vt ait Seb. Mich. schol.* 7.) Lotharingicæ striges conueniunt noctibus quæ præcedunt feriam quintam, & diem Dominicum, teste *Remigio lib.* 1. *c.* 14. apud alios legi noctem quæ præcedit feriam tertiam.

A

B

Posset dæmon eas transferre sine vnguenti vsu, (vt dixi) & facit aliquando. sed vnguento mauult vti varijs de causis. Aliquando quia timidiores sunt sagi quam vt audeant; vel quia tenuiores sunt ad horribilem illum Satanæ contactum in corpore assumpto ferendũ, horum enim vnctione sensum obstupefacit aliquando, & miseris persuadet vim vnguento inesse maximam. Alias autem id facit, vt sacrosancta à Deo constituta Sacramenta, mimicè adumbret, & per has quasi ceremonias suis orgijs reuerentiæ & venerationis aliquid conciliet. Nihil verò ad translationem conferre vim vnguenti, vel inde patet, quod etiamsi, qui statuto conuentus tempore ex curiositate quadam cupientes conuentui interesse se vnguento illinant, & reuera per aërem eo deuehantur, (Deo id, vt multoties probatum, ad puniendam incredulam curiositatem tam temerariæ audaciæ permittente) tamen si quis fide firmus, caritate armatus, ad fraudes dæmonis reuincendas dissipandasque ad fidei veræ confirmationem, eo se vnguento inungeret. procul dubio (vt recte Binsfeld.) nulla sequeretur translatio. quia hic omne pactum cum dæmone cessat, neque id Deus esset permissurus. Et propterea, quando extra conuentui destinata tempora sese inungerent sagæ, non auolarent, nec auferrentur; eo quod id pactæ non fuerunt. Sciunt hoc & ideo non vnguntur, nisi audito conuentus signo: aliquando monẽtur à suo Martinello, aliquando à vocibus præteruolantis comitatus Sagarum Reginæ, aliquando aliter iuxta Spineum *c.* 30. Sunt tamen quidam malefici, qui ex peculiari pacto, ad certum quoddam signum, siue vnctionem, siue pilei aut pallij posituram, siue quod aliud, quando volunt, aliò deferuntur: sed quod dixi frequentius est. His positis,

C

D

E

Probatur hæc translatio corporea, Primò, quia non potest dari quidquã, quod eam reddat non possibilem, quid desit? non deest corpus mouens, nam diabolus corpus assumit, nec adest vel obstat corporis moti resistentia, vel grauitas; quia longe maior est vis dæmonis mouentis, qui montes loco mouere posset. nec obstat celeritas motus ad locum remotum spacio temporis breuis: hoc enim valet efficere agilitas & vis naturæ angelicæ, iuxta Diuum Augustinum & B. Thomam. nec Deus id non permittit. exstant enim permissionis innumera ferè exempla, quædam etiam SS. clarissima. Citant nonnulli primo loco Christum Dominum bis se passum fuisse à dæmone transportari, *b* quod de malo spiritu accipiunt Origenes Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Gregorius, Strab. & alij: hoc exemplo non vtor, quia licet multi patres indicent per aërem Christum à dæmone volentem raptum, deportatumque fuisse; magis tamen placet, cum Origene & Euthymio, ductum duntaxat, & præeunte diabolo.

a Aug. l. de diuina dæmon c. 3. Thom. 1. p. 100. a. 3.

b Matt. 4 v. 8. & Lu. 4. v. 6.

c Matt. 1. v. 20. & 24. & c. 2 v. 14. & 20.

bolo secutum Christum fuisse, & sic in pinnaculum, & in montem ascendisse; quod aperte Diuus Lucas insinuauit; nec obstat Diuus Matthæus, nam παραλαμβάνειν non rarò significat assumere ducendo tantum *c*: & sic hoc loco quoque interpretantur homines eruditi *d*: ideo istud exemplum non multum vrget. Secundo loco adduci solet, dæmones ingressos porcorum gregem, eos in mare præcipites egisse *e*. firmior adhuc locus est quem 3. adferunt, nempe Philippum Diaconum à spiritu ex deserto in Azotum delatum *f*: & Habacucum capillo in Babylonem translatum ad Danielem *g*. Ad hæc loca respondet Vlric. Molitor, male nos ab Angelis bonis ad Dæmones argumentari, eo quod Angelorum hac in re longe maior sit vis ac robur, quàm dæmonum. Solutio ista mendosa est. quia motu locali non est cur dicamus naturaliter plus bonum Angelum, quàm malum posse: & Theologorum communis schola concedit diabolos retinuisse quæ naturæ dotes erant, amisisse quæ gratiæ erant *h*. Cum ergo bonus Angelus Habacucum tulerit, permittente Deo, poterit & diabolus hominem transferre. Quid mirum hanc dæmones à Deo in humana corpora potestatem recipere, qui longe maiorem in animæ deceptionem acceperunt?

Probatur etiam id experientia tot exemplorum, vt, sine proteruia, quis dissentire nequeat. Grauissimi sanctissimique patres referunt *i*, Simonem Magum coram Petro, alarum dæmoniacarum remigio in aërem sublatum, volitare visum. similia de Abari Scytha leguntur *k* Badudum Britaniæ regem hac arte volandi, sed & infelici exitu parem, nobis proponit Anglorum historia *a*.

De Erico Suecorum rege, quod in quam partem pileum verteret, in eam subito asportaretur regionem, auctor est Ioann. Magnus Gothorum Suecorumque historiographus lib. 17. Berengarium hæreticum & Magum eadem nocte Romæ fuisse, & in Turonensi Ecclesia lectionem decantasse tradidit in Chronico Nangiacus.

Anno 1045. refert *N. prodigijs*, in Anglia quandam veneficam à dæmone palam equo nigro impositam, & per aërem abuectam. cui simile exemplum de Matisconensi Comite, ex venerabili Petro Abbate Cluniacensi, *libro sequenti refertur*. de vetula ex lebete saltitante, Cæsarius *libro* 11. *miraculor. sub fin.* de maleficis Atrebatensibus Meierus egit anno 1459. *chron. Flandr.* Vincentius ex Pet. Damiano refert de quinquenni puero nobilissimi cuiusdam viri; qui puer monachus factus, quadam nocte asportatus, mane repertus fuit in pristino clauso, & interrogatus, dixit; se per quosdam ad magnum conuiuium delatum, & comedere iussum, & postea per superiora pristino immissum *b*. Paul. Grill. *libro secundo de Sortileg. q.* 7. narrat anno 1524. sibi vt inquisitori oblatam quandam Lucretiam; quæ dum ex congregatione ludorum deportaretur domum, & sub auroram matutinus campanæ pulsus, quoad orandum populus vocatur, fuisset auditus; subito illam à dæmone vectore prope fluuium in agro spinis obsito derelictam. forte iuuenis, ei bene notus, illac transibat: eum ergo miseranomine proprio aduocat. iuuenis videns totam nudam, præter verenda femoralibus contecta, & passis crinibus accedere formidabat. persistit illa blanditijs allicere, tandem appro-

pinquauit

d Hessel⁹ & Maldo na. in Matth.
e Marci 5 v. 13. Mat 8. v. 32.
f Act. 8. v. 26 & 40.
g Dan. 14. v. 35.
h ita posi D. Diony Thom. & alios. Malleus p. 2. c 3. Castro d. l. 2. c. 16 *i* Clemēs Roman. l. 6. Const. Apost. Egesip. l. 3. hi. Arnob l. 2. contr. gen. Cyrillus Iero sol. Catec. 6 Epiph. Ambr. Maxim. & alij.
k Herod. melpomē Nazianz. epist. ad Bas. 22. Orig. l. 3. cō tra Cels.
a Polydorus l. 1. hi. Angl. Pō tius virū nius compend. hist Britan. & ijdem annales hoc memorāt de Oliuetio Malmesburiensi, quē Naucler⁹ & Vincētius Elmerū vocāt.
b vide Malleum malef. p. 2 c. 3.

pinquauit, & quæsiuit habitus & more eo loci causam: illa primum alia omnia prætexere, & multa mentiri: donec iuuenis incredulus negauit se illi opem laturum, nisi vera fateretur. illa fidem secreti stipulata, confitetur quod sibi accidisset, & qua ex causa. Iuuenis eam secretò domum suam perduxit, & multis ab ea muneribus donatus fuit.

Sed tandem datæ fidei immemor rem vni atque alteri narrauit: sic paulatim sparso rumore, & mulier capta, & iuuenis testimonium veritati perhibere coactus, hæc omnia Grillando narrauit. Subdit & aliud his verbis; *Mulier quædam Sabinensis diœcesis hanc profitebatur diabolicam artem; de qua cum maritus suspicionem haberet, interrogauit eam pluries, quæ semper negauit. Maritus verò in suspicione sua persistens anxiè veritatem perquirebat: qui adeo astute segessit, quod vidit illam quadam nocte se vnguento quodam vngentem, qua vnctione peracta vidit illam celerrimè, quasi auem recedentem, & ex superiore domus solario ad inferiora descendentem. illam maritus sequens, vt videret quo tenderet, amplius eam non vidit, & accedens ad portam domus inuenit eam clausam.*

Quæres magnam illi præbuit admirationem. Die vero sequenti iterum maritus vxorem interrogat, quod anxiè scire cupiebat, & illa constanter (vt ante) se nescire dixit. Maritus vero, vt amplius negare mulier non posset, aperte ei dicit omnia, quæ nocte præterita illam fecisse viderat: deinde fustibus illam percutit grauiter, & duriora minatur verbera, nisi veritatem dixerit, quam si apertè exposuerit, veniam se illi daturum promisit. Mulier igitur se iam celare non posse intelligens, veritatem aperuit, & veniam à marito petijt, quam illi maritus hac conditione indulsit, vt illum ad tales congregationes adduceret: illa vero vt veniam impetraret, facile petita promisit, & promissum ex licentia Sathanæ impleuit.

Adductus igitur ille ad locum, vbi ludi fiebant, ludum, & choreas, & cætera omnia contemplatus est, & tandem ad mensam cum reliquis, vt vesceretur, sedens, cum cibos insipidos iudicaret, petijt sibi dari sal, quod in mensa deerat, & quamuis iterum atque iterum petijsset, nunquam illi dabatur.

Tandem cum post importunam petitionem, prolixamque expectationem, sal illi daretur, dixit. Nunc laudetur Deus, quoniam iam venit sal. Quibus verbis prolatis dæmones, quia laudes Dei audire refugiunt, statim recesserunt, & reliqui omnes disparuerunt; luminaribusque exstinctis, mansit ille solus nudus, quousque mane facto vidit quosdam pastores, quos interrogauit, quænam esset illa patria in qua erat, illi vero responderunt esse agrum Beneuentanum, in regno Neapolitano. Qui locus distabat à patria viri per centum milliaria, ob quam causam, licet diues esset, coactus fuit per viam mendicare, vt ad domum suam redire posset. Ad quam postquam peruenit, statim vxorem suam ob lamiæ crimen accusauit, & totam rem gestam, vt narrata est, coram iudicibus exposuit. Qui rem totam plenè, vt oportebat, examinantes, vera esse omnia quæ diximus inuenerunt, quæ etiam eiusdem mulieris confessione confirmata sunt. Hæc ex Grillando, Franc. Alfonsus à Castro *d. cap.* 16. addens se multa posse alia referre testimonia, quæ per fidelissimos testes in Hispania contigisse cognouerat. Bartholomæus vero Spineus Sacri Palatij Apostolici Magister *q. de strigibus cap.* 17. *& sequ.* non minùs certa protulit, ex quibus vnum adscribam,

Quandam

Quandam (ait) *puellam, quæ cum matre Bergomi morabatur, inuentam fuisse nocte Venetijs in thalamo sui affinis. Quam mane repertam nudam, recognitamque, quia consobrina erat, cum interrogassent quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare plorans illa, postquam vestita ab eis fuit, hæc quæ subdo, enarrauit, dicens: Hac nocte cum in lecto vigilarem, vidi matrem meam, quæ me dormire putabat: surgentem de lecto, & exutam camisia se quodam vnguento, quod ex vasculo assumpsit de sublateribus extracto, pervngentem corpus: & statim assumpto baculo quodam ibi præparato, in modum equitantis ascendens, extra fenestram deportata est, & à me nequaquam ex tunc ibi visa. cumque ipsa quoque de lecto surgens, meum, vt mater fecerat, perunxissem corpus, extra fenestram educta, statim in hunc locum deportata sum vbi matrem puero huic lecto decumbenti insidiantem vidi. Ex quo ego territa, cum matrem quoque ob meum aduentum conturbatam vidissem & comminantem, nomen Domini IESV & Beatæ virginis inuocaui, & ex tunc matrem non vidi, & ego hic nuda solaque remansi.*

His auditis à puella, scripsit omnia hæc affinis ille narrrantis, Patri Inquisitori Bergomensi, à quo capta mulier, & tormentis exposita, cuncta confessa est, & addidit, se à dæmone plusquam quinquagies deportatam, vt puerum illum prædicti affinis occideret: sed tamen præualuisse nunquam, eo quod semper illum inuenerit signo crucis, & sanctis orationibus àparentibus bene munitum. Subdit & aliud, quod etiam ascribam. *Quidam Antonius Leo carbonarius Ferrariæ habitator, de Valle Tellina, narrauit mihi hoc anno, se in patria sua ab eo cui infrascripta contigerunt, cognouisse. Quod cum suspectam haberet ille vxorem suam ex relatione multorum, quod iret ad cursum* (hoc est conuentum Sagarum.) *quando ipse nocte dormiret, finxit se quadam nocte profunde nimis dormire. Quod vbi percepit vxor, surgens de lecto inunxit se vnguento ex vasculo prius abscondito, & statim nusquam comparuit. stupens autem vir suus, & quadam curiositate ductus, de lecto surgens idem fecit quod vxor, & statim per caminum (vt sibi videbatur) per quem etiam sibi visum fuerat ascendisse vxorem, delatus, in quandam cuiusdam nobilis Comitis cellam vinariam deportatus est: quo loci etiam vxorem suam, cum alijs pluribus reperit. Eo autem viso, vxor eius statim cum alijs quodam signo facto discessit: eodem viro suo in illo loco relicto. Qui mane à famulis domus inuentus, & cum clamoribus, quasi latro, captus, & ante comitem constitutus, accepto loquendi spacio cum rubore factum narrauit, & ex hoc accusata vxor illius apud Inquisitorem, & tandem confessa, pœnam dedit suis dignam sceleribus.*]

Hactenus Bart. de Spina. Contestatiora adhuc tria Italicis istis addit strigiportij exempla Nico. Remigius *libro primo Dæmonolatr. capite decimo quarto.* quibus nequeo lectorem priuare: ita scribit: *Lutzey (qui vicus non ignobilis est in radicibus Vogesi montis) Maio mense anni milleſimi quingenteſimi octogesimi noni. bacchanalia à vicinis celebrabantur. Ex eo vico Claudius Chotæus in vicinum, cui nomen est VVisembach, appetente nocte redibat. Iamque eius montis, qui inter vtrumque vicum assurgit, bonam partem conscenderat, cum subito correptus turbine stetit circumspectans attonitus. nuncubi rei adeo insolentis causa aliqua appareret. nam cetera tranquilliſimus quietiſimusque aer erat. Aduertit in secessu quodam (eum accolæ crepidinem Moreliam appellant) laruatas mulieres sex, instructam multo auro atque argento mensam quandam saltando circumeuntes. perindeque sua iactantes capita,*

ac qui intemperijs agitantur: tum ijs astantem in nigro tauro hominẽ, qui eas, vti otiosus aliquis in triuio, spectabat. Ibi igitur constitit tantisper dum se colligit, ac rem totam certius oculu agnoscit. Quod dum facit, momento turba illa disparuit, ac se ab eius aspectu subduxit.

Amoto igitur eo metu, se denuò viæ committit, ac iam montu verticem superauerat, cum ecce eum mulieres illæ à tergo insequuntur, capita sua vt antea iactantes, atque altum seu ex composito silentium tenentes. Praibat homo atra facie, manibusque in harpaginis speciem incuruis, quas etiam parabat illi in frontem immittere, nisi obstitisset districto atque oppositio ense: siquidem hoc facto insultare destitit, quasi de vita metuens atque euanuit, ostendunt se nihilominus iterum mulieres illæ, vnaque cum ijs homo, quem modo dixi tauri sessorem, chorearumque spectatorem, ad quem iam factus confidentior Chotæus accessit propius atque infert.

Ita tunc hic es, mi Desideri Gaxete (id enim ei erat nomen) obsecro, siquid potes; seruame. Nam (Pol) tibi fidem meam obstringo, me nihil eorum quæ vidi equidem palam esse facturum. Vixque hæc dixerat, cum turbo illum seu nebula inuoluit denuo: eo demum euolutus & liberatus, solum se in solo ac longe disito à via loco reperit, quam tamen vestigando ad extremum nactus quam festinantissime potuit domum se recepit. Triduo post id testimonium ad aliud postea à iudice quæstionis rursum vocatus hoc ex abundanti superioribus addidit, recordari se cum propius ad mensam accessisset, visurus & quibus epulu esset instructa: dæmonem sibi è vestigio vnguibus in os inuolasse, ac dum se contra ferro defenderet, inter hæc vehementiori vento iterum sublatum, atque ad Combrimontu cataractas, qui locus à priore non minus ducentos passus aberat, fuisse deportatum. Quod nequu deliramentum esse putet homines non sobrij, & noctu locique solitudine tum forte exterriti, id etiam Sandeodati XI. Cal. Iunij 1589. Barbelina Caxeta, è mulieribus illis vna, superiore mense totidem ferè verbis apud quæsitorem recitauerat: hoc adijciens tritici heminas duas, caseosque bubulos totidem Chotæjo illi à Desiderio Gaxeto, eiusque vxore dono datos quo cœlatum haberet quod sic viderat. Qua de re coram compositi conuenerunt, per omnia, extra hoc vnum, quod Barbelina diceret non esse in Chotæium à dæmone intentatas manus quia sic se mensæ propinquum intulisset, vt is in elogio suo mentitus fuerat, sed quod aureum craterem ab ea furto tollere parauerat.

Aliud exemplum ita narrat idem Remig. Ioannem ab Hembach vix dum ab ephebis egressum venefica mater secum ad nocturnos dæmonum conuentus deduxerat, ac quod tibijs sciret, ijs illum canere iusserat, atque in proximam arborem quo clarius exaudiretur inscendere: quod dum facit, ac saltantium choreas ocioſus oculis collustrat, forte insolentia admiratus (nam præposteræ, ridiculaque ibi erant omnia) Deus bone (inquit) vnde ist hæc nobis tam stulta amensque turba? vixque hoc dixerat, cum in terram prolapsus, altero humero debilitatum se, ac cum astantium opem imploraret, solum reperit. Quod dum palam prædicasset, & varie de eo sentiretur: alijs visum, alijs rem gestam esse contendentibus: secuta est postmodum, quæ eam dubitationem tolleret occasio. Nam Catharina Præuotia in Fræissem 4. Non Septem. 1589. earum vna, quæ choros illos agitauerant, ob sortilegij suspicionem non multo post comprehensa, rem omnem vti supra memorata est, adhuc eius rumoris, quem Hembachius seminauerat, ignara, & nulla interrogatione præeunte fassa fuit. Kerners Otilla in Verdestam. 8. & 7. Id. Augu. 1590. & Eysarbz Agnes Dusæ. 3. Non. Dec. 1590. qui proximus erat sequens annus, veneficij damnatæ, idem quoque diuersæ affirmarunt, locũ præterea illa, vbi id euenisset suo, quo id te-

statius

statius fieret nomine Mayebuch appellans. Tertium non testium tantum dictis clarum, sed & clarâ luce gestum idem in hunc modum recenset: *Rediens Nicolæa Lagbernhard è moletrina Guermingensi Assenuncuriam ante 8. Cal. Aug. ann. 1590. ac iter secundum sepem siluestrem aperto meridie faciens, aduertit in aruo finitimo chorum in orbem saltantium tum virorum, tum mulierũ: verũ quod præter solitũ aliorum hominum morem auersi, tergaque ostendentes id faciebant, attentius eos aspiciens vidit præterea, qui caprinis, bubulisque pedibus deformes vna intermixti saltatoriũ illum orbem versarent. Tum pene metu emortua Iesu salutare nomen (vti quibus sinistri inauspicatique aliquid imminet) inclamare cœpit, ac rogare suppliciter, vt ad suos modo salua incolumisque redire posset. Illico euanescere omnes qui tripudiabant, præter vnum* Petter Gros-petter *nomine, cui ocius in aerem sublato elabi interea atque excidere visum est penicillum quali furnarij consueuerunt furni sui arca, priusquam panem in eum condant, extergere. Inter hæc vehementiori quoque illa correpta vento, vix anhelitum ducere, ac spiritum trahere: tum etiam domum reuersa triduum integrũ ex valetudine decumbere. Cuius rei fama cum ipsa eiusque propinqui spargente, iam vniuersum pagum peragrasset.* Petter *ille, ne videretur eius dissimulatione tantum crimẽ agnoscere ac fateri: primum quidem apud iudicem iniuriarum ferocius agere: sed tandem veritus, ne non succedente lite maius ipse sibi crearet periculum, eam consulto deseruit: quæ res multo etiam magis eius facti suspicionem auxit, æstimantibus multis malæ mentis conscientia illum eam, quam primũ in animum adeo aude reuocauerat, iniuriã musitare. Ergo iudex in eius vitam moresq; tamo diligentius inquirere, ac cum certu indicijs rem non esse vanam comperisset, comprehendere: tum ad criminis non adeo multam confessionem adducere: tandem & alios, qui cum illi eius sceleris societas fuerat: coarguere, ac iam manifestos facere. Inter quos fuere Barbelia Ioannis Latomi vxor Dusæ 6. Cal. Februar. 1591. & Mayetta Laurentij supermaioris item vxor Dusæ. 14. Cal. Martij 1591. quæ diuersæ totidem tamen verbis, illud de sabbato à se auersis vna cum intermedijs cornupedibus choro, proditum à conscio* Petter *indicium verum esse agnouerunt, Accessit & earum confessioni tertius Ioan. Michael armentarius Dusæ Cal. Martij 1591. hoc etiam ad maiorem eius rei fidẽ addens: se interea, dum hæc fierent, tibicinis functum officio, pedum quoddam forte oblatum ori admouendo, ac micantes ei digitos, vti cum ad numerum veræ inflantur tibiæ, adducendo. Ac cum Nicolæa illa (vti dictum est) Iesum tremebunda inuocasset, scq; præterea crucis signo muniuisset, è quercus altiore ramo cui tum insidebat præcipitem decidisse, demum turbine inuolutum, ac in pratum nomine* VVeiler, *in quo pascentem gregem paulo ante reliquerat, deportatum fuisse. Eius rei grauissimum firmissimumq; argumentum demq; hoc fuit, quod locus, vbi sic in orbem agitatæ fuerant choreæ illæ, postridie quemadmodum Nicolæa ante monuerat, apparuit circo impressus qualem habent hyppodromi, vbi in gyrum aguntur equi: Sed & interstinctus vngularum caprinarum bubularumq; recentibus vestigijs. Quæ & perstiterunt videri, dum aratro denuo proscissũ, subactumq; aruũ illud bruma sequente fuit. Testimonium dixere Nicel Klein, Desiderius Vernex, & Gaspar Sutor, & quotquot in rem præsentem maturè ducti, de ea post à iudice sunt interrogati.*]

Nonne sat manifestum probantur choreæ, conuentus translatio? An hic Dormitantij nostri cunctorum abnutiui dicent hæc somnia tam varios, tã apte, quasi in vnam Cathenam annulos connexuisse? an illius Petters penicillũ etiam somnians eo delatum? somniasse Nicolæam; & somnij soporifera ægri-

monia triduo lectulo affixam? somniasse testes hos omnes solennia, & meræ vi imaginationis agro impressa vestigia tam pertinaci impressione? greges ab Amphryso Apollinem, autà Gadibus Herculem Erythræas boues eo deduxisse; & choreas duxisse docilia arméta Lotharingico in solo? pergét scrupulosi (scilicet) Dubitantij veteri ne innocentes huiusmodi, fateantur se commisisse, quæ nunquam deliquerunt, sed errore opinionis putant se deliquisse? Quæ hæc, & quâ pertinax libido est, generis humani hostibus sic patrocinandi? Verum de hoc lib. 5. vberius.

Non minus exploratum aliud Balduin. Ronsseus *epist. Medic.* 50. quod suis temporibus in Hollandia acciderat, ita narrat. *Erat in pago Oostbrouck non procul à Traiecto mulier vidua, cui seruus conuixerat, ad obeunda, vt res postulabat, munia domestica: Is cum iam sæpius, vt solent esse curiosuli serui, per transennam animaduertisset, heram nocte intempesta, statim ac quieti se tradidissent domestici, quotidie in stabulum, ad certum præfixumque locum venire, atque ex porrectis manibus præsepi contiguum fœnile apprehendere. Admiratus tandem ille quidnam hoc negotij esset, statuit & ipse insciahera idem semel experiri, atque eandem pertentare aleam. Igitur hera ex consuetudine adsolita veniente, atque sicuti videbatur digressa, subsequitur & ipse, locum contemplatur, atque exemplo heræ fœnile complectitur: Ibi ille ex tempore in aera raptus defertur in oppidum VVyck. in abditum & subterraneum specum, vbi cœtum maleficarum de maleficijs conferentem inter sese, reperit. Hera cum suis inopinam famuli sui præsentiam admirata, rogat, quo astu, aut qua tandem ratione momento temporu illuc appulisset.*

Respondit ille ordine, vt res transacta esset: Tum illa indignari primum atque execandescere cœpit, veritane nocturni, atque clandestini isti conuentus hac ratione tandem eliminarentur: cum consortibus igitur deliberandum censuit, quid in ambiguo hoc negotio faciendum suadeant, conuenit tandem inter eas, vt amice exciperetur, silentium stipularentur, atque arcana hæc, quæ illi, præter meritum atque opinionem, videre contigisset, nulli communicaturum se, aut reuelaturum sanctè deteraret. Ille interim quiduis pollicetur, abblanditur, & vt mitius agant, simulat se omnibus votis hoc vnum expetere, vt cum illarum gratia liceat post hac sortilegarum interesse collegio. Interim dum consultatur, labitur hora, & iam abeundi tempus instat. In dubium iterum, instigante hera, iam vertitur, remittendusne domum sit totius cœtus periculo, an bono publico, enecandus. Communi tandem omnium consensu mitior placuit sententia, qua iuramento adactum domum deferendum decerneret. Suscipit eam prouinciam hera, atque fide data in humeros receptum domum delaturam pollicetur. Accinguntur operi, atque euro ocyus per aera feruntur. Sed ecce, emensis iam bonam partem itineris, conspicuum sese dedit lacus arundineto obsitus. Vbi malefica illa anus occasionem nacta, verita, ne iuuenis pœnitentia ductus, quod furialibus istis ferijs (quemadmodum simulabat) initiatus esset, visa tandem eliminaret, prouolans, à se disiecit adolescentem, sperans, vt suspicio est, eundem partim casus violentia enectum, partim lacus ipsius altitudine absorptum iri. Verum, vt est DEVS misericors prorsus, non volens mortem peccatoris? sed vt conuertatur & viuat, vesanæ illius menti metas constituit, neque passus est iuuenem insontem submergi, sed aliquanto æquiore conditione permisit, vt in hunc vsque diem vita protraheretur, dum fortè fortuna in arundinetum decidens, lethalem plagam ex casu non accepit, violentia impetuque casus per arundinetum quodammodo refractu.

Interim miser ille, qui solius linguæ ministerio iam vtebatur, dum illucesceret, misle distorquebatur cruciatibus, ac suspiria trahens, tantisper ingemiscebat, dum prætereuntes insolita lamentatione attoniti, facta indagine, comperierunt hominem prorsus elumbem, & cui vtraque excidisset coxa. Rogant vnde sit, quomodo eo calamitatis deuenerit? narrat ille ordine singula, defertur tandem curru Vltraiectum. Ibi nobilis vir Ioan. Culemburg. Vrb. Præt. rei nouitate quodammodo perculsus, admirabūdus singula perquirit, atque indagine facta fascinatricem heram comprehendi iubet, vinculisque constringi. Illa simul ac in manus præfecti venisset, nihil negare, singula fateri, &c.]

Hactenus ille, quid ad hæc queat impudens os vel VVieri, vel Godelmanni, cum suis oraculis Luthero & Melanchtone? dicentne atrabiliariam mulierculam hoc credidisse, & deceptam fuisse? quid? ipse iuuenis, quomodo sic lacer & elumbis? delumbaratne illum subito bilis atra? finxit fortasis. vnde igitur, & quomodo in arundinetum delatus, si non ex illo specu, & vnde in specum, si non ex domo? si loco non motus, quomodo perductus ex Oostbrouck in illud arundinetum? si sponte iuit, vnde tam grauis & perpetua membrorum luxatio? atrabiliarij etiam, qui illic iuuenem inuenere, qui Vltraiectum ad Prætorem detulere (ô impudentem pertinaciam) Considera potius (lector) in hac narratione. *Primò* nouum modum siue signum, scenilis comprehensionem, absque vlla inunctione. *Secundo* solere dæmones certa sibi loca deligere, ad cœtus suos & conuenticula malefica. Nam anno quoq; superiore, Ioannes ille de Vaulx Stabuleti decollatus, fatebatur, ex præcipuis locis generalium congregationum, esse vnum in ditione Vltraiecti-

A na, & eo se non semel Stabuleto delatum. *Tertiò* nota, non ipsas modo maleficas ferri per aera, sed & auxilio dæmonis alios humeris eo deferre posse. Denique stultissimum esse misericordiæ crudelissimarum excetrarum se committere. Quanto tutius fuisset huic iuueni, Nomine Saluifico IESV, vel Crucis signaculo se munire & totum illum cœtum, venti instar dissoluere, ac diffugare? Mansisset esto solus in

B specu: labor dumtaxat itineris longioris pedibus exantlandus fuisset. Verum possem multa huiusmodi adijcere. nam similia narrant multa exempla. *Anan. d. libro quarto Auctor Dæmonoman. libro secundo cap. quarto. Torquemada Dialo. 3. Binsfeldius d. operis membr. 1. cond. XII. And. Libauius in strigiportio, Cumanus in Lucerna inquisitor. & his antiquior Ioann. Cæsarius libro decimo miraculor. c. 1. & alij.*

C Ex his exemplis desumitur fortissima probatio. cum isti ex mera curiositate inuncti, de loco in locum tam remotum re ipsâ delati fuerint, manifestum sit hæc non contingere nuda dūtaxat imaginatione & delirio mulierculārū. immo, nonnunquam conuentu subito dissoluto, repertæ mensæ & suppellex argentea, & postea à dominis agnita, & confessæ vxores se illa secum

D ad conuentum detulisse. Deinde Sortiarij locos omnes, & cibos, & vicina omnia diligenter notant, arbores, sepes, flumina, agros, domos discernunt, si laruati non sint, conuiuas agnoscunt, obuios quoque, quos in via habuerint. sæpe salutant & alloquuntur; cernuntur non raro ab alijs viris catholicis, &

E mente sanis ad conuentum euntes, vel à conuentu redeuntes: interdum etiam visæ & deprehensæ nudæ; & ex turbine seu nube decidentes, aut vulneratæ & mutilatæ membris, *de quo l. 5.*

Item hac deportatione sic sæpe defatigantur, vt domum reuersis per totũ triduum sit decumbendum prius quã pedibus possint consistere, quod docet Remig. *d. l. 1 cap.* 24. confitentur omnes vnanimiter eadem, nec in circumstantijs minutissimis discrepant. idem confirmant alij immunes ab eorum crimine & errore. Fatentur rei in ipso rogo, vbi nihil fictio profutura, & exhausta iam sunt tormenta. De vanis autem & deluforijs, tam perpetim nequit vna & consentiens omnium esse contestatio; tantaque, inter locis, & temporibus, & ætate, ac studijs disiunctissimos, adeoque multos, consensio. peculiaris enim cuique est animi actio, & alius ab alio diuersum quid imaginatur: nec cerebri aut phantasiæ omnium eadem dispositio, quæ dæmoni ad huiusmodi imagines necessaria foret, nec etiam mendacij tanta posset esse conformitas. Hoc argumentum meo iudicio, hominem non peruicacem, idoneum est conuincere.

Confirmatur hoc argumentum eo quod (vt bene) Cumanus *supra num.* 3. somnia & phantasiæ tales non sunt in potestate hominis: vt ei accidant, vel ijs careat pro lubito: Sed strigibus serio conuersis, & nolentibus amplius conuentui interesse, nihil amplius tale contingit, dum taxat quia nolunt. quod est euidens indicium in somnis ista non contingere. Præterea qui hæc asserunt somnia esse & ludibria, certe peccant contra reuerentiam Ecclesiæ matri debitam.

Nam Ecclesia Catholica non punit crimina, nisi certa & manifesta; nec habet pro hæreticis, nisi qui in hæresi manifestè sunt deprehensi *cap. consuluisti. 2. quæstione 5.* striges autem iam à plurimis annis pro hæreticis habet, & iubet per

A inquisitores puniri, & brachio sæculari tradi, vt patet ex libris Sprengeri, Nideri, Iaquerij, Michaelis, & docet experientia. Ergo vel Ecclesia errat, vel isti Pyrrhonij errant: Ecclesiam in re ad fidem pertinente errare qui dicat, anathema maranatha sit. Narrat idem Cumanus exemplum delationis veritatem declarans; quod licet, tentent increduli: *In Mendrisio* (inquit) *oppido Comensi contigit, iam ferè annis quinquaginta elapsis, vt cum ibi quidam inquisitor nomine Magister Bartholomæus de Homate, D. Laurentius de Concoretio Potestas, & Ioannes de Fossato Notarius, contra has striges procederet: vna die ista potestas, quadã curiositate ductus, volens experiri, an vere & corporaliter strigiarent ad ludum; facta conuentione accessit quodam die Iouis sero cum notario suo, & quodam alio, extra oppidum ad quendam locum, sicut illi strigia prædixerat: & dum ibi prope essent illi tres, viderunt ibi plures personas congregatas coram quodam (qui erat Diabolus in forma hirci) ad modum cuiusdam magni Domini sedente: & ecce subito omnes illæ personæ ibidem congregatæ iussu Diaboli, adeo illum officialem & omnes eius socios: Deo ob eorum curiositatem permittente, baculis percusserunt, quod ex talibus percussionibus, ille officialis, & notarius, & tertius ille alius infra quindecim dies mortui sunt.*] hæc ille. Non ergo suaserim peruicacibus, vt se experimento committant, nec occinam illud vulgatum: Non credis, vade & vide.

Nec est quod ingerant, dæmoni nullam esse causam, hæc non cum singulis potius agendi, quam talem conuentũ frequentiam instituendi. Multa hinc ille commoda percipit. Primo per hanc societatem & plurium consortium vehementius in malitia fouentur & indurantur. Secundo hoc pacto, criminis participatione, singulorum peccata ag-

grauã-

grauantur. Tertiò talibus illicibus, & varijs, quæ illic fiunt, inductionibus, plures facilius impedicant, Quarto multitudo facit audaciores ad malum; tollit Dei hominumque timorem, & mutua imitatione ad maiora facinora inflammat, vt solent carbones iuncti. Quinto voluptas nefaria maior videtur, quo pluribus innotescit. Sexto difficilius conuertuntur, quo pluribus testibus se dæmoni addixerunt, & actuũ frequentatione quasi quodam habitu occalluerunt. ita prudenter ratiocinatur Spineus *q. de strigib. c.* 20.

Breuiter ergo concludo, has translationes, de quibus quæritur; posse modis quatuor contingere. primo sola cogitatione, quod S.S vocat transferri in spiritu: & talis illa visio Ezechielis *a*. Et *emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram & cœlum, & adduxit me in Ierusalem, in visione Dei*, &c. Vltimum enim verbum, modum præcedentibus ponit verbis: ne putemus hanc similem translationem illi Habacuc, de qua Daniel *b*. Aliquando suis pedibus commeant ad conuentus, vt narrant Remigius & Binsfeldius. 3. à Dæmone reuera, secundum corpus, & motum localem, transferuntur, vt docui. 4. aliquando potest contingere, vt ipsi ignorent corporaliter, an opinione dumtaxat translati fuerint; quod in diuino illo raptu accidit Beato Paulo. Traditum inuenio, in quibusdam P. Ioannis Maldonatij dictatis, *de Dæmonibus*, quod quando volunt corporaliter transferre: tum se inungunt vnguento ex infantilis corpusculis adipe: quando conuentibus per insomnium dumtaxat interesse volunt: tum in sinistrum cubare latus: quando vero malunt vigilantes: quæcumque in conuentu fiunt cernere, vt coram se

a c. 8. v. 3.

b c. 14. v. 35

A geri; tum opera dæmonis ex ore vaporem quendam crassum euomere, in quo gestorum imagines vt in speculo intueantur. Et fortasis hoc Quæsitoribus insinuare volebat famosus ille Ioannes de Vaulx Stapulensis; cum diceret: scire se discernere: num corporaliter, num vero per imaginationem conuentu interesset.

Vnum restat soluendum, quod quosdam scio torsisse aliquando. Etenim doctior philosophus atque Theologus quærat, qui fieri queat; vt, cum angelus sit incorporeus, queat rem corpoream loco mouere? Respondeo, nec opus esse ad hoc noua à Deo virtute attributa, (vt censuit Guilh. Paris.) nec etiam distincta virtute seu potentia motiua (vt putauit Aureolus:) nec etiã posse Angelum sola voluntate & intellectu illimitate & infinite, quodcũque velit corpus, & quando velit, & quo velit, & quanta velit celeritate, loco mouere (hoc enim damnasse intelligendus est articulus Parisiensis, & merito quia hoc est virtutis infinitæ: Sed respondeo, Angelum determinatam sibique notam, suis viribus non maiorem molem, ea celeritate vel tractu, quem & agilitas Angeli & rei motę natura permittit, eo solere mouere & transferre posse, quod in assumpto corpore, secundum substantiam (malo enim hoc tenentes sequi) sit præsens, sicque præsens, sola voluntate corpus illud impellat, & eadem voluntate, mediante illo corpore, aliud corpus cõtiguum moueat, vel deuehat *a*, ad eum fere modũ, quo ventus fortis plumam agit per aerem, & certo tandem loco illam destituit, & destituẽdo fixit: Et sic Angelus deferens Prophetam Habacuc, dumtaxat tangebat capillos eius; neque tum capilli corpus sustentabant, sed virtus Angeli ipsius per voluntatis

a vide Iosep. Ang. in 2. d. 8. q.

imperium

imperium toti corpori impensa. Vnde si velit Angelus sic moderari actiuitatem, vt celeritas deuectionis non superet robur delati; fiet, vt sit sine defatigatione hominis ista transuectio: si hoc nolit, haud dubie mire defatigetur homo necesse est, celeri illa per aerem delatione.

Hinc intelligimus non esse certam differentiam illã Remigij *b*, quod Angelorum bonorum transuectiones quietæ & laboris expertes sint hominibus; malorum verò plenæ lassitudinis, formidinis, & molestiarum. etsi enim vt plurimum credam hoc verè contingere; fieri tamen potest, vt si dæmon velit etiam citra lassitudinem & molestiam deferat, vt patet exemplis, quæ narrat Torquemada Dialo. 3. & ille Ioannes de Vaulx Stabulensis hoc de suis transuectionibus testabatur. Illud, certius, has dæmonum subuectiones semper periculi plenas & formidabiles esse.

b l. 1 dæmol. c. 27.

QVÆSTIO XVII.

An possit dæmon quantitatem corporum sic mutare, vt penetratio partium sequatur, siue vnum corpus in duobus locis disiunctis, vel duo corpora in vno & eodem loco penetratiue collocare?

Reuiter censeo ad hæc omnia negatiue respondendum, quia hæc omnia repugnant principiis physicis & ordini naturæ. Nã, vt de posteriore prius agamus. nec ipsemet dæmon potest loca distantia ab inuicem, non occupato medio, simul implere, ex veriore sententia & cõmuniore, minus ergo poterit ibi corpus vnum statuere; sed soli hoc Deo reseruatum. Nec obstant exemplа, quibus docetur multos alio loco αὐτοπροσώπως alijs apparuisse, quam vbi reuera tunc erant, non dormientibus modò, sed & vigilantibus *c*. Nam si à Sanctis hominibus & miraculosè apparitiones factæ, vt de Sanct. Nicolao, D. Agatho, & Diuo benedicto legimus: tum illæ ab infinita Dei virtute profectæ sunt: sin autem ab Angelis malis procuratę, ad speciem tantum visæ & præstigiosæ censendæ, huc refero illud quod Origen. *lib. 6. cont. Celsum* tradit, Pythagoram eodem tempore in duabus vrbibus conspectum: & aliud de mulierculis commessatricibus in vita D. Germani, & de Imperatoris filio per Theodorum Monachum patri exhibito apud Zonaram *d. Vide pet. Tyræum d. lib. 2. cap. 8. cum seqq.* Quod vero ex alijs refert Ananias. *lib. 4. de Natura dæmon.* non posse dæmonem duorum hominũ simul occupare corpora: sed posse tamẽ, cum in vnius corpore sit per substantiã suam vi sua alium, vel magno distãtẽ interuallo, de crimine aliquo tentare: hoc fateor me nõ intelligere. Nam nihil prohibet duos esse sibi adeo propinquos, vt simul sint quasi vna adæquatus dæmonis locus quem substantia sua occupet: nihil inquam prohibet hos simul à dæmone possideri. Si vero alter tam longe distet à possesso, vt spacium illud excedat sphæram actiuitatis dæmonis; non credo posse dæmonem illũ possidẽtem, huic alteri quidquam suggerere tentationis. vt enim nec quoduis corpus quantumuis distans loco mouere, sic nec quorumuis animos, à quorum corporibus absit longissime, potest Diabolus tentare; sed eos tantum, qui sint adeo propinqui, vt in vno quasi adæquato loco dæmonis censeantur. *Nonnulla huc pertinentia petite à Guilh. Pari-*

c vide Petr. Tyræum l. 2. de spirit. appar. c. 6. & 7.

d cõ. 3. in vita Basil. Macedonis.

Parisiensi. part. vltim. de vniuerso, capit. 13.

B Prior concluſ. pars, de mutatione quantitatis, probatur: quia ſanior philoſophorum pars, cum Ariſtotele & D. Thoma, partium corporaliumque dimenſionum penetrationem naturæ nõ permittit, ideo nequit dæmon ſic mutare corporis quantitatem; vt homo inſtar catti, vel muſtelæ per tenuem rimam in cubiculum irrepat: multo minus, vt per ianuas clauſas ingrediatur. docuit hoc bene Ioan. Beets Carmelita *in primi præcepti expoſ. vl. cap.* 4. Quare quod de lamia in muſtelam conuerſa narrat *in Mileſia* nugator Madaurenſis, fictitium cenſendum. Mentitæ quoque fuerunt illæ Striges Lotharingicæ, quæ Nicolao Remigio *e* perſuaſerunt, ſolere dæmonem veteranis Lamijs poteſtatem reipſa dare; vt queant ædes penetrare, & per quaſuis anguſtias nullo negotio viam ſibi faciant, in mures, feles, locuſtas, atque alia huiuſcemodi puſilla animantia contractæ, & deminutæ: intromiſſaſque, denuo priori formæ reſtitui, ſi velint. Mentitus etiam ſimilia iactans Scafius apud Niderium *in lib. 5. Formicarij.* hæc enim deliria ſunt omnia & illuſoria. Sed ſolummodo dæmon præcedens, latéter aperit & claudit ianuas, vel feneſtras, corporis earũ capaces, per quas eas intr omittit, quæ ſe putant formam huiuſmodi animantium induiſſe: quod prudentiores Italicæ ſagæ Grillando *f* fuerunt confeſſæ. Hanc autem oſtiorum apertionem & clauſuram adeo ſubtiliter dæmonem facere poſſe; vt dormientes in cubiculo non euigilent: non dubitabit, quiſquis meminerit ab Angelo factum *g*, cum B. Petrum de carcere eduxit: vbi nihil neceſſe eſt dicere hanc ianuarum apertionem, vel cuſtodum ſomnum miraculoſa fuiſſe. Si quis obijciat Deum

e 2. Dæmonolatr. c. 14

f 1. de ſortileg. q. 8.

g Act. 12.

A Chryſoſtomum hanc vim Angelis tribuere, cũ ſcribit Abacuc ab Angelo demiſſum & reductum ex lacu clauſo, & ſigillis integris permanentibus. hoc enim ait orat. *quæ eſt de incredulitate D. Thomæ.* inter orationes Patrum ſeorſim Romæ editas: πῶς ἠδυνάθη καταγαγεῖν ὁ ἄγγελος τὸν ἀμβακοὺμ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων καὶ πάλιν ἀναγάγειν: καὶ τὰς ἐπικειμένας σφραγίδας ἐρρωμένας καταλιπεῖν.

B *Reſpondeo* id factum, non Angeli, ſed diuina virtute. Præterea videtur Diuus Chryſoſtom. priorem Danielis captiuitatem, *de qua capit.* 6. cum poſteriore confundere, *de qua agitur Daniel. capite decimo quarto.* Modus vero quem ſtriges aliquando memorant, nempe Diabolum ipſos parietes aperire, & per quandam quaſi fiſsionem & diſruptionem ingreſſum illis præbere & egreſſum, poſt iterum partes coniunctas facere, coaleſcere; ſcio, ijs qui penetrationem partium admittunt viſum iri probabilem: & huc referri queat quod Cordubæ famoſæ illi Magdal. Cruciæ acciderat, vt, hiante ſubito pariete, à tranſeuntibus orans puellula conſpiceretur. Sed ego totum hoc vel præſtigioſum puto, vel dumtaxat dæmonem maxima celeritate, quot ſufficiunt lapides eximere & ſuſtinere alios neruant, & poſtea eadem celeritate atque

C dexteritate, iterum eos in ſuum locum reponere exiſtimo: cumque hominum aſpectus hanc celeritatem tartarei latomi nequeat deprehendere; fieri vt falſum formet iudicium de aperto per partium compreſsionem pariete. Prorſus cum vero magiſtro ſuo Caluino impius eſt VVierus: cum nugatur, ita Chriſtum Dominum, poſt reſurrectionem clauſis ianuis ingreſſum ad

D diſcipulos: vbi merito, cum grauiſsimis & ſanctiſsimis Patribus *a*, Catholici ſcriptores, in hac corporis ſo-

a D. Aug. tract. 121. in Ioan.

Greg. homil. 16. in Euangel. D. Chrys. in orrtione. εἰσῆλθε ἡ θυρά τις ζωῆς διὰ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων θυρῶν (quoquid apertius)

lidi penetratione, patentis miraculi rationem agnoscunt. Pari modo Beza & similes blasphemant de CHRISTI Domini Natiuitate illæso clausto virginali, & resurrectione clauso manente sepulchro. contendunt homines isti animales, hæc aperta fuisse, dum penetraret, & postmodum iterum clausa. quasi non potuerit creatura suo creatori, vt ceteris in rebus, in hac quoque obtemperare. sed nimirum isti cuncta conãtur Christi Domini Diuinitati & omnipotentiæ detrahere, vt ad Turcismum Paganismumque viam struant.

Cum ergo quantitatem sic mutare non posit dæmon, adeoque illam cõprimere, vt partes se penetrent: nequit etiam efficere, vt corpus quantum & coloratum verè reddatur inuisibile illis, coram quibus existit, oculis eorum sanis & non præstigiatis; quamuis fieri queat, vt per accidens aliud illud non videant. Nam si corpus illud celeriter alio transfert, iam præsens illis non est hoc corpus: si vero species visiuas, ne in oculos adstantium commeent, per corporis alicuius interpositionem, vel per nimiam aeris agitationem impediat; vel corpus illud aliqua sibi possibili ratione transformet: (hos enim modos inuenio solere ab illo vsurpari) corpus illud tunc quidem actu non videbitur; reuera tamen visibile permanebit. Sic fraude dæmonum Domitiani oculis se subtraxit Apollonius Philostratum, sic Gyges latebat fictitio illo tectus annulo apud Ciceronem, sic de Persei clypeo Græculi fabulantur.

Sic intelligendum, quod Ioan. Sarisberien. scribit de quodam: *fuitque magorum peritissimus, vt quascumque res vellet, inuisibiles faceret; alias vero videbatur in alias species transformare.* l. 1. de nugis curialium cap. 9. item quod Necromanticus ille Gui. Iuliac. persuaserat apud Meierum *lib.* 10. sic quod de Cleomede Astypelensi referebat Celsus arcam ingressus, & intus operculum eius retinentem, non esse repertum in ea, sed creditum euolasse. *lege Origenem lib. 3. contra Celsum.* Quod vero scribunt nonnulli eum, qui gemmam gestet Heliotropiam, inuisibilem fieri: non credo. nam vt bene ait Guilhel. Parisiens. *a* deberet lapis ille posse colorem omnem tollere, vel alios plane sic inducere obiecto, vt non possit agnosci. Tantam vero vim illi gemmæ inesse, nondum veltestis fide digni auctoritas docuit.

b d. p. vlt. c. 22.

Denique ex his decidi possunt, & detegi illusiones illæ dæmonum, quando membrorum aliquorum speciem vel immensam faciunt apparere, vel nullam, vt sublata videantur. vt sunt, quæ narrantur in Malleis malef. de ijs, qui virilia sibi ablata putabant, apud Sprehger. *p. 2. 1. cap.* 7. & quod legitur ridiculum in tom. 2. tracta de credul. dæmon. adhib. *folio* 429. Nec puto dæmonem posse hominis parui ossa sic extendere, vt Giganteæ fiat magnitudinis: ideo quod Indi Cichorani certis id se herbis posse iactabant, iure optimo Petrus Chieza fabulis annumerat *p. 2. Hist. Peru. c.* 42,

QVÆSTIO XVIII.

An corpora ex vna in aliam speciem Magi queant transformare.

NOn ago de fabulosis Metamorphosibus. Ouidij, Parthenij & aliorum: nec de naturalibus imperfectorum animalium commutationibus, de quib. Aristoteles *c* & Plin. *d* Sed de Magicis, quæ

c li. 5. Hist. ani. c. 19. *d* l. 11. Nat. Hist. c. 12.

quæ virtute dæmonum fiunt perfectè speciei in aliam formã perfectæ quoq; speciei transformationibus. Et licet Ouidius & Propert. hoc præter alios senserint, quorum hic;

Audax cantatæ leges imponere lunæ,
Eo sua nocturno fallere terga ludo.

Ille autem:

Hanc ego nocturnas vidam volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi.

Similia de Siculo Liodoro Catanenses opinabantur, vt lib. superiore extensum de Simone Mago narratur in Itinerario D. Petri: de quodam ex Sarisburiensi dictum c. superiore; de Badulo Rege Anglorum annales referunt, & ijdem narrant Ambrosij Merlini incantamentis Vterium Regem in Gorloidis Cornubiæ ducis speciem transformatum, vt Igernæ vxoris eius amplexu potiretur, & ex tam nefario cõcubitu Atturum & Annam genitos: *lege Galfridum & Virunnium.* Quinetiam in nouum orbem hæc opinio se penetrauit. Nam Nicaraguani credebant striges posse se in cattos, simias, porcos immutare: & Quahatemallani opinabantur famosam illam maleficam Augustinam, in bouis forma grassatam: quando Beatrix de la Cuua ingenti diluuio & terræ motu interijt. *Narrat Chieza Histor. Peruu. p. 2. capit.* 205. & 210.

Et licet olim, quid, cum communi Theologorum Schola, de huiusmodi Lycantropijs, & similibus sententiam, publice professus fuerim *e*: scilicet *omnes illusorias & deceptrices esse, & cum natura pugnare, hanc hominu in belluam degenerationem, idem nunc iterum mihi censu hoc loco, vbi disputationu ordo hoc exigit, affirmandum.* Addo, contrarium

e Cõment in Senecę Agamẽn. v. 690.

A

B

C

D

E

asserenti anathematis imminere pœnam, *ex cap. Episc. 26. quæst.* 5. quæ sententia auctoritate D. Augustin. fulcitur *f.* idem ratio persuadet. Nequit enim anima humana informare corpus belluinum, vt nec anima leonis corpus equinum, vel anima equi corpus humanum; quia quælibet forma substantialis, vt suum esse tribuat informando, requirit peculiares sibique conuenientes dispositiones, & organizationem corporis propriam, ideo anima definitur actus organici corporis. Vnde fit, vt nec ferina anima humanum corpus, nec humana ferinum queat informare, vt dixi. Non poterit itaque anima hominis in ferinum corpus migrare illud informatura. Multo minus poterit simul cum corpore anima immutari, quod videtur Horat. *in Epod.* putasse quando agit de socijs Vlysis à Circe restitutis;

Setosa duriu exuere pellibus
Laborioſi remiges Vlyssei,
Volente Circe, membra: tunc mens, & sonus
Relapsus: atque notus in vultus honor.

Imò verò humanam mentem, hoc est, animæ humanæ partem præcipuã, non amiserant. immortalis est anima, nec à dęmone corrumpi potest vel vulnerari. Semper ergo illusio hîc interuenit illorum, qui transfiguratos putant: sæpe illorum etiam, qui videre se putant, quod non vident. Prudenti & nolenti decipi distinguenda est ipsa transformatio ab effectibus eam concomitantibus: quod si Spondan. fecisset, non tam multa Comment. Homericis hac de re vanè & iuueniliter effutiuisset. Sit concluſ. *Ipsa quidem transformatio delusoria est: multi ta-*

f lib. 18. de ciu. Dei c. 18. & de spiritu & lit. c. 28. si ipse auct. mentitur Danæus Dialo de sortia. c. 3 contrariũ D. Aug. ascribẽs.

men eam comitantes effectus sunt verissimi. V. G. Strages hominibus vel pecoribus illatæ, per dæmonem in corpore aereo aut lupino, siue per homines lupina tectos effigie (quod postea declarabitur) vel per eam non tectos, sed humana specie grassantes & efferatos; potest enim fieri, vt ex humorum vitio & atræ bilis excessu affectus quidam lupini, & odium in greges atque homines, desideriumque eos inuadendi, & lacerandi: vorandique, mentem occupen. Vnde & medici λυκάωνα seu λυκανθρωπίαν inter morbos numerant, quam Abres Chatrab, Latini *melancholiam* vel *insaniam lupinam* nominant *a*; ex simili vitio nonnulli se canes, leones vel alias bestias putant *b*. Qui huiusmodi solo morbo laborant, hi Magi non sunt, & licet ipsi se lupos putent, lupinamque sæuitiam imitentur, alijs tamen, vt sunt, homines videntur: talis sibi, non cæteris videbatur pater Præstantij apud D. Augustinum *c*: & alius quidam apud Thomam Brabantinum siue Cantipratensem *d*, & agricola ille Patauinus apud Fincelium. *l. b. 2. de miracul.* & alius Borossus apud Sabinum *comm. in 7: Metamorphos.* & ille Pomponatij apud Euuichium *lib. de natur. sagar.*

Sed quando alijs quoque lupi, canes, vel catti vel aliæ bestiæ videntur, vt mulier apud Palladium *in vita Macarij Alex.* videbatur equa: item Neuri: apud Herodotum & Melam, & hodie ex vulgi opinione quotannis quidam Hibernici, apud Camdenum, *in altera parte Hiberniæ*: hoc magicum est, & à solo morbo nequit proficisci. Verum solet Diabolus tunc diuersimode decipere, nam solet aliquando aliud corpus substituere, & illis absentibus, & alicubi in loco addito soporatis, ipse assumpto lupi corpore, vel ex aere formato,

a vide Pau Ægynetā l. 3. c. 16. & Ætiū l 6. ca. 10 & Codron chum. li. 3 de mor enef. ca 7.
b Auicen. 3. fen. 2. 4. ca. 26.
c Aug. l. 18 e ciu. Dei ca. 8.
d Cantip n l. Apu.

A & sibi circumdato ista gerit: quæ putant homines ab illo misero absente & dormiente patrata, quod stratagema à Sancto quodam viro cunctis manifestatum, narrat Guilh. Parisiensis *d. p. vltima cap.* 13. Aliquando vero hominibus ipsis ferarum exuuias huiusmodi feras aptissime circumdat: quod fit, quãdo illis dat lupinam pellem in trũco quopiam cauæ arboris occulendam: vt ex quorumdam confessionibus constat. Aliquando denique ex pacto Magis aëream circumdat effigiem belluæ, & membra membris quoad patitur similitudo circumponens, caput capiti, os ori, ventrem vẽtri, pedem pedi, brachia brachijs accommodat. hoc solet contingere, quando ad hoc inunctionibus certis (vt Dolani illi Lycanthropi, de quibus acta iudiciaria sũt edita) vel solis verbis conceptis vtuntur, vt ille apud ducem Rusiæ à canibus laceratus, & in Bulgaria quidam Baianus, de quo Sigisbertus in Chron. & tunc, vt & pręcedenti casu, relinquunt vestigia lupi terræ impressa. Hoc autem vltimo casu nihil mirum est, si postmodum vere inueniantur saucij illis membris humanis quæ in ferino corpore ictum exceperant: Nam leuiter cessit circumiectus aer, & vulnus vero corpori inhæsit. Verum quando verum corpus abfuit, tũc Diabolus in absentium corpore eam partem consauciat; quam scit in ferino corpore sauciatam fuisse. Bartolom. Spineus *q, de strigibus capite decimo sexto.* sui temporis historia ostendit: *Huius etiam* (inquit) *apparentis conuersionis strigum in cattos, testis alius in hac eadem ciuitate Ferrariæ Philippus nomine, artificio cerdo, sub iudiciali iuramento mihi asseruit hoc anno: strigem quandam ante tres menses ei imposuisse, ne prohiberet venire circa puerum (à se fortè strigatum) quem curandum assumpserat,*

B C D E

rat, si quas blandientes & alludentes videret cattos. Eadem igitur die dum discessisset illa, viderunt post horam ipse & vxor sua cattum magnam, & hactenus ab eu inuisam, quæ ad puerum accedebat concito gradu. Quam cum ex timore parentes sæpius abegissent, postremo contra venientis vexationem ad impatientiam exarserunt: clausoq; ostio vir ille grauissime cattum hinc inde fugientem diutius hasta percussit, & demum ex alta fenestra se iactare compulit, vt toto collisa videretur corpore cattus. Ex tunc autem strix illa vetula toto confracta corpore per plurimos dies lecto decubuit: quo factum est, vt leuis, quam prius habebant, suspicio, quod strix esset, & puerum suum, qui hac infirmitate strigiatus grauissime laborabat, ipsa strigi asset, in vehementem transyt, imo & violentam. Etenim percussiones & plagæ, quæ in catto infixæ sunt, in illa vetula sunt inuentæ quoad morborum correspondentiam.]

Vix quinquennium effluxit, cum in pago quodam occiduæ Flandriæ, vbi fascinaria pestis mire gliscit, haud procul à Dixmuda, pene ad Iperlee & Isaræ confluxem situ, contigit; quod ab homine religioso, fide digno, qui tum illic in vicinia, auditione accepi: Rusticus quidam vna cum filio adolescente in symposio potitans, nimis obseruabat coquam mensuras cereuisiæ, quam propinabat (vt solent) bifurca notantem creta. dissimulat nihilominus interea; dum comporatio soluitur: tum hospitam vocat, vt calculum expensi subducat. petit ista, quantum creta notarat: negat ille, & multis vltro citroque iactis, pecuniam in mensam proijcit, quam sciebat sufficere; & discedit. Stomachabunda hęc, tu vero (ait) non hinc hodie poteris domum, vel non ego, quæ sum. abit contemnens mulierculæ minas.

A

B

C

D

E

Vbi peruenit ad fluuiolum, in quo scapham reliquerat, nequit vna cum filio admodum valido summa ope eam à ripa contis depellere, diceres clauis affixam vuido in solo. Fors duo tresue milites illac iter habebant; compellat, & Contubernales (clamat) boni, venite suppetias. vt hunc lintrem de ripa deducamus: merces operæ futura, largum à me bibale. Parent & ingressi quantum possunt protrudunt. diu frustra fuere: Anhelus vnus & sudans; quin sarcinas & onera hæc efferimus, forte vacuam commodius deducemus. Fit: & ecce mercibus expositis, vident in sentina ingentem luridum buffonem, scintillantibus oculis eos intuentem. Non tulit vnus militum, sed gladij cuspide perforatum ad guttur tumidatum in aquam eiecit. ille quasi exanimis in tergum prouoluitur vętre resupinato: vulnera natitanti imponunt ceteri alia & repente nauis soluitur, Lætus rusticus auxiliatores ad idem, vnde recesserat, hospitium reducit: potum petit: præbet ancilla. Quærit ille, vbi hospita? audit pessime habere, & animam in lecto agere. Quid, inquam, inepta, ebrium me putas? vix media pars horæ elapsa, cum ego illam isthinc sanam & malam, qualis tu, reliqui? Eo, & visam quid hoc, rei? intrat in thalamum, inuenit collum & ventrem vulnerib. confossam, laceramque expirasse. Vnde hæc, exclamat, vulnera? Nescire se profitetur ancilla, nec domo illam, quod sciat, pedem extulisse. Itur ad magistratum: vulnera cæsim punctimque illata inueniũtur ijsdem in locis, quibus buffonem, qui nusquam comparebat, milites distinxerant. Nec dissimile aliud, quod de municipe Mechlinienſi narrabitur *lib. 5. section. tertia. vers. ad torturam sufficient, de indicio & ad nominationem accedente.*

Annus decimus agitur, cum Bebburgi (oppidulum est Vbiorum) supplicio affectus fuit quidam Stumfius Petrus, eo quod cum dæmone succuba plus quatuor lustris consuesset, ab hac donatus fuit lata quadam Zona, qua cum cingebatur, & sibi & alijs in lupum verti videbatur. Hoc schemate ter quinq; pueros iugularat, eorumque comederat cerebellum; duas nurus suas deuorare conatus fuerat: propriam filiam, & commatrem suam, vxorum habuerat loco. constant hæc omnia actis iudiciarijs, & iconibus in æs incisis, palamque venalibus. Qui plura volet de his transformationibus exemplis illustrata (quæ tamen ex ijs, quæ tam breuiter dixi, decidi poterunt omnia) legat Spondanum *in Homeri Odyss. l.* 10. Binsfeldium de Confession. malefic. *concl.* 3. Remig. *l.* 2. *de dæmonolat. c.* 5. 10. Ananiam *l.* 4. *de nat. dæmon. fol.* 180. Codronchum *d. cap.* 7. & Petr. Thyræum. qui cæteris plura & aptiore ordine in Theses digessit *lib.* 2. *de appar. spirituum à capit.* 15. *vsque ad c.* 24. & qui ex eo Dialogum suum congessit Fr. Claudius prior *l. De Lycanthropia.*

Qui volunt veram introducere Metamorphosim (vt Spondanus, Bodinus Peucerus, Phil. Camerar. & pauci alij) vnicum adferunt argumentum ex sacris litteris, dignum solutione; de Nabuchodonosor in bouem, & Lothi vxore in salis statuam mutata *a*. Sed cum vtrumque diuina sit factum virtute, non possunt hæc pro dæmoniacis conuersionibus momentum habere. De Nabuchodonosor quoque plerique Patres negant formam bouis siue bouini corporis effigiem induisse; sed dũtaxat volunt, sic mente abalienatum fuisse, vt se bouem crederet *b*. Prætermissa longiore disputatione, mihi videtur contextui S.S. & sententiæ Diui Gregorij *libro* 5. *Moral. c.* 8. & rationi, magis consentanea explicatio volentium *c* affectionem Regij corporis in bestiæ temperamentum cõmutatam, figuram etiam humanam aliqua ex parte in ferinam degenerasse, sensusque internos similes accepisse brutorum internis sensibus: vnde factum, vt & pecudum more quadrupes incederet, & fœno vesceretur, & homines fugeret, & sub dio degeret. Diuina verò virtus fecit, vt sub tali temperamento & habitudine corporis, humana & rationalis anima perseueraret.

Vltimo posset obijci, quod Herodotus scripsit, Platanum aliquando in oleam vertisse, & alij, apud Carnos cadauera humana per dæmonem in salis statuas fuisse mutata. *Respon.* Si locuti de proxima & immediata mutatione, illusorium id fuit & præstigiosum: si vero locuti de conuersione mediata, siue per varias commutationes corruptionis & generationis materiæ secundæ, nihil prohibet ambo ista naturaliter contingere posse, introductis in materiã aptis ad has vltimas formas dispositionibus. Quod autem legimus apud Metaphrastem à S. Spiridione, serpentẽ in aurum mutatum, vt eo auarus ille & immisericors dives deciperetur: & postea rursus ex auro Serpentem factum; vera hæc mutatio fuit, quia miraculosa & à Deo, qui potest. Neque hæc mutatio fortasis dæmoni, succesiue tamẽ foret impossibilis, quia serpens insectũ est, & proxima auri ac serpentis materia eadem nempe terra.

QVÆSTIO XIX.

An Magi queant facere bestias loqui, & an intelligant voces bestiarum?

DE hac q. disseruit post D. Tho. de potentia q. 6. ar. 5. & vict. relect. de

de recta in Deum fide, ca. 7. & Ben. Pererius l. 5. in Dan. c. Sic Mol. A. p. q. 111.

N. lib. de Prodi. an. 1349.

a Dan. 4. v. 30. & v. 33 Gen. 19.

b fuse hoc disserunt Mich. Medinali l. a

de Magia, n. 9. Alf. Mendoza in Quodl. Schaleſt. quæſt. 5. ſed loquendum nobis diſtinctius & preſsius. Diuina aliquando virtute fieri, vt quibus loquendi vis naturalis ineſt nulla, attamen loquantur, non eſt dubitandum: ſacra Scriptura id atteſtante de aſina Balaam, *Num.* 22. quod quo pacto Deus efficiat, ipſe nouit, qui enim locutionis omnis eſt fabricator, ille vt, quæ nota ſunt organa, ſermonis articulati formauit, poteſt & alia, quæ lubebit, inſtrumenta ad hoc deligere. Attamen vt plurimum exiſtimo vti opera angelorum, qui per res illas inanimas, vel per bruta loquãtur; hoc tamen diſcrimine: per illa, quibus apta ſunt organa & viuentia ad hoc inſtrumenta, vt per picas, coruos, pſittacos & huiuſmodi, in ipſiſmet corporibus loquela formata: & tunc hæc locutio eſt vitalis actio ipſius animalis, non tamen eſt intellectualis eius actio, ſed eſt actio intellectualis reſpectu Angeli: per illa verò. quæ viuentia quidem ſunt, ſed organa non habent apta ad loquendum, vt ſunt aſini, boueſque, putarim id facere eo quod ipſemet angelus in eis, vel potius iuxta ea, ſermone in aëre formato loquitur: demque dicendum de inſenſibilibus, vt igne, aere, aqua, terra, cadaueribus mortuis, capitibus reſectis, ſtatuis. & arboribus: & tunc, quando vox tantum formatur iuxta corpora illa, locutio nullo modo tribuenda eſt alteri, quam angelo, vt formãti & edenti: aëri, vt medio ac inſtrumento: nulli, vt vitalis actio: ſi formetur intra corpus illud ſenſile ineptum, vel etiã intra inſenſile, illi tribui poteſt vt organo. His poſitis facile erit ferre iudicium de ſequentibus miraculoſis locutionibus ſacræ hiſtoriæ: vt de aſina Balaam, de qua conſulendus ibi Caietanus in Comment. de angelo in rubo alloquente Moyſem & Eſdram *d* de

d Exod. 3. v. 24. Eſdr

A Spiridionis filia Irene mortua depoſiti locum indicante *e*: & quodam interfecto, Macarij iuſſu homicidam indicante *f*: & de colloquio caluariæ, & alterius Macarij, de varijs ſedib. damnatorum *g*, & de venerabilibus Africæ confeſſoribus, qui perſecutione Vandalica radicitus abſciſsis linguis adhuc clare loquebantur: quod etiam Iuſtiniani Imp. auctoritate fuit confirmatum, vt eius temporis hiſtorijs teſtatiſsimum *h*: & B de Anglo ſacerdote ſimile refert polydorus *l. 13. Hiſtor. Angl.* in his continuum miraculum fuit ſupplente Deo vicem partium defectarum in genere cauſæ efficientis. Vnum addam ex Antonio Bonfinio *i*: *Anno circiter 3. poſt cladem Ad Nicopolim Sigiſmundo Impe. à Turcis acceptam: cum multi in eum campum deſcenderent, emiſſam inter oſſa ſubinde vocem audierunt*: Ieſu Chriſti *Saluatoris* & Mariæ *Virg. nomina intonantem: loquaxque inter cadauera caput inuentum, quod vbi homines ſibi adeſſe nouit: Quid tam*, inquit *ſtupidi hic ſtatis viri? Chriſtianus ego ſum, inexpiatus, inconfeſſus in hoc bello occubui.* C Maria *mater me æterni ſupplicij reum eſſe non patitur. hic me adhuc linguæ compotem ſeruauit, vt delicta fateri, & animum ſacris Apoſtolicis luſtrare queam: proinde ſacerdotem, qui confeſsionem exaudiat, & me expiatum reddat, accerſite quaſo. Rogatus cur tantum à Virgine beneficium promeruiſſet, reſpondit: ſibi peculiarem in eam fuiſſe in vita deuotionem, & ſeptena eius feſta quotannis reuerendiſsimè celebraſſe, religioſiſque ieiunijs pane dumtaxat & aqua decoraſſe. Quare accerſito è pago proximo Sacerdote, confeſsionem ritè tranſegit: & impetrata erratorum omnium remiſsione, acceptaque nouiſsima luſtratione, repentè contiuit, perpetuaque quieuit.* D] Hæc ille, legant, reſipiſcant Nouatores ad tam illuſtre miraculum: quod & Deiparæ deuotionem, & ieiunia; & E

e l. 4. in prin. Ruffin. l. 1. hiſt. Eccl. c. 5. Socrates l. 1. hiſt. Eccl. c. 5. Socrates l. 1. c. 12.
f Bugloſ. l. 1. Exem. c. 6.
g Harulus l. 6. c. 14.
g l. 1. C. de offic. præfic. Afric. Procopius de bello Vandalico Aenea Gazeus de immortal. anim.
h l. 3. hiſt. Hungar. Decad. 3. quod ille accepit à Ioan. de Turotio ſcriptore rerum Hungaricarum ſatis antiquo & bono.

& festorum cultum, & confessionis sacramentum commendat. Non absimilem narrationem inuenies apud Thom de Cantiprato *lib.2.boni vniuersal. c. 29. part.18.*

B Simia Dei diabolus, conatus multa similia, sed pseudomiracula, interdum Deo permittente, ad diuinam vindictam atque iustitiam manifestandam: vt cum homicidam caput præscissum indicauit Cercydam, teste Aristotele *a* & Orphei caput prædixit Cyro Persarum Regi, eum quoque à muliere necandum *b*. Aliquando ipse oracula nescio quæ confingit, vt quæ narrat Phlegon Trallianus *c* ex Herone, in hanc sententiam; *Polycritus post Locridem vxorem ductam, & postquam tres noctes cum ea dormiuisset, tertio die vita functus eam reliquit grauidam: quæ monstrum ex duplici sexu peperit, quod cum in mediam concionem populi ductum fuisset ad consultandum: quid id præsagiret, quidue de eo faciendum esset: comparauit in medio populi spectrum, Polycritus, & futuram Aetolis & Locrensibus prædixit cladem, & impotente ad resistendum populo filium suum monstrosum dempto capite deuorauit & euanuit: mox & caput eandem cladem elocutum est.*] Addit idem Trallianus ex Antisthene philosopho Peripatetico. *Quo tempore Acilius Glabrio consul vicit Antiochum regem Asiæ, deterritos Romanos oraculis ne amplius inuaderent Asiam & Publij ducis Romanorum caput relictum à lupo qui corpus deuorauerat, vt ipse prædixerat furore diuino, vt putatur, percitus: cecinisse longo sermone aduenturam cladem Romanis.*

l. 3. de artibus a m. c. 10. hilost. imagin . de mibilib.

Præstigiosæ plane fuere locutiones quædam apud Gentiles, & arte dæmonis simulatæ, ad lucrum Sacerdotum Gentilium, qui non raro Magi & Pythonici; vt *d* geminæ columbæ, Dodones loquaces, item quercus Dodonęa *e*, Argus carina *f*, equus Achillis *g*; & vlmus Gymnosophistarum, quę Apollonium salutauit *h*, & Causus flumẽ, quod dixit, Salue Pythagora *i* (quem fuisse Possessorem librorum Zoroastris Magi docet Clemens Stromatheus) & carnis Simonis Magi apud Clementem in Itinerario & Glycam in Annalibus, qui & alios & D. Petrum fuit allocutus: idem sagæ cuidam Franciscæ Senensi adscribit Grillandus sæpe nobis laudatus, *q.* 7 Theotecnus Magus Antiochiæ, sub Maximino, simulachrum Iouis vi magica fecit oracula fundere; quibus ciues in odium Christianorum excitabat, & Imperatoriam persecutionẽ acuebat. *k* Lege D. Cyrill. Alex. *lib. 3. contra Iulian.* pleraque superius dicta recensentem. Adde ex Valerio Maximo lib. 1. simulachrum Fortunæ Romæ in via Latina locutum.

d Sophoc. in Trachi

e Lucian. in Micyllo.

f Apol. 4. Argonau.

g Homerus Iliad. 19.

h Philost. in Apollõ

i Porphyr in vita Pythago.

k Euse. l. 9 hist. Eccl.

Ceterum vt sciant animalia, vel intelligant, quæ loquuntur, hoc nullus Angelus eis potest tribuere: posset tamen, etiam dæmon efficere, vt animalia suis temporibus & locis aptissimè quædam dicerent, accommodata personis, & rebus, de quibus ageretur. sed tamen licet dæmon illa ex instituto faceret, animalia tamen dumtaxat facerẽt casu & fortuito; quibus ignaris & idiotis speciem quandam solertiæ, & intellectionis præberent; sicut etiam Magi faciunt interdum, vt animalia miras quasdam gesticulationes, & motiones edant; quæ sine vsu rationis, & prudentia iudicant imperiti fieri non potuisse. talia sunt, quæ de serpente Epidaurio Valerius, de leone Apollonij Philostratus, de asino Cayri narrat Bellonus *l*. Longe facilius potest Magus per dæmonem efficere, vitiatis organis corporeis: vt homo latrare, vlulare, crocitare,

l Val. Ma. l. 1. c. 8. Philost. l. 5. Bellon. in Obseruat.

rudere

rudere audiatur, conans loqui: videmus enim artificio id nonnullos feliciter consequi: & legimus *m ann. 1546. Margaritam Eslingensem, ex ventre doloribus ita intumuisse, vt ventris moles totam faciem obtegeret, ac in circum ferentia decem palmos excedere videretur. Audiebantur à circumstantibus lectum, gallorum cantus, gallinarum coccyzationes, anserum strepitus, latratus canum, balatus ouium, porcorum grunnitus, boum mugitus, hinnitus equorum. Eduxit mirae magnitudinis vermes atque serpentes ex latere circiter 150. quo miraculo fidem faceret, cũ tamen nil nisi praestigiae daemonum, à matre puellae lucri causa confictae, forent.*] In prægnantium vteris aliquando clamores infantium exaudiri: sed id fieri naturaliter, multis exẽplis productis, & addita physica ratione probauit accurate integro opere Andr. Libauius *to. 2. singular.* Sed ea ratio in hac Margareta locum non habet vllum.

m N. l. 3. de Prodi.

D

Sed an voces bestiarum Magi intelligant? Porphyr. *n* scribit sua ætate de Apollonio Tyanæo dici solitum, illum cum audisset hirundinem cum multis vociferantem sodalibus suis quos secum habebat exposuisse, indicare eam ceteris, asellum onustum frumento ante vrbem cecidisse, frumentumque humi fusum esse, verisimilius est, quod Eunapius (vt & Philostratus) hoc passeri tribuit: hirundo enim frumento non vescitur. Volebat autem Apollonius hoc facto fingere se garritus aliũ intelligere, quod Veteres de Tiresia & Melampo fuerant fabulati. Sed hæc sunt incredibilia. cum enim bestiæ ratione careant, nequeunt discursu vti: quiad sermonem ex instituto proferendum, qui sit rerum vel gestorum significatiuus, est necessarius, fateor affectus corporis, & appetitum posse vocibus suis indicare, & horum notitiã

n lib. 3. περὶ ἀποχῆς, &c.

A

posse diuturna obseruatione ab hominibus deprehendi: & posset dæmon, qui hæc habet perspectissima, magos ea docere, quod an velit facere, aut vnquã fecerit, nescio: non est incredibile fecisse.

B

An autem se inuicem intelligant bestiæ, eiusdem saltem speciei, quæritur? quoad effectus illos corporis & motiones appetitus belluini, affirmatiuam docet quotidiana experientia: quoad cetera quoque censuit, & probare conatus Porphyrius, aues scientiam habere vocis cantusque sui generis auiũ, ac quod ipsis accommodatum sit id posse alijs ostendere. idem Plato censuit, & Opianus agens de elephantis.

C

quod arbitrantur, quia si elephas in cœnum ceciderit, & clamauerit, socius id cernens abit, & redit adducens gregem elephantorum vt, opera communi seruent immersum. exemplo etiam Scorpij Lybici, qui cum solus hominem ferire non valuit, reuertitur cum pluribus alijs, & simul hominem aggreditur annexis sibi annulatim socijs. exemplo denique piscis, qui contractum laqueum euasit, & alijs periculum indicat, vnde sit vt eo die generis huius nulli pisces compareant. Vide Pet. Gregor. *lib. 15. de repub. cap. 5.* hæc ipsa memorantem, prudenterque monentem, intelligentiam veram, & discursum animantibus deesse. Addo nec eum à dæmone illis tribui posse. quia rationalem eis animam nequit largiri, cuius creatio soli Deo reseruatur: & requirit illa corporis organa sibi accommoda. de quo seq. quæstione.

D

E

* * *

QVÆSTIO XX.

An intelligentiam discursiuam possit dæmon brutis largiri?

ANde hæc quæstio dependet *an bruta aliqua ratione sint prædita*. namsi sunt, facile præstabit dæmon vt sublatis impedimentis, discurrant, & scienter intelligant: si non sunt, id præstare non posse, certum est.

Fuere igitur non pauci, qui rationem tribuant animantium plerisque. Empedocles dixit, omnia animantia & plãtas mentem & prouidentiam habere. vt eum citat Sex. Empyricus *a*, & Parmenides ac Democritus, teste Stobæo *in Eclog. physi.* *b* videtur idem velle Lactant. *lib. 3. instit. cap.* 10. apertius Porphyr. *lib. 3. de sacrific.* & Plutarch. *libro quod bruta vtantur ratione*, & lib. *vtra animantia plus rationis habeant aquatilia an terrestria?* & Gale. *lib. exhortatorio ad bonas artes addiscendas* scribit omnibus animalibus inesse ἐνδιάθετον λόγον, quod Erasmus vertit rationem affectuum capacem, non bene, Lacuna Segobiensis melius rationem intus delitescentem, siue internam: vt Galenus rationem quidem tribuat brutis, quæ & in hominibus inest: sed hoc tantum discrimine quod homines illam sermone queant explicare; bruta vero habeant quidem rationem, sed conceptus animi nequeant verbis exprimere. fuit hæc etiam Quinctiliani sententia *libr. Institut. Orator.* & ex recentioribus id voluere Anton. Cittadinus *in lib. 1. Posterior. Arist. c.* 3. Laur. Valla. *Dialect. suæ. 9.* immo & Card. Hosius *c.* nos nec ratione nec oratione, nec prudentia à brutis distingui voluit, sed religione & Dei cultu, atque contemplatione. Quæ verba putarem pie explicanda vt more Scripturæ sacræ locutus sit: id negans, quod minus iudicabat, non quod omnino non esse iudicabat, hoc sensu, vt censuerit, magis religione differre hominem à brutis, quam alijs illis oratione, prudentia, ratione. Sit ergo Concl. *Brutis rationem, discursum, prudentiam, prouidentiam (proprie dictam) vel sapientiam tribuere, rectæ philosophiæ, & fidei repugnat: est tamen in brutis quiddam solertiæ quod rationem & prudentiam, discursumque imitetur.*] Hæc est sententia Alberti Magni *in* 3. *de anima*, & Philoponi, *ad tex.* 157. vbi non obscure hoc Aristoteles, & est D. Thom. 1. 2. *quæst.* 13. *articul.* 3. Gregor. 1. *dist.* 3. *quæst.* 1. idem Aristoteles *libro septimo de histor. animal. capite primo.* tribuit illis vestigia animi humani & prudentiæ imaginem: vnde sumpsit Arnob. *libro secundo. cont. gent.* cum scribit in brutis conspici multa rationis & sapientiæ simulachra. idem Hippocrati placuisse docet Galen. *libro primo. de vtil part. capite tertio.* idem docuere Auerr. *in 7. Physic.* Hieronym. Magius *lib. 2. de exust. mundi capite quinto.* Gabr. Zerbus *in 1. Metaphys. quæst.* 7. (quem operæ pretium sit legere) & Card. Toletus *in 3. de anima. quæstione septima.* Solerter multa fieri à bestijs: & ea doceri quæ discursu quodam videãtur egere, docent, quæ narrant plerique: de elephantis, ex plurimis collegit Lipsius *Cent. 1. epist.* 50. de cæteris Ælianus, vt de Leonibus, *libro quinto & septimo, de natur. animal.* de tauris *lib.* 7. de cynocephalis *lib.* 6. de alijs similis *lib.* 5. de ceruis. *l.* 11. vbi tamẽ illud καλδντων συνίει, non interpretandum, *loquentes intellexit*, sed *vocantes intellexit*, scilicet audito Græco nomine, quod illi edu-

a l. contra Mathematic. f. 126.
b l. 1. f. 93.
c Præfat. Confess. Petri couiensis.

cator manſuetarius indiderat : vt de piſcibus idem auctor dixit, καλȣ̃μενοι ἱπιακȣ̃ειμ lib.8.cap. 4. de canibus mirifica Protonotarius Ludouicus Peres de Portillo, libr. ſingulari, de Cane, à fol.16. de equis idem libr. ſingulari de equo, à fol. 83. qui ſuperioribus annis vtrumque librum ſapientis. Philippo ſecundo Hiſpan. Regi dedicauit. De alijs multis animalibus exempla congerit Ioach. Camerarius Decuriæ decimæ Problemate. VIII. Probatur id breuiter, ſi ratione ducuntur : ſane rationalia dicenda forent, ſi ratione ducerentur ; ex electione operarentur. ſi electionem adhiberent : non ſemper omnia eiuſdem ſpeciei animalia vbique eodem modo, vt faciunt, operarentur. ſi diſcurſu prædita forent: noſſent vniuerſalia quædam axiomata, ſine quibus nemo poteſt nec affirmatiue, nec negatiue diſcurrere. conſtat autem à brutis neſciri axiomata vniuerſalia. ſi ratione & diſcurſu prædita ſunt: ergo & ſcientia, & prudentia, & ſapientia: norũnt ergo ipſas rerum cauſas. norunt meliora à minus bonis diſcernere. ſi ratione prædita ergo & libero arbitrio, in rebus de quibus diſcurrunt, & ratiocinantur. ergo peccare poſſunt, & mereri. ergo & virtutes voluntatis illis non denegandæ, iuſtitia, temperantia, fortitudo, liberalitas, obedientia. quis hoc philoſophus ſomniet? non alius certe, quam, qui belluis cœlum pãdit, Mahometus.

Dicendum itaque, vt hæc abſurda vitemus, bruta nonnunquam à ſcriptoribus egregijs dici ratione prædita, non quod veram habeant rationem, ſed quia multa tam ſolertam faciunt, quam homines ſolent, qui ratione præditi. dici etiam prudentiam habere, quia perinde operantur, ac ſi

A prudentiam ducem in operando ſequerentur. prudentia enim habitus eſt faciens non promptos, vt eligamus media fini alicui accommodata, finem vero cum medijs ad eum tendentibus non aſſequuntur bruta, ſed fortuito in eum feruntur. difficile hoc eſt intellectu, verum ab Hieronym. Fracaſtorio fuit luculenter explicatum *d*, in hanc ſententiam : Quoſdam actiones animalium omnes ad inſtinctus naturales referre: ſed nos explicare debuiſſe, an hi inſtinctus cum cognitione coniuncti ſint. an non? alios dicere dirigi ab intellectu, qui fines noſcit, & errare non poteſt, ſed difficultatem hos non tollere. Si enim ſic bruta volunt à Deo dirigi, vt Deus immediate illa operetur, quæ bruta faciunt, aperte errant. Si vero velint Deum hæc facere mediate per animalia, tunc recurrere quæſtionem, vtrum animalia hoc ſimplici naturæ inſtinctu, an vero mediante cognitione faciant? Ideo ipſe ſumpta caloris natiui ſimilitudine, reſpondet ingenioſe & erudite: Deum quando hãc vniuerſitatem creauit, eadem virtute, & potentia: qua fecit omnia, facultatem etiam ſingulis naturis propriam dediſſe, qua peruenire poſſent ad fines rerum vniuerſitati debitos & congruentes. Inde contingere, vt multa à particularibus fiant, alium finem intendentibus per ſe, & alium tamen finem intendente natura, & ordine vniuerſi. Nam quod calor ille genitiuus tam mirabilia operetur, caleſaciat, attrahat, propulſet, figuras det membris, vias, conceptacula, ſitus, ordines, iuncturas, ac demum animam conflet, perinde ac ſi ſingulorum fines cognoſceret: arbores etiam ac plantæ, folia, gemmas, flores, fructus, ſemina mira

d li. de intellectione, à f. 19

solertia, vt videtur, faciant, custodiãt, muniant: certum est hæc à non cognoscentibus fieri. Sed dicendum hæc fieri ab illis partim per accidens, partim per se, per accidens quidem, quatenus est particularis quædam vna natura: per se vero, quatenus est pars vniuersalis naturæ, quam ordinauit Deus ad finẽ illum, quem ipse cognoscit. Sic (ait) & bruta quædam facere, non cognoscendo fines, & quasi per accidens, quatenus sunt naturæ particulares: quatenus vero partes sunt vniuersalis naturæ à Deo ordinatæ, per se facere & intendere fines, non sibi sed Deo cognitos. Vt ecce, maturis ouis, auis illa vult deponere excitata pondere & molestia ouorum, hic finis aui est notus: alius est finis ratione vniuersi, nẽpe conseruatio speciei, qui est aui incognitus, sed Deo cognitus, & quasi consequens alterius. deponit itaque auis ouum, per se propter stimulum; per accidens respectu prolis: respectu sui, quatenus est hæc auis, sed respectu vniuersi, quatenus est pars eius, excludit prolem per se. Sic etiam innascitur aui appetitus deponendi oua loco tuto, per accidens ratione prolis conseruandæ, sed per se, quia ouum amat, vt partem sui. hinc & aliæ subnotiones fiunt animantibus, secundum species quas recipiunt, rerum sibi ad hoc necessariarum. Vnde (inquit Eracastor.) magna sapientia & prouidentia Dei Optimi Maximi videri potest, qui vniuersum totum ordinaturus, modum naturis omnibus dedit, quæ nescientes fines, omnia tamen faciunt, per quę fines consequuntur, quos ipse solus cognoscit, ad quem modum deinceps alia fiunt, quæ tam mirabilia nobis videntur. Ex quibus appareat eam, quæ in brutis apparet, prudentiam non esse, sed duntaxat instinctum quendam naturæ, & ordinis vniuersi à Deo præstituti. Cui hæc non sufficient, legat And. Libauij *disputat. de contemplatione intellectus bestiarum, p. 2. singular.* quam his editis primum sum nactus.

QVÆSTIO XXI.

An possint dæmones facere, vt homo non sentiat, vel vt longissimo tempore dormiat, aut inediam perferat?

QVoad primum, non quærimus vtrũ dæmõ possit efficere, ne corpus habeat potentiam sentiendi, sed vtrum possit facere, ne actu sentiat, quod natura sensile est, verbi gratia, ne crucietur quæstioni subditum. Iamblicus *lib. de myster. Aegypt. paulo ante mea.* testatur multos prophetarum ad moto igne non vri, vel si vrãtur vstionem non sentire, vt nec alia tormenta vlla, loquens de vatibus Gentilium, addensque id fieri Deo intus adflante qui repellat ignem, illaque cætera hebetet. Quis iste Deus Iamblici Magi, nisi cacodæmon quispiam Eurycles, qui isti prophetæ, nisi malefici? Censuere Gentiles magico carmine aciem gladij sic retundi, vt nec leui vulnere cutem queat perstringere? Nec desunt, qui notent, ad tollendam hanc superstitionem, sæpe Deum miraculo flammæ, aquæ, ferarum, & similium suppliciorum atrocissimorum vim suspendisse, eaque omnia martyribus innoxia reddidisse: cum vero securi vel gladio fuissent addicti, ferri vim à Deo non coẽrcitam, vt nationes intelligerent miraculo ista, non magiæ adscribenda. Sit ne hoc verum, necne, equidem valde ad dubito. Non propter locum B. Pauli, quo quidam nituntur, *is*

est ad

est ad Hebr. 11. *v.* 34. *obturauerunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, fugauerint aciem gladij*, vbi sicut de igne & leonibus, sic de acie gladij id miraculo adscribitur. Hoc inquam me non mouet. nam vera lectio est *effugerunt*, vt patet ex Græco contextu & Syriaca versione: & loquitur Apostolus de sanctis veteris Testamenti, quorum nullum legimus miraculo ereptum, quod aciem gladij sit retusa, sed quod miraculose hostium gladios effugerint, quidam pacis tempore, vt Helias: alij verò in prælio, vt Samson, Caleb, Iosue, Dauid, Machabæi, &c. sed mouent me alia. Nam & memini de muliere septies icta gladio, sed frustra: & Gentiles etiam illa cætera, licet falsò, tamen ad incantationem referebant. Legi duas alias huius rei causas meliores, priorem, quia sectio gladij impedita, potuisset dolo carnificis adscribi: posteriorem, quia gladius, est præcipuum & maximè legitimum ordinariumque iustitiæ vltricis instrumentũ. *a* Hodie quidam impij milites se fore inuulnerabiles putant, si arma certo ritu incantent, vel sacrilego ausu crucifixi imaginem compungant, *b* vel comminuant aut confringant, ita Condronchus *lib.* 3. *de morb. venefic. cap.* 12. vel si ferant interulam lineam horrendis inscriptam imaginibus, quam vocant *infirni camisiam*: vel si periapta quædam ferant varijs caracteribus magicis insignita, aut orationes; quas blasphemè admodum & mendaciter tribuunt D. Leoni, vel Carolo Magno, insignitas *magnis* (sic magi loquuntur) *Dei nominibus*. Noui studiosum iuris, nomine Quirinum, V. I. Baccalaureũ: qui cum tali membranula fretus audacter se iurgijs & pugnis immiscuisset, sæpè ictus nunquam faucius: tandem Romæ anno 1572. vel 1573. in symposio minimo vulnere fuit interemptus. Huc referendum quod de Scafio, sic scribit auctor Fornicarij. *In territorio Bernensium primus auctor maleficiorum fuit quidam Scafius dictus: qui publicè de hoc gloriari audebat: quod, quandocunque vellet, ipse se omnium suorum inimicorum oculis, velut murem facere valeret, & dilabi à manibus inimicorum suorum lethalium: & ita capitalium suorum inimicorum manibus sæpè, vt dicitur, euasit; sed cum terminum suæ malitiæ Diuina iustitia facere voluit, tandem per hostes suos in stuffa quadam propè fenestram quandam sedere explorabatur cautè: quo in loco, cum nullum de sibi insidiantibus suspectum haberet, per fenestram gladijs & hastis inopinatè transfixus est, & ob sua facinora ibi mortuus miserabiliter.*] Hæc Niderius. Sic suos dæmon deludit. Tormentorum sæuitiam quotidie malefici in eculeo eludunt, omnem enim cruciatum, vel risu, vel somno, vel silentio superant. Quo in genere stupenda est narratio Charondæ, quandam fœminam quinquagenariam sibi notam, sic elusisse infusionem laridi liquati toto corpore factam, & omnium membrorum diram distractionem: ex eculeo tamen sublatam omni sensu doloris vacuam, integram, & illæsam: nisi quod pollex pedis auulsus in quæstione, redditus non sit: cuius tamen illi iactura noxæ vlli vel impedimento non fuerit: quàm omnia tormenta eludentem, & pertinaciter omnia negantem, elisa in carcere gula, Satan necauit, qui eam maleficij per energumenam accusarat, *libro de Antichristo reuelato nota.* 1.

Narrauit mihi P. Bernardus Oliuerius, tum Societatis nostræ Belgium

a vide Iosse Anglez. in 2. q. de dæmon. art. 4. dif fic. 5. dub. 1.

b Sprenger in mal p. 2. q. 1. c. 16.

Prouincialis, prope Samarobrinam Anno 1599. captam puellulam ſtrigatricem, quæ nec pedum vſtulationem ſæuiſsimam, nec flagra validiſſima ſentiebat; donec Sacerdotis cuiuſdam monitu illi Agni benedicti ceream imaginem in collum iniecere. tum enim vi ſacri amuleti dæmonis præſtigioſa ludibria depulſa, & illa vim doloris cœpit perſentiſcere. Vnde patet hanc indolentiam, quam agnoſcit etiam Toſtatus *quæſt.* 354. *in Geneſ. cap.* 13. non naſci ex vlla Phyſica cauſa, ſed opera dæmonis induci. Certè vnguentum illud ſagarum, quoad tranſuectiones vtuntur, ne conſopiendi quidem naturalem vim habere docet Bartolo. Spineus *de ſtrigibus capit.* 31. Solent id cauſarum ignari miraculo & innocentiæ tribuere: cum id tamen contingat, vel ſingulari quodam corporis robore, & animi tolerantia, quam non rarò & Gentiles & Chriſtiani exhibuerunt *a* Vnius adſcribam M. Attilij Reguli tolerantiam ex Silio Italico;

Non ignis; candenſque chalybs, non verbera paſsim
Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnificeſve manus, penituſue infuſa medullis
Peſtis, & in medio lucentes vulnere flammæ
Ceſſauere: (ferum viſu, dictuue per artem
Sæuitiæ extenti, quantum tormenta iubebant,
Creuerunt artus: atque omni ſanguine rupto
Oſſa liquefactis fumarunt feruida membris:
Mens intacta manet, ſuperat, ridetque doloris
Spectanti ſimilis: feſſoſque clamore miniſtros
Increpitat, dominoſque crucem clamore repoſcit.

Alij vtuntur iunctionibus, & pharmacis naturalibus confectis ex opio ſolano, & ſimillibus, quibus humores turbantur, ſopor altus conciliatur, neruorum origines obſtruuntur, ſenſus ſtupefit, ſenſatio impeditur. Vim eam lapidi Memphyti ex Ægypto tribuit Dioſcorides. *b* Sed plerique nituntur pacto dæmoniaco, & periaptis ex oſcillis, vel cineribus, aut vnguine infantulorum ante baptiſmum necatorum *c* vel deglutito apum rege; *d* vel corpori alligatis membranulis cum certo characterum genere, aut etiam ſuſurrato malo carmine, quorum omnium exẽpla ſuggerunt, qui de criminalibus iudicijs ſcripsere. *e* Similem dæmonis operationem cernere eſt, in ſtigmatum illa teſſera, quam diabolus imprimit ſtrigibus: quæ ſic ſenſu deſtituitur, vt nec acus longiſsimæ fixura dolorem minimum adferat, neque ſanguinem eliciat: de qua ſatis copioſe alij. Adſcribam Remegij verba; *Cum Iſabella Pardæa Spinalij pridie Non. Maius* 1588. *ob ſortilegij crimen comprehenſa, vrbis præfecto, partem corporis ſic à dæmone inſcriptam indicaſſet, ſubijt ei in animum experiri, verumne id eſſet, quod de huiuſmodi ſtupore ferebatur, Ergo iuſsit in eam aciculam penitiſsimè infigi atque inculcari. Quod cum in ſatis magna hominum frequentia eſſet factum, & incruentum omnino vulnus apparuit, & nullum ſaga doloris vel minimi indicium aſpicientibus dedit. Rurſus.* 3. *Cal. Nou.* 1590. *Brunduſij Claudia Bogarta, tormentis iam exhibenda, cute, vt moris eſt de-*

a Fulgoſ. l. 8. Exempla c. 4. Ignatius l. 8. c. 4. & ijdem anbo l. 3. c. 3

b l. 5. c. 115.

c Sprẽger p. 3. 14. & 15. & nos infr. l. 3. p. 1. q. 5.

d li. Exorciſmor. Adenioni excuſus

e Hippol. in titul. de quæſt. Pariſ. de Puteo de Syndic. c. de tortura, ilterzo Grillan. de Tortura qu. 4. Damhouder. prax. crim. c. 73

tensa fuerat, ob id cicatricem in summa fronte nuda ostendebat. Suspicatus igitur. Quæsitor, quod verè erat, sc. impressi à dæmone vnguis vestigium quod ante capillis tegeretur. Inid iubet aciculam altissime infigi: quod cum egisset factum, nec illa doloris vllo sensu affici, nec vulnus vel tantillum cruore manare visum est. Perstitit tamen verum negare, ac dicere, eum olim ex iactu lapidis torporem esse obductum. Sed postmodum tormentis admota, non tantum agnouit id sibi à dæmone inflictum fuisse: sed & plurima alia, quæ indignissimè ab eo passa fuerat, enumerauit. Nouissimè 18. *Calend. Iul.* 1591. *Essei, qui pagus ab hac vrbe millario abest, cum hoc loci Dynasta præsens in Mugeca sortilegij rea lectorem periclitari iussisset, ac is illam idcirco nudam statuisset, inuestigaturus sicuti tessaram illam inueniret, tandem in sinistro femore macula verrucæ instar apparuit, in quam cum ferrum, vel quantum poterat, adegisset: nec à Mugeta vocem, nec ab ipso vulnere sanguinis guttam vllam elicere, atque exprimere potuit, cum rursus locum maculæ proximum leuiter etiam vulneraſſet, ingentem ea ex dolore clamorem edidit, largus cruor sese inde effudit.* Sic Remig. lib. 1. c. 5. Claud. Charondas *lib. iam laudato, nota* 1. scribit stigma famosæ illius sagæ, cui nomen Bayarrone, in humero sinistro valde latens, & imperfectissimè delineatum denarij tamen magnitudine, quasi à centro ductis filamentis ad peripheriam, prorsus omnis expers sensus fuisse. Suspicio etiam me tenet, illud gemini carboni signum in Allobrogis fœminæ pedibus stigma fuisse. narrationem postea dabo *lib. 3. vel 5. ex Gerſone.* Solent huius signi variæ esse figuræ, vestigij leporini, manus bufoniæ catelli nigri; quale signum visebatur in tergo Io. de Vaulx Stabulensis, in quo illud singulare Petr. Oranus, Quæsitor negotij, obseruauit, si acu vel graphio profundius adacto perforares, nullum doloris sensum reus percipiebat, nec quidquam quærebatur: si vero à tergo, ita vt videre ipse nequiret, eminus signo illius catelli minareris digito erecto, tanquam si acriter torqueretur, reum subito torqueri solitum. huius rei causam physicam non inuenio, moralem hanc suspicor, contemptu indoluisse dæmonem superbissimum, & sic irritatum sæuisse in mancipij sui cruciatum.

Cæterum illis Narcoticis pharmacis posset etiam somnus valde diuturnus conciliarij: vt fuit somnus illius rustici qui in Germania totum Autumnum & hyemem dormiendo fuit emensus, *f* & qui in Apaturiorum solemnitate ebrij per multos dies obdormierunt, teste Eudæmo: & Epimenidis Cretensis, qui cum quærens ouem meridiano æstu speluncam ingressus, sopore graui victus. LXXVII. iuxta Pausaniam, vel XLVII. iuxta Eudæmum paulò pauciores, secundum alios, quieuit annos, experrectusque postea, ratus se parum indulsisse somno pergebat ouiculam quærere, forè horum quietis causæ naturales fuêre: etsi de Epimenide, potius adscriberem dæmoni. De Sardoûm semideorum somno fabula fuit. nam hi reuera erant mortui, dæmonum præstigio visi sunt, & dormire, & excitati. *g* Quidam etiam somnus tam longus, aliquando per miraculum, verum à Deo immissus, vt septem Dormientũ sanctorum apud Laur. Surium, & aliorum quinque apud Paulum Diaconum.

Vltimum erat de inedia perferenda de quo non est dubitandum, posse diabolum efficere, vt quis mensium multorum ferat inediam. potest enim id

f Lilius Girald. Dialog. 4 de hist. Poet.

g vide de his Alex. Aphrodis. & Simpl. in 4. Phys.

naturaliter contingero. nam & Indos memorant herbæ Coca ore gestatæ beneficio famem repellere. Petr. Chieza. *p. 1. histor. Perus. cap. 96.* & Augustin. Zarate *lib 1. hist. Perua. cap. 8.* & Matthiolus *ep. Nuncupator Dioscoridis.* ita scribit, *Scythæ Scythicam herbam circa Boetiam crescentem adinuenere, gustatu quidem prædulcem, cuius magna quidem commendatio. quod in ore eam habentes, famem sitimque non sentiant. Idem præstat apud eosdem Hippice dicta, quid equis quoque eundem effectum præbeat. Traduntque his verbis Scythas etiam duodenos dies durare in fame, & siti.*] & Gemma *a* multorum annorum agnoscit naturalem inediam. Hippocrates verò *libr. de carnibus* negans vltra septimum diem famem naturaliter prorogari posse, de ijs intelligendus est, quibus ventriculus, & ieiunium intestinum humore chiloso vacant, in quem calor naturalis possit agere: tum enim fieri solet, vt illud intestinum interea concrescat, atque ita homines emoriantur. Verum si vel à morbo præcedente, vel alia ex causa sit in corpore residuus humore flegmaticus crudus, lentus atque viscosus, illo calor naturalis vtetur, pro alimento, donec totus humor absumatur. Idem futurum si ex summa cerebri humectatione materia quædam subtilis & pituitosa à capite in corpus descenderit atque interea corpori in alimentum cesserit. Tunc enim quicquid à corpore expiraretur vel diffluеret, continuò ab hoc humore in alimentum conuerso restitueretur, nec cibus homini opus foret, donec hic humor penitus consumeretur. Hanc inediæ diuturnæ causam fuisse censuerim, & imbibesiæ (vt loquitur Plautus) in illa Rogerij Bacconi Anglicana puella, quam dicit viginti annis nihil comedisse: & in Gallo sacerdote, qui tempore Nicolai. V. Pontificis biennio toto cibis potuque abstemius fuit: & in puella Spirensi, quæ Ferdinandi Imper. iussu veritatis explorandæ gratia per multos medicos an. 1540. asseruata obseruataque, sic ex graui morbo ieiuna perstiterat, iam vltra quadriennium, corpore interea bene forti; sano, nec vlla macie tentato, sed scabie tantum phlegmatica corpus obsita: frequens interea lachrymabatur, & consuetas narium auriumq; sordes habebat, & somno satis longo quietoque vtebatur, nihil tamen, neq; per sedem, neque per loca muliebria, fecium vrinæve excernebat. de hac multa disputarunt ex Italis Simon Portius, *b* & ex Germanis oculatus testis, vnus ex medicis obseruatoribus puellæ Gerard. Bucoldianus. *c* Si hæc fieri queunt naturaliter, cur nequeat perficere, Panurgus ille Dauus, diabolus, eadem industria. qua prauas corpori alias affectiones immittit? de Arabia puella id ostendam *lib 6. cap. 2. sect. 3. quæst. 3.* ex B. Prospero. Sedulò tamen cauendum ne sanctorum hominum naturam excedentia ieiunia in hanc classem referamus, vt D. Mariæ Ægyptiacæ, D. Catharinæ Senes. SS. Lutgardis, Mariæ Oigniacensis, Christinæ mirabilis, *apud Surium.* Simonis Stockij, quem in Carmelo sex annis Deipara cœlesti manua pauit, *apud Monaldum Rosarium & Rolandum Bouchiarium in eius vita.* Deus enim tum qui creauit eos virtute sua sine corporali sustentat cibo. *vide de his quædam apud Picum Mirandull. libro tertio de Prænot. capite quinto.* Impius autem est Rogerius Baconius, omnia hæc stellarum influentijs adscribens. cur, si hoc ita est, vni dumtaxat, & non alteri quoque

a l. 1. Cosmocri. c. 6

b lib. de puella German.

c Epist. hac de re excusa Moguntiæ anno 1540.

vim hanc tolerandæ inediæ ſtellæ iſtæ, in commune influxum ſuum demittentes largiuntur? an, quod ſolius huius corpus ita diſpoſitum? ſed quæ hæc diſpoſitio ſola influxui peruia? quæ hęc in alijs tanta vis & obſtinatio ad excludendum? ſed ſat iam nugis Baconi refellēdis operæ alibi poſitum à nobis. De hac prolixa inedia, quædam etiam Lilius Giraldus Dialogiſmo 17. habes in Grutheri theſauro Critico tomo ſecundo.

QVÆSTIO XXII.

An magicis artibus opera dæmonum ſexus mutari queat?

A NOn ago de membrorum ablatione (de qua iam dictum) ſed de ipſa ſexus virilis in fœmineum, aut fœminei in virilem commutatione, quā naturalem ex medicis huius ſæculi fatetur *Coſmocrit.* 1. Gemma. *Factos ex mulieribus viros multos legimus* Hippocrates *libro ſexto Epidem* p. 8. ſcribit Abderis Phætuſam vxorem Pithæi, partui vicinam, miſſo in exilium marito, aliquot menſibus ceſſante fluxu menſtruorum; cunctis in membris magnos perpeſſam dolores, corporis habitu in virum mutatam: Nam corpus ei virile factum, σῶμα ἀνδρώδη, hiſpidam totam factam, barbam emiſiſſe, & vocem aſperiorem redditam: idemque apud Chaſios accidiſſe Anamiſiæ vxori Gorgippi, T. Liuius *libr.* 42. de *Spoletana* muliere idem refert, Belli Punici II. tempore Plin. *lib.* 7. *capite quarto. Ex fœminis* (inquit) *mutari in mares, non eſt fabuloſum. Inuenimus in Annalibus P. Licinio Craſſo, C. Caßio Longinæ Coſſ. Caßini puerum factum ex virgine ſub parentibus, tuſſuq; auſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mutianus prodidit viſum à ſe Argis Areſcontem, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam & virilitatem proueniſſe, vxoremque duxiſſe. Eiuſdem ſortis & Smyrnæ puerum à ſe viſum. Ipſe in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Coſſutium ciuem Tiſdritanum, viuebatque cum proderem.*] hæcille A. Gellius *libro nono. Noct. capite quarto. Libitum tamen eſt* (inquit) *in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, vir in temporibus ætatis ſuæ, ingenij dignitatiſque gratia, auctoritate magna præditus, non audiſſe, neque legiſſe, ſed ſcire ſeſe atque vidiſſe in lib. Nat. Hiſt. VIII. ſcripſit, quæ infra poſui ipſius ſunt, ex eo libro ſumpta: quæ profecto faciunt, vt neque reſpuenda, neque ridenda ſit notiſſima illa veterum poetarum de Cœnide & Cæneo cantilena.*]

Hæc gellius ſubdens ſuperiora illa Plinij verba. Quibus verbis quod dicit, *miraculoſum hoc*, voce vſus eſt late ſumpta pro eo quod rarum & admirandum. de Cæneo & Tireſia legendus Ouidius in Metam. quid opus fabulis, vbi ſuppetunt hiſtoriæ? D. Auguſt. *vlt. cap. lib. 3. de Ciuit. Dei.* memorat ex Gentilium ſcriptis, & mulieres homines, & gallinas in maſculinum ſexum fuiſſe conuerſas. de auibus mox idem ex Auſonio confirmabo: de hominibus pergamus aſſerere. Ad tempora propinquiora nobis venio. Iouiam Pontanus *in Hiſtor. Neapolitana* narrat Caietæ mulierem piſcatori cuidam annis quatuordecim nuptam in virum migraſſe: & aliam, cui nomen Æmilia, nuptā Antonio Spenſæ ciui Ebulano poſt annum nuptiarum XII. in virum mutatam ſoluto matrimonio, vxorem duxiſſe & libe-

tos procreasse, addit idem, aliam fœminam, cum marito filium vnum peperisse, subito exorta virilitate, marito iam non fœmino relicto alteram duxisse, è qua liberos genuerit. nonnulla de pluribus consimilia narrauit Cocceius Sabellicus *d*: quibus omissis duo ponam quæ nostris temporibus Hispania dedit, & conscripta fuere fidelissime ab Ant. Torquemada *e* patrio idiomate. Amatus Lusitanus *f* auctor est in oppido Ezgueyra Lusitaniæ, distante à Conymbrica nouem leucis, vixisse quendam virum Nobilem, cui filia erat vocata Maria Pacheco, quæ cum eius iam ætatis esse inciperet, qua fœminis menstrui fluores inchoantur, loco liquidi humoris, erupit ei è locis (si intus abscondi tum latuerat,) vel aliter natum foras prodijt virile membrum: sicque ex puella, subito adolescens ephebus apparuit cum sexu vestitum virilem, nomen quoque assumpsit Manuelis Pacheci. nauim conscendit, in Indiam profectus rebus fortiter gestis, strenui militis existimationem, opesque magnas comparauit. in patriam rediens, vxorem nobilem duxit, de liberis mentionem subdit Amatus nullam: sed, ait, illum imberbem permansisse, facie in fœmineam declinante: quæ sunt indicia non perfectæ virilitatis. Vltimo loco subdit Torquemada, se ab amico viro magnę auctoritatis & fidei pleno accepisse: non procul ab vrbe Beneuentana Hispaniæ, vxorem rustici cuiusdam fortunæ mediæ, que quod sterilis esset, minus à marito benigne habebatur: pertæsam malæ tractationis, quadam nocte aufugisse sumpto vestitu famuli domestici: sic ornata, virumque mentita varijs in locis opera seruili vitam sustentauit: post aliquod tempus, siue

A

quod calor in ea naturalis tam efficax foret, siue quod imaginatio, nata & confirmata continuo habitu & ministerio virili, eam efficacitatem nacta sit: certe ipsa se in virum mutatam deprehendit. statuit ergo, quæ diu fuerat vxor, maritum agere. fœminam sibi matrimonio copulat. diu res latuit illo non audente cuiquam rem narrare: donec quidã, ei prius optime notus cernens tam similem esse facie vxori profugæ rustici illius, interrogauit num forte frater esset talis mulieris. huicrem omnem, vti contigerat, narrauit. Sic res in lucem venit. Fulgosus scribit sequentia *a*: *Neapoli regnante Ferdinando primo, cum Ludouicus Guarna Salernitanus ciuis, quinque filias suscepisset, quarum natu maioribus duabus alteri Franciscæ, Carolæ alteri erat nomen, posteaquam ad quintumdecimum annum peruenerunt, ambabus genitalia membra in marium morem eruperunt: mutatoque habitu, pro maribus habiti sunt. Franciscus & Carolus nuncupati. Item Ebuli, sub eodem rege puellæ, quæ iam quatuor annos viro promissa sponsæ habuerat nomen: qua nocte primum viro tradita cum eo cubuit, siue ex confricatione, siue ob aliam causam, quæ ignota sit, effractis membranis, quæ vt mulier videretur efficiebant, virilia membra prodierunt: domumque reuersa in iudicio dotem repetiuit, in virorum numero posteà habita.*] Hæc præmisi minus vt incredibilis videatur Phlegetontis *b* narratio. *Virgo quædam* (inquit) *Smyrnæ nata Philotis nomine cum matura viro nuptum tradita esset à parentibus, masculino enato membro in virum abijt. Quin & Laodiceæ, quæ est in Syria, mulier Aeteta nomine, etiamnum cum marito degens, è fœmina vir exstitit, cui nomen Actetus, præside Athenis Macrino, Romæ Coss. L. Lamia & Aeliano vetere.*]

B

C

D

E

d Sabelli. l. 9. Exẽplor.

e Dial. 1. *f* Centu. 2 curat. 39.

a l. 1. Ex cap. 6.

b lib. 1. Mirabi & 16 g

& ad-

& addit Phlegon, Hadriani libertus, se hunc vidisse. Michael Montanus *lib 1. Experimentorum cap. 21.* testatur suo tempore Vitriaci fuisse puellam nomine Mariam, quæ cum saltaret violentius, subito viribus erumpentibus, in virum mutata sit: & ab Episcopo Suessionensi confirmationis sacramento mutato nomine, Germanus vocari cœperit. Eius postea mento barbam adnatam, diu vixisse ad decrepitam vsque ætatem, vxorem tamen duxisse nunquam. Ille hoc vehementi imaginationi tribuit: sed addo corporis constitutionem eo vergentē. Auctor Antimologij scribit, *sibi visum Auscii in Vasconia virum plusquam sexagenarium, canum fortem, & hirsutum: qui ad annum decimumquintum ante puella fuerat, tandem tamen ex casu ruptis tenuibus ligamentis, pudenda erupisse, sexumque mutasse, cum ei nunquam antea menses fluxissent.* ita Laurentius lib. 7. hist. Anat. quæst. 8. Et ostendunt medici Galenus lib. de vsu partium, & lib. de anatomicis administrationibus, Ægineta, Auicenna, Rasis, & reliqui non obscuram esse rationem, qua id natura det effectum: conari semper eam, id quod perfectius: mulierem esse quasi monstrum virum quendam imperfectum, menstruis retentis diutius, fieri vocem robustiorem, cutem pilo vestri, reliquum corporis habitum roborari: nec aliud Metamorphosim, hanc deesse, quam, vt, quæ sunt intus vasa seminaria, foris appareant: & id, quod myrtos, nympha, κλειτορὶς καὶ ἀποδερμὶς dicitur, & Ismaëlitis *Abathara* siue *Atbandar*: sumpto incremento, & pingui velamine, cui inuoluitur, effracto, protrudatur in penem, cui persimilis, sed inuoluta prius fuerat. expelli autem caloris naturalis vrgentis impetu. Sic illi: mihi tamen vehemens adhuc suspicio est, non tam hos ex fœminis ita viros factos, vt fœminæ desierint esse, quam ad fœmineum sexum, masculinum accessisse, vt androgyni efficerentur, sexu tamen hoc posteriore prevalente, & ideo pro viris habitas. Cum hæc ante multos annos scripsissem, incidi hoc anno 1606. in Historiam Anatomicam Andr. Laurentij opus accuratum, & gauisus sum valde, idem quod mihi doctissimo medico visum dist. quæst. 8. vbi diligenter ostendit commune illud dictum medicorum, de inuerso viro in muliere latitante, falsum esse, & vtriusque sexus genitalia non situ modo, sed etiam numero forma, & structura prorsus differre. Et quoad hanc conuersionem addit: *Sane portentosum hoc iudico, & vix credibile. Quod si aliquando contingat, verisimile est in illis vtriusque sexus adesse genitalia: prima quidem ætate ob caloris imbecillitatem latentia, quæ tandem per caloru ἐκλάμψεις emicatus, & effulgescentias erumpant. Aut existimandum est: mulieres esse quasdam, à primo ortu calidissimas, & ita à natura conformatas, vt earum clytoris mentulæ formam referens, ita promineat, vt quia penis instar distenditur, moxque flaccescit, virilem priapum mentiatur, & rudioribus imponat. Sed & sæpe falluntur obstetrices ob vitiatam genitalium conformationem, penis scil. breuioris, & penitus tanquam in rima reconditi, testiumque latitantium, vt sexum vix possint internoscere. Scribit Pineus Lutetiæ anno 1577. in vico S. Dionysij mulierem noctu peperisse filium, qui festinanter ob virium imbecillitatem baptizatus fuit, pro filia, & Ioanna vocata: eam paucis post diebus pro filio mater primum, deinde agnouerunt, non sine magna admiratione, & Ioannem nominarunt. Facile ergo est rudiori plebeculæ imponere.*

Sic Laurentius : qui etiam lib. 8. q. 1. docet à natura non minus feminæ quam maris intendi generationem, & fœminam naturæ erratum ac prolapſionem dicere, id philoſopho indignum eſſe. Omnis ſiquidem rerum naturalium perfectio, ex fine petenda eſt: at fœminam ita formari neceſſarium fuit, alioqui non poſſet ſpecies humana conſeruari. Sane eam dicunt fœminam eſſe monſtrum, mihi ſemper viſi non ſatis honorifice de primæ mulieris creatione loqui. Ideo dicendum, Naturam ſemper quod perfectius eſt intendere, non quia ſemper virum gignere intendit, ſed quia cum virum intendit, intendit perfectiſsimum gignere : cum fœminam, hanc quoque conatur perfectiſsimam. Sed tamen ſi illud natura, potuit, quot tot aſſerunt auctores, putarim, Deo permittente, cauſis naturalibus fretum, etiam poſſe vaferrimum illum. Sane lubens eo retulerim, ficta illa miracula, quæ Dijs falſis tribuunt Gentiles. Phlegon de Lapitha Cæneo idem narrat quod Ouidius. de pluribus ſcribit Anton. Liberalis *ex libro 2. Alteratorum Nicandri*: Hypermneſtram venditam pro muliere inueniſſe pretium: poſtea in virum mutatam dono Deorum. Si proetam Cretenſem factam virum, cum Mineruam vidiſſet lauantem Galateæ filiam falſo vocatam Leucippum, quæ Leucippæ dicenda erat, ſexu mutato ſuppoſitum nomen meruiſſe, beneficio Latonæ Phæſtiæ concl. 2. *Impoſſibile crediderim naturæ & dæmoni de viro fœminam facere*, qui conatus irritus Neroni Magiæ addictiſsimo in Sporo fuit. Hic opus eſt nimia retractione partium perfectarum, in locos fœmineos. Nec aſſequi poſſum, quo hic natura modo degeneret. Scio de Tyreſia præter fabulas, etiam Phlegontem id narraſſe *a*, & Anton. Liberalem ſatis ambigue loqui de Siproeta: vt vix ſcias ex quo in quem ſexum demigrauit. Auſonij quoque epigram. *c. lib.* 1. ſi totum diligenter legas, animaduertes de virili ſexu in fœmineum degenerante locutum, his verbis:

Fœmineam in ſpeciem conuertit maſculus ales,
Pauaq; de pauo conſtitit ante oculos:
Nec ſatis antiquum, quod Campano in Beneuento
Vnus epheborum virgo repente fuit.

Ait ex puello puellam, & ex pauo pauam factam. Sed non credo, vel ſaltem credo ægerrime: dixerim potius vtrumque eis ſexum infuiſſe, occultatum vnum, manifeſtatum alterum. quod ad leporem etiam refero, & ad hyænam, de qua canit, Ouid. *Alternare vires, & quæ modo fœmina tergo Paſſa marem, nunc eſſe marem miremur hyænam.* Sane illam vtroque ſexu præditam Plinius tradidit lib. 8. ni fallor.

a l. 2. de mirabilib. qua de re Iuſtin. ad Quæſt. ortodox Lucianus l. de aſſ. log. & Didym. in odyſſ.

QVÆSTIO XXIII.

An poſsit dæmon ſeni iuuentam reddere?

VT qui ſenex eſt, non fuerit & deſierit eſſe iuuenis: vel ne, quã decurrit ætatem, nõ decurrerit, id nulla vi vel poteſtate perficiatur. Quis enim quod factum, maxime ſucceſsiua elapſu actione, id reddat infectum? Verũ vt, quidefecta iam & decrepita curuatur ætate, vires reſumat & habitum nitoremque iuuenilem, mutentur cani in colorem meliorẽ, frigus in teporem, torpor in

agili-

agilitatem, cæteraque corpus recipiat, quæ senium abstulerat ; deque mala (quod ait quidam) merces fiat bona; non equidem audeo definire V. Dæmon posit, si Deus permittat ? Non mihi planè de nihilo videtur, quod poetæ memorant,& de ariete in agnũ, de Bacchi nutricibus reiuuenescentibus scripsit Aeschylus,de Iasone à Medæâ recocto,scribunt Pherecydes, Simonides, & Lycophron, deque ipso Iasonis patre Æsone Græcus auctor Redituum, & Latinus transformationum poëta Naso. In quibus tamen illa narratio perspicuè falsa, & naturæ repugnans;omni educto per vulnus sanguine, & nouo suffecto id contigisse. Sic enim sequatur prius mortuum, & postea suscitatum viuentis corpus: quod soli Omnipotentiæ Dei reseruatum. Cætera fortasis contingere potuerunt,quæ cecinit,*b* potato succo salutari.

b Ouid. 7. Metam.

.... Barba comæque
Canitie posita nigrum rapuere colorem,
Pulsa fugit macies abeunt pallorque situsque,
Adiectoque cauæ supplentur corpore rugæ,
Membraque luxuriant. Aeson miratur, & olim
Ante quaterdenos hanc se remisciscitur annos.

Fatentur omnes, neque id sine perfidia negari potest, iuuentam aquilæ renouari. testatur Hymnographus diuinus: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* renouari fatentur omnes, licet quo id modo contingat, nostris & Hebræis non conueniat. *d* Eodem pertinet illud Isaiæ: *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut aquilæ.* Præstat idem vilibus & abiectis natura serpentibus (quod omnes fatentur) vt cum tenui illa sua leberide senectutem exuant, & induant iuuentutem: cur homini omnem huius beneficij spem Hebe nouerca præsciderit? scilicet, ablumpta vis omnis per asini baiuli imprudentiam;qui pharmacum adeo salutare, à Ioue missum hominibus, serpenti permisit ebibendum. *f* Cur naturalia quędam remedia nequeant inueniri tantæ efficaciæ? multa sanè latent nondum inuenta,quam hominibus ignota, tam dæmonibus cognita: Humidum radicale restaurari,natiua illa nimia senectutis ariditas temperari, corrupto succus melior suffici,cæteraque deperdita, & ad hanc commutationem requisita,suppleri ad tempus,naturæ legi nihil repugnat.Sed nec impossibile,capillorum colorem mutari; cùm & coruos candidos visos multi tradiderint. *g* Denique metamorphosim, quam nunc defendimus,confirmant nõ pauci locupletes testes. Duo legas exempla apud Torquemadam, *h* Anno 1531. Tarenti fuisse centenarium senem capularem,qui pilis,cute, vnguibus & situ atque squallore ætatis decidentibus,& in melioris ætatis omnia mutatis,de sene iuuenis prodierit, & quinquaginta post annis supervixerit. In Castella quoque Rioiâ alteri cuidam viro similem obtigisse sortem, idque vulgi fama notissimum fuisse, & ab Ammira Castellæ sedulò exploratum. Monuedrum regni Valentini oppidũ est (olim Saguntus) hîc se viuo scribit Valescus Tarẽtasius, *i* fuisse monialium Abbatissam ; cui iam silicernio, subito menstruis fluoribus renouatis, dentes renati,comæ denigratæ, rugæ & sulci cutis adæquati, mammæ pendulæ atque pannosæ ad instar virgunculæ so-

f lege Pierium l. 14. Hierogly

g Herodo. l. 4. & Heraclides in Politijs *h* Dialo. 1. Hortifloridi.

i l. 6. Philonij c. 12.

c Psal. 102 v. 5. *d* D. Aug ib. & R. Sahadiæ ibid. *e* c. 40. vc vlt.

culæ sororiarunt: sic denique se vultu, facie, totoque corporis habitu iuuenculam exhibuisse, vt rei nouitate percussa, præ verecundia, secunctorum oculis subtrahere niteretur. Quid multa? Lusitanicæ historicæ recentiores scriptores, fidei probatissimæ, *k* commemorant longa narratione & certa cuidam Indo Nobili, annorum quibus vixit trecentorum & quadraginta spacio, iuuentæ florem ter exaruisse, & ter refloruisse. Nec desunt, qui in eodem orbe nouo quandam insulam repertam testentur: *l* Bonicam nomine; in qua fons scaturiat, cuius aqua, vino preciosior, pota senium cum iuuenta commutet: quamuis de simili in Lucaya fonte narrationem ortam ex regionis situ salubriore non immeritò cõijciat Petr. Chieza *p. 2. hist. Peru. c. 41* verum siue in Bonica, siue in Lucaya, siue vtrobique talis fons manat, facile video, quam hæc nonnullis incredibilia videantur: sed illi cogitent: huiusmodi narrationibus, à quibus rectæ Philosophiæ ratio non abhorreat, quia ipse nihil tale videris, fidem detrahere; singularis esse proteruiæ & impudentię qui verò quid, vbique gestum fuerit, vel non fuerit, id de sua duntaxat opinione aut assensione decernunt, insaniæ assidere.

k Ferdin. Castannedali l. 8. Pet. Maffeius hist. Indicæ li. 1.

l post Carlanum, Langius epist. medic. 79.

Instet quis ex aduerso, certam humanæ vitę periodum à Deo præfixam: hanc naturaliter non posse prorogari vltra annum saltem CXX. vt probatur Dei verbis: *m Eruntque dies hominum centum viginti annorum.* Ideoque Mosen dixisse, *a centum viginti annorum sum hodie: non possum vltra ingredi & egredi.* Confirmari id ratione numerica, quia numerum hunc conficiunt tres quadragenarij, hoc est, quaternarius denariorum triplicatus, & sic totum cum toto coalescens omnem

m Genes. 6. vers. 3.
a Deut. 31 vers. 2.

A absumit perfectionem, ternarium nempe, quaterdenarium & denarium. Hoc argumentum facile diluitur, quia à Deo præstituta non omnibus hominibus vna eademque, sed sua cuique peculiaris vitæ periodus: & his quidem spacium vitæ ipsa hac Metamorphosi sic extensum; hanc non posse naturaliter prorogari, nisi Deo permittente. Si permittat, posse vltra annos etiam centum viginti; quos constat multos superasse. Verba autem illa Dei, non de omnis æui hominibus prolata fuere, sed tantum de tunc superstitibus, quibus hic terminus pœnitentiæ ante diluuium futurum datus. *b* Nec Moses illic asserit vltra se viuere non posse; sed tantum, adeò magnæ multitudinis gubernationi senio fieri imparem sese, ac minùs idoneum. Argumentum illud ex numeris desumptum, mirè placuit Fran. Valesio, *c* adeò vt fusissimè illud prosequendum sibi existimarit: reuera tamen friuolum est, ac nullius momenti. Nihil enim ex numeris in humanum complexionem potest influere; nec vita nostra à numeris; sed à causis naturalibus primis secundisque dependet.

B

C

b Sic. Orkelus Hieron. & Chrys. in d. v. 3. & D. Aug. l. 15. de ciu. Dei c. 24. quorum sentent. verior, quam Philonis, Iosephi & sequaciũ.
c de sacra Philosophia c. 7.

D Fortius vrget aliud argumentum huiusmodi. Vita humana humido naturali conseruatur, istud semper annis vitæ consumitur, ipsa etiam atteritur alimenti nutritione, quia agendo repatitur: nec alimenti nutritio tantùm potest reparare, quantum senio deperit, ex peritorum sententia medicorum. *d* Necesse igitur sit, mox à statu ætatis humidum illud, quod totum cõsumi incipit, refici, & primogeniam indiuidui temperaturum, illa quæ veterascebat abolita, restaurari. Quod lubenter illis concedimus. Sed inquiunt, id nec arte nec natura perfici posse,

E

d vide Fr. Valesium d. loco.

medici

medici sentiunt: *e quibus Respondeo*, licet medicis ratio humidum radicale restaurandi hactenus fortè manserit ignota: non inde sequi, illâ dæmoni quoque ignotam esse aut impossibilem; quod si illam nouit; cur nequeat, Deo permittente, in praxim deducere, & hac vti scientia? Vrgebis fortè, posset igitur hominem perpetuò in vita tueri, & sic quasi immortalem reddere, quod iactabat ventosus ille Ægyptius, contra quem Galenus scripsit: Verum occurro; consequentiamque istam pernego; potest vitam in multos annos extendere: potest ergo in æternum extendere. Quamuis enim longæuus homo, mortalis manet, vt futurus erat etiam ante peccatum: sed quemadmodum tùc sola Dei voluntate (iuxta quorundam sententiam) mortem effugisset; ita etiam in argumenti casu, si Deus dæmoni permitteret semper humidum radicale restaurare, homo iste tunc non moreretur, quia tunc eum Deus necessitate moriendi per talem dispensationem eximeret. Deinde si peculiarem dispensationem hanc tollas, dico; quia hoc Deus non videtur permissurus vnquam; tandem post aliquot centenarios annorum, naturalis vis ita in homine deperiret & fatisceret vt nulla remedia naturalia, quibus dæmon vteretur, ad restaurationem tandè prorsus collabescentis corporeæ molis, & naturæ quasi prostratæ, sint suffectura. Sed hoc nonnisi post diuturnum valde tempus contigeret; ideo nihil pugnant ista cum ijs, quæ dixi de prolonganda, non de æternanda vita. Vt autem videatis huius consequentiæ vitium, cogitate arborem illam vitæ, siue vt Hebræi vocant *lignum vitarum*, *f* quod vitam in flore iuuentutis produceret esu suo in tempus multarum nunc vitarũ longissimarum, ad aliquot etiam annorum millia, hanc illi vim fuisse naturalem, meritò dixerunt grauissimi scriptores, *g* quia illam post hominis peccatum retinuit, vt patet ex Genes. 3. v. 22. vbi Deus paradisum munit, ne Adam eum iterum ingrediatur, & de ligno vitæ sumens, viueret in æternum. Attamen ijdem Doctores docuerunt, non propterea hanc arborem potuisse hominem semper à morte præseruare.

Hæc dicta duntaxat, vt ostendatur vitium illius consecutionis potest vitam prorogare ad tempus longum, ergo posset in æternum. Nam qui lignum vitæ concedunt vitam identidem prolongare potuisse non tamen concedunt idcircò potuisse eam æternare. Nec quisquam eis hoc nomine litem mouit. Cæterum quæ vis fructus illius fuerit, & an illud *in æternum* Genes. 3. v. 22. sit accipiendum vere de perpetua vita, an de longissima ætate; viri huius ætatis valde docti dissentiunt; sequor eos; qui de æterna vita, mortem prorsus excludente, acceperunt. *lege Pererium lib. 3. in Gen. quæst. 3. Bellarminum Cardinalem tom. 3. controuers. 1. libro 1. capit. 19.*

QVÆSTIO XXIV.

Quid magia, vel dæmon, possit circa animam corpori iunctam, idq; informantem?

QVM Animæ potestates tres sint; iam diximus quid possit circa vegetatiuam, & etiam circa sensitiuam, quoad sensus exteriores; nimirum. Primo, posse visum, auditum & reliquos sensus decipere, vt exemplis infinitis comprobatum ab alijs. *h* Secũdò, inter-

f Genes. 2 v. 9.

g Strabus & Hugo Victor in Genes. & Diu. Th. 1. p. q. 97. a. v. Scotus in 2. d 19. q. 1. Duran. ib a. 1. Caiet. ad d. a. vlt & Perer. in Gen. l. 3. q. 4.

h Guil. Paris. p. vlt. de vniu. c. 22. Angelez in 2. dist. 8. q. 3 dub. 4.

no sensu dæmon vtitur vt instrumento, quo aliquid attentat, vel molitur in potentias animæ. Nam potest quadruplicem sensus interni functionem decipere turbata phantasia. Communis enim sententia Theologorum est; non posse ab angelis nouæ speciei impressione imaginationem seu phantasiam immutari ; & ideo illos non posse efficere, vt quià natiuitate nunquam vidit, rectè de rerum coloribus imaginetur : *i* sed bene posse Angelos corpus aliquod phantasticum formare & illud oculis obijcere, & sic speciem ingerere, vel ex speciebus rerum, quas homo vere aliquando vidit, ijs per imaginationem commissis & confusis, species rerum effingere, quas homo nunquam vidit; verbi gratia chymeræ, vt conflatæ ex capra, leone & dracone, vel montis argentei, ex monte & argento: vel etiam concitatis in corpore motionibus atque affectionibus, vnde phantasiæ contingat voluere læta vel tristia, quæ nec vidit, nec vnquam fuere: vel, sicut in amentibus & phreneticis est cernere, ex humorum perturbatione varias eorum phantasiæ species obuersari ; sic potest dæmon eorundem humorum inæquali commixtione & agitatione, assumendo & adducendo vapores instituto suo accommodatos, efficere, vt quales ipse vult imaginationes homo retractet, eaque se videre & audire iudicet, quæ reuera nec oculis nec auribus vnquam hausit. hinc manant tot falsæ apparitiones, reuelationes, & exstases, vt Docuere D. Augustin. *lib. de cura pro mort. cap.* 12. Victoria *relect. de Magia num.* 35. *vers. ad secundum respondetur*, & Ioseph. Anglez. *dist. q.*3. *dub.*5. P. Molina. *ad d. D. Thom. art.*3. Solent huiusmodi vires herbis inesse (si vera botanographi) Matthiolus enim *in d. nuncupatoria* sic scribit; *Achemenidon plantam colore electri, siue folio, nasci in Tardictylis Indiæ memint Democritus, cuius radice in pastillos digesta, indeque ex vino pota, noxij per cruciatus nocte confiteantur omnia, per varias numinum imaginationes. Adamantida Armeniæ Cappadociæ alumnam; qua leonibus admota, resupinari illos ilicò laxo hiatu: nominis causam habere aiunt, quod adamantis modo conteri nequeat. Ophiusam in Elephantina Aethiopiæ etiam nasci tradunt, liuidam & horribili aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obseruari, ita vt mortem sibi eo metu consciscant, qui biberint: ob idque cogi sacrilegos eam bibere: aduersari tamen ei palmeum vinum. Potamantim ad Indum fluuium inueniri narrant, qua pota lymphari homines obseruantibus miraculu: Manicum Solanum* (vt Dioscorides est auctor) *varias facere species, imagineque non iniucundas obseruari, si eius radicis drachma ex vino bibatur. Theangelida in Libano Syriæ nasci, qua deuorata futura præsagiant homines. In Bactris, & circa Borysthenem planta prouenit, Gelotophyllis dicta; quæ si cum vino & myrrha bibatur, varias dicunt obseruari species, ridendique finem non fieri, nisi potis ex palmeo vino pineis nucleis, pipere & melle additis. Oenotheta*) *Crateuas auctor est*) *omnium animalium feritates domat, collo adalligata, vel iugo suspensa. Parthos ab Antonio fugatos scribit Appianus Alexandrinus, cùm fame premerentur in quandam herbam incidisse, quam qui comederent, nihil aliarum rerum reminiscerentur, aut intelligerent, nisi quod lapides continuò effoderent; quasi quidpiam magni operis facturi, & sic debacchabilem demum eucmentes, interirent.*] quæ palam est, phantasia læsa contigisse.

Remig. li. 3. dæmono. at. c. 11

D. Thó. 1. p. q. 111. ar. 3.

Tertiò

Tertio potest diabolus,& facit quotidie, spiritus & humores organorum commouere,& sensus interni, & concupiscibilis atque irascibilis facultatis organa turbare, motis simul corporeis membris:ita vt hinc oriantur variorum vitiorum cogitationes, quod non facit quidem immittendo imaginationi speciem nouam, nec etiam vna cum sensu efficiendo ipsam cogitationem, sed tantummodo (vt dixi) facit ipsam potentiam concurrere cum specie obiecti, & sic suggerit simulacra, quibus voluptatum memoria suscitetur, membra quoque generationis & semina irritando prouocat, vt docet Magus ille Marcus apud Psellum *a*.

a li. de dæmonib.

Cumque sensitiuus hic appetitus libertate careat, & coactione quadam in obiectum suum compellatur: potest veterator eum necessario in malum aliquem actum impellere, adeò vt nequeat appetitus sensitiuus illud obiectum non appetere. Verum motus huiusmodi peccati omnis est expers:& , quando voluntas fortiter renititur,maioris meriti & mercedis occasio, nobis gignitur .Quod diligenter notandum ne quem fallant Godelmannus. Dannæus & alij hæretici, hos motus concupiscentiæ, peccato ascribentes, & proinde, quod absurdissimum, hominem nolentem ac renitentem peccato inuoluentes. sed hi sunt fructus errorum de libero arbitrio negato, & natura Origenarij peccati male intellecta.

b Godel. l. 3. de lā. c. vlt. n. 35 Danæus l. 2. Æthicę Christ. c. 7. Luther. Caluin. Musculus. Selnecce. in Gen. 4.

Quarto potest dæmon memoriam iuuare, eius organum adaptando vt facilius recipiat, & firmius species retineat,vel motu locali noxia repellendo,vel iuuantia applicando. Eandem potest mons contrarijs plurimum debilitare, & to lere, vt fecit Theodas in vita Barlaam & Iosaphat apud Damascen. talem puto fuisse memoriam Athalidæ apud Laërtium, *libro octauo in vita Pythagor.* talem Apollonij Tyanæi,quam laudat Suidas: talem obliuionem illius clerici Germani apud Fulgosum *libro primo. Exempl. capite sexto.*

Alia longe obliuio Simonis Thuruaij Angli, quæ ex ista Dei punitione profluxit. Hic cum esset Dialecticus acutissimus, & artium liberalium Parisijs professor magni nominis,plenior scientia quæ inflat, quam caritate quæ ædificat: temere in scholis & palam non veritus est iactitare,se scire totam Christi legem, ac improbando eam posse annihilare: sed ita subita obliuione percussus fuit, vt primarum litterarum oblitus, nec Dominicam orationem pronunciare, nec alphabetum legere sciret. Nicolaus Dunelmens. dum adhuc adolescens esset,vidit eum litteras à filio proprio doceri: *qui mihi profecto* (ait *Matth. Paris. lib. 7. Hist. Ang.*) *hæc scribenti olim narrauit.* contigere hæc circa annum 1201. Tritthemius male vocat Simonem de Tornaco. fuit enim Anglus Cornub. cuius etiam mentio apud Polydorum *lib. 15. Angel. Hist.* Sic obliuione forte Deus immisione quadam per Angelum malum induxit:memoriam quoque (vt dixi) iuuare posset Panurgus, remedijs naturalibus,vt medicus: suggerendo, vi choragus, artificio & præceptis,vt ætate nostra, qui citra superstitionem, memoriæ quandam artem professi, exstant multorum libelli,in his obscurus indoctis, sed non sine sale & acumine, *Thamus* Alexandri Dicloni Arelij, quem non eodem genio defendit contra morsus Cantabrigienses Heius Scepsius, in lucem edidere Lugdunobatani.

Quinto potest intellectum subtiliorem & meliorem, quoad functiones ingenij & iudicij reddere, per commodiores organi dispositiones, humoribus videlicet densioribus motu locali dispulsis, vel agentium naturalium adhibitis medicamentis, vel spiritus sensitiuis expurgatis, & ad organa dictorum modorum altero attractis, aut sanguinis defecatione ijsdem spiritibus multiplicatis. Quo enim plures, meliores, purgatioresque sunt spiritus, & quo meliora ac expeditiora impedimentis sunt interni sensus organa: hoc intellectio expeditior atque felicior nascatur necesse est. Sed Angelorum bonorum hæc quasi propria sunt munia: mali isti dæmones potius humorum densitate, spirituumque paucitate, imbecillitate atque impuritate tenebras mentibus amant humanis offundere. Suis etiam tribuunt mala pharmaca, quibus à recta mente homines deijciant, vt per se non raro præstant in ijs quos obsedêre *c*. Seducunt etiam praui is suggestionibus, suadendo varia perperam: modo illicitum esse, quod reuera licet: modo graue peccatum esse, quod dumtaxat veniale est, vt sic scrupulis torqueant: modo inculcant iusta esse, quæ contra fas & iura sunt: vel contemnenda dicunt & leuia, quæ lethalia & vehementins formidanda, vt sic conscientias reddant laxas atque licentiosas.

Petes forte, an ergo queat dæmon artes atque scientias aliquas docere? nihil dubitandum posse, si velit & sinatur à Deo: per locutionem nempe & manifestationem sui conceptus, non tantum, si in forma visibili appareat & homini loquatur, quod non negat Diuus Thomas *d*: sed etiam interna locutione & suggestione intellectu illustrato. non enim video, cur hæc illuminatio, quæ in malum finem tendit dæmoni sit adimenda: cum hæc cognitio non referatur in Deum nec cum vlla mentis vera fiat purgatione. quare vtrum dicenda sit illuminatio, an illusio, an quo alio indigetanda nomine, vt, verbi gratia, nuda veritatis manifestatio: sane quæstio de nomine futura est.

In vita Sancti Nortberti idiotam quendam, sacræ scripturæ subito peritissimum reddidit. *capite vigesimo septimo. Surius. 6. iun.* Hodie scimus multos anabaptistas sumptione potus vel cibi scripturæ magnam partem, eam nempe quam recipiunt, & erroribus suis firmandis putant oportunam, edisscere. quis docet nisi Diabolus? scriptum etiam reliquit Ioann. Miderius *a*, idem de initiatione Lamiarum: apud quem hæc vnius exstat confessio: *Infantibus nondum baptizatis insidiamur, vel etiam baptizatis, præsertim si signo crucis non muniuntur, & orationibus: hos in cunabulis, vel ad latera iacentes parentum, ceremonijs nostris occidimus: quos, postquam putantur oppressi esse, vel aliunde mortui: de tumulis clam furtu recipimus, in caldari decoquimus, quousque euulsis ossibus tota fere caro efficiatur sorbilis & potabilis. De solidiore huius materia vnguentum facimus nostris voluntatibus, & artibus, ac transmutationibus accommodatum: de liquidiori vero humore flasca aut vtres replemus, de quo is qui potatus fuerit, additis paucis ceremonijs: statim conscius efficitur, & magister nostræ secte.*]

Hæc confessio, mulieris: subiungitur alia, viri huic conformis, & addens sceleste initiationis & promotionis ad Tartareum magisterium alia ritualia: *Ordo*, inquit, *talis est quo*

etiam

a fornicarij lib. 5.

c Marci. 5. Matth. 8.

d 2. 2. q. 36 art. 1.

etiam seductus sum. Oportet primo eum Dominica die antequam aquæ benedictæ consecratur, Ecclesiam introire, mox futurum discipulum cum magistris: & ibidem abnegare coram eis Christum, eius fidem, baptisma & vniuersalem Ecclesiam. Deinde Homagium præstare Magisterulo, id est, paruo magistro (ita enim Dæmonem, & non aliter vocant) postremo de vtre bibit supradicto: quo facto statim se in interioribus sentit imaginem nostræ artis concipere, & retinere, ac principales ritus huius sectæ. In hunc modum seductus sum, & vxor mea, &c.]

In his verbis vides doctrinam illam potu præberi: sed fallebatur homo idiota, dum putabat nouam imaginem efformari immediate in mente, qua generatim omnia illi exhiberentur ad artem illa pertinentia: Neque enim id dæmoni possibile, neque talis cognitionis, intellectus magi capax erat. Sed interna quadam suggestione velocissima hæc suggerebantur, cuius velocitatem cum non perciperet magus, putabat simul se & in instanti didicisse, quæ successiue & in tempore breuissimo acceperat. Sic etiam potest in aëre velocissime formatis simulacris, ea phantasiæ nostræ ita spectanda proponere: vt quasi in speculo mens nostra vno intuitu cuncta conspicere, sicque illustrari sibi homo intrinsecus videatur. hoc nimirum stratagemate antiquus serpens, primum Ordinis nostri parentem, Ignatium conatus fuit fallere, sed frustra. adscribam rem totam verbis Ribadeneiræ *b perturbabat tamen visionum, quas inter studia percipiebat.* (de studijs Grammaticalibus loquitur) *tum magnitudo, tum crebritas. nam cum nominum & verborum memoriæ mandari inflexiones vellet, tanta intelligentiarum diuinarum copia in eius animum influebat, vt noui ediscere nihil posset: & si quid esset antea memoriæ traditum, id totum facile effligeret: neque omni studio animique contentione poterat, aut arcere appropinquantes, aut ingressas huiusmodi cogitationes abigere: cuius rei nouitate perculsus, quid hoc est, inquit, rei? cum oramus, cum confitemur & supersubstantialem panem accipimus, cum vigilamus, cum nos verberibus cædimus, cum spiritalia omnia ac diuina munera obimus, neque tam frequentes, neque tam magnæ, tam neque vehementes se nobis illustrationes offerunt: cum puerilia agimus, & de Deo, propter Deum, non cogitamus: cum speciosæ nostræ menti imagines, & cælestes illustrationes occurrunt? agnosco, agnosco importunissimi hostis callidit atem, agnosco veteratoris dolos & astutiam, &c.*]

Nactus iste animum Ignatij ad cœlestium rerum sensa concipienda lõgo iam vsu promptum, & agilem, & præsagiens, si Ignatij doctrina ad pietatẽ accederet maius sibi malum imminere, conatus fuit, hac melioris doctrinæ ostentatione, tum illi laborem litteralium rudimentorum irritum facere, *eo maxime tempore* (vt ait Maffeius *c*) *crebra intelligentiæ lumina eidem offerens, & recondita patefaciens, scripturæ sacræ mysteria.*] Si hæc potuit, in rebus sanctissimis, & homine fide ac caritate in Deum illustri, quanto facilius infidelium animus rerum profanarum falsarumque scientiam suggessisse credendus? Crysanthius Sardianus, Pontifex & magus, tempore Iuliani Apostatæ, filium habuit, qui cum nec versificatoriam artem, nec Grammaticæ partem aliam calleret, solo aspectu Solis, contra Christianos oracula fundebat. *d* ab eodem afflati Numine

b l. 1. c. 14.

c l. 1. c. 16.

d Eunapi. in Chrysan.

Sumano, varij Paſtores ouium ſubito poëtæ exſtitere, vt Euages *e*, Thynicus *f*, & alij: Amphiaraus quoque ſic vates factus *g*, & anus Pindari hymnum edocta *h*, & Soſipatra, quæcumque alibi ea abſente geſta, poetarum, philoſophorum & oratorum ſcripta omnia à dæmonibus incubis edocta illi in ſpecie ſenum pellitorum cohabitantium *i*.

Sic diuinitatis ſimiolus conatur θεοδίδακτος & ipſe facere. Sed hæc quam ipſe infundit ſcientia vt plurimum dignoſcitur, quia non eſt permanens nec ea cum lubet homo vt lubet vtitur, ſed tantum per modum afflati vel exſtatij certis locis, temporibus aut cauſis. Contra quam Deus infundit ſemper & vbique prompta eſt vt patet de Salomone 3. Reg. de Apoſtolis, in Actis: de Beſelcele Exod. 35. de illo apud D. Hieronym. epiſt. 4. ad Dom. & libro ſecundo. de Abbate Ioachim, qui ex ianitore, illiterato & idiota vino quodam ab Angelo allato & hauſto, ſubito non prophetatantum, ſed & ſubtilis diſputator, & Theologus eruditus ſtatim emerſit, vt narrat Laonicus Calchondilas libro ſexto. de rebus Iurcicis. Diſtinguendi vero à θεοδιδάκτοις ſunt αὐτοδιδακτοὶ, qui non infuſione, ſed labore ſuo eruditionem comparant, vt Dialectica. D. Auguſtinus, lib. 4. confeſſ. & Theologiæ 5. Athanaſius, teſte Nicephoro libr. Hiſtor. capitulo 44.

Sed doctrinæ à Diabolo acceptæ ſuperiora illa ſunt exempla.

Hoc ann. 1600. menſe Martio. Toleti lata per fidei Inquiſitores ſententia, cuiuſdam Roman Ramirez oſſa cum ſtatua combuſta fuere, qui in reatu & carcere obierat: huic inter cetera imputabantur accepta à dæmone medicinæ peritia. Quoniam vero multa in hoc facinoroſo magica concurrere, ideo fiſcalis accuſationem fidebona ex Hiſpanico ſermone in Latinum transferre non grauabor. Poſtquam ergo narraſſet eum iam ſemel accuſatum, abiuraſſe errorem Machometanum, addit relapſum (vt ſex illa conſueuit) & redijſſe ad vomitum: ſeruaſſe ritus & ceremonias Machometi, multis annis ieiunaſſe magnum ieiunium quod vocant *del Ramada*, præmiſsis *guadoc & zala*, lauando totum corpus, induendo induſium mundum, recitando *azoras* (hoc eſt preces) eius ſectæ, verſa facie ad *alquibla* (hoc eſt ſolem orientem) eleuando & demittendo caput, & ſe ad terram vſque inclinando, & extendendo ſupinas in cælum palmas cum diceret *Alaqueuir* (h. Deus eſt magnus) & ſurgentem ante diem ad celebrandum ieiunium *Zachor*, eo abſoluto ſeruaſſe & celebraſſe ſolenniter Paſcha ipſius *Romada* per tres dies: abſtinendo omni labore & opere ſeruili, præſertim primo die, induendo induſium mundum, faciendo dictum *guadoc & zala* cum alijs multis ritibus & cæremonijs Machometiſmi. Et quod addens delictum delicto, & culpam culpæ, ad opus & finem malum, à multis iam annis pactum & fœdus iniuiſſet cum dæmone expreſſum, eo adorato, & facto homagio, & anima illi dicata, ea lege vt dæmon ei adeſſet fauore, ope, conſilio, quotieſcunque aliqua in re indigeret, & peteret: & ideo petijſſe, & à dæmone obtinuiſſe notitiam peritiamque ſanandi multas ſecretas & occultas ægritudines herbis, ſuffumigationibus & incantamentis ſuperſtitioſis, quibus de facto non paucos ſanitati reſtituiſſet. Item perſuaſiſſe ſe multæ

e Suida teſte. *f* teſte Socrate apud Platonem. *g* Pauſan. in Corinthia. *h* idem. in Bæot. *i* Eunapius in Ædeſio.

lectionis esse,& in sacris ac profanis historijs apprimè versatum : & valere plurimum memoriâ, cùm sit imperitus planè legendi ac scribendi. Quare solitum lucri gratia & ex professo alijs de memoriâ præfatas historias ad verbum perinde recitare, ac si librum coram se explicatum legisset, facientem hæc ope dæmonis; & sic non paruam vim pecuniæ ab auditoribus receptam coaceruasse. Cumque quidam eum interrogasset, qua ratione tam fidam, memoriam adeptus esset; respondisse, quendam sibi magna necessitate coniunctum, peritissimum naturæ herbarum, qui habebat familiarem dæmonem, potum nescio quem dedisse: quin etiam hunc eundem cum semel vellet Cæsar augustum, quindecim inde leucis distantem, proficisci, facta cõiuratione, quàm dicunt: *de bon y varon*, subito comparuisse equum, quem ambo conscendentes; minimo spacio temporis, ad vrbis portas peruenere, & ibi equo; sed prius frenum ademisse: derelicto, curasse negotia, quorum causa cò profecti erant, & reuersos ad portam equo frenum iterum iniecisse, & momento fere domum relatos. Item, cùm quædam mulier se ad lectum conferens (in oppido Deza id accidit) irata fortè, dæmoni commendasset, & à nescio quo ablata subito non comparuisset, maritus Ramirem accesit opem postulans, hic respondit, animũ ne desponderet, se illi vxorem eius restituturum, Dedit simul epistolam, & iussit vt certum ad locum inter vineta se conferret, & ibi facto circulo. in medio circuli consisteret. at quando audiret turbam hominum pertranseuntem, etsi nullum videret, interrogaret, vbi rex foret? si responderetur illac transire, tum epistolam ante se in

A

B

C

D

E

solum abijceret. fecit ille, quæ iussus, & vxorem recepit, non videns, quis aut quomodo reddidisset. Item solitum addebat fisci procurator edicere multa valde arcana, & quæ contigerant in locis remotissimis, quæ quo tempore indicabat, non poterant ei, nisi vi pacti dæmonici innotuisse. Semel (ait) cùm domo abiret, dixit venturum peregrinum quendam; qui eum quæreret, & peteret, accederet liberaturus filiam eius ab obsidente dæmone. quare vt se statim vocarent. abijt, venit alter, vocatur Ramirez : & sic se gerit in sanando morbo, vt clarissimè appareat, ipsiusmet maleficio dæmonem in ægram antè immissum fuisse. Primò enim nuptiarum die misellam fluxus sanguinis cum animę deliquio, & cordis oppressione inuaserat. moxque lipopsychia frequenti durante, cœperat odisse parentes, & maritũ, & hunc nec videre, nec cum ipso dormire sustinebat. Aduertere obsessam esse, vocatur sacerdos, diebus octodecim exorcismis & consuetis Catholicæ Ecclesiæ remedijs nititur malum hospitem abigere, tandem vnus dæmon profatur, centum & vnum illi muliebri corpori dæmones immissos, tum tamen ceteris absentibus se solum adesse, cum itaque Sacerdos solitos Manualis Ecclesiastici exorcismos ingeminaret, eumque adigeret dicere, quo cæteri abiuissent, respondit profectos ad oppidum Deza, prædictum Roman Ramirez conuenturos, & quæsituros ab eo, quid fieri à se vellet: nec abituros, donec ipse recedendi licentiam concederet. Tum etiam crudeliùs misellam afflictam fuisse adeò, vt toto die in deliquio permanserit. Cumque Sacerdos iuberet: vt fœminã vexare desineret: & eam cum marito, vt vxorem

decet, sineret, degere, eique redderet locale precioſum, quod eripuerat, reſpondit, ſe adigi à Romano, & habere ſe iocale, ſed reddere non poſſe. Poſtea cum parentes aduocaſſent Roman Ramirezium curandæ filiæ gratia moti dictis dæmonis: confeſtim vt domum ille ingreſſus, cæpit mulier mira dicere & agere, clamabat ſcire ſe illum aduenisse, & cauſam aduentus non neſcire: eo accidente: vt vidit, iterum deliquio concidit, & ore contorto triduum permanſit ſine cibo & potu, non valens quicquam ſubſtantiæ vllius traijcere. Magus itaque eam imbuit forti ſuffumigatione ſolearum, olei iuniperini, & aliarum rerum, & reuocat à lipopſychia, & alloquens obſeſſorem, dicebat, ſinas illam, ſinas illam, diſcedes. fuge, niſi velis me ſuffumigationem iterare. Sed nolente dæmone reſpondere iuſsit, omnes exire thalamum, & putans ſe à nemine exaudiri, quærebatur & expoſtulabat cum dæmone dicens: cur mihi non reſpondes? humilior certè fuit paredrus mei aui. quid commerui, vt mihi loqui dedigneris? an non ſufficit, quod me totum tibi à tam longo tempore deuouerim? fac ergo, ſopora hanc mulierem: ne quid verborum noſtrorum exaudiat.

Interea dæmon alius aduenit, cui reus, Bene veneris, quid illic rerum egiſti? qui valent vxor, & liberi? Filius (inquit) tuus malè habuit, ſed iam extra periculum eſt: vxor peius habuit iam conualuit: ne potulus adhuc æger eſt, & periculum, ne moriatur. Tum infert Ramirez, cum ſciant quod fidelem & diuturnam eis ſeruiuerit ſeruitutem, & quàtum eis obſtrictus eſſet: nec ignorent, ſe vrgeri debito ducentorum regalium, pro ſolutione locati à ſe horti: æquum eſſe, vt viciſsim ſibi gratificentur, & ex obſeſſæ corpore recedant, ſaltem ſpacio quindecim dierum, & interea ſanam & incolumem relinquant; vt ſic copioſam ſolutionem mercedis recipiat, & in poſterum fama & exiſtimatio eius creſcat, quæ alioquin inſignem plagam ſit acceptura, niſi exeant. Poſſe poſtea iterum eam inuadere, & poſsidere arbitratu ſuo. Pollicitum deinde dæmonem id ſe facturum, eique pariturum. Cùm verò videret Ramirez hoc colloquium ſuum ab alijs exauditum, ſeque deprehenſum tanquam poteſtatem in dæmonem habens, ſtomachabundus ei interminatur ſe in compedes eum conjecturum & facturũ, vt ſui memor, nihil tale deinceps auderet. Expulſo dæmone, quia non ſatis largam mercedem operæ parentes fœminæ ſoluerãt, eis minatur fore, vt breui iterum ipſius ope indigeant: & maleficij ſortem ſtatim tranſtulit in maritum fœminæ liberatæ, iubetque dæmonibus, vt in eum tranſeant, eumque diu exent: fecêre, & diem integrum crudeliſsimè afflixerunt, iniectis mille imaginationum terriculamentis, & deſperationum tentamentis.

Quare vocatus iterum, cum ad eum acceſsiſſet; fortiter, inquit contubernalis cum dæmone colluctatus fuiſti: & adhibitis ſuffumigationibus dæmones eiecit: & ex oppido diſceſsit, male contentus exiguo ſtipendio. Poſt abitum deprehendere parentes filiam non modo non eſſe ſanatam; ſed peius in dies habere: ſcribunt ergo ad magum eundem, & ſimul eundem pecuniæ nõ parum mittunt, pollicentes maiorem ſummam, ſi fœminam perſanaret. Ille dedignatus venire, dat tabellario materiam alterius ſuffitũs, & ritũ, quo vti deberet deſcriptum addens cum domum rediſſet, inuenturũ illam meliuſ-

culè va-

culè valentem, & cum sociabus tripudiantem: & ita factum est. cumque vxor adhuc nollet cum marito dormire, suffumigauit eam, addens verba, quæ iussus erat, nempe; dæmones exite ab hac fœminâ, quia iubet Romam. alioqui ipsum vocabo, & veniet, & vos vi pellet: quia hoc mihi pollicitus fuit. Ad quam coniurationem mulier vehementi clamore edito sana facta libera mansit, & cum marito vixit, vt coniuges solent.] Hæc in actis illis iudiciarijs.

6. In voluntatem longè restrictior est magiæ dæmonisque potentia. Nequeunt voluntatem mouere aliter, quàm obiecto. tanquam odibili vel amabili, exterius proposito: vel excitatis imaginarijs visionibus, & cogitationibus: vel allecta & inclinata voluntate, per passiones in parte sensitiua inflammatas, quæ quo vehementiores sunt, eo quoque & acrius inclinant, quasi abripiunt aliquando: nunquam tamen vllam voluntati necessitatem imponunt. Exulare illi iubent arbitrij libertatem, qui peccandi necessitatem vel coactionem vllam admittunt: etiam in ijs, qui mortiferis culpis sunt irretiti. homines certe desijssent esse, si liberum arbitrium amisissent. sunt quidem hi Gratia gratum faciente destituti, attamen nec naturali libertate arbitrij, nec communi auxilio Dei sunt orbati. Vnde hæc ergo in peccatum necessitas? peccatum nisi libero consensu non committitur: liber vero consensus arbitrium liberum præsupponit. Vnde fit, vt (si Deus non prohibeant) possit diabolus, in actum aliquem, vel motionem impellere, quæ motio ex suo genere, si consensus adesset, peccatum foret: peccandi tamen necessitatem nunquam voluntati queat adferre, quia inuito consensum nequit extorquere. [a] Sed nec Deus sinit omnes in tentando vires dæmonem exserere: facitque vt tentator non tentet quantum posset, sed quantum humana fert imbecillitas: quam nunquam sufficienti sint auxilio destitutam: ne in grauissimis quidem peccatoribus, quibus illud cum iustis adhuc est commune, quod Apostolus ad magnum animæ solatium scripsit: [b] *non bonis tantum, sed toti Ecclesiæ Corinthiorum, in qua multi erant mali, multi etiam iusti: Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari vltra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione* (pro tentati cuiusque dispositione & capacitate) *prouentum, vt possitis sustinere.*] Quæ fidelitas, virium liberi arbitrij, & communis sufficientisque auxilij (de quo Theodoretus hæc verba accepit) diuini, conseruationem præsupponit & includit; cuius conseruationis promissæ fida exhibitione consequitur humana imbecillitas: vt, ex tentatione dæmonis, non solum bonæ voluntati & conatui fœlix exitus, & euasio contingat; sic ἀποστατικὴ ἐκβασις Augustin. & Hieron. explicant [c] sed etiam, vt periculum prætergressi: fortioresque in posterum ad tolerandum effecti; pro detrimento, quod timebatur, vt lucrum præterea ex tentatione reportemus, vt optimè Photius exposuit: & noster id optime vertit, quicquid Nouatores ganniant. nam βαίνειν vltra progredi est. vide quæ in hunc locum egregie ex varijs D. August. locis Beda disseruit.

Cum possint itaque peccatores, hoc adminiculo freti, singula peccata lethifera vitare: sanè, si succumbant huic tentationi, cui potuerunt non assentiri: voluntariè succumbent, non coacti vel adacti

[a] D. Th. 1. 2. q. 80. ar. 3. & confirmat eleganter Cyril. Cateches. 4.

[b] 1. Cor. 10. v. 13.

[c] Augu. in Psal. 61. & Hiero. in Ioan. idē Aug. in epist. 89.

necessitate, quæ hic nulla reperitur. Sed an saltem possit impedire diabolus ne sagæ pœniteant? ignoratio Theologiæ hac in quæstione Nicolaum Remigium *d* reddidit fluctuanti & ambigenti similem, dicendum, sicuti potuit in peccatum inducere, sic etiam posse obstinationem in peccato fouere. & nutrire per suggestiones, consilia malesuada, tentationesque alias: sed nunquam posse absolutè impedire, ne vel alij peccatores, quantumuis graues, vel ipsæ sagæ pœniteant, & pacto, quod cum illo inierunt, renuncient. poterunt itaque cum specialis illo auxilij fauore, quandocunque seriò volent, quantumuis retinente Diabolo pœnitere: sine speciali illo Dei auxilio, id non possent. alioquin potentior esset in retinendo Diabolus, quàm Deus in recuperando, quod sanè blasphemum est. Probat istam communem Catholicis Theologis sententiam Andr. Vega de *Iustificat. q.* 11.

d li. 3. dæmonolat. cap. 8.

Vt autem exemplo aliquo declaretur, quousque interdum soleat progredi, dæmonis conatus in voluntate non planè, sed plenè, non vere, sed apparenter subigenda, ad tentatorum consolationem. B. Angliæ de Fulgino verba repræsentabo; quibus illa quid experta fuerit, *vitæ eius c.* 19. sic exprimit: *Tormenta vero & animæ passiones, quas, sine comparatione acerbiores & plures esse dico, quàm corporis, patior quasi assiduè ab ipsis dæmonibus. Nec scio cliam assignare similitudinem, quam de homine suspenso in pergula, qui ligatis manibus post tergum, & velatis oculis suspensus cum fune remansisset in patibulo, & viueret, cui nullum auxilium, nullam remedium, vel fulcimentum superesset. Dico quod adhuc desperatius & crudeliùs à dæmonibus torqueor. Video enim quod dæmones ita animam meam suspendunt, quod sicut suspensus non habet aliquid sustentamenti: ita animæ nullum videtur remanere sustentamentum, & omnes virtutes omnes subuertuntur, sciente ac aspiciente anima mea. Et quando anima mea videt subuerti omnes virtutes, & discedere, & quod non potest sibi opponere: est tantus dolor animæ, quod vix aliquando possum plorare propter desperatum dolorem & iram, aliquando vero ploro irremediabiliter, aliquando etiam tanta ira venit in me, quod vix possum me tenere, quin me totam dilaniem: aliquando non possum me tenere, quin me horribiliter percutiam, & percutiendo me ipsam tumefeci aliquando caput meum, & alia membra. Et quando anima videt cadere & discedere omnes virtutes, fit planctus animæ, & vociferor ad Deum meum.*

Item aliud tormentum patior, quia omnia vitia in me reuixerunt. & aliquando reuiuiscunt: non quod in vita durabili rationem meam subijcientes, sed præbent mihi & adferunt magnam pœnalitatem. Et etiam vitia, quæ nunquam fuerunt in meo corpore, veniunt in me, & incendunt, & adferunt mihi magnam pœnalitatem: sed non habent vitam continuam: & quando remoriuntur, dant mihi magnam consolationem. Video enim quod dæmonibus tradita sum multis: qui reuiuiscere faciunt vitia quæ horreo, & quæ fuerunt mortua, & addunt illa, quæ nunquam fuerunt. Et ego recordans, quod Deus hic fuit afflictus & despectus, & pauper: vellem quando oportet, vt omnia mea mala duplicarentur. Et quandoque sum in tenebra horribilissima dæmonum, vbi videtur omnino deesse omnis spes boni, & est illa tenebra horribilis, & suscitantur vitia in corpore quæ cognosco

intus in anima esse mortua: sed extra animam suscitant ea dæmones, & etiam illa vitia quæ non fuerunt suscitantur. Et in corpore ad minimum patior in tribus locis. Nam in loco verecundiæ est tantus ignis, quod consueui apponere ignem materialem ad exstinguendum ignem concupiscentiæ, donec confessor meus mihi prohibuit. Cum sum in illa tenebra, credo quod citius eligerem assari, quam prædicta tunc pati: imo tunc clamo & aduoco mortem: vt per quemcunque modum mihi Deus concederet eam euenire, & tunc dico Deo: Domine si me debes mittere in infernum, cito facias, & ne differas: & ex quo me reliquisti, comple, & submerge me in profundum. Et tunc intelligo, quod est opus dæmonum, & quod non viuunt illa vitia in anima mea: quia anima nunquam consentit eis, sed corpus patitur violentiam & est tantus dolor & tædium: quod si duraret, corpus id pati non posset. Sed & anima videt, quod est ei ablata omnis potentia, quamuis non consentiat vitijs: non tamen habet potestatem a omnino resistendi vitijs: & videt quod est contra Deum, & sic cadit & torquetur in eis. Et est quoddam vitium permissum à Deo venire in me, quod nunquam fuit in me: & prædictum vitium manifeste cognosco quod permittitur à Deo venire in me, & prædictum vitium est tam magnum quod superat omnia alia vitia: & est quædam etiam virtus, quæ datur mihi manifeste à Deo contra prædictum vitium, qua virtuose à Deo liberor. Et si non haberem ego fidem de Deo certam, solum in isto, & non pro aliquo alio, remaneret mihi: & in isto remaneret mihi spes certa, & secura, de qua non possem dubitare. Et virtus præualet semper, & vitium deficit, & virtus tenet me, & non permittit me cadere in vitium. Et est virtus tantæ fortitudinis, quod non solum tenet in me, imo dat mihi tantam fortitudinem virtutis, quod vere in isto cognosco Deum, & illuminor: & confirmor in tantum, quod omnes homines mundi, nec omnia dæmonia inferni, nec aliqua aliares, posset me mouere b ad minimum peccatum: & cum ista virtute remanet mihi fides de Deo. Vitium autem est tam magnum, quod verecundor illud dicere: & quod quando prædicta virtus est mihi abscondita, & videtur mihi quod me dimiserit, non est res, quæ posset tenere, nec pro verecundia, nec pro pœna aliqua, quin statim ruerem in peccatum. Tunc tamen superuenit illa virtus, & virtuose me liberat: ita quod, nec ipsa possem peccare pro omnibus bonis, vel malis istius mundi. & istos labores sustinui per duas annos & plus]

Hactenus interpres parum Latinus D. Angelæ: in cuius verbis cernere est tres gradus huius grauissimæ & molestissimæ tentationis Diabolicæ, & simul diuinæ gratiæ non deserentis hominem efficaciam: voluntatem quoque nunquam à diabolo positiue cogi, quantumuis vis resistendi debilitetur, & videatur succumbere, non succumbit tamen: quia potest homo, cum Dei gratia non consentire. Denique cernis profectum quem cum tentatione Diuus Paulus pollicebatur, cuius verborum locus iste practicus quidam est commentarius.



d Sic scilicet vt et iam suggest one ipsam expellat. nam habet vt nō cōsētiat.

b Intellige durante & iuuante illam gratia.

QVÆSTIO XXV.

Quid Diabolus queat in anima à corpore separanda, ipsaq; separatione: vbi de exstasi, & mirandis circa cadauera.

EXstasim siue raptum potest Diabolus in homine efficere, ligando vel soluendo sensus exteriores idque modis duobus, prior est, quando illos tramites obstruit: quibus à cerebro spiritus sensitiui se ad exteriores sensus penetrãt, veluti contingit somniantibus: posterior, quando eosdem Spiritus sensitiuos ab exterioribus sensibus ad interni sensus organa attrahit, ibiq; retinet, ne ad externorum sensuum organa queant descendere. Ita enim contingit, vt in raptu ob nimiam internarum virium sensitiuarum applicationem, & spirituum sensilium ad interni sensus organa confluxum, adeo impediantur sensuum exteriorum munia, vt corpus viuum cadaueris mortui & immobilis speciem præ se ferat. Hæc raptus naturalis causa vera, diaboli vires non excedit, talesque sunt Sagarum & magorum exstases: quibus, cum vno in loco maneant soporati, varijs tamen in locis se fuisse: & varia peregisse, decepti sæpe arbitrantur. Tale est quod Olaus de Magis Lappijs narrat *c* hoc modo: *Si quis peregrinus cupiat de suorum conditione certi quid cognoscere, præstant, vt intra viginti quatuor horarum spacium resciscat, quid cum illis agatur, vel si trecentis milliaribus absint: hoc modo. Incantator postquam vsitatis ceremonijs Deos suos compellauit, subito collabitur & exanimatur, quasi exstincto illo reuera excedat à corpore anima. Neq; enim aut spiritus in eo reliquus esse, aut restare cum vita sensus aliquis, aut motus videtur: sed vt absint semper aliqui oportet, qui proiectum & exanime corpus custodiant: quod cum non fit, dæmones id abripiunt. Horis viginti quatuor elapsis, reuertente spiritu seuè profundo somno, cum gemitu expergiscitur exanime corpus, quasi reuocetur in vitam ex morte, qui conciderat. Postea sic restitutus ad interrogata respondet, & vt fidem faciat percontatori, recenset aliquid, quod agnoscat ille, & certo sciat in ædibus suis aut cognatorum fuisse.*] Hæc in rei veritate se ita habere plures alij Olao attestantur. Sed in hoc, raptu magico & similibus exemplis, cauendi multi errores, quibus ambiguæ illæ Olai locutiones non parum suffragantur. Errant imprimis, qui cum Cardano quotiescumque collibuerit, naturali sua vi, & arbitrio voluntatis rapi se iactitant. Facit hoc proculdubio dæmon ex fœdere: nec fortassis certius aliud Magiæ indicium, quam huiusmodi voluntarij raptus. In virgine quoque illa Cæsa raugustana (sic voco, quia illic ab Archiepiscopo an. 1585. fraus tandem detecta) pseudostigmata Christi ostentante, raptus illi adeò frequentes, omnes ex pacto, cum oues pasceret cũ dæmone inito, nascebantur: vt & Magdalenæ Cruciæ Cordubensis, quæ famosa fuit saga. Errat etiam & grauiter, neque hoc à Censoribus prætereundum & relinquendum in eius erat libro erratum: errat inquam Bodinus *d*. censens in huiusmodi exstasi animam reuera migrare, & deserere ipsum corpus, & alijs in locis interea versari separatam, qui Cabbalistarum error fuit, à quo suspicor Platonicos alienos non fuisse, propter narrationem illam ipsius Platonis *e*, *Fren Armenium genere Pamphylium, cum inter cadauera cæsorum in prælio decem diebus iacuisset mortuus, domum relatum, secundo post die: cum esset imponendus rogo: reuixisse, ac prodigiosa quædam narrasse,*

c l. 3. c. 18. Septẽtrio regn. descript.

d li. 2. Dæmonoma cap. 3.

e lib. 10. de repub.

quæ

quæ illo tempore apud inferos vidisset.] Similis fabula fuit de quodam Clazomenio apud Origen. *lib. 3. contra Cels.* & illa de Aristæa Proconnesio, quem narrant Plinius *libro septimo, capite 52. & Plutarch. in vita Romuli*, ex Herodoto multoties defunctum reuixisse, & animam quoties voluit resumere potuisse: ita, vt assistentes animam, cerui effigie, ex ore euolantem viderent. Nam iste non mortuus erat, sed in raptu magico, &, non anima ex ore euolabat, sed diabolicum præstigium. Idem dicendum de militis dormientis ore egressa, & iterum ingressa mustela alba, & per gladium riuulo impositum iterato commeante, quod narratum ab Helinando *a*. fuit hoc ludibrium dæmonis, ad hoc institutum, vt de animæ migratione hunc errorem mentibus imprimeret: vetulis: deliris, & pueris, qui nondum ære lauantur, id quam philosophis persuasurus. Mors enim est aliud, quam animæ à corpore separatio: cumque ipso egressu hæc contingat separatio: fieri nequit quin homo egressu isto moriatur. Si moritur, quis animam iterum in corpus inducit? Sola Dei virtute redire illa potest. Mortuorum animæ locum suum, teste Psalmista, ignorant, hoc est corpus suum amplius non norunt. quare anima semel separata, nec aliud corpus subire, nec suum iterum ingredi ac informare potest, nisi Deo permittente atque ducente. De Philappis & Finnis igitur, & de aristæa, & de Hermotimo Clazomenio, *b*, quod illi obijciunt, id nos nec latet, nec mouet. Ecstasis Diabolica intercessit, sed anima à corpore non recessit. *Omnia* (inquit Tertullianus, hac ipsa de re agens. *c*) *magis consectanda, quam hanc licentiam animæ sine morte fugitiuæ.*] Et alibi idem

a Helina. l. 13. Chronicor. & Paradininus in Symbolis

b Vide Lucia. in Encomio muscæ, & Plutar. de dæm. Socr.

c li. de anim.

A rectissime pro Axiomate tradidit *d*, *nusquam animam sine carne esse, quam diu in carne est.*] Et in ecstasi animam extra corpus peregrinari, negat aperte auctor breuium quæstionum, quæ operibus D. Athanasij adiunguntur *e*. Nec Augustinus *f* quicquã habet, quod Bodino suffragetur, alibi vero palam contradicit *g*. Abutuntur etiam aduersarij scripturis. Nam cum illud citant, *preciosam esse in conspectu Domini mortem sanctorum eius h*: perperam verba de prophetarum ecstasi accipiunt: quæ ad veram mortem, seu animæ à corpore separationem sunt referenda *i*: &, quamuis de raptu acciperes, eorundem, *Mors*, vocaretur, quia mortui corporis imaginem repræsentat. Cum etiam de Apostoli raptu ratiocinantur, non possunt probare eum extra corpus fuisse: potuit Deus id facere: sed an fecerit, cum ipsi Paulo fuerit incertum: malo dubitare, quam cum B. Hildegardi affirmare *k* corpus vere ab anima tum fuisse separatum, dubitant quotquot memini patres, dubitant etiam Scolastici omnes. Parum vero peritum se philosophiæ Bodinus ostendit, cum *Apheresiam* cum *Ecstasi* confundit. In hac videtur anima à corpore abesse, quia priuatum est corpus functionibus animæ sensitiuæ, mouentis, & interdum intelligentis *l*: in apheresia vero, non functionibus animæ modo, sed ipsa corpus caret anima. in illa corpus dicendum insensile, & immobile actu: in hac, naturaliter loquendo, est exanimum tam potentia, quam actu. Quale demum illud argumentum? si anima sit immortalis, necesse aliqua sine corpore operari illam posse *m*. Sed est immortalis, operari igitur potest in exstasi ab illo separata. Mi homo, moneo Scholas Dialecticorum

d li. de resurrect. carn.

e q. 33.

f l. 83. qq.

g li. 18. de ciu. Dei epis. ad Euo. & (si ipse auct.) de spiritu & anima.

h Ps. 115. v. 15.

i vt cum B. Cypri. etiã Rabbini censent.

k in Quæstionibus suis.

l Schalig de subti. contra Cardan.

m Aristo. lib. 2. de anim.

adeas, & discas: cum sint plures vnius rei functiones, non recte, quod de omnibus non probaris, id ad vnam te restringere. Deus bone, quot sunt functiones animæ in corpore existentis, in quas sibi corpus partem iusque nullum vindicat? cogita voluntatis, intellectusque actus, & super seipsam sui reflectiones, aliaque quæ ex libris, de animæ immortalitate agentium, possunt peti *n*. Verum certiora hæc Christianæ sapientiæ peritis sunt, & rectæ philosophiæ non imperitis, quam vt longiore indigeant probatione, neque mihi vacat vel lubet lucenti soli lampadem accendere. Solus Deus sic animam per raptum separare posset: & interea in corpore idoneas iterum recipiendæ animæ dispositiones conseruare: quod an sibi contigerit, dubitare se D. Paulus profitetur *o*. Atque ita intelligendum existimo quod fertur in franciscanorum gestis, de Beat. Ægidio, eum interrogatum. An aliquando in hac vita corpus suum per exstasim vel contemplationem animæ deserat: respondisse affirmatiue, & hominem cognouisse cui id acciderit. vel enim id dicebat, eo quod omni corporis functione absoluta ad tempus, & sic corporis oblita fuerit penitus: vel quod diuina potentia corpore educta, & in id reducta fuerit. Narrat historiam Ioan. Saluator Irados tom. 1. factorum & dictorum illust. Ordinis. D. Francisci. fol. 205. Falluntur tertio, qui falsos hos & dæmoniacos raptus siue exstases (pro ijsdem nunc sumo non ignarus alibi *p* subtilius distingui) non separant à vero & supernaturali raptu: quo per spiritum diuinum homo ad rerum supernaturalium contemplationem siue cognitionem, cum abstractione mentis à sensibilibus, eleuatur: de quo præclare, vt solet, D. Thomas disseruit *q*: quales fuere prophetarum, Apostolorum, & sanctorum nominum, longe diuersi à Magicis exstasibus: de quibus Beatus Iræneus locutus agens de Marco mago *r*. Plurimorum de veri raptus natura opiniones Gentilium philosophorum, & Arabum astrologorum recensuit M. Antonius *s* Mocenicus, opere verbosiore quam solidiore, &, excepta nona, ceteras satis bene confutauit. quid ex dictis eius retinendum, quid repudiandum existimem, breuiter accipite. Igitur falli *t* eum puto, dum subiectum raptus contendit debere esse mediam quandam substantiam inter mortalem & immortalem, & huiusmodi ait esse animam nostram: quam dicit esse mortalem respectu partis sensitiuæ, immortalem respectu partis rationalis. fallitur. si sit in anima nostra pars vna immortalis, & pars alia mortalis, quæso nonne pars hæc ab illa queat separari? diuisibilis ergo iam anima nostra futura: quare nec immortalis. absit hoc à mentibus nostris. totam hominis animam, quoad substantiam essentiamque suam, credimus esse immortalem. non anima, sed homo ipse respectu totius compositi, quid medium est: corpore mortalis, anima immortalis. Subiectum tamen raptus, non est totus secundum se homo: sed anima ipsa humana: subiectum totum incorporeum, indiuisibile, & immortale. anima hæc subiectum est raptus, non ratione intellectus agentis, sed ratione intellectus possibilis: quod bene docuit Mocenicus *u* Formalis causa, raptus est ipsa illa actio, qua quis eleuatur: & cœlestibus illis rebus quasi vnitur. Finalis causa est, coniunctio animi cum Deo iuxta illud Anicij Seuerini.

n vide (si iubet) dicta citata q. in Troad. Senecæ ho. 2.

o 2. cor. 12 & 1. D. Th. 2. 2. q. 175. a. vlt.

p d. q. 175 2. ad 1.

q d. q. 175

r l. 8. cont. hær. c. 9.

s l. de tri. situ hom. is in Deum.

t c. 1. p. 15.

u c. 1. p. 30.

Ture-

Tu requies tranquilla pys, te cernere finis,
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

Agens siue efficiens causa, duplex aliquando potest esse. Instrumentalis, erit intellectus agens, principalis verò futura Deus, dixi posse aliquando esse, quia licet Deus per se solus sit causa sufficiens, solet tamen causas secundas, vt instrumenta, adhibere. quare poterit intellectus agens esse causa instrumẽtalis. quia quamuis eius ordinarium munus sit, species à phantasmatibus abstrahere, & hic nulla sint phantasmata: solet tamen Deus, cum se menti nostræ per raptum insinuat, ea, quæ vult nos tum videre, diuinâ quadam repræsentatione ostendere: vbi vero spirituales hasce res intellectus noster percepit, tunc ope intellectus agentis, potest quædam rerum visarum similitudo & simulachrum effici, quem modum D. Thom. non repudiat. *a* Principalem causam dixi esse Deum; quia reuera Deus est, qui hominem ad se rapit, vt fatetur *b* Mocenicus, nec potuit negare. sicut enim Sol in Sole non cernitur, sicut oculus sine lumine lumẽ non vider, sicut auris nisi aëre plena ictum aërem non audit: ita nec Deus sine Deo cognosci potest: sed Deo plenus demum animus tantum in Deum erigitur. quantum diuino colluſtratus lumine eum cognoscit: tantum efferuescit & exilit in superiora, quantum, calore diuino succensus in Deum fertur: neque ad id, quod superius est & infinitum, quisquam attollitur, nisi virtute superioris & infiniti attrahatur & eleuetur, iuxta veram Platonicorum sententiam. *c* Deinde solus intellectus agens ad hoc nequit sufficere. quia quamuis Mocenicus dicat transitum hunc ex parte hominis esse voluntarium id tamen verum non est. raptũ enim scimus sæpè contingere inuitis, vt sentit Diu. Thom. *d* & docet experientia. Noui, & mecum norunt mille adhuc superstites, Virginem Deo deuotam, ex ijs, quas *Beatas* illic vocant, quę Burgis, in Castella, ann. 1585. superstes erat, & statim percepta Eucharistia vix ea in os sumpta, in diuturnum raptum eleuabatur; adeò vt nec admotas & adactas in pedes aciculas sentiret: quæ, vt erat humanę gloriæ auersatrix, & sancta esse, quàm dici malebat aut videri, ardentissime solebat Deũ precari, ne quid illi huiusmodi coram alijs accideret: & ad se reuersa, erubescentiæ plena atque pudoris, quam poterat celerrime se domum in conclaue proripiebat. Non est ergo in nostra potestate, & proinde nec nobis est voluntarium sic mente ab alienari: neque id poterit noster intellectus, quantumuis id nos vehementer velimus. Hæc non tam est actio, quam passio intellectus: cum hic anima se proprie & primario gerat more patientis, secundariò & minus proprie more agentis, & ipse Mocenicus *e* fateatur, hunc transitum hominis ad Deum (sic enim appellat raptum) plurimum passionis & minimum actionis habere. Deum vero dicimus esse causam efficientem raptus: non tantum vniuersali quodam concursu, sed etiam ad hoc ipsum designato & particulari.

Hic in Syrtes impingit, & se abripi patitur procellis Gentilium & infidelium Philosophorum. Nam *f* sententiam proponens suam, contendit totam raptus efficientiam adscribendam soli agenti intellectui. hunc enim adiutum solo concursu vniuersali Dei, vult posse statim intellectui possibili speciem seu ideam Dei repræsentare:

a 1. p. q. 12. ar. 9. ad 2.
b c. 1. f. 13.
c vide Mocen. c. 39.
d d. q. 175. art. 2.
e cap. 4.
f cap. 45.

& sic, quod erat, duntaxat intelligibile potestate, vt sit iam actu intelligibile, id vi sua intellectum agentem efficere: Quasi verò queat intellectus agens aliquam effingere speciem, quæ Deum repræsentet: quod merito cum D. Dionysio Areopagita Theologi negarunt. *g*

g Dionys. de Diuin. nomin. 1. D. Thō. & sibi interp. 1. 2. q. 12. a. 2.

Sed videte quam leuiculis nitantur aduersarij argumentis. *Obijciunt primò*. Deus non est idem cum anima nostra: non potest igitur in illam agere. Quid est nugari, si hoc est argumentari? quasi nihil in aliud queat agere, quod non sit idem cum eo: & non sufficiat proportio ac similitudo causæ immediatæ & instrumentalis? quasi non omnia Deo obediant: quasi Deus, qui vnus eminenter est omnia, non possit in cuncta, vt vult agere apage mihi hos paganismos.

Secundo obijc. Deus est intellectus: nihil ergo potest agere nisi cognoscendo. sed extra se nihil Deus cognoscit: animus autem noster est extra Deum: animum ergo nostrum non cognoscit: nihil ergo in animum nostrum potest agere. *Resp*. Deus est intellectus, si sumas intellectum impropriè loquendo pro substantia spirituali in genere; non verò est intellectus, si capias intellectum pro potentiâ intellectiuâ; quo pacto eum sumi ab ipso docet consecutio argumenti: quæ nulla foret, neque antecedens cum illatione cohæreret, si aliter sumeretur: certum enim est spirituales substantias etiam aliter quam cognoscendo agere posse, vt loco mouere, & huiusmodi. Quod si velit tantum dicere, nihil posse agere in subiectum, quin subiectum illud cognoscat; hoc certè verum est, quia Deus omnia cognoscit: Spiritualis tamē substantia, vt Angelus, posset agere in aliquod subiectum sibi incognitum.

Vnde tamen sequitur falsissimam esse illam subsumptionem, Deum extra se nihil cognoscere. quid enim hoc aliud significat, quàm Deum præter semetipsum nihil cognoscere? non cognoscit ergo arbores, nec equos, non peccatores, non dæmones. quo ergo pacto creaturas conseruat, & mundi satagit, & punit peccatores: esse hæc extraria Deo, & cognosci à Deo fatendum igitur nobis, nisi Epicurei & athei sumus. Deus quidem eminenter est omnia, sed non formaliter. Si loqueris, de ijs quæ sunt eminenter extra Deum; frustraris. quia nihil quod est, non est eminenter in Deo, ipse quoque animus noster hoc modo non est extra Deum. Quare pater te loqui, de ijs quæ sunt extra Deum formaliter. Sed Deus cognoscit omnia quæcunque sunt, etiāsi illa non sint in Deo formaliter, siue etiamsi Deus illa non sit formaliter. quare & animum nostrum Deus cognoscit. cognoscit sane, & puniet, si viderit infidelem, & ad Gentilium scita impia desciscentem. Non sum ignarus istud axioma, (*Deum nihil extra se intelligere*) tribui Aristoteli: *h* sed Aristoteles veniam meretur; cuius oculus, nullo fidei veræ radio illustratus, vt noctuæ oculus ad illam lucem infinitatem calligauit. Christianis verò hominibus venia danda non est, si talia deliramenta pertinaciter tueantur, & non Gentilium placita regulis fidei, sed fidei scita illorum placitis pergunt submittere, verè cœci cœcos deligentes duces, cum quibus in erroris foueam corruant. Auerroisticum hoc potiùs figmentum est, quam Aristotelæum placitum: qui perfidiæ columen Arabs intestabilis, sectatores suos ex hoc principio eo deduxit, vt existiment etiam hinc sequi; Deum sic aliquid sibi perfectionis adiuncturum

h libr. 12. Metaph.

nouæ, si hominem sibi per raptum coniungeret, vel si extra se alia intelligeret: Deoque ipsi tunc opus fore sensum & phantasiam, quæ omnia vel dypondij Theologi statim exsufflarint, vt vanitate sua diffluentia, nec quicquam cohærentia. Deus in se ipso, vt in speculo, simul & semel videt omnia; cognoscendo alia, tribuit ipsis perfectionem. Nobis accedit perfectio coniunctione vel cognitione, propter imbecillitatem & egestatem nostram. cuncta Deus possidet, nec ipse mutatur, sed mutat res, quas sibi coniungit. Denique censet idem Mocenicus, raptum omnem esse successiuum: quod indiget, vt verum sit, commoda interpretatione. Raptus enim fieri potest in instanti, quia Deus causa efficiens est actiuitatis, & potentiæ infinitæ: per temporis tamen fluxum actio seu passio raptus postea continuatur: & si quæ ad raptum, ex parte hominis aliquando præparationes præcedant, vt contemplari, &c. illæ sunt successiuæ. Hæc de raptu nunc sufficiant. Non nego ad raptus hominem aliqua contemplationis ac desiderij vehementia, quasi præparari & disponi, vt recte docuit Rodericus Dosma Delgadus lib. 1. de authoritate S. Scripturæ c. 12. Sed contendo id plerunque illis contingere, qui patiuntur malorum spirituum falsas reuelationes, si data opera conentur in extases incidere, vt solebant olim Montanistę, & hodie solent Magi & Anabaptistæ: ac ne tum quidem ab eorum arbitrio raptus est effectiue seu physicè, sed moraliter duntaxat, & seu ex pacto. Quare nihil hoc pro Mocenico, vel contra me facit.

Alter veræ separationis animæ à corpore, certissimus modus per mortem, quin sit diabolo permissione Dei possibilis, negari nequit. Quot enim Angelus vnus millia Assyriorum vna nocte occidit: nonne Asmodeus septem Saræ maritos, & Iobi liberos omnes Diabolus necauit? nonne maleficijs quotidie dæmon plurimos necat? sed de hoc postmodum copiosius disseretur, *lib. 3.*

Postquam animam à corpore mors separauit, nondum diaboli omnis potestas sopita. potest in animam nonnulla, potest in corpus. Animam potest supplicijs abdictam, quantum Deus iusserit punire, an possit iterum in corpus mittere, vel facere apparere, mox discutiemus.

Quoad cadauera mortuorum solet aliquando ea induere, & ijs apparere, vt postea dicetur: potest etiam in eadem: maxime in ea quæ sita sunt locis non consecratis: quæcunque potest in alias res corporales, & speciali quodam modo potest soletque miranda quædam in ijs, & prodigiosa causas naturales ignorantibus, operari & exhibere quædam, quasi viuentium corporum, & vegetantis animæ munera. v. g. vt fluat ex vulnere mortui sanguis in præsentia occisoris (qua de re alio loco sermo fuit) 2. vt corpora diu seruentur incorrupta, neque putescant neque putrescant neque dissoluantur aut incinerentur; quia hoc & naturaliter, vel ex vnguentis, vel ex loci natura, imo & ex corporis naturâ potest prouenire, vel etiam ex mortis genere de mortis genere, scribit Plutarch. *a Cunctis, infere notum est fulminе ictorum non sentire corpora putredinem.*] quare non satis aptè Euripides introduxit Clymenem de Phaëtonte dicentem. *Putrescit, ast hic in conualle mortuus.* De corporis natura, est illud Ammiani Marcellini apud Rhodiginum *b* Romanorum cadauera cæsorum statim fatiscere, ac prorsum defluere: Persarum vero inarescere

a libr. 4. q conuiu. 2.

b lib. 26. c 24.

rescere stipitum more, vt nec liquescant membra, nec sanie madescant perfusa: quod censet Ammianus vitã parciorem facere: & vbi nascuntur, exustas solibus terras. credit Cardanus, *c* & de patris sui Facij corpore idem profitetur, causam hanc non arbitror contemnendam: victus enim parcitas arcet humorum copiam, vnde propter eandem victus abstinentiam Xenophõ. *d* memorat Persas nec tussire, nec emungi. De loco ipso, potest ille, vel hanc vim habere naturalem & conseruatricem ratione Soli, vel Solis: vel etiam ratione situs. sic enim, quod Aristarchus *in Olympicis* tradidit, integrũ cadauer armati & saucij hominis olim mortui in Iunonis Eleæ templo, inter tabulatum & scandulare tectum inuentum; causam reddit Pausanias, *e* quod in illis latebris abditum, neque per æstatem vaporum, neque per hyemem frigoris noxam contrahere potuerit. De vnguentis, res nota ex Ægyptiorum conditurâ, de qua Herodotus *f* & Diodorus *g*. Illud etiam naturæ miraculum est; cor eorum cremari non posse, qui vel Cardiaco morbo, vel veneno perierint. *h* Nec puto qualitates has impressas cordi dæmonem ignorare, vel non posse similem dispositionem in cadauer inducere; posset itaque facere, (*& hoc sit* 3.) vt cadauer spacio aliquo temporis comburi nequiret. fecit aliquãdo in viuis, cur nequeat in mortuis? 4. poterit efficere, vt cadaueris pili vel vngues excrescant. quia hoc potest naturaliter præstare complexio morientis, quando in corpus manauit aliqua vegetantis animæ ad formam imperfectam dispositio: *i* quod frequẽter accidit in suspendiosis, quib. subito spiritus intercludũtur; *quos* (vt ait ille) *Iupiter lauat, Apollo vngit & siccat*. Sepè tamen hæc: vt in reliquijs hominum sanctorum; ex diuino proueniunt miraculo. Vt cetera mittã; Dãmis oppido prope Brugas, vidi olim Saluatoris Crucifixi imaginem prægrandem ligneam; quæ comam & barbam produxerat, & quot annis attonsæ refruticabant; id pro miraculo pijs habitum, propter crebras; quas Deus illic ægris sanitates conferebat, & alia in afflictos diuinæ munificentiæ monumenta, crebris ibi tabellis notata; donec impius & pertinax Caluinistarum furor imaginem ignibus absumpsit, & templum (quod illis solemne) solo æquauit.

Quod sequitur, etiam non inuitus ad diuina prodigia retulerim. *Lintzij*, (ait Pet. Bizarus) *dum ibi à Carolo Austrio conuentus celebrabatur, quidam rustico natus est infans, in quo nihil sanè desiderabatur: vixit dies quatuordecim, & triduò ante obitum sudauit, atque ita sudans extinctus est. In mortuo infante statim cœperunt apparere stigmata, in manibus, pedibus, & latere; sicut Christi vulnera pinguntur: in capite etiam ex ipso cranio nata est corona, vt coronæ spinea, Cæsar, cum hoc audiret, miserit quosdam ex suis; qui hoc prodigium contemplati, eum de tota re plenius edocerent, remque ita se prorsus habere intellexit.*] Sic ille Epit. memorabilium Europæ pag. 302. Quæ hic partes naturæ? nullas certe video sufficientes.

Mal. præiud. 12. dub. 4.

e lib. 8. de rer. var. ca 40.

d in Præta Cyri.

f lib. 2. hist. *g* lib. 1. Bibliothec. *h* Plin. lib. 11. c. 37.

i Aug. in 2 q. de Magia art. 7. diffic. vlt. Binsfe. de Confess.

QVÆSTIO XXVI.

An ope dæmonum fieri poßit, vt defunctorum animæ seu spiritus viuentibus appareant.

MAGNI hæc momenti quæstio est: & quæ aliam includit primo ventilandam: *Vtrũ vnquam animæ queãt apparere?* de qua, ante annos ferme nouem, Duaci in Quodlibeticis, vt vocant. copiose disserui, sed quia oratio illa lucem non adspexit, hîc ea cum lectore communicabo, quæ tum cum auditoribus, prætermissis parergis oratorijs.

SECTIO I.

SIT primo concl. quæ quasi fundamentum est ceterarum: *Posse ac solere mortuorum animas nonnunquam diuina potentia atque virtute, viuentibus apparere, id & fidei Catholicæ scitis, & veræ germanæque philosophiæ placitis consentaneum est.*] hanc conclusionem multi improbant: sed horum alij athei sunt, qui animam negant immortalem, & corpori volunt eam commori: hos facile est refellere, quia hæresis eorum iampridem etiam à Platone, & Aristotele, & alijs philosophis probis, confracta & proscripta fuit, ab Ecclesia vero id asserentes ignibus adiudicati: Docui id fusissime prolixa disputatione, *Comm. in Senecæ Troad. chor. 2.* Alij sunt philosophi sensibus nimis addicti: qui fatentur animam corpori superstitem esse, sed videri illam à viuis posse, vel ad viuos redire negant, duntaxat: quia id quo fiat modo ac ratione non intelligunt: hi docendi

A sunt rationem modumque: alij denique matæologi sunt, nec enim Theologi dici merentur: qui nati nobiscum eiusdem matris vtero, ijsdem vberibus lactati: falsi fratres, viperina proles, germanos lacessunt, & genetricis impio mucrone latus petunt: palem est me hæreticos intelligere, ex his quidam, eos qui se spiritus conspexisse

B asserunt, iudicant lymphatos, ceritos, imaginosos, ad medicos & veratrum relegandos *a*: alij clamant, huiusmodi narrationes omnes superstitiosas, & delirarum esse annũ vana insomnia *b*: alij, vt facetiores ludiones, & minus cruenti, multas obscænas & ridiculas fabellas comminiscuntur: vt genus omne apparitionum reddant odio-

C sum, imitati Batauum illum Lucianum c. causa hos omnes vehementer stimulans est: quod hac mortuorum apparitione *Purgatorij fidem* valide stabiliri percipiant. Quare miror: ex Catholicis Hieron. Magium *d*, maioris lectionis, quam iudicij virum, ausum fuisse scribere: nunquam, quæ circa mortuorum sepulchra vel cœmiteria conspiciuntur, simulachra, mortuorũ esse animas, sed semper esse dæmones aut malos genios hominum dece-

D ptores: admiror etiam, id firmare auctoritate Porphyrij & Iamblici, iuratorum fidei Christianæ hostium: nam quod Theophilactum & Chrysostomum allegat, id frustra facere mox ostendam: & simul ostendam, dubitationem illam philosophorum inanem esse: hæreticorum vero dicteria, ipsis

E digna, hoc est impia, impudentia, mendacia, vix digna quibus respondeatur. nimis etiam temerarium fuisse virum doctum insignem alias causarum patronum pleno ore in Parisiensi Parlamento, *superstitionem*, hanc sententiam vocantem, censentemque puniẽ-

a Lauatherus lib. de yectr.
b Oecolamp. notis in Theophilac. Marbach lib. de mira. Riuius lib. de Veteri superstit. Bened. Aretius in Problem. Baleus in Catalog.
c Melãch. in Kalend. Manlii. Erasmi in colloq.
d li. 4. miscell. c. 12

dos eos, qui animas redire arbitrantur. Lege si lubet libr. eius vltim. de Sacra Politia, & videbis audaciam causæ minus æquæ seruientem, & obtinentem: sed eo iam tempore quo in Curias Gallicas multi se Nouatores ingesserant. Idem tamen censuit Tiraquellus *ad Alexand. ab Alexand. libro secundo, capite nono.* nihil probans, sed nude affirmans, se habere hæc omnia pro meris somnijs, idem asserit *ad lib. 5. c. 23.* Sed propter eius putare, nunquam id verius falsius vé futurum est.

Probatur sententia nostra (vt ab imbecillioribus progrediar) primo communi opinione Gentilium, quorsum illa translatitia de Manibus euocandis, tam solemni carmine & ritu fieri solita: si nullas viuis mortuorum animas apparere credebant? quorsum (nisi quia hæc vulgo recepta, etiam inter sapientes opinio (ille poëtarum Phœbus de Anchisæ filio referret?

Infelix simulachrum atq; ipsius vmbra Creusæ
Visa illi ante oculos: & nota maior imago.

Et ille Latinus Callimachus Cynthiam post obitum talia memorantem introduceret?

Sunt aliquid Manes. lethum non omnia finit,
Luridaq; euictos effugit vmbra rogos:
Nocte vagæ ferimur, nox clausas liberat vmbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges Lethæa adstagna reuerti:
Nos vehimur, vectum nauta recenset onus.

Vnde? nisi ex hac opinione, scelesta apud illos orta Necyomantia? quam & Homerica Circe *in Odyssea*, & Ouidij Medæa *in Metamorphosi*, & Lucani Erisictho *in Pharsalia*, & Senecæ Tiresias *in Oedipo.* & Horatij *in Epodo* Canidia, Papinij *in Thebaide* Manto, & Siliana *bello Punico* Autonoë, tam operose exercuerunt. quorsum, nota paucioribus eorundem consuetudo, si socij in peregrinis regionibus obijssent, animas in patriam reuocandi, cuius & Didymus, & Eustathius *e*, & Pindari Scholiastes *f* meminere? vnde aliunde orta illa communis illorum opinio *g*: solere animas ijs qui per cædem violenter ipsas corpore expulerint apparere, omnibus adesse locis, minari & diuexare? cur alioquin (quod & Fastographus poëta notauit) Romanæ parens vrbis *Remuuria* siue *Lemuria* instituisset? cur in republica Romana recepta solemniter *Feralia*, *Silicernia*, *Culinæ* & *Parentationes*: nisi spirituum redeuntium causa? Hoc ipse Plato voluit *in Phædo. & epistol. ad Dionys.* Hoc Platonici Porphir. Athenæus, Maximus, Philostra. Eunapius. Hanc Platonicorum sententiam de schola vnus Madaurensis *h* esse, docuit & explicauit, nempe animas humanas, dum in corpore sunt, *Genios & Damones* nuncupari, cum à corpore se iunguntur: si boni meriti sint, posterorum suorum curam sortiri, & pacato quietoque numine domum possidere. & vocari *Lares familiares.* sin scelerate vixerint, propter aduersæ vitæ noxias, nullis bonorum sedibus recipi, sed in terra vagatione, seu quodam exilio, puniri, & inane terriculamentum bonis hominibus noxium malis, *laruas*, perhiberi. Idem Apuleius *Apolog. 1.* Et tibi (inquit) *Aemiliane, Deus iste Mercurius superum & inferum*

com-

e in Odyss. 9.
f Pyth. od. 4.
g Elpen. apud Homer. Od. 11. vbi Eustathius Didymus & cæteri videndi. men. nostrum in Senecæ Oct. v. 117.
h lib. de deo Soc.

commeator, virorumque Deorum malam gratiam, & semper obuias species mortuorum, quicquid vmbrarum est vnquam, quicquid, Lemurum, *quicquid* Manium, *quicquid* Laruarum *oculis tuis ingerat: omnia noctium occursacula omnia bustorum formidamina, omnia sepulchrorum terriculamenta.*] Arnob. libro secundo testatur solitos adiurare certa nomina, ne animæ hîc in terris detinerentur vagantes circa sua corpora. Testantur de visionibus animarum Dion. *in Caracall. & in Tito*, Plutarch. *in Cimone, Dione, Bruto, Alcibiade*. Addit Platonicos (fidem excipio) secutus Diuus Augustinus *i*, hosce malos vocari *Lemures*, Seruius Honoratus scribit eos *Manes* vocari, quamdiu in alia corpora nondum migrarunt. Idem Seruius & Sabinus, ab anima separant vmbram & simulachrum, putant enim (falso) hominem constare vmbra, corpore, & anima, *animam* cœlum petere, *corpus* in terram desinere, *vmbram* siue *simulachrum* descendere ad inferos: *vmbram* volunt esse non verum corpus, sed speciem quamdam corporeã, quæ nequeat tangi, instar venti. Conueniunt tamen cum poëtis, istud, quicquid vel ad cœlos ascendat, vel ad inferos descendat, interdum viuis apparere: vt alio loco docui *a*, & hoc putabant malo magorum carmine euocari *b*. Soli ergo ex Gentilibus *Epicuri de grege porci* (sic se vnus appellat eorum) *bene curata cute*, mente neglecta, negabant animas supereſſe vel apparere: ceteri id innumeris exemplis astruebant, cunctorum malorum hominum, Plato *c*. de Castore & Polluce, Valerius, de Miltiade, Pausanias, de quodam in Lypara, Aristoteles: de Achille, Philostratus de Romulo, Auctor de Vir. illustribus, de Caligula, Suetonius, de Athenẽsi philosopho, Plinius Iunior: de Pausaniæ infesta puella, Plutarchus: de Seuero Imperatore, Xiphilinus, de alijs *Apuleius libro octauo, & in Apolog. Suetonius in Nerone, Quinctilianus declamat. 12. Horatius Epod. 5. Valer. Flaccus libro primo.* & alij, quos longum referre, & fateor hæc ad dæmonum illusiones & præstigias referri posse; sed tamen, quæ ex Christianis subiungam, conuincunt: etiam fatendum, Deo permittente, veras animas esse potuisse, non vanum duntaxat ἄγαλμα, seu (vt glossographi vocant) *Lemum*: nisi, *Larua* legendum.

i lib. 8. de ciu. Dei.

a vide Cõment. ad Herc. Oetæum v. 959.

b Lucianus in Necyomant Apulei. Metamorph. l. 2. & in Phœdone. & ex eo Macr. l. 1. in somn Scipio. c. 9.

SECTIO II.

PRobatur nostra Conclusio secundo loco contra Philosophos illos, nimis carnales (nam vt optime Diuus Augustinus *d*, *in nomine carnati tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi*) qui nihil credunt nisi quod vident, & ideo reuera nihil credunt: contra hos, inquam, probatur nostra sententia ratione vnica, quia cum Deus sit omnipotens, potest quicquid non implicat contradictionem: sed hoc quod asserimus adeo nullam implicat contradictionem, vt etiam sit naturæ consentaneum. Poterit ergo Deus, qui creauit animas, facere vt eædem separatæ iterum appareant. Immo, si Deus non obstet, posset, naturali sua vi, id ipsa anima. quia nihil hactenus aduersarij proferre potuerunt, quo probarent animarum id naturæ repugnare. Quid enim? cur natura animæ id non patitur? An quia nullo in loco proprie sint animæ? scio sic visum nonnullis *e*, qui arbitrati, animæ separatæ, natura sua, nullum locum competere: quod quia de loco dixêre, qui sumitur pro superficie corporis continentis, &

d Ser. 147. de tẽpore

e Durand in 1. d. 37. q. 1. & videntur hoc velle Aristoteles, 1. de cælo D. Greg. Nazianz. t. or. de Theol. & Aug. li. 83 qq. 20. & li. 12. super Gen. ad lib.

proprius est rerum corporearum: huc non pertinet: cum enim sermo est de rebus spiritualibus & indiuisibilibus, locus sumendus est vniuersim pro spacio, quæ acceptio rebus corporeis cum rebus incorporeis, quæ alium locum: habere nequeunt, est communis: in huiusmodi ergo loco animas separatas esse de facto, negari nequit. fides hoc docet, quæ docet bonorum animas frui Deo, & esse non in terra, sed in cælo: damnatorum contra non esse in cœlo, sed infra terram, & ibi, vt in certo loco, torqueri. ratio docet, quæ docet, impossibile esse, quod aliquid existat, & non in certo spacio: videlicet in toto & infinito spacio (sic solus Deus existit) aut in parte spacij, ita vt non in alia, & sic omnes creaturæ existunt. Est autem in hoc loco definito anima, eo quod eius substantia in eum potius locum, quam in alium fuit translata: vel per vim propriam & naturalem, quia seipsam ad eum locum transtulit, etiamsi in eo loco non operetur actu, sufficit enim quod possit: vel per vim alterius extrinsecam potentiorem eo delata sit, vt sit ab angelo bono vel malo inuita aliquo deferretur, vel etiam detineretur coacta, sicut mali in inferno *f*. Et sic explicari possunt variæ Doctor. locutiones: vt D. Thomæ, qui vult esse in loco per applicationem virtutis: vt Scoti, qui per substantiæ præsentiam: vt Iul. Scaligeri, qui per designationem, omnium obscurissime. Sic autem futura in loco est anima & occupabit locum diuisibilem, licet sit ipsa indiuisibilis: & poterit occupare maiorem vel minorem locum quod peculiare est indiuisibilibus spiritualibus, & denegatum indiuisibilibus quantitatiuis: si quia reipsa sint talia à corpore quanto aliter quam per intellectum separata, quod vix arbitror intra maximum sphæræ, quam simul actiuitate sua potest occupare, secundum proportionem maioris vel minoris perfectionis essentialis, qua prædita erit: & ideo poterit sibi formare corpus, quod assumat, & in quo apparcat saltem tantæ quantitatis, quanta est sphæra actiuitatis eius: vel etiam (quod magis mirandum) posset formare diuersa ac pura corpora minora, & hæc omnia assumere, & in his omnibus apparere, dummodo cuncta illa in sphæra actiuitatis eius continerentur: sicut de Angelis posse esse in pluribus nõ adæquatis suæ perfectioni, communiter receptum est *g*. Possunt ergo esse, & sunt de facto in loco adæquato. quid ergo obstat?

An quod ex vno loco in alium sese nequeant mouere? veruntamen hoc esse falsum docent Theologi *h*. Posse animam separatam se mouere ex vno loco in alium probatur. quoniam humanus animus vi sua subsistit, & res absentes atque distantes cognoscit, estque inter illum & cœlestes mentes quædam naturalis societas atque coniunctio, vnde fit vt conscius huius affinitatis, propius ad illas accedere, & earum frui suaui consortio concupiscat. quid autem illo imperfectius, si frustra concupiscit? frustra vero concupisceret, si se illis motu locali nequiret aggregare, & vi sua in altum ascendere non posset. Præterea nonne anima corpori, quod animat, vim sese mouendi largitur? cur non & separata seipsam valeat mouere: cum & in loco sit, & ista vi vehementer indigeat, ne incassum appetendo aliquid miserrime torqueatur. Cur ergo, aliquis obiiciat, ad corpus suum anima regredi, vel patrios lateis inuisere, cũ lubet, non potest? obiecit hoc olim Platoni non satis gratus discipu-

vide Mo in. 1. p. q. 52. art. 1.

g D. Tho 1. p. q. 52. vide Va de Ang. q 8. punct 3. & opt me loqui tem Mol. supr. & a t.

h Scot. in 4. d. 49 q 4. Domi Sot. ibid. d. 45. q. 1. a. 3.

discipulus: i cui respondeo, nudatam semel animam corporis integumento, illud pro arbitrio rursus induere non posse, neque huc illuc diuagari licere: quia vel inuita retinetur in sui receptaculi dirissimarum cruciabilitatum erraſtulo: vel liberè obedit supremo totius vniuersitatis Dictatori, à quo in hanc coloniam deducta fuit. Ad corpus autem non regreditur, quoniam ingressus animæ ad corporis sui informationem vitamque, à naturalibus materiæ, quas vnio hæc arctissima subsequitur, præparationibus dependet. Neque hoc ergo obstat.

i Arist. 1. de anima tex. 41.

Alij igitur dicunt has apparitiones possibiles non esse: quia cum spiritus corporis sint expertes, cerni corporeis oculis, vel humanis auribus exaudiri, vel vllo à nobis sensu corporeo percipi non possunt. Nam quod Lucretius de tactu cecinit.

Tangere vel tangi, nisi corpus nulla potest res;

In cæteris quoque sensibus locum habere. Nihil enim externis sensibus percipit, nisi quod corporatum: nihil ad internum sensum, nisi per externos se penetrare: nihil sciri aut intelligi, quod vtroque prius sensu perceptum non fuerit. Quare nec intelligi hæc visa, quæ nemo externo sensu percepit, nec sensu vllo percipi potuisse, quæ spiritualia sunt. Fortis hic nodus & difficilis fateor, cui perrumpendo fortis quærēdus est cuneus. Futilis ille & ridiculus, quem suggerit Cardanus, *in libru de subtilitate* parum subtiliter; spiritus denatorum atque ipsos dæmones naturaliter ab homine visu, auditu, odore dignosci: oculatior Lynceo, auritior Midâ vel Sileni asello, sagaciore naso quam Plauti illa anus merobibula fuisse oportet; si vis ista audiendi, odorandi, cernendi & discernendi spirituales substantias, ei à natura concessa fuerat. Sed ille fortasis ex corpore aëreo tenuiore animas formabat, qui multorum error olim fuit, *a* & vtinam non hodie. Nec etiam credibile est; quod Cæsarius, recentior illo antiquo & vno ex partibus, *in suis Dialogis*, non semel asseruit: *animæ figuram esse similem vasi spherico, vitreo, vndique oculato*, *b* & alib: *anima est substantia spiritualis, & in sui natura spherica, ad similitudinem globi lunarū ex omni parte videt.*] Incredibile inquam hoc, si proprie loquitur: arbitror esse locutiones allegoricas & metaphoricas: quibus anima essentialem perfectionem, & multiplicem cognitionem volebat indicare, vt ex eiusmet verbis apparet. *c* Sed Cardanus addit errorem errori, dum censet (homo de animæ immortalitate dubius, vt indicant omnes ferè illius libri editi: & maximè quem conscripserat, sed non ediderat, amicis autem familiarioribus aliquando ostendebat. *de animæ mortalitate liber*) apparitiones omnes imaginarias esse, & species illarum primas imaginando tantum concipi opinatur. Quod aliquando contingere lubens concedo, semper contingere lubentius nego. Res est paulò luculentius explicanda, est enim cognitione dignissima, & quam Diu. Thomas *d* mirabilem esse profitetur, & inter diuina miracula computandam.

a Vide quæ dixi ad d. cho. 2. fol. 445.

b lib. 1. Miracul. c. 32 & lib. 4. c. 39. & lib. 7. c. 16

c d. c. 39. & d. cap. 6. & lib. 3. c. 78.

Visionem veteres à viso distinxerunt. *Visio* illis ὄραμα, quoties nos id videre, prius opinamur: quod ita postmodum euenit, vt apparuerat. *Visum* vero φάντασμα nominant: cū interuigilio vel in somnis, ei qui vigilare se putat, formæ aliquæ oculis sese videndas offerunt. De *visione* disputationem differo in

d 1. p. q. 89 a. 8. ad 2.

libros sequentes: de *viso* nunc agendum, quod Christiani *apparitionem* dicere maluerunt. *Apparitio*, teste B. Isidoro, e triplex est: intellectualis, imaginaria, corporata. *Intellectualis* dicitur, quando substantiæ separatæ in solam mentem, non aliena formâ, sed seipsis se insinuant: quæ rarenter se offert, & imago quædam est beatificæ & æternæ visionis, & à tractatione ista prorsus nunc aliena. *Imaginaria*, quæ *Spiritualis* etiam dicitur, tum vocatur: quando, non (vt Cardanus putat) spiritus illi corporei sensibus famulantes, sed ipsæmet animæ separatæ formas aliquas alienas sensui nostro interno intendunt, quibus in earum cognitionem inducamur. *Corporata* dicitur visio, quando huiusce modi simulachra externo sensu excipiuntur. De his nunc *spirituali & corporali*, differimus, & earum neutram cum naturæ legibus pugnare contendimus. *Spiritualis* illa vigilantibus & dormientibus communis est. in eâ, *spiritus* (sic animas separatas malo vocare, quàm cum paganis *vmbras* aut *simulachra*) sui potius ideas quasdam in hominis phantasia efformant, quam aliena ipsi specie occultati illam subeant; & sic immutant, atque afficiunt internum sensum, non sua ipsi vt neque per se, sed angelorum vel dæmonum ministerio. nequeunt enim tales imagines, sine eximia quadam potestate & scientiæ præstantiâ, in hominum imaginatione, effigiari. hac potestate spiritus carent, quia nequeunt alia à se mouere, scientia quoque & peritia hac carent, quia neque cum à corpore recederent, eam habebant, nec postea didicerunt. cedo enim à quo, vel cuius ex disciplina? Opera igitur aliena, viuentium formis similia simulachra, in tabula imaginationis, incorporeo penicillo, depingunt, tristiore quidem habitu ac facie illorum, qui adhuc pœnas perferunt, pullo vt plurimum & aquilo amictu: contra in veste candida, hilari & renidente vultu eos, qui à supplicijs liberati; &, vt dignoscantur, viuis quam simillima depingunt. Non ergo apparitiones imaginariæ sunt impossibiles; & modus iste facilis est apparendi etiam viuis. Sic enim & Iudæi Oniam atque Ieremiam sic Saul Samuelem iuxta nonnullos, sic Constantinus Petrum & Paulum recognouit. *f* Probemus idem de *corporea* visa solis vigilantibus obijciuntur. & in ijs; spiritus assumunt corpora, & assumptis vtuntur. quod facere posse, & quo faciant modo sequenti quæstione ostendemus, nunc supponimus; siue theologos consulas, siue Philosophos Christianos, certum iam & definitum videri à substantijs seiunctis visibilia assumi corpora; in ijs ergo assumptis, quid mirum si à viuentibus conspiciuntur: siue illud ex elementis formatum fit, siue alienum sit cadauer, vtrumque visibile est.

Sed instabit aliquis; an ergo asseris spiritus (de dæmonibus res certa) humanos etiam cadauera subire? Quoad damnatorum animas, nihil video cur non æquè atque dæmones: non enim subeunt vt informent, sed vt loco tantum moueant. Beatas animas aliena corpora non subire, omnino crediderim. neque enim illas decet sua nonnunquam, sunt qui asserant subire. naturæ legibus id non repugnare concedo. fieri & decere, viris *g* pijs & doctis asserentibus, vt non repugno pertinaciter, non etiam audacter assentior. Nam honestum non videtur, nec decens sanctas illas, & iam glorioſas, animas, corporum suorum diffluentium

& tabi-

el. 7. Orig c. 8. D. Tho. 1. p. q. 12. a. 3. ad vlt.

f 1. Mach 15. 1. Reg 28. Syno 7. act. 1.

g Soto in 4. d. 43. q. 2. a. 1. qui sequitur. Tiræ de appar. spirit. Hesselius in Mat.

& tabidorum, ante resurrectionem, angustias iterum subire: cum id sit minime necessarium, & queant elementari supplere corpore. Volunt Thaboris in cacumine sic apparuisse, cum Christo Domino, legiserum Moysen. Mihi non improbabile videtur, non in proprio, sed in aëreo, & eam ad rem efformato corpore, Moysen comparuisse, vt Strabus & Beatus Thomas voluerunt: *b* Et poterit adhuc dici vera apparitio, in qua vera Moysis anima apparuit, & Moyses vere dicetur apparuisse, à parte enim potiore facienda denominatio est: & Diuus Augustinus *lib. de cura pro mortuis* subindicat, hanc se apparitionem Moysis haud dissimilem putasse ab apparitione Samuelis, in qua nemo dicit Samuelem, in suo corpore proprio apparuisse. Argumenta quoque omnia, quæ contra Diuum Thomam adferuntur, non valde stringunt, vt nec Patrum auctoritates, in quibus resurrectionis vocabulum, vt latè sumptum, posset accipi de eo, qui in corpore assumpto similis est resurgenti, in quam sententiam Iansen. *concord. c.67.* inclinauit. Sed quia reuera D. Hieronymus, Epiphanius & alij plerique patrum habes eorum verba apud Suarem) pro vera resurrectione faciunt, non traham funem contentiosum. Dico potius veras resurrectiones, ad rem de qua disseritur, nihil pertinere: nos enim de mortuorum loquimur apparitione, illa Mosis tamen non magis futura mortui apparitio, quam Eliæ. æque enim tum viuens fuisset Moses, atque Elias. Quod vero quidam *in vincto Parabata*, vbi Mosem inducit dæmoni quærenti. *Huc vnde Mose?* Sic respondentem.

---Nempe summo ab æthere
Vbi cum Enocho raptus & vate Elia
Felix, Dei nouissimum expecto diem.

Id caute intelligendum. Nam si vult Mosem raptum viuentem cum Enoch & Elia, qui nondum mortui: certe hoc temerarium est, & sacræ Scripturæ cõtrarium. Si cum Elia & Enoch venturum tempore nouissimo, idæque temerarium. Si in summum nempe empyreum cœlum translatos Enoch, & Eliam, hoc planè nouum & inauditum, vt ante obitum quis sit gloriæ illius particeps, hoc est beatus; idem comprehensor, & viator. Sed longè periculosius adhuc, quod in eodem opere, Michaël, & Angeli boni; Luciferi pœnam deplorant, & Deum etiam crudelitatis accusant. Tanti videlicet erat Prometheum Æschyli in Luciferum, & Nereides in Angelos bonos transformare. Hoc etiam audendi Poëtæ illi potestas fuit. Sed ad rem quod de Mose dixi; idem respondendum de ijs, qui resurgentes cum Domino apparuerunt resurgente. nam & isti ad vitam reuerterant, & fortasis secuti ascendentem Dominum in cœlum amplius mortem non experti, si tamen in proprio apparuerunt corpore illud informantes, vt est verò simillimum. Negamus itaque spiritus sua assumere corpora, vt in ijs appareant duntaxat; non vt informent & viuificent; tum enim non redeunt, vt sint tales quales cernuntur; sed vt hisce, velut notis, se præbeant agnoscendos, cui rei satis est idoneum corpus effictum.

Elementaria hæc corpora non ipsæ animæ sibi componunt, sed Angeli ipsis illa vel dæmones fabricantur. nec enim animæ separatæ queunt in hoc agere, vt necesse. nam hoc motu locali faciendum foret, anima verò separata non potest vi propria alia à se mouere, ex veriore sententia. *a* caret enim organis

c.17. & ib. Maldona. & fusiss. mẽ Franc. Suarez in 3.pa. in q 45. disput. 31. sect. 2. Peltan. de purg. c. 5.

b Strab. in c. 9. Luc & D. Th. in c. 17. Matth. & 3.p.q.55. Abulẽs. Lyran. & alij voluerunt.

a Sot. sup. & Suar. sup. & Pelran. supr.

organis corporeis, quæ illi ad mouendum corpus erant necessaria, quando erat in corpore. Hinc instare quis poterit interrogando. Si in elementare corpus nequit agere; quo in illo pacto poterit apparere, aut illud subire? *Respondeo* animas corpora hæc non arbitratu suo, sed Dei subire voluntate atque imperio. quare quando hoc fit, tũc Deus illis largitur qualitatem aliquam, quæ defectum suppleat; quod quoad animas beatas apertius puto, propter visionem Dei multa illis largientem dona; & eorum desiderijs abundè atque per omnia satisfacientem. aliter autem à spiritibus (etiam dæmonibus) corpora mouentur, aliter ab anima corpus informante. Hominis motus est organicus, nam homines à naturali appetitu solicitati, per qualitatem quandam neruis infixam membra mouent (ad quorum motum etiam nerui mouentur) non simul omnia membra, sed aliud post aliud. Sed animus corpore solutus appetentiam quidem retinet, sed organis corporeis destituitur: ideo corpus, cui se coniunxit, non mẽbratim, neque per partes impellit, sicuti suum dum viuebat; sed integram simul eius molem protrudit, licet præstigijs quibusdam fieri queat, vt organice mouere videatur. Sic ergo subit, sic mouet corpus assumptum, & sic firma manet secunda nostræ conclusionis probatio, consentaneam esse Philosophiæ illi, quam naturalem vocamus. Idem de Morali probabit sequens ratiocinatio.

SECTIO III.

ERTIÒ probatur conclusio, quia decet & vtile est hoc Deum aliquando permittere. Etenim si quod ad multorum demanat vtilitatem, si quod Dei honorem promouet, id fieri expedit, id decet Deum permittere: huiusmodi esse, de quo agitur, necesse est aduersarij fateantur. Nam non difficulter euincerem hæc visa, & commodi multum adferre nobis, & ad gloriæ diuinæ extrariam magnitudinem aliquid adiungere accesionis. Cedunt in animarum, quæ Deo gratę decesserunt, vtilitatem hæ apparitiones. quia si in corpore proprio apparent; dixi quid sentiam: sed si tamen in exuuijs apparent suis, gratissimum id illis iucundissimumque fuerit: nam inest animabus ad sua corpora, quasi ad domicilium suum insitus quidam ab incunabulis amor, à quibus vi abstractæ fuerunt, ad quæ sponte redeunt; vnde & Philostratus inuitas scribit separari, & Plato φιλοζωμάτας vocat, & D. Paulus *b* dixit nos *exspoliari* nolle, sed malle *superuestiri*, vt molestam cunctis animæ à corpore separationem ostenderet, sicuti Theophylactus interpretatur: quem amorem separatione non minui, sed coniunctionis pristinæ, & redintegrandæ vnionis appetitionem Theologi volunt manere. Sin autem alieno in corpore conspicuas se præbeant, nõ exiguam percipiunt voluptatem, ex negotiorum nostrorum vtili gestione, & rerum procuratione, quæ ad diuinum spectant honorem: interim suam quoque causam agunt, non illæ modò quæ subsidij & opis indigæ, quod etiamnum expientur, & à viuis eleẽmosynas, suffragia, ieiunia, missarum sacrificia impetrant, quibus diuinæ iustitiæ faciant satis, & pœnarum diminutionem obtineant; sed & ipsi beati, cœlestis Hierosolymæ albo adscripti ciues; quos interdum Deus sese iubet ostendere, vt corporibus eorum debitos honores exhibeamus, quæ Spiritus

b 2. Cor. 5. v. 5.

Sancti

Sancti Puriſsima fuere templa quod de Sanctis Geruaſio & Prothaſio Diuus Ambroſius teſtatur: hoc ergo ipſi lucro apponunt, quia ſic in ſe Deum ſentiunt & lætantur honorari Nobis autem, Deus optimè! quot inde commoda, quot cumulantur emolumenta? docent animam noſtram corpori manere ſuperſtitem: oſtendunt non eſſe impoſſibilem corporum reſurrectionem cuius quædam ſunt adūbrationes: clamāt Deum non viuis modo, ſed & mortuis præeſſe, cuius imperio iſta paraguntur: certa eſſe loca manifeſtant, vbi & fontes indeſinenter excrucientur, & pij æuo immortali cum iucunditate iugi perfruantur: admonemur ſocietatis & communionis, quæ nobis cum defunctorum fratrum ſpiritibus intercedit. perferunt ad nos Dei mandata, & mutuæ caritatis aliarumque virtutum fiunt auctores, nos de ſuo ſtatu, & quæ nobis vitæ ratio inſtituenda faciunt certiores: morientibus interdum ſe viæ comites, & ad cæleſtem patriam duces exhibent: horum monitu diuinam declinamus iram; ab his ſæpe ſanitas accipitur, & imminentia ceruicibus noſtris mala depelluntur, & ad proborum exemplum ab improbis pœnæ exiguntur: ipſis quoque damnatorum ſimulachris iuuamur, per quæ fides noſtra fulcitur; & fiat, vt firmius multo, ijs quæ de ſcelerum ſupplicijs & de Dei iuſtitia & prouidentia credenda ſuſcepimus, aſſentiamur. Hæc omnia & animaduertit, & in Theſes artificioſè ac breuiter digeſſit, & ſcriptorum grauiſsimorum exemplis atque hiſtoriis ſolide probauit Societatis noſtræ Theologus Petrus Thyræus *a*, cuius ſcripta manibus teruntur, pari voluptate & vtilitate: nolo eadem hic recenſendo actum agere. Tu (bone Lector) conſidera, an non iſti fructus egregij & lauti, quos ab apparitionibus decerpimus? an non hæ gemmæ quouis auro & margarito pretioſiores? hæc nobis omnia, per nefas & inuidentiam, moliuntur eripere, ſi intelligunt; perſtuporem & temeritatem miſerandam, ſi non intelligunt; qui viſorum fidem ex animis mortalium euellere allaborant.

Metum nobis hic obtrudunt, ſed metuunt vbi nihil timendum. Ingens (inquiunt) hac ratione fraudis ſeges ſeritur, dolorum occantur ſulci, & lata ſuperſtitionis arantur noualia, tēduntur ſubtilia & rara retia, plagæ captendulę inſtruuntur; quibus incauti capiantur, & impedicentur: Satā ſe ſolet in hominem, & adēo in lucis angelum transfigurare, quo illum pacto à veris ſpiritibus diſtinguemus? Dei donum eſt diſcretio ſpirituum, nec omnibus conceſſum. male ergo conſultū ſit generi humano; ſi tales contingant apparitiones, quibus diſcernendis non ſatis idonea Deus remedia reliquerit. *Reſpondeo* difficilem vere eſſe ſpirituum huiuſmodi diſcernendi rationem: neque id cuiuis peruium aut perſpicuum. Non deeſſe tamen hominum eruditorū ſcripta in his tenebris prælucentia, ne periculoſe aberremus, ſigna illi produnt ſingula veriſimilia per ſe, quędam minus, quędam amplius, ſi tamen valde multa vel potius cuncta concurrerent, ſatis certa & luculenta futura. Scripſit olim tractatum integrum circa annum Domini 1387. Bertramus Epiſcopus Theſelicenſis ad Cunonem Archiepiſcopum Treuirenſem. *de illuſionibus dæmonum* & Ioan. Hagen. alias de Indagine Cartuſian. *lib. de apparitione cuiuſdam defunctæ* huc ſpectantē: & fuſius egit integro opere Iacob. de Chuſa Theolog. *de apparitionib. ſpirituum, & quo modo eas & agnoſci debeant modo, Vtrum vere an ſict* ę

Sic Calu. in Lir. Lauathe. de ſpect. Chopin. li. 3. de ſacra pol.

a l. 1. de apparit. ſpirituum

appareant? conatur illũ ſuggillare, vt omnia quæ Catholica & pia ſunt, V vierus, ſed nihil ex eo protulit, quod non pium, prudẽs, & religioſum. paucis iſte ſcriptor notus. Notiores ſunt Peltani labores & Thyræi prædictæ theſes, *b* è quibus quæ certiora primo loco ſeligãtur. Si ſignũ crucis, nomen Ieſu, Marię, vel aliorum ſanctorum, cereũue reliquias, agni Dei ceream effigiem, luſtralem aquam, panem, ſalem, eorũue benedictũ aut alia huiuſmodi Sacramẽtalia, vel Catholicæ religionis ſymbola fugiant aut deteſtentur. Si poſtquam quod ſemel exegerunt præſtitum, adhuc fruſtra rurſus appareãt, & ſint importuniores (nam animæ, cũ ſatisfeceris, vel non redeunt, vel ſemel tantũ vt agant gratias; cõtra dæmones cauſas ex cauſis vt funiculum nectunt, vt vel obſideant, vel ſaltem grauiter decipiant) his ergo concurrentibus, diabolus eſt. 2. ſi ſe dicat animam eſſe alicuius dãnati; mentitur; & dæmon eſt, vt plurimum, vix enim vnquam damnatorũ animæ ſinũtur egredi. 3. ſi prætexit apparitioni cauſam falſam, vel malam; v. g. dicit ſe apparere coactum vi coniurationis magicæ, vel vt reuelet curioſa, parum neceſſaria, aut quæ neſciri expediret: dæmon eſt. 4. ſi aliter eius oratio ſit falſa, ſuperſtitioſa, maleſuada; deſperati, ſuperbi, libidinoſi, vindictæ appetẽtis, aut aliter perturbati præferens animi oſtentationem: dæmon eſt. 5. ſi appareat forma non humana, formoſa & bene formata; ſed terra, deformi, aut vili: vel canis, ſerpẽtis, ſuis, draconis, aranei, bufonis, vel ſimilium; vel nigri Æthiopis: malus eſt genius; ſi verò forma humana, bona angeli vel beati, vel Dei, tunc conſideranda operatio: ſi ex genere ſuo improba, vt blaſphemiæ, ſuperſtitionis, mendacij, homicidij, luxuriæ, &c. vel doloſa, ex modo operationis; vt ſi primo congreſſu lætitiam adferat animo, & tranquillitatem, poſtea horroré, turbationem, vel deſolationem, vel etiam magno cum fætore, ſtrepitu, vel clade abeat: dæmõ eſt. Diuus Antonius hanc ſuis cautionem tradidit, his ferme verbis; *Non eſt difficilis bonorum malorumq; ſpirituum diſcretio. ſi enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, à Domino ſciamus veniſſe auxilium: ſi autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur.*] Hanc iuxta normam, quæ Diui Thomæ *c*, B. Catharinæ Senenſi, Gerſonij, & alijs in hac palæſtra probe exercitatis, non immerito placuit; ſuos armauit pater Ignatius *d*: expertus id ipſe fuerat. in fictitio illo & oculato mõſtro, quod præſens lætitiam adferebat, abſens contriſtabat *e*. contra bonis ſpiritibus peculiare, vel iucundum, quem attulerint animo, ſenſum conſeruare, vel initio allatũ metum, tranquillatione maxima compenſare, vt Manoahe, Gedeoni, B. V. & alijs nouimus accidiſſe *f*. In eandẽ ſententiam D. Macar. *g*, Quæ à Deo & bonis angelis (*id enim ibi eſt, à gratia*) procedunt, lætitia perdita ſunt, caritate, pace, & veritate: quæ. a. ab iniquitate (*h. à diabolo*) turbatione plena ſunt, nec habent dilectionem, aut gaudium erga Deum, *hoc eſt ſpirituale*. plura de hoc dicenda iterum lib. ſeq. *de reuelationibus*. Hæc puto ſigna non obſcura diſcernẽdi viſiones malorum ſpirituũ à bonis: & tunc non debere nos dubitare, quin ſint auerſandę. Semper enim vel ſunt dæmonum vel damnatorum: ſi tamen vnquam damnatorum animę compareant. Nam etſi fatear Deum id poſſe permittere; cauſam tamẽ vix video, cur id permittat. ſane ſi permitteret, non video quomodo poſſint illorũ viſa diſcerni à dæmonum apparitionibus: niſi forte ſi qua denunciarent, indicarentue, quę omnem hominum co-

b Peltan. d. ca. 5. & Thyr. d. lib. 1. c. 16.

c 3. p. q. 30. ar. 1. ad 3. *d* libello exercitior. *e* Ribadeneira cit. vitæ l. 1. c. 6. Maſcius c. 7. *f* iudic. 7. v. 22. & c. 13. v. 21. [illegible] v. 13. & 30. ca. 2. v. 10. Mat. 16. v. 5. *g* Hom. 7

Aliquãdo compare re. volunt Pelran. & Tyræus.

gnitio-

gnitionem supe. arent. Item nisi occuparent corpus hominis viuentis, nunquam enim animæ, vel angeli boni hominum viuentium corpora subintrãt: sed hoc dæmonum proprium, vt Zoroastres in Magicis obseruauit, *vide Petrum Leloyerium lib. 4. de spectr. ca. pen.* Quid igitur (dicat aliquis) tu de illis; quorum legimus animas iterũ in corpus ingredi iussas, & quidem nonnullas inferni supplicijs addictas inde liberatas? vt Andream illum Romanũ ann. 1070. cuius historiam habes lectu dignissimam in vita S. Annonis Coloniensis libro primo, capite 33. apud Surium die quarto Decembris, tomo sexto. Equidem arbitror illos inferni pœnis nonnisi ad tempus addictos à Deo. Nam ex inferno nulla est redemptio, quando quis ad eum absolute damnatus: sed fieri aliquando potest, vt quando paulo ante visi expirare, reuera tunc animam non exhalarint, sed tantum fint extasim passi, in qua per visum & repræsentationem, ob oculos mentis diuino ministerio obiectam, visi sibi sint & mori, & vere in iudicium rapi, & cætera illa quæ narrant: Post quorum narrationem, vel statim vel diu postea, vere animam exhalarint. Quæ sententia cum aliorum, tum Baronij Cardinalis est tomo Annal. XI. dicto anno 1070. Cum tamen ibi dicat Andreas se vere mortuum fuisse, nõ vero dicat se ad æterna supplicia inferni damnatum, sed tãtum ad loca æternæ damnationis tractum, (quod dici potest etiam de damnato ad tempus) probabilius multo dici posset hunc ex priori illo genere fuisse; non absolute damnatum, sed ad tempus puniendum secundum præsentem iniustitiam, absoluta sententia suspensa: quæ est D. Tho. Durãd. Richard. Abulens. & aliorũ Theologorum sententia, lege Bellarminum nostrum lib. 2. de purgato. cap. 8. vbi de anima Traiani, disputat, & Valenc. in 3. part. disp. 11. quæst. 1. puncto 2. & Franc. Zoar. in 3. part. tom. 2. disputat. 43. sect. 3.

Par difficultas est, Angelorum apparitionis à Beatorum hominum apparitione dignoscendæ, nam & eorum qui in purgatorio sunt apparitiones, bonorum angelorum opera vicaria nobis, vt plurimum, puto exhiberi. Scio viros eruditos, signa quædam commemorasse; humanas animas quæ iam beatæ lætiore vultu apparere, quæ adhuc expiantur nubilo ac tristiore, hoc sane admodum probabile est. Addunt sic angelicas ab humanis discerni: humanas esse animas, si se barbatos, senes, vel pueros, vel fœminas exhibeant, aut mœsto habitu, nihil enim horum angelos decere: vt nec in illa quoque animalis vllius specie se exhibere, nec columbæ quidem, item si humanam cognitionem superantia prædicant aut doceant, si preces vel quid aliud subsidij postulent. Sed lubet ab his quærere; an nequeant angeli custodes suscipere formam eorum, quorum sunt custodes, & qui in purgatorio expiantur? certum est posse, & solere, neque id ipsi negant, cur non igitur tum, preces aut simile subsidium postulent? cur non tunc in eadem, qua illi erant forma, pueri, senis barbati, mœsti, vel fœminæ appareant, vt cognoscantur? Deinde nonne beati multa nunc norunt, quæ viatorum superant cognitionem, futura quoque, vt angeli, norunt, si Deus illa reuelarit? incertæ igitur sunt hæ notæ. Quibus & historiæ nonnullæ repugnant. Nam & in Patrum vitis habetur, scriptum, angelum Anachoretę iudiciorum Dei inscrutabilẽ abyssum intelligere desideranti, senili facie & vultu apparuisse *a*.

a Albert. Para. ser. 1. in Dom. 1 post Pẽtecost.

Sic Tritem. li. oct quæstionum quæst. 5.

Notissimum quoque quod de B. Augustino cómentarios de Trinitate cogitanti refertur puerum illi visum, qui cassо & irrito conatu cum Amphitrite Nerea, quantus quantus est, in exilem scrobem cochleari infundere nitebatur *b*, quem angelum fuisse non est ambigendum, non magis quam alium illū, quem peruetus historia certaminis D. Dorotheæ narrat *c*, similem puero quadrimo pulchellulo & tenellulo rosas suaue rubentes & mala recētia Theophilo, vt animosa & Deo fidens virgo promiserat, hyememedia, attulisse, cū illis in locis cuncta gelu vi frigoris cōstricta horrerent. Ruffinus etiam & D. Bonauentura testantur, D. Gregorio Nazianzeno se videndam obtulisse Sapientiam cum Castitate, & posset quis, nisi per soporem hoc illi contigisset, suspicari fœmineo cum schema Angelos fuisse. D. Laurentius Iustinianus *d* affirmat, sibi virginem quandam sole candidiorem apparuisse, quæ se sapientiam Dei esse diceret, quæ propter hominum reformationem humanā formam susceptisset, & ab eo in sponsam recepta dato, pacis osculo, recesserit: atque hūc fuisse D.N. Iesum hac illi forma apparentem, volunt illius vitę scriptores *e*. Arbitrarer potius Angelum fuisse, quod si Christus ipse fœminea in forma apparuit, cur non Angelos eadem in forma se conspiciendos præbere nonnunquam credamus? Exstat Diui Gommari, quem Brabantini mei venerantur, vita, vel à Theobaldo, vel alio quopiam antiquo & diserto scriptore, litteris tradita: vbi *f* reperias angelum à Deo missum, in columbæ specie mirabili splendore rutilantis, supra tentorium se conspiciendum præbuisse, & peregrinationem quam animo voluebat dissuasisse, sublimiorum studiorum atque operum proposita commutatione, cui cum vir sanctus paruerit, nihilque inde sit subsecutum, vnde dæmonis fallacissimi queat illusio deprehendi, cōplura vero, vnde id diuino mandato factum appareat, neque dæmones colūbæ adhuc speciem Spiritui Sancto dicatam abusos meminerim, boni hanc Angeli apparitionem fuisse, mihi persuadeo. Sed & alia visio vigilanti Vvamberto oblata, videtur docere in aquilæ ingentis forma angelum apparuisse. [*Apud Sur. in vita S. Berturphi cap. 12. Ianuar. die 5.*] quamuis si quis contenderet, hanc veram auem fuisse, vt & illa videtur, de qua in trāslatione S. Laudoaldi scribit *libro primo*. Nogerus Episcopus (*Sur. tom. 2.*) non valde repugnarim. Hæc ergo & similia, ne Notis ab illis traditis indubitāter assentiar, memorantur: sed imprimis, quia totam hanc spirituum discretionem, quod illi non diffitentur, ex diuina potissimū reuelatione, arbitror dependere. Propterea tutius & præstabilius iudico cum B. Augustino *g*, meam hic ignorantiam fateri, & discipulū me præstare, quā præcipiti temeritate aliquid definire, vel agere præceptorem, res enim hæc altior est, quā vt à me possit attingi, & abstrusior, quam vt eruere, & profundior, quam vt vadare queam. Hæc pro tertia probatione.

b Iacob. de vorag. ser. 3 de Trinit. & alij hagiographi. *c* apud Sur. tō. 1.

d in Fasciculo Amotis.

e Bernard. Iustinia, in eius vita c. 1. apud Sur. tom. 1.

f l. 8. apud Sur. to. 5.

g li. de cura pro mortuis, c. 16.

SECTIO IV.

QVarta petita probatio est ab auctoritate diuina & humana, humanam voco quæ nō est petita ex sacris Theologiæ, sed ex humanæ sapientiæ abditis, diuidamus has probationes, & sit quarta illa, quam ex Gentiliū opinione initio quæstionis fuse deduxi: quibus adde hoc censentes Platoné, *in Phædone*, Trismegistrum, *epistol. ad Tatium*, Apul. *apol. 1.* Maximum Tyrium, *lib. de*

Deo Socrat. Plutarch. *in Bruto.* Plin. Iun. *in epist.* Lucian. *in Philopsude.* vt omittam Homerum, Æschyl. Eurip. Virgil. Senecam & cæteros poetas: immò & Historicos, Dionem, Pausan. Tacitum, Sueton.

Quinta probatio petitur ex scriptis quorundam astrologorum, qui censent animarum apparitiones, ab astrorum certa coniunctione, & influxu pendere, vt Ptolomæus, Iulius Firmicus, Albumazar, & alij Arabes, quos secutus Pomponatius, quorum hæresim, etsi verissimis argumentis doctè alij confutarint *h*, tamen inde patet, etiam hos homines, ferme atheos, apparitiones animarum admisisse, vt illis nostri hæretici merito iudicentur deteriores.

Sexta probatio desumi potest ex opinionibus Chaldæorum, Mahumetanorum, Cabbalistarum, & Rabbinorum; quorum omnium vnanimis sententia animarum apparitiones recipiendas decernit. Loquor de Synagoga, iam reprobata post Christum crucifixum. Iosephum hoc voluisse constat, tum quia censuit veram Samuelis animam apparuisse: *a*: tum quia narrat Catulum à spiritibus occisorum dire vexatum fuisse *b*, hoc idem censuere Simeon Ben Ioaz in libro, *Mahchar Hasudoth*, Rabbenus Haccados, multas memorans apparitiones, in libr. *Galarazeya*, & alij citati à Leloyerio *c*, vbi etiam ex Cabbalistis idem probat, qui non, *Neshama*; nec, *Ruah*; sed quod vocant, *Nephez*; illud nempe Gentilium simulacrum seu vmbram, de qua Seruius (Virgilius, *imaginem*, vocauit;) volunt post mortem circa sepulchrum conspici. Idem credunt Musselmanni ex suo Pseudo propheta *d*, vt Auenzoer, & Auicenna. Idem cẽsuere Zoroaster, *in Magic.* & Zoar; idem Indorum Bragmanes Calecutij, Coloimi, Malabarenses, & cæteri Orientales *e*; idem Floridenses, Peruuij, & cæteri occidentales credunt *f*. Hos visum fuit adducere; non quod ijs quidquam tribuam: sed quod contra Epicureos, qui scripturam sacram reijciunt; & contra Hæreticos, qui Ecclesiæ perpetuam sententiam aspernantur; vno dicam verbo, contra laruas & nugones, laruas etiam & nugas in aciem producere cogamur.

Septimam probationem, legum, Tribunaliumque iudicialium suppeditant archiua. Nam & Vlpianus agnoscit, *ostentum* quoddam, φάσματα ἢ τέρατα; *g* & Manes agnoscit Martian. *h* & Magica sacrificia, quibus spiritus euocari putabantur, damnat Modestinus *i*; quod *Manes accire*, vocat, & à multis fieri quæritur, & pœnam mortis sancit Imperat. Constantin. *k* quo loco in idem recidit alia lectio, quæ pro *Manibus accitis*, habet, *Dæmonibus accitis*, *l* Manes enim vt plurimum erant ipsi dæmones, qui animas mentiebantur. Et hanc de animarum apparitione sententiam tenuere. I. C. non infimæ notæ, *Budæus & Alciat. ad. d. l. ostentum, Christoph. Porcius §. fin. instit. de loca. Arnold. Ferron. in consuetud. Burdegal. Alex. ab Alex. in Genial. dier. lib. 2 cap. 9. & lib. 4. cap. 19. & lib. 5. cap. 23. & lib. 6. cap. 21. Didac. Couarruu. lib. 4 var. resol. cap. 6. Petr. Leloyer libr. 3. de spectr. toto, qui cap. 4. docet hoc etiam tenuisse Bar. Brissonium Curiæ Parisien. Præsidem* quibus cum & sacræ scripturæ, & conciliorum, & sacrorum Patrum, & Theologorum communis sententia suffragetur; cæteris Iurisconsultis contrariũ sẽtientib. illos non dubito prẽponendos.

Octauo probatur conclusio, quoniam perpetuus hic Ecclesiæ sensus fuit. Veteris quidem testamenti tempore, probatur, quia anima Samuelis

a Picus li. 5. contra astrolo. & Perleloyerius li. 3. de spect. c. 9. & nos agemus libr. seq.

b l. 6. antiquit. c. 15. b l. vlt. bell. Iud. sub fin.

c d. l. 3. c. 5. & cap. 6.

d Azoar IX. XXVI & passim.

e vid. Paul. Vener. li. 3. cap. 28

f Leunc. Apoll. in hist. Peru.

g l. ostentum. D. de ver. oblig

h l. in tantum de rer diuis. i l. ex Senatus cõsulto. ad l. Cornel. de sicar. Leloyer. lib. 3. ca. 3. k l. multi C. de mal. & mathẽ. sic legit. D. Aug. & Compend. Βασιλικ

apparuit Sauli, *m*, non carminis magici vi excitata, sed à Deo missa; hęc enim verior videtur sententia; quæ non veteribus tantum Rabbinis Ahiæ, Saadię, Eleazaro, sed & Iosepho *n* (qui certe veni nouatori Dauidi Kimchi sunt præferendi) sed grauissimis quoque patribus placuit, Iustino, *contra Triphon.* & Augustino, *de cura pro mort.* quorum sententiam probaui superius *o*, vt consentaneam sacrę scripturæ; & cui, si Ecclesiastici librum pro Canonico recipimus, vt Catholici omnes recipiunt, (de quo miror *p* D. Thomam addubitasse 1. part. q. 89. art. 8. ad 2.) refragrari non possumus, vt magni nostræ ætatis Theologi obseruarunt *q*. Nec sunt magni momenti, quæ nobis opponit Leloyerius, *lib. 4. de spectr. capit.* 1. verbosius quam neruosius. Imprimis non distinguit inter has propositiones; *Samuel, vere apparuit in assumpto corpore, vi carminis Magici, seu virtute dæmonis:* & hanc; *Samuel vere apparuit in corpore assumpto iussu ac imperio Dei, deceptis Saule & Phytonissa, qui putabant magica hoc confectum euocatione.* Primam enim propositionem duntaxat Tertulli. Cyril. Anastasius & alij, quos adducit, Patres negarunt: idque meritissime: Secundam nemo illorum discussit, neque negauit; quam nos nunc asserimus, ideo coruunt omnes ferme Leloyerij contra nos machinæ. Deinde vetauit (ait) Deus ne quis rei alicuius cognitionem à mortuis petat, eosue per magos similesque seductores consulat; quod cum contra Dei præceptum conaretur Saul; non est credendum Samuelem, summum diuinæ legis zelatorem, voluisse quasi cooperari, saltem fauere & satisfacere impio regi. *Respondeo*, missum à Deo Samuelem, vt impium regem corriperet, eique instantia supplicia denunciaret, sicque eum ad pœnitentiam hortaretur. Sic legimus, vindictæ sumendæ à peccatoribus causa, similes apparitiones non raro factas, ob fores coronatas, Christianis, tempore Tertull. *r* diuinitus fuit flagris cæsus: quod factioni hæreticæ cómunicasset. Netalius eodem modo ab angelis exceptus, auctore Eusebio *s*, de ciue Hipponensi, vt rem sibi notam, ob delatum peieraturo iusiurandum, similia narrat Augustin. *t*: de Laurentio Cantuariensi Episcopo, fugam à grege meditante, ei B. Petrum plagas inflixisse, testis est Beda *u*: Hospiti, Mauritio imperante, B. Virgo in somnis apparens, eo quod blasphemantes hospitio non eiecisset, vimini genua circumarauit, & mane tibiæ à cruribus inuentæ abscisæ, vt habetur in Nicephori historia. 3. obijcit, hunc fuisse dæmonem, quia nihil boni consilij dedit Sauli, neq; eum ad pœnitentiam hortatus est, sed coniecit in desperationem. *Resp.* concionatorum & confessariorum officium esse hominibus breuitatem vitæ proponere, & dicere illud Prophetæ; *Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues*: item, *stulte hac nocte tollent à te animam tuam*, & alia huiusmodi, quibus sanctum inducant timorem: quod si peccatores inde ansam arripiant desperandi, culpa vacare concionatorem, sibi reū id debere imputare, quod bono pharmaco sit abusus, similia est cernere in hoc facto Samuelis; qui, quæ ad pœnitentiam apta proponebat, Saul in malum succū conuertit. Deinde nemo nescit, non minus aliquando iuuare consilia & adhortationes; quæ non expressis verbis, sed indirecta quasi oratione proponūtur, virtutem enim hæc habent consolandi, & à malo reuocandi. Quæ oportuit aduersarium considerare, & tali argumento non vti. 4. respondet ad Ecclesiastici locum, *capit. 46. vers. 23.* duntaxat

L.
m 1. Reg. 28.
n l. 6. antiquit.
o supra q. 6. vbi vide
p Bellarm. l. de Purg. c. 6. & l. 4. de Christ. cap. 11. Bellolan. de Purg. l. 1. c. 11. Pereri. de Magia. c. 9. Valēt. in 3. disp. 11. q. q. 1. punct. 1. §. 9. Pelt. de purgator. 6. 5. & qui fusissime sicutit hanc cōtrouersiā his non citatis Alfons. Mēdoza schol. quod hb. q. 5. §. 8.
q Tertul. adu. Praxeam.

r li. 5. hist. cap. 28.
s serm. inter edi tos Louanij.
t Beda lib. 2. hist. c.
u li. 18. 33.

taxat voluisse scriptorem præcipuas Samuelis laudes ibi commemorare, parumque sollicitum fuisse, an visio illa ficta, an vera fuerit. Sed cõtra hoc, verba non patiuntur, nostra versio habet; *Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi; & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia, delere impietatem gentis.*] *Notum fecit regi*, post mortem suam, ipse Samuel, siue postquam dormiuit. Sic Græce, καὶ μετὰ τὸ κοιμηθῆναι αὐτὸν ἐπροφήτευσε: ipse igitur met prophetauit, qui mortuus: & ipse vocem suam de terra exiens edidit ἐκ γῆς τὴν φωνὴν αὐτοῦ ὑπὸ νεκρίαν, moriturũ. 5. patres obijcit. Auctorem, *libri Græci quæstionum ab Orthodox.* quem sane parum perite dicit eiusdem auctoritatis esse cum ipso Iustino Martyre contrarium tenente, temere vero, Iurisconsultus homo pronunciat, quæcumq; in illo libro tradita sunt, per omnia & in omnibus sacræ scripturæ consentire; si locus hic foret, aut tempus permitteret, non deforent quæ obijcerentur. D. vero Augustinum etiam obijcit, non satis intellectum; *Nam in lib. de cura pro mortuis*, apertissime (quod bona cum venia aduersarij dictum) *c.* 15. nobiscũ sentit August. vt alibi dixi, & clare iam Theologi nostri *a* ostenderunt. Alij patres nihil nobiscum pugnant, quia dun taxat negare voluerunt, vi carminis magici Samuelem excitari potuisse, & quia ipsi hanc apparitionem tribuebant magiæ Phitonissæ (quod nec necessarium erat, neq; verum) ideo ex tali suppositione necessario eo delapsi fuere, vt negarent aliud quam dęmonem apparuisse. Nos quia suppositionem illam falsam putamus, ideo hac in re à patribus illis, ad alios patres recedimus. Deniq; obijcit, post multa impertinenter & παρέργως, fusa; illud, *cras mecum eris*, quod putat mendaciter dictum, si à propheta dictum; ego veritatem huius dicti clare, *libr. hoc eodem qu. 5.* tam proposui. Certa satis ergo hæc SS. auctoritas de anima Samuelis.

2. Adhuc certius (vt ait. D. Augustinus *b*) est exemplum Mosis, qui cum fuerit verè mortuus *c*, cum Christo Domino in monte Thabor apparuit *d*, vt verisimilius arbitratur D. Augustin. in corpore assumpto, & ex aëre formato, 3. exemplum est Ieremiæ & Oniæ, qui Iudæ Machabæo apparuerunt *e*

Sed veniamus ad tempora Christianorum (vt Iudæos omittam, quibus hæc sententia constans fuit, exceptis Sadducæis) & quia promiscue hæretici negant apparitiones mortuorum, siue beati sint, siue non sint, in vniuersum: ideo nos in vniuersum de his, siue iam cælites, siue nondum, agemus, & per ætates omnes Ecclesiæ descendemus, vt clarissimè appareat vere Catholicorum hunc semper sensum fuisse; aliorum quidem hoc affirmantium disputando, aliorum vero id satis aperte probantium exemplis apparitionum; quas pro verisimis habebant & narrabant.

Initio ipso hæc fuit sententia primitiuæ Ecclesiæ & Apostolorum & ipsius Christi Domini; qui cũ sciret Apostolos id credere, non modo illos nõ reprehendit & contrarium docuit; (quod non erat optimus magister, lux mundi vera, prætermissurus) sed potius hãc sententiam vt eorum animis firmius infigeretur silentio suo, & indirecta responsione comprobauit: vt mox videbimus. Nam cum post resurrectionem Christus Dominus ianuis clausis ad Apostolos fuisset ingressus, quod non putabant nisi à spiritu fieri posse, existimarunt se spiritum videre, & ideo vehementer conturbati & conterriti fuerunt *f*; quidem Theoph. expresse asserit

a videli. 2 quæ. 6. & quos cita. in fol. præcedentis.

b d. cap. 15 *c* Deut. 34 in fin. & in epi. Iud & Iosue 1. & hoc omnino tenendum ostendit Alimendoz. d. q. 5 *d* Matt. 17. Luc. 9. *e* 2. Math. c. 15.

f Luc. 24. v. 37. Ioa. 20. v. 19.

putasse eos esse animam aliquam, quæ ex altera vita redijsset: quod idem D. Augusti. *g* Eucherius, Beda & Hugo Card. & multi alij censuerunt, putabãt autem animam esse Christi, in corpore aéreo assumpto, non in corpore proprio; de cuius resurrectione nondũ erant planè certi. Sciebat Christus cogitationes eorum, & respondet, palpatione veri corporis cognoscant se spiritum non esse. Eadem fuerat ante passionem suspicio ac metus Apostolorũ, cum viderent eum ambulantem super aquas *h*, neque tum reprehensi, quod putarent esse, aliquando spectra, sed quia putabant Christum metipsis tum non apparere. Eandem aliorum tum sententiam fuisse conuincitur ex B. Luca *i*, nam vniuersa quæ Hierosolymis erat Ecclesia, dicentem Rhodem, quod Petrus *k* ex carcere liberatus ante fores adstaret: dixit insanire, eo quod certo sibi persuaderet, Petrum viuere & in carcere detineri: animamque viuentis hominis extra corpus suum apparere non posse sciret; ideo de viui hominis anima puellæ errorem reprehendebat, & angelum in specie Petri credebat; puellæ assensura si Petrum mortuum credidissent. Quo loco Græc. ἄγγελος, est; vnde probat locus *l* aliquando per Angelos, ἑτεροπροσώπως, animas repræsentari: præcedentia vero loca in Euangelijs apud Luc. non habent, ἄγγελος, sed expresse habent, τὸ πνεῦμα: apud Matth. vero, φάντασμα. Ex quibus sic ratiocinamur; apud Matth. nomen genericum fuisse positum, vt intelligamus tam de angelis, quam animabus hanc opinionem viguisse: apud Luc. vero in Euangelio vocem τὸ πνεῦμα, positam, vt restringamus ad animas, vel saltẽ ad solos angelos nõ restringamus: apud Luc. in Actis, angeli nomen positum, vt de Angelis idem censuisse Ecclesiam sciamus. Sane hæc adeo fere sunt inseparabilia, vt & olim Sadducæi, & hodie hæretici, vtrumque æque impugnent. Quis verò non rideat Lauatheri responsionem πνεῦμα, pro Angelo tantum accipi? ergo spiritui resistens caro in membris nostris, illa non animę sed angelo repugnat; vtitur enim Paulus voce, πνεύματος: ergo apud Petrum Christi anima concionata fuit angelis, & non hominibus in inferno degentibus (ἐνφυλακῇ πνεύμασι.) contra communem Antiquitatis consensum *m*. Ergò falso Athanas. *n* tradidit, in Hymno trium puerorum, πνεύματα, significare hominum animas; sed nugor, cum talia serio refello.

g Serm. 8.

h Mat. 14. vers. 26.

i Act. 12. v 15.

k Galat. 5. v. 16. & 17

l 1. Pet. 3. v 19. & c. 4. v. 6

m Clemẽs Alex. l. & 6. Strom. Athan. Epist. ad Epist. Hilar. in Ps. 118. Epi. hæres 7 Cyril. Al lib. de re ctæ fid. Theodo & libr. in Zoaã Ambr. ad. Rom. Ru in Symb. & alij. *n* Athan lib. de S

SECTIO V.

NVNC ad dicta Conciliorũ & Patrum & historicorũ veniamus: quæ non obscure id docent & persuadent, nisi proterui, & pertinaces, quod hæreticorum est propriũ, esse velimus, vnum illis effugij diuortium præcludamus, quidam omnes visiones negãt: qui sunt indigni quibuscum scriptis cõtendamus: eodem enim iure omnium Historiarum, omnium librorũ, qui in sacro Canone (quem sibi quisque illorũ, quem vult, hodie fingit, cras refringit) non continentur, fidem & auctoritatẽ repudiare possunt, quo quid insanius, quid cunctis reipubl. partibus est pernitiosius, & graui vindicta dignius? Modestiores alij; Angelorũ permittunt visiones, & recipiunt, pro lubito tamen suo; quando illis in disputando negotium non exhibent: sed ijdẽ isti, veterem omnem memoriam sic interpretantur, vt contendunt, αὐλοπροσώπως, nunquam animas ne Beatorum quidem vel apparuisse, vel apparere: sed quandocunque talia leguntur, de ἑτεροπροσώπως, facta, per bonos vel

malos

malos spiritus, apparitione id accipiendum. His regula illa Augustini aliorum valide obstat ; quando verba scripturæ proprie possunt accipi , ad Metaphoricos vel tropicos alios sensus non esse confugiendum : sunt autem scriptorum de his rebus verba pleraque adeo clara, vt qui illa ad tropos reuocet , is nihil non eodem iure sic queat detorquere,

Deinde nihil nos cogit absurdi, nihil rationi consentiens parum fieri posse, fieri decere & expedire iam docuimus,cur igitur sanctissimis, & grauissimis hominibus, ea simpliciter & sine fuco narrantibus, vt αὐτοπροσώπως gesta,non credamus: sed vel inuitis,ἑτεροπροσωπίαν,obtrudamus ? Quasi vero non ipso loquendi modo vtrumque genus apparitionum distinxerint: Nonne(vt alios mittam) D.Cyprian. cum de imaginaria , vel per angelos facta loquitur,simpliciter vocat visiones; cum vero de apparitione Beati alicuius,ἀυτ προσώπος, facta : tunc addit apparuisse talem vel talem: idem discrimen obseruant acta martyrum: idem vita & Dialogus D.Greg. *vide Cyprian.epist.*10.11.12 69. *Acta Mart. apud Sur.*24.*Febr.& I. Mal.Greg.passim in Dialog.*Quin etiã solitiipsi Angeli idipsum declarare quando apparent , vt fecit Gabriel Archang.cum in forma Sancti Marcellini se visendum præbuit ,apud Eghinartum *lib.*3.*de transl.SS. Martyr. Marcellini & Petr.c.*12.

Primo Sæculo , nobis occurrit,prima Hispaniæ,& fortasis Europæ totius, Ecclesia Beatæ Mariæ Deiparæ de Columnia,à B. Iacobo Sebedæo,cum adhuc in viuis vterque degeret, dedicata ad Hebrum Cæsaraugustæ:quod & Annalibus Celtibericis [a] proditum , & adeo constanti Ecclesiæ illius traditione receptũ. vt Catholicus ibi nõ habeatur,qui dubitet:traditur B. Virgo columnæ insistens Apostolo Hispaniarũ apparuisse, & iussisse eo sibi loco sacellulum dedicari , quod nunc dives & nobilis Ecclesia est. Si viues adhuc alio in loco, quam vbi degebat. B. Iacobo se videndum exhibuit : cur nequeat nunc cæli terræque Regina cũ lubet? & sæpe illi lubuisse,mox docebo,apparuit non semel filius, cur non & mater? B. Petro persecutionem vitanti Christus conspicuum se præbuit , & dixit Romam se contendere. vt iterum crucifigatur,intellexit Domini mentẽ Petrus & reuersus agitur in crucem,sicque in Petro Christus iterum crucifigitur. [*testatur D.Ambros.contra Auxent. de Basil.noua eradenda. D.Greg.in* 4.*Psal.Pœnit. Hegesip.l.*3.*de excid. Ieros. cap.* 2. Carpo Cretensi, auctor est D. Dionys. Areopagita,*epist.*8.*ad Demoph.* Iesum multis Angelis comitatum apparuisse , & inclementię nomine reprehendisse,quod lapsi fratris,& seductoris pœnam expeteret. Vespasiano Imper. S. Martialis Lemonicum Episcopus vixit discipulus Christi , is vidit S. Valeriæ Martyris animam,instar lucidæ flammæ cœlũ petentem.[*narratur in Actu S. Martialis, apud Surium.*]

Sæculo secundo, Iustinus Mar. Apolo. II.*ad Impp.*redire animas mortuorum, & apparere nonnunquam, & proinde immortales esse, vt gentilibus persuadeat,ipsis Gentilium per magos euocationibus vtitur, & contra Triphonem disputans,asserit Samuelis animam vere fuisse euocatam. Tertullianus non modo nihil nobiscum,sed tantum cum magicis nænijs pugnat, inquiens. [*Sed si quasdam reuocauit animas in corpora Dei virtus in documenta iuris sui, non idcirco communicabitur fidei & audacia Magorum,& fallacia somniorum,& licentia apostatarum.*]Verum etiam aperte facit

[a] Ant.Beuter. Chrõ. cap.23.V. sæus, Garibay, & alij.

pro nobis,nam & subindicat aliquãdo factum,& causam facti addit. Et luculentius idem, *Atqui hoc quoque de anima prædicatur. Nam,si de aliquo iam pridem defuncto,tanquam viuo quis requirat: præmanu occurrit dicere*, Habet iam & reuerti debet. *hæc testimonia animæ quanto vera,tanto simplicia,quanto simplicia,tanto vulgaria,quanto vulgaria,tanto communia, quanto communia,tanto naturalia, quanto naturalia,tanto diuina,*] quæ non tantum ad corporum resurrectionem, sed & ad hunc animarum reditũ miraculosum possunt referri. Origenes recte, quod quasdam redire posse censuit idque nobis hunc sufficit,perperã, quod ad improborum animas restrinxit,*l.7. Celsum impugnans, improba vero anima & prauis facinoribus in terram retracta, ita vt adspirare ad superiora nequeat, vagabunda in terra volutatur, nunc circa sepulchra oberrando: vbi etiam vmbratilium animarum phantasmata sunt sæpius visa, nunc terras has obeundo, cuiusmodi hos spiritus esse credendum est, qui omnibus sæculis & coerciti sunt & præpediti veneficijs,&c.*] Et sane Origenis tempore D. Potamiæna Basilidi carnifici apparens, eum ad fidem conuertit, nec hunc tantum , sed & complures alios, vt docet Euseb. *libro sexto capite quarto.* & ipsemet Orig.*contra eundem Cels.lib* 1.testatur,*multos pene multos attractos esse ad Christianam religionem, spiritu quodam repente mutante intellectum eorum:vt pro verbo exoso ad id temporis non cunctarentur mortem oppetere,post visiones oblatas ipsis vel dormientibus vel vigilantibus. Multa enim talia vidimus, quæ si memorarentur duntaxat gesta in nostra præsentia,cachinnum: tollerent infideles,rati,nos quoque , sicut illos de quibus male suspicantur, fingere. Testu autem est Deus nostræ conscientiæ , conari me non falsi narratiunculis,sed veris exemplis commendare IESV doctrinam.*] hæc ille quæ sane possemus & nos singulis fere paginis Lauathero, Riuio & similibus incredulis obijcere,& inculcare.

Sæculo tertio, D.Gregorio Thaumaturgo,cum Deipara, B. Ioannes Euangelista apparuit: vt narrat quam prolixo,tam vero sermone,scriptor eius vitæ grauissimus,D.Gregorius Nissenus. Qui quando angelica est visio, id solet addere, vt facit in visionibus oblatis, B Ephrem *in eius vita.* Nocturnarum quoque visionum,*epist.*12.meminit D. Cyprian.& idem,*epist.*69.eos grauiter reprehendit, qui visiones huiusmodi contemnunt.B. Quarrillosæ filius eius Martyr apparuit, & ad martyrium matrem confirmauit, vt narratur in epist. Africanorum Confessorum,(*quam nobis exhibuit Laur. Sur. die* 24. *Feb. tom.* 1.)in cuius additione,etiam D. Cypria. Montano, & Flauiano confessoribus traditur adhortator apparuisse. Sic & alia nos authentica Martyrum Cirthensium acta, referente eodem Sur. (*die* 1.*Mai.tom.*1.)docent D.Cypr.Mariano , & apparuisse & manum porrexisse,& ab Agapio puerulum martyrem paulo ante coronatum visum fuisse. D. Ambr. *Serm.*90 *B. Agnes* (ait) *parentibus ad eius sepulchrum assiduè vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparuisset , sic ad eos locuta dicitur:ne me parentes mortuam lugeatis, nam vna cum his virginibus viuo apud illum in cælis,quem in terris tota mente dilexi.*]addit & eandem Constantiæ post annos aliquot sanitatem in somnis spopondisse & præbuisse, Prius etiam, sub Decio, B.Agathæ S. Petrus apparens in carcere mammillam eius pectori restituit. (*Acta S Agathæ* 5. *Febr. apud Sur.*)Eadem postea S. Luciæ apparens, matrẽ eius Euticiã sanguinis fluxu liberauit(*Acta S. Luciæ* 13.*Decẽb.apud Sur.*)

Post annũ Christi CCC.seu sæculo IV.

Chri-

Christus Dominus dignatus apparere, D. Petro Alex. in forma pueri, quærentis vestem suam ab Ario discissam (*Sur. tom. 6. die 15. Nouemb.*) In ipsis exordijs (*ait Hadrian. tom. 2. epist. Decretal. & Synod. VII. siue Concil. Nicen. 2. Act. 2.*) *Christianorum, cum ad fidem conuerteretur pius Imper. Constantinus sic legitur: Transacta die nocturno regi facto silentio, somni tempus aduenit, & ecce adsunt sancti Apostoli Petrus & Paulus, dicentes: Quoniam flagitijs tuis posuisti terminum, & effusionem innocentum sanguinis horruisti: missi sumus à Christo Iesu Domino, dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audisti ergo nostra monita, &c.* Ecce dicunt se missos à Christo, dicuntur adfuisse Regi, vtique ἀυτοπροσώπως apparentes; & nominantur Apostoli; cum in alijs Constantini visionibus prælianti ostensus, à Zonara *tom.* 3. non nominentur, qui apparebant; eo quod angelici spiritus essent. Sicet am cum Constantinus templum Deiparæ constrvi iussisset; architecto apparens ipsa, rationem docuit, qua colũnæ possent erigi. *Greg. Turon. de gloria Martyr. c.* 8.) Constantio, Spiridion & Triphillius prius in somnis apparuére, quam eum sanarent, & tamen hi adhuc erant in viuis. (*ex Metaphras. Surius tom. 6. die 12. Decembr.*) Par Potestas à mortuo loquelam obtinere, & consequi vt appareat. De eodem illo Spiridione, referũt Socrates, *lib. 1. c. 8.* & Rufin. *lib. 1. c. 5.* quod Russini verbis referam; *Filiam habuit, Irenem nomine: quæ cum cibene nutrasset, virgo defuncta est. Post eius obitũ venit quidam dicens, se ei quoddam depositum commendasse: rem gestam ignorauerat pater, perquisitum in tota domo: nusquam, quod poscebatur, inuenium est. Perstebat tamen ille, qui commendauerat, & fletu ac lacrymis perurgebat: vitæ quoque suæ se illaturum exitium, nisi commendata recipe-*

A *ret, testabatur. Permotus lacrymis eius senex, ad sepulchrum filiæ properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa, de sepulchro, Quid vis, ait pater? Commendatum, inquit, illius, vbi posuisti? At illa locum designans, illic, ait, defossum inuenies. Regressus domum, rem, sicut filia de sepulcro responderat, repertam tradidit reposcenti.*]

B Quæ potuit respondere, non potuit, apparere, sane, vt & illi qui mortui iam Nicenæ Synodo subscripsere. Historiam admirandam prodidit Greg Cæsarien. presbyter, *apud Lipoman. tom. 6. in orat. de Nicene Syn.* Duo (ait) *Sancti Episcopi Chrysanthus & Musonius, cum nondum decisioni suas adiecissent subscriptiones, accidit vt diuina prouidentia ab humanis excederent. Diuini ergo patres, cum venissent ad communem locum, in quo dormiebant, cumque simul cum eis essent, & quæ dicebantur, audirent ô fratres, dixerunt, & patres, præclarum nobiscum certamen decertastis, cursum perfeciſtis, fidem seruastis. Si ergo quod factum est, Deo gratum iudicatis (nunc enim purius cernitis) ne quid sit impedimento, quo minus vos quoque decisionem subsignetis. Hæc simul & dixerunt, & signata decisione sanctorum Patrum loculo imposita, totam illam noctem insomnem peragunt in oratione. Die autem sequenti, cum venissent ad loculum, solutis quæ erant imposita signaculis, cum sanctam reuoluissent decisionem, inuenerunt sanctorum patrum ad eos adiectas subscriptiones.*] addit Nicephorus, *lib. 8. c. 23.* ipsius subscriptionis verba; *Chrysanthus & Musonius: qui cum patribus omnibus in sancta pri a Oecumenica Synodo consensimus: quamuis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.*] Vnde patet & Spiridionis, & omnium primæ Synodi patrũ sententiã fuisse animas, diuina permissione ad nos redire posse,

iam alioquin nec ille filiam vocasset, nec isti subscriptionem postulassent. Nicæno concilio vetustius, vtpote durante adhuc ante Constantinum persecutione, celebratum fuit in Hispania concilium prouinciale Eliberitanum, in cuius, *can.* 34. legimus; *Spiritus defunctorum non esse inquietandos*; quo significatur spiritus defunctorum superesse, & cernere quæ circa sepulcra eorum fiant: vnde & sequitur; nonnunquam adesse his locis; & detestari ritus Gentilitios, ex errore natos, de animarum circa sepulcra centenaria oberratione, de qua puto Canonem illum agere: & à qua sententia non videtur omnino alienus Nemesius περὶ ψυχῆς, qui liber perperam tribuitur Nicæno. Anno 366. Iulianus Impp. occisus fuit incerti spiculo: & diuina visio prius ostensa S. Basilio, cui cum B. Virgine S. Mercurius apparuit, & discedens, & cruentam hastam referens; vt ex Helladio D. Basilij discipulo docuit D. Damascenus, *Orat. 1. de Imag.* eodem quoque tempore & alius, ad castra proficiscens, vidit vel vigilans, vel somnians, complures ex Apostolis & Prophetis in vnũ coactos, & de iniurijs Iuliani in Ecclesiam quærentes, & in commune consulentes; & duos ex eorum numero, cæteris bono animo esse iussis, discessisse, pauloque post redijsse ad conuentũ, & nunciasse tyrannũ occisum. Sozomens hæc narrans *l. 6. c. 2.* duorum nomina prætermisit; sed Nicephorus addidit, duos olim egregios fuisse milites ac martyres, Mercuriũ & Artemiũ. *Sic ille l. 10. c. 35.* B. Febronia Martyr. & virgo natalis sui die quotannis mediæ noctis tempore in Nocturnis precibus, apparebat cunctis in choro versantib. eo ipso in loco procumbens, vbi psallere solita. [*Metaphrast. apud Sur. tom. 3. Iunij 13.*] D. Ammonis animam vidit B. Antonius comitantibus angelis in cælum pergere. (*Athanas. in vita D. Ant. idẽ refert Palladius in vita Ammonis.*) D. Martino Turonens. Episc. apparuit è cælo descendens B. Virgo; & ex inferis adscendẽs anima latronis, qui pro Martyre colebatur. (*Sulpitius Seuerus in vita D. Martini.*) D. Pauli primi Eremitæ animam visam B. Antonio in cælum ab angelis deferri, auctor est D. Athan, *in vita Antonij*. & D. Heron. *in vita Pauli.* fuit in hac sententia Nemesius, Paulò ante citatus: fuit & D. Basilius, *lib. de vera virgin. paulo ante medium*; vbi postquam dixisset virginem, etiam cũ sola est, semper reuereri debere & Deũ, & angeli custodis præsentiam; *Quid* (subdit) *per singulas pergam? Ipsas Angelorum infinitas multitudines, & vna Sanctorum Patrum beatissimos spiritus. Nullus enim ex his est, qui non singula vbique consideret. Etsi enim oculis carneis minime conspiciuntur: incorporeis tamen obtutibus ad agnitionem complectuntur, & comprehendunt omnia.*) vult ergo Sanctorum animas nobis cum volunt adesse, Dei permissione, & nullum esse locum quo se succesiue penetrare non possint; nihil in rebus esse actionibusque humanis, quod aliquando nequeant intelligere, ne quid hic vbiquitatis somnies. Idẽ in Panegyr. B Mamãtis Mart. significat multis D. Mamantem apparuisse. *Memores estote Martyrũ, quotquot illo per somnia potuistis*) D. Greg. Nazian. *Orat. in laudem Cæsarij, dicit* sibi sæpe in somnis visum fratrem, & licet addat, *siue cupiditate* (qua scilicet amãtes sibi somnia fingũt) *siue ipsa veritate*; manifestũ tamẽ testimoniũ dat sententiæ suæ, de possibili animarũ apparitione,

Vixere eodem sæculo nonnulli Patres mox citandi: sed, quia, mors eorum, & vitæ pars potior, incidit in sæculum sequens, in illud distuli.

Quod

V

Quod tempus intercedit, inter annum CCCC. & D. sæculo quinto ad scribendum, viros habuit qua sanctitate, qua doctrina valde illustres D. Martini transitus D. Seuerino. & D. Ambr. absentibus ostensus: apparuit etiam, vt auxilium laturus ijs qui corporis eius translationem parabant: apparuit & alias non semel vt narrat Gregorius Turon. *lib. de mirac. D. Martini, & lib. de gloria Confess.* D. Ioannis præcursoris caput altissime Herodias defodi iusserat, multis postea sæculis sanctus ipse, duobus Monachis in somnis apparuit, & quo loco esset ostendit. Rursus cum memoria eius interiret; & ignoraretur quo loco delitescceret hoc sæculo, ante Marciani imperium, idem sanctus Marcello monacho mirabili modo locum sepulcri sui capitis indicauit. [*Prosper & Sigibert. in Chron. Sozomen. l. 8. cap. 21. Niceph. l. 12. cap. 49.*] Vbinam sepulta forent corpora DD. Geruasij & Prothasij, per visionem eorum D. Ambros. didicit, teste B. Augustino, *lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 8. & lib. 9. confess. ca. 7.* ipsius etiam D. Ambrosij verba hanc sententiam nostram confirmant, quibus eodem sensu: quo D. Basilius; Sanctorum spiritus vbilibet esse testatur; *Nam licet vniuersi sancti, vbique sint, & omnibus prosint: specialiter tamen illi pro nobis interueniunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus.* Serm. 77. de Natali Octauij, Aduen &c. B. Paulinus (forte Diaconus, certe non Nolanus ille) *In vita S. Ambrosij*: *Eodem*, inquit, *quo obijt die, sicut textus epistolæ loquitur, quæ à Simpliciano successore eius venerabili viro, suscepta est de partibus Orientis, ad ipsum, tamquam adhuc nobiscum viuentem, directa, quæ nunc vsque Mediolani habetur in monasterio: quibusdam sanctis viris apparuit orans cum illis, & imponens illis manus: habet enim diem epistola quo directa est: qua lecta inuenimus diem esse, quo ille defunctus est.*

Intra Tusciam vero ciuitate Florentia vbi nunc vir Sanctus Zenobius Episcopus est, quia promiserat se illos sæpius visitaturum frequèter ad altare, quod est in Basilica Ambrosiana, quæ ibidem ab ipso constituta est, visus est orare, sicut ipso sancto viro sacerdote Zenobio referente, didicimus. In eadem etiam domo, in qua declinans Eugenium mansit, tempore quo Rhadagaisus suprà dictam ciuitatem obsidebat, cum iam penitus desperassent viri ciuitatis: per visum ciuidam apparuit, & promisit, alio die salutem illis ad futuram. Quo referente ciuium animi sunt erecti. Nam altero die aduenient Stilichone comite cum exercitu: facta est de hoste victoria.

Hac Pansophia religiosa fœmina, matre pueri Pansophij, referente cognouimus. Mazzezelie vt desperanti de salute sua vel exercitus, quem ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in visu noctis apparuit, atque cum prouolueretur ad pedes viri sancti Mazzezel, percutiens terram senex baculo quo regebatur (tertio hac enim specie illi apparuerat) ait: Hic, hic, hic: signans locum, deditque intellectum viro quem visitatione dignum fuerat arbitratus, vt agnosceret se in ipso loco, in quo sanctum Domini viderat Sacerdotem, die tertia victoriam adepturum: atque ita securus bellum & inchoauit, & consummauit. Nos tamen ea Mediolani positi, ipso Mazzezele referente, cognouimus. Nam & in hac prouincia, in qua nunc positi hæc describimus, plurimis hoc ipsi m retulit sacerdotibus: quibus etiam referentibus securius ante nobis cognita huic libro adiungere arbitrati sumus. Sisinnij etiam & Alexandrini Martyrum, qui nostris temporibus, post obitum sancti Ambrosij in

Agaunię partibus perſequentibus gentilibus martyrij coronam adepti ſunt, cum reliquias Mediolani ſumma cum deuotione ſuſciperemus: aduenientę quodam cæco & referente cognouimus: qui eodem die tacto loculo, in quo Sanctorum reliquię portabantur lumen recepit: quod per viſum noctis vidiſſet nauim appropinquare littori, in qua multitudo erat albatorum virorum: quibus deſcendentibus ad terram, cum vnum de turba precaretur, vt ſciret qui eſſent ij viri: audierit Ambroſium eiuſque conſortes. Quo audito nomine, cum deprecaretur vt lumen reciperet, audiuit ab eo: Perge Mediolanum & occurre fratribus meis, qui illo venturi ſunt (deſignans diem) & recipies lumen. Erat enim vir (vt ipſe aſſerebat) de littore Dalmateno, nec ſe ante veniſſe in ciuitatem aſſerebat, priuſquam recto itinere reliquijs Sanctorum occurriſſet nondum videns: ſed tacto loculo videre cœpiſſe. Hactenus Paulinus de Ambroſio, & quidem certò comperta. Nunc age, alium eius ætatis, D. Ambroſij contra Symmachum Collegam, Prudentium adiungamus:

Prudentius de S. Eulalia,

Virgo citum cupiens obitum
Appetit & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior
Viſa relinquere, & aſtra ſequi:
Spiritus hic erat Eulaliæ,
Lacteolus, celer, innocuus, &c.

De Sancto fructuoſo & ſocijs.

Vidit præſidis ex domo ſatelles
Cœlum martyribus patere apertum,
Inſigneſque viros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens heribi,
Oſtendit ſceleris notam paterni
Cœlo viuere, quos forum peremit.

Poſtea cum pio ſtudio conarentur fratres, quiſque ſibi partem reliquiarum auferre, ſubdit;

Sed ne reliquias reſuſcitandas,
Et mox cũ Domino ſimul futuras
Diſcretis loca diuidant ſepulchris
Cernuntur niueis ſtolis amicti,
Mandant reſtitui, cauoq; claudi
Mixtim marmore puluerem ſacrandum,

Scribit Conſtantinus presbyter, *in vita S. Germani Antiſiodorenſis ca. 17. cum Sanctus vir in loco quodam ſpectris infeſto moraretur intrepidus, ſubito ante os legentis adſtitit vmbra terribilis, & paulatim ſub oculis intuentis erigitur. Parietes etiam Saxorum imbribus colliduntur. Tunc vero deterritus lector, præſidium ſacerdotis implorauit. Qui ſtatim proſiliens effigiem terribilis imaginis intuetur, & præmiſſa obſecratione nominis Chriſti, imperat: vt quis eſſet, quidue illic ageret, fateretur. Qui protinus terrifica vanitate depoſita, voce humili more ſupplicantis eloquitur: ſe comparemque ſuum auctores fuiſſe multorum criminũ inſepultos iacere, & ob hoc inquietare homines, quia ipſi quieti eſſe nonpoſſent. Rogat, vt pro eis Dominũ precaretur, quatenus receptire quiẽ mererentur. Ad hæc vir ſanctus indoluit, imperatque vt locum oſtenderet, quo iacerent. Tum vero cereo præcedente dux vmbra prægreditur, & inter difficultates maximas ruinarum, intempeſta nocte locum, in quo proiecti fuerunt, indicauit: Vt vero mundo redditus eſt dies: circumiectos incolas imutat, hortatur ipſe operis maturator, inſiſtens: ruderatumultuarie ſuperiecta ad tempus raſtris auulſa purgantur. Inueniuntur corpora fuſa ſine ordine, oſſa ferreis adhuc nexibus illigata. Ad legem ſepulturæ foſſa dirigitur, membra exuta vinculis, linteis induuntur, humus ſuperiecta componitur, oratio, intercef-*

ſionis

sionis impenditur, requies defunctis obtinetur: ita vt post eandem diem, sine vllo terroris indicio, domicilium frequentato habitatore floruerit.] *apud Surium mense Iulio.* Sed tot tam claris exemplis aliquas inseramus auctoritates siue dogmata Patrum, mox ad alia exempla redituri Hieronymus, *lib. ad. vigilantium.* in vno illo, nostros Nouatores omnes iugulat sacræ veritatis gladio eloquentiæ bracteis inaurato: *Aut vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram Dei animas Apostolorum & Martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, & vbi voluerint adesse præsentes. Senatoriæ videlicet dignitatis sunt & non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaque custodia, in fortunatorum insulis & in campis Elysijs, recluduntur. Tu Deo leges pones? tu Apostolis vincula injicies: vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cum Domino suo, de quibus scriptum est: sequuntur agnum quocumque vadit. Si agnus vbique: ergo & hi, qui cum agno sunt vbiq; esse credendi sunt. Et cum Diabolus & dæmones toto vagentur in orbe, & celeritate nimia vbique præsentes sint: martyres post effusionem sanguinis sui arca operientur inclusi, & inde exire non poterunt.*] Siste, lector: & istud, *vbique*, pro *vbilibet*, positum (vt Sanctum Basilium interpretatus sui) memento, simul rationes Diui Hieronymi etiam percellere eos, qui negant è cœlo Sanctorum animas egredi posse. Amicus & admirator Hieronymi Diuus Augustinus, *libr. de cura pro mort.* totus in eo est ferme, vt probet secundum legem Dei ordinariam, & sola ac nuda ipsarum animarum naturali facultate, animas illis quibus adscriptæ sunt locis egredi ad tempus non posse: extraordinaria tamen Dei permissione quando voluerint, eas suis receptaculis ad homines visendos egredi posse: videte hanc eius mentem verbis, & serie disputationis aperte significatam, cum *cap.* 10. scripsisset, ferri mortuos apparuisse viuentibus, & quo illorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locisque monstratis monuisse, vt sepultura, quæ defuerat, præberetur: subdit: *hæc si falsa esse respondemus contra quorundam scripta fidelium, & contra eorum sensus, qui talia sibi accidisse affirmant, impudenter venire videbimur.* Et non sunt impudentes aduersarij nostri; qui consensum ætatum omnium exsibilant? Vt autem intelligeremus hoc non accidere lege ordinaria, sed speciali priuilegio, Deique permissione singulari, *c.* 13. illud de matre sua adscripsit, quod aduersarij calumniose in nos detorquent; *si rebus viuentium interesset animæ defunctorum, vt de alijs taceam, mei ipsum pia mater nulla nocte desereret.*] Etenim de singulari illa permissione alias aperte asseruit, quod de continua & ordinaria lege hic negauit. *cap.* 15. *mitti* (inquit) *ad vnos aliquos ex mortuis diuina scriptura testatur, & Samuelu atque Moysis apparitionibus id confirmat.*] De fide ergo hoc censuit Augustinus, idem postea, *capite* 16. confessorem Felicem cum à Barbaris oppugnaretur Nola, *non solum beneficiorum effectibus, verum etiam ipsorum hominum aspectibus apparuisse, non incertis rumoribus, sed testibus* (ait) *certis se cognouisse. Verum* (addit) *ista diuinitus exhibentur, longe aliter, quam sese habeat vsitatus ordo, singulis creaturarum generibus attributus.*) vult ergo Sanctus Doctor id fieri posse, sed non fieri naturaliter, ideo enim vt hoc doceat, mox subdidit; *alij sunt humanarum rerum limites, alia diuinarum signa virtutum: alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quamuis & naturæ Deus adsit, vt fit, & miraculis natura non desit.*) Quippe miracula præter naturæ quidē fiunt ordinem, naturæ tamen rerum

num-

numquam aduersantur. Quid hac veritatis tuba sonorius? quid hoc lumine Ecclesiæ manifestius? quid hoc perfidiæ malleo potentius hæretici exspectant? viuorum negotijs mortuorum spiritus interfuisse, superstitibus adfuisse, visos in orbe nostro, testatur. Auctor epist ad Cyrillum. Ierosol. quæ tribuitur (licet falso) Augustino; ipsa qua decessit hora, narrat Hieronymi animam ei apparuisse, multaque sapienter monuisse, & eruditè docuisse. Sed huius epistolæ auctoritas & fides sunt exiguæ, vel nullæ: ideo pergamus alio D. Chrysostom; *homil. 74. in Ioann.* agnoscit mortuorum in somnijs apparitionem, & eam fuisse sententiam Iudæ Thadæi Apostoli eo loco scribit, vt cēseret sic Christum post mortem solis Apostolis & non alijs appariturum. Apud Palladium legimus à B. Pambo visos fratres duos Pæsium & Esaiam in cœlis: (*in Pæsia & Esaia.*) ab Abbate Apollo visum fratrem eius defunctum: (*in Apollo*) Anuph. vidisse choros beatorum: & eius animam postea à numerosis angelis & martyribus in cælum cunctis videntibus sublatam. (in Anuph.) Solitus autem Palladius diserte exprimere & distinguere visionem angelicam à visione animæ, & addere angelum hominis alicuius speciem assumpsisse, vt obseruare potes, *ex cap. 86.* de Euagrio Diacono, visione angelica ab amore libidinoso mulierculæ deterrito: vbi etiam habes apertam distinctionē apparitionis alterius dæmonum ad hæreticam blasphemiā conantium eum inducere. His ferme temporibus Marcus Gazensis vixit, testis oculatus, narrans Ioannis Cæsareæ & Porphyrij Gazensis Episcoporum legationem ad Arcadium de diruendo Marnæ templo; vbi inter cætera describit tempestatem grauissimam, quā

A

B

C

D

E

Deus permiserat oriri propter hæreticam naucleri prauitatem: *implorabamus* (inquit) *preces* B. *Procopij anachoretæ. Cumque fuisset vespera & tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem.*

Circa matutinum autem ex multa afflictione parum dormitarunt sanctissimi Episcopi, & videt in somnis Dominus meus Porphyrius, sanctum Procopium Anachoretam dicentem eis: Nauclerum catechismo instituite & obsignate (est enim ex Arij hæretici execranda secta) & efficite, vt ipse anathemate notet Arium, & malam eius fidem: & statim cessabit sancta tempestas.] Subdit deinde sic factum, & mare tranquillatum B. Chrysostomo, commentarios in D. Pauli Epistolas scribenti, assistentem, eumque docentem B. Apostolum vidit Proclus Constantinopolitanus, vt scriptis proditum à Leone Augusto, & Metaphraste, *in vita Chrysost.* Eidem ab exilio redeunti Comanæ in templo D. Basilisci Martyr, Nicomediæ olim passus, apparuit dicens: *Confide frater Ioannes: cras enim simul erimus.* Aiunt presbytero quoque Ecclesiæ prius apparuisse Martyrem, atque dixisse: *præpara Ioanni fratri locum. Venturus est enim.*) narrat Palladius, *in Dialog.* & addit confirmasse euentum: postridie enim mortuum & sepultum eo loco S. Antistitem. B. Cyrillus Alex. dissentiens vehementer à Chrysostomo, in somnis monitus à Deipara fuit, vt cum eo mortuo in gratiam rediret. *Niceph. lib. 14. Hist. cap. 28. ex Nicet.*)

Aliam visionem Adelphij de gloria B. Chrysostomi, à Sophronio (*in Prato spirituali capit. 128.*) descriptam, vt meram impostu ram, merito à Baronio (*tom. 5. anno 407.*) confutatam, prętermitto. Sed omni fide digna est historia, quam de Synesio Syrenes Episc.

& Eua-

& Euagrio Philosopho idem Sophronius memoriæ mandauit, ex Leontio, [*Prat. Spiritual. cap. 195.*] cum assidue Synesius eum conaretur ad religionem Christianam traducere, isque obijceret doctrinam Christianorum, de resurrectione corporũ, deque mercede bonorum operum, maxime centuplo pro eleemosyna post hanc vitam recipiendo, sibi non posse fabulosam videri. Tandem tamen Episcopus nihil diligentiæ prætermittens ei persuasit Christianum fieri, & cum liberis baptizari.

Caterum non multo posteaquam baptizatus fuit, dedit Episcopo auri tria centenaria in vsum pauperum, dicens: accipe aurum istud, & distribue illud pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quod Christus mihi ipsum reddet in futuro sæculo. Qui suscepto auro prompte illi cautionem fecit, vt petebat. Vixit itaque post baptismum annos aliquot philosophus, at tandem infirmatus est ad mortem. Cum vero morti proximus esset, dixit filijs suis: Quando curabitis funus meum, chartam istam in manibus meis ponite, & me cum illa sepelite. Mortuo autem illo fecerunt filij, sicut eis ipse præceperat, sepelieruntque eum cum chirographo.

Tertia autem post sepulturam die apparuit Episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens: Veni ad sepulchrum vbi iaceo, & accipe chirographum tuum, accepi enim debitum & satisfactum mihi est: atque vt certior eius rei sias, propria mea subscripsi manu. Ignorabat enim Episcopus, quod chirographum illud consepelissent ei. Mane autem facto, accersitis filijs eius dixit: Nunc aliquid cum Patre vestro in monumento posuistis? Illi putantes quod eos de pecunijs interrogaret, dixerunt ei. Nihil Domine præter pannos consuetos. Quid igitur. Nunquid vel chartam aliquam consepelistis ei? tunc recordati filij (ignorabant enim quod de chirographo diceret) dixerunt ei: Ita sane Domine, chartam enim quandam moriens dedit nobis, & ait: Quando sepelietis me, chartam istam in manibus meis date, nullo penitus sciente. Tunc dixit illis Episcopus somnium quod nocte illa viderat. Sumensque illos cum clericis ac primarijs ciuitatis, accessit ad philosophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem philosophum, chirographumque manu Episcopi conscriptum suis manibus tenentem, accipientes, autem chirographum ex eius manibus aperuerunt, inueneruntque in eo nouiter manu philosophi subscriptum ita: Ego Euagrius philosophus tibi sanctissimo Domino Synesio Episcopo salutem: Accepi debitum in his litteris manu tua conscriptum. Satisfactumque mihi est, & nullum contra te habeo ius, propter aurum quod dedi tibi, & per te. Christo Deo & Saluatori nostro, &c.]

Idem narrat Hugo Eterianus, *lib. de regress. anim. ab infer. capite decimo sexto.* Luciano presbytero viro sancto, temporibus, non Constantini (vt male *Nycetas orat. de martyrio & inuent. S. Stephani*) sed Honorij Archidij, apparuit semiuigilanti ter, diuersis noctib. B. Gamaliel B. Pauli præceptor, eique indicauit locum reliquiarum corporis sui, & B. Stephani protomartyris, & Beati Nicodemi, & Beati Abibi: quæ & eo inuenta fuere loco, & per Orosium Occidenti illata, exstat epistola Luciani de hac re luculenter scripta, (*apud Surium tom. 4.*) quam Auitus Hispanus in Latinum transtulit è Græco, cuius etiam exemplar exstat, & meminit Gennadius, *de viris illustribus, cap. 47.* cui suffragantur Marcellinus Comes, *in Chron.* & Nicephorus, *lib. 14. cap. 9.* Et vt certior foret hæc

visio, idem B. Gamaliel, eodem tempore, apparuit Nygetio monacho, cui etiam situm loci ad Orientem indicauit, vt refert ipse Lucianus. Ipsum quoq; Protomartyrem nonnullis apparuisse testis est Euodius, *lib. 1. de eius miraculis.* De Micheæ & Habacuc apparitione, his priore, legendus Sozom. *lib. 7. cap. vltim.* De Zachariæ prophetæ corpore non multum post inuento, sic Sozomenus, *lib. 9. cap. vltim. Cophar villa est in territorio Eleutheropolis Palæstinæ. Huic præfectus erat agri ipsius conseruus Calimerus quidam. Domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in conterminos agricolas iniquus. Quamuis autem talis esset, propheta tamen ei vigilanti clara luce apparens seipsum reuelauit. Et horto quodam demonstrato, Age quæso* (inquit) *hic fodito, &c.* subditur enim corporis sacri, ostenso loco, inuentio, Absens & viuus adhuc Euthymius noctu visus Tereboni Saraceno: quem cum sanasset postea ad se profectum, magna Sarracenorum pars Christi fidem suit amplexa, anno Christi 420. vt prodidit Cyrillus monachus, probatissimus Historicus, *in vita S. Euthymij, Surij tom. 1. Ianuar. 20.* Circa annum 429. Abbati Cyriaco B. Virgo, cum duobus, SS. Baptista & Euangelista, apparuit, & negauit in cellam eius ingredi, manebat enim ante ianuam, eo quod ignaro Abba, duo Nestorij libri in eius cella forent, hostis Deiparæ: *auctor Sophron. Prat. spirit. cap. 66.* De Beat. Paulino Nolano, *in libr. de vita Paulini apud Surium tom. 3. Iunij 22.* narrat Vranius, ei ante mortem apparuisse, & cum eo collocutos fuisse S. Ianuarium Mart. & S. Martinum Turonensem. Beat. Petrus Apostolus & S. Apollinaris eius discipulus per visum apparentes Sixto Papæ, anno 433. eum admonuerunt Rauennati sed imponendum Petrum illum, vere Chrysologum, virum simul sanctissimum & eloquentissimum: *auctor ex antiquis archiuis Rauennatium, in eorum historia, Hieron. Rubens.* Scribit Procopius, *libr. 2. de bello VVandalico,* B. Cyprianum Afris oppressis apparuisse, & bono animo Christianos esse iussisse, seque breui tempore vltorem futurum: quod sane VVandalis debellatis, biennio post accidit. Ann. 456. Theodoricus rex victis in Gallicia Sueuis, in Lusitaniam contendit: vbi ne vrbem Emeritam diriperet, B. Eulaliæ Martyris apparitione coercitus fuit, auctore Diuo Ilidoro, *in Chron. Gothor.* De B. Leonis ad Flauianum de recta fide epist. Sophronius ista memorat. *cap. 147. Prati spirit.* Narrauit & hoc nobis eiusdem cænobij Pater Abbas Menas, *Audisse se Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem. Cum profectus essem Constantinopolim, fruitus sum contubernio Domini Gregorij Romani Archidiaconi, & singularis viri, qui narrauit mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens habere scriptum in Ecclesia Romana: quod cum scripsisset Epistolam ad Sanctum Flauianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychetem & Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus ac vigilijs & ieiunijs vacans, orauit ipsum summum Apostolum dicens, si quid, vt homo, vel minus caute posui: tu, cui a Domino Saluatore nostro IESV CHRISTO & Ecclesia & hæc sedes commissa est, emenda, post quatuor vero dies apparuit ei Apostolus, & dixit, legi ac emendari. Sumensque Epistolam de sepulchro Beat. Petri*

apo-

aperuit eam & inuenit Apostolica manu emendatam.] Idem cap. 148. *Theodorus* (inquit) *sanctissimus Episcopus Dornæ, quæ est in Libya, narrauit nobis, dicens : cum essem cubicularius sancti Papæ Eulogij, vidi in somnis virum reuerendi habitus, staturæ procerum, dicentem mihi : Nuncia meum Eulogio Papæ aduentum, ad quem ego : Quis es tu, qui iubes vt nunciem ? Respondens ille dixit mihi : Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nunciaui dicens : Sanctissimus & Beatissimus Papa Leo Romanæ sedis Antistes conuenire vos vult. Cum hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus occurrit in occursum eius. Salutantesque se inuicem, oratione facta, consederunt. Tunc vero Dominus & eximius Leo dixit Sancto Eulogio. Scis quare huc venerim ad vos : Respondit ille, Non : Ait ipsi Veni, vt vobis gratias agerem, quia rite & magnifice pro mea Epistola respondisti, quam scriptam misi ad fratrem meum Flauianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem & sententiam meam aperientem, hæreticorum autem ora obstruentem. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem studiumque contulisti, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus quæ à nobis prædicatur veritati, qui est CHRISTVS Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terque conspiciens trina apparitione firmatus, enarrauit B. Papæ Eulogio.*] Idem Sophronius, *cap.* 149. narrat adhuc alias D. Petrum eidem Sancto Leoni apparuisse, & nunciasse eius dimissa peccata. Vixit hoc sæculo Theodoretus, is scribit : BB. Apostelos Ioannem & Philippum, Theodosio Imper. olim apparuisse, *lib.* 5. *Hist. cap.* 24. Anno 485. conante Petro Fullone Cypri Ecclesiam sibi subijcere: S. Barnabas Apostolus tribus continuis noctibus ter Anthemio Salaminis Episcopo apparuit, & locum corporis sui vna cum Euangelio S. Matthæi propria Barnabæ manu conscripto, sepulti indicauit: quæ & inuenta, *narrat fuse Alexander Monachus, apud Surium tom.* 3. 11. *die Iunij.* Breuiores futuri sumus, sæculis frequentibus.

Sæculo inchoato 6. hoc est post annum Christ. CCCCC. Hæretici Seueriani multi varijs fuére visis conuersi, vt in primis, Isidorus Monachus Philoxemensis, apparitione damnati illius, qui Christo Domino alapam incusserat, quod fusè narrat Sophronius, *cap.* 30. *Prat. Spiritual.* Deinde & Cosmiana vxor Germani Patricij, quam propter hæresis contagium, Deipara visibiliter apparens cum alijs sanctis feminis, arcuit à templi aditu. [*Sophro. qui & alia multa subdit seqq. cap.* 49. 79. 106. 188. 213.] Reginæ mulieri Cappadoci, officio Diaconissæ, in somnis viuus, & in Laura degens apparuit, eamque docuit quæ erant necessaria, Ioannes Silentiarius, narrante rem gestam Cyrillo Monacho, *in vita eius apud Lipoman. tom.* 6. D. Bartholomæus in Daris apparuit Anastasio, & corpus suum vbi sepultum esset indicauit, seque patronum vrbis ac defensorem professus fuit. *Sic Nicephor. libro* 16. *caput.* 37. Anno Christi 515. obijt Macedonius Patriarcha Constantinopolitano ab impio Anastasio in exilium actus, de eo Cedrenus ita scribit : *cum iam esset sepulchro condendus, antequam id fieret, sublata dextera manu crucis signo sepulchrum obsignauit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visio-*

VI. R

nem dixit: Excipe hac, & abi, & Anastasio recita. Ego quidem Macedonius ab eo ad Patres meos, in quorum fide perstiti. Interim tamen semper Deum interpellabo dum tu quoque venias, & causa nostra discepetur.] *Legendi eadem de re Miscella, ex Theophane libro decimo quinto. Anastas. in Chron. & Theodorus Lector collectan. libro secundo.*

Verum, quia Macedonius Schismaticus obijt: alios Anastasio Deus Catholicos & ab ipso quoque in exilium missos, accusatores præstituit, quos ambos Deus visione præmonuit, se pararent, vt decimo ab Anastasij obitu die morituros, & causam suam ante horrendum tribunal acturos. ij fuére Elias Patriarcha Ierosolymitanus: & Flauianus Patriarcha Antiochenus, *legendi. Cyrill. in actu Sabæ apud Surium tom. 6. die. 5. Decemb. & Sophro. in Prato Spiritu. 35.*

Theodorici Regis Italiæ animam solitarius Lyparitanus vidit, inter Ioannem Papam & Symmachum Patricium, vinctis deduci manibus, & in ollam Vulcani proijci, vt narrat Beatus Gregorius Papa, *libro quarto. Dialog. capite trigesimo.* Interdum accidit vt in visione, is cui fiebat ad locum deduceretur, vbi animæ detinebantur: vt docet exemplum illud Monachi Nestoriani, quem cum Beatus Cyriacus Deo commendaret: *circa horam nonã diei sequentis, aspexit frater, qui erat in spelunca, quendam adst antem sibi aspectu terribilem, ac dicentem:* Veni & vide veritatem. *Assumensq; eũ duxit in locum tenebrosum ac fatidum, ignem euaporantem, atque in ipsis ignibus videt Nestorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioscorum, Seuerum, & Origenem, & alios quosdam, dixitque illi is qui apparuerat: locus iste præparatus est hæreticis, &c.*] *Hactenus Sophron. Prat. Spiritual. capite vigesimo sexto.* Cum Iustinianus Imp. Apostolis templum exædificasset, constat quod *Apostoli:* (ait Procop.) *beneficiorum memores ad Regis honorem nunc hominibus apparuerint, Regis inquam pij & religiosi. Neque enim ab humanis recedant diuina, sed admisceri percupiunt, & hominum conuersatione oblectari.*] *Sic Procop. libro primo de ædific. Iustiniani.* vbi vides etiam eius sententiam de quæstione nostra, cuius etiam illa sunt huc pertinentia ex eodem opere: *Circa Sinus terminum in arduo satis & edito loco sanctis Cosmæ & Damiano olim templum dedicatum est: Vbi Iustinianum grauiter ægrotantem, & iam morituri speciem præbentem, nempe à medicis desperatum, & inter cadauera iacentem isti sancti per somnum & visum apparentes curauerunt.*)

Idem *libro primo de bello Gotth.* testatur mœnium Romæ partem à Beato Petro Apostolo, Gotthis obsidentibus, defensam fuisse. Beatum vero Stephanum visum apud Apostolorum Principes, pro vrbe Metensi intercedere, in qua eius erant reliquiæ, scribit Gregor. Turon. *lib. 2. Histor. Francor. cap. 6.* Sed & anno 552. filium vitriarij Iudæi triduo in fornace illæsum Beat. Virgo puero se visibilem præbens seruauit: qui cum matre postea baptizatus, rei gestæ historia certissima peti potest ab eo, qui tum viuebat, Euagrio, *libro quarto. capite trigesimo quinto.* ex eo Gregor. Turon. *li. de glor. mar. ca. octauo.* & Glycas, *Annal. par. 4.* Redempto Episcopo Ferentinati ad sepulchrum Sancti Eutichij vigilanti, idem martyr astitit dicens: *Redempte vigilas? cui respondit, vigilo. Qui ait, Finis venit vniuersæ carnis,* & quæ sequuntur apud D. Gregor. *Dial. libro tertio. capite trigesimo octauo.* Circa annum 587. Guntrammo Regi de Chilperico pessimo Francorum tyranno, visio huiusmodi

fuit

fuit ostensa, quàm ipsemet Rex apud Gregor. Turonensem sic narrat: *vidi & ego aliam visionem, quæ huius interitum nunciauit.*

Adducebatur in conspectu meo à tribus Episcopus vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius vero Nicetius Lugdunensis erat, è quibus dicebant duo, soluite quæso eum, & castigatum abire permittite. Quibus è contrario cum amaritudine Tetricus Episcopus respondebat. Non fiet ita, sed igne concremabitur pro sceleribus suis. Et cum diu multumque quasi altercantes hæc inter se verba conferrent: conspicio eminus æneum super ignem positum feruere vehementer. Tunc me flente, apprehensum infelicem Chilpericum confracto membris proïciunt in æneum: nec mora inter vndarum vapores ita dissolutus ac liquefactus est, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret. [*Gregorius Tur. lib. 8. histor. Francor. cap. 5.* Narsetem, Eunuchum, sed belli ducem clarissimum, nefas omittere, de quo sic Euagrius; *Commemoratum ab his qui vna cum Narsete fuerunt, dum precibus & alijs pietatis officijs diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, S. Virginem ei apparuisse, planeque tempus præscripsisse, quo bellum cum hostibus gereret, atque non prius ad prælium committendum se accingeret, quàm cœlitus signum acciperet.*] sic Euagrius, de Totilâ & Theiâ Regibus ab eo deuictis loquens, *lib. 4. cap. 23.* idem Nicephorus refert, *lib. 17. cap. 13.* cuius verba sunt ex Euagrio explicanda; non enim loquitur de cunctis bellis Narsetis, sed de hoc Gotthico. Paulò post, Sergiopolim obsidente Chosroë, visus D. Sergius Martyr cum innumerabilibus cœlestibus propugnatoribus defensionem parare, atque per muros vbique discurrere. *Nicephor. libr. 17. cap. 17. ex Euagro libr. 4. cap. 27* Iustino Iuniore imperante Anatolium hominem præstigiatorem & impium, primò quidem imago Deiparæ palam fuit aduersata: deinde & nonnullis fidelibus Deipara ipsa apparuit, eosque contra scelestum illum incitauit, inquiens ab Anatolio filium suum contumelijs affici. *Euagrius lib. 15. cap. 18.*

VII.

Septimum sæculum inchoatum, Anno 600. iuuat ordiri à Beatissimo Gregorio I. Romano Pontifice & Ecclesiæ Doctore; cuius solius sufficere deberet auctoritas, is primum de B. Musâ refert sequentia: *Quod quadam nocte ei per visionem B. Dei genitrix virgo Maria apparuit, atque coæuas ei in albis vestibus puellas ostendit.*

Quibus illa cum admisceri appeteret, sed se illis iungere non auderet, Beatæ Mariæ virginis est voce requisita, an velit cum eis esse, atque in eius obsequio viuere: Cui cum puella eadem diceret, volo, ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à risu & iocis se abstineret, sciens per omnia, quod inter easdem virgines, quas viderat, ad eius obsequium die trigesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella mutata est, omnemque à se leuitatem puellaris vitæ magna grauitatis detersit manu. Cumque eam parentes eius mutatam esse mirarentur, requisita rem retulit, quid sibi B. Dei Genitrix insserit, vel qua die itura esset ad obsequium eius, indicauit. Tunc post vicesimum quintum diem febre correpta est.

Die autem tricesimo, cum hora eius exitus propinquasset, eandem beatam genitricem Dei, cum puellis quas per visionem viderat, ad se venire conspexit, cui etiam se vocanti respondere cœpit, & depressis reuerenter oculis, aperta voce cla-

mare, Ecce Domina venio. In qua etiam voce ſpiritum tradidit.] *lib. 4. Dialog. cap. 17.* De B. Probo Reatino Epiſcopo memorat, illi ſimul & puero qui aderat apparuiſſe SS. Iuuenalem & Eleutherium Martyres, ſtolis candidis amictos, qui animam Probi ſecum in cœlum aſportarint, *lib. 4. Dialog. cap. 12.* hæc de cœlitibus, de quibus alia idem eodem libro *c. 11. & 14.* de damnatorũ apparitionibus idem exempla ſuppeditat, vt de Theodorici anima in ollam Vulcani viſa deijci, quod ante citaui, & confirmat Hugo Ætherianus, *libro de regreſſ. animar. capite ſeptimo.* & de moniali, quæ viſa ante altare per medium ſecari, *libro 4. Dialog. cap. 51.* De animabus, quæ adhuc expiabantur, idem plura ſuggerit. Paſcaſium Diaconum viſum Romæ in Thermis ſtantem & balneantibus obſequentem, in pœnam ſchiſmatico præbiti fauoris; vt faſſus ille, cui apparuit, Germano Capuano Epiſcopo, cuius & precibus mox pœnali loco fuit liberatus. [*liber. 4. Dialog. cap. 40. & Hugo Aetherianus libro de regreſſu animar. cap. 14.*] Similia ferme habet de anima Domini balnei, qui pro culpis ſuis poſt mortem thermarum caloribus deputatus, eodem in loco iuſſus lauaturis ſedulo miniſtrare: quam operam cum Centumcellenſi presbytero non ſemel præſtitiſſet, presbyter ei caritatis cauſa duas oblationum coronas detulit. Sed ille mœrens, afflictuſque reſpondit: *Mihi iſta quare das pater? iſte panis ſanctus eſt, ego hunc manducare non poſſum. Ego etenim, quem vides, huius loci Dominus aliquando fui, ſed pro culpis meis huc poſt mortem deputatus ſum. Si autem mihi præſtare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias.*

Et tunc te exauditum eſſe cognoſce, cum huc ad lauandum veneris, & me minimè repereris. In quibus verbis diſparuit, & is qui homo eſſe videbatur, euaneſcendo innotuit, qui ſpiritus fuit, &c.] *d. lib. 4. cap. 55.* ibidem & aliud addit de iuſto monacho, qui copioſo fratri ſuo apparuit, & ſe ſupplicium per ſalutaris ſacrificij oblationem docuit euaſiſſe, quod paulo aliter narrat Glycas, *part. 4. Annal.*

Hactenus S. Gregorius, ea dignitate, ſanctitate, prudentia vir; vt, niſi hæreticus, eius teſtimonium, nemo queat reijcere. Vixére eodem ſęculo Gregor. Turon. & B. Iſidorus Hiſpalenſis, quorum teſtimonia ſuperius iam adduximus, vixit etiam Sophron auctor, *Prati ſpiritualis*, è quo iam plura teſtimonia exhibuimus, vixit & B. Ildephonſus Toletanus Epiſcop. cui B. virgo candidiſſimam veſtem donauit, ei apparens cum virginum choris; quæ veſtis etiã hodie aſſeruatur. Eidem & regi totique clero ac populo; ex tumulo ſuo ſurgens B. Leocadia apparuit, velum manu quaſi porrigens: vnde ad apparitionis veritatem comprobandam, B. Ildephonſus, accepto à Rege cultello, partem præſcidit: quæ cum cultro inter Eccleſiæ theſauros repoſita. Vtrumque teſtatur Iulianus Pomerius eiuſdem Eccleſiæ antiſtes, apud Surium, *tomo prim. Ianuar. 23.* Anno 696. Ebroinum cœcus quidam audiuit in ollam Vulcan. à dæmonibus portari. vt narrat Ado Viennenſ. *in Chron.*

Octauo ſæculo poſt annum 700. Floruere Iulianus Pomerius, quem noſtræ ſententiæ fuiſſe docent paulò ante ex eo laudata. de B. Ildephonſo. vixit & Sanct. Suibertus qui ægris, quos curauit multis, poſt mortem apparuit, teſte B. Marcellino, *in eius vita cap. 30.*

apud

apud Surium mense Martio.] Item venerabilis Beda, qui quod idem de apparitionibus senserit, patet ex Hist. Anglorum *libr. 4. cap. 14. & 25. & lib. 5. ca. 14.* & alijs eiusdem libri, ac vitarum, quas conscripsit locis. Vixit & Beat. Ioannes Damascenus; cui, iussu Iconomachi Imperatoris abscissam manum, Beat. Deipara virgo restituit, vt narrat Beat Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha, *in eius vita.* vixit his temporibus Paulus Diaconus, qui narrat Arnulphum Longobardum in prælio protectum fuisse à B. Sabino Martyre; & à Barbaro, cum pictum vidisset, Martyrem agnitum, *libr. 4. cap. 5. de gest. Longobard.* Admiratione dignissimum est, quod narrat Constantinus Episcopus oculatus testis, de translatione reliquiarum S. Euphemiæ martyris, *apud Lipoman. tom. 6.* præstrictum splendore miraculorum Leonem Isauricum clam sustulisse martyris reliquias, & earum loca ossa arida imposuisse; veras autem reliquias cum loculo in maris vndas proiecisse.

Incidere nautæ quidam in loculum rei ignari, & putantes thesaurum aliquem in eo repositum, suscepere, & aperuere, & mirifice, qui inde exhalabat odore perfusi, cognouere sacras esse reliquias, cumque hærerent ignari cuiusnam forent, eadem nocte videre lumina & cereos, virosque mirè candicantes, Deumque laudantes. *Cumque appulissent Lesinum, & somno se dedissent, viderunt in quiete Glyceriam Martyrem occurrere Euphemiæ virgini, amplecti illam & exosculari, & aduentum gratulari, ex eo cognouerunt, cuius essent illæ reliquiæ. Terminde soluentes ter ventis reflantibus eodem reiecti sunt. Denique Euphemia adstitit illis in somnis & quæ foret edocuit, ac se ibi velle subsistere edixit, ex quo fuerat ab impio Leone in mare proiecta.*] Sic ille, cui potius credendum quam Zonaræ, hæc Copronymo tribuenti. Idem Zonaras paulò post ita scribit, de Leone Armenio: *Hæc Imperatorem turbabant, nec minus matris terrebat insomnium.*

Videbatur illa sibi in æde Deiparæ blachernæ esse, & cernere matronam quandam, quam adolescentes candidis induti vestibus comitarentur, & ædis solum sanguine redundare, audireque matronam illam iubere dari matri imperatoris vas eo sanguine plenum, quæ cum id aduersaretur, dicere illustrem illam matronam: At filius tuus eos, qui me venerantur sanguine implet, neque intelligit se, & Deum, & filium meum ad iram commouere,] hanc matronam fuisse B. Virginem verba ipsa loquuntur. subdit Zonaras; *Est & D. Tharasius iam ex hac vita ærumnosa translatus, cuidam in somnis visus, qui Michaelem quendam inclamaret, eumque ad inuadendum & occidendum Leonem hortaretur.*]

Sane mox Michael Balbus eum interemit anno 787. Hungo Pictorum Regi apparuit Diu. Andreas Apostolus victoriam promittens, quam præstitit; apparente in cœlo cruce decussata rubea, cum pugnaretur: quod etiam Buccananus, licet Caluinista tradidit, *libr. 5. Histor. Scotor. rege 65.*

His temporibus vix Beata Gertrudis, de qua apparente meminit Ludouicus Blosius, *in Monili spirituali, non vno loco*; paulò post fuit imperium Romanum in Carolum Magnũ translatum huic Diuum Iacobum Zebedæum apparuisse, & hortatum; vt Hispaniæ regna ex Saracenorum eriperet potestate, recentiores quidam scriptores scripsere. [*Ludolphus Bebenburgius*

burgius de veterum Principum Germanorum zelo cap. 14. Certiore fide contestatæ sunt aliæ eiusdem Apostoli apparitiones, hoc & sequentibus sæculis Regibus Hispaniæ factæ, quibus & opem se laturum in prælio promisit, & visus in conflictu hostes in fugam agere. Vidisse se & Mauri fatebantur, & nostri gloriabantur: de quibus mox. A

IX. *Anno octingentesimo sæculum cœpit nonum*, eo Raymirus Rex Hispaniæ fortissime totum diem cum Sarracenorum maximâ multitudine pugnauit: sub noctem cum exigua suorum manu in collem quendam se recepit. Regi vigilanti & Deum precanti Diuus Iacobus adstitit, iussitque omnes confessione lustrari, & sumpta Eucharistia prælium conserere. Mane, cum omnes ad vnum obtemperassent, monitis Diui; signa contulere, hostium sexaginta millia conscidere. Visus in eo prælio Apostolus albo vectus equo, vexillum gestans niueum, quod rubea crux transuersa distinguebat. *Auctores Roderic. Episcopus, Chronicum Generale Alphonsi Regis, Mariana lib.* 7. *cap.* 13. & alij. B

Vixit hoc sæculo Theophylactus Bulgar. qui in decimo quarto capite Euangelij Ioannis fatetur, spiritus mortuorum viuis apparere. Vixit opinor eodem Iulianus Toletanus Iunior, auctor Prognostici, qui *libro* 2. *cap.* 29. docet, *mortuos scire posse, quid agant viui, & capite sequent.* ex D. Augustini, *de cura pro mortuis*, sententia, ac pene ijsdem verbis concludit; *scripturæ auctoritate apertè probari mortuos posse viuentium oculis apparere.* Carolo Caluâ Francorum Rege Numonis quidam vsurpator bonorum Ecclesiasticorum conspexit, sensitq; D. Mauritium sibi apparentem, & increpantem, & pedum sacrum capiti illudentem: nec vana visio: paulò post decessit. (*Sic Annales Andegau.*) Simile, quod legitur in Chrō. Casinensi, *lib.* 2. *cap.* 62. à puero conspectum Pandulfum Principem Capuanum ferreis nexibus vinctum, & in cœnoso ac fœtido lacu vsq; ad guttur demissum, & restibus à duobus nigerrimis spiritibus in profundum subinde demitti, & iterum extrahi. Causam rogatus, respondit: *Quoniam aureum calicem cœnobio S. Benedicti eripui, & in agone mortis restituere neglexi.* Et *cap.* 84. vidit eremita quidam Æthiopes stramine onustos (qui se dæmones dixerunt) eidem Pandulfo rogum parantes; & eadem hora compertus est exspirasse. Quod de Pandulfo hic adscripsi propter argumenti similitudinem, nam accidit sæculo vndecimo. C

Post annum nongentesimum, Ludgero, frustra quærenti corpus S. Lebuini, *tandem visum est in somnis, sanctissimum sacerdotem Christi Lebuinum secum loqui, & sui detegere locum sepulchri, & membra ibi reperta vbi spiritus indicarat.* Huchaldus Elnonensis apud Sursium tomo 6. *Nouemb.* 12.) Cum Ioannes Decimus exercitum in Apuliam misisset aduersus Sarracenos, SS. Apostoli Petrus & Paulus in prælio conspecti Christianis victoriam maximam peperere-runt.) *Sic Luitprandus temporibus illis proximus lib.* 2. *cap.* 14.] Ioanni Zimiscæ Imp. contra Rossos pugnanti, iussu B. Virginis auxilium tulit, visus multis, B. Theodorus Martyr. [*Sic Zonar. tom.* 3.] Eodem sæculo accidit horribilis illa tragœdia Vdonis Episcopi Magdeburgici: quam postea narrabimus. Tu lector memento hic ponendam fuisse. Vixere hoc sæculo decimo Euthymius Græcus & Hugo Ætherianus Latinus, quorum vterque D

X. E

tenuit

tenuit mortuorum spiritus viuentib. se in conspectum aliquando dare. *Euthym. in capite decimo quarto. Ioan. Hugo Aether. de regress. animar. capit.* 7. 11. 14. 15. & 16.

Anno nongentesimo decimo quarto Ferdinand. Consaluus Castellæ Comes, vtriusque fortunæ illustre specimen, vir dictis factisque magnificus, cum trecentis dumtaxat militibus, diuino fretus monitu, maximas Almãsoris copias profligauit. Idem decimo sexto post anno, sub signis habens peditum 15000. equites 450. triduum continuum cum multitudine Arabum incredibili conflixit: cumque postremo die D. Iacobus visus adesse prælio fuisse, innumeris cæsis, triumphauit.] XI: *Chron. general. Vasæus & alij.*

Succesit sæculum XL. ab anno millesimo, hoc sæculo bellum sacrum fuit, duce Godefrido Bullonio: cum in expeditione Antiochena nostri & fame fermè consumpti, & equis fere defecti forent, visione & monitis D. Andreæ confirmati, qui etiam lanceam Dominicam illis indicauit, non vnam obtinuere victoriam, in prælio quoq; cum Corbona, apparuere agmina equitum albatorum, quæ Persas in fugam egere. [Guilhelm. Tyrius, qui bello sacro interfuit, *lib. 6. Sacræ Hist. cap. 4. & 9.*] Eodem bello, expugnata ab Christianis vrbe Sancta, Adimarus Episcopus, diu ante defunctus, visus est milites præire, & muros conscendere, & adhortari, se subsequerentur. (*Ioan. Naucler. vol. 3. gen.* 37.) Paulo ante Christus Dominicus cum B. Virgine SS. Petro, Ioanne, Stephano, Martino & alijs multis quoque Angelis, Henrico II. Imper. ostendit se noctu in templo Romæ vigilanti. (*Idem Naucler. ibi gener.* 34.) Tunc Amicus etiam defunctus Beat. Dunstano apparuit, & futura multa prædixit, quæ & contigere. *Osbertus in vita Dunstanſi, apud Surium decimo nono Maij.*)

Non semel post mortem visus amicis est Beat. Odilo Abbas Cluniacensis. (*Petr. Damian. in eius vita apud Surium mense. Ianuar.*) Floruit hoc tempore, & ad sequens sæculum peruenit, Petr, Damianus, vir doctissimus & eloquentissimus: qui Cardinalatum cum solitaria vita commutauit: opera eius, quæ multa sunt, apparitionibus varijs sunt referta, vt de duobus primoribus Fauentinis ex inferno apparentibus, *epistol. 2. ad Hildebrand.* vt de animabus in specie auicularum apparentibus, *epistol. 5. cap. 3.* de anima Benedicti VIII. nigro equo insidente & apparente Episcopo Capuano, non tantum idem Damian. *ibid. capite quarto.* sed & Martinus Polonus idem tradidit, *in Chron.* & D. Antonin. & Platina. de Benedicti IX. apparitione idem Damian. *cap. 5.* vt de Beat. Andrea & Beat. Gregorio apostatam Monachum flagellantibus *cap. 11.* & alia quæ longum foret referre. Si seriem temporis spectes hîc ponendum quod de Pandulfo Capuano retuli paulo ante, & confirmat Leo ostiensis lib. 2. cap. 62. & 82. Nota est historia fundationis Cartusiensium: cuius occasio celebris illa, & publica, primo, secundo, tertio, facta die in Vigilijs mortuorum apparitio, cum concineretur versiculus, *responde mihi*: ter enim mortuus caput sustulit, & iusto Dei iudicio se accusatum, se iudicatum, se damnatum exclamauit [*narrat. Franc. de Puteo in vita Brunonis, apud Sur. tom. 5. 6. Octob.*] Hoc sæculo vixere S. Anno Colon. & S. Benno Misnensis, Episcopi: illi appa ruere prædecessores Episcopi, & mire,

ostensa in veste ipsius macula, commonuerunt, vt acerbitatem animi, erga eos à quibus iniuste vexatus fuerat, plane abolerat è memoria & mente. De D. Bennone traditur eum iam defunctum, Marchioni Misnensi in somnis apparuisse, & oculum eruisse ob damna Ecclesiæ illata, prius narrat de Annone Lambert. Schaffnab. *in Hist. Germanor.* posterius de Bennone, scribit, *in eius vita cap. 32.* Hier. Emserus apud Surium 16. *Iulij.*

XII. *Nec XII. saculum*, suis caruit visionibus mortuorum, ecce tibi, ann. 1112. vel potius 1139. Alphonsus Lusitaniæ rex commissurus prælium contra quinque Reges Sarracenorum, iussus est in somnis, à Christo, bono esse animo, & signo vti in prælio: cui quinque vulnerum imago inscripta, obtinuit victoriã memorabilem, & hinc fluxit Lusitaniæ Regum insigne. Decimoquarto post anno, Alphonsus Rex Castellæ Baëzam obsidebat, ei apparens Diuus Isidorus auctor fuit prælij committendi, nec fere alia Victoria contigit illustrior. [*Marian. libro decimo capite decimo septimo. Vazæus, Samalloa, & alij.*]

Anno 1117. cum plurimis prodigijs, inter cætera, trepidaret Italia, *Cremonæ quidam infantulus in cunis iacens pannis obsitus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremque suam escas parantem fratri suo maiori, qui plorando panem petiuerat, à corporis curis cõpescuit, asserens sibi visam Dei genitricem Mariam ante tribunal Christi stantem instantissimisque precibus, pro iudicio quod mundo propter peccata sua intenderat, ipsi supplicantem. ac post hæc deposuit eloquium vsque ad tempus humanæ conditionis congruum.*] *Verba sunt Dodechini in Histor.*

Benedicti X. Pontificis apparitio prior facta Ioanni Portuensi, qua confessus se Odilonis Abbatis precibus ab æternæ mortis periculo seruatum: & posterior Edelberto facta, qua confessus etiam se Purgatorij pœnis liberatum: *narratur à Pet. Damiano in vita Odilonis, apud Surium 1. Ian.* Apparuit etiam Sanctus Nortbertus post mortem suis, *vt narratur in eius vita capite quinquagesimo secundo. D. Bernar. Gualdricum aununculum defunctum post aliquot dies noctu vidit. Sciscitatur, quo in statu sit? respondet aununculus, in prospero. Quærit iterum Bernardus, quid causæ fuerit, vt in agone fremeret, & corpore terribiliter moueretur? Eadem* (ait ille) *hora duo nequam spiritus, me in puteum profundissimum præcipitare nitebantur, vnde ita contremuit, verum accurrente B. Petro, euasi.*] *Auctor vitæ D. Bern. libro primo capite decimo.*

Idem tenuere Rupert. Tuitiens. & Honorius Augusto. Nam & ille narrat B. Virginem sibi sese conspicuam præbuisse, & ad scribendum impulisse. [*Rupert. in prolog. Cant.*] iste vero, *in Sigillo Mariæ capite primo.* meminit, *Mariæ Aegyptiacæ, quam Deipara, apparens ad pœnitentiam traduxit, & Theophili, quem Diaboli mancipio eripuit, & pueruli Iudæi quem in fornace protexit.*] Item Pet. Cluniacens. *libro de miraculis.*

Vixit per hæc tempora Martinus Presbyter, Canonicus regularis, Legione: vbi varios libros conscripsit, ex rudi & illiterato repente factus doctissimus, à D. Isidoro, in cuius monasterio degebat, per visum in somnis oblato, quem cum ederet liber, vt testatur Ioan. Mariana, *lib. 11. rerum Hispan. c. 16.* Libri asseruantur ibidem magna religione, qui viderunt, aiunt esse in prophetias quasdam Danielis & in Apocalypsin. Mihi, cum Legione degerem,

rem, librorum videndorum copia non fuit: manus Beati viri videnda & osculanda fuit: quæ integra permanet cum pelle & vnguibus, licet siccitate contracta, & pusilla.

XIII. *Sequenti sæculo XIII.* post annum 1200. D. Iacobum Alphonso Legionensi Regi ad Emeritam, & eodem tempore D. Isidorum Zamoræ aliis apparuisse, & auxilium præliantibus tulisse, docent Mariana, *libro duodecimo. capite decimo quinto.* Zamalloa. & alij Annalium Hispaniæ scriptores. Hoc sæculo vixere Vicentius Belluacensis, *auctor speculi Historialis*, & Cæsarius Germanus ordinis Cisterciensis, *auctor ingentis libri miraculorum seu exemplorum*: qui quas apparitiones spirituum memoriæ prodiderunt, non est institutæ breuitatis hîc describere, magni enim voluminis res foret. Idem dico de Helinando Frigidimontense, *in Chronic.* Thoma Cantipratensi, *libr. de apibus*, & vita Sanctæ Lutgardis, *libro secundo*, qui & hoc sæculo vixere, & exempla plurima, sibi notissima congessere. Vixit eodem tempore D. Thomas Aquin. cuius hanc fuisse sententiam patet, *ex 3. part. quæst. 69. art. 2.* vbi hanc quæstionem examinans, stat pro nobis idem tenuit Guilhelmus Parisiensis, *in sum. de vnuer. part. vltim.* non vno loco idem D. Bonauent. *in 4. dist. 45. quæst. 3.* huc referendum exemplum apparitionis Beat. Vrsulæ & Beat. Gereonis cum socijs Coloniam defendentium, apud Bredenbach. *lib. 4. cap. 22.*

XIV. Hic succesſere sequenti, *fere sæculo* 14. alij. Theologi magni nominis, qui omnes nobiscum sentiunt, vt Richard. de Mediauilla, *in 4. d. 45 q. 3.* Pet. de Palude, *ibi. ead. q. 3.* Scot. *ibid. q. 1. artic. 4.*

Sæculo XV. hoc affirmarunt Antonius Florent. Archiepiscop. qui & exempla multa suppeditat *in sum. Hist.* & Gerson *passim in operibus suis.* Iacob. Chusan. *in libro hac de re edito.* Dionys. Rickel. Cartusian. *in 4. d. 45. q. 1. & in opere de quatuor nouissimis, & libro de Nouitijs ordinis sui*, in quibus multas etiam habes apparitiones: censuit etiam Alp. Tostatus. *in lib. 1. Reg.* XV.

Nostro sæculo 16. an. 1534. die 23. Ianuarij Facultas Theologica Parisiensis, in causa Aurelianensi consulta, hoc respondit, his verbis, *Animas defunctorum diuinitus, sed diuina virtute, ordinatione, & permissione, interdum ad vitos redire, exploratum est.*) habes hoc rescriptum in tom. 2. var. consul. Iuris Francofurti editorum. Et vt ceteros mittam, ex professo hoc tuentur Domin. Sotus *in 4. dist. 45. q. 1. art. 4.* Peltanus *lib. de Purgat. capit. 5.* Pet. Canisius Marial. *libr. 5. capit. 20. &* 21. Maldonatus *in ca 14. Io.* Greg. Valē. *in 3. p. d. 6. q. 11. punc. 1. & disp. 11. q. 1. p. 1.* Bellarmin. *controuers. de purgatorio libro 2. cap. 8.* Ioseph. Angl. *in 4. quæstione de suffrag. artic. 1. in fine*, Pet. Thyræ. *Thesibus hac de re editis potissimum capite vndecimo*, M. Marulus opere *de institut. vitæ monasticæ: vt libro sexto capite decimo quarto. vbi plurima sunt exempla*, Alfons. Mendoza *in Quodlib. Scholast. quæst. 5.* Ex Historicis etiam id tenuere Fulg. Sabellicus & Ignatius *in lib. Exempl. locis quam plurimis.* Paul. Iouius. *in vita Actij vicecomitis, & Histor. libro trigesimo.* Carol. Sigonius *de imperio occidentis libro 3. & decimo. & Regn. Ital. libro primo.* Alb. Crantzius *Saxoniæ libro septimo. capite decimo sexto. & 14. & libr. 9. Metropol. c. 13.* Franc. Gomara *Mexicanæ Hist. c. 20. & c. 104.* Hier. Osorius *de reb. ab Emanuele gestis*, & Petr. Maff. *in Indica.*

Hiſtor. Th. Boſius, paſsim *de Not. Eccleſia*, &, quem hoc agmen clauſurum, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ facem clariſsimam, & valentiſsimum contra Nouatorum impugnationes pugilem vt inuictum Triarium, in vltimum locum conieci, Cæſar Baronius ſingulis *Annalium* (quos iam ſeptem, vt ſeptem Candelabri Catholici aureos candens bono publico edidit) *Eccleſiaſticorum tomis.*

Harum vltimarum ætatum inſigniora quædam exempla duntaxat adſcribam: minoris enim recentiora hæc faciunt aduerſarij. Primo ergo, Quod neſciam certum ſæculum, hic referam quod ita Glycas *p.* 4. *Anna.* In hiſtoria Eccleſiaſtica Philonis hiſtorici reperitur, *quodam perſecutionum priſcarum tempore, ſeniori Eccleſiaſtico ab Antiſtite ſacris interdictum fuiſſe. Cum autem ſenior ille quandam ob cauſam neceſſariam alio profectus fuiſſet, accidit vt ab Ethnicis comprehenſus teſtimonio ſuo veritatem obſignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renouatia peraguntur: cumque Antiſtes hæc verba pronunciaret.* Pax vniuerſis *ſandapila templo exceſſit, idque non ſemel, ſed bis terue factum. Hinc per quietem Antiſtiti ſenior oblatus: Abito, inquit, & Epiſcopo meo ſis auctor, vt huc veniat, neque vinculis exſoluat. Nam officio me ſacro excluſit, ideoque ſacris intereſſe vobiſcum nequeo. Teſtimonij quidem coronam conſecutus ſum, ſed Dei faciem nondum conſpexi. Quod ſime ipſe profectus huc non exſoluerit, alius exſoluere nemo poterit. Quum igitur his obtemperatum eſſet, ſandapila templo excedere deſiit.*

Dig na hoc loco eſt quæ adſcribatur (eo quod ſuperius ſæculo X. quo contigit, fuit prętermiſſa) diuinitus de malo Epiſcopo ſumpta vindicta. *Cum Vdo Magdeburgenſ. Epiſtopus, ne ſignis quidem ac diuinis vocibus commonitus ab impudicitia ſibi temperaret, viri religioſi Deum, vt Epiſcopum, aut corrigeret, aut tolleret, rogarunt. Inter eos cum noctu in Cathedrali Eccleſia S. Mauritij Fridericus Canonicus eiuſmodi precibus operam daret, vehementioris venti afflatu, omnia quæ in templo erant lumina exſtingui perſpexit, nec multo poſt duos iuuenes venire, duo candelabra accenſis cereis ferentes, & Chriſtum, cum parente eius atque Apoſtolis, ſubſequi. A quibus cum eſſent vocati ſancti homines, quorum corpora in templo quieſcebant: viſus eſt inter eos Mauritius venire, qui longa atque graui oratione Vdonem Epiſcopum accuſauit, quem haud multo poſt Chriſtus nudum adferri à duobus iuſsit, atque damnauit. Is autem pugno, ab ipſorum altero, qui eum portarunt, grauiter in medijs venibus ictus, Chriſtianam hoſtiam, quam in communione eius die pridie ſumpſerat, euomuit in calicem, qui altari impoſitus fuit: atque ſecuri percuſſo Vdone, rerū illarum omnium viſio euanuit. Quare vehementer territus Fridericus, cum ad altari acceſsiſſet, calicemque in eo eſſe cum Chriſtiana hoſtia inſpexiſſet, & ſimul Epiſcopum mortuum humi iacentem, alios religioſos viros excitauit, qui ſublatum inde Epiſcopi corpus in agro ſepeliuerunt.*]Fulgoſ. libro nono. exempl. capite duodecimo. & Ioan. Naucler. 2. p. Gener. 34.

Cum duo locupletes mercatores, non ignobiles, per Taurinos ſaltus in Galliam proficiſcerentur, ampliorem humana ſpecie virum obuiam habuere, & ab illo mandatum in hæc verba ſuſcepere: Ludouicum Sfortiam fratrem meum alloquimini haſque illi litteras nomine meo date. Ob' ſtupentibus illis & percunctantibus quiſnam eſſet ſeſe Galeatium Sfortiam eſſe reſpondit, & mox ab oculis eorum euanuit.

Illa

Illi Mediolanum properè redierunt, inde Vigleuinum, vbi Maurus degebat. Litteras ducis offerunt, quarum hoc argumentum erat: O ô ô Ludouice, caue tibi. quoniam Veneti, Gallique tuam in perniciem coituri sunt, tuamque à stirperem euersuri. Verum si mihi tria millia aureorum dederis, dabo operam, vt conciliatis spiritibus sinistra fata auertantur. idque consecuturum spero, si mihi non aduersatus annueris, Vale. Subscriptio erat, Galeatij fratris tui spiritus. Illud ipsum licet alij, vt commentum irriderent, non tamen multo post Princeps à Ludouico XII. Gallorum Rege Principatu deiectus & captiuus abductus est.] Hactenus oculatus testis Bern. Arlunus *sect.* 1. *Histor. Mediolan.*

Ludouici Alodisij pater Imolæ Dominus, haud diu (inquit Sabellicus) *postquam decesserat, homini à secretis, quem filius Ludouicus Ferrariam mittebat, in itinere venanti similis equo insidens cum accipitre apparuit: huicque vt filium in hunc ipsum locum postera die venire iuberet, præcepit, quoniam magni momenti res ei prædicturus erat.*

Ea re audita. Ludouicus tum, quia non credebat, tum quod insidias verebatur, alium prosè misit. Et illa ipsa vmbra, quæ ante apparuerat, obuiam facta, vehementer indoluit, quod filius non venisset: longe enim plura ei dicturam se fuisse affirmabat. Sed tunc illud tantum referri iußit, quod transacto XXII. anno, ac præterea vno mense, die quoque specifice addito, vrbis imperium, quod obtinebat esset amissurus. Vt tempus, quod vmbra prædixit, aduenit, adhibita magna cura, ea ipsa nocte, quam paris manes suspectam fecerant, ducis Philippi Mediolanensis confœderati Milites, ad muros penetrarunt, adhibitisque scalis, glacie magna constrictis fossis, vrbem cum ipso Principe cœperunt. Sabellicus lib. 1. Exemplorum c. 4.

Franciſc. Guicciardinus *Hiſtor. lib.* 1. narrat fama vulgatum, ſpiritum Ferdinandi Regis Neapolitani, Iacobo Chirurgo filij Alphonſi Regis ter diuerſis noctibus apparuiſſe; & prima vice manſuetis ac mitibus verbis; poſteris vero minabunde & increpanter imperaſſe, ſuis Alphonſo verbis denunciaret, non eſſe, cur vana ſpe ſeipſum lactaret, vires Francorum ſuſtinendi, ſtatutum enim ac definitum fatali lege, ſtirpem Aragoniam infinitis calibus iactari, & tandem regno priuari.] Quod vero idem addit Guicciardin. *Sepero è licito tale choſe non del tutto diſprezzare*, id non de apparitionis, ſed de prædictionis fide, addidit, & meritò non falſam cernimus.

Franc. Picus Mirand. Comes *in vita Io. Pici patrui* ſcribit non longo poſt obitum Io. Pici tempore ſpectrum Ioannis apparuiſſe Hieronymo Sauonarolæ, eiq; dixiſſe, torqueri ſe pœnis expiatorijs eo quod non ſatis diligenter & fœcunde, talentum ſibi à Deo creditum eruditionis & ingenij, multiplicaſſet, & quia non quanti par erat, feciſſet internas Dei ſuggeſtiones inſpirationeſque quæ adhortabantur, honeſtos labores, quos inchoarat non abrumpere, & quæ ſibi animo propoſuerat, ea inſtanter operari atq; perficere. Quæ Hieronymus mox in concione propoſuit, & omnium precib. Picum commendauit. Cæſar Baronius, de Michaele Mercato leniore teſtatur, ei cum Martilio Ficino, ſummam interceſiſſe amicitiam, ſtudiorum conſuetudine, & Platonicæ ſectæ vinculis arctius colligatam. Accidiſſe autem aliquando, *vt ex more, quidnam poſt obitum*

superſit homini, ex eiuſdem Platonis ſententia, ſed non ſine tamen trepidatione, deducerent, quæ labantia, fidei Chriſtianæ ſacramentis ſuffulcienda eſſent, eo enim argumento exſtat eiuſdem Marſilij, ad ipſum Michaelem mercatum erudita quidem epiſtola de animi & Dei immortalitate. Cum vero inter diſſerendum eorum progreſſa longius fuiſſet diſputatio, eam ad calcem perductam eo clauſerunt corollario, vt iuncta ſimul dextera pactifuerint, vter eorum ex hac vita prior decideret, (ſi liceret) alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem.

Quibus inter ſe conuentis, ambo iterati ab inuicem diſceſſere. Interlapſo autem haud breui temporis ſpacio, euenit, vt cum ſummo mane idem Michael ſenior in philoſophicis ſpeculationibus vigilaret, ex inopinato ſtrepitum velociter currentis equi, eiuſdemque ad oſtium domus curſum ſiſtentis audiret, vocemque ſimul Marſilij, clamantis. O Michael, ô Michael, vera, vera ſunt illa, Ad vocem amici Michael admiratus, aſſurgens, feneſtramque aperiens, quem audierat, vidit poſt terga ad curſum iterum acto equo candido, candidatum proſecutus eſt eum voce, Marſilium, Marſilium inuocans: proſecutus & oculis: ſed ab eis euanuit. Sic ipſe noui caſus ſtupore affectus, quid de Marſilio eſſe ſolicitius perquirendum curauit (degebat ille Florentiæ, vbi diem clauſit extremum) inuenitque eundem illa ipſa hora defunctum, qua eo modo auditus & viſus eſt ſibi.] *Sic Bar. Anno to. 5. anno* 412. Prætermitto quæ narrat Bredenb. *l. 7. collat. c. 11. & 46. l. 8. c. 12. 14. 23. & 4.* Adſcribo vnum, quod multorum militum grauium, qui vidiſſe ſe ſancte iurabant, teſtimonio compertum. Cũ annis ſuperioribus admirando illo opere Alex. Farneſ. Antuerpiam obſideret: Batani Anglique, vt obſeſsis opem ferrent, & obſeſsi eodem tempore, vt hoſtem detinerent, facta eruptione, acerrime pugnabant, aggeremque iam Regio militi ereptum poſsidebant, ſecuri vt ſibi videbantur. Tum à regijs militibus primò paucioribus conſpectus prope aggerem Petrus de Paz, Hiſpanus tribunus, vir & militarib. & pietatis ornamentis laudatiſsimus; qui iam menſibus aliquot ante defunctus, viſus hic armatus, vt ſolebat, legionem præcedere, & ſuis quondam militibus manu aduocatis, ſequerentur, vt ſe, imperare. Indicant primi ſecundis, hi tertijs, hi ſequentibus; vident omnes idem, mirantur animiſque reſumptis notum ſequuntur ducem: præit ille, & recta in hoſtem ducit, fit pugna: ſed Batani in naues compulſi, aggerem Regis reliquere. Hoc momento oppidum munitiſsimum ſpe victoriæ, & ſe tuendi, decidit: Horrendum plane quod heſterna die legi præſcriptum Ticino, menſe Aprili huius anni 1601. in diœceſis Ticinenſis oppidulo, quod Coretto vocatur; cum iuſta in templo cuidã notario perſoluerentur, repentè è ſandapila ſe cadauer ſurrexiſſe, & conuerſum ad quendã cognatum ſuum; qui funeri intererat, ei dixiſſe, properaret domum ſuã, & ibi ſcripta quædam inſtrumenta caperet, eaque loco cuidam pio confeſtim reſtitueret, propter quæ ſuppreſſa ipſe defunctus iuſta Dei ſententia foret inferni ſupplicijs adiudicatus. Quo dicto iterũ caput vti prius reclinauit. Hoc à Deo permiſſum, vt diſcerent mortales, quam graues pœnæ ſcribas huiuſmodi perfidos, & piorum legatorum interceptores manerent. Alteram quoq; adſcribam hiſtoriam ſpectri (neſcio an dæmonis, an ipſius animæ damnatæ) qua memoria digniorem me legiſſe non commemini prolixitatẽ narrationis ex litteris Per-

uanis

uanis an. 1590. collectam, ipsis siue Fran. Bencij, siue Gasp. Spitille verbis commemoratam, spero lectionis voluptas & vtilitas superabit. *Accidit in missione* (Illa Ita latina) *eidem P. Samaniego res admirabilis, & consideratione digna, cuique eo in genere vix contigit similis, quæ etiam eiusdem vrbis incolis, in qua euenit, ita innotuit, torque testimonijs confirmatur, vt nullus dubitandi locus relinquatur, quæ ab ijs personis accepta est, qui oculis & auribus hauserunt: qui casus euentu infœlix, ideo permissus est (quemadmodum etiam de similibus quæ in confessione contigerunt, credi potest) vt hic nouus populus discat, qua fide & integritate vti debeat pœnitentiæ sacramento, in quo non paruam sentit difficultatem. Quare etiam Inda, quæ in omnium oculis legem integræ confessionis violabat, videntibus eisdem punita est & castigata, vt vnius animæ ruina, multarum salus procuraretur. Res igitur quæ accidit est eiusmodi.*

Agebat in domo præcipuæ cuiusdam Dominæ huius loci adolescentula decem & sex circiter annorum, quæ bello capta ac baptismo tincta: Catharina vocabatur. In ea cum ætate crescebat libertas, & mores dissoluti, etiamsi non rarò ab hera reprehensa castigaretur. quæ eo peruenit malitiæ, vt cum perditis quibusdam clam consuesceret, nec tamen propterea à confessione abstineret: sed hoc peccatum labru premeret, ne meretricula aut perditis moribus haberetur. Hæc igitur Kal. Aug. 1500. morbo depressa Sacerdotem euocauit, cui animi noxas aperiret. sed id fecit non integre, vt & in eadem ægritudine nouem alijs vicibus recedente Sacerdote præsentibus alijs famulis contemptim ridebat, hac ferme oratione: Aliud quod agerem, non erat, quàm vt peccata faterer: adiecit etiam turpibus, & inhonestis verbis, quibus offensæ cæteræ singula ad heram referebat, quæ merito Catharinam increpans, tandem vultu & voce mutatis amice rogauit, quænam illa essent, quæ patri aperire non vellet. narrauit illa non difficulter, adiunxitque quoties patrem in morbo vocasset, at se purgaret confessione, stetisse ad leuam quendam Aethiopi similem, qui moneret ne fateretur, quod ea peccata leuissima essent, & nullius momenti, & ex illorum confessione à patre dissolutior haberi posset.

A dextra vero manu apparuisse S. Mariam Magdalenam exhortantem, vt quicquid esset libere, euomeret, Accersitum rursum Patrem Domina de omni eo, quod acciderat instruxit, qui modis omnibus tentauit, vt ad integram animæ expiationem induceret, sed frustra: quo enim exhortabatur magis, eo reddebatur obstinatior, ita vt nec nomen Iesu enunciare vellet. Alio etiam tempore cum illi sacram crucifixi imaginem offerrent, vt in eum intueretur, & animo reuolueret Christum, pro nobis cruci affixum, & in cruce mortuum, summa cum indignatione & animi commotione respondit. Iam scio, sed quid vltrò faciam? Ad quam hera, vt ad Christum te conuertas, qui admissa crimina remittat, si fatendo recognoscas. Cui Catharina, obsecro vt mihi desinatis esse molestæ, cumque hera abscessisset, cœpit amores suos & turpitudinem decantare, durauitque ad dies plures hæc agendi & dicendi ratio, donec quadam nocte, accersita cum ancillis hera, hæc in verba prorupit.

Torqueor & animo angor, plurimum ob violatam confessionem; & ab ea hora vsque ad mediam noctem toto corpore obriguit, vt crederetur mortua, & de humatione & sepultura esset cogitatio: sed ad se reuersa acito que sacerdote, nihil antiqua fatendi consuetudine remisit. Tres post horas, paulò ante quam expiraret, exhortata à seruis, vt

appre-

apprehensa manu cruce & cereo sacro, nomen IESV, inuocaret, respondit : Quis est ille IESVS? eum non noui, ac in vltima partem lecti reflexa, sedensque audiebatur cum alio quodam, qui tamen oculos fugiebat, colloqui.

Ac alia serua, quæ eodem in loco ægra decumbebat, vehementer Dominam rogauit, vt in distinctum cubiculum transferretur: quod vt aiebat, laruas quasdam atras videret, quibus admodum terrebatur. Nocte ea, qua Catharina exstincta est, domus tota tam fœtido ac putri odore perfusa est, necessarium vt fuerit, cadauer loco patente & aperto exponere: Dominæ etiam frater è cubili brachio extractus est. Ancilla quædam in humeris veluti calce percussa est, pertulitq; aliquot dies eius læsionis signa. Equus mansuetissimus alioquin, actis in murum calcibus huc & illuc discurrens tota nocte insanijt. Idem fecerunt & canes multa discursione & latratu. Humano iam corpore, cum ex ancillis quædam locum intrasset, in quo Catharina decubuerat, nemine conspecto, sensit in se vas quoddam, quod tabulatis impositum erat, iaci.

Maior præterea pars huius vrbis vidit multo crepitu & sonitu huc & illuc plurimos lateres & tegulas, etiam ad duo millia passuum proijci; non quod in palatio vllus, sit later vel tegula, cum, vt pleraque huius vrbis ædificia omnia palma tegatur. Ancilla alia spectantibus multis pede protracta fuit longissime, etiamsi quatraheret, non videretur. Septimo Octobris cum quædam serua vestiarium esset ingressa, vt inde vestem aliquam sibi sumeret, vidit Catharinam erigentem sese in pedes: vt vas quoddam arriperet, fugiente illa tanto impetu vas in murum impulit, vt in mille partes frangeretur. Die insequenti vestiario annexa fuit crucis imago chartacea, quæ vno impetu à muro auulsa in conspectu omnium tres in partes distracta est. Eodem die cum in horto Domina cœnaret, medius later lanci iniectus totam cœnam euertit: cuius filius annorum quatuor, eo ipso tempore clamare cœpit, Matercula, Matercula, Catharina me præfocat, appensisque ad collum Sanctorum exuuijs ab ea pœna liberatus fuit. Hæc Dominam coegerunt vt ædes mutaret, & inconsobrinæ domum se reciperet, relictis ancillis quibusdam ædium custodibus.

Decimo dicti mensis, cum ex ancillis aliqua in officinam dispensatoriu iuissset, sensit se ter à Catharina vocari: quam timore nimio dilapsam exhortatæ sunt cæteræ, vt inuocato Domini nostri auxilio, cereoque sacro accenso regrederetur: assumptis duabus, quæ cæteris animosiores videbantur, secure redijt, qua defuncta monuit, vt dimissis alijs, cereo abiecto, quod pœnam inferret, sola persisteret. Emittebat Catharina ex omnibus corporis iuncturis flammas, incredibili cum fœtore. Caput cum pedibus ardebat, cincta erat veluti ignica fascia octo aut decem digitos lata, quæ in terram vsque protendebatur, videbaturque libidinis & admissæ turpitudinis pœna & castigatio quædam.

Viso hoc spectro tremere, & exalbescere cœpit serua. ad quam infelix defuncta accede huc. Quoties ego te euocaui? Respondit serua pene exanimis: Bone Iesu, quis non horreat te visa? Quæ cum diceret, in eundem locum descendit formosissimus puer albis vestibus, qui seruam hortatus est, vt posito timore fortiesset animo, notaret que diligenter, quæ à Catharina acciperet. vt in alios euulgaret, ac simulatque ab hoc loco abscessisset, confessione maculas omnes expiaret. Tum hæc in verba Catharina: Scias inferno me mancipatam, & grauissimis subiectam

pœnis,

pœnis, quod eum Sacerdoti aduoluerer, vt peccata faterer, leuissima tanta referrem, cuiusmodi sunt, quod garrula essem & loquax, in ira procliuis, & id genus alia, silentio vero inuoluerem libidines, & consuetos cum adolescentibus congressus. Tu igitur disce bene confiteri, & nullum crimen tacere. Horumque vos commoneo, quod ita mihi imperatum sit, cogarque aliorum in exemplum hæc verbis aperire. Iam pulsus ad salutandam Deiparam virginem audiebatur defuncta mox in angulum quendam secedit & euanescit. Angelus vero (angelum enim fuisse, quem viderat puerum, credebat famula) abire ad suos famula iubet, & quod fecit.] Placuit hanc omni fide contestatam historiam vltimo loco ponere, quod in ea omnes apparitionum species concurrant, Angeli, Beatæ Mariæ Magdelenæ, dæmonis in specie Æthiopis, animæ damnatæ in assumpto corpore, vt arbitror non suo, sed aereo ad sui corporis speciem efformato. Habent Athei quod rideant, si nolunt resipiscere, de pœnis inferni & animarum immortalitate. habent Caluinistæ de cereis benedictis, de Sanctorum reliquijs, de confessionis auricularis integritate, eiusque necessitate. quid dicēt? confictum id à Iesuitis qui potest, quod à cunctis hodie, locis illis queat confutari, si confictum foret? Nolunt credere? eant, & audiant videantque, Muliercularum commenta inquient? crededo, lateret & tegule, longinquis locis allatæ & dispersæ, quæ cunctus populus vidit, istis imaginationis opera sūt. extracti lecto viri, videntibus alijs solo allisa & per humum raptata mulier, somnia, illisa parieti vasa, & in partes innumeras confracta, somnia fuere. Sed grandiorem malitia ad hęc fingenda spargendaque valuit: quid pueri quadriennis innocentia? doli capax illa non est ætas, vt velante reliquias præfocari se à vix nota & mortua mentiatur, vel reliquiarum appensione metū fictum ponat. Quam vereor ne Catharinæ exitium illis impendeat: qui Catharinæ crimen & laudant, & imitantur, confessionis sacra mysteria in histrionam hypocrisim vertentes, & inferni pœnas fabularum loco habentes.

Habetis nubem testium, gradinemque copiosum exemplorum, quibus labrusceta, & vrticeta Nouatorum radicitus vellatis, confringatis, calcetisque. Illud vnicum propono. perpendite vos diligenter, vtrum æquius tutiusque credere, primæ & secundæ Synodi Nycenæ patribus, Græcis Latinisque Ecclesiæ Doctoribus, sexcentis alijs grauissimis Theologis, & probatæ fidei Historicis, & omnium sæculorum sexdecim receptæ sententiæ, an nouissimi sæculi procacibus quibusdam ijsque perpaucis, de ludo Saxonis excucullati, vel Stigmatiæ Nouiodunensis. hi negant mortuos viuentibus apparere ad tempus posse, nagant Deum id vnquam permittere, illi contra vtrumque, vt audiuistis affirmant, vel disertis verbis, vel allatis exemplis quæ nunquam recitassent, nisi vera credidissent. Scaurianum plane iudicium est. magnificum illud & magnanimum Scauri rei dictum, non ignoratis, quia Valerium Max. *lib.* 3. legistis. *Varius* (inquiebat) *Sucronensis, Aemilium Scaurum, regia mercede correptum, imperium Romanum prodid sse ait: Aemilus Scaurus Princeps Senatus huic negat se culpæ affinem esse. cui credetis?*]

Pari ergo nunc ratiocinatione, Sanniones nostri temporis, Momidicaces, Ecclesiæ pestes, apparitiones spirituum negant & subsannant: fatentur aliquas & in honore habent, Sancti, & orthodoxi patres, orbis Doctores, Asiatici,

Aphricani, Europæi quibus credetis: Magdeburgici Centuriatores, & Lemanicole coaxatores asserunt, nullas vnquam visiones defunctorum fuisse veras: militantis Ecclesiæ: quæ columna veritatis est, centuriones & Euangelij præcones, qui scientiam suam de sapientiæ æternæ vberibus suxerunt, vnanimi consensu litteris mandarunt plurimas, vt veras: quibus credetis? Beatorum apparitiones habemus, damnatorum habemus, beandorum habemus: Ecclesiasticæ monumentis historiæ, patrum traditione, conciliorum actis, diuinæ scripturæ tabulis consignatas, & de manu in manum per omnes Ecclesiæ ætates traditas, conseruatasque: Nonne temerarium contra niti, flagitiosum repugnare, impium atque blasphemum his omnibus fidem derogare? quid, mendacij vel stoliditatis ea eorumq; auctores accusare? nomen non inuenio, quo appellem. Tu (*lector*) rei indignitatē animo cōplectere, complexus abijce, abiectam conculca & execrare. Quid mendacij accusare. nisi falsa pro veris obtrusa dictitate? quid. mendacij accusare. nisi falsa pro veris obtrusa dictitare? quid stoliditatem ascribere, si non causari: adeo tot grauissimos, sapientissimos, sanctissimos viros, fuisse vecordes, vt inanibus nænijs se passi fuerint ludificari, & pro historijs fabellas aniles receperint? hæc aduersariorum modestia est.

SECTIO VI.

SED ratione fortasis aliqua vel argumento efficaci ad hoc credendum impelluntur. Examinandas ipsorum obiectiones tibi fideliter proponam: tu iudica & discute.

In Italia (*inquit Philipp. Melanchr. in Manlij Calendario*) *habent impurissimas & obscœnas fabulas de Maria, quæ apparuit Monachis*) bellum dictum & mendacissimo dignum scurra. Habet Asia & Aphrica, habet & Hispania, & Germania, Deiparæ sacratissimæ apparitiones, vt doctum habet non sola Italia, & eas ab omni obscœnitate & impuritate tam remotas, quam à fidei puritate Melanchton, quam à morum & vitæ castitate ac sanctimonia fuit alienus Lutherus. nec illæ fabulæ vocari possunt, quas omni æuo grauissimi scriptores & sanctissimi viri, publicis testimonijs consignarunt, quas Ecclesiasticæ traditiones confirmarunt. Sed hæc Melanchtonis & Io. Riuij modestia fuit, tot sæculis probatas Sanctorum apparitiones, anilia censere deliramenta, &, cum ipsi essent homines ineptissimi, Diuum Gregorium Papam ineptum vocitare, addunt vanitatem impudentiæ, cum multa falsa & inania pueriliter, sine iudicio, & fallaciter, sine candore, congerunt, & quorundam priuatos abusus & stultorum deridiculas opinationes in publicam Catholicorum contumeliam detorquent. quasi non rebus verissimis & optimis hoc sit ad natum, vt obnoxiæ sint fuco, & hominum dæmonumque dolis atque malitiæ expositæ, in multorum praue vtentium vertant perniciem. quid pane vtilius? Sodomæ tamen eius abundantia no-

cuit, quid vino salutarius ? plures tamen ebrietas, quam gladius necauit. quid Dei adoratione præstantius? quot tamen illam in cultum idolorum deflexere? discretio ergo ergo & prudentia necessariæ, vt veras à falsis discernamus: non vero licet, propter falsas, veris fidem derogare.

Marbachius negat vllas veras: nisi Christi & Angelorum reperiri, cur ergo tam diligentes, quando per Angelos exhibitæ, id Patres & historici addere consueuerunt ? cur hæc nouus Vigilantius vincula Sanctis inijcit? cur his eos compedibus & manicis ligat: cur in hunc neruum compingit, homo propter multiplices blasphemias neruo dignissimus propter transfugium, compedibus vinciendus, & propter amentiam atque furorem, totus vinculis quadrupes constringendus?

Centuriatores & Lauatherus addunt argumenta paulo verisimiliora, quædam quibus probare conantur, nullum esse Purgatorium (quæ vt impertinentia hoc loco prætermittimus:) quædam quibus respondebo, tractationi accommodata. Quid inquiunt Augustino respondeas, qui non obscure, viuentium rebus animas defunctorum negat interesse : alioquin sibi matris optime conspectum nulla nocte defuturum ? *d. libr. de cura pro mort. supr. citato.*] Quid Athanasio *a*, Chrysostomo *b* Theophilacto *c*, Tertulliano *d*, censentibus hæc esse commenta dæmonum, qui se suffragijs nostris indigere, & ex purgatorio, via alta atque ardua, fingunt aduenire ? Addunt scriptura. Nam is *qui descendit ad inferos non amplius ascendit*, Iob, *e*. Psalmistæ *f* *homo est spiritus vadens & non rediens: pulus est, & postquam semel defloruit, dicitur suum locum non amplius recognoscere*, quo igitur pacto queat redire: alicubi dicimur *gomnes mori & sicut aquæ dilabi.* quis dilapsas ad fontem reuocet? DD. Petrus & Paulus *h* mortuos inquiunt dormire: cur ante terminum suscitas ? negat Abraham *i* Chaos quantum interiacet, à mortuis posse transmitti, & idcirco illos nec mittendos, vt viuis renunciet, quæ illic geruntur. Quo pacto si nec per se queunt, nec à Deo mittuntur: mortalibus apparebunt? Hæc summa argumentorum, quæ moueti alicuius. Sed reuera hoc est abuti scripturis, & Patrum dicta calumniari. Non negat apud Lucam Patriarcha Abrahamus mitti à Deo mortuos posse, vel solere, sed tunc mittere abnuebat. *Chaos* illud hiatum maximũ atque impermeabilẽ significat, quem sine Dei permissione nullus transire mortuorum queat: Dei enim lege immutabili cõstitutum est, vt sine ipsius permissione receptaculis suis animæ nequeant exire. Dei quoq; lex sanxit, nec damnatorum beatis vllam esse condolentiã (huc D. Greg. iter istud imperuium retulit) nec sortis vllam esse commutationem, vel meritorum vllum consortium inter illos (huc Ambr. & alij retulerunt, de quo vide Cathen. D. Thomæ.) Dormire mortuos testantur Apostolorũ Principes, fateor: sed *somnus* ille mortem significat, *& dormire* est mortuum esse. phrasis ista Græcorũ fuit vnde & sepulcreta, vocãt κοιμητήρια hoc est dormitoria, & Homerus, de virga illa Mercurij loquens, qua putabãt eũ mortuos suscitare, mortuos nominauit ὑπνώοντας ἐγείρει (dormientes excitat:) id obscurius & deterius vertit Maro. *Lumina morte resignat.* Hebræi etiam *dormire* dicunt, pro mori, & Syri mortuos vocant *dormientes*, propter spem resurrectionis. (vt Angelus Caninius obseruauit) si ergo dormire Lauathero, est

a q. 13. in scrips. *b* hom. 19. in 8. c. Matt. *c* in d. c. 8. *d* l. de anima. *e* c. 7. v. 9. *f* Ps. 77. v. 39. & 102. v. 15. & 16. *g* 2. Re. 14. v. 14.

h 2. Pet. 3. 2. Thes. 4. v. 13.

i Luc. 16. v. 26.

in nullius conſpectum vnquam veniret: vbi fides reſurrectionis ? dormiebant Moſes, Samuel, Ieremias & Onias, apparuerunt tamen. Sed *omnes ſicut aquæ dilabimur, puluis ſumus*, & quaſi in auras diſpergimur. Tibi vero, Lector quiſquis his fulcris innitere, edico, te moneo, diſcaueas, ne huiuſmodi rationibus vtare. nam ſi quid probent, eadem opera probent ne reſurrectionem quidem vnquam fore. dilapſæ ſemel aquæ nunquam redeunt, amnes aſpice: num nos nunquam redituri? Potius ergo fatendum his & ſimilibus locis, nihil aliud velle S.S. nobis indicare, quam vitæ noſtræ imbecillitatem & fugacitatem, vt D. Auguſtinus & Angelomus annotarunt. Pſaltes Regius negat *à mortuo amplius locum ſuum cognoſci*. vbi aduerte nullum omnino patrum, ne quenquam ante Lutherum, ſic locum hunc exponere, vt facit Lauatherus: vt quam cito, tam vere, de tam nouitio commento, Nouatorem, queas agnoſcere. Quatuor inuenio veterum explicationes. duas enim Hebræorum in *Midras tehilim* omitto, vnam vt impiam, quæ animæ hinc ipſius mortalitatem colligit, alteram, vt parum conuenientem textui, de originali peccato: hoc cum homine reſurgente non amplius reſurgere. iſti *Velo iashub*, accipiunt de *iatzar haraz*. Duæ Patrum expoſitiones ſunt plane tropologicæ, vt Arnobij hic, de diuitijs, & alia Baſilij (*de pœnit.*) Hominem ſemel in peccatum lapſum, non poſſe ſine Dei gratia, vi ſua exſurgere. Tertia eſt volentium, *locum* hunc, non capi de corpore, ſed de toto hoc orbe ſublunari, in quem, egreſſa ſemel de habitaculo corporis anima, nequit ſine ſpeciali DEI permiſsione redire: ſic innominatus, ſed pereruditus pſalmorum interpres. Quarta eſt Apollinaris, & Euthemij, ſenſum eſſe, ſcire Deum & cognoſcere humanæ naturæ conditionem, & interitus noſtri accelerationem, qui nati mox denaſci incipiamus, & cum nobis ſemel occiderit breuis lux, & vitæ flos iſte emarcuerit, haud poſſe abruptam vitæ telam iterum connecti, vel vinculum iſtud animæ atque corporis ſemel diſſolutum rurſus colligari, neque animam noſtram, poſtquam venti inſtar ſemel euolarit, vltra corpus ſuũ agnoſcere, vt illud ſubeat ac poſsideat. Nam in ipſa reſurrectione, beati illud iam ſplendidum & incorruptibile deprehendent: damnati, fædum ac horridum & obnoxium corruptioni. tam vero damnati quam beati, angelica opera, Dei nutu, illud ſunt agnituri. Quid ? quod nonnulli intelligunt de ipſis amicis, qui poſt animæ receſſum, corpus amplius non agnoſcunt, ſed deteſtantur? & hi more Hebræo *ſuum* pro, *eius*, accipiunt. videtur huius ſententiæ P. Emanuel Saa. Quid? quod Diuus Hieronymus ſecutus Hebræam phraſim, eandem vertit, *non cognoſcet eum amplius locus eius*, quod pleriſque Hebræi volunt, & paraphraſ. Chaldæus, & Vatablus ſequuntur, & ſic locutus ante fuerat Beat. Iob capite ſeptimo. vbi Hebræa, Chaldæa, Græca, & Latina conueniunt, hac prorſus ſententia, mortui memoriam interituram, quaſi non fuiſſet: vel ſuperſtites, quid cum vita functis agatur, aut quo in loco detineantur, numquam niſi per reuelationem futuros certiores. Quæ omnia contra communem ſententiam nihil habere virium, eſt omnino clariſsimum. Minus etiam obſtat, quod eidem Regio Vati dicatur homo, *Spiritus vadens & non rediens*. nam quod præceſsit *quia caro ſunt*, id

aperte

apertè indicat agi de naturæ humanæ
deprauatione & improbitate ; quæ
cum ad deteriora semper vergat, à ma-
lo tamen ad bonum, per se nequit re-
dire: vel, quod magis placet, agi, de ho-
mine corruptibili, qui, cum ad mor-
tem Pegaseo gradu properet; à morte
ad vitam retrogredi, virtute non po-
test sua D. Iobi verba, *Sic qui descendit
ad inferos, non ascendet nec reuertetur vl-
tra in domum suam, neque cognoscet eum
amplius locus eius*: eundem planè sensum
habent, quem illa Dauidis paulò prius
explicata. Belle quoque Dionysius ex-
ponit, animam quæ ad inferos descen-
dit in pristinam vitæ rationem, diui-
tias, latifundia, palatia, naturaliter non
redire. *quamuis* (verba sunt eius) *mira-
culosè id fieri possit, sæpeque factum sit.*
Et illo senior D. Thomas ibidem di-
sertè tradit, Iob locutum de eo, quod
secundum cursum naturæ fit, non de
eo, quod agitur miraculosè. En aduer-
sariorum tela, ex scripturæ pharetra.
Plus fortasis fiduciæ in Patribus, plus
suppetiarum? nihil vtique minus ca-
lumniosa vtique tota illa testificatio,
quæ Rhemniæ legis, vlla si lege teneri
paterentur, non effugeret inustio-
nem.

Miror Augustinum nobis obijci, cu-
ius sententiam ex eodem libro audi-
uisti, non ambigue ceruicosos istos
condemnantem. Vult ille quidem ple-
rumque angelicas esse operationes: sed
addit spiritus etiam aliquando αὐτο-
αποσταλτους ad viuos mitti. Negat eos-
dem arbitratu suo redire posse, citra
Dei voluntatem: alioquin sibi matrem
continuo ad futuram: sed nutu Dei ali-
quando redijsse, profitetur, & exem-
plis confirmat. Athanasium produ-
cunt in pugnam, sed laruatum: Anasta-
sius enim ille Nicænus est, non Atha-
nasius, eius diuidenda auctoritas. Nam

quæ ab illo *quæst.* 11. dicuntur. Ieui bra-
chio in aduersarios retorserim. negat
spiritus apparere, fretus Dauidis testi-
monio, de quo nos iam copiosè. addit
hæc verba: *De animabus enim Sanctorum
non est dubitandum. nam & post mortem
& in iudicij die cognoscent omnia.*] vnde
sic possumus ratiocinari: si beatorum
animæ cognoscunt omnia post mor-
tem, locum igitur & suum cognos-
cunt: si locum suum permitten-
te Deo, ad illum redire possunt. id-
circo enim damnatorum animas ne-
gauit redire posse, quia locum suum
non cognoscunt. de animabus enim
his tantum accepit verba Dauidis, non
de omnibus, vt Lauatherus. Q. *vero* 8.
non adimit omnem illis simplicitus
reditum (nam hoc Scripturæ sacræ re-
fragaretur) sed negat à Deo remitti, vt
humanæ curiositati satisfaciant, nar-
rando quid apud inferos rerum gera-
tur. Sciendum quoque temporibus il-
lis quandam hæresim viguisse conten-
dentem; mortuorum animas, illo-
rum maximè, qui violenter necati,
dæmones fieri, & malis deinde car-
minibus ad hominum obsequia & res-
ponsa danda compelli. Huic demen-
tiæ se summa vi Patres oppositerunt,
& vaesaniam illam sedulò confuta-
runt. In his sane diligens Isidorus *lib.*
2. *Etymolog. c.* 8. & os aureum Ioannes
Constantinop. *homil.* 2. *de Lazaro*, & *
hom. 4. *in Lucam*, vbi reddit ratio-
nem, cur Deus non permittat multos
in vitam redire: vti sic dæmonum
fraudibus materia subtrahatur. qui
dicit non permitti multos, nonne de
nonnullis, licet paucis, fatetur? adimit
etiam facultatem redeundi curiosa-
rum narratiuncularum gratia, abso-
lute ad Dei nutum reuertendi licen-
tiam, non tollit? quin apertè potius
hom. 29. *in Matthæum.* scribit, *sponte sua*

redire non posse. cur adderet (*sponte sua*) si nec diuina voluntate possent redire? Nec aliud agebat Theophylac. *in cap. 8. Matth.* cum testatur dæmones quoddam dogma instituere voluisse, de vagatione animarum in hoc orbe ; cui minime sit assentiendium, quoniam animæ corpore egressæ iam certum habent locum, & non oberrant vagæ, quibus verbis negat spiritus pro arbitrio ἐν τῷ κόσμῳ (sic loquitur) πλανᾶσθαι quoniam certis mansionibus statim assignantur, impugnat enim eundem errorem, quem Chrysostomus ; & verquè nobiscum, vt docui, sensit. Denique Septimius Tertullianus etiam illud Gentilium, de præuentis immatura morte, figmentum plane poëticum, & forte Platonicum, reijcit, & docet nec illorum *animas vagari, donec reliquatio compleatur ætatum*. hancque ille licentiam poëtarum, cum Magorum audacia, iactantium inanem suam animas eliciendi potentiam ; & cum insomniorum fallacia, quæ Manes falsa soliti immittere, comparans, merito refellit. Verum & ipse addit, Dei virtutem quasdam animas reuocasse in documenta iuris sui. Sic scriptum ab eo inuenias extremo de Animâ libro. Sic ergo neque S. S. neque patres, neque ratio ; sed sola temeritas, nouandi cacoëthes, & vetustati detrahendi, Catholicisque conuitiandi libido. Aduersarijs suffragantur.

A

B

C

D

E

SECTIO VII.

SVT 2. Conclusio, *Magi nequeunt opera dæmonum veras defunctorum animas nobis ostendere* : hæc est sententia Tertullian. *l. b. de anima, cap. penul.* D. Isidori *lib. 8. Etymol.* Chrys. & Augusti, quos citat & sequitur D. Thom. *1. p. q. 1. 7. a. 4. ad 2.* Guil. Paris. *p. vlt. de vniuers. cap. 24.* Victor. *de magia n. 17.* & fusè docet nuperus scriptor Alfonsus Mendoza Quodlib. Scholast. q. 5. ratio est, quia Sanctorum animæ in manu Dei sunt, & soli Deo obediunt : damnatum nequit Diabolus sinere egredi, sine nutu Dei, sine quo nec ipse id potest : quod ipsum etiam habet locum in ijs, quæ expiantur. Ideo solent ipsi has vices subire dæmones ; qui per mundum adhuc vagantur, & has ânimas amant mentiri, vt ex Porphyrio docuit Iamblicus *lib. de myster. Aegyptior.* Neque id mirandum, cum in Angelum quoque lucis se transfigurent, & in B. Virginem Deiparam, vt in Biturigibus Vibiscis, cum illic degerem scio accidisse, imo & in ipsum Christum Dominum, qualis B. Martino apparuit diabolus.

Ex his sequitur primò, prorsus esse superstitiosum, quod ex quorundam delira opinione retulit Ananias *a* animas eorum, quibus exspirantibus dexteram porrexerint, & vicissim porrectam receperint, ipsis post obitum apparituras. Nulla enim huius rei vel scripto, vel non scripto Dei verbo, nec historiarum verarum narrationibus auctoritas huic opinioni adminiculatur. *a* li. 3. donat. dem.

Secundò sequitur non esse temerè imitandum, quod olim factum à nonnullis, & quod Ioan. Friburg. in Sum. Conf. *l. 1. tit. 11. q. 23.* secundum se consideratum, dicit non esse damnandum de peccato, non enim negant D. Tho. & ipse, & qui eos sequitur Beezius *in præcept.* periculosum esse, & tales vt plurimum se deludendos dæmoni propinare. & illi subiacere comminationi, *Qui amat periculum, peribit in eo*, ideo prudenter Ciruleus, *libr. 3. de superstit. cap. 11.* reprehendit illos, qui cum inuicem paciscuntur, vt (si permittatur)

is, qui

is, qui prior morietur, viuo appareat, eumque de suo statu faciat, certiorem. Scio id Deum permisisse aliquando, vt audiuisti de Marsilio Ficino; & de San. Lutgardo legitur *libr. 2. vitæ eius, tomo 3. Surij, in Iunio,* & apud Dominicanos Zamoranos accidisse olim monacho cuidam. Is cum quodam Minorita hoc pactum inierat. moritur Minorita, & post dies aliquot apparet stipulatori mensas sternenti; (ait) se expiatorium circumgestare ignem. Et ad cruciatus sui indicium, manum mensæ ligneæ crassæ impressit, eamque altè admodum combusit. notam hanc audiui ab oculatis (vt aiebant) testib. supereſſe manus mensæ inustæ, & ad perpetuam rei memoriam paruulo clatro ferreo obtectam: & narrat in Chron. Dominicanorum Frat. Anton. Senensis, vt de re nihil sit dubitandum. Quando Deus redire permittit, maioris boni id causa permittit: vt plurimum Behemoth hanc agit personam. Pactio ipsa vix fieri potest, vt curiositatis peccato vacet. præstat salutem suam semper cum pauore & spe operari. Eadem B. Lutgardis cum iussisset cuidam moniali, vt si prior moreretur, eam viseret, addidit, vt primum diceret: *Benedicite, orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, ne* (inquit) *diabolus suo more aliquod figmentum adducat.*] *dict. l. 2.* Si hoc illa sancta tam illuminata metuebat: quanto magis nos debemus metuere? Sequitur etiam tertio ex his, posse facilius discerni variorum & multiformium spectrorum illusiones, quas dæmones obijcere solent, de quibus nunc videamus.

A

B

C

D

E

QVÆSTIO XXVII.

De dæmonum apparitionibus, siue de spectris, quæ dæmones nobis obijciunt.

SECTIO I.

DVo præmittenda, varias esse illusionum causas, & varia dæmonum genera, Pater primum quia multa habentur pro spectris, quæ naturalia sunt, vel artificialia, item quæ sensuum vitio, aut imbecillitate vitiatæ phantasiæ talia videntur esse, cum non sint qualia videntur. de singulis, Petrum Leloyherium, *b* in plerisque secuti videamus. Naturalia sunt & decipere tamen aptissima, ignes illi fatui, de quibus egimus superius: item insulæ natitantes: quales vidi apud D. Audomari fanum in Morinis cõplures; quales etiam in Italia, & alibi celebrant veteres scriptores, *c* in lacu Vadimonis Cecubo; & Reatino: vt sunt etiam arbores & siluę radicitus euulsæ, & classis speciem in mari præbentes, teste Plinio Seniore: *d* vt, ligna putrida nocte lucẽtia: vt animalculum Indicum, de genere Cicindelarum, sed maius, instar Scarabęi, quod etsi toto corpore luceat, oculis tamen maximè, qui pro corpusculi modo ingentes, tantum fundunt lucis, vt ad eã legere & scribere soleant. Coculium vocant, micat luce quaternarum stellularum, quarum si quis pinguedine manus & faciem inungat, ardens & formidabile spectrum apparet. *Sic Chieza pag. 2. Hist. Perua. cap.* 30 Item vapores varijs formis conformati, quales illi, quos Sylla vidit hircorum similitudine capitibus apud Epheum concurrere, *e* & similia, quæ apud Syrtim maiorem ex eadem causa Diodorus

b lib. 1. de spectris c. 6. 7. 8. & 9

c Arist. de admi. auditiõ. Tit. Liuius l. 9 Senec. l. 3. Nat. qu. & Pli. Iũ. lib. 8. epist 10. & Seni lib. 2. Nat hist. c. 95.

d l. 16. Nat hist. c. 1.

e Plutarc. in Sylla.

f lib. 3 Bibliothec.

Siculus scribit contingere, *f* digna lectu. Talia quoque (si à visu, ad auditū lubet transire) sunt admiranda quædam sonorum, vt Echus in locis diuersis, quæ & notauimus Commentar. in Senecæ tragœdias, decipere nonnullos testatur Cardanus *l.* 18. *de subtilitat.* item sonus statuæ Memnonis, de qua eodem opere egimus; & muri Megarensis, de quo *in Atticis* Pausanias; & cauerna Britannica, de qua Clemens Alexan, *l.* 6. *Strom.* fors, an D. Patricij antrum? item prælij ac victoriæ voces, apud tres Persicos montes, de quibus idem Clemens. Mirifici quoque interdum soni nati ex vterinis suffocationibus, imperitis medicis imponunt. *quando* ait Corn. Gemma li. 1. Cosmocrit, c. 7.) *à venenato spiritu inflatæ arteriæ, diductæque in amplitudinem, secundum longitudinem contrahuntur: vnde necesse sit aliquando mulierem strangulari: vnde & voces mirandas ex imis visceribus exaudiri, nunc velut ranarum coaxatus, nunc serpentum sibilos, nunc crocitus coruorum, gallorum cucurritus, latratus canum, &c. quæ tamen pro viarum & erumpentis spiritus proportione casus effingit.*]

Vt naturalia sic & artificialia quandoque decipiunt, & pro spectris habentur: vt erant αὐτόματα Dædali, de quibus Aristoteles *libr.* 1. *de anima*, & *libr.* 1. *Politic.* & alia Archimedis, Archytæ ac Boëtij, de quibus superius actum: & nostris temporibus oblata Carolo V. Aquila ænea, volans per aërem; & Parisijs, triremis argentea, quam remiges, eiusdem materiæ, & impellebant, & sistebant & retroagebant. Vt erant etiam Hydraulica veterum, & hodie in hortis Estensibus Tiburi admiranda; de quibus Claudianus;

*Intonat erranti digito, *pedibusque trabali*
Vecte laborantes in carmina concitat vndas.

Sic correxit Leloyer. Pro *Penitusque.*

Et de quibus iam exstant Heronis libri. Vt sunt artificiosa spectra, quorum modum docent Cardanus *lib. de Varietat. rerum.* & Baptist. Porta *lib. de magia naturali*, quanquam verè in his omnibus, rerum quibus vtuntur natura ad artificium adfert vim maximam: vt & in naturalibus illis prioribus, sæpe accedit artificiosa hominum applicatio. Sed ad hanc classem magis propriè pertinent artificiosæ voces quorundam; quibus cum sint præsentes voces simulant absentium, vel cum ore loquantur, ex ventre verba videntur proferre, sicque voces dæmonum vel Angelorum mentiuntur: Item qui per tubos noctu loquentes, Angelorum vel animarum voces simulant; quale quid de Bonifacio octauo circũfertur apud Nauclerum, Masseum, & alios. Item qui simulant se animas maritorum defunctorum, & sic suadent viduis, vt sibi nubant. noui, qui hoc Louanij factitarat: & de alio qui Andegaui, narrat Leloyerius cap. 7. Sic apud Boëtium Scotiæ Rex Kennethus, Pictos, à quibus erat victus, vicit. Noctu ad Principes exercitus sui dormientes, immisit seruos indutos squammis lucentibus, & manu tenentes hastas ex ramis putridis noctu lucere solitis; qui illos ad pugnam fortiter ineundam hortarentur: se à Deo missos Victoriæ sponsores. Angelos illi credidere, & animosè Pictos aggressi ad internecionem cæciderunt. Sic nonnulli vsi cancris vel testudinibus, ijsque cum candelulis affixis, in cæmiterijs, non semel ignitorum spectrorum speciem præbuere. quare nonnulli suspicantur

ab Ho-

ab Homero *a* teſtudini tributum nomen armaturæ fallacis ἐπηλυτίης σῆμα. Sic etiam Abderitani iuuenes, cum ſpectrorum ſchemate, conati ſunt Democritum terrere, vt narrat Lucianus *in Philopſeude*. Sunt in recentiorum libris, vt Bocatij Decamerone, & ſimilibus, exempla plurima, ſed me magis capiunt antiqua. in fabulis tale quid comminiſcitur Moſtellariæ Plauti ſeruulus, tale quid narrat Æſchynes orator *b*, à Cimone Athenienſi factum, qui ſe Scamandrum finxit, vt vitiaret Callirrhoen: tale quid narrat Ioſephus *c* factitatum à Mundo, vt deciperet Paulinam, fingente ſe Anubim: tale quid à Tyranno Sacerdote idolorum excogitatum, qui mentiebatur Saturnum, vt libere matronas nobiles mæcharetur, nos docet Ruffinus *d*. & meminit eiuſdem facinoris D. Cyrillus Alexand. *contra Iulianum lib. 7.*

Et Nectanabus Ægyptius Magus ſe in Iouis Hammonis effigiem transformans, Olympiadem Philippi vxorem decepit, & adulterino concubitu Alexandrum Magnum genuit: vnde illi orta opinio de Ioue parente narrat Ioſephus Gorionides *lib. 2. Hiſtor. Iudaic. ca. 6.* & laudat auctores, Ægyptiorum Sapientes, Titum Romanum, Strabonem Cappadocem, & Nicolaum Damaſcenum:

In his fictionibus, cum ſtuprum accedit, peccatum grauius eſt, quàm in ſtupro ſimplici, & grauius puniendum: cum furti cauſa fit, puniendum pœna directariorum *l. ſæcularij. D. de extraord. crimin.* Si nihil aliud quam metus incutitur, pro periculi magnitudine, res æſtimanda: ex genere ſuo, puto Mortale peccatum: & pœna eſt arbitraria, fuſtigationis puta: & ſi mors ſecuta, exilij perpetui. *argu. l. 4. §. cum quidam. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. infiniti. §. cum eo D. de furt. & l. penult. §. vlt. & l. vlti. D. de extraord. crimin. voluere poſt gloſſ. in l. ſi quis aliquid. D. de pœn. Licinius Ruff. in comparat. legum Moſis & Iuriſconſ. & Leloyer. ſupra fol. 173.* nec puto idoneam excuſationis cauſam amorem præbere, nec tutum ſatis eſſe *conſ. 101.* Oldradi, optimi alias conſiliarij.

Senſuum alterationem vitiumque, falſo viſorum, vel alio ſenſu perceptorum ſpectrorum, cauſam non raram eſſe, docet idem Leloyerius *cap. 8.* exemplo ebriorum, de quibus optime D. Ambroſ. *e*, *Hinc* (ait) *vanæ imagines ebrij, incerti viſus, inſtabilis greſſus: vmbras tranſiliunt ſæpe, ſicut foueas, nutat his cum facie terra, ſubito erigi & inclinari videtur, & quaſi vertatur, timentes in faciem ruunt, & ſolum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus ſibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor & reſonantia fluctu littora. Canes ſi viderint, leones arbitrantur, & fugiunt. Alij riſu ſoluuntur incondito, alij incõſolabili mœrore deplorant, alij cernunt irrationabiles pauores, vigilantes ſomniant, dormientes litigant.*] idem, terribilia nempe viſa apparere ebrijs, Plinius prior affirmat *f*. Deprauat, more ſuæ ſectæ, Lauatherus S. S. dum ſic vult intelligendum illud Salomonis *g*, ebrietatem diſſuadentis: *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa. Extraneas*, ait ille, viſiones & apparitiones admirandas, qua in re ductorem habuit Pagninum: qui cum Paraphraſte Chald. videtur ſic accepiſſe זָרוֹת Zaroth, quaſi vim neutri haberet, & ſignificaret *extranea* h. res extraneas: quod, licet non diſplicuerit Ianſenio, probum tamen non eſt. Fœminino enim ſenſu accipiendum & quidem nõ de rebus, ſed de mulieribus. Senſus enim, quem D. Hieronym. & Beda ſe-

a in Hym Mercur.

b epiſt. 10

c li. 18. antiq. c. 4.

d li. 11. hi. c. 25.

e li. de He a & ieiu. c. 16.

f l. 14. c. 22

g Prou. 13. v. 33.

cuti, vinum concupiscendi alienas esse caussam. ideo septuaginta, vt ambiguitatem hanc tollerent, singulari numero vertere ἀλλοτρίαν, alienam, seu extraneam: quam vocem nec S.S. nec Patres simpliciter positam, de alia re, quam de muliere seu scorto accipiunt, vt eodem capit. paulo ante: *puteus profundus aliena*, vt ibi explicant Salonius, Bæda, Hieronym. & alij. Oculorum effusio facit videri volitantes ante oculos quasi muscas vel saltitantes formicas, vt non sine studiorum incommodo, à multis iam annis experior. Abenzoar *libro primo. capite primo. tract.* 8. meminit morbi dicti *halahol*, quo qui affecti, singula putant se videre gemina. Arcuatis cuncta apparent lutea. Refert Aristoteles de quodam qui suammet imaginem siue simulachrum, in aëre sibi, quasi in speculo, propter oculorum vitium, semper obuersari existimabat. idem testatur, eum qui diu in solem oculos intenderit, & oculos alio celeriter auerterit, primo ei cuncta iri visa gilua, mox rubea, & tandem nigra, donec alteratio illa visus recedat. Auditus etiam læsus decipere consueuit, vt fit in ijs, qui morbum imaginosum (sic vocant) patiuntur. cuius ægritudinis viri docti duas statuunt species, vnam notiorem, cui nomen φρενίτις, quando phantasmata obijciuntur animo, visili imagine: de qua specie Cornelius Celsus, & Cælius Aurelianus consulendi, & pertinet ea ad phantasiæ vitium. altera species est κορυβαντιασμὸς, qui visui tollit somnum, auribus inditvitium, quo sibi audire tinnitus & sonitus videntur. de hoc Varro, *in Prometheo* Satyra,

Leuisonna mens sonorinas imagines
Adsatur, non vmbrantur somno pupullæ.

Gustus quoque vitiatus ægros mire decipit, vt & odoratus, Polypo, Grauedine, seu κόρυζα, & miro illo catarrho, qui regnabat in Castella. 1581. & multos absumebat, læsus. Verum crebrior & maior deceptio manat à phantasiæ corruptela, quæ aliquando coniuncta est cum Phrenitide, (sic vocatur ea quæ cum febri vehementi est,) aliquando cum Mania (hæc febris expers est, & diuturnior,) aliquando leuicula tantum est febris, nec ad Phrenitim sufficiens *a*. Theophilus medicus cetera prudens, opinabatur cum febriret, prope lectulum tibicines & cornicines assistere, & continue auribus eius cantum insonare: idque, iam sanus, accidisse sibi pertinaciter contendebat. *b* Sed huic ista tædio erant: alteri cuidam voluptati. Sic enim Horatius, *Epist. ad Florum.*

----Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragædos
In vacuo lætus sessor, plausorque theatro:
Cetera qui vitæ seruaret munia recto
More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in vxorem, poscet qui ignoscere seruis,
Et signo læso non insanire lagenæ,
Posset qui rupem & puteum vitare patentem:
Hic vbi cognatorum opibus, curisq; refectus,
Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco,

a vide Ce[illegible] l. 3. ca. [illegible]

b Galen[illegible] l. de diff[illegible] Symp. c[illegible]

Et re-

Et redit ad sese, Pol me occidistis, amici,
Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Abydi simile quid contigisse narrat Aristoteles *in lib. de* admirand. audition. Hanc in væsania falsæ opinionis voluptatem, de quodam Thrasyllo, putante naues omnes, quæ ad Pyreum appellarent, suas esse: fuse testatur Ælianus *libro quarto variar. hist.* Sed ad spectra redeamus imaginaria. Haud scio an quid rarius eo acciderit, quod à Timæo Locro commemoratum. *Agrigenti domus fuit, cui cognomen* Τριήρη, *ab euentu tali. Adolescentes aliquod* [Tauromi-nitani] *illuc conuenientes conuiuium hilarius agitabant. Mox vti assolet, cum incaluissent vehementius, ita decussi mente sunt, & ita externati, vt in triremi se opinarentur constitutos, mariquę altius vndabundo hyemem ingruere atrocem. Proinde, velut naufragium veriti, tanquam egestis, quæ intus forent, nauigium facturi leuius, vasa omnia, & quicquid mero feruidis occurrebat, in viam, seu in mare, festinantius iactare adorti sunt, accurrentibus hinc inde qui proiecta deriperent. In sequenti die vbi adfuere magistratus factum arguentes, cum illi necdum satis edormissent: respondere, se metu mortis præoptasse, quæ in naui forent disperdere, quam fluctibus deuorari. Admirantibus mentis stuporem vniuersis, qui inter eos videbatur natu grādior: Ego, ô viri Tritones, præ formidine infra thalamos me conijciens in imo iacui, Cumque amplius delirare animaduerterentur. dimittuntur ab ignoscente magistratu, commoniti modo grauius, cauerent in reliquum inuitationem eiusmodi brutalem. At illi, velut gratiam fatentes: Si, inquiunt, seruati ex tam procellosis vndis portum fuerimus assecuti, inter marinos Deos vobis (ô Tritones) vt seruatoribus in patria statuas surrigemus.* [*Sic Cœlius Rhodig. sed ex Athenæo* c.

Hydrophobi aquam fugiunt, eo quod putant se in illa videre canem à quo admorsi fuere *d*.

Solet autem Diabolus hisce naturalibus morbis sæpe se adiungere, & hominum procliuitate abuti; *Serpit hoc malum Diaboli* (ait D. August. *e*) *per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus, adhæret sonis, odoribus se subijcit, infundit se saporibus & quibusdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ. aliquando crudeliter torquens dolore ac metu, aliquando iocose distrahens, vel subsannans ludicris.*]

SECTIO II.

SVnt enim dæmonum, vt variæ operationes atque libidines, sic & varia genera, quod secundo loco nobis erat notatum. Omnes quidem immundi & mali, hominibusque sunt infesti, vt post Chrysippum, & Plutarchum, & Philonem, recte contra Iamblichum Porphyrius *f* & eo melius Minutius *in Octauio*. eos tamen à loco Marcus apud Psellum *g* diuidit in sex genera, vt eo prior fecerat Orpheus, scribens ad Musæum:

δαιμονὰς οὐρανίους, καὶ ἠερίους, καὶ ἐνυδρύους,
καὶ χθονίους, καὶ ὑποχθονίους

Dæmones cœlestes, aëreos, aqueos, terrestres, & subterraneos seu Sumanos.

c Athenæus l. 2. ca. 1 & Dælius li. 17. A. I. c. 2.
d Paul. Ægyneta l. 5 c. 3. & Antholog. Epigram. Græc. li. 7 e l. 18. qq.
f lib. de abstinea. animal.
g de dæm. Natura.

Apud Eusebium lib. 4. de demonstratione ipse Apollo sic canit,

Πῇ μὲν ἐπιχθονίοις, πῇ δ' οὐρανίοις, ποτὶ δ' αἴθρης
Αὐτοῖσιν βασιλεῦσι καὶ κέρος ὑγροπόροιο.
Ἠδὲ θαλασσαίοις καὶ ὑποχθονίοισιν ἅπασι.
Πάντα γὰρ ἐνδέχεται φύσεως μεστώμασι τῇ δὲ.

Partim terrestribus, partim cœlestibus, interdum & ætheris ipsis regionibus, & aeris humida permeantis, & marinis, & subterraneis omnibus. Omnia enim capiuntur naturæ plenitudine horum.] cœlestes autem vocat æthereos, siue igneos, vt appellat Marcus. Aëreos etiam Plato *h* agnouit, Magices inuentionem illis tribuens. Terrestres Chaldæi cum Zoroastre (vt Psellus exponit) vocant *Feras*, seu *canes terrestres*, in Zoroastris enim Magicis scriptum legimus Σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν. *Tuum enim vas bestiæ terræ incolent.* ad quæ Psellus, bestiæ terræ sunt οἱ περὶ γῆν καλιοδούμενοι Δαίμονες, *qui circa terram oberrant.* cuius interpretationem magis probo, quam Plethonis δύλαι καὶ κνώδαλα *vermes & omnis generis reptilia vtiliora.* Idem Magus postea subdit, Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσ' ὄυποτ' ἀληθὲς Σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνυντὲς, *Certe ex terræ finibus prodeunt canes terrestres, numquam signum verum homini mortali demonstrantes.* quos Plethon vult apparere solitos caninâ vel aliâ fædâ specie iis, qui sacris initiantur. Quod licet Zoroaster acceperit de sacris magicis, verum tamen est etiam, solere his spectris versari etiam illos, qui prauitate vitæ derelictâ religioso cuipiam ordini se addicunt: quod ipsum Leloyherius *i* confirmat testimonio Hebræorum in opere, quod inscribunt Holam Abba: Idem Athanasius de D. Antonio in eius vitâ, & similia ferè narrans de S. Simeone Treuirensi Euervvinus Abbas apud Surium 1. Iunii, & alia leguntur in vitâ S. Norberti, de dæmone vexante initia sanctę plantationis Præmonstratensium (*Surius Iunii 6. vitæ illius cap. 19. 26. & 27.*) Ego possum confirmare, eo quod verè accidit, initio fermè nostræ societatis, instituto collegio à P. nostro Ignatio Laureti: & ei præfecto Rectore, P. Oliuerio Manareo, qui etiamnum superest, & à quo, vt rem verissimam accepi, quod subdam: Anno 1555. maligni spiritus modo vnum, modo alium locum magno strepitu infestãtes, plerisque, in quibus nonnulli religiosi instituti tyrones erant, mirum, quantum molestiæ, & inquietis adferrent: Etiam claro die apparebant variis figuris. Vni dæmon in forma Æthiopis apparuit: & multis illecebris atque persuasionibus verborũ conatus fuit à religioso instituto illũ auertere: quod cum irrito labore se facere videret, abiit inhalato diro admodum & virulento fætore, qui toto illo die perdurauit. Alteri se conspicuum præbens effigie D. Pauli, adhortabatur ad sacrã Epistolarum suarum lectionem atque studium, vt hoc specioso colore eum ab humaniorum litterarum cura abduceret, sicque per inobediẽtiam è religione expelleret: quod & perfecit. Ipsi Oliuerio in atri & ingentis molossi specie obuius, in eumque insiliens, ad terram fere adflixit. Orantibus: vt cogitationem diuerteret, aut abrumperet: instar catti obmurmurantis sese adiunxit non semel, scabellumque, cui innitebantur, quatiebat, pulsabatque: Nec lectis quies, nec mensæ refectio, sine infestatione, concedebatur Crebro varii catelli à quiescentibus le-

h in Phędro.

i l. br. 2. de p. cet. c.

A B C D E

ctulum

ctulum ascendere, & tegmina subire sentiebantur : quę res multos formidine plenos, & somno priuabat, & stratis expellebat. Prandens quidam, inuisi hostis pugno in latere tam acriter percussus fuit, vt confestim expalluerit, & ferè retrorsum à scamno deiectus ceciderit. Subditorum molestia bono Rectori permolesta erat, tentauit Ecclesiastica remedia, quæ opportuna occurrebant; missarum, precum, exorcismorum, lustralis aquæ, sanctarum reliquiarum, & id genus alia. His tamen Deus malum plane tolli noluit.

Quare ad communem patrem, B. Ignatium Oliuerius recurrit, preces eius & opem in hac molestia petit. Ignatius, qua erat animi demissione, ad patientiam cohortatur per litteras, & ad ea remedia, quibus Ecclesia in similibus vti consueuit. Hæc, inquam, Oliuerius per litteras, omnia iam à nobis curata, tentataque: sed durat malum, & gliscit. Quibus acceptis litteris respondit P. Ignatius ; *confidite in Domino, & in bonitate eius, ipse vos liberabit : & ego serio pro vobis orabo.* Acceptas litteras Rector in corona Patrum fratrumque legit, qui tum fortè congregati : &, mirum dictu, è vestigio illa spectrorum & phantasmatum infestatio, adeò conquieuit ; vt nihil huiusmodi Laureti postea fuerit auditũ, nihil visum. Nimirum scriptis litteris posterioribus optimus Pater, pro filijs orare cœpit ; & interea, dum Roma Lauretum litteræ perferuntur, exorauit. Hos ergo Zoroaster vocat *canes terrestres. canes* vel propter formam assumptam, vt Pletho ; vel vt Psellus, quia animarum carnifices sunt ; *Terrestres vero*, vt ait idem, quia ex cœlo deciderunt, & circa terram volutantur. καὶ κυνὰς μὲν τούτους καλεῖ ὡς τιμωροὺς τ῀ ψυχῶν. χθονίους δὲ, ἐξ οὐρανοῦ πεπτωκότας, καὶ καλινδουμένους περὶ τὴν γῆν. Sic ille in Chaldaicis oraculis.

Verum quia quod Psellus siue Marcus breuiter, id de dæmonum generibus ab eorum habitatione deductis Trithemius multo cupiosius scripsit. eius verba *ex libro Quæstionum ad Maximil. Cæsarem. quæst. 5.* non pigebit ascribere multis additis, quæ ad explicationem disquisitionemque Magicam, pertinere iudicabo. *Sicuti dæmones* (inquit) *in potestate acumine que subtilitatis ab inuicem differunt : ita maleficarum quoque potestas non est in omnibus vna, sed in singulis, prout dæmonibus concurrunt natura subtilioribus vel grossioribus diuersa. Multa enim sunt genera dæmonum, & certis inter se gradibus distant, ratione locorum, in quæ cadentes à principio sunt detrusi.*

Primum quidem genus dæmonum appellatur igneum? quod circa superiorem peruagatur aerem, nec vnquam ante iudicij diem ad inferiora demergitur : sed continuo sub regionibus permanentes sublunaribus, nullum habent cum hominibus in terra commercium. Quod vero sub luna permaneant, Sanctus quoque testatur Augustinus in opere, de Agone Christiano, sic dicens, Dæmones non habitant in cœlo, vbi Sol & stellæ sunt, sed omnes sub regione lunari versantur. Hinc motus opinor Apuleius dixit, animalia esse ignita, propterea quod Aristoteles confirmauit, in fornacibus ardentibus quædam animalia paruula sæpius visa volitasse pennulis apta, quæ totum æuum suum diuersantur in igne, quoniam cum igne oriuntur, & cum eodem igne exstinguuntur, & ad suum vnde venerant locum euanescentes redeunt.] Diui Augustini locus est capite tertio, negat tantum D. Augustinus dæmones habitare in cœlo, vnde exciderunt, &

in firmamento: de ignis sphæra nihil addit. ideo ad primum hoc genus probandũ non pertinent eius verba. Quod attinet ad Apuleiũ ille fallebatur, quia dæmonibus ignita corpora vere tribuebat. Aristoteli denique illa animalia non sunt dæmones, sed insecta quædam volatilia ephimera, in fornacibus Cyprijs reperiri solita. Si dæmones ista putauit Apuleius, quomodo censuisset illa cum igne exstingui; aut cum igne oriri; qui dæmones immortales esse, & morti non obnoxios ex sectæ suæ decretis arbitrabatur: fortè hoc volebat incenso igne incipere illic in flammis dæmones tali forma cerni, & exstincta flamma apparere desinere? Sed pergit: *Nulla sunt eis cum maleficis consortia, quoniam cum demorentur in igne, propter subtilitatem suam non possunt corpus grossum siue aereum induere.*] Vana ratio. Si nulla est sphęra ignis, vt multi arbitrantur: totum hoc corruit figmentum. si qua est talis sphæra, nondum hinc sequitur dæmones tales non habere commercia cum maleficis. quia dæmones omnis corporis proprij sunt expertes, vt pote substantiæ merè spirituales; quæ nec terreæ, nec igneæ, nec aereæ corporeæ grossitiei consimiles sunt. & possunt ignei isti, non minus quàm aërei, corpus alienum inuadere & assumere. Quare vel illi quoque cum maleficis ineunt commercia, vel huius rei alia quærenda est ratio, quam nondum inuenire potui. Et quid necesse hos in igneum illum carcerem extra infernum, qui in terræ centro, includere: quasi pœnam suam, vbicunque sunt, non circumgestent.

Hoc ergo dæmonum genus ego crediderim fictitium, & ab Orpheo *cœleste* vocatum, quia putabat in cœlis degere; alij fortè *igneum* vocant, eo quod in aëris regione superiore manierit.

Secundum genus aereum dicitur, quod in aere errans nobis propinquo commoratur. Hi quidem possunt ad inferiora descendere, & assumptis de crassiore aere corporibus, quandoque hominibus apparere. Aera permittente Deo sæpius turbant, tonitrua & tempestates concitant, & omnes simul in perniciem humani generis conspirant. More hominum affectionibus mouentur passionum, superbia maximè & inuidia, tanguntur-que perturbationibus continuis, & nec solido vestiuntur corpore, nec vno consistunt loco, nec vnam omnes formam habent: sed plurimas, easque sæpius mutant, secundum varietatem affectionum, quibus vel occurrunt maleficarum carminibus euocati, vel impulsi perturbatione ad nocendum.]

Notandus hic quoque error & fugiẽdus, dæmonibus vlla omninò esse propria vel adnata corpora, aut vlla visili forma oculis humanis corporeis præditos esse: conspici tantum possunt in forma corporis extrinsecus formati, vel cadaueris assumpti. Pergit.

Habent enim violentum omnino & furiosum morem tur bationibus plenum, vnde vehementer malefacti & perturbati repentinas plurimum machinantur insidias, & dum suas agunt incursiones partim latere volunt, partim inferunt violentiam. Maleficæ horum dæmonum operatione suffultæ, tanto sunt ad maleficandum potentiores, quanto superiorem ex eorum ordine concurrentem fuerint assecutæ.] Hæc omnia verè crediderim. *In vita D. Antonij D. Athanasius aere m plenum esse dixit dæmonibus: quod Mercurius ante dixerat Termaximus: nullam videlicet mundi partem dæmonum præsentia destitutam.*] Hoc de sub lunari mundo intelligendum, alioquin

falsum

falsum esse docet D. Augustin. *d. c.3. de agone Christiano*: & sic accipe, quod subdit: *S. quoque Præsul Ambrosius dixit: Plenus est mundus sanctarum virtutum, quia est plenus nequitiarum.* Caue à sequentibus, nam more suo falsa veris miscet.

Vnde Platonici dæmones, in aere volantes, in modum densissimæ nubis ignitæ, cupientibus tradidere visibiles: si aliquamdiu versus cœlum Sole splendente irreuerberatis oculis continuauerint obtutus. Sed nescio an in aere causetur obiectum ex consistentia reali: vel certe oculorum motus intercluso repræsentet imagines falsas: non sine detrimento sensus tamen leui, præmissorum accepi experimentum.] Verè experimentum fallax, nequam, & grauiore dignum detrimento. cuius mater curiositas, pater ignorantia, illusio sensus fuit, vt videre videreris tibi, quod in rerum natura visile non existit. vel pueri aduertant, solarem splendorem sic oculos præstrinxisse,

Tertium genus dæmonum terrestrium dicimus, quos prolapsos de cœlo in terram, pro suis demeritis minime dubitamus. Catholici neque de aëris, eo delapsos, de cœlo pro suis demeritis, fas sibi ducunt dubitare. *De his sanctissimus præsul & martyr Christi Theophorus quondam Ignatius. in epist. quadam ita scripsit ad Ephesios: nihil melius est, quam pacem habere, in qua omne telum euacuatur aereorum simul & terrestrium spirituum.*] Vides Beatum Ignatium, igneos illos non agnoscere; & aquaticos (vt arbitror) sub terrestribus comprehendere. De his terrestribus nonnulla iam diximus: addit quædam fusius post illustranda Trithemius; *Ex his autem dæmonibus alij versantur in siluis atque nemoribus: qui venatoribus ponunt insidias: alij vero putidis degunt in campis, qui nocte aberrare faciunt itinerantes, nonnulli demorantur in locis abditis atque cauernis: reliqui cæteris minus furiosi ac perturbati, demorari cum hominibus in obscuro delectantur*] Huc pertinent omnes illæ species, quas paulò post per numeros, quatuor de cim. ex variis scriptoribus adducam, vt Faunus, qui & Fatuus & Fatuellus dictus, & Satyri, qui etiam Foni, & Onoscelides de quibus Sozomenus *libro octauo capite sexto*, vbi meminit Gerontij Diaconi idcirco castigati à Diuo Ambrosio & exauctorati à Nectario; quod affirmaret noctu à se Onuscelidem capite raso apprehensum, & in pistrinum deiectum. Sancti enim viri censuerunt non temere, hoc illi cum dæmone Onoscelide commercium fuisse: non vero, crudelitatem asserentis Onoscelides, damnarunt. Sic enim factum illud Nectarii & Ambrosij accipiendum. De talib. finxit Stellatus, eos sibi in itinere Luna lucente comites adhæsisse Sarracilum, Sathiel, & Ianam; sed poetice, hoc est, mendaci ter inducit illos dicentes, domicilium sibi esse in Lunæ globo. talis etiam, qui apud Alexan. in Genial. diebus narratur Thomæ monacho visus. Tales etiam *Lamiæ*, quàm à nocte Hebræi *Lilith* vocant. Tales Ceres, Diana cum sodalibus, Nappææ, Driades, Hamadriades, Trophonius & similes Pseudothei. Tales Fatuæ, Furiæ, & earum (vt fingunt) mater Furina, & manium mater Manna, Mantua, Mania, & Mannuana, & his similes crediti masculi sexus, Aquili, Sumanes, & Triptes, de quibus Martian. Capella lib 2. Isidor. in Gloss. Arnobius contra Gentes, nos quoque paulò post nonnulla, cum de incolis Spelæorum. Addit; *Non vno ducuntur affectu, sed vario. quoniam alij sunt alijs*

minus deprauati, quamquam omnes sint malis perturbationibus pleni. Ex hu quidam gaudent solu illusionibus territare homines, alij prædictionibus futurorum in admirationem sui trahere cupiunt audientes, nonnulli vero ad hoc summo conatu laborant, vt homines irrationabili furore turbatos, aut melancholia furentes terreant, lædant, vel occidant, quod experientia sæpius factum agnouimus. Hinc S. Ioannes Chrysostomus in lib. 3. de prouidentia ad Stagyrium monachum, *omni actione Diabolica potentior est ad nocendum mœroris magnitudo. quia dæmon quoscunque superat, per mœrorem superat: eum si auferas, nihil a dæmone lædi quisquam poterit.*]

Præclarè hæc omnia, & prudenter: non æque, quod sequitur statim; *Hoc autem dæmonum genus raro est maleficis familiare, propter inconstantiam affectionu & leuitatem: qua territare multos gaudent potius, quam vnius mulierculæ subesse imperio.*]

Leuicula prorsus ratio, & ex falsò præsuppositā, quod subesse queant, aut subsint: nec illud verum, & vni subesse, & multos territare nihilominus non posse. *Commorantur tamen interdum, & pollicentur vasanis, in vitro, aut crystallo, siue speculo: & carminibus concitati responsa dant mulierculis, & si quis venturus in via eis maledixisset, pronunciant.*] vtique post factum, nec morantur in his rebus dæmones, sed dumtaxat aliquas functiones illic exercent. *Et hoc* (ait) *maleficarum genus multum differt a reliquis, quia quod illa maleficio reddunt infirmum, istæ curare pollicentur, verum quia maleficium vt plurimum refellunt maleficio, earum accessus ab Ecclesia omnibus interdicitur Christianis.*) Hoc verissimum: & hinc apparet diuisum esse regnum Satanæ: & habes causam Vatiniani odij, quod intercedit inter Ariolos seu Veratores, & magos venenarios seu Striges. Hos illi conantur detegere & prodere, hi vicissim illorum vitæ clam insidiantur.

Quartum genus dæmonum denominatur aquaticum: quoniam se humoribus immergens circa fluuios & lacus inhabitat, tra plenum, turbatum, inquietum, & fraudulentum, quod in mari tempestates concitat, naugiaque demergens in profundum, multis vitam aufert in aquis. Et isti dæmones, quoties assumunt corpus visibile, in sexu frequentius apparent fœmineo: in masculino rarius videntur, propterea quod in locis versantur humidis, & molliorem vitæ ductum sequuntur, nec virile schema facile cæterorum consuetudine possunt assumere.] Falsa ratio ex falso fundamento naturæ illorum corporeæ. Cur enim ex aqua cæteris elementis mixta, si spiritus sunt, vt sunt, minus ex aëre virile, quàm fœmineum schema componant? cur nequeant æquè facile cadauer assumere masculum, quam muliebre? *Vnde Naiades, Nereidesque Nymphas aquarum, non masculino, sed fœmineo dudum sexu nominauit antiquitas.*) Verum eadem antiquitas, Neptunum, Nereum, Protheum, Phorcum, Glaucum, Palæmonem, Tritones, Acheloum, Alpheum, Eridanum, Tibrim, &c. masculino sexu nominauit. Nec ad rem, quod addit, *A nostris autem aquaticæ mulieres*, id est, Wasserfrauwen, *communi vocabulo dicuntur.* Sed Teutones Belgæ masculino nomine Neckers compellant: & Cantipratensis *Neptunos*, de quodam addita narratiuncula *lib. 2. de apibus ca. 57. p. 11.* Dæmones aquatici fuere, qui pastoribus Peloponnesijs prope Paludem, eodem

quo

quo Syracusæ à Saracenis captæ die, id nunciarunt, *Fazellus deca 2. rer. Sicular. lib. 6.* Huiusmodi etiam dæmonum ministerio, qui peierabat inum lac Paliscorum (qui hodie Naphta dicitur) demergebatur, vt Aristoteles, Diodorus, & Macrobius referunt: & prope Dianæ ad Yhomisium oppidum, fons est in Camarinam influens, cuius si quis olim aqua manib. non castis, vinum diluisset, nulla mixtio consequebatur. In Alesino agro, Caroniæ hodie dicto, fõs aliquando fuit, natura tranquillus, verum insonantibus tibijs exultabundus ad Harmoniæ modos eleuabatur, & vltra margines intumescebat, *teste Fazello deca. 1. l. 1. c. 5.* quæ vel fabulosa fuere vel non sine cooperatione dæmonum contigere. indicio est, quod desiere. Redeunt verba Tritthemij.

Qui vero habitant in locis siccioribus & subaridis, quoties hominibus corporaliter apparent visibiles, in viros se transformãt.] ne hoc quidem admittendum in credulitatem, docet strigum etiam cum succubis talibus commercium, & nomina Napæarum, Driadum, & Lamiarum delerticolarum.

Diuersarum quoque species assumunt bestiarum, prout diuersis tanguntur affectionibus. Sancti autem Angeli, quoniam affectione nunquam variantur, vniformiter semper apparent in forma virili. Nusquam enim legimus scriptum, quod bonus spiritus, in forma sit visus muliebri, aut bestiæ cuiuscunque sed semper in specie virili.] Non satis securum hoc vltimum de Angelicis apparitionibus iam ostensum, *supra hoc eodem libro, q. 26. sect. 3. litt. 1. circa fin.* ratio etiam illa de immutabilitate affectionum parum habet soliditatis. Sicut enim Angelus immutabilis est ad malum, sic Diabolus ad bonum: & sicut diabolus circa malum modo in hoc, modo in illud

A propendet, sic etiam Angelus circa bonum; quare sicut dæmon, vt vni affectioni ad malum certum satisfaciat aliam, vt alteri aliam assumit, quid vetet Angelum: vt diuersos fines bonos attingat, etiã diuersas formas se nõ indignas assumere? denique videndum, ne quod hic ait nonnihil repugnet, cũ arbitrij angelici libertate.

B *At sæpe visi sunt dæmones circa fluuios & fontes, in specie mulierum aliquando chorisantes, aliquando capillos more fœminarum explicantes: nonnunquam vero cum hominibus loquentes, & varias ludificationes exercentes. Et hoc genus non consueuit cum maleficis habere commercium.*] consuesse tamen cum hominib. succubarũ more indicant veterum fabulæ, sed nõnullo euentu comprobatæ, de Morgana, Melusina, Alcina, & similibus

C quas Fatas, seu Feas vocant; de quibus alias plura, *hoc c. v. 14.*

Quantum genus subterraneum dicitur, quod in speluncis & cauernis montiumque remotis concauitatibus demoratur. Et isti dæmones affectione sunt pessimi, eosque inuadunt maxime, qui puteos & metalla fodiunt, & qui thesauros in terra latentes quærunt, in perniciem humani

D *generis paratissimi. Hiatus efficiunt terræ, ventosque flammiuomos suscitant, & fundamenta ædificiorum concutiunt.*] hoc genus Apollo apud Eusebium lib. 4. de demonstratione vocat ὑποχθονίους & ὑπερίους subterraneos & inferos. An ergo ex hoc genere Iobi vexator Satan? opinor & illi, qui Salmanticæ & Toleti in

E spelunca maleficas & curiosas artes adhuc auorum nostrorum memoria docebant. *Noctibus* (subdit) *aliquando de montibus turmatim egressi mirandas stupendasque in campis ducunt choreas, & quasi vnius ducis metuentes imperium, subito euanescunt ad signum, & ad sua diuerticula reuertuntur. Interdũ nolarum inter*

cos auditur ſonitus, & ſe nonnunquam ſpiritus hominum vita defunctorum mentiuntur.] De choreis & ſonitu vario memorabile exemplum narrat de Atlante monte Plinius *lib. 5. natur. hiſt. c. 1.* & Solinus *Polihiſt. cap. 37.* qui hos dæmones vocant *Aegypanes*: choream deſcribit Saxo Grãmaticus & omnigenum dęmonum dat nomina *li. 1. Dan. hiſt.*

Trux Lemurum *chorus aduehitur, præcepſq; per auras (ſonos.*
Curſitat, & vaſtos edit ad aſtra
Accedunt Fauni Satyris, Panumque *Caterua*
Manibus *admixta militat ore fero.*
Siluanis *coeunt* Aquili, Laruæque *nocentes*
Cum Lamijs *callem participare ſtudent.*
Saltu librantur Furiæ, *glomerantur eiſdem*
Laruæ, *quas* Simis Fantua *iuncta premit.*

Turmarum militarium multa ſubdentur poſtmodum exempla, cum de Hellequini familia diſſeretur, cuius etiam meminit Thom. Cantipratenſ. *d. l. 2. c. 49. p. 4.* & fortaſsis eo referendum atque ſic emendandum, quod Pet. Bleſenſis de curialibus ſeu aulicis ſerâ nocte ſæpè vagantibus *epiſtol. 14.* vſurpat *milites Herkelini* vel *Herleuini*, nam codices omnes diuerſam obijciunt lectionem, nec vlla ſatis emendata videtur, vt diligenter notatum à P. Ioanne Buſæo *in Notis ad eum locum*: cuius tamen coniecturam non tam improbo, quam quid in mentẽ mihi venerit propono. Huc referenda etiam Friſiæ ſpectra nocturna, de quib. Cornelius Kępenſis *li. 3. de ſitu Friſiæ c. 31.* cuius verba dabo *li. 6.* Fortaſsis etiam ex hoc genere exercitus illi in Hiſpania viſi Sancio cuidam, vt illius ætatis ſcriptor Petrus Cluniacenſis tradidit, cuius verba, etſi hoc loco commode inſererentur, relinquam tamen vbi olim exhibui *lib. 3. par. 1. q. 7. Sect. 1. verſic. vndecimum eſt. Nihil magis quærunt* (verba ſunt Trithemij) *quam metum hominum & admirationem, vnde habemus compertum, quod ſimpliciores hominum quoſdam, nonnunquam in ſua latibula montium duxerunt, ſtupenda mirantibus oſtendentes ſpectacula, & quaſi beatorum ibi ſint manſiones, amicos viuorum ſe mentiuntur.*]

Ex huiuſmodi ludibrijs natæ ſunt fabulæ de monte Veneris, cuius mentio apud Pium II. in epiſt. & ſpeluncæ Sybillæ, quam in Ancona deſcribit Antonius de la Sale: & montis Albarũ fœminarum, apud Kempenſem, & in Brabantia *den Aluinnem Berch*, & in Italia de Specu Nurſino, & Sibylla illic degente, cuius meminit D. Pius II. *epiſt.* 46. & mira ſunt, quæ Creſpetus exactis iudiciarijs retulit, vnde apparet ſtupenda excæcatio magorum. Refert *l. de odio Satanæ diſc. 6.* quemdam Dominicum Mirabellium natione Arpinatẽ cum Nouerca ſua Margaretha Garnier & alijs complicibus. Mantæ in Francia captos, & Lutetiam adductos, vna cum libris Magicis, quos deferebãt Sibyllis Magiæ præſidibus conſecrandos. Dominicum hũc in iudicio cõfeſſum, quod quidam eius ſocius nomine Scotus, qui diu in Francia vixiſſet, famoſus Necromanticus, & qui coram varijs Principibus artis ſuæ mira experimẽta patrarat, & ex ijs nõ paucos diſcipulos habuerat, quos nihil rei bonæ docuiſſet, hunc in quam Scotum acceſsiſſe & conueniſſe Sibyllã illam nobilem, quã in ſpecu Nurſino Itali ferunt habitare: retuliſſe hanc exiguæ eſſe ſtaturæ, in ſella humili ſedere, capillitio ſoluto & in terram dependente, à qua acceperit librum conſecratum, & digito adhærenti annulo dæmonem incluſum, cu-

ius

ius libri & dæmonis opera posset trãsferri ad quemcumque vellet locũ, dũmodo ventus ei ad eum locum profecturo aduersus non flaret. (*Ride lector, ventus dæmone fortior est? & quæ sequuntur ride mendacia magica.*) Dixit præterea custodes à summo Pontifice locatos, qui summa cura specum custodiunt, ne quis eo possit se conferre, adire, & consulere Sibyllam: nec vllos ad eam peruenire posse exceptis Magiæmystis, quise norint inuisibiles præstare. idque, quia quando quis cum ea loquitur, siue sit Magus, siue non sit, per omnia circũquaque vicina loca horrendæ tẽpestates & fulgura excitantur. quod insinuare voluerit Stellatus *l.* 2. his vers.

Hos ventos vel Dij aerei, vel sidera mittunt. (tentes

Homo impius vocat dæmones Deos.

Sæpe etenim cum thesauros tellure latentes
Vult auferre magus, vel consecrare libellum,
Vel magico ritu quemquam sibi subdere diuum,
Audiui exortum ventum, subitamq; procellam.

Addit Crespetus has Sibyllas libẽter custodire greges ouium. & inter armẽta versari: ideo pastores citius ad earum cognitionem, venire, quam alios, non hæc causa est; sed quia opiliones & armentarij solent simpliciores; & hebetiores esse, & ocio abundant: quare dæmonum istorum insidijs magis expositi. Sequitur apud Tritthemium:

Ex his quoque dæmonibus quidam incubones sunt thesaurorum, quos auaritia mortalium in terra abscondit: & ne rursus in vsus perueniant hominum, eos subducunt, furantur, & custodiunt: & quandoq; de loco in locum transportant. Tales fuere canis ille horridus, & illa semianguineo corpore mulier, de quibus egi su. libro 2. q. 12. vers. 10. lit. G. & infe. q. 28. in fine.

Et hoc genus dæmonum cum maleficis mulieribus nullum consueuit habere commercium.] huius rei fides sit penes dicentẽ. Addo: his incubonibus thesauricis aiunt præfectum *Mammon*, quem veteres *Platum* dixere. hunc incantatores fere semper irrito conatu coniurant, & plerumque cum vitæ vtriusq;, nunquã non cum melioris vitæ amissione.

Sextum genus dæmonum appellatur Lucifugum: *propterea quod lucem maxime horrent, & detestantur: quia nec diebus vnquam apparent, nec alio modo corpus, quam de nocte possunt assumere. Hoc est* negotium, quod in tenebris perambulat: *genus dæmonum imperscrutabile, ac penitus tenebrosum, passionibus frigidu agitatum, malitiosum, inquietum & perturbatum, quod occurrentes homines violenter comprimit nocturnis horis, sæpiusq; Deo permittente aut flatu quosdam interficit, aut contactu.*] An ex hoc genere fuerit Asmodęus, de quo in Tobiæ legitur Historia, prorsus ambigo. Natam vero hinc opinor Gentilium opinionem, Cerberum & Vmbras nocte vagari: luce autem exortâ recludi. *legi possunt, quæ dixi sup. q. 26. sect. 1. lit. B.* Hebræi talem autumant eum, qui cum Iacobo luctatus, quos Origen. *in* 3. *Periarchon* secutus fuit: sed contextus satis indicat, & communior Patrũ Græcorum Latinorumque traditio habet, bonum Angelum fuisse, Deum repræsentantem. Lucifugos etiam agnoscunt Thargumæi *in Ps.* 90. v. 5. & 6. & innuit Procopius *lib.* 2. *de bello Persico.* Arbitror ex hoc genere Hecaten fuisse: vide quæ paulo post dicam hac eadem q. v. 8. litt. G. & H.

Ge. 31. v. 25.

Prosequitur Abbas Spanheimensis; *Maleficis non conuenit hoc genus dæmonum, neque carminibus arctari potest, quia lucem fugit, & vocem hominum simulque omnem tumultum.*] Non satis firma

hæc est ratio, vt negemus lucifugos, vlla cum hominibus habere commercia. nam vera commercij causa; nempe offensa Dei & hominum pernicies: perinde locũ habet in hisce, atque in alijs generibus. Magna enim & acris est omnium, & horum (qui, vt dixit, malitia excellunt) odij in Deũ & homines vis atque propensio, cuius quotidie gliscit incrementum: fieri tamen potest, vt propter quandam morositatem, & ab omni conuersatione auersionem, ægrius isti ac rarius, quã alij, pactionib. fæderentur. Nam (vt subdit.)

Aereum maxime ad maleficia fœminarum consueuit occurrere. nam est cæteris omnibus magis subtile, & audacissimæ temeritatis.] Noluit, opinor, negare, quin ad virorum quoque maleficia concurrat. quæ enim ratio esse potest, si sunt audacissimi & subtilissimi, cur viros reformident, quos tamen non paucos constat irretiri? Cur fœminas tantum ament, & non viros irretire, & protrahere in ruinam? Fœminarum ergo tantum meminit Abbas, quia longe plures semper fœminæ in hoc crimine deprehenduntur. de strigatione loquor: nam excantatores seu diuinatores plures forte viros reperias.

Terrestrium quoq; nonnulli, vt est dictum, maleficis subseruiunt, qui tamen inferiori gradu habiti, maiora illa maleficia inducere minime possunt.] Fateor disparem esse dæmonum potestatem: sed nullum eorum puto, quin, si Deus permittat, & agrorum fruges perdere, & tempestates excitare, & pluuias ciere, & homines veneficijs queat necare. Puto etiam paredrios, & virunculos domesticos, ex terrestrium istorum genere non paucos esse. Sed hæc Deus & Angeli norunt: nobis hominibus hac de re nihil certi est: ideo dæmonologiam hanc Tritthemij verbis proposui, nõnullaq; inserui, quæ scribenti mihi rectæ philosophiæ ratio suggerebat. Pergã nunc, & quantum lectio scriptorum multiplex iuuabit, singula exemplis & historiarum auctoritate confirmabo.

Dæmones ab Hebræis vocantur *Malachim raaim*, angeli mali, *rashe-galyoth*, capita seu principes captiuitatis, *Satanim*, calumniatores, vnde Arabicũ *Satainim*: & *Elilim*, vanitates seu simulachra, vnde Græcum ἐλελοὺς cognomẽ Bacchi: &, *Sedim*, dæmones. Græcis vocantur πνεύματα πλάνα, πνεύματα πονηρά. Spiritus deceptores; spiritus improbi, & δαίμονες ἀπὸ τοῦ δαιμαίνειν, quod terrorem incutiant: Latinis hi, de quibus agimus, *Manes*, *Lares*, *Genij*, *Laruæ*. *Lemures*: Gallis, *Guelcers*, *Lutins*, *Gobelins*, *moynes bourez*, *loupgarox*: Italis. *Farfarelli*, *Mazzaruoli*, *mazzapengoli*. Hispanis, *trazgos*, *duendes*. Apparuere olim formis, quam nunc plurib. vnde nata fuit illa veterum multitudo Deorũ infernorũ. de Genijs, Lemurib. Laribus, Manibus iã diximus: de alijs videamus.

Primo, occurrit, *Hecate*, triuiorum & quadriuiorũ præses; triplici facie dextra equi, sinistra canis, media fœminę *a*: hanc censebant spectrorum immittere terriculamenta *b*, & illa aduentante solum tremebat, & thedarum fulgur cernebatur, quod *sacros ignes*, vocat Seneca: & canibus multis cincta aduentabat, quorũ terribilis vlulatus & latratus audiebantur *c*. hanc quando speciem mutabat, Scholiastes Apollonij, *in libro tertio*, censuit, *Empusam*, vocatam: sed alij distinguũt. hæc vxor fuit Plutonis, eadem quæ Proserpina. de canibus Hecates accipio illud ipsiusmet apud Eusebium, γαῖα δ' ἐμῶν σκυλάκων, δινοφερῶν νέρος γηνιοχεύει. *Terra vero meorum catulorum atrorum genus vehit.* Significat enim se præcedentib. verbis præesse dæmonibus æthereis, aëreisque,

a vide quę dixi com mẽtar. in Sen. Medeam. v. 7 & v. 788. aliter seipsã descr. apud Eusebium in lib. de demonstratione, inde pete.

b vide cõmẽt. eundem in v. 812.

c vide eũdem. cõmẽ. v. 839 & seq. Loy. her. li. 1. c. 1.

iſto addit ſibi terreſtres etiam parere, quos ſacrificantibus magis apparere Zoroaſtres cecinit, ſuperius adductis verbis, initio huius ſectionis.

2. *Pluto*, hunc Græci vocarunt, ἅδην, eo quod mortem in orbem induxerit, ab Hebræo E D. vocatus etiam eſt Plutus, Deus diuitiarum, ſicut & Hebræis ſeu Syris, *Mammona*. ab Ægyptijs dictus, *Serapis*, hoc eſt ardens, à voce Hebræa, *Saraph*. quem alij, *Solem*, contendunt, & ipſuſmet affirmat apud Macrobium lib. 1. Saturnal. 1. 20. & paulo obſcurius apud Euſebium lib. 5. de demonſtrat.

3. *Charon*, Hebræa origine iracundũ & furore plenum notat: qualem nobis Virg. 6. Æneid. & Seneca in Herc. Furente eum exhibent.

4. *Cerberus*, iuxta Leloyer. deduci poteſt à *Celebhaarets*, hoc eſt canis terræ: nam dæmones ſic à Zoroaſtre vocari iam docuimus.

5. Erant & quidam dæmones luctatores, qui homines luctari compellebãt qualis illæ, παλάμναι Θ, Temeſius, qui Temeſam infeſtabat, fingens ſe Politæ à Brutijs occiſi animam; de quo multa Græci *d*: imitabatur ſimia Angelum, qui cum Patriarcha Iacob luctatus.

6. Fuere & admodum truculenti, qui *Alaſtores*, dicti, fortaſsis idem cum Nemeſi Alaſtor. Nam Nemeſim fingebant vltricem ſcelerum & hoc officiũ Alaſtori tribuit Origenes, *Contra Celſum*, vocans eum, Ἀζαζὲλ, & Zoroaſter vocans, *Carnificem*, & Scholiaſt. Euripidis, *in Medæa*, ideo dictum cenſet quod nihil ſcelerum eum lateat, ὁ οὐκ ἔστι λαθεῖν. ego potius, quia nihil eum fugit aut latet eorum, quæ Deus permittit, perdere ac deſtruere. Fortaſsis hic eſt ille, *exterminator*, de quo in Apocal. e rex ille locuſtarũ, angelus abyſsi, cui nomen Hebraice, *Abbaddon*. Græce Apollyon, Latine, *exterminans* (Ἀπολλύων.) vbi male Primaſius legit, *Armageddon*, & Hansbertus ac Haymo, *Labadon*; ſed, vt nos, recte legerunt Andr. Cæſarienſis, & Arethas Cappadox; Tychonius vero totũ prætерijt, fors etiam Donatiſtis mos fuit S.S. pro arbitrio detruncare: nam & Beza & ſimiles nouatores hodie illud; *Latine exterminans*, delent; quod (vt à Latino interprete optimè additum) Eccleſia Romana agnouit, & retinuit. Omnibus tribus linguis ſignificatur dæmon cuncta corrumpens ac deſtruens.

7. Fuere, *& fones ſeu Satyri*, quorum Princeps, *Faunus*; huic terribiles ac inopinatos ſonos tribuebant: & his erroribus auerruncandis, *Ioui Fauno*, ſacrificabant, cui dicata ædes in Auentino. hos Pſellus, vocat, *Aſinipides*, à forma *Onoſcenes*, ſiue *Onoſcelides*, vt notat Sozomen. *libr*. 8. *cap*. 6. S.S. vocat eos piloſos שעירים *Sahirim*, Leuit. 17. verſ. 7. vbi noſter vertit, *dæmonia*; LXX. verò, *vana* ſeu *idola*: eodem ſenſu: idem inuenias 2. *Paralip*. 11. *verſ*. 15. Sic etiam vocantur dæmones; *talpa & veſpertiliones*, ab Iſaia *f*; item piloſi & Sirenes *g*; item piloſi onocentauri, & lamiæ *h*. haud dubiè à ſpectrorum varietate. dicti & *Ægypanes*, quaſi capripedes; quales à poëtis finguntur, & horum tripudia ſæpe viſa in Atlante monte, ſcribit Plinius *i*; audita narrat Mela *k*; hodie & videri & audiri confirmat Iul. Schaliger. *l* Sed & D. Antonio talem olim in deſerto obuium factum, auctor eſt D. Athanaſius, *in vita Antonij*, eorundem viſorum meminere Plutarch. *in Sylla* & Diodorus Siculus, *in Bibliothe*. Rabbi Abrah. Ezræ, F, multa de his fabulantur, *comment. in Geneſ*. relatu indigna.

8. Sacra Scriptura meminit etiam, *dæmonij meridiani*, *m*, his verbis; *Non*

d Pauſan. in Eliac. & Strab. l. 6.

e c. 9. v. 11.

f Dionyſ. Halycarnaſ. li. 6. Antiq. Rom.

g c. 2. v. 21 *h* c. 13. v. 21 *i* c. 34. v. 14. *k* l. 5. ca. 1. *l* contra Cardan. exerc. 355.

m Pſal. 90. v. 5. & 6.

timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano: vbi quatuor enumerantur pericula ſiue peſtes, quas omnes vult eſſe dæmonum genera, Paraphraſt. Chaldæus, nam exponit; *timorem dæmonum in nocte ambulantium, & ſagittam Angeli mortis interdiu emiſſam, & mortem in tenebris ambulantem, & turbam dæmonum meridie graſſantium.* Puto enumerari duo pericula ſiue damna ab hominibus, & duo à dæmonibus impendentia, ab hominibus vi aperta, & doloſis machinationibus, à dæmonibus quoque latenter & palam, idque noctis & meridiei potiſsimum tempore; aliquando ſolo pauore ſpectrorum & terriculamentorum, aliquando etiam à dæmone peſtilente afflata lue, vel alio damno dato ab eodem. Sane etiam D. Gregor. Nazianz. *orat. de ſacro Baptiſma.* coniungit, omiſſis intermedijs, timorem nocturnum, cum dæmonio meridiano. Et dæmonum iſta damna duo, puto poſita primo & quarto loco; vt ſignificet, etiam ea, quæ homines damna inferunt, non ſine dæmonum ope inferri. Vt enim alibi dicitur, Deus infert, *immiſsiones* (h. plagas) *per angelos malos*: ſcio R. Salomonem & alios, duo vltima referre ad dæmones. Sed iſti pro *dabor*, cum duobus Kametz, דָּבָר quod negotium, cauſam, rem, molitionem ſignificat, minus rectè, cum Maſoretis, legere; *deber*, cum ſex punctis, דֶּבֶר; quod volunt eſſe genus dæmonis, ſed potius ſignificat mortem, peſtemve (*Exod.* 9. *v.* 3.) vt hoc loco vertit D. Hieronymus, & ſequitur Vatablus. Sane Vulgatus noſter non ſolus, *dabar*, legit, ſed & LXX. ἀπὸ πράγματος. Quoad meridianum dæmoniũ, etſi placeat mihi explicatio D. Hieron. intelligi manifeſtos dæmonũ inſultus, atq; palam ab ijs illata damna: tamẽ puto veriſsimum eſſe, quod D. Baſilius, & Theodor. tradiderunt, Pſalmiſtam locutum ex opinione, quæ apud multos obtinebat, & poſtea obtinuit; quædam eſſe dæmonia meridiana, quod etiam refertur commentario in Pſalm. qui D. Hieronym. tribuitur. Dicam de his, quod ſentio, primum illud, *ab incurſu*, ſignificat vehementem, acrem, apertam, & importunam infeſtationem. nam Hebraice eſt, *Mikketeb*, hoc eſt à ruina (vt Arnobius) excidio, exterminio, deuaſtatione, Græcè σύντριμμα, quod alij morſum, alij excidium, alij interitum cõmorientiũ & ſimul ruentium exponunt. Deinde illud *incurſu & dæmonio*, ex idiotiſmi vi accipio pro *incurſu dæmonij*. Sic enim recte Aquila & Symmachus verterũt phraſim. Tertio puto dici, *Meridianum dæmonium*, duabus de cauſis. Primum à loco, nam credebantur in deſerto verſari, quod Hebræis ad Meridiem (ideo ſicut meridies & deſertum in vet. Teſtamento ſæpe pro ijſdem ponuntur, ſic puto meridianum dæmonium, & dæmonium deſerti eſſe idem) vnde legimus ferociſsimorum dæmonum copiam maximam habitaſſe in horto, vbi ſepulchrum Iamnis & Mambres, vti narrat Palladius, *in Macario*: & dæmonum genus, *Lamias*, in deſertis habitaſſe Lybiæ, colligimus ex Dionis Lybiæ Hiſtor. vbi adhuc hodie multa ſpectra. Et Procop. atque Cyril. *in Iſaiam*, teſtantur, dæmones gaudere ſiluarum & deſertorum habitatione; & Panem in ſiluoſis montibus, ὑλήεντα καὶ ὄρεα nouem ruſticos ligna ſecantes interfeciſſe acuto cantu, & diro eius furibũdi aſpectu corporis; & plures interfecturum, niſi eum Ἄρτεμις ἀγροτέρη compeſcuiſſet (*hoc eſt dæmon fortior imbecilliorem*) reſpondit oraculum Apollinis Dodonæi in Branchidis, apud Euſebium l. 5. *de*

præparat.

præparat. Euangelica: Psellus, *lib. de Nat. dæmon.* causam reddit, quia hoc dæmonum genus sit solare, & ideo Leoninæ naturæ; quorum propria hæc conditio. sane Asmodęum Raphael ligat & ablegat in desertũ: & Christus Dominus in deserto tentatur: & Dauid dæmones hosce vocat, *bestias siluæ*, iuxta nonnullos, *Ps. 103. vers. 20.* Sic Iobi, 1. v. 19. ventus vehemens, qui domum diruit, & Iobi liberos omnes simul oppressit, venit à deserto (h. à meridionali plaga) idque meridiano tempore, nempe prãdentib. illis, vt optime siue Origenes, siue alius auctor comment. in Iob tributi Origeni, Hebræo. רוּחַ *ruah* tã spiritum πνεῦμα LXX.) quam ventũ (Aquila ἄνεμον.) significat; recte, nam ventum hunc dęmon excitauit. De hoc ita Origenes, si ipse auctor libri prædicti; *Hæc scientes Sancti atque horum memores, quod ipso meridiano tempore hora prandij, ruina occupati sunt filij Iob, atque mortui, orauerunt ad Deum conseruari, sicut à negotio in tenebris ambulante, ita & à ruina & à dæmonio meridiano. Sicut enim in noctis tenebris, sic similiter in medio meridie pluriores dæmonum tentationes se demonstrant, quam cæteris temporibus.*] Et postea introducit Iob negantem ventum illum à Deo excitatum, sed ipsum dæmonem, mentito vento, hæc patrasse: *Tu videlicet & Spiritus ab eremo veniens, tu quatuor angulos domus tetigisti. &c.* Iarrius scribit duo esse dæmonia, quorum vnum DEBER, alterum KETEE nominetur, & horum vnum meridie, alterum noctu grassari. Secundo igitur à tempestate diei dicitur meridianus, eo quod hoc genus dęmonum meridiano tempore & apparere solitum, & homines crudelius acriusque infestare; tum spirituali tentatione ac prælio, maxime luxuriæ & acediæ stimulis, quę duo peccata vrgent, A vehementius hominem cibis distentũ plenumque, vt recte Nicetas, *in Nazian. orat. citatam*, & Euthy. ac Theodoret. *in Psalm.* tum etiam corporeis afflictionibus, quod potest colligi ex veterum gentiliũ opinione; qui Pana (dæmonum meridianorũ hic vnus) tum maxime iracundum & formidabilem credebãt, vt testatur Theocritus. *eidyl.* 1. & colligitur ex historijs. In Russia Orientali sub meridiem messis tempore B solitus erat obambulare rura dæmõ, habitu viduæ lugentis, operarijsq;, nisi protinus viso spectro in terram proni venerarentur, brachia cruraque frangebat *a*: Testes quoque scriptorum libri sunt, spectra terrifica solere apparere, quotiescumque pestilentiæ, aut alia huiusmodi mala inuadũt, quod luculẽter cõprobaui Cõm. in Oedipũ, *v.* 172. & 174. Addo, quod huc maxime pertinet. In salinis Peruanis pone flumẽ Cõsatam Indis apparuisse spectrum gigãtea mole, sed ventre secto & euiscerato, vlnis gestans binos infantulos, & dira denuntians euanuisse, contemptere rudes populi, eo quod sole lucente apparuisset: sed minas secuta horrenda lethi lues confirmauit. *sic Chieza par. 1. Hist. Peru. cap. 24.* Addo & aliud à Procopio, cum ingentem illam & admirandã C luem, quæ Cosdrois & Iustiniani tempore orbem totum depopulata describit, traditum, visos in humana specie dæmones versari in publicis priuatisq; locis, & obuios percutere, quosque percussisset, eos confestim morbo correptos (*virulento nimirum & ardenti afflatu, vnde Hebræi hos dæmones vocant*, Mererim & Rhessaphim; *exitiales, & ardentes seu ignitos.*] & aliquibus vigilantibus claro die, (*en meridianum dæmonium,*) aliquibus in somnis noctu (*en nocturnum*) id contigisse. *b* Dęmonium meridianũ, cũ Empusa cõfũdit Scholiast. D E

a Pet. Gred. republ. l. 12. c. 20.

b sic Proc. l. 2. de bello Persico

Aristophanis *c* Empusam exponens δαιμόνιον μεσημβρινον. Ego Empusam puto, etiam nocturnum fuisse spectrū: sed, cum noctu apparebat, *Hecatem*, cum meridie, *dæmonium meridianum*, vocatam. illa se in omnes formas mutabat: fiebat, vt ait Epicharmus, *in Hebes nuptijs*, planta, bos, vipera, lapis, musca, fœmina; addit Aristophanes mulam & ingentem belluam, alij; vnicum crus æneum, alij asininum, vel crus vel mēbrum tribuunt, hinc vocata, ὀνόχολος, inde ὀνοκενταῦρος. Theodoretus in Isaiā: *Onocentauros veteres quidem*, ἱμαιούσας, *qui autem nunc viuunt, appellant*, ὀνοσκελίδες. cui consentit Scholiastes Aristophanis. Denique fiebat Empusa quidquid cupiebat, quidquid illi expediebat, vt ait Epicharmus. Hæc de meridiano. *De nocturnis dæmonibus* constat, noctem quasi proprium esse scamma spectrorum, & dæmonum; vnde & *Principes tenebrarum*, dicuntur, & legimus *illis propriam noctem, & potestatem tenebrarum*. Ephes. 6. Luc. 22. vide August. in Psal. 103. Ex his nocturnis est Asmodæus in historia Tobiæ. cap. 6. & Angelus exterminator Ægyptiorum, quem fuisse malum docent D. Hieron. in c. 24. Isaiæ, & Rupertus com. in Exo. 12. quos sequitur Feuardentius in Ruth. cap. 3. v. 9. Seneca *d* diurno tempore, grassante peste, dixit, visa,

Vagaper lucos simulachra virum,
Maiora viru:

nocturno vero (sic hęc diuidēda) illud:

Quin Tænarii vincula fieri
Rupisse canem fama & nostris
Erasse locis.

Planè pleraque spectra & terriculamenta dæmonum nocte robur habere; mane euanescere; ex plurimis scriptoribus, alias docui *e*, & Psellum dæmones quosdam agnoscere, *Lucifugos*, tenebrarum incolas & amatores: Antagonistā verò Patriarchæ Iacobi, *f* bonum fuisse Angelum, non dæmonem, vt censuere quidam apud Procopium, & homo præceps nimis ac temerarius Frāc. Georg. *g in Problematibus*, S. S. Ex his nocturnis est, princeps *Succuborum* dæmonum, quem Hebræi vocant, *Lilith*, hoc est apparitionem nocturnam, à *Latela* (hoc est nox:) quia non solent tales dęmones viris esse infesti, nisi nocte. Vnde Ecclesia cum Ambros. contra eos precatur.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Incubi, dæmones etiam interdiu grassantur, quorum, *Pana*, Principem veteres constituebant: eum Hebræi; *Haza*, nostri per excellentiam nominant, *Incubum*: Glossar. *Incubus*, πᾶν, vocatur, & *Inuus*, vt ego arbitror, non ab Hebræo: *adnas*, (affligere:) quod longe petitum, sed à verbo Latino, *ineundi*. Ardere enim hunc dæmonem, & ei subditos, amore improbo fœminarum veteres censuerunt *a*: nō quod delectentur concubitu, sed quod gaudeant ab hominibus Deum offendi, & genus humanū tam fęde contaminari. Sic intelligendus Abbas Serenus apud Cassianum *b*, dum dicit, *Dæmonum quosdam esse truculentiores, efferatioresque, qui bellis cædibusque sunt insatiabiles, & in transeuntes irruunt, & eos crudeli morte conantur interimere*: (quare videtur meridianum dæmonium, & illa, de quibus in Euangelio D. Matthæus c. 3. vers. 28. & Pseudo Abdias l. 3. in vita D. Andr.) *alios verò esse, qui Fauni dicantur, seductores & ioculatores, & hos certa quadam loca seu vias obsidere, & nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes potuerint decipere, delectari, sed derisu tantum & illusione contentos, fatigare eos potius*

quàm

ein Ranis.

d in Oedip.

H

e in Herc. Furent cō vers. 123. ex Virg. Hor. Prop. Sta-

A B C D E

tio, & Catul. & Iosepho atque Hebræis.

f Gen. 32. v. 24.

g tomo 1. Sect. 3. probl. 234.

a D. Aug. l. 15. de ciu. Dei. 13. Isidor. l. extremo Oct. Orgen. Macr. l. Saturn. 22.

b collat. 7. 32.

quam nocere , & hos interdum innocuis incubationibus hominum excubare.] quibus in verbis duo sunt obseruanda, illud; *non delectari eos tormentis hominum*, accipiendum comparatiue , non æque delectari atq; alij illi crudeliores delectantur. Verius enim est omnes omnino dæmones optare, quam grauissima mala hominibus inferre, si Deus permittat. docet enim Diuus Antonius, apud Athanasium, cunctis Dæmonibus hostile odium in homines esse, grauius in Christianos , atrociſsimum in religiosos & virgines Deo dicatas: singulos tamen, non nisi , quantum Deus permittit, nocere. Si amplius non sinantur, gaudere hominum derisu & deceptione, & illicio in aliquod Veniabile saltem peccatum; vt ociosæ spectationis, vel locutionis, risus solutionis, distractionis in oratione, & huiusmodi aliorum; in quæ vel boni facillimè pertrahuntur. alterum, quod vltimo loco posuit, de incubationibus dæmonum, quo non asserit omnem huiusmodi oppressionem & quasi suffocationem nasci à dæmonibus: constat enim aliquando à morbi Melancholici specie illa oriri, quam Flandri vocant, *Mare*; Galli, *Coquemare*; Hispani, *Pesadilla* ; Themison, *c* πνιγαλίων, alij, *Ephialten*, vocant, & copiose describitur à Paulo Egineta medico: *d* aliquando duntaxat non corporis mala affectio est, sed nuda ac mera dæmonis infestatio , vt docui, *supra quæstion.* 15. Pergamus ad alia.

Nono igitur, Paulanias *e* describit nobis dæmonem quendam , *Eurynomum*, longis & prominulis dentibus, & corpore liuido ac cadaueroso formidabilem, pelle vulpina vestitũ; cadaueribus mortuorum vesci solitum , eaque ad ossa vsque deuorantem. Quibusdam videtur hæc, *Mortis* descriptio: credi-

derim potius, quando spectrũ aliquod aliqua forma veteribus apparuerat, statim eos nomen certum illi indidisse, & sacrificia vel expiationes illi auertẽdo instituisse: vnde & orta sequentia muliebrium spectrorum siue ostentorum nomina fictionesque. Nam

Decimo loco occurrunt, *Sphinx*, illa Thebana, de qua Strabo, *lib.* 9. Apollodor. *lib.* 3. *Bibliothec.* Higynus, *in fabulis cap.* 151. Natalis Comes, *lib.* 9. *Mythol. c.* 8. & Lilius Gerald. *in AEnigmatibus*, quæ si fuit dæmon fuit: qui formam illius speciei, Simiarum assumpsit , quæ *Sphinges*, vocantur, de quibus lege Pierium, *li.* 6. *Hierogly.* & Solinum , *c.* 30. Secundo, *Harpyiæ*, de quibus Hesiod. *in Theogonia* , Apollon. *lib.* 2. *Argonaut.* Orpheus, *in Argonaut*, Apollodor. *lib.* 1. *Biblioth.* Eutach. *in Odyss.* μ, & Izacius, *in Lycoph.* Tertio, *Gorgones tres*, de quarum forma & genere dictum fuse, *Cõment. in Medeam Sen. v.* 831. Quarto *Sirenes tres*, de quibus egi, quæ necessaria hoc loco, *Aduers. in Sen. Medeam v.* 355. & de his mentio, apud nostrum interpretem vulgatum Esai, 13. *vers.* 21. vt & LXX. verterunt, & teste Eusebio, tres interpretes; non tamen eiusdem verbi Hebræi loco, quo noster: Theodoretus vult, *Sirenas* fuisse dæmones ad voluptatem incitantes. Quinto *Erinnyes*, siue *Eumenides*, quas Latini, *Pœnas*, vocauere, & ipsæ tres; de quarum habitu & conditione multa congessimus eiusdem Comm. in Medeam, *v.* 13. *& seq. & v.* 960. Vltimo, *Nymphæ*; quarũ quædam aëriæ, vt Sibylla de qua Plutarch. *l. de seranum. vend.* quædam terrestres, vt Oreades, Napeæ Dryades, Hamadryades; quædam aquaticæ, vt Nereides, & Naiades, illæ maris , hæ fluuiorum: quas omnes dæmonũ spectra fuisse constat, & si non constaret, inde probaretur, quod adspectus earum irata,

e lib. 12. epist.

d lib. 3. cap.

e in Phocaic.

rum de recto mentis ſtatu deijceret quod dæmonum proprium) vt docent ex Græcis Scholaſt. Theocriti & Heſychius, ex Latinis Varro & Feſtus. ſic affectos nos, *lymphatos*, quaſi Nymphatos: Græci vocant, νυμφολήπτους. tales, viſa Cerere, *ceriti*: viſo quoque Fauno in meridie, *mente attoniti*: audito Pane territi; *Panico pauore*, dicuntur vexari vano metu; quamquam hoc nomen etiã hydrophobia laborantibus & cæteris illis, poſsit accommodari late ſumpta voce. vidi quæ dixi Commẽt. in Herc. Oeteum, *verſ.* 246.

K. Vndecimum ſpectrorũ genus eſt, id quo nutrices ſolitæ infantes metu incuſſo, quietare de hoc genere primum eſt Pytho Lucilij Sat. 30. *Acco, Alphito, & Mormo*, deſumpta puto nomina, ab perſonis Tragicis ſeu Comicis terrorem adferentibus deformitate: de *Mormo*, id Theocritus & Ariſtophanis Scholiaſtes docuere. *Acco*, à vetula illa, quæ ſui adſpectu in ſpeculo ad inſaniam redacta, & facta terror puerorum, originem habuit; *de qua Rhodiginus lib. 17. A. L. cap. 2. & Adagiographus in* Acciſare *de Alphito.* idem teſtatur Plutar. Deinde & *Gello*, de qua adagium Γελὼ παιδοφίλου ἔφα: hanc aiunt virginem vita deceſsiſſe, & eius ſpectrum in Lesbo oberrare, & immaturam pueris necem adferre. volunt eius meminiſſe Sapphonem. Alia fuit *Gilo*, de qua ſic Nicephorus; vbi commemorat ea, quæ Mauricio imperium portenderunt, inter cætera: *Mater vero ipſa partus tempore, è terra nouum quendam & variantem ſuauitatis odorem redditum eſſe, dixit: illud inſuper, quod anicularum eſt, & mihi propè incredibile, addens perſæpe eam, quæ* Empuſa, *vocatur, alius vero,* Gilo, *dixerit: infantem ex cubiculo, veluti eum deuoraturam extuliſſe: nihil tamen detrimenti ei adferre potuiſſe.*] ſed quicquid

i. 18. hiſt. cap. 9.

A ille dicat, veriſimilius eſt ſtrigem hanc ſiue Lamiam fuiſſe quæ puero, angeli cuſtodia bene munito, fruſtra inſidiabatur Prudentior Euagrius, *lib. 5. c. 21.* nihil de *Gilo*, neque de anicularum cõmentis addidit, iudicium totum lectori permittens. Quiddam anicularis deliramenti hîc fuit, quiddam non delirium, ſed vere verum. delirium erat & abſonum à ratione, putare corpora harum fœminarum ſic extenuari, vt clauſis oſtijs ingredi poſſent, & corpora quantitate prædita per ianuas ſe penetrarent (vide quæ dicta ſunt à nobis q. 17.) verum erat, has malas multas mulierculas ope dæmonis nõnunquã in cubicula hæc introduci ſolitas, citra quãtitatis corporũ immutationem vel ſolidorum penetrationem, & ibi infantulis perniciem moliri. Quare diligenter inter hæc eum diſtinguere iudicem oportet, qui in his nec credulitate, nec incredulitate volet decipi. Et in iudicatarũ rerum præiudicijs oẽs circumſtantiæ accuratiſsime ſunt examinandæ, fieri enim poteſt, vt iudex ex vno reum capite, quod in accuſationem deductum, vanitatis deprehenſum ſit, abſoluat; quem tamen condemnaſſet ſi aliter accuſatio fuiſſet inſtituta. Verbi gratia, ſtrix aliqua accuſatur, quod clauſis ianuis ſit ingreſſa, & corpus eius in ſpiritum immutatum, & ita iam non corporea pueros interemerit. Nullus iudex adeo bardus erit, vt huic accuſationi fidẽ adhibeat; ſed ſi neget rea, & alioquin necatos illos infantes vel læſos nõ conſtet, neq; id accuſator aliter, quã ex illa fabula Metamor. probet, procul dubio per ſententiam abſoluetur. Si diligenter legas vitam Taraſij ab Ignatio monacho deſcriptam, nõ difficilè fuerit deprehendere hunc ſtatũ cauſæ fuiſſe muliercularum illarum à Georgio (non à Philippo, vt quidam vocant)

per-

perfecto vrbis absolutarum, & Isauri Leonis sæuitiam ac insciti am in eo politam fuisse; quod incredibili quo erat stupore mulierculas illas in spiritum conuerti crederet. Accipite verba Ignatij: *pauperculæ quædam mulierculæ accusatæ fuerant eadem feciſſe lactentium infantium perforamen* † *domorum vel portis etiam clausis subeuntes, & ex improuiso infantes necantes. Quæ etiam trahebantur in iudicium ab ijs qui credebant fabulis*(de paganis loquitur, à quibus illud de *Gello*, antiquitus confictum) *& nolebant Christi Dei nostri sequi doctrinam, quæ simulachris & phantasmatibus nequaquam decipitur* (nimirum quia spiritum à corpore nouit optime discernere) *Est enim apud Græcos in famulis fœmina quædam Gello nomine, quæ dicitur, cum immatura morte vitam abrupisset, quibusdam spectris accessisse ad recens natos infantes, & eos interfeciſſe.* (en fabulam, quod mortua rediſſet & infanticidia patrasset) *huius fabulæ improbo pellecti ac decepti spiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur ad mulierculas transferre hoc execrandum scelus, & eis adscribere in spiritum conuersis, causam eorum qui moriebantur ante tempus* (vides lector accusationis fundamentum, Gello mortuo necasse legitur infantulos: nunc multi reperiuntur subito sublati: probabile itaque est ab his mulierculis, deposita mole corporis, & in spiritum conuersis, atque sic se per solida corpora vel tenues fissuras immittentibus, necatos. Nonne merito scriptor iste contra tales accusatores exclamat, verbis sequentibus: *ô stuporem! ô cordis oculorum cæcitatem! Si corpus longitudine, profunditate que, & latitudine compactum ac constipatum, in spiritum dissolutum procedit, & hæc facere conceditur: Christus ergo, qui est ipsa veritas, dicens: Spiritus carnem & ossa non habet: reputatus est phantasmæ ab ijs, qui hæc asserunt* (scilicet fœminas has tum, non corporales sed spiritus fuisse, seu spirituali hac vi penetrandi præditas fuisse) *Quin etiam Christus quoque vi veram carnem accepit, & spiritum carnem & ossa non habere verè affirmauit discipulis, nulla re circumscribetur, quæ obstet quominus sit phantasia. Sic ergo censens & citra dubitationem indicans Georgius, fœminas absolut à criminibus.* Hæc Ignatius ille, non satis peritè spectrum, spiritum, phantasiam pro ijsdem sumens, scilicet pro phantasmate, seu corpore tantum apparente & nihil de strigum verarũ crimine attingens vel agens, contra quas, & quæ de illis tradidimus, nihil argumentatio eius virium habet, vt quirem intelligunt facile primo intuitu perspiciunt.

Tertio loco occurrunt, *Lamiæ*, de quibus etiam sacri Vates Ieremias & Esaias *a*; quas vera dæmonum ludibria siue spectra fuisse, cũ Apollonius Thyanæus, tum D. Hier. & alij patres docuerunt; de quibus & Strigibus (quas ab esu carnis opinor humanæ, veteres magistri in Glossat: *Lestrigonas*, vocarunt) quia ex professo tractaui copiosè Coment. in Medeam, Sen. *v.* 732. ne actum agere videar, eo te lector optime malo ablegare; quam eadem repetere. Germani inferiores vocãt Aluen & Aluinnen; Gotthi, *Eluas*, *b* videtur meminisse D. Hieron. cum dicit sæpe bimulos ac trimulos ad vbera materna lactantes à dæmonio corrumpi *c*. de huiusmodi tam vetus narratio, siue opinatio, vt Lucilius meminerit. nam lib. 20. *Terricolas Lamias*, vocat; & lib. 30. etiam voracitatem attribuit ipso ephitheto, alludens ad infantulorum viscerationẽ, his versibus.

Lamia & Pytho oxyodentes,
Quod veniunt gumiæ illæ vetulæ improbæ, ineptæ.

† Sic vocat angustias rimas aut fissuras corporis earum non capaces.

a Esa. 13. v. vltim. & Thren. c. 4.

b Olaus li. 3. ca. 11.

c ad Paul. de obitu Blesillæ.

Duodecimum, quando apparet in forma, *hirci* (vnde ab Isaia & Mose vocari pilosum, seu *zahir*, contendunt Iarrhius & Kimchi) vel *Leonis* (vnde tẽplis gentilium affigi solita capita leonina: quod ridet Arnob. *lib. 6. cont. gent.*) vel *serpentis*, vt cum Æsculapius Romã aduectus: & anachoretæ de quo B. Nilus *lib. de orat. ad Deum c.* 102. *&* 103. vel *noctuæ*, vt apud Virgil. extremo Æneid. vel *muscæ*, vt apparuit Laoduni in Energumena, & solet apparere Anabaptistis, vnde & vocatus, *Baalzebub*, Dominus muscæ, *vel porci, lupi, aut alterius animalis*, cuiuscunque; nam in omnium fere formis aggressus est DD. Antonium, Macarium, & cæteros sanctos monachos deserti incolas. Recentius vnum, sed cui vix simile inuenias, proditũ fuit memoriæ à Gaguino Hist. Francorũ scriptore; Philippo Bello Rege, quendam laicũ siue conuersum (vt vocant) monasterij vallis Sarnariæ; nomine Adamũ, paulo ante Natalitia Festa summo mane ad monasterij negotia peragẽda, vna cum famulo se in viã dedisse equitẽ, ei se in via offert arbor ingens gelu, & pruinis obsita, ad ipsum properans, quasi conferre gradum & corpus cupida, equus expauefactus caput retrorsũ flectit, & viã remetiri, quã peregerat conatur. Adamus ingenti labore iumentũ retinet, & calcibus porro cogit. propinquior vt arbori fuit, illa confestim euanuit ex oculis, odore tetro atq; sulphureo relicto. Argumẽtum inde ducit Adamus, dæmoniacum esse spectrũ, seque Deo precibus commendare, satagit, nec iter intermittit. Paulo post respiciẽs, videt nigrũ quendam virũ equo insidentẽ spadici se subsequi, cui subiratus: *Quomodo* (inquit) *infelix & damnate, audes me his technis aggredi? An nescis fratres meos, qui domi sunt, pro me, saluteque mea supplices ad Deum preces fundere? Abi quantum potes, nulla tibi mei curatio, nil in me possides.* Abit malus: sed ecce mox redit, similis viro, gracile & protensũ habenti collũ. Adamus, tot molestias perpessus, gladiũ, qui ad ephippiũ ligatus, stringit, & ense ter quaterue per aerẽ vibrato, aereque propter celerẽ diuisionẽ sibili sonũ edẽte, conatur abigere spectrũ, hoc vero subito personam mutat: & sistit se statura mediocris viri, cui caput cappa & scapulario monachi corpus ornatum, oculi scintillantes instar chalybis vel æris radijs solaribus oppositi. Adam punctim aliquoties hostẽ petit, sed irritis & cassis ictibus, aereque cedente. Tunc maiori despectu & irrisione, dæmon induit formam asini. Perterritus famulus, hero suadet, gladio circulum in terra ducere, & in circuli medio crucem Dominicam efformare. Adamus consilium exsequitur: verum veterator non desinit. Mutat auriculas asini in cornua, & sic minabundus irrumpere in circulum se velle simulat. Denique lusus iam satur, in rotam se vertit, & seipsum voluens monachum inuadit, superque illum continua latus rotatione (*sic videbatur*) transit circulum, & monacho prorsus illæso conspectum fugit. Fidem rei fecere, longa famuli terrorem cõsecuta ægritudo, & diuturnus fætor vestium Adami, & raucedo eiusdem atque difficilis respiratio, à quibus ægre conualuit; equi denique subita mutatio; qui ex mansueto & cicure, post visionem hanc ferox, sternax, calcitrosusque esse cœpit. Addamus rarioraquẽdã genera spectrorũ.

Decimum tertium genus est, cohortium, acierum, castrorũ militariũ, sicut enim bonorum Angelorum acies visæ bis in sacris litteris *a*: sic &, simiæ Dei, diaboli sæpe se in militum confertorum specie ostendunt hominibus. In-

vita

a Gen 32. in prin. & 4. Reg. 6. v. 17.

vita S. Norberti, *ca. 16.* leguntur specie armatorum militum in quosdam religiosos dæmonia incurrisse: vt & in vita S. Guthlaci Anachoretæ, *apud Surium mense Aprili.* In chron. Hirsgauiens. Tritthemij legimus sub an. 1168. Monacho cuidam Limpurgio, prope VVormatiam, visam multitudinem maximam equitum peditumque ordinatarum more acierum, quasi ad prælium procedentem: cumque monachus audacter, quinam forent, interrogasset: illos respondisse; se non veros viuosque milites esse, sed animas militum, & non ita pridem his ipsis in locis principi cuidam stipendiatos occubuisse: vestes, arma, & equos, quæ viuis peccandi fuerant instrumenta, nunc mortuis indicia suppliciorum esse: quæ circum illos videret omnia nihil nisi ignem esse, quo comburantur, se precibus atque suffragijs adiuuari posse. Leloyherius *b* huic religioso insultat, quod temere animas defunctorum esse crediderit: cuius cõtrarium tamen rationes & argumenta eius non conuincunt. Ait, *dæmones fingunt se animas esse, sæpe, non semper, strepitum edidere discedentes & fragorem.* possunt & spiritus mortuorum. *Flammiu vestes & arma circumdata, dæmones esse probabant.* Non hoc asserit historia, sed ea ipsa, quæ aspicientibus, vestes & arma videbantur & equi; ipsis flammas combustrices fuisse. Deinde & flammæ fuerint, nonne profitebantur se spiritus esse, qui adhuc expiabantur? Denique Virgilianum illud;

... quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos;

Tantum probat, dæmones imitari quoque diuina iudicia: quibus frequẽter; *in quo quis peccauerit in eo punitur.* posset igitur hoc exemplum ad præcedentem de animabus quæstionem re-

b l. 4. c. 6.

A duci. Sane arbitror eandem historiam esse, cum ea: quam ijsdem locis, sed anno 1123. contigisse, in eandem sententiam narrat Abbas Vrspergens. fol. 281. Sequentia ad istam censeo pertinere, quia miscentur, quædam vana curiosaque, nec suffragia petuntur. Ioannes Cæsarius auctor est *c* sequenti nocte, quando exercitus Ducis Brabantiæ à Leodinensibus occisus est. seruum quẽdam Comitis Losseusis prope Montenake, locum occisionis, circa noctis initium, vidisse maximum torneamentum dæmoniorum: Sacerdotem quoque quendam Hispanum, prope eiusdem Comitis castrum, dum in crepusculo noctis de villa in villam transiret, vidisse hastiludium maximum mortuorum valide clamantium, *D. Vvalterede Milene, D. Vvaltere de Milene*, qui Vvalterus, famosus militia, nuper erat defunctus: hancque visionem addit sæpius ea nocte & euanuisse, & iterum apparuisse. Ioann. Niderius narrat *d. cum propter hæreses regnum Bohemiæ tumultuac cædibus concuteretur: circa metas regni præfati, nocturno tempore, versus vallem quandam, auditos clamores & congressiones equestrium virorum: qui & coloribus varijs induti sæpius sunt visi. Fuerunt tunc duo armigeri audaces satis, in castro non multum distanti à loco monstrorum: qui omnino scire volentes, quid veritatis sibi visa portenderent, nocte quadam versus vallem, vbi sola videri consperexerant, iter arripiunt. Antequam autem iis appropinquare auderent, compunctus vnus, dixit alteri: Sufficiat nobis ista vidisse, ego ijs non approximabo, dictum est veterum, Cum talibus nullum debere iocari.*

c l. 12. c. 16 & 17.

d l. vl. Formicarij.

Quem alter, velut pauidum, increpans, equum pupugit, & cum eo congressu omnibus ante dictis exercitibus appropinquauit: de quibus vnus egrediens caput illi amputauit, & ad suos rediit: quo viso ille, qui timidus

substiterat, fugam inijt & funesta noua nunciauit. In crastino autem truncatus reperitur, & caput quidem in valle, vbi acies visæ fuerant, nullius autem hominis vel equi vestigium repertum est; sed tantummodo in lutosis locis, signa quædam & vestigia auium visa sunt.] Idem & aliud addit, sibi ab Archiepiscopo Moguntino, viro magnæ industriæ & fide digno, narratum: *Nominauit* (ait) *nobis quendam Rheni sibi notum militem, cuius pro tunc filius viuebat: qui miles super omnes pene inferioris Alemaniæ nobiles semper exstiterat nimis in rebus bellicis imperterritus: gerebat autem & patiebatur nonnunquam, propter suam animositatem vel fortitudinem, ab alijs graues guerras, propter quas non semper de die, sed nocturno tempore, ad loca sibi commodosa equitare solebat.*

Hic igitur quadam nocte coassumptis famulis per siluam circa Rhenum equitare voluit, & principium eiusdem intrauit. Antequam vero finem siluæ haberent, vltra quam campus latus iaceret, prout moris est eorum qui verentur insidias: præmisit famulum, vt in termino siluæ videret, an ne in campo insidiæ aliquæ essent. Luna insplendente, vel astris lucentibus hæc videri poterant. Famulus igitur, cum per arborum ramos exploret, commissum, vidit per campa longitudinem exercitum satis mirabilem appropinquare in equis: quo viso, considerata nunciauit militi, qui ait: Stemus ad modicum, quia verisimile est, pro huius exercitus custodia subsecuturos alios: ad hos properabimus, & an inimici sint, qui præcesserunt, an amici experiemur, nec paucos timebimus. Deinde, morula transacta, de silua miles cum suis recedit, in campum uenit, & neminem nisi quendam equestrem in equo sedentem, & in manu alium ducentem equum, eminus sequentem suos intuitus est. Ad hunc cum miles venisset, quis esset quæsiuit in hæc verba: Numquid tu cocus meus es? ita enim sibi à longinquo videbatur, paulo etiam antea cocus eiusdem militis vita functus fuerat. Qui respondit Sum Domine, cui miles, Quid, ait, hic facis? & qui sunt hi, qui præcesserunt? Cui defunctus respondit, Domine, hi qui præcesserunt, sunt nobiles & armigeri tales & tales (multos enim expressit nomine proprio) quos oportet, & me cum eis ista nocte esse Hierosolymis, quia hæc pœna nostra est.

Et miles iterum. Quid sibi vult equus iste, quem ducis nullo insidente? Ad vestrum, respondit, obsequium erit, si mecum ad terram sanctam venire velitis. Securus esto, te per fidem Christianam, recedendo & reuertendo viuum reducam, si meis obtemperabitis monitis, Tunc miles ait, Diebus meis mira attentaui, his hoc addam etiam mirabile. Dissuadentibus igitur illud famulis, de equo proprio miles desilijt, defuncti equum ascendit, & ab oculis famulorum vterque equester subtractus est. Sequenti autem die famulis, iuxta conditum exspectantibus, miles & defunctus redierunt ad locum, vbi primum conuenerant. Tunc defunctus militi ait, Ne phantasma omnino fictum ista fuisse credatis, duo quæ vobis do rara, reseruate in mei memoriam: inde protulit mappulam paruam de salamandra, & cultellum in vagina. Primum, inquit, cum immundum fuerit, igne purgate: alterum cautè tractetis, quia ab eo vulneratus, intoxicatus erit.] In his multa sunt indicio fuisse visionem dæmoniacam, maxime donum hoc cultelli: quo multis exitium, ipsi quoque donatario, parabatur Aliam historiam ex codice Gassinate profert illustr. Baron. Annal. tom. XI. anno Christi 1004. quod exhibebo li. 6.

Cromerus diligens scriptor *a*; *Naclum*, inquit, *arcem Pomeranorum munitissimam Vladislaus I. Polonorum rex*

a l. 5. hist. Pol.

obsi-

obsidebat. Ibi noctu lucente luna, aspiciebantur crebro ab excubitoribus quasi armatorum hostium acies, ex apertu campi ad Polonorum statiua adequitantes & incursantes. Cum id sapius accideret, indignati Poloni inquietari sese, nec vsquam in apertum certamen prodire hostes, nocte quadam, cum ibidem hostes adesse nunciarentur fremebundi agminatim è castris sese proripuerè, diffugientesque casso labore longius prosecuti sunt. Obsessi, tumultu Polonorum exaudito, & excursione è castris animaduersa, erumpunt subito, & ignem in opera atque tuguria militum stramine arundineque contecta coniecerunt, quo celeriter pluribus in locis se diffundente, paucis, quim castris manserant, se defendentibus, facile opera cum magna castrorum parte conflagrarunt. Nocturnas vmbras illas fuisse autumant, quæ hostilis exercitus speciem ostentantes, Polonos ita diuino permissu exagitarunt: propterea quod solemne omnibus Christianis quadragintadierum ieiunium, priore expeditione, promiscuo ac temerario esu carnis & lactariorum, moribus & institutis Ecclesiæ Catholicæ contemptis, temerauerant.] Hæc ille, res clamat spectra fuisse Diabolorum; vt & illa de quibus Antonius Hist. par. 3. quam auorum memoria solebant vocare, *Familiam Hellequini* : cuiusmodi cuncta, illusiones dæmonum esse, iampridem docuit Guilh. Parisiensis, *part. vlt. de vniu. c.* 24. Tales exercitus possent Magi multos exhibere; si ex pacto, quod cum dæmone superiore habent, dæmones illi subditos euocarent : numquam tamen Deus legitur permisisse, vt talis militia vltra incussionem inanis terriculamenti procederet. Nam si lædere, occidere, munitiones capere, vel hostium inuadere castra sinerentur : nulla illis humana potestas valeret resistere, vt prudenter idem Guilhelmus. Huc refero pugnas illas Regum Septentrionalium & victorias partas, contra magorum dæmonumque cuneos, apud Olaum Magnum *b*.

Decimoquarto, dæmones sunt sub illo spectrorum genere, quo in nemoribus & alijs amænis locis sese ostentant instar puellarum aut matronarum, in veste candida; interdum in stabulis cũ luminaribus cereis, ex quibus etiam distillatæ guttæ, postmodum in equorũ iubis, quas sedulo pexuerunt & nexuerunt, solent ab hominibus inueniri, talis illa vidua Rulsiana in meridie obambulans, de qua paulo ante mentionem feci : tales quas vocant, *Sibyllas seu Nymphas albas*, *Dominas nocturnas*, *Dominas bonas*, & earum, *Reginã Habundia*, quarum aduentu multum prosperitatis, & rerum omnium copiam putant superstitiosæ anus domibus contingere, quas frequentarint; & ideo domi suæ illis epulas instruunt, escarijs lancibus & vasis vinarijs omnibus apertis ac discoopertis, ne quid illis ad sumendum moræ obijciatur : quæ plane idololatrica esse, docet prædicto loco idem Episcop. Paris. vt & Nicol. Cusan. *lib. 2. excitationum.* Huc refero tres illas quæ visæ Machabæo Banckoni, a qua Stuartorum genus; quæ venantib. visæ regnum illi prænunciarunt. *Boeth. li. 12. Scot. histor.* Harum bonarum Dominarum, quas Gentiles, *Parcas*, vocauere mentio habetur & conuiuij illis præparati, in vita D. Germanni Episcopi, & apud D. Antoninũ, *pag. 2. hist. tit. 11. §. 5.* Tales etiam, *fatales Sorores*, seu, *nymphas*, falso putatæ bellorum præsides & Victoriarũ largitrices, quæ Hothero Regi familiares in Septentrionis Historia *c* Itali vocant; *Fatas*, Galli; *Fees* quales finguntur Melusina, Alcina, Morga. De his dicam plura. lib. 6. cap. 2. sect. 3. in Remedio 1.

b l. 3 c. 12. N.

c Olai l. 2. c. 10.

Deci-

Decimoquinto, huius generis ſpectra ſunt, per quæ Deus aliquando denunciat futura bella, peſtem, mutationes regnorum & ſimilia, pauca commemorabo exempla. Nocte quæ ſeditionem Antiochenorum præceſsit, viſa mulier ingens & formidabili adſpectu, aërem ſcutica tam fortiter verberans, vt tota ſonus Vrbe exaudiretur *d*. Gennadio Patriarchæ Conſtantinopol. nocturno tempore accedenti ad altare templi, vt Deum pro ſalute publica deprecaretur: horrendum ſpectrum ſe obtulit, quod cum ille ſacro ritu coniuraſſet, reſpondit: quamdiu Gennadius viueret, ſibi non licere damna, quæ imminebant, Eccleſiæ illius inferre: ſed eo mortuo ſæuiſsimè ſe in illam graſſaturum *e*. Priuſquam Hunnericus perſecutionem in Catholicos Aphricæ inchoaret, ſuper cacumine montis Ziqueni homo giganteæ ſtaturæ viſus, & auditus clamare: *Egredimini*, *Egredimini* & in æde Fauſti, quæ Carthagine eſt, viſa multitudo Æthiopum ſanctos Eccleſiæ fugans, & ante ſe impellens. *f Alia multa huiuſmodi ſuggerunt*, *carda. libro decimo quarto, de variet. rer. & Fulgoſ. tit. de prodig. lib. 1.*

d Sozom. l. 7. c. 23.

e Theod. Lect. libr. 1. collect.

f Vict. Vricenſ. l. 2. de perſecut. Vandal.

P *Decimo ſexto loco*, hic occurrunt illa ſpectra: quæ certis temporibus & locis aut domibus ſolent tumultus & vexationes varias exhibere: cuius rei prætermittam exempla eo quod notiſsima res ſit, & legi poſsint, qui attulere veteres recentioreſque: vt *de Temeſio dæmone*, Strabo & Pauſanias citati, & Ælianus l. 8. var. Hiſt. *de pueris nigris cirratis*, Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei, *cap. 8. de Danio Epiſcopo Mediolanenſi*, Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 4. *de vocibus & ſonis auditis in Marathone poſt pugnam cum Perſis*, Pauſan. in Attic. *& ante pugnam Leuctricam in templo Herculis*, apud Ciceron. de diuinat. *ante pugnam cum cimbris*, apud Plinium lib. 2. cap. 59. *ante bellum ciuile Syllanum in eadem Italia*, apud Appian. de bello ciuil. libr. 1. *ante primum prælium Pharſalicum Antiochiæ*, apud Cæſ. lib. 3. de bello ciuili; *ante mortem Cæſaris Dictatoris domi eius*, apud Dionem; *recentiora ſunt*, apud Niderium; *libr. vltim. formicarij*. Guilh. Pariſ. *d. cap. 24.* Torquemadam, *Hortiflorum colla. 3.* Alexand. ab Alexand. *libr. 5. Geneſ. dier. cap. 23.* & confirmat praxis Forenſis Hiſpaniæ: qua licitum conductori, qui ante id ignorabat, ſpectrorum ſic inquietantiũ cauſa domos relinquere conductas, vt poſt Portium cenſuit Couarr. *a* Solent huiuſmodi infeſtationes iuberi vel permitti à Deo, ob pœnam peccatorũ, vel ad exercitium bonorum, vel ob aliam cauſam occultam. Interdum iſta peragunt dæmones maleficorum immiſsione, vt contingit B. Antonio *b* & nobili Aquitano, qui Pariſienſem ſtudioſum iure ſuo per vim ſpoliarat *c*: ſępius ſponte faciunt ſua, tantum vt homines falſa quapiam reuelatione decipiant aut perſuaſione fallaci: ſicut apud D. Auguſt. illi baptiſmum diſſuadebãt: contenti ſunt aliquando ſola vexatione, & inquietatione, nullo cum corporis damno vt iaculator ille ſpiritus, de quo Guilhel. Pariſienſis, qui vaſorum colliſione & lapidum iactu ſomnum diſturbabat, & culcita ſubtracta de lecto deturbabat, & Salmãtinus ille Torquemadæ, qui grandibus ſaxis quoſuis petebat, irrito tamen & innocuo contingens ictu: quod Marcus Magus apud Pſellum *d*, proprium dicit eſſe dæmonum ſubterraneorum, de quibus mox agemus. Quo vero pacto dæmones lapides iacere queant & alia huiuſmodi operari, quæ videntur manus & corpora inſtrumenta requirere, Scholaſtici diſputant, aſſentior ijs, qui

A B C D E

a li. 4. veriar. reſol. c. 6.

b Caſsian. collat. 8. c. 3.

c Froiſſa. in Chron.

d l. de dæmon.

præ-

præsente per substantiam suam eo loci dæmone, & imperio voluntatis aerem lapidi proximum mouente, & sic lapidem impellente, hæc fieri censent; quando nullum ipse corpus induit: si vero corpus formatum, vel cadauer assumeret, nulla foret difficultas e.

e Vide D. Thom. quod lib. 3. Dur. Capr. & alios in 2. d. 7.

In locum *decimum septimum*, veniant spectra illa Borussiæ, de quibus quadam epistol. scribit Ioan. Meletius; *In Sarmatia coli spiritus quosdam visibiles, qui lingua Ruthenica, coliri, Germanica,* Koboldi, *dicantur, quos credunt habitare in occultis odium locis, vel in congerie lignorum, nutriuntque eos laute omni ciborum genere, eo quod, adferre soleant nutritoribus suis frumentum, ex alienis horreis furto sublatum. Cum vero alicubi illi spiritus habitare & nutriri cupiunt, hoc modo suam erga patrem familias voluntatem declarant. in domum congerunt noctu segmenta lignorum, & multris imponunt lacte plenis varia stercora animalium: quod vbi paterfamilias animaduerterit, nec dissipauerit segmenta nec stercora è multris eiecerit, sed de inquinato lacte cum omni familia sua comederit, tunc illi apparere, & permanere ibi dicuntur.*] Idem iudicium de spectris, *virunculorum* ac *femellarum*, breuitudine ac specie pigmæi vel pumilionis, olim in multorum domibus frequentium, & domestica fere cuncta ministeria solitorum obire, equos curare, domum verrere, ligna & lympham adferre, & similia facer: de quibus Olaus Magnus f Galli vocant, *des Gobelins*: Teutones, Rabbautermannekens, & Gultelkens, & Sueones, *Trullas*, appellãt. An ex hoc genere fuerint, *Eros*, & *Anteros*: qui vt infantuli, in balneo, iubenti Iamblico g apparuerunt, id cogitandum relinquo. Sane huc pertinent, *Montani illi*, quorum nobis Historiam

f lib. 3. ca. 11. & 12.

g Eunapius in Iamblico.

A Georg. Agricola prodidit h, *In metallicis* (ait) *fodinis inueniuntur, & truculenti quidem, vel solo aspectu terribiles, plerumque metallicis infesti atque inimici sunt. Talis fuit,* Annebergius, *dæmon qui operarios amplius duodecim flatu interfecit, in specu qui* corona rosacea, *appellatur, eo nomine relictus, quantumuis argento diues esset. Flatum vero emittebat ex rictu, cum equi specie habentis procerum collum & truces oculos appareret. Eiusmodi etiam fuit,* Snebergius, *nigro cucullo vestitus, qui in fodina Georgiana operarium è terra sublatum, in superiore loco maximæ illius concauitatis, quondam feracis argenti; collocauit, non sine corporis attritu. Quæstuosam admodum fodinam deserere apud Turcas cogebatur Iudæus à dæmone metallico, hominibus frequenter in forma capræ aureæ cornua gerentis apparente. At sedatos illos, Germanorum alij, vt etiam Græci.* Cobalos, *vocant, quod hominum sint imitatores. Nam quasi lætitia gestientes rident, & multa videntur facere, nihil interim efficientes.*

h capit. de anim. sub terran.

B

C

D

Alij, virunculos montanos, *vocant, quia plerumque apparent nani, tres dodrantes longi, videntur autem esse senectiones, & vestiti more metallicorum, id est* vitteto, *induto, & corio circum lumbos dependente. Innoxij sunt hi metallicis, etsi interdum glareis operarios lacessunt, rarissime tamen eos lædunt, nisi cachinno vel maledicto lacessiti. Potissimum opus facere videntur in his specubus in quibus metalla iam effodiuntur, vel ea effodi posse spes est.*] cætera recte, illud minus, quod animantium nomine dæmones comprehẽdat.

E Scio sic locutos veteres non paucos: sed & scio id ex lacte Platonicorum bibisse, & quia ambigui erant, num anima & corpore constarent. Nunc quia Catholicis satis definitũ i, nec anima nec corpore perfectas substãtias illas separatas,

i ca. firmiter. de sũ. Trinit.

Thom. pa q. 50. scholas in 2. d. 8.

componi, vitanda nobis huiusmodi locutio, parũ cauta, parum propria. Damnandus vero prorsus Paracelsi error dæmonum hæc genera, ad hominum species reducentis. Nam; *Epistol. ad Athenienses, siue de occulta philosophia*; quasi verissimum axioma, nihil veritus fuit constanter asseuerare, Deum præter homines Adami posteros; alia quatuor hominum genera, carne, & ossibus, & ratione prædita creasse, eosque in singulis elementis ad inhabitandum collocasse; in quibus singuli suam haberent remp. & ex negotiatione, ac laboribus victum & amictum sibi cõparare, & eos homines, qui in terræ visceribus habitant, vocari, *Pigmæos & Gnomos*; qui in aquis, *Nymphas & Vndenas*; qui in aëre, *Siluos & Melusinas*, quos solos cum hominibus Adami posteris commercium habere, & ex mutua cõmixtione liberos gignere: Qui in igne sunt: *Vulcanos & Salamandras*, appellari: Et incertum adhuc esse: cuinam generi horum hominum vera fides in Deum sit data, & via ad salutem patefacta.] Hæc ille prout eum citant Godelmannus & alij: in libro tamen fragmentorum, inuenio Paracelsum dubitanter induci loquentem: sed arbitror Latinum Interpretem, hoc suum assuisse, vt magistri occultaret impietatem. Nam dictis illis nihil nugacius, nihil blasphemius, nihil à recta fide dici potest alienius, ergo mutila & manca S.S. quæ de vno tantum hominum genere nos instruxerit? ergo dubia salus nostra? ergo dubia redemptio? non ergo secũdus Adam Christus: vt nos: qui in primo mortui, in secundo viuificaremur? si hoc dubium: nonne ruunt veteris testamenti promissiones, concidit exhibitio & repræsentatio Noui? Et sunt qui tales libros nugis, mendacijs, blasphemijs refertos, in Latinum vertant

A sermonem? sunt qui pulchris formis cudant recudantque? sunt, qui ament Paracelsistæ vocari? sed ad institutum redeamus.

Vltimo, loco sese offerunt spectra dęmonum thesauros custodientium. Cabades rex Persarum cum accepisset in collimitio Persiæ & Indiæ: in munitissima arce Zudaderensi, pretiosissimorum lapidum, auri, & argenti, thesaurum maximũ à dæmonibus asseruari,
B qui mortales omnes aditu arcerent: eo cum exercitu profectus castrum vi conatus occupare, fortiter propugnantibus dæmonibus, repulsus fuit, confugit ergo ad Iudæorum & Magorum artes, quæ & ipsæ irritæ fuerunt. *Ergo cum ei persuasum* (ait Cedrenus) *fuisset, Christianorum ad Deum precibus hoc potiri posse, auxilium à quodam Christianorum in Per-*
C *side degentium Episcopo petijt. Is indicto Christianis ieiunio, precibus & Synaxi, diuina peregit mysteria, & ad locum accedens coniuratos dæmones ibi degentes exegit, castrumque Cabadæ nullo labore potiendum tradidit.*] *Glycas part. 4. Annal. & Cedrenus in Anastasio.* Talis etiam dæmon ille Basileensis, de quo dixi, *supr. q. 12.* & hinc factum, vt Dracones fingerentur custodes thesaurorum, vt
D horti Hesperidum, & Aurei velleris: hinc porro factum, vt thesauris addere sint soliti Serpentem aureum: quemadmodum refert Ascanius Centorius, *lib. 4. Comment bellor. Transiluan.* de thesauro inuento prope Deuam vrbem Transsiluaniæ, circa annum 1550. Nota etiam Historia Magi Ger-
E manici, qui cum specum ingressus esset vbi thesaurus reconditus, socio investibulo manente, vidissetque incubantem arcæ nigerrimum canem, nihilominus, cupiditate metum pellente, porro progressus, ruente terra, in specu fuit tumulatus. Plura vide *d. q. 12.* Præter-

mitto

mitto quædam iam vulgaria, vt quod in Indijs sepultarum cum maritis vxorum animas mentiuntur, vt sic persuadeant has coniugi suo conuiuere, quæ sponte illis commoriuntur: quod non vno loco testatur Pet. Chieza, *part. 1. Histo. Peruu.*

Visis spectrorum generibus, quæri poterat: quo illa pacto repelli & vinci queant; sed quia decisio communis est omnibus malis, quæ per dæmones inferuntur, ideo de hac re differendum mihi putaui, quæstione de remediis contra maleficia, *huius operis libro vltimo.* Quo pacto dæmones apparere sic queant, nunc accuratius inuestigemus, quam quæstionem indecisam reliquit D. Augustin. *Enchirid. ad Lauren. cap. 59.*

QVÆSTIO XXVIII.

Quomodo possit dæmon se corporeis oculis, cum sit incorporeus, visibilem præbere?

A COnstat non posse corporaliter, nisi assumpto corpore. Certum enim est dictum B. Ignatij, *epist. ad Smyrnens.* incorporea videri à corporeis non posse, quia incorporeorum nec species, nec figura est, aut particula animalis vllius formam habentis, ob naturam, quam habent simplicem. Constat etiam eos corpus vel ex elementis sibi coaptare, vel subingredi & assumere cadauer de vtroque modo, quæ dicenda hucusque distuli, repræsentabo liberaliter. Dixi (corporaliter) nam phãtastice possunt apparere, turbatâ phantasiâ.

SECTIO I.

ALiquando igitur cadauer aliquod assumunt humanum vel ferinum, & illud mouent ac impellunt motu non vitali, sed locali tantum, sicut aërem possunt impellere, & hoc corpus, præsertim nondum valde dissolutum, puto, si Deus permittat, posse illos ita attemperare, vt sensum tactus omnino fallant. Nec video quidquam ab homine docto ac pio, in medium allatum, quod me ab hac sententia deducat. Imprimis quod ex D. Luca *a*, proponitur dictum Domini, quo se vera corporatum, & non phantasticum spiritum esse probabat, *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*: id ad rem non multum facit, certe non vrget. Solum enim Dominus probare voluit, posse illos cõtactu sentire & dijudicare, visu se nõ decipi, corpus enim ipsum habere, verũ, quia tangibile: & proinde nudũ phantasma & fictitio corpore indutũ nõ esse. Nulla vero hic erat cogitatio, de cadauere assumpto. Hoc enim carnem & ossa habere manifestũ est, quo argumẽto Christus probat, se spiritũ non esse: Quod illi existimabãt, quia videbãt ianuis clausis ingressũ, quod corporeæ rei repugnabat, tam viuæ, quã mortuę. Et quia, palpatione tantũ poterant corpus esse, cognoscere, non vero, cuius esset corpus: ideo iubet etiam oculorum vti sensu & *videre* (nam proprie hic vox sumenda, vt textus indicat) *manus & pedes*: ex quorum vulneribus reliquis, certo deprehenderent ipsum illũ esse, qui triduo ante fuerat crucifixus *b*. Ex quibus patet verba Domini veram certamque sententiam habere, etiamsi corpus diceremus à dæmone assumptũ, sic ab eo temperari posse, vt tactus sensum fallat. Quid, quæso? nonne dæmon longe admirabiliora efficit quotidie, quam, sint simulare carnis molliciem, ossis duritiem, teporem ac suauem calorem, qui corporis attactu

a c. vl. v. 39.

b Sic optime Ioan. Maldonat.

percipitur, & cæteras tangendi qualitates? Dico has eum simulare posse, nõ dico veras exhibere posse, vera illa & vitalia, sunt corporis viui, & ab anima informante procedunt: simulata, & proxime adumbrantia non requirunt animam informantem, & à substantia intellectuali, (eatenus vt externo sentienti talia appareant.) poterunt perfici: Quod adferũt de cadauere hominis recenter mortui, in eo etiam adhuc calido deprehendi, deesse qualitates illas suauis ac vitalis teporis, facilitatẽ mouendorum membrorum, & pro mollitie rigorem quendam successisse: id totum concedimus. Negamus autem, quod inde ad cadauera per malignum spiritũ assumpta argumentantur. Esto illic eadem sit corporis substantia, quæ & hic adest, esto adsint qualitates plures eædem, vtpote calor ille residuus. Tamen adhuc deest huic cadaueri non assumpto, quod simulet illa reliqua quæ diximus. At in nostra visione, dæmon inest cadaueri, cuncta illa simulãs. Minus est adfabre simulare, quam vere efficere. Quare nec illud sequeretur, non potest corpus adhuc calidum illa per se solum præstare atque efficere, ergo nequit dæmon in cadauere assumpto illa eadem tam callide & artificiose simulare, vt tactũ fallat. Cur, qui sensum principem (nempe visum) potest decipere, non queat tactum, sensum maxime terrestrem, & vilissimum, minimeque spiritualem? Quod vero quidam hæc cadauera adsumpta, vt & aerea corpora formata, deprehẽderint esse tactu frigida & horrida, vt illi apud Alexand. *Genial. dier. li. 2. capit. 9.* & apud Cardanum, *lib. 16. de rer. varietat. cap. 93.* & alij, de quibus postea: id inde prouenit, quia vel dæmon teporem illum non vult adumbrare, vel quia non permittitur id à Deo facere: quo sensu etiam accipiendum, quod refert Caietanus *c*, cuidam de hoc frigore & horrore corporis querenti, dæmonem respondisse, *se non posse melius facere*, videlicet, Deo obsistente, vel saltem non concedente. Si quis exempla requirat harum apparitionum, legere poterit apud Guilhel. Parisiẽsem, *P. vlt. de vniuerso*, aliquando assumpto bestiæ cadauere delusisse militem: qui cum putaret se formosa potitum virgine, inuenit se in amplexu cadaueris belluini tabe soluti, fætidissimè iacentem. De Polycriti apparitione, & spectro filium deuorante, iam scripsimus non vno loco. Fabulæ simile videtur, quod Phlegon *a* retulit, ille tamen oculata se fide Trallis testatur cognouisse. rem sic narrat, vt vtar compendio: *Philinnium Dæmostrati hospitis & Charitus filia, Machatem hospitem amare cœpit, indigne id ferentibus parentibus, mœrore mortua, & publicè fuit funerata.*

Sexto post obitum mense, cum eo reuertisset Machates, ingressa ad illum Philinnium hospiti se, post longa colloquia commiscuit non semel illo vesperi, quo, & cum eo cœnam sumpsit, & annulum ferreum & poculum inauratum à Machate dono accepit, ipsi vicissim annulum aureum & fasciam pectoralem dedit. Nutrix, dum pergit sedula, ne quid hospiti desit, satagere, videt cum eo in lectulo iacentem aluminam. Læta parentibus id indicat. Illi stupentes accurrunt & altero die vtrumque deprehendunt, &, cum eiulatu, dormientẽ cum hospite filiam amplectuntur. Sed toruis in eos intuens Philinnium, ô vos crudeles (ait), in filiam parentes! ergone vos inuidisse mihi meo Machata, paterna in domo vel triduum solidum fruit Magno vobis dolore hæc, siue curiositas, siue duritia stabit. Renouabitis dolores præteritos, & filiam iterato sepelietis. His dictis, expalluit & concidit

c in 2. 2. q. 95. art. 3.

a li. de [illegible] ab [illegible] longæ [illegible]

cadauer mortuo iterum simile, seu potius (vt erat) *mortuum. Concidere simul oppressi mœrore parens vterque. Re populus & magistratus intellecta, iubent sepulchrum aperiri: vacuum id corpore repertum: Erant in eo duntaxat annulus ferreus, & scyphus auratus, dona Machatæ: sed in cubiculo & lectulo, inuentum cadauer Philinnij, & Helli cuiusdam augurij consilio, vt prodigium, eiectum extra vrbis limites, auibus ac feris deuorandum. Ipse Machates, à spectro videns se delusum, sibi paulo post manus, ignominiam non ferens, conscisuit*] hæc à Phlegonte; fusius narrantur; illo Phlegonte, cuius auctoritate & Iurisconsultus Paulus *b*, & Origenes *c*, ad probandam Eclypsim, quæ Christo accidit moriente, vtuntur. In historia quoque Laodunensis energumenæ. Nic. de Obry, legimus Diabolum Baltazum, assumpto suspendiosi corpore, conatum abigere, ab ea exorcistam.

b l. antiq. D. si pars hæred. pet. *c* cont. Cels. & tracta. 29. in Mat.

Agrippæ facinus non absimile habens infra *q.* 29. *sect.* 1. addam nunc, quæ de eadem re Cæsarius Monachus Eisterbacensis, *libr.* 12, *Miracul. cap.* 3. scribit; cuiusdam Principis Germani mortui corpus integro priusquam sepeliretur anno, dæmonem gestasse, & ita rexisse, quasi illud vegetaret (ita namque intelligendum quod scribit; *spiritum illud loco animæ vegetasse*,) non enim potuit informando, nec in essentiam eius illabendo; sed duntaxat vt in loco existens vitales eius actiones per illud imitando: vt docet multis Tostatus, *in Exod. c* 7. *q.* 13. *cum seqq.* Subdit Cæsarius similia legi in vita S. Patricij Hibernorum Apostoli, de quodam homine, in cuius corpore multis annis Diabolus habitans pro anima, ad nutum viri sancti tandem exiuit corpus vero corruit, & in puluerem redactum fuit. Et, *cap.* 4. clericus (scribit) quidam adeo dulcem vocem habebat, vt audire eu deliciæ putarentur: donec religiosus quidam vir superueniens monuit hominis vocem non esse, sed diaboli; dæmonemque adiurauit: quo discedente, cadauer corruit planissime fœtens.

Denique multæ falsæ resurrectiones gentilium huc sunt referendæ: & constat cum sagis vt plurimum induto cadauere diabolum siue incubum, siue succubum, rem habere; vnde & in hoc genere hominum, cadaueroſus quidam fœtor graueolentiæ, cernitur.

SECTIO II.

ALIQVANDO sibi, elementare corpus diabolus circumdat, idque efformatum qua pollet industria, vnit sibi non aliter; quã motori intus existenti corpus mobile & inanimũ vnitur. An posit ex solo aere materiã desumere, equidem ambigo, & puto, sic aerem cõdensari non posse solũ, vt quid solidum exhibeat: sed siue posit, siue non posit; solet quod facilius, partes aeri (quo maximã partẽ vtitur) cõmiscere terreas, & aqueas, nubiũ, vaporum, exhalationũve, vt & colores facilius hac mixtione exprimat, & facilius membra conglutinet, & condenset; quæ sententia Lud. Molinæ est, & antiquiorum *d*; nec argumentum, quo quidam vtuntur *e* ad probandum solo ex aëris elemento corpus assumere, nos stringit; cum tantum probet, eos ab aere partem potissimam mutuari. Hinc alij censent corpus hoc tale fore nunquam, vt nequeat tactu deprehendi, verum corpus non esse. Sed rationes, hac ipsa quæstione discussi. Christi Domini dictum *f*, ostendi alium habere sensum, quã ipsi arbitrati. Addo, quod in libro Geneseos legimus *g* de Angelis Abrahamo apparentib. quorũ pedes abluti, nec deprehensi tactu; id ab ipsis eludi po-

B.

d vide Molin. 1. p. q. 51. artic. 2 disp. 2.

e Angel. 2. in 2. d. 8. q. 2. diffic. 8.

f Luc. vlt. v. 39.

g Gen. 18.

tius, quam dissolui : aiunt deceptum Patriarcham, præoccupatione opinionis; eo quod viros putaret, quæro, cur non igitur quicumque viros putāt, hac præiudicata sententia iudicent viros esse? An solus Abraham cæteris imprudentior? Ipse ille, quo nituntur, Caietan. *h* fatetur verorum ossium & carnium similitudinem, non modo visibilem, sed etiam palpabilem, & solidam exhibere. *Solidam*, ait, non instar aëris diffluentem, aut duritiei duntaxat aliquid modicum habentem. Quod vero *libr. 3. cap. 6.* apud Cæsarium diabolus dicit, quando corpora à dæmonibus sic assumuntur ea dorso carere : ludebat puellam mendacissimus. Quod dixi elementorum aliqua opus commixtione, nec Maro ignorauit, cum cecinit *i*.

h d. art. 3

i Aene. 10

Tum Dea nube caua tenuem, sine virib. vmbram.
In faciem AEneæ, visu mirabile monstrum,
Dardanijs ornat telis &c.

Ecce non aëre solo, sed nube mixta. De vapore Sprengerus, *in Malleo*, docet, visas veste subducta in agris mulierculas, corpus motitantes, crissantesq; solas, & adspectum mox dæmonem vaporis siue exhalationis atræ habitu, recedentem. Mantenses magi, Mirabellius & socij, Parisijs combusti, in iudiciaria confessione dicebant, ad hanc corporum assumptionem dæmoni duo esse necessaria, ventum secundum, & lunam plenam, nam si ventus sit aduersus, non posse corpus coalescere ; si vero sit Luna decrescens vel corniculans, non posse defectu materiæ formare corpus nisi valde pusillū, & pro Lunæ augmento maius, maiusque. placet hoc Crespeto, *l. de odio Satanæ discr. 27.* sed mihi ridiculum videtur: quasi nequeat dęmon: Deo nō impediente vétum sedare aut excludere: & defectum illum Lunaris influxus supplere. Scilicet aër & nubes de ostrino genere sūt, quod Lunæ augmenta consequi solet, & decrementa imitari. Dæmonis apparitio in corpore elementari fuit illa frequēs visio fratrum Tarquiniorum apud Dion. Halycar. *a*: talis Athenodori apud Plinium *b*, quicquid dicat Franc. Picus, *libr. 1. de prænot.* illud enim puto axioma & regulam statui vere ac puto posse: In gentilium & damnatorum (quia fidei expertes) apparitionibus non animam (nisi speciali Dei priuilegio, de quo vnde constat in Athenodori visione?) defuncti apparuisse, sed eius loco cacodæmonum quempiam. Tales etiam putarim omnes apparitiones spirituum, ociosa cum hominibus & varia multipliciaque colloquia miscentiū, testatur de Facio patre suo Cardanus: & merito omnes suspectum habet Sortilegij, siue pacti cū dęmone. Testatur Melanchton (*lib. de anima*) se & colloquia & disputationes cū plurib. spectris instituisse, sanctitas hæc curiositas nuda, an occultum pactum? nihil iudico, rem in medio relinquo. Tale haud dubie spectrum in cœstuosi Persæ, cuius semper cadauer terra eijciebat, de quo prolixa cōmemoratio apud Agatiam reperitur, *l. 2. belli Persici extremo*, tales visiones fuere Gētilium Idolorum, vt Castoris & Pollucis ad lacum Iuturnæ *c*: vt L. Domitij Aenobarbi *d*, vt Amitis Persæ *e*: vt quod apparuit Dioni Siracusano *f*, vt Curtio Rufto *g*, vt Imperatori Pertinaci, apud Capitolinum, vt Tacito Imp. apud Vobiscum, vt Constantio & Iuliano apud Ammianum *h*, Valenti apud Zozimum, & apud eundem Serenæ vxori Stilichonis : alia præter hæc congessit Pet. Thyræ. *lib. 1. de apparit. spirit. cap. 9.* Et talia semper spectra quæ

a libr. 5.
b libr. 7. epist. C.

c Symm. l. 1. ep. 2.
d Sueton. in Nerone c. 1.
e Cresius in fragm.
f Plut. in vita Dionis.
g Tac. lib. 11. Anal. & Pl. iun. l. 7. epist.
h Capitol. in Pertin. Vobisc. in Tacit. Ammian. lib. 22. & 25. Zoz. lib. 4. &

subito

subito euanescunt, potest enim elementaris substantiæ subita nimiaque rarefactione se subducere oculis.

Illud discrimen nunc occurrit, cum in cadauere apparent; non possunt vel alteri viuenti corpori cadauer illud circumdare, vel ipsi sic induti corpus vllum subire, repugnat enim corporis ratio, quia nequeunt dimensiones quantitatiuæ inuicem, sine vero miraculo, penetrare. Sed quando apparent in assumpto corpore elementari, licet, vel omnino nequeant, vel difficillime queant (prius opinor) aliud corpus siue cadauer subire; possunt tamen vero & viuenti corpori, elementare istud circumdare, vt homo sic indutus, vel aliud animal, multo maius, immo & gigantæum videatur. Nihil video obstare, cur nequeat. Suadet etiam aëreæ substantiæ facilitas ad dilatandum, siue rarefaciendum, & spissandum densandumque; quam merito Psellus causam tradidit; cur spectra, tam breui spacio, crescere & decrescere videantur.

Tertium genus inuenio rariusculum dæmoniacarum apparitionum, per figmenta quædam seu statunculas, de quibus exhibebo quæ didici à Thoma Brabantino, *libr. 2. de bono Vniuer. cap. 57. pag. 21.* vbi scribit in hanc sententiam; *Gunerchena Brabantiæ villa est solemnis & nota: in hac quidam iuuenis puellam virginem adamauit: cumque pro eius nuptijs parentibus eius loqueretur, & illi renuerent: puella medio tempore incidit in febrem acutam, qua ingrauescente omnibus mori visa est. Luctu ergo facto, campanæ quasi pro mortua pulsatæ sunt. Nec mora, iuuenis amator puellæ de villa eadem in crepusculo noctis transibat ad aliam, & cum per dumeta pergeret, audiuit vocem quasi* A *fœminæ lamentantis: sollicite ergo discurrens, & quærens auditam, inuenit puellam, quam mortuam æstimabat, cui & dixit: Mortuam te plangunt tui, & huc vnde venisti? Ecce ait, vir ante me vadit, qui deduxit me. Stupefactus ad hoc iuuenis, cum neminem alium nisi puellam videret, audacter rapit eam, & in domum extra villam protinus, occultauit. Hinc regressus in villam amicis suis loquitur, ingreditur ad patrem puellæ cum amicis suis sedentem ad sunus:* B *quærit si filiam suam sibi daret, quam quasi mortuam deplangebat. Cui pater admiratus respondit: Numquid pro Deo mihi es, vt mortuam resuscites & accipias in vxorem? Cui iuuenis, Tantum (ait) libens spondeas, vt filiam tuam habeam in vxorem, si viuam reddidero & sanatam. Cui pater consentiens, dictum coram omnibus confirmauit.*

Mox iuuenis reuelato linteo, quo cooperta putabatur, figmentum mirabile, quale à C *nullo hominum fieri potuit, inuenerunt. Dicitur autem ab his, qui figmenta huiusmodi diabolica inspexerunt, esse interius putrido ligno similia, leuia, exterius pellicula circumducta. Hinc reducta puella est, & patri reddita: sanaque post dies aliquot dictum iuuenem maritum accepit, & vsque ad tempora nostra incolumis perdurauit. Simili* D *prope modo, cum quidam in confinio Flandriæ sororem languidam & mortuam putaram, sub eadem die, antequam sepeliretur figmentum, inter arundineta iuxta maris littora inuenisset, reduxit eam ad propria, & ingressus domum, vbi ab amicis quasi mortua plangebatur, discoopertum figmentum extracto gladio in frusta concidit, horrentibus cunctis & clamantibus,* E *Cur in funus sororis, tanta crudelitate sæuiret. Et mox subridens, crudelis, inquit, videor in sororem? Non est illud sororis corpus, sed figmentum & illusio dæmonum. Et hæc dicens secum cunctos accepit, & ad-*

duxit

duxit ad domum propriam, & eis sororem reductam ostendit. Et hæc vsque ad tempora nostra permansi.] Si quæras, quid de his sentiam; dicam cum Alb. Magno & Cantipratense, mihi non liquere. Fieri possent à dæmone Deo permittente: Sed arbitror in his duobus exemplis, quoad illud primum procum, & in secundo hãc forte virginem Satanæ partiarios fuisse.

SECTIO III.

VVLGATIS persuasio est, sẽper in his corporibus assumptis aliquid obuium oculis, quo deprehẽdatur dęmonicũ esse spectrũ, facile crediderim, sic contingere. Sed puto si maiore potestate non impediantur dæmones, posse qua velint apparere forma, humanãq; perfectam, & omni ex parte pulchram, pulcherrimamq; exhibere. Qualem se fortassis exhibuit B. Alberto Carmelitæ, à quo crucis signo obiecto fuit fugatus; vt narratur à Ioan. Maria cõpostellano, *initio vitæ S. Alberti.* Verum solet ei obstare Dei voluntas, quę vt semper aliquid adsit, quo detegatur impietas & impostura; ne quam mortales ignorantiæ iustam excusationem prætexãt; certis animalium formis dæmonia nõdum vti permisit; vt columbę, seu ouiculæ, seu agni: forte quod agnus verus sit Christus Pastor bonus verusque, & in colũbæ specie Spiritus sanctus solitus sit apparere, & quia hæc animalia dolo carẽt, & nullũ inferre solẽt damnũ, vt doçet Tyræus sup. Libentius induit animalia, in quibus aliqua sunt quæ merito culpes. Hirci forma seu capri valde ei antiqua est: & quia hircus Numen Ægyptiũ est, censet Moyses Maymo, *in ductore dubitantium* iussos Hebręos in saçrificijs hircũ offerre. Et olim Iupiter Hammon in Hirci forma colebatur, dictus *Hammon*, quasi, *Chammon*, à Cham inuentore Magiæ. Hodie etiam solemne illi, quando pactũ expressũ inijt, offerre se conspicuũ forma virili: post pactũ, quãdo adorãdus, semper in forma hirci, vt sibi accidisse fatebatur Ioann. ille Stapulensis, & obscurius innuitur in confessione Doctoris Edelini apud Iaquerium, *cap.* 4. & habetur apertissime in sententiæ Auinionensis breuiculo, quod verbotenus dabo, *lib.* 5. *sect.* 15. *circ. fin.* Aliquando à facientibus homagium nõ cernitur, vt narrat Meierus *Chron. Flandriæ anno* 1459. quando tamen se adorandum proponit, semper id in forma caprarum mariti, & quidem fædi aspectu, atri, olidique. Huius rei variæ causæ redduntur. vna, quoniam ob reuerentiã verbi incarnati, Deus non patitur eum tunc assumere humanum schema. [Et hoc sensu Sebastia. Michael, *schol.* 10. *Pneumal.* arbitratur ad litteram accipiendum, quod *Apoc.* 13. *v.* 4. traduntur impij bestiam adoraturi, hoc est Diabolum in bestię forma. Sed cum bestia illic vocetur ipse Antichristus, iuxta DD. Hippolytum, Methodium, Ireneum, Aretham & alios, constat hunc sensum non esse litteralem. Illud verius, quia coluerunt olim diabolum in forma hirci, ideo dęmones, vocari SAHIRIM hoc est pilosos, seu hirsutos, vt solet aliquando D. Hieronym. vertere, *vide ca.* 17. *Leuit. &c.* 13. *Esai. v.* 21. *&c.* 34. *ver.* 14. Nam *Sahir*, Hebræis, *hircus*, dicitur, vt Latinis, à pilis & horrore; vnde fors etiam *Satyri*, nomen deductum. Confirmat Kimchi, *in radicum libro*, dum scribit: *Sahir*, vocari diabolum, quia solitus hirci effigie se conspiciendum præbere Illud etiam notat Michaelis, *d. & capit.* 17. *vers.* 7. *Leuit. LXX.* non temere vertisse, *ματαίους*, quasi dicant, *Fatuellos*,

ידיעם
ש.

vnde

vnde deducta vox Longobardica, *Matous*, litteræ omissione; quos Galli ad verbum vocant, *Folletons*; & alij per abbreuiationem, *Follons*, quia risum excitant risu, tripudo, sibilo cãtu, &c. quod dæmonem fecisse constat ex vita D. Antonij, & D. Thom. 1.2. *quæst.* 89. *arti.* 4. *in argument.* 3. Ego tamen illud *paralus*, pro vanis potius acceperim; vt respexerint ad *Elilim*, nomen idolorum. Nã idolis sacrificare eo loco prohibetur, hoc est dæmonibus qui vana idolorum specie colebantur.

Alia causa reddi potest, animalis huius salacitas, superbia, & alia vitia, quæ moribus & actionibus suis dæmones studiose imitantur, vt multis ostendit Remigius, *lib.* 1. *capit.* 24. Denique hircum seu capram; *vt legimus in vita S. Radegundis lib.* 2. *quem scripsit Baudonivi Sanctimonialis eius coætanea*; induit, quia hircorum, qui à sinistris locandi est caput: sane hac vt plurimum forma adoratur. vt exemplo Edelini Doctoris Sorbonici probat Ganguinus *a*, & alijs Torquemada: idque ab antiquissimis Theseï temporibus manasse censet Remigius; equidem prius ex sacris opinor prophetarum testimonijs id deduci posse, in quibus, *Zairim*, vocantur, vt docui. Quando vult familiaritatis & fidei specimẽ præbere, catti, vel canis sumit effigiem. de cattis, quotidiana Lamiarum confessio fidem facit; de cane, Agrippa Cornelius, & Simon Magus, tales nacti paredrios. Si quis aliquo deuehẽdus, equum induit. testis de Hadingo Olaus, de Comite Matisconensi, Petrus Clunicensis, & Hugo Floriacensis *b*: si per locum angustum vel rimã subiturus, vel custodibus illusurus, vespertilio, Musculus, vel mustela fit *c*. Si qui præsentes sint, colloquium impedituri, vel quos velit latere, muscam induit, & partes aurib

A

vicinas occupans, quæ vult, insusurrat *d*: si vt gregem laceret, vt sæuiat in animantes homines ve; induit lupum: *e* si quos terrere velit aut turbare: vt Gallus gallinaceus magnus & ferociens Pachomio, (*Metaphrast. apud Surium mense Maio*) vt coruus aut vultur S. Romualdo, (*Damian. in eius vita*) vt vulpecula vero apparet Hilarion. *f*; vt canis Dunstano [*apud Surium in eius vita mense Maio*;] vt Serpens, Leonardo

B

Corbeiacenti; *g* vt draco, D. Margaretæ, & Ferd. Gunzaluo, Castellæ, Comiti, eiusque exercitui: *h* Si ad malum, specie boni, velit inducere; apparet forma Christi, vt D. Martino apud Seuerum; vel in forma Dei, vt Theodoræ viduæ; vel in forma angeli, vt D. Iulianæ *i* Denique formam capit, quæ instituto maxime sit accommodata: &,

C

quia ad omnia fere idonea est humana, hanc vt plurimum effingit, non eodem modo. Scribit vetustus scriptor in vita S. Roberti Abbatis; *Nocte quadam vir sanctus vidit malignum ad chori aditum consistere, & conari quidem sæpius ingredi, sed frustra tamen. Habebat formam rustici præcincti, nudis longisq; tibijs ferentis à tergo sportulam, & ad pectus lignum fumibus innexum. Cæpit porro producto*

D

collo circuire chorum, oculos in fratres attente conijcere si quia posset forsitan gratum sibi in aliquo cernere. At vir Dei instantius orante, & fratres à corpore excitante, improbus explorator diu frustra expectans: cum nil se proficere videret, indignabundus ad chorum fratrum conuersorum se contulit: illi quoque cunctos curiose

E

contemplans: si quos videret somnolentos, cachinnans spreuit: si noxijs cogitationibus occupatos, mirum in modum tripudians applausit. Tandem inter nouitios reperit iuuenem quendam animo ad illicita euagantem, nec nisi solo corpore illic præsentem, immo etiam clandestinam fugam

niel. Apul. in Milesia *d* Ioan. Nider. li. vlt. Formica. e Remig. d. cap. 13.

f D. Hier. in Hilarione.

g Marulus lib. 5. c.

h Roderic. Sancius par. 3. Hist. Hisp. c. 21.

i Marul. supr.

a lib. 10. hist. Fran. Torquem. dial. 3. Remig. lib. 1 dæmon. cap. 13.

b Olaus l. 3. Per. Clun. de mirac. Hugo in Chron.

c Cyril. in vita S. Da

meditantem, animaduertens igitur illum suæ sortis esse, fuscinula apprehensum, in fiscellam suam proiecit, & celeriter inde se proripuit. Cernens id vir sanctus multum pro salute illius anxius & sollicitus, mane diligenter iussit illum inquiri. Sed ille ante auroram vagus & profugus, excusso suaui iugo Christi, secutus erat inimicum. Adiunxit autem se hominibus sceleratis deditusque latrocinijs, non diu post captus est, & capite plexus, miserrime è vita excessit. Eidem in Nuptiarum pompa dæmon apparuit calamistratus, procaci vultu, & actiosus, *vide Sur. tom. 3. Iun. 7.* Maximo Rhegiensi apparuit, vt nauis & nautę recens appulsi: Euagrio, vt clericus hæreticus: Macario, semel vt messor, semel vt pharmacopola: Nathanaëli semel vt agazo agens asinum, semel vt seruus lorarius: quæ Marulus & Sabellicus, ex vetustioribus, testantur. *k.* Apelli apparuit, vt pulchra, & compta, & illecebrosa mulier: sed hic prudenter eum ferro, quod versabat, candente abegit *l.* Sed quamtumuis ille velit pulcherrimam hominis similitudinem repræsentare: quæ Dei bonitas est, tantum solet assumere, quam & qualem Deus permittit, teste D. Chrysost. *hom. 4 de Lazaro:* & ideo vel ipso inuito fieri videmus, vt qui non obesæ nimium mētis sint; semper, si attendant, fucum, queant deprehendere. Aut enim se ostendunt dæmones humano corpore atro, illuuioso, squalido, fætente, tetro, ac formidabili: saltē obscuro, nigro, fœdoq; vultu; naribus vel deformiter finis, vel immane aquilis; oris ritu sparso, profundoque, luminib. valde abditis flammantibusq; manibus pedibusque obucis ac vulturinis, strigosis brachijs cruribusq;, & admodum villosis, caprinis etiā vel asininis tibijs: vno vel vtroque pede bifido corneoque, interdum & solidungulo, interdum mutilo-

k Marulus 1. ca. 7. Sabel. lib. 10 exemplar cap. 3.
l Sosomē. li. 6. c. 28
m Sebast. Michael. Pheumat. ca. 4. Tyræus lib. 1 de appar. spiri. ca. 5. Binsfeld. malef. p. 1 ud. 12. Remig. lib. 1. dęmō. c. 7 810. 14. & 13. & lib. 3. c. 10. Ananias lib. 3. de Nat. dæmon.

A pede altero, vel vtroque demū statura corporis nunquam iustâ ac decorâ, sed cui semper adsit aliquid insolitæ notæ, & deformitatē prauitatēque dæmonis prodentis. probant ista veteribus recētibusque exēplis alij *m*: & nos iam multa in medium attulimus. Sane morituris solet maxime terrifica apparere specie, vt B. Martino apud Seuer. Sulpitium: vt Florentio illi, cui visus ore vastam flammam, naribus fumū fundens

B sulphureum [*Blasius Melanesius, in vita S. Ioan. Gualberti.*] vt B. Odiloni apud Sur. in eius vita. 1. Ianua. vt B. Oportunę ferociēs in specie nigerrimi Æthiopis, capilli & barba stillabāt quasi picē calidam & liquidam, oculi ferrū ignitum & stricturas scintillans.] *Adelelinus Episcopus in eius vita apud Sur. mense Aprilis.* cuius rei rationē Angelus reddidit B. Aichadro, hoc à Deo permitti, vt

C hic ipse terror tam terribilis visionis expiet in sanctis, si quid adhuc expiandum in illis esset reliquum: vt scribit Fulbertus, *in vita Aichadri, apud Sur. mense Septembr.*

In hoc assumpto corpore loqui illos posse & solere, testatur omnis antiquitas: quæ & oraculorum ab eis fusorum, & antrorum, quercuum, statuarumque loquentiū (de quibus actum alibi) memini: eoque pertinent etiā caluariæ seu

D capita mortuorum Gētilium, in quib. dæmones locuti: vt caput filij Policriti: de quo Phlegon *a* ex Hierone Alexandrino: caput Publij, de quo idem Phlegon ex Antisthene, caput Gabinij, de quo Plinius Senior *b*: & cranium Magi, de quo Francisc. Picus *c*: & alterius Magi, de quo Melchior Flauinus Minorita. *d* Sciendum quod omnes vitales actiones dæmonibus natura denegauit, quia proprie carent corpore. &

E ideo, non magis quam Angeli, putādi vere comedere, vel bibere potū escāue

a lib. de mirabil.
b lib. 7. cap. 52.
c lib. 7. de prænot. c. 10.
d li. de statu animarum post obitum.

corpoream

corpoream: qua de re dubitare (videtur Origenes dubitasse Dialog. 3. de Christo homine) vt censeo, non philosophicum nec Catholicum est, sed delirium sequi recentiorum Rabbinorũ philosophicum non esse norunt omnes philosophi, & optime probat Tosta. q. 11. in Exod. c. 7. Catholicum non esse confirmat S. S. Tobiæ 12. ver. 23. Rabbinicum esse patet ex Auoth Natali, vbi homo demens, scribit dæmones tria cũ hominibus habere communia, edere ac bibere, venere vti & prolẽ gignere, & mortales esse. Quis nõ rideat hæc hodie etiam inculcari ab homine Caluinista; cui Tobiæ liber non est Sacrosanctus? cum itaque loqui sit actio vitalis, sequitur loqui cũ videntur dæmones, non loqui proprie, & vitali actione, sed producẽdo sonũ in aëre humanæ voci similem & ad stantium auribus insonantem, vt notat Gregoras *e*: ad eum ferme modũ, quo quis artificiose quopiã instrumẽto; puta tibia vel tuba: sonum vocis humanæ exprimat: vel quo modo cauæ valles exceptam ac repercussam vocem articulate admodum reciprocant: vel, vt, crispi numeratione pectinis, organa pneumatica in varios accentus ac tonos solum discriminant, *lege si lubet Tostatum in d. c. 7. q. 15.* Sermone vt plurimum vtũtur, quo regionis illius incolæ, vt Psallus tradidit *f*. Sed (quod notandum, nam & hinc fucum queas deprehendere) vtũtur voce stridula, subsibilante, confusa, obscura, debili, pusilla, & quasi ex dolio, vel per testam rimosam; docent hoc Sagarum confessiones plurimæ, apud Remigium *g*. Potest autem diabolus, quando in assumpto corpore apparet, videri: & quando loquitur, audiri, à quibus tantum vult, cæteros vero latere idque naturaliter. Si nempe quoad nonnullos, & non quoad alios ex parte organi, vel obiecti adferat aliquando impedimẽtum, vt si medium impediat ita, vt per illud species ad oculum vel auditum non perferantur, vel si ipsas similitudines, prohibeat, vel quos latere vult, in extasim rapiat; ad alios vero, à quibus audiri & videri vult, sinat simulachra & sonos libere commeare, & imaginationem eorum ad alia nulla abducat *h*,

e li. 7. hist. Byzantinæ sub fin.

f libr. de dæm. omn.

g li. 1. dæmonol. cap. 8.

h Alber. & Rich. in 2. d. 8. Angl. q. vnic. de dæmon. ar. 4. dub. vlt. Ananias d. li. 3. & alij.

SECTIO VLTIMA.

PRocurare denique, vt dæmones nobis appareant, vel, vt defunctorum animas nobis repræsentẽt (quod illi facere reuera nequeunt) nullo modo licet, immo Mortale est peccatum.] Nam, vt socios vocare non possumus; quibuscum omnis familiaritas nobis est interdicta; docent D. Augustinus *i* & D Thom. Non vult Apostolus. *Nos socios fieri dæmoniorum k*. Amice ab illis & precario petere, vel recipere; est in aduersarij castra se recipere, & transfugere à Christi Ecclesia. Per modum imperij & compulsionis non possumus eos adigere, nisi quatenus sumus ad hoc à Deo delegati per exorcisticam dignitatem, in cuius exercitio diuinum imperium operatur *l*. Denique etiamsi liceret, stultum id foret: quia nihil à dæmone expectandum boni vel vtilitatis: nihil boni cõfert in homines, nisi matori permixtũ malo; nihil docet, nisi mere curiosum & futile; non obsequitur, nisi vt perdat, & æterno exitio inuolutos diræ suæ subdat tyrannidi. Ex his apparitionib. dæmonum oriri posset alicui dubium, Cur illi antiquis patrib. visibiles apparuerint adeo frequenter, nobis hodie non item? Hanc quæstionem olim Sãctus Ioannes Briglintonius proposuit S Guilhelmo Shlegtholmensi, qui respondit; *Antiquorum patrũ animo non fal-*

i lib. 2. de doctrin. Christia. c. 23. & Tho. 2. 2. q. 90. art. ..

k 1. Corin 10. v. 20.

l vide Tyræum lib. 1. cap. 15.

lux splendor & inanis gloria, sed diuina gratia illustrarat. Itaque facile illi fraudulentas inimici machinationes peruidentes seu pugiles inuicti, illum fortiter expugnarunt. Quod ille superbus non ferens, diffi illima tentationum certamina illis obijciebat, monstrosas formas, & teterrimos impetus ei ingerens, vt vi illos protruderet in peccata. Nos vero, qui facile ei obedimus, occultis tentationum iaculis, cito prosternit, etiam si nullam nobis terram speciem repræsentet.] Hactenus illius temporis scriptor, *apud Surium Octob.* 10. Addo, tum id Deum permisisse, quia minus periculi ab illusione imminebat.

QVÆSTIO XXIX.

An diabolus possit facere vt homo vere resurgat?

EMpedocles apud Laërt. *libro octauo*, & cæteri magi, contẽdunt esse quasdam herbas, quibus mortui ad vitam reuocantur. Xanthus historicus narrat herba Bali, Tillonem quendã & draconem vitæ restitutos; & Iuba refert Arabica quadam herba suscitatum alium. Sed Archimagus nostri temporis censet, de homine, non posse id dæmonem; de cæteris animantibus, posse. Sic enim naturaliter muscas submersas reuiuiscere, si in cineribus tepidis ponantur; apes similiter, si succo nepetæ perfundantur: anguillas defectu aquæ mortuas, si integræ injiciantur in acetum, & permisceatur sãguis vulturis, & sub fimo recondantur: intra paucos dies oẽs vitæ reddi: Pellicanum pullos mortuos, proprio sanguine, ad vitam reuocare: Leunculum quoque defunctum voce & spiritu parentis resuscitari: idem mustelæ iuris esse in catulos. De pellicano & Leone, scio veteres mul-

A tos graues auctores consentire. *Vicicilinum*, autem paruulam vocant resuscitatum Indi, quia putant hyeme emori, vere suscitari, vt tradit Fran. Comara, *c.* 23 *Hist. Mexicanæ*. sed bona cum illorum venia.

1. *Censeo, quæ ex putrefactione quoque nascuntur animalia, ea posse cum vitam amiserint, naturalibus remedijs à dæmone viuificari.*] quia nouit vim caloris putredinalis, & cetera ad hoc requisita.

B Notandum tamen, non fore hoc idem animal numero, quia licet materia possit adhuc esse eadem: si corrupta nondum erat: tamen anima, quæ ex eius potentia educetur, de nouo, non erit eadem cum ea numero, quæ perierat. Soliusque Dei est priuilegium posse, quod perijt, iterum idem numero reproducere: quam sententiam ceterorum, dissentiente Scoto, veriorem puto. Scotus enim & Richard. censent etiam per naturales causas id fieri nonnunquam posse *a* Contra Dur. & Marsil. neque Deũ id facere posse *b* Scotum refellunt recentiores *c*, & merito, cum à priuatione ad habitũ nõ sit possibilis regressus iuxta Aristotel. 5. *Physic.* & 2. *de gener.* D. Dionys. (*c.* 6 *de diu. nom.*) Ambros. Lact. & alij Patres, semper de hac re, vt de vero miraculo, loquũtur.

D Durandum ijdẽ Sotus, Sonci. Suar. & alij citati, tam copiosè & fortiter refellunt: vt qui eum adhuc defendere nitatur: is peruicaciæ, & temeritatis notam certe nequeat effugere. Hinc vlterius infero, cum resurrectio requirat numericam identitatem rei resurgentis, tum quo ad formam, tum quo ad materiam earumque vnionem: eandem saltem specificant: solum Ho-

E minem proprie dici resurgere, huius enim solius, quia immortalis, eadem perdurat forma: cetera animantia si quando viuificentur, improprie

dicuntur

a Scot. in 4. d. 43. q. 3. & Rich. ibid. a. 3. q. 1.
b Dur. de 43. q. 3. Marsil. in q. 20.
c Capreol. in 4. d. 43. q. 1. contra fundam. Concin. 3. Meta. q. 30. Soto in 4. d. 43. q. 1. a. 3. Tolet. 2. de gener. q. vlt. Banes. & alij ibid. Suar. in 3. p. q. 13. sect. 6.

d vide So arem d.q. 53.sect. 1. & 2.

dicuntur resuscitari *d. Quare simpliciter loquendo, nec vt infecta quidem resurgant, Satan poterit efficere.*

Censeo 2. *animantia perfectiora, & quæ ex putrefactione non nascuntur, ea naturaliter ab eo vitæ reddi non posse.*] quia requirunt perfectiores quasdam dispositiones, accuratioremque organorum singulorum præparationem, quæ non, nisi naturali seminis virtute, possunt confici. Et hoc apud Simeonem Metaphr. *in vita S. Siluestri* fatetur Zambre Magus Iudæus, qui taurum verbis in aurem submurmuratis occiderat, eum viuificari, nisi à Deo non posse. Quare si qua talia nonnunquam visa sunt reuiuiscere, penitus mortua non fuere, sed mortuis tantum similia: sicut animantia, quę certis anni temporibus immota iacent, & q. mortua, postea vere ineunte excitantur, & videntur vitæ reddita: vt accidit gliribus, vrsis, & passeri vitulino (*h vicicilino* apud Mexicum, teste Card. *e*

el.7. de vanet. c. 36.

Censeo 3. *non posse dæmonem efficere, vt anima vnius bruti, aliud corpus animet.*] quia singulæ huiusmodi animæ ex potentia materiæ eductæ, si à materia sua separes, emoriuntur. Sed quid de homine?

B

f vide Soar. & Sot. sup.

Censeo 4. *minimam vel nullam dæmonis esse potestatem*, hoc explico. Non potest facere vt homo à mortuis resurgat: siue non potest facere, vt anima hominis suum corpus subintret, & illud viuificet, informetq; hæc conclusionis pars, est fide tenenda *f*, & est philosophiæ innixa: qua definitum, à perfecta priuatione & totali, non dari ad habitum naturalem regressum. miraculosa itaq; est hæc res, quare & Deo propria. Non potest dæmon ipse illud corpus informare: quia ipse est substantia perfecta & completa, cui repugnat aliam substantiam, vt partem, compo-

A nere. Nō potest dæmon animā humanā à corpore separatā iterū illi immittere, vt eam informet: probo, quia vnicus modus est naturalis vniendi animā corpori, per generationem corporis, & creationem infusionemque animæ. Sed hic corpus non generatur. ergo hic non est naturalis vniendi modus. Supernaturalis vero modus, qualis interuenerit in resurrectione, soli Deo competit. Posset dæmon, si Deus per-

B mitteret, cogere animam damnatam subire corpus, vt illud moueat, & in illo actiones aliquas demonstret: quia sic ipse potest subire, & hanc animam inuitam cruciatu ad hoc posset compellere. Possunt etiam Magi (ex pacto) per superiores dæmones cogere inferiores: vt cadauer ingressi, illud gestent, moueant, ceteraque ad tempus faciant, quibus videantur viuere. Vt factum Louanijà Corn. Agrippa. Is com-

C mensalem habebat nimis curiosum. semel profectus aliquo Agrippa, vxori, quam postea repudiauit, claues musæi sui tradidit, addita prohibitione, ne quem ingredi sineret. Inconsultus iste adolescens, oportune, importune non destitit mulierculam deprecari, sibi copiam ingrediendi vt faceret, donec impetrauit. Musæum ingressus, in-

D cidit in *libellum coniurationum*, legit: en illi pulsatio ad ianuam turbatur; sed pergit legere pulsat iterum nescio quis: &, nihil respondente rudi harum rerum iuuene, dæmon ingreditur. quærit, cur vocatus? quid fieri iubeat? isti metus vocem intercludit, fauces dæmon: sic miser luit pœnam nefariæ curiositatis. Redit interea domum archimagus videt exsulantes super eam

E dæmones. vtitur solitis artibus: adsunt vocati: narrant rem, vt gesta. ille homicidæ iubet cadauer ingredi, & per forum (vbi ceteri solebant stu-

diosi frequentius conuenire) aliquoties obambulare, tandemque corpus deferere. Ambulauit ille ter quaterue, tum corpus concidit, diffugiente eo qui regebat. Creditum diu, hunc subita correptum morte concidisse: sed indicia suffocationis initio rem suspectam facere, postea tempus omnia diuulgauit, & Agrippa quas pectore occuluerat hereses, in Lotaringiam profugus, cœpit euomere.

SECTIO II.

C. BIICIVNTVR nobis multæ Gentilium narrationes non poetarum modo de suscitatis ope Æsculapij, Tindareo Glauco, Admeto & simil. Sed & grauiorum scriptorum. de Ere Armeno narrat Plato: de Gabieno & alijs Plinius, de Zacla Ægyptio Apuleius, de suscitatis ab Apollonio Philostratus, lib. 4. de suscitatis à Simone Mago Clemens, & Egesippus *g* de aliis à Numadio mago in apocryphis Prochorus. Mirum illud Plutarchi, apud quem Enarchus à medicis pro mortuo habitus & relictus, non multo post visus ad vitam redire: se dicebat vere resurrexisse: illosque dæmones, qui eum vita eduxerant, grauiter ab ipsorum Principe increpitos fuisse, quod eum, pro Nicauda coriario rapuissent: qui eodem die & hora febre correptus, cum in lecto iaceret, eo morbo decessit: Neque hac re contentus, ad testandam resurrectionem suam. Plutarcho, qui tunc laborabat, breui incolumem eum fore præ. dixit: atque ita contigit.] Polychronici auctor Ranulphus *h* narrat Comitem Richardum quadam nocte solum, orationis gratia, ingressum in templum: inuenisse ibi mortui capulum, in quo cadauer erat repositum. *Dum autem Comes oraret, subito mortuus ille magno cum strepitu è feretro, exsilijt, ac extensis brachijs, quasi in amplexus eius ruiturus, ad Comitem accessit. Quem cum Comes signum crucis fronti suæ imprimens, frustra intensius vt recederet aduraret, stricto gladio illum dissecuit: & exinde statuit per totam terrã circa funera vigilias celebrari.* [Vtroq; admirabilius est, quod ex Guaguini, descriptione Moscouiæ, nunc adijciã; *Populos* scribit *quosdam in Lucomoria, regione Russiæ, habitantes, quotannis 27. mensis Nouembris die, vt solent hirundines & ranæ, sic & ipsos præfrigoris brumalis magnitudine mori: postea redeunte vere 24. Aprilis die denuo reuiuiscere. Addit hos, cum sibi mortem imminere sentiunt: merces suas certis locis deponere: quas Grustensij & Serpono vutzij vicini populi, suis mercibus interim æquiualentibus eodem loco relictis, auferunt. Illi reuiuiscentes eas merces, si iustæ videantur, pro suis accipiunt: sin minus, easdem repetunt. Vnde lites & bella sæpissime inter eos oriri dicuntur.*] Verũ item narrans Sigismundus liber Baro *fol.* 86. *Moscouiæ* habet pro fabula.

Quare his omnibus & similibus exemplis succincte respondendum. *Multas solere esse illusiones dæmonum circa huiusmodi.* Aliquando corpora mortuorum suratur, & substituit alia aërea: quę mouet instar viuentium: sic abstulisse eum corpus Romuli scimus ex Liuio, & Cleomedis scimus & Alcmenæ, quã etiam Rhadamanto datam fingunt vxorem: & Aristeæ Proconnelij, ex Plutarcho, & Herodoto: item Aspalidis & Ctesyllę, virginum, ex Antonino Liberali *a*. Sic alios ad tempus substituit, pro Glauco, Tyndareo, Ero & similibus vel ipse subiuit eorum exuuias.

Nam aliquando etiam vt quæ vere cadauera sunt, fingat viuere, ipse illa subingreditur: &, sicut nauta solet mo-

uere

g Plato l. 10. de rep. Pl. l. 7. cã 52. Apuleius in Milesia l. 1. Philostr. l. 6. de vita Apollon. D. Clemens in Itinerario, & Egesip. l. 3. de excid. Hieros. c. 2. Plutarc. l. de anima. *h* l. 6. c. 7.

a Liuius l. Plut. in Romulo Herodot. l. 4. Antonius Liberalis in Transfor. ma.

uere nauim, sic ipse illa mouet, & viuentium similia cogit opera, gestuq; imitari. huc referendum illud Simonis Magi factum, quod obijciunt: huc illud de Richardo Comite: huc illud de Ero Pamphilio seu Armenio: nisi hoc potius à Platone conuictum, vt metu inferorũ homines à peccando deterreret, vt Iustinus Martyr censuit, *in Paræneſi*; huc illa de Gabinij, Polycriti, Publij capitibus fatidicis; huc illud Apuleij de Socrate cuius absciſsum caput veratrix copa, cum amputasset, iterumque iniecta spongia coniunxisset corpori: postridie miser, dum contra iussum in flumine bibit, excidente spongia, caput amisit. Nam huic vere caput præsciſsũ fuerat, simulatè dumtaxat redditum: huc pertinet, quod de Agrippæ omeotrapezo narraui: huc alia tria quæ narrat Nicolaus Remigius *lib. 2. dæmonolat. c. 1.* huc quod à Philostrato, *Heroicor. Dialog. 1.* narratur Phrygios Pastores, cum pecudes pestilitate absumerentur, in Sigæo, ad Aiacis Telamonij sepulcrum congregatos, varijs maledictis defunctum laceraſse: vnum ceteris petulantiorem Homeri versus *b*, quibus Aiacis fuga describitur, cantillare cœpisse, αἴας δ' ὀυκέτι μίμνεν tum vocem truculentam è monumento erupisse, ἀλλοὸ ἰμίμνον, & pastores perterritos in fugam egisse. vocis enim auctor hic dæmon: huc denique pertinet: de Germano iuuene admirandum, quod sequente quæstione narrabitur. Nisi quod illic finxit occidi, qui occisus non erat, sed abstractus à sensibus decollari se putabat, cæteri quoque præstrictis oculis idem arbitrabantur. Nec enim illi caput præsciſsum fuit, nec restitutum, sed omnia fuere præstigiosa.

Hoc modo fictę resurrectionis exemplum subdam vnum, quo antiquitas nullum nec certius, nec mirificentius prodidit. Historia Dalhemij accidit in Lotharingia anno 1581. inter Petroniũ Armentarium, & Abrahelem succubam. quo pacto ab hac ille perductus sit primum in nefarios amplexus, deinde in proprij filioli parricidium: denique ex mœrore & desperatione, & ficta filioli resurrectione ad idololatriam: & quo pacto dæmon viuo similem præstiterit anno integro, deinde cadauer destituerit, eleganti imprimis carmine graphice admodum exhibuit vir præstans, Nicol. Remigius *lib. 2. Periocha. 1.* quod asscribam eo libẽtius quo æquius melius: quia (malo more, nec ferendo nuperi typographi, detractis carminum libris, mutilum eius de dæmonolatria opus ediderunt) facilius seruabitur, quo pluribus locis legetur:

Est Vasti regni medijs in finibus ora,
Inter arenoſi sinuoſa fluenta Moſellæ,
Et Sarræ rectos immoto littore curſus:
Pagus in hac celebri non multum nomine Dalhem,
Illic dum paſcit semota in valle bubulcus
Armentum, & varios curarum corde volutat
Fluctus: forte rei angustæ pertæsus inquam — Causa.
Sortem aut vltrices meditans ardentius iras,
Illatum ob damnum, aut inimicæ iurgia linguæ:
Ecce inopina vltro seſe infert succuba multum
Virgineo pellax vultu, gestuq; decore — Gressio, & corpus assumptũ Inductio.
Tota ementitis caput exornata smaragdis,
Inque orbes vtrimque comas intorta nitentes:
Solatur mœstum: vocat in spem se potiundi,
Atque inopum votu frustra tam sæpe vocatas

b Ilia ὁ

Spondet opes , vel quas auritus poscere Iacchum
Rex nolit: sua si non ire in verba recusset
Qualu ab alternis animatus follibus ignis
Lambit anhelando dum fiat ductile ferrum:
Vt facilem monitis, & ad omnia iussa paratum
Pactum — Trux habeat, nullas suadendi negligit artes.
Iam placet alterius tam blanda lege subire
Imperium , pactoque fides firmatur vtrimque.
Concubitus. — Itur in horrendos amplexus, iungitur impar
Absurdo coitus venus. irrediuina nefandos
Extemplo moritur libertas inter amores
Ac veluti infesto serpentum saucia morsu
Membra sequax spargunt sic toto in corpore virus,
Ipsa salus sese satis oportuna saluti
Vt dare non possit , vel si se experrigat omnem:
Integrum amatorem sic occupat Abrahel ista
Illuuie (indiderat namq; hoc sibi pesima nomen)
In quasuis domitū leges, vt flectere possit,
*Dure dictum, & falso interpretetis, de vehementi ac violenta persuasione, & dura seruitute, libera tamē manente humani arbitrij libertate. Veneficiū — Arbitrio penitus nullo *fandi atque nefandi.
Nec mora , confestim spoliatæ præmia poscit
Prima pudicitiæ fac pars, ait, vt sit amoris
Aequa mihi tecum. Nulla constare magis re.
Posse id, quam facinus si patret victa furori
Quo natura nouo patrium submittat amorem.
Ergo cum sera iam luce coegerit omnem

A

In sua testa gregem , & se lare denique paruo
Condiderit: primum vt se dulcis adoscula natus
Inualida imixus concedet brachia collo,
Depromptum per a(quam dum is perquirere gestit
Rure reuertenti sæpe est expertus inanem)

B

Exporgat malum hoc. vix primis morsibus illud
Attigerit, cum dente fremens, offensus acore,
Liuidus extremis labijs titubanter abibit,
Pone premens refugam constrato corpore terram,
Hæc aquis oculis ea dum mandata facesst,

C

Si spectare queat eo demum pignore amorem,
Qui nouus hæret adhuc, testatum firmiter iri.
Tale horrere nefas primum, dubiaque furorem
Naturamq; inter sese committere pugna:
Sed qui hostem firmum vacuam intromisit in arcem,
Hic eius dubitet mandata capessere frustra:

D

Cum prece si blanda primo nil impetret, audax
Imperio, actutum in violentam transeat iram,
Sitque illi semper præsens pro lege voluntas.
Iam re ducem vesper , qui tanti conscius esse
Debebat sceleris , gunqsti in limine diris

E

Stiterat innexum patrem: cum filius vltro
Obuius amplexu multam de more salutem.

Inge-

Parricidium.

Ingeminat, pedibusq; micans & blæsulus ore:
Nil magis ille inhibet tamen impia vota, sed audens
Pergit crudelis feralia munera lethi
Porrigere. Infandi fit natus victima amoris,
Non horrente manu propria mactare parente.
Extemplo, quæ se concludi passa latebris
Abdiderat natura suis vehementior exit,
Insurgitq; potens luctu: quem questibus agris

Desperatio.

Atq; inconsulto fletu dum pascitur, adstat
Momento cedit monitrix, solatur, & vna
Lucem instaurandam puero, redituaque fata
Spondet, si ex animo supplex id se oret adorans.
Versuram facilis, quantumuis fœnore iniquo,

Idololatria.

Admittit, totum qui se decoxerat ante:
Ac fœdi nati maculatos cæde penates
Dum cupit inconstans quauis ratione piare,
Conscelerat magis & funestat acerbius illos.
Nam primogenibus se aduoluens dæmonis illum.
Seu præsens Numen veneratur. deinde puellum,
Si modo vitales iterum sibi postumus auras
Eius carpat ope, acceptum illi spondet habere:
Qualis vbi irato glomerantes prælia venti

Ficta resurrectio pueri vere mortui.

Incumbunt pelago, tremit artus nauita, multum
Ambiguus vitæ, & votorum prodigus omnes

A

Ordine sollicitat Diuos, precibusq; fatigat.
Restabat tumulo proiectum terga cadauer,
Extremum fugiens vbi vita reliquerat illud,
Et maturabat funus tardissima mater:
Ecce manus inter tractantis visa mouere
Membra, suoq; iterum sensim superare calore,

B

Lumina semianimes deiectis qualia ocellis
Monstrant, vel quæ vix somno se mersa resoluunt.
Hæc instaurata præter spem signa salutis
Arripiunt animis hilares, quantaque fouendo
Sedulitate queunt, prostratos viribus artus

C

Nunc hos, nunc illos reuocant ad munia vitæ.
Surgit inque pedes se extemplo dat puer, infert,
Deinde gradum, & nota compellat voce parentes:
Solum ab eo varius, quem se monstrauerat olim,
Quod turpi contracta cutis macie afferat ora,

D

Quodq; recedentes oculos stupor occupa alter.
Hac igitur specie desertos hospita sensus
Vita animat rursum suetaque redintegrat auras:
(Virbius vt quondam intercepta est luce potitus)

E

Sed non mens eadem sedet, & non qua ante fouebat
Spiritus efficio vitam molitur eodem,
Verum agitat pigram vitæ sub imagine molem

Organicus dæmon, morefq; imitatur agendo:
Spirans quos olim præ se natura ferebat.
Tandem quoque sese in sua terga reuoluerat annus,
Momento & solidum cursu compleuerat orbem
Deserta vacuas sede statione relinquens,
Sulphureo nidore fugam, strepituque fragoso
Prodidit, atq; olidas pulsans erupit in auras.
Tum ruit auersum geminata morte cadauer.
Consequitur putris tantaq; grauedine fœtor:
Qualis inoffenso sensu hunc oblimet inertem
Quantumuis stupor, & late vim excludat odorum,
Non queat humanis admitti naribus. ergo
Raptatur tectis impacto mordicus vnco,
Atque inhonorati puro sub cespite terræ
Conditur exsequijs: ipsum se horrente parente.
Naturam probro qui sic pudefecerat amens.

Fraus dæmonis detecta.

D Denique fingit mortuos, qui reuera non mortui sunt, ad hoc vtitur non raro commoditate morborum naturalium: quos ἀφόνους vocant: veluti si sint apoplectici, siderati, vel attoniti: qui cerebro communi neruorũ principio vehementer afflicto, iacturam faciunt sensus ac motus membrorum omnium, & sic sensu motuque defecti, quasi mortui concidunt iacentque 2 si καρῶ corripiantur, quæ est capitis quædam percussio, cum debili febre, humoribus sic cerebrum infestantibus, vt totius inde corporis stupor & immobilitas consequatur: quam comitante profundo somno, tit vt homo clausis oculis demortui. specie, longissimo quandoque tempore sic iacet, ac si mortuus esset. 3. si patiantur λιποθυμίαν, seu syncopen & animæ deliquium: qui morbus, ad ea quæ diximus, addit aliquando motus arteriæ, pulsusque amissionem: quæ passio reddit hominem vero mortuo quam simillimum & durat donec frigidorum humorum intemperantia & impetus dissipetur, tali morbo laborans (*teste in Elog. Iouio.*) Io. Duns Scotus, viuus pro mortuo sepultus interijt. Tali morbo censuerim laborasse Euarchum illum Plutarchi, nec quid quam momenti habet prædictio illa, quæ ex humanæ etiam prudentia, & crisi medica, potuit manare 4. Si fœminæ sint, quæ matricis strangulationes, & ictericas passiones sustinent, ob quas multum aliquando tempus, velut mortuæ solent iacere *a*: talem fuisse Apollonij illam puellam, deprehenditur ex ipsomet Philostrato & Eusebio *libro cont. Hieroc.* talis etiam fuit puella Heraclidis. In Auiola & Tuberone, vis ignium frigidos syncopes humores discussit. De Lucumoriæ incolis, fortassis vere responderim, ab ipso auctore ex aliorum tantum relatione, vt fabellam narrarit: ideo toties repetit verbum *dicitur*. Si tamẽ res vera narratur, referenda ad dæmonum præstigias: quę partibus illis valde grassantur (vt patet de Neruorum Lycanthropia) & incolæ putandi interea somno consopiti, vt glires ac vrsi solent.

Ex prædictis illis dæmonis fraudibus nata persuasio strigum quædam valde ridicula: credunt enim aliquando boues, vel arietes, quos occiderunt, & elixos assolue comederunt, eosdem

a Testes Æginet. Celsus, Ioannes Philoponus.

postea numero à dæmone suscitari. Huius dæmonicæ technæ modos haud est difficile varios deprehendere. Primo id facere potest præstrictis oculis intuentium: immisso nempe in organum humore, vel alia impressione, aut commotione spirituum, ab imaginatione orta, & perducta ad sensum communem, & organa sensuum externorum: quo solent descendere simulacra & species impressæ commotione & obiecto rei sensibilis: & ibi solent hæ species conseruari, atque adeo sæpe mouere ipsum apprehensionis principium, vt sensus exterior sibi æquè affici videatur ac si ab obiecto exteriore vere immutaretur. Vt solet in somnis accidere dormienti: potestque Diabolus id etiam in vigilantibus efficere: quia res istæ corporeæ substantijs incorporeis, quo ad localem motum obediunt. Hic modus est iuxta sententiam D. Thomæ, *quem lege de malo, q. 16. art. 11.* *Secundo* potest hoc fieri suppositione. quid enim prohibet dæmonem, ne bouem mortuum cum pelle & ossibus alio deferat, & bouem similem huic viuum supponat quam celerrime, ita vt mutationis subitatio lateat astantes? & interea, dum cadauer aufert, & bouem alium reponit, potest per interpositionem alicuius nubis, vel præstigij alterius, efficere, ne astantes videant locum esse vacuum & bouem ablatum. *Tertio* potest (quod ait Spineus striges nonnulli confitentur) perficere vt quando Rex vel Regina cursus seu conuentus virga corium, in quo collecta & congesta sunt ossa, percutit, tunc confestim dæmon aliquis pellem illam subeat, coniungat, compingat, & figuræ bouis adaptet, molemque sic erigat, regatque, vt verus idem bos suscitatus videatur. *Quarto* potest corpus bouinum ex aëre efformare totum cum noua pelle, & nouis ossibus, vel aliud corpus aëreum compaginare illis ossibus reliquis, & inserere relictæ pelli, & ad tempus quoad opus, sub illa pelle conseruare ac mouere, & facere vt ambulet, ac mugiat: & cum necesse, illud postea deserens, videbitur bos mortua corruere. *Vnde* (ait Spinæus) *à strigibus communiter asseritur, quod reducti tales boues, suscitati vt sibi videtur, ad stabula dominorum suorum ex mandato Domini vel Dominæ cursus, infra triduum moriuntur, quasi macie in horas deficcentur ex toto: & tremulatæ postmodum, quæ videbantur carnes in præacentem materiam (scil. aëris) citò resoluuntur.*] vide Bart. Spineum. q. de Strigibus capite septimo.

Sed vt ad morbos illos reuertamur, Christi Domini, & sanctorum virorum miraculosæ suscitationes, facile à morborum illorum cessationibus discernuntur. quia in fidei testimonium, solo iussu, aut prece ad Deum fusa, nullo temporis discrimine, aut mora, patrabantur: quandoque etiam corpore per tabem dissoluto, fætenteque, vt contigit in Lazaro: in morbis vero istis corpus absque corruptione & fætore perseuerat: quandoque redintegratum corpus plane dilectum, discerptum dilectumque *a*: aliquando post longissimum tempus, vt D. Maurilius puerum à septennio mortuum *b*, & triennio exacto S. Stanislaus Petricum quendam ad ferendum veritati testimonium pro Ecclesiæ iure contra Boleslaum *c*. vide plura de hac re apud Michael. Medinam *lib. 2. de fid. capite septimo.*

* * *

a D. Stanislai vita, apud Sur. Mal. 8. tom. 7.
b Fulgos. l. 6. ca. 9. Marulus l. 4. c. 10. & li. 2. ca. 12.
c Dubravius lib. 8. & Ioan. Congin. d. 10. 7. S. Iij, c. 5.

QVÆSTIO XXX.

Quid Magia possit in ipsos cacodæmones?

PEriere libri veterum quorundam hac de re perscripti: scripserat enim Bartiades librum *de Paredris*, & Campestres opus *de Catabolicis infernalibusq;*, quos citat Fulgentius *expositione Morali in Virgil.* ex alijs ergo subsidia nobis sunt petenda, maximè ex veritatis lapide Lydio, sacra Theologia, ex Historijs probatis.

Constare arbitror cuiuis Catholico, nihil magis virium esse in bonos angelos vel animas beatorum: in malos verò nihil etiam potestatis habere, nisi ex pacto. fingunt itaq; dæmones se à Magis cogi, quibus sponte obtemperant, vt plures irretiant & retineant irretitos. Quod nunc est paulo enucleatius declarandum.

Si de bonis spiritibus, siue angelis quæras, ijs competere etiam natura vim aliquam arbitror malos cogendi, vel saltem compescendi, non tamen promiscue Naturaliter quidem id posse, quoad dæmones, qui sunt inferioris ordinis & hierarchiæ, non tamen exercere hanc vim, nisi Deo iubente vel permittente: quoad æqualis verò hierarchiæ atque ordinis dæmones, vel etiam superioris, nullam habent vim cogendi naturalem, sed tantum accipiunt aliquando peculiari Dei cõcessione, & quasi delegatione. Idem dicendum de malorum vi in malos, (quos inuenio distingui in *Pythonicos*, hoc est vaticinatores, in *Paredrios*, hoc est familiares seu accessores, in *Catabolicos*, hoc est à quibus obsessi dire affliguntur & in terram eliduntur, qualis erat ille de quo in Euang. *d* & in *Oniropompos*, vt vocat Irenæus non semel, hoc est malorum somniorum auerruncatores vel ostentatores bonorum, omnia enim hæc genera fingunt se Magis obtemperare, & in his omnibus commune est, aliquos esse superiores, aliquos inferiores. Sed vt Angeli boni sibi superioribus sponte & alacriter obtemperant: sic è contrario cacodæmones superioribus suis, vt praua mancipia duris dominis, aut imbecillior tyranno potentiori, non nisi inuiti & malo domiti obediunt. Quare, quæ inter dæmones ordinum, ex quibus exciderunt, adhuc ratio habetur, illa sane non est vera atque propria subordinatio. nam ei deest ordinis ratio formalis atque perfectio, quæ per media subordinata, in vnum vltimumque finem dirigitur.

Quo sensu verissime Iobus negauit *e*, vllum apud inferos ordinem reperiri Ordinum duntaxat quædam imperfecta, siue materialis, vt vocant, vbi distinctio reliqua, quæ vsque ad mundi finem duratura. Hoc sensu cum Cassiano Theologi *f* ordines dæmonũ agnoscunt. quod non obscurè confirmat Apostolus scribens ad Ephesios: *Aduersus Principes & potestates*: cap. vlt. vers. 12. vbi vides choros duos nominari, cum de dæmonibus agat. Ex hoc naturali robore & ordinis dæmonum præcellẽtia nascitur quoque Magorum quorundam in alios Magos vis atque potestas, quà vel effectus aliorum impediunt, vel inuicem arte sua male mulctant, & necant, Deo permittente. hæc enim ipsorum concertatio, est quasi quidam conflictus dæmonum, quibuscum illi Magi certantes sunt fœderati. Vnum certamen in Burgundia peractum, narraui præcedenti libro. Alterum accipite compertum

d Luc. 9. v. 38. & 42. Irenæus lib. 1. de hæres. Simon. & de hæres. Carpocr. cis.

e ca. 9. v. 22.

f Cassian. collat. 8. 14. & 16. D. Thom. p. q. 109. art. 1. & 2. Paludan. & alij.

relatione

relatione fidorum. Concurreraat in aulam Anglicanæ Reginæ duo magi, iucundum exhibituri spectaculum, pacisc untur singularem, vna in re sibi inuicem parendi necessitatem, prior iubet alterum per fenestram despicere: quod cum facit, enatis subito ceruinis ex capite cornibus, cunctorum sannis & ludibrijs diu fuit appetitus. Quare, quam impotens iniuriæ, tam cupiens vindictæ atrocioris, pingit carbone humanam in pariete effigiem, tum priori Mago imperat, subire effigiem illam, & parietem cessurũ ingredi mortem sibi cernens præsentem, horrere hic, & deprecari. Vrgere alter conuenta: subit ergo coactus, & visus corpori paries locum dare ingredienti: sed ingressus nusquam postea comparuit. videlicet superior dæmon eum occiderat, & corpus in desertum, vel speluncam alicubi abdiderat. Tertium adscribam. C. Germani *g* verbis, vt rem compertam sibi narrantis, *sicuti* (inquit) *præstigiator quidam nobilis, in diuersorio publico in N. Hospitis famulum ita petentibus reliquis conuiuis, decollauit, cum autem ei rursus caput imponere vellet, animaduertit adesse alium Magum, qui eum in hoc proposito impediret. Rogat hic eum, ne hoc faceret. Verum cum admonitiom repetitæ alter non pareret, præstigiator in mensa lilium exescere fecit, cui cum caput & flores amputasset, concidit statim absque capite de mensa Magus ille, qui alterum impedierat, & præstigiator absque vllo impedimento famulo caput imposuit è vestigio, & ex hospitio vrbeq;, ne à magistratu, propter commissum homicidium, deprehenderetur, aufugit.*] Hic præstigium fuit in simulata capitis primi abscisione, & etiam repositione, item in lilij productione & detruncatione certamen fuit inter magorum dæmones, quorum inferior satis fortis erat, ad impediendum vim præstigij, potentiori tamen coactus (non opinor inuitus) cedere in clientuli sui nece, qui vere interemptus. Quartum sit de Zytone Bohemo; illo mirifico præstigiatore cum Bauaricis contendente. rem gestam narrat Ioannes Dubrauius. *a VVenceslaus* (inquit) *Imp. & Boemiorum rex, affinitatem cum Principe Bauariæ Ioanne iniit, ducta in vxorem filia eius Sophia. Socer, vbi generum ludicris spectaculis & magicis præstigijs delectari cognouit, plenum ludionum & præstigiatorum plaustrum secum Pragam vexit.*

Ibi dum præstantissimus artificum ludibria artis ad permulcendos oculos explicat, adest inter spectatores Zyti VVenceslai Magus, ore vsque ad aures dehiscente, accedensque propius, artificem illum Bauari cum omni apparatu protinus deuorat, solos duntaxat calceos quia luto obsiti videbantur, expuens. fecessumque inde petens, ventrem, insolita esca grauem, in solium aqua plenum exonerat, præstigiatoremque adhuc madidum spectatoribus restituit, passim deridendum adeo, vt cæteri quoque eius socij à ludo desisterent.] potentior hic fuit dæmon Zytonis, illud de deuoratione merum præstigium fuit, sed fere abreptus miser, in solium aquæ fuit iniectus à dæmone, non per alui vias egestus. Quinctum erit ex Olao *lib. 3. ca. 20.* apud quem *magus quidam Gilbertus cum Catillo præceptore de artis præstantia contendens, cum exiguum bacillum characteribus Gothicis vel Ruthenicis inscriptum, à præceptore proiectum, manibus apprehendisset, statim obriguit, & insulæ lacus. Veter dicti apud Ostrogothos in cauerna subterranea feruntur ligatus.*) Sextum suggerit Saxo Grammat. Hist. Danicæ *lib. 1.* de sene quodam, quem magum fuisse summum, vel inde probatur, quod Biarmenses, huius artis fiducia feroces vnus

a Ioã. Dubrau. Epis. Olmuzienzis rerum Boemic. l. 23.

g N. l. 1. de Lamijs c. 3. n. 19.

omnes

omnes superarit, prolixa narratio est, ideo legere volenti, ad Saxonem, indicem intendi, vbi ille prælium Hadingi & Thuningi describit. Huc lubens retulerim certamen Calchantis & Mopsi vatum, quod Calchanti exitium attulit victo. narrant Græci. *b* hæc ergo dæmonum in dæmones, & magorum in eosdem potestas.

b Strabo Grego. l. 14. & Eustach. in Homeri Iliad. primum.

SECTIO II.

SANCTI *vero homines frequentissime coercendi dæmones potestatem à Deo admirabilem acceperunt*, vt innumera testantur miracula, quibus illi malos hos vicerunt & profligarunt. *Eadem vis Sacramentis, Sacramentalibus & exorcismis Ecclesiæ semper Catholicæ competit, neque extra illam vis ista reperitur.* *c* Videntur nostris exorcismis, olim quidam similes à Salomone instituti, viguisse apud Hebræos probatur, id non ex Iosepho tantum *d* & origine, & D. Epiphanio, *e* sed & ex Saluatoris nostri verbis, Iudæos refellentis, quod dicerent eum dæmones in Beelzebub eijcere *f* *Filij* (inquit) *vestri in quo dæmonia eijciunt?* quod quam ad Apostolos, rectius referri ad ordinarios Iudæorum exorcistas, meritò viri docti censuerunt. Nondum enim, cum hęc dicebantur, Apostoli ad prædicandum missi fuerant, & hæc potestas illis postmodum concessa. *g* Et discipuli eandem, quam magister calũniam sunt passi, vt eis Iesus prædixit, apud Matthęum. Quare non satis efficaciter Apostolorum vel discipulorum suorum exemplo Dominus fuisset vsus: quia statim Iudæi respondissent in eodem ipsos, in quo magister, nomine hęc efficere. Crediderim Salomonem hos exorcismos instituisse; quo tempore adhuc Deo adhærebat: ideoque in illis virtutem diuinam fuisse operatam, & fortasis vim aliquam ex ipsa Dei institutione habebant; non tantam opinor, quantam hodie Cathol. Ecclesiæ exorcismi. Quod si contendas compositos à Salomone, cum esset idololatra; tunc necessario illos annumerare cogeris, cum D. Tho. & Victoria, Magorum incantamentis: quorum vis omnis posita in pacto cum dæmone. Sed magis placet prior sententia.

c vide hoc docentes Petr. Tyrsp. de dęmonia. p. 3. Bosium de Not. Eccl. Bellarm. & alios, contra Nouatores.

d l. 8. antiq. c. 2.

e Orig. hõ 35. in Mat Epiph. in hæresi Ebionitarũ

f Luc. 11. v 19. Matth 10. in prin g d. ca. 10. v. 15.

Itaque cum vis omnis magorum in dæmones, pendeat & oriatur ex fœdere cum ijs inito: sequitur sanè, si Magus pactum habeat cum dæmone superiore, non posse Magum vim facere huic dæmoni superiori; posse tamen per ipsum dæmonem superiorem, ex pacto famulantem, iuuantemque inferiores cogere, ad aliquid faciendum, omittendumue, & impedire ne perficiant, quæ alias potuissent: vt probatur ex Caldæi illius Magi querela apud D. Augustinum, *h* qui *conquerebatur, purgandæ animæ magno molimine frustratos sibi esse successus, eo quod vir ad eadem potens, tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent.*] ligauit ergo vnus dæmon, quod alius soluere nequiuit. idem docet Euseb. *i* & apertissimè Cynops magus apud (quisquis ille fuit) Prochorum *k* vbi *cum D. Ioannes dæmones interrogaret, cur Cynopi parerent, vnus eorum respondit: quia omnis virtus Satanæ in eo habitat, & fœdus ac pactum habet cum vniuersis Principibus nostris: & nos cum eo pariter pactum habemus. nam & nobis obsequitur Cynops, & nos illi.*] citra tale pactum inutilis est omnis magorum in malos gentios conatus, cum ex pacto (vt doctum q. 2.) tantum operentur. *l*

h li. 10. de ciuit. Dei c. 9.

i d. 4. cõtra Hierocl.

k in vita D. Ioan. c. 14.

l vide Diu Augu l. 2

Hinc

sup. Gen. ad litt. & Frat. de Vict. de Magia à n. 24.

Hinc intertur primò mentitum Apollinem cum mago respondit, Κλυθί μοι ὀρθίθλοντ' ἐπεί μ' ἐπιδησας ἀναγκη. *Audi me non videntem, quia me illigasti necessitate.* apud Euseb ex Porphyrio. Nam spontè respondebat, sed fingebat se cogi formula septies repetita, quam ipsemet instituerat, vt patet ex alio fragmento apud Euseb. libr. 4. de demonstrat. cuius initium Κλυίζειν Ἐρεβου, &c. Deinde & illud fictum, quasi Supplicis, λύετε λοιπὸν ἄνακτα, βροτὸς θεὸν ἐκτὸς χωρεῖ, *Soluite iam regem, mortalis Deum non amplius capit. de senequissimus dæmon loquitur*, & solui à mago postulat. Præterea vanam esse iactantiam Magorum, de potestate dæmonum spectrorumque eliciendorum, nec vllam eius vim esse herbę Cynocephalæ siue Osiriti, vt nugabatur Appion; *m* vanam etiam Numæ iactantiam & ceremonias, *n* fictas etiam, vt ex mero pacto, citra vim cogendi, natas alias Siciditæ Magi apud Nicetam & Theodori Santibarini apud Zonaram, *o* & Ioannis Teutonici visiones: de hoc vltimo, adscribam, quod legitur apud auctorem Adagiorum Germanicorũ, *p* quia quorundam iactantiæ, qui quæ ipsi non fecerunt, & fumosas imagines maiorum crepant, ipsi degeneres, retundendæ idoneum, nec illepidum. Scribunt ergo eum licet nothum, eruditionis titulo clarum, ad Halberstadensem Canonicatum euectum, qui non nisi nobilibus concedi solitus, commune nobilitatis malum, superbia, faciebat eum contemptum collegis, molestum id ei, tandemque mederi malo constituit. collegas inuitat ad conuiuium, & lautissime excipit. inter cæteras conuiuiales festiuitates, injicit mentionem acroamaticis magici, & quærit, num suos singuli parentes adspicere cupiant? Illi ardere studio videndi, tandem elicit iste malo carmine vmbras deformes coqui, stabularij, morionis, rustici personæ, quorum facies in paternis ædibus illi aliquando vidisse se fatebantur. suum quoque patrem exhibui habitu canonici, pingui aqualiculo. Dimissis vmbris, *Eia*, inquit, *dicite fide bona, eccuius patrem nobiliorem iudicatis?* metu perterriti, & pudore suffusi, suam quisque domum repetiere, nec vltra Ioanni vitium sanguinis exprobrauere. Item sequitur, idem iudicium esse debere de veterum Deorum ex vrbibus solemni euocatione, cuius formulam Sammonicus Serenus apud Macrobium tradidit. *a* Sanctis hominibus hanc à Deo potestatem non rarò concessam scio: cæteros mitto, S. Stephanus Episcopus Diensis, *dæmonibus, qui populum auertebant, ne illi auscultaret, præcepit, vt palàm se eis visendos exhiberent: isti parent & apparent procera ac immani statura nigerrimi, cornuti, fœtorem & flammas spirantes.*] Surius in eius vita Sept. mense.

a Macrob l. 3. Satur. c. 9.

m Pl. l. 30 ca. 2.
n Plutarc. in Numa.
o Nicetas Chrõ. li. 4 & zonaras tõ. 3.
p In Adag. Qui quæ vult dicit quæ non vult audi.

SECTIO III.

NEGATVR secundò *nulla verba* (quia in re lapsus videtur Grillan. q. 3. nu. 23. qui coactionem agnoscit) *nullas res corporales habere facultatem directè & per se dæmonem cogendi, vt appareat, accedat, fugiat, aliquid faciat, vel facere desinat.*] Nulla namque corporalia robur substantiarum spiritualium, ac separatarum possunt æquare: *b* Ideo nihil ab his naturaliter dæmones pati possunt, licet queant supernaturaliter. Quare non assentimur Magis, cùm varia producunt remedia naturalia contra dæmones, vt Hermes, qui suffumigatione ex ligno aloës, vel ceti

b D. Tho in 4. dist. 7. ar. vlt. & in c. 41. Iob. lect. 3.

spermate dæmones congregari, suffumigationeex sulsure fugari, tradidit, vt Porphyrius,& Proclus, qui similia multa,& quidam apud Hippocratem, e qui adhuc inaniora nugantur: Non assentior hæreticis,qui exorcismis, & cunctis rebus consecratis ac benedictis vim supernaturalem omnem detrahũt, d Tyreus contra quos alij egerunt. d Nec placet catholicorum quorundam credulitas vel superstitio; qui rebus etiam non consecratis,vt hypericonti,rutæ, cornibus,stercorique caprino,balneis, item flagellationibus eam vim adscribunt, vt putent ipsum his dæmonem male affici,irritari,vel exagitari. flagellationibus huiusmodi, dum corpus obsessimis affligitur, morbus magis accenditur & augetur, quare & deterius æger afficitur, & ex ira atque tristitia cumulantur dispositiones atrabiliariæ dæmoni optatæ. sic stulti dum dæmoni nocere volunt, eum iuuant. nec aliud quidquã hic inuenias dæmoni molestũ,quam quod in alio se, quasi flagellari æstimet, & qua est superbia doleat.

Sed hoc vnum, vere tanti apud hos plagosos esse non deberet. fecere id Sancti aliquando,sed horum flagra, vt & voces;& sola præsentia, dæmonem miraculosè cruciabant. Balnea melancholico humori purgando conducunt. Rutæ & Hypericonis foliola flatus absumunt,& humorum perturbationi,quæ à flatibus prouenit,sedandæ mirè prosunt. e Stercus & cornu caprinum acri suffitu eadem discutiunt, & ringitur etiam superbus ille se in alio rideri, ac ludum fieri. Optimè igitur animaduersum à Conrad VVimpina,& Fr. Valesio, f frequentius à dæmonibus inuadi eos, in quib. bilis atræ maior est copia, quia succus iste cum primis idoneus est, vt homines in furorem & insaniam vertantur, quod dæmones optant summopere. quare & atrabiliarijs maximè insidiãtur, & morbos,vt plurimum inferunt melancholicos. Vnde consequitur, quod cum corporalem materiam non possint transmutare, nisi actiua passiuis applicent malè illos habere, si corporeis huiusmodi rebus adhibitis, dispositiones eorum malitiæ ac dolis aptę expellantur, & contrariæ prorsus introducantur. Igitur quæcunque res corporeæ inducunt in corpus patientis dispositionem contrariam dispositioni requisitæ ad actionem dæmonis, illæ corporeos humores purgant directè, & corpoream ægritudinem pellunt naturaliter; cur verò dæmon fugiat,& corpus illud deserat, sunt solummodo causæ indirectæ,& sine quibus non. Et hac mente licebit obsessis à dæmone, petras vel herbas natura efficaces, absque vlla tamen incantatione,habere & gestare, g quæ communis est sententia. His quædam solent obijci. 1. quod Eleazarus apud Iosephum *l.8. Antiq.ca.* 2. radice quadam dæmonium extraxit. *Respondeat* aliquis,hanc fortè à Salomone,institutam, cum exorcismis,& sic potuisse. Deum supernaturaliter in herba operari.

Verum id,iam Christianismo introducto & Euangelio promulgato, parum verisimile est. Potius crediderim Eleazarum Magum, sic per ignũ pacti operatum, quod prudenti lectori circumstantiæ à Iosepho additæ facilè persuadebunt: videtur eiusdem generis virtus illa radicis. tam superstitiosè effodiendæ, de qua scribit *lib. 7. de bello Iudaic. cap. 25. 2.* locus Tobiæ, h his verbis. *cordis eius,* (piscis Callyonimi) *particulam si super carbones poras, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum:*

quod

e l. de morbo sacro

d Tyreus 1. p. 3. c. 43

e Hippocra. l. de flatibus.

f VVimp. l. 2. de superst. c. 10. 11. 12. & Vales. sacra.

Phil. c. 6. & 18.

g c. vlt. 26. q. 7. Alb. Magn. in Luc. c. 9. Spreng. 2. 2. c. 5. in medium. Iac. Form. car. ca. Meng. de gel. dæm. c. 3. Valer. Polydor. in prax. exorcist. & dicam. plura lib. 6. c. 2. sect. 2.

h Tob. 6. v. 8.

quod & postea factum legimus 1. *Resp.* Suffumigatio hæc indirecte dæmonem pellebat, sed Angelus Raphael directe dæmonem expulit, & in diserto religauit: quare & actio tota postmodum Raphaeli tribuitur *k: dæmonium ab ea ipse* (Raphael) *compescuit.* Tribuitur autem vis illa cordi, vt ei insita, non litterali, sed prophetico & allegorico sensu referendum enim hoc ad Christũ Dominum. qui & Magdalenam à dæmonibus, à quibus possessa, & nos tyrannide diaboli, liberauit. Non meum hoc est, sed B. Prosperi *l.* late ipse & multis, sed inter cetera illud: *satiat ex se ipso in littore discipulos, & toti offerens se mundo ἰχθῦν. Namque Latine piscem sacris litteris, maiores nostri hoc interpretati sunt, ex Sibyllinis versibus colligentes, quod est Iesus Christus filius Dei Saluator, piscis in sua passione decoctus, cuius ex interioribus remedijs, quotidie illuminamur & pascimur.*] obscurius hoc dictum, intelliges si legeris D. Aug. *m* à quo illa desumpsit. Sane ἰχθῦς vocatur etiam Christus à Tertull. *n sed nos pisciculi secundum ἰχθῦν nostrum in aqua nascamur: nec aliter quam in aqua manendo salui sumus.* 3.]

Ad cytharam Dauidis *o* nos inuitant: sed frustra. Nam illic non dulce melos directe dæmonem fugauit: sed dumtaxat cytharam feriente Dauide, lenius Saul habebat, quoniam, rege concentu musices delinito, nonnihil sedabantur humores, quibus agitabatur; & propterea vexationi dæmonis minus idonei reddebantur. Ideo malus ille tunc temporis recedebat, non quod musica vel delectaretur, vel offenderetur. sed quod ægre ferrent hac sui domicilij sibi quasi turbari possessionem, per huiusmodi humorum temperiem meliorem sententiam hanc R. Moysis Ægyptij ex nostris multi

k c. 12. v. 3

l de præd. p. 2. c. 39.

m l. 18. ciu Dei c. 23.

n De baptis. c. 1.

o 1. Reg. 16. v. vlt.

A sequuntur *p*, Vana enim de propensione dæmonis in harmoniam quorundam est opinatio, vnde nata Magorum nugamenta, Saturno lugubrem cantum, ceteris planetis hilarem ac lætum offerendum, quod iam pridem Guilhel. Paris. *q* refutauit. Alij ad allegoricum sensum confugiunt, & asserunt, vere fugatum dæmonem pulsu cytharæ, sed id virtute ac merito crucis Christi, cuius figura fuit illa cythara *a*,

B

Infertur 3. falsam esse persuasionem poëtarum, Palingenij hæretici *l.* 10. *seu Capricorno*: & Pet. Ronsardi Catholici, *lib. de dæmonibus* posse dæmones à Magis ligari (vt solent in cippo vel mala mansione facinorosi) in phialis speculis, annulis ve, semper enim vel superior atq; potentior eos illic cogit adesse, & imperio suo retinet, vel ipsi sponte sua, & ex pacto adsunt, ibiq; se continẽt, quare vehementer improbanda Hermetis commentatio, qua sic ligandi dęmones præcepta prodidit, & mentiti Apollo & Hecate apud Theodoretum lib. de oraculis, dicentes se coactos aduenire verborum formulis, & cum ijs id asserens Porphyrius mentitus: Quod dixi, ex Patrum *b* & Scholasticorum dictum sententia. Suntq; hac de re aureis digna litteris, *in Gen.* verba Henrici de Hassia: *ipse simulat se captum, vt te capiat: se vinctum, vt te vinciat: se tuo imperio subditum, vt te sibi subdat à te inclusum, vt contra te finaliter concludat: fingit se tua arte, vel imagini vel lapidi alligatum, vt funibus peccatorum religatum, ad infernum te perducat.*) plura quibus hæc confirmantur, habes apud Fran. Picum *lib. 7. de prænot. cap.* 4.

C

D

E

Solide autem licet verbose Tostatus, etiam reddita ratione hoc demonstrat his verbis: *Impossibile est, quod*

p R. Moses in l. de 13. artieulis, & in Ductore dubitant. Lyran. & Abulens. ad d. c. 16. à q. 41. & Andlez. sup. diff. *q* p. 3. de uniuer. c. *a* sic Fel. in 2. d. 8. & illo. p or. D. Prosper. 2. p. promiss & præd. c. 25.

b Eusebij l. 5. de præp. c. 6. D. Aug. l. 21. de ciu. Dei c. 6. Alp. de Castro l. 1 de iusti. hæret. pũ vict. sup. n. 31. Sibyllani pereg. qq. Decad. 3. c. 8. q. 1. qui citat verba Hass. Theodor sup. & all

minor potestas sibi subijciat maiorem: & tamen non est potestas super terram, quæ comparatur potestati dæmonum. Iob. 40. c. *ideo non erit aliquid naturale vel ceremoniale, per quod dæmones possint ab homine cogi, vt veniant, aut respondeant, aut aliquid operentur. Nisi obijciatur de Ecclesiasticis exorcismis: Sed tunc dicendum est, quod coguntur ad aliquid, scilicet ad recedendum de corporibus obsessorum, vel ad non nocendum: sed hoc fit per Deum in quantum ipse instituit id, quod ab Ecclesia fit: & est ibi virtus diuina latens operatrix, sicut est in operatione sacramentorum. At tamen in operibus maleficiorum, quibus dæmones cogere volunt, non operatur Deus, cum potius contraria sint diuino honori: ideo non possunt malefici cogere dæmones ad aliquid, sed ipsi dæmones mentiuntur, & simulant se cogi. quia in hoc stat maxima virtus suasionis eorum.*

Nam si ipsi non possent cogi à nobis ad veniendum aut respondendum vel agendum aliquid: sed quicquid agerent voluntariè agerent: desperarent homines de eorum conuersatione, quasi nihil mediantibus eis possent, & ita distraherentur ab eis: cum vero illis simulantibus putant homines, quod possunt cogere illos. afficiuntur nimis ad maleficia, quasi per hæc compotes efficiantur omnium quæ velint: & hoc dæmones efficere cupiunt, vt per talem errorem & affectum cathenatos sibi teneant animos hominum. Et tamen vere non possunt dæmones cogi ab hominibus per maleficia: imo si cogi possent non docerent ipsi hominibus modum, quo eos cogerent, quia per hoc dæmones miseriores efficerentur, si vere hominibus subijcerentur. fingunt ergo se subditos vt fallant, cum tamen non subdantur. Sed ad tempus cum placuerit sponte seruiant. Vere autem subdi hominibus pro nullo lucro dæmones vellent.] Nihil hoc dicto verius. Quam vero periculosum sit huiusmodi captiuos carcere incluſos penes se habere, conuincitur varijs exemplis. suffecerit vnum commemoratum à Iohanne Niderio his verbis, *In minori Basilea paulo ante præsens generale concilium, domicilium habuit quidam vir de mala vita, & forte de maleficijs satis suspectus: filiam hic habuit, quam in domo iuueni cuidam nuptui tradidit, & tandem senex pater ægrotare cœpit, & ad filiam & filiastrum, demonstrato quodam scrimo dixit: hoc vasculum non moueatis, alioquin pœnitentia ducemini: sed in loco stare permittite vsque post meum decessum, & ita in breui vetulus expirauit. Transacto autem tempore plurimo, nec filia nec eius maritus magnipendit patris iussum, sed de domo priorem aliam domunculam se transferentes, scrinium, quod satis modicum fuit, portauit extra domum versus nouum hospitium: sed in ipso itinere tanti ponderis esse cœpit, vt in ipso viriles artus deficerent, & exinde vxorem pro adiutorio inuocauit.*

Hæc autem vxor, an poste a in domo scrinium aperuerit, vel quo alio modo incaute se circa vas habuerit obliuioni tradidi. Vnum constat, quod in domum nouam cum infantulo quem ingenuerant parentes prædicti venerunt: & ecce subito vxor, velut rabida, super cunas irruit eum necare volens. quod maritus intuens, vt vxorem inuasit, & eam à dæmone obsessam esse dixit, qui cum exorcisaretur, minatus est dæmon, se non exiturum, nisi eam necaret. & ita factum est super exorcistæ manibus. Altera die maritus per viam stratæ incedens publice, casum lapidis recepit inopinatissime de superiore parte cuiusdam canalis cadentis, & in facie, cooperatione, vt videbatur dæmonis, percussus est tam deformiter, vt vix homo videretur esse.] de his incluſis multa Crespetus: docet quod suis Dominis se aliquãdo sistant præsentes: quosdã esse Saturninos, alios Iouiales, alios Venereos, aut Mercu-

rialeſ

possent vsurpat pro sinerent & voluntarie pro non ad lubitũ alienum, & agerẽt, pro agerentre fingerent.

riales,&cæt.colendos certo ritu, ſtatis vicibus noctu poſſeſſorem ſuum excitare, & nonnunquam, niſi malum malint, ab eo alloquendos: in Francia & Italia venales reperiri, ac ſemper ſuis emptoribus exitio eſſe. hæc ille fuſius *lib.1. de odio Satanæ diſcur. XII.* SS. tamen viri non raro dæmones certis rebus vel incluſere, vel aſtrinxere: vt S. Canon de quo in Menæis Græcorum. S.Martij,in hæc verba, interprete Matthæo Radero noſtro, *tantum vim & poteſtatem in dæmones accepit, vt alijs agros committeret, & fruendum cuſtodes poneret, alios autem tectis obſignatis incluſos, in ædis ſuæ ædificandæ fundamentum defoderet.* Item S. Lupus Senonen. ipſum ſiti affligentem & a quæ frigidæ, quam adferri præceperat ſe inferentem incluſit vaſculo eiulantem & ſe quis eſſet prodentem: incluſit autem cum ſignatum cruce puluinar ſtrictim ad os vaſculi applicaſſet. *Sic vetuſtus ſcriptor vitæ eius apud Sur. menſe Septemb.*

Sic legimus Aſmodeum ab Archãgelo Raphaële ligatum in deſerto(*Tob. 8. verſ. 2.*) quatuor etiam angelos ligatos in magno flumine Euphrate, & iuſſu Dei ſolutos (*Apocal. 9. verſ. 14 & 15*) & ab angelo ligatum diabolam cathena per annos mille, & miſſum in abyſſum.(*Apocal. 20.v.2.*) Aſmodæum cacodæmonem eſſe nemo negat. Quatuor illos Angelos, malos ſpiritus rectiſsime Trichonius hom.7. And. Cæſarienſis, & Beda *alij* aſſeruerunt. Alligatio porrò ad certum locum referenda eſt, non vero myſtice dumtaxat ad impiorum corda, ſicuti tandem conuictus fatetur Ambroſius his verbis, *Alligationem ergo Diaboli ſecundum litteram intelligendam puto, vt in aliquo abyſſi loco virtute diuina ligatus teneatur, vel certe in inferno, vſque ad diem ſolutionis ſuæ* idem D. Greg. cum litteræ adhæret, fatetur *li. 4.mor. c.12.* & And. Cæſarienſ, addens rectiſſime: *cathenam* ad noſtram intelligentiam vocari, operationem potentioré qua dæmonis malitia coércebatur: hæc enim ſunt vincula & rudentes, vt alibi vocantur.*2.Pet.2.verſ.4.& in Canon Iudæ v. 6.* Quod apud Cæſarium quidam dæmon in obſeſsi corpore incluſus, exorciſmo coactus fatetur: tria dicens eſſe verba in Miſſæ canone, quibus vt vinculis,Lucifer in inferno ſit religatus, ſcilicet, *Per ipſum & cum ipſo,& in ipſo, lege libro quinto. miracul. cap.13.*

Poſſunt aũt ſancti ſic dæmones vincire,primo vt Dei miniſtri,metu iniecto & minis intentatis, quas dæmon ſcit irritas eſſe non ſolere. deinde ſubtractione diuini concurſus à Deo impetrata, qua fit vt nequeant dæmones loco moueri,quod alias poſſent. denique impreſſa dæmonibus ſpiritali quapiam qualitate, & vi detentiua, cuiuſmodi illa eſt, qua inuiti in inferno detinentur: & igne corporeo ſpiritus incorporei torquentur. Docent nos id primum vſus & formulæ ſacrorum exorciſmorum, quibus interdum dæmon excommunicatur (hoc eſt proſcribitur, & quaſi relegatur in peſsimam infernı manſionem) & ſic illic loco quaſi alligatur: vnde D. Auguſtinus, voce Honorarij edicti vſus, nuncupauit interdictum: *libro vigeſimo. de Ciuitat. Dei c. 7.* & exemplum habemus *li.2.vitæ Diui Bernardi ca.6.* Secũdi modi meminit Palladius in vita B. Macarij: vbi agit de ſepulchro Iamnes & Mambres, *Hiſt. Lauſia.c.* 20. Tertius modus frequentior eſt, communis omnibus dæmonibus quod ad eorum pœnam æternam de quo lege D. Tho-

mam. 1. p. q. 64. a. 4. ad 3. & lib. 4. summæ cont. gent. ca. 90. & Episcopum Abulens. in 25. cap. Matth. q. 506.

Nonnulla tamen reperio, quæ videntur etiam maleficis hanc vim tribuere: sed penitius considerata solum indicant pacto per Magum inito cum potentiore dæmone, dæmonis inferioris actionem & potestatem impediri, & sic eum interdum per Magos cogi velit nolit, obedire: sed id à Mago fit vi vicaria fortioris dæmonis, seu ope potius eius vtente. Sic apud D. Hieronymum *in Hilarione* quæritur dæmon se licio & lamina constrictum teneri. Sic Iamnes & Mambres dicto loco multos dæmones religarant. Sic intelligendus D. Augustinus cum scribit, dæmones iussis superioribus ligari fugari, abstrahi, & alienari à certis locis ac rebus, *de diuinat. dæmon. c. 7.* Sic capio Eusebium, cum fatetur dæmones ab hominibus posse detineri *l. 5. de præparat. c. 6.* Nec aliter Albertus, Victoria, & reliqui Catholici Theologi censent eos annulis includi (quod aiunt) quam ex pacto, idque vi potentioris dæmonis, detineri, si vere astricti detinentur: vel sponte sua fingere se detineri, quando dæmon potentior illis se non immiscuit.

Infertur quarto omnino sponte seruire hominibus spiritus illos, quos vulgus *Familiares*, seu *Martinellos*, seu *Magistellos*, vocat: Græci, quod adsint assidue παρεδροι, de quib. Irenæus & Tertullianus egére. tale fuisse dæmonium Socratis aliqui censuerunt *a*. talé Simoni Mago tribuit D. Clemés, & Cynopi Prochorus, talem Thrasio cuidam Aristoteles *b*, talem nomine Crotonem studioso cuidam, & postea equiti Aquitano, tribuit Frossardus *in Chronic.* talem fuisse Cornelij Agrippæ canem, etsi discipulus eius VVierus neget, ceteri verius affirmant. Memini me apud Ioan. Cæsarium legere *c*, cuiusdam Paredri exemplum dignũ memoria, in quo tamen illud admirandũ, dæmonem illum pro mercede quinq; solidos exegisse, & iussisse ex illis pauperi cuidam Ecclesiæ campanam emi, qua diebus Dominicis fideles, ad diuinum officium conuocarentur. Haud dubie latebat fraudis aliquid, & spes lucri maioris affulgebat. Mirandum quoque nihil mali intulisse militi. Vix vnquam Paredri sine Dominorũ noxa solent recedere. Vt plurimum paciscitur dæmon, pro certo tẽpore: quo finito vel alium illi prior herum reperiat, vel ipse dæmon necandus cedat, vt refert & exemplo illustrat Nicolaus Remigius *lib. 1. dæmonolat.* Sed hæc sufficiant de *Magia*. Pergamus ad *Maleficium*.

a Maxim. Tyrius 26. & 27.
b D. Clem. li. 2. recognit. Prochorus in vita D. Ioan. Euangel. Aristot. Addit. de admir. audition. cel. 3. c. 31.

FINIS LIB. I.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Prior numerus paginam, posterior columnam denotat.

Bacue translatio. 175.1.B
Abaddō, seu Apollō. 285.1.E
Abaris Schyta. 175.1.D
Abarthara seu Albādar. 203.E
Abraxas idolum. 103.2.A
Abusus bonitatem rei non tollere. 276.2.D
Arca. 147.2.C
Achtes. 167.2.E
Achimenis. 125.1.D
Achillis equus. 102.2.A
Aciarum. 63.2.C
Acilius Glabrio. 192.1.D
Adamus an scripserit de alchimia. 59.1.A
Adamantis & magnetis dissidium. 131.2.B
Adamantidæ Armeniæ & Cappadociæ vis 208.2.A.
Aduis Gall. 131.2.E
Aegyptij Magiā veros fecerint Serpentes. 113.2.C. eorum impotentia. 115.2.C
Aegyptiorum libri alchimici comburi iussi a Diocletiano. 58.2.D
Athalidæ memoria. 209.2.A
Ætnæ incendia niuibus patentia. 132.1.E
Æson. 305.1.B
Ætera. 202.2.C
Æthiopis. 125.2.C
Aerē & aquam tabidare magi solēt. 149.2.D
Afflatus seu inhalationis verborum quæ vis. 52.2.E
Africani confessores elingues locuti. 191.2.A
ἄγαλμα. 226.1.E
Agens naturale an valeat agere indistans. 109.2.B
Agni Dei cerea effigies. 54.1.C
Agninæ fides rūpuntur iūctę lupinis. 23.2.A
Agrippa. 149.1.B
Alastores. 285.1.D
Alba Magia an vlla. 905.2.C
Albertus Magnus multa narrat non credēda. 30.1.D
Alberti Magni caput aeneum. 131.2.A
Alberto Magno attributus liber falsò. 9.2.B
Alchimia quid. 57.2.A
Alchimia an licita in foro fori. 77.1.A
A Alchimia in foro conscientiæ ferè semper & cunctis prohibita censenda. 78.1.E
Alchimia quibus personis illicita in foro cōscientiæ. 80.1.E
Alchimia indicium Magiæ, & in quibus faciat. 79.1.A
Alchimia ad quam Magiæ speciē pertineat. 74.1.A
Alchia aurum producit. 62.1.C
Alchimia quibus licita.
Alchimiæ abusus ratione finis, & quis finis licitus. 78.3.B
Alchimiæ ars seu Chrysopeiæ an sit mechanica. 73.3.1.D
B Alchimiæ dæmoniacæ exemplum. 74.2.D
Alchimiæ lex optima vt nemini liceat exercere, nisi permissione principis. 82.1.A
Alchimiæ nomen explicatum, & origo artis. 57.2.A.
Alchimiæ scriptores veteres quidam. 59.2.C. D. 60.1.A
Alchimici sæpe Magi. 79
Alchimici an valeant aurū facere. 60. & seq.
Alchimici quando lethaliter peccent, & quando neganda his absolutio. 81.
Alchimicorum inepta methodus, phrasis, & dissensiones. 61.2.A
C Alchimicorum superstitiones, blasphemiæ, picturæ nefariæ, iactura temporis, & alia peccata. 81. & 82
Alchimicorum variæ fraudes & exempla. 74.2.A.
Alchimicos dæmon ludificatus. ibid.
Alchimistarum libri fictitij, Mosis, Adami, &c. 58.2.D
D Alcippe. 156.1.D
Aldebres, & Clemēs hæretici Germani. 56.1.D
Alectoria. 126.1.A
Alexandrum Magum qui genuit. 297.1.A
Allobregum comes Magum promittentem victoriam necari iussit. 147.2.B
Almadel ars. 96.
Alterationes requisitæ ad aurum possibiles sunt cali ori naturali & artificiati. 69.2.B.C

Aluinn enberg. 282.2.B
Amoris quæ vere ca usæ, & quid ad eũ visio. 20.2.C.D
Amphiaraus. 212.1.A
Amuleta. 53.2.A
Amuleta Magica Germanor. militum. 55 2.D
Anabaptistas diabolus S.S. docet. 210.B
Anagnini serui tunica. 151.2.C
Anamisia. 201.1.D
Anastasius Imp Alchimicum decipit. 74.2.E
Anates ex arboribus vel putrido ligno natę. 70.2.E
And. Cæsalp. quid sẽtiat de procreatione animalium. 158.1.B
Angeli quo pacto res corporeas mouere possint. 184.1.A
Angelicę apparitionis exempla. 238.1.C
Angelorum nomina quæ vera, quæ Magica. 56.1.B.56.1.E
B. Angelæ de Fulgino tentatio. 217.1.C
Angliæ regum curatio supernaturalis. 26.2.A
Anima esse potest. & in loco separata. 227.2. D. & quomodo ibid. ead. 2.A. etiam in locis plurib. ibid. 228.1.C
Anima separata se loco mouere potest, & quo pacto. ibid.
Anima cur prolubito suum corpus assumere, aut ad nos redire non possit. ibid.
Anima è corpore non migrat in raptu contra Bodinum. 218.1.E
Anima non potest transformari, nec potest quoduis corpus informare. 187.2.A
Anima separata num possit corpus loco mouere. 231.2.E
Anima quo pacto subire queat corpus. ibid. a
Anima nostra tota immortalis. 222.1.a
Animam informantem quo pacto efficere aut cogere qeat magica. 207.2.E
Animæ beatorum ab Angelis quomodo dignoscendæ. 233.2.B. & seq.
Animæ figura an sphærica. 229.2.A
Animæ an assumant cadauera. 230.2.C
Animæ corpus suum amant & inuitæ separantur. 232.2.A
Animæ immortalitas probata. 261.2.C. & sequent.
Animæ seu spiritus, quo pacto possint corporeis oculis se visibiles exhibere. 229.2.E
Animarum damnatarum, & expiantium exempla. 252.1.C 253.2.B
Animarum apparit. qui scriptores agnouerint. 237.A. 238.1.A
Animarum reuocandarum ritus. 226.1.B
Animas apparere decens & vtile est. 232.1.E
Animas mortuorum apparere solere. 226.1.C & seq.
Animas mortuorum dæmones non fieri. 229.2.B.
Animas nequeunt magi ostendere. 270.1.D
Animas occisorum peremptoribus infestas esse. 226.2.B
S. Anno. 257.2.E
Annulorum vis. 34.2.B
Anselmi ars seu curatio. 24.1.B
Antichristi miracula, falsa futura. 110.1.C
Antichristo diabolus thesauros asseruat. 149 1.D
Anton Mizaldus. 9.2.E
Anton. Taruisini alchimia. 72.2.E
Antuerpiæ obsidio. 262.1.D
Anus Pindari. 212.1.C
Aouoth. Hebr. 4.1.D
Aphresia differt ab ecstasi. 216.2.D
Apollonius Tyanæus. 114.1.B
Apollonius magus. 154.2.C
Apollonius inuisibilis. 130.1.D
Apollonius frustra thesauros quæsiuit. 143. 2.B
Apollonijs memoria. 207.2.a
Apollonij Tianæi magia. 9.1.D
Apostata monachus a Diabolo corbem palã iniectus. 306.1.a
Apuleius magus tempore Domitiani. 124.2. C
Apparitio Philosophi apud Augustinum. 121 1.A
Apparitiones singulorum sæculorum. 241.1. D & seq.
Apparitionum tria genera explicata. 230.1.A
Apparitionum in diuersis simul locis ratio. 142.1.E
Apparitionum ad vindictam peccatorũ exempla. 238.2.a
Apparitionibus mortuorum multi seuertuntur ad fidem conuersi. 251.2.B
Appetitus sensitiuus, quo a dæmone pacto vexari queat. 207.2.E
Applicando actiua passiuis siue per alterationem quid & quomodo diabol. operetur. 118.2.E
Appositione corporis alterius, quomodo oculus decipiatur. 120.2.B
Apuleius cur animalia ignita esse dixerit. 278 1.A
Aqua benedicta dæmonem fugans. 153.1.D
Aquæ mutantes colorem ouium. 154.2.B
Aquilæ iuuenta renouatur. 205.1.D
Aquilinæ pennæ alias consumunt. 35.2.C

Arbagathel liber confutatus. 35.2.B
Arboris vitæ vis. 207.1.D
Archemenidon herba. 208.2.A
Archemedis Shæra & Specula. 31.1.C
Archytæ columba. ibid.
Ardoinus & Poncetus. 9.2.C
Argentum viuum impedit incantationem. 9.1.A
Argiui cuiusdam vesania. 275.1.A
Argumenta aduersariorum contra apparitiones soluta. 265.2.C. & conseq.
Argus carina. 192.2.A
Aries in agnum. 205.1.A
Arimanes seu Pluto. 7.1.C
Aristæus. 137.2.D
Aristæus Proconnesius. 218.2.E
Arnol. de Villanoua. 9.2.B
Arnol. Villanouanus verum aurum produxit 71.1.E
Ars an natura potentior. 65.1.D
Artificialia opera. 49.2.B
Asini lunam epotantis fabula. 135.C
Astrologia damnatur à Patribus. 12.2.a
Astrorum & colorum analogia nulla, qualem fingunt astrologi cum ætatibus, vel partibus corporum. 12.1.A
Astyrii fides. 118.2.A
Auerroistici errores paganorum. 222.2.E
Augurelli iactantia de sua alchimia. 78.1.B
D. Augustini visio, pueri, &c. 236.
Auribus humanis sacei impleti. 104.1.1.A
Aurum an sit solum perfectum metallum. 65.2.D
Aurum curralius quam cætera metalla. 66.1.A.
Aurum in venis terræ cur non nisi longissimo tempore queat generari: in fornaculis vero breuiori. 68.2.D
Aurum alchimicum aliquando factum. 11.1.A
Aurum potabile. 58.2.A
Auri semen. 69.1.A
Auri efficiens causa & materia quæ. 63.1.D
Auripigmentum. 70.1.A
Auri agens principale quod sit. 69.1.A
Auri materia remota & proxima. 63.2.D
Auro alchimico an liceat vti ad commercia, vel incudenda moneta. 78.2.C
Automatum variorum miranda. 272.1.D

B.

Bacchi nutrices. 205.1.A
Baldudus Rex. 175.1.E 187.1.B
Baianus Bulgar. rex magus. 188.2.C
Barbelina Gazera. 178.2.A
Barnabas Cyprius. 98.2.C
Baro de Rais. 147.2.B
Bartholomæi de Homate visio. 182.2.C
Basiliſci visus. 22.2.B
Basileensis cripta thesaurus, dæmon custos. 150.1.C
Basilidiani. 40.1.C. 103.2.B
Bauari vxor post mortem redux & mater liberorum. 163.1.A
Belga quidam creditus vaccæ filius. 157.2.B
Beli Sacerdotem præstigiæ. 33.1.C
Benedictus X. qualis vitus post mortem. 158.1.E
Beneuentana rustica. 147.1.C
S. Benno. 257.2.E
Ben-Syra vnde natus? 164.1.A
Berengarius hæret. & magus. Proleg
Berengarius Turonensis. 175.2.A
Diu. Bernardo auunculus apparuit. 258.2.A
Bernardi Oliuerij narratio. 197.2.E
Bern. Treuisiani alchimia. 72.1.B
Bernicles. 155.2.C
Bodini error. 167.2.B. ipsius libri scatent erroribus. ibid.
Boema saga in prælio necata. 146.1.A
Bortii automata. 31.1.E
Bonicæ fons. 206.1.B
Brachium dextrum ardens & lucens sine damno. 133.2.D
Brechmanum dolia. 136.1.A
Bracteatii. 55.1.D
Bragadini alchimia & supplicium. 71.1.D
Basileense monstrum. 156.1.C
Bruchi, athei Proleg. F
Bruta non assequi nec intelligere finem propter quem operantur, & de duplici in his fine, naturæ & bruti. 195.1.E
Bruta non habent prudentiam. ibi.
Bruta incantentur. ibi.
Brutorum miræ præstigiæ in Africa. 33.1.A
Bulgarorum Victoria contra Anastasium. 441.1.E
Burgensis virgo Ecstatica. 121.2.A
Buscoducense monstrum. 18.1.A

C

Cabadis cum dæmonibus certamen. 298.2.A
Cadauer cur coram occisore sanguine fl. 2.C

Cadauera mutata in ſtatuas. 190.1.D
Cadauerum mira quædam poſſunt à magis procurari, ſanguinis fluxus, incorrupta diu ſeruare. 223.1.C. comburi nequeant, & eorum barbam nec alant. ibid.
Cœlum non eſt animatum. 10.2.D
Cœli & aſtrorum influentiæ an vllæ. ibid.C
Cœli adſpectus & influxus nihil facere, ad Magica. 10.2.D
Cæneus & Cænis. 204.1.C.201.2.B
Cæſar auguſtana virgo. 218.2.B
Cairi aſinus. 192.2.E
Calchitis mutuatur in miſin. 70.2 A
Caligulæ auaritia per alchimiã deluſa. 59.2.D
Callionymi piſcis felle cœcitas curata Tobiæ. 8.2.A
Caloris vis. 69.2A
Caluariæ locutæ multis locis. 306.2.C
Caluiniſtę tollunt virginit. Deiparæ. 163.2.D
Caluiniſtæ iniurij in Deitatẽ Chriſti, & viã ſtruunt Turciſmo Paganiſmoque. 185.2.D
Caluiniſtarum furor. 22.4.A
Calx aqua non oleo accenditur. 8.2.C
Cambiones pueri. 163.1.C
Cãpani æris vis ad magica diſſipãda. 175.2.D
Campanæ pulſus ad Angelicã ſalutationẽ ſalutaris cõtra terriculamẽta tartarea. 265.1 b
Camiſia inferni 197.1.D
Canes terreſtres ſeu feræ. 276.1.B
Canes lepo1arij. 196.1.B
Canidia. 127.2.D
Caprinum cornu & ſtercus. 22 0.1.B
Captiuos magi an carcere poſſint eripere. 143.2.C.
Cara morbus. 314.2.B
Cardanus de variet ar. & ſubtilit. 9.2.D
Carmenta ſeu Can-ns. 126.1.A
Carolus Pacificus Neap. Rex. 146.2.B
Carolus V. oſor magiæ & Auſtriacorũ laus. 152.1.A
Carpocratiani hæretici & Ma. *Pro loq* 140.1D
Caryphium linum. 131.2.B
Caſtores ſeu Dioſcuri. 132.2.B
Caſtrum Oui Neapol. 146.2.A
S. Catharinæ Gentiles. 24.1.B
Catabolici. 316.1.B
Caupona mirabilis ſaga. 124.
Cauſus flumen. 192.2.A
Cayri pulli excluduntur fornaculis. 70.1.B
Cerberus. 285.1.B
Cercydas. 192.1.A
Ceres benedicti contra ſpectra. 265.1.C
Certamen duorum magorum. 114.2.C
Certamina magorum varia. 317.1
Ceruſſæ productio. 63.2.A
CHABAR quid Hebr. 5.1.B
Chalamiſch. 63.2.C
Cham propagator Magiæ, dictus Zoroaſtes. 7.1.D
Charondæ narratio. 197.2.C
charon. 285.1.B
Characterum vis. 34 2.B
CHARTVMMIM quid Heb. 51.C
CHASSAPH quid Hebr. ibid.
Chelidonia oculat cœcos. 82.c
Chilperici Regis damnatio. 253.1.A
Choreæ sagarum. 173.2.A
Chriſtus Dominus an à Diabolo translatus. 169.1.C
Chriſtus cur ἰχθὺς
Chriſti & Sanctorum ſuſcitationes, quo ſigno diſcernantur à putatitijs. 318.2.C
Chriſtus vere clauſis ianuis ingreſſus contra Caluinum; verè natus clauſo matris clauſtro virginali, verè clauſo ſepulchro reſurgens contra Bezam. 186.1.B
Chriſti apparitiones. 241.2 A
Chriſto Domino alapam qui incuſſit damnatus. 251.2.B
Chriſti miracula corporis eius tribuere temperamento blaſphemum eſt. 186.1.A
Chriſtianorum imperia in dęmones. 106.2.B
Chymicæ laus. 58.1.E
Chryſamme venefica. 145.1.C
Chryſantij magi filius. 211.2.B
Chryſopœiæ origo. 38.2.D
Chryſoplynta, & Chryſoplyſium 71.2.A
Chryſulcæ aquæ vis. ibi.
Cianitæ Indi vt pluuiam eliciant. 137.2.E
Cicchus de Eſculo. 9.2.B
Cicindula Indica. 271.2.C
Circe. 126.1.B
Circenſibus magica in vſu ad equorum incãtationem. 154.2.A
Circulatoris cuiuſdã præſtigiæ miræ. 121.2.C
Circulatorum & mirabiliatiorum peccata, & qua cautela permittendi à magiſtratibus. 34.2.A
Cithararum ſimiliter tenſarum, vna pulſa, concentus. 11.2.C
Claudiæ zona quomodo nauim traxerit. 120 2.C
Claudius Chothius. 177.2.C
Cleonis nubes procurabantur. 136..c
Climactericus annus. 37.2.D
Cynopi victoria de Erythræis. 145 1.c
Colchorũ vellus aureũ an alchimicũ. 59.2.B

Columbæ effigies negata dæmoni. 236.1. D
Columbæ, vel agni specie nondum apparuit dæmon. 304.1.D
Comitum Pictauiensium & Andegauensiũ origo. 163.1.A
Complexio seu temperatura corporis nõ est causa effectuum admirandorum. 14.1. B
Concilium Romanum sub Zacharia. 56.1. D
Concupiscentiæ motus solos non esse peccatum. 209.1. B
Confessio integre facienda, docetur miro exemplo. 263.1.A
Confessio facta à capite abscisso. 191.3.A
Confessionis violatæ pœna. 263.1.A
S. Cononis vis in dæmones. 323.1.B
Consatense spectrum. 287.2.C
Constellatio non adfert vim sanandi. 29.2.B
Conuẽtus sagarum nocturni quales. 167.1.A cum sequentibus.
Conuiuia manica. 167.2.B
Crocoton. 161.2.A
Cornel. Agrippa. mortuo dæmonem immisit, vt videretur viuere. 309.2.c.D
Cor non potest comburi intoxicatorum vel cordiacorum. 224.1.D
Corpus vnũ in duobus locis, aut duo in vno loco an possit dæmon collocare. 184.1. E
Corpora aerea quo pacto dæmones formẽt. 301.2. B
Corporum vt ianuarum, penetratio nec Angelis possibilis. 185.2. B
Corui candidi. 205.2.C
Cratisthenes. 34.1.A
Critici dies. 38.1.B
Crucis signum maleficia impedit. 143.2.E
Culinæ mortuorum. 226.2.B
Cultus indebitus. 31.A
Curiositatis peccatum. 309.2.D
Cynops magus. 318.1.D
Cynosura quæ in his sequenda. 10.1.E

D.

Dæmones an queãt eodem tempore plures tentare vel obsidere. 184.2.C
Dæmon apparens in corpore assumpto tantum videtur à quib; vult. 307.1.E. procurare vt appareat non licet. ibi. cur veteribus sæpius apparuerint quam nobis. ibid.
Dæmon gaudet arrabile. 320.1.B
Dæmon in forma arboris & rotæ, 292.1.A
Dæmon quæ magis polliceatur. 104.1. E. cur paciscatur & obediat magis. 105.1.B
Dæmon an possit in conuentibus magorum innoxiorum personam assumere. 143.2.A
Dæmon semper aliquo indicio agnoscitur, Deo id permittente. 306.1.C
Dæmonis actiones quæ circa res corporeas. 130.1.B
Dæmonis specie natum monstrum. 18.1.B
Dæmones quo pacto videri oculis corporeis possint. 299.1.E
Dæmones possunt producere animalia imperfecta. 70.2.C
Dæmones an exerceant cum magis sodomiam, & de criminis atrocitate. 164.2.E
Dæmones non animantes. 292.2.D
Dæmones non habent indiuidui propagationem. 160.1.B
Dæmones omnino sunt incorporei & carẽt semine. ibid.C
Dæmones in quorum brutorum specie soleant apparere. 292.1.B
Dæmones esse. 297.2.B
Dæmones metallici sæui. 292
Dæmonum nocturna spectra. 283.2.C
Dæmonum apparitio quomodo deprehendenda. 134.
Dæmonum spectra tempore pestis. 287.2.B
Dæmonum variæ distinctiones à munerib. 316.1. D. inter eos an sit ordo vllus & qualis. ibid.
Dæmonum genera & spectra multiplicia. 275.2.B. nomina ibid. latissime & in seq.
Dæmonium meridianum quale. 286.1.A
Dæmonica spectra varia enumerata. 271.2.A
Dãnis miraculi plena imago crucifixi. 224.2.A
Damnatorum animæ an appareant. 235.2.a
Dardanus, à quo Dardanarij. 141.2.A
Deceptiones variæ circa lycanthr. 187.1.E
Deceptionum magicarum exempla. 121.1.C
Denarius quomodo appareat in summa superficie aquæ. 120.2.A
Deus quomodo sit intellectus. 227.1.C. an tantum operetur cognoscendo. ibi.
Deus cur non permittat magos ditari. 150.1.
Deus quomodo concurrat ad generationem in commissione dæmonum incuborum. 17.1.B
Deus extra se multa cognoscit. 222.1.B. nec tamen perficitur. 223.1.A
Deus non est formaliter omnia. 222.2.B
Deus an mundum per Angelos condere potuerit. 148.1.B
Dei solius est ditare quos vult. 149.2.D
Dei sapiens prouidentia. 196.1.E
Diabolus virium naturalium aut scientiæ nihil amisit. 111.1.C

Diabolus cur nolit ditari magos. 150.1.D
Diabolus potest pecuniam facere & metalla producere. ibid.
Diabolus nihil potest nisi permittat Deus. 117.1.D
Diabolus quo pacto efficiat mira. ead.2.
Diabolus hominum malis gaudet. 150.1.A
Diabolum cur videant morituri. 306.2.B
Dictamus. 8.2.C
Dies critici, & eorum causa. 12.2.E
Dignitates & honores an arte magica parari queant, aut vnquam parti. 146.2.D. cur Deus permittat. ibid.
Diuitias & thesauros an possit dæmon magis suis largiri, contra Damhoudes. 148.2.C
Doctoralis promotio sagarum & ritus. p. 210 col. 2. B
Dominæ Bonæ. 295.2.B
Domin. Mirabellius magus. 281.2.C
Dolani lycanthropi. 188.2.B
Dormire de mortuis. 208.1.B
D. Dorotheæ rosæ. 236.2.A
Dositheus. 124.1.B
Dux Brabantiæ. 293.2.A

E.

EBriorum illusiones quoad spectra. 273. 1.B
Ebulensis puella. 202.2.C
Ecclesiæ illata damna mortui vlciscuntur. 257.2.C
Eclipsis causa. 135.1.C
Echineis quid. 23.1.C
Echo. 11.1.A 44.1.C
Effectus naturalis quomodo discernatur à magico. 110.2.D. item artificialis, & in his cautela, ibid.
Effectus magici aliquando veri, & quomodo hi distinguendi à præstigiosis & horum exempla. 11.1.A.B.C
Elephantorum solertia. 193.
Eleemosynæ centuplum miraculo approbatum. 249. & seq.
Elizabeth Angelorum regina sanat à strumis. 252.A. 116.1.C
Empedoclea. 136.1.B
Empedoclis mira. 125.1.E
Empusa 284.2.D
Eonis hæretici præstigiæ. 121.2.E
ἰωαοὶδης. 6.1.D
Ephesiorum notæ magicæ. 145.1.B
Epitaurius serpens. 192.2.D
Epimenides Cretensis. 199.2.C
Epulæ sagarum. 173.1.B
Equa falsa apud Palladium. 188.1.D
Eres Armenius. 215.2.D
Ericus Rex Sueciæ. 145.1.E
Ericus Rex, Pileus ventosus. 75.1.B
Ernestus Marchio Badensis deceptus. pa. 75. col. 1. B
Eryngium gregem sistit. 23.1.A
Esdras an alchimicæ meminerit. 59.2.D
Etesiæ. 125.2.B
Euages. 212.1.A
Euarchus. 314.2.C
S. Euphemiæ mart. reliquiarum miraculum. 253.1.B
Eurycles quid Græce. 4.2.B
S. Eustochij Datani. 143.1.B
Excommunicati martyris apparitio. pa. 259. col. 2. B
Execrationes parentum quam vim habeant. 20.1.D
Exorcistarum quidam abusus. 220.1.D
Extasis subiectum quod. 221.1.A
Extasis & raptus differunt. ibid.
Extasis diuinæ à magica discrimen. pa. 220. col. 1.
Extasis causa formalis, finalis, efficiens. ibi.
Extasim seu raptū quomodo procuret diabolus. 216.1.C
Extasim quomodo Deus efficiat contra Mocenicum. 221.2.D
Extases inuitis quomodo contingunt. ibid.
Exterminator. 285.1.E

F.

FAcies quomodo appareant formidandæ. 120.1.D. item asininæ. ibid.
Facius Cardanus. 224.1.A
Fenilis apprehensio ad translationem magicam. 176.2.A
Fanæ nocent quomodo magi. 142.1.E
Fantasiæ læsæ variæ deceptiones. 274.2.B
φαρμακοὺς 6.1.B
Fascinatio qualis. 22.2.C
Fascinentne vetulæ aspectu suo? pagin. 21. col. 1. C
Fatum non est causa monstrorum. pag. 157. col. 1. C
Fatales sorores. 295.2.D
Fatuelli. 304.2.E
Faustus magus. 149.1.B
Febrium diuersi termini vnde. 13.1.A
Feminæ ex dæmone quæ pepererint. pagin. 160. col. 1. B.

Fœminæ in viros mutari possunt & exempla varia. 201.1.B
Feralia. 226.2.B
Ferdinandi Regis Neapolitani spectrum. 261.2.A
Ferra aquæ supernatuus quomodo fiat. 36.D
Ficus arbor alligatum taurum manſuefacit. 23.2.B
Fidei vis quæ in incantatione. 50.1.E
Fides vnius citharæ ad pulsum alterius mouentur. 23.2.A
Figuras, imagines, characteres vim nullam habere ostenditur. 11.1.A
Figuræ vis quæ. 35.2.A
Figurarum in quibus dæmon apparet causa. 104.1.B
Finni & Lappones. 124.1.A
Flumen quo appareat modo vbi nullum est. 121.2.C
Folia. 127.2.C
Folletons. 305.1.A
Fr. Pici positiones magicæ suppositiæ. pa.10. col.1.B
Franciſca Senenſis. 191.2.A
Franciſca & Carola Guarnæ. 202.2.B
Francorum reges à ſtruma ſanant contactu. 27.2.C
Fridericus dux Auſtriæ captus à Bauaro noluit ope dæmonum liberari. 143.2.D
Fridericus Stuphius crematus. 164.1.D
Frigidum cur ſentiatur à dæmone aſſumptũ cadauer. 299.1.E
Fulmine icti non putreſcunt. 223.2.E

G.

GAbriel Archangelus. 241.1.C
Galeatij S. fortiæ apparitio. 260.2.E
Galena. 70.1.C
Galgalus cur aſpectu ſanet ictericum. pa.21. col.1.D
Gallecus mendicus dæmonem circumgeſtans figura infantis paralytici. 163.2.A.
Gelo ſeu Empuſa. 111.1.D. Mauritium Imp. vexans. ibid
Geminæ quomodo res appareant. 120.2.D
Gemmæ cur in gemmas non poſſint mutari, metalla vero poſſint in alia metalla. 68.2.C
Genij. 226.2.C
Geuſiorum orgia ſimilia Magicis. 103.2.B
Germani clerici obliuio. 299.2.A
Gnonem. Heb. quid. 5.. A
Gigantes vtrum vi magica naſcantur. pagin. 164.col.2.B
Gladij acies carmine retunditur. 196.2.D
Gnoſtici. 40.1.C
Goetia ſpecies magiæ. 97.1.D .imo omnis magia. ead.
Γοὴς. 6.1.D
D. Gommari viſio. 236.1.D
Gorgones. 249.2.B
Gotthicorum Regum origo ab vrſo. pa. 157. col.1.A
Gratiæ ſeu miraculoſa opera quæ. 49.2.C
Gregorius VII. 147.1.A
Guido Iuliacus Flandriæ Imperator cacodæmones conſuluit. 145.2.B
Guil. Conſtantinus. 74.1.C
Guil. Aragoſij alchimia. 72.1.D
Gygis annulus. 186.1.D
Gymnoſophiſtarum vlmus. 192.2.A

H.

HAdingus. 145.1.E
Hæretici domicilium dæmon. vt idola. ibid.
Hæreticorum manſio tartarea oſtenſa. 252.1.B
Hæreticorum idem ſpiritus blaſphemus & Sycophanticus & fictor miraculorum. pa. 121.col.2.E
Hæreſis abjuratio ſedat tempeſtatem quam pertinacia excitarat. 319.2.D
Haquinus Noruegus. 145.1.E
Hecate. 254.2.C
Hecates canes. 129.1.
Herbæ magicæ. 112.2.B
Herbarum magicarum vis. 125.1.C
Hermes Triſmegiſtus an alchymicus. 59.1.A
Hermotimus Clazomenius. 219.1.D
Herodias an appareat. 168.2.C
Hipæporum ignis. 138.1.D
Hirci ſpecies dæmoni frequens. 304.1.E
Hiſpanorum foſcinus, Higa dictus. 54.1.B
Hominum quatuor genera Paracelſi. 298.
Humana ſpecies an habeat vim lapidis plantæue. 24.1.B
Humana figura cur dæmon ſæpe appareat. 298.1.A. A
Humidum naturale an ſemper conſeruari vel reſtaurari arte poſſit. 206.2.D
Hydrophoborum error. 275.2.A
Hyena. 125.1.D
Hypermneſtra. 204.1.C
Hyperbole in SS. 11.2.E

I.

IAcobi Melstinki hæretici se Christum fingentis pseudomiracula & sycophantiæ. 122.1.B
Icterica passio. 314.2.C
Iason. 205.1.A
IDDEGHONI Hebr. 4.2.B
Idolum. ead.1.B
Idolorum ficti amores. 33.1.C
Idololatria quid. 3.2.A
Idololatria expressa & tacita. ibid.
Idololatriæ tacitæ nomen cur Magiæ prohibitæ attributum. ead.
Idiota subito Theologus. 210.2.B
Ieiunij & precum & Synaxis vis. 299.2.B
IESV & Mariæ nomen impedit maleficia. 176.1.B
Iesuatorum & Iesuitarum differentia. 78.1.B
Iezabel an malefica. 5.2.C
Ignatius Loyola superat & deprehendit phantasticam dæmonis illusionem. 279.1.B
Ignatij Loyolæ precum efficacia. 276.2.B
Ignis genera seu partes flãma & pruna. 131.2.
Ignis fatui natura & mira. ibid. (B
Ignes & luces nocturnæ varij generis 271.2.B
Illusiones oculorum auriumque & aliæ multæ, quæ prospectris habitæ narrantur. & seqq.
Imagines in fluuium raptandi titus magicus 139.2.B.
Imagines astrologicæ fictæ, magicę vero vanissimæ describuntur. 10.2.E
Imagines huiusmodi magicas nihil posse definitum. 12.2.B
Imaginum magicarum vel aliarum vis. 34.2.
C. earundem genera. ibid.D
Imaginum ossor diabolus. 139.2.E
Imaginationis vis & quantum valeat ad effectus miros. 14.2.A
Imaginosus morbus quid, & eius duæ species. 274.1.D
Imperfecta quælibet an monstra? 67.1.C
Incubi & succubæ dæmones an sint, & an gignant, & quæ huc spectant. 159.1.D
Indus Nobilis Nestor huius æui. 206.1.A
Infans locutus. 238.1.D
Infantes cur occidunt sagæ, & quomodo decoquant. 210.2.C
Influentiæ an & quales. 12.1.B
Influentiarum quę vis incorporea & animam ibid.
In instanti docere nequit dæmon. 215.1.B
Innocentij Papæ factum præclarum. 146.1.E
Insecta arte gigni posse varia. 69.2.D
In sepultorum animæ vagæ. 247.2.B
Insulæ natantes. 271.2.B
Instrumentorum naturalium quę vis ex parte dæmonis applicantis, fuse ostenditur. 119.1.B
Intellectus solus nequit causa ecstasis, sed tantum & Dei instrumentum. 221.2.C
Intellectui quid conferre & nocere queat dæmon. 210.1.B
Intelligẽtiam discursiuam seu ratiocinationem brutis dæmon nequit largiri. 194.1.A
Intelligantne bestiæ inuicem, aut magi voces bestiarum. 191.1.A. an id magi possint facere. 193.1.C
Inuisibile corpus an dæmon queat facere. 186.2.B
Ioannes ab Hembrach ad dæmonum conuentus deductus. 178.2.B
Ioannis c. spondent: non fuit vsu receptus. 77.1.B
Ioan. Baptista à Porta. 9.2.D
Ioannis de Vaulx mirum stigma. 199.1.E
Ioannes Teuthonicus Magus. 399.1.C
Iouis Apameni fanum exustum. 133.1.B
Iouis simulacrum locutum. 192.2.A
Irene filia Spiridionis. 191.1.E
Isabella Pardæa ob sortilege crimen comprehensa. 198.2.C
Iudæ Apostoli sententia de mortuorum apparitione. 248.1.B
Iudæi filiolus in fornace accensa seruatus. 252.2.C
Iulianus Chaldæus magus. 124.2.B
Iuliani Apostatæ mors. 244.1.B
Ifili capilli. 131.2.C
Iupiter Hammon in viridi forma colebatur. 140.2.D

K.

KAbalistarum genera seu gradus. 48.1.C
Kabbauterkens. 486.1.A
Kisen Hebr. quid. 4.2.E
Klakis. 155.2.C

L.

LAc ex pariete scaturiens. 141.2.C
Lachaz quid Hebr. 5.1.B
Lachrymarum transitus qua oculi parte. 21.1.B
Lamia Basileensis. 150.2.E
Lamiæ. 6.2.C
Lamiæ & Menippi nuptiæ. 111.1.D
Lamiæ scientiam Magicam discunt potiunculæ & quali. 138.1.A
Lapidis philosop. nomina, & materia. 91.2.A

Lapides in æs liquati. 63.2.B
Lapponum exstases. 218
Lareis. 226.2.D
Larina oppidum à Magis liberatum. 146.1.D
Laruæ. 226.2.D
Latace. 125.1.D
Latronum spectra Diu. Germano apparēria. 246.2.B
Laudes Dei magica dissipantur. 176.2.B
D. Laurentij Justiniani visio. 236.1.E
Lauretana spectrorum infestatio. 276.2.B
Leberis serpentum. 205.2.A
Lemures. 226.2.B
Lemuria seu Remuria. ibid.C
Leo cur metuit gallinacei cantum. 22.1.A
Leo Isauricus punitus. 255.1.C
Leo Imper. auiculæ. 31.1.C
D. Leonis vel Caroli Magni spuriæ orationes. 197.1.D
Lernum. 227.2.B
Leucippe Galateæ filia. 204.1.C
Lignum sæpe lapidascit. 68.2.D
Lilith Succuborum dæmonum præses. 188.2.A
Lineæ confusæ quo pacto speciem picturæ præbeant. 120.1.A
Lipothimia. 314.2.A
Litteræ & syllabæ nulla cum cœlo cognatio. 311.E
Loca constituta & solemnia sagarum, in ditione Beneuentana. 196.1.C. inditione Vltraiectina. ibid.
Localis translatio sagarum vera. 169.1.
Localium translationum falsarum exempla. 170.1. verarum exempla. ibi. & seq.
Locusta significat dæmonem. *Proloq.*
Locutiones miraculosæ quo fiant modo. 191
Loqui bestias an faciant magi. ibid.
Lothi vxor quomodo in statuam versa. 285.1.C
Lucomorij an quotannis resurgant. 310.2.B
L. Cossitius. 201.1.E
L. Marcius. 131.2.C
Ludouici Alodisij Imol. ensis tyranni spectrū patris. 261.1.A
Ludouicus Bauarus Imp. 143.1.D
Luna cœlo non deducitur. 135.1.D
Lupus an ei quem prior vidit raucedinem adferat. 21.2.B
Lupos dæmones esse. 142.1.B
Lusitana mulier ex simio duos filios peperit. 156.
Lusitaniæ Regum insignia vnde nata. 258.1.B
Lutheri matheologi meteorologia. 132.2.D
Lutgardis cautio. 271.1.A
Lycaon morbus, Lupina insania, & chatrab. 188.1.A
Lycanthropi qui & quomodo. ibid.
Lyncei. 22.1.D

M.

Macedonius moriens citat Anastasium ad iudicium, sed irrito conatu, quia schismaticus. 252.1.A
Macrianus Græculus. 150.1.D
Magdalena Crucia. 185.2.C
Magia quid. 3.2.A
Magiæ diuisio. eadem.
Magia prohibita quid. 3.2.E
Mathematica quid, & mira eius exempla. 31.1.B artificialis quid & quotuplex. ead.
Magia duplex Persarum mala vtraque & vtriusque origo à Satana. 7.1.B
Magiæ naturalis diuisio. 9.1.D
Magiæ naturalis operatricis scriptores, & eorum censura, cautioque. eadem.
Magiæ vis in cacodæmones? qualis & quāta 316.1.
Magiæ prohibitæ species quæ. 3.2.E
Magiæ dæmoniacæ notæ, seu indicia pacti initi. 109.1.E
Magiæ dæmoniacæ quis primus auctor. 99.2.B
Magiæ potestas quæ in cœlos, astra, & elementa. 135.1.C
Magiæ dæmoniacæ libri. 98.1.C
Magiæ dæmoniacæ scriptores vetusti. 7.2.
Magiæ naturalis auctor Deus. ibid.
Magiæ naturalis definitio. ibi.
Magi an queant impedire actiuitatem agētis naturalis, & varia exempla. 131.2.A
Procellas ciere possunt. 136.2
Quid in aquas possint. 40.2.B
Loco mouere quæ valeant. 135.2.E
Substantiales vel accidentarias formas an producant. 130.2.B
Possunt quæ dæmones nec amplius. 115.1.A
Quid possint in fortunæ bona. pag. 1.D
An amplius possint in serpentes, quam alia bruta. 156.1.C
Nequeunt errare, nec quiduis ex quouis facere, nec ex quauis causa, vel quouis instrumento: nec in instanti, nec tempore nimis breui nec facere, vt sit vacuum. 130.2.B

Magi pauperes & viles vbique cur. 149.2
Magi septentrionales, vt Finni, Biarmij & alij. 212. D. Tartari. ibi.
Magi tres Euangelici quales. 92. D
Magorum varia nomina apud Hebræos & quid singula significent. 5. 1.
Magorum varia nomina apud Latinos. ead.
Magorum vetustissimorum nomina ex variis. 6. 2.
Magorum potestas in orbes cœlestes & sydera. 135. 1.
Magis dæmones non ex pacto, sed sponte obediunt. 318. 2. B
Magici effectus non sunt gratiæ gratis datæ. 99. 2. C. nec sunt effectus bonorum Angelorum. 100. 1. nec sunt effectus animarum. eadem.
Magicæ virtutes. 127. & seq.
Magicarum artium causæ & genealogia per apologum. 216.
Magnetis vis. 32. a
Mammona. 285. 1. A
Mammon. 183. 2. A
Manes accire. 237. 2. C
Manes & Marcion vnde hæresim scripserint. 7. 1. C
Mantensium mahorum error. 302.
Manethon magus. 124. 2. C
Manicum solanum. 208. 2. B
Margullinæ prior à dæmone occisus. 150. 2. D
Margarita eslingensis. 193. 1. A
Marcus hæret. & Magus. *Proloq*
Marcos oppidum obsidione liberatum à Mago. 258. 2. C
B. Maria virgo pro mundo intercedit. 258. 2. C. eiusdem visiones. ibid.
B. Mariæ Virginis odium in hæreticos. 250. 1. 2. eiusdem varia miracula paginis seqq.
B. Mariæ de Columna primum templum. 241. 2. A
Mariæ virginis deuotio quam vtilis, exemplo probatum. 191. 2. B
Maria soror Moysis an scripserit de alchimia. 59. 1. A
Maria Pacheco mutata in Manuelē. 202. 1. B
Marsilius Ficinus à morte apparuit. 261. 2. D
Marsi. 10.
Martinus II. 147. 1. A
Martyres cur Deus permiserit gladio necari, quos ab igne, aqua, &c. conseruarat. 196. 2. C
Martyres quo pacto illæsi seruabantur. 131. 1. A
Maruthas Episcopus. 140. 2. D
Mascæ. 6. 2. E
Masquillon. 171. 1. C
Matisconensis comes. 175. 2. B
Matronæ Mosellanæ supplicium. 249. 1. C
Martin. Presbyter Canonicus Legionens. 259. 1. A
San. Matthæi Euāgelium quando repertum. 251. 2. A
Mαγαί & cur non dæmon. & Gal. Matous. 304. 2. E
MECHASSEPHIM quid, Hebr. pagin. 5. 1. D.
Medea. 126. 2. D. & seqq. eius ignes.
Melindani. 151. 2. E
Melusina. 163. 1. A
Memoriæ quid conferre aut nocere queat dæmon. 209. 1. E
Memphitis lapis. 198. 2. B
Mensa solis. 33. 1. C
Martinus. 160. 2. B
Messium & frugum excantatio. 141. B
Metalli definitio. 66. 1. B
Metalla an viuant. 62. 1. B
Metalla cur ductilia. ead.
Metalla in quæ principia resoluantur. 64 2. B
Metallorum materia, & conciliata sententia Peripateticorum & chemicorum. ibid.
Materia proxima an eadem esse possit. 67. 1. D.
Metalorum omnium an vnica species perfecta. 65. 2. D
Metamorphoses variæ, & an corpora per magos fieri queant. 187. 1.
Metamorphoseos Gentilium, vt sociorum Diomedis. Iphigeniæ, victimę cæsar. 118. 2. 2
Metaphora in SS. 11. 2. E
Metonymia in SS. ibid.
Michaelis Sidicitæ præstigiæ. 121. 2. C
Militares incantationes & superstitiones. 9. 1
Milo. 125. 1. E
Miraculum & mirum quid sint. 116. 1. A
Miracula an fidei efficax probatio. 118. 2.
Miracula aut mira an magi queant facere. 115. 2. A
Mithra. 103. 2. A
Mixta an à magis produci queant. 155. 2.
Modus alchimiæ, seu media quæ licita. 79. 2.
Mœris. 125. 2. D
Moguntinus dæmon diffamator. 142. 2. A
Monuedrensis Abbatissa. 205. 2. E
Monstra an de suis inferioribus prædicentur 118. 1.
Monstrorum quæ natura sterilia. ibid.

Monstrorum origo. 156.1.C
Morbi qui faciunt, & quis moruus videatur. 314.2.A
Morbi ἄφονοι. ibid
Morienus fictitius. 60.1.D
Morituri quibus dexteram porrexerint an appareant postea. 270.1.A
Morituris quam terribilis dæmon appareat. 306.2.A
Moses quo apparuerit modo. 231.1.A
Moses an scripserit de alchimia. 59.1.A
Motus localis per aerem magicus. 114.2.C
Motu locali quomodo dęmon vtatur in magicis. 118.1.B. quid valeant mouere loco, & quomodo. ibi.
B. Musæ fœlix transitus. 153.2.B
Musica quomodo moueat. 50.2.B
Mustela ex org. militis. 219.1.A
Mustelæ & buffonis odium. 22.1.A

N.

NAchaz Hebr. quid. 5.2.
Napello educata puella veneno imbutura Alexandrum. 23.2.D
Nascitur nemo medicus vel fascinator. p. 14. 1.C
Natura quo pacto operetur. 49.1.D
Naturæ leges in magicis etiam vigent. p. 115. 2.C
Naturæ ordo quotuplex. 49.1.D
Naturæ leges & vniuersi ordo mutari nequit à Magicis. 130.1.B
Nauigantibus littus cur mouere videatur. p. 120.2.
D. Nazianzeni visio. 236.1.B
Neapolitanus rex vltimus Italus, an per magiam deturbatus, & an Italus esse queat. 147.2.B
Necyomantiæ origo. 226.1.E
Nemesis. 285.1.C
Nero magicen irritam expertus. 118.1.A
Nicaraguani. 187.1.C
Nobile Raymundi. 72.1.B
Noctambuli vnde, & fuse de his. 15.1.B
Nogeri visio. 236.2.D
Noc & Chamus an scripserint alchimiam. 59.1.A
Noema dea Chinensium. 144.2.D
Nomina sunt radij rerum. 51.2.E
Nomina sunt vitæ expertia. ibid.
Nomina an à Deo rebus indita. 52.
Nomina vim Physicam nullam habent. 53. 2.C
Nomina vnius linguæ non plus possunt quã alterius, nec barbara quam Latina. pag. 51. 1.C.
Nominum vis nec nascitur ab imponentis sanctitate, nec à linguæ dignitate. ibid.
Notoria ars. 40.1.A
Numerus formalis magicus qualis. pag. 40. 1.A.
Numerus musicus quid valeat. 34.1.A.
Numeri imparis vis. ibi.
Numæ Pompilij cœna magica. pa. 124 2.A
Nympha muliebris. 203.1.E
Nympharum variæ species. 280.2.C

O.

OBlatio sacrificij pro mortuis. 255.1.
Octimestris partus ratio. pag. 37. 2.C.
Oculorum morbi & formicatio & halalol. 243.2.D
Oddo Danicus. 104.1.B
Odoratus deceptio. 274.2.B
Oenotheris. 208.2D
Olibi Max. vrnula & in lucerna in extincta. 58.2.B
Ollerus Suecus 142.1.C
Ollerus magus. 145.
Onitopompi. 316.2.A
Operis huius occasio & finis. *Proloq.*
Operum naturalium species. 49.1.B
Ophiusa. 208.2.B
Orationis vis contra spectra. 245.2.
Oratio retrograda an qua talis effectiua. 53. 1.C
Oratores quomodo persuadent & mouent. 50.2.B
Ordines vniuersi quatuor. 49.2.B
Oricalchum officium & naturale. 63.2.B
Origenes damnatus. 252.1.E
Origenis errores dæmon Magis persuadet, 105.
Oromagda seu Oromazus. 7.1.C
Orpheus & Amphion magi. 41.2.B
Orphei caput. 192.2.A

P.

PActum magicum duplex, explicitum & implicitum, & vtriusque formulæ atq; solemnia. 99.2.B
Pactum magicum quale peccatum. 104.1.A
vanum & pernicosum. ibid.

Pactum tacitum Magicarum quale & quomodo dignoscendum. 105.1.A
Pactum tacitum quando non mortale. ibidem.
Pactum de apparendo. 267.
Pactum de apparendo post mortem, an licitum tutumue. 270.2.E
Pacto non astringitur dæmon, & cur aliquãdo illi ster. 100.2.C
Palea quomodo videatur esse trabs. pag. 121. 2.B
Paleæ niues conseruant & fructus maturant. 8.2.B
Paleæ quomodo appareant esse serpentes & saltitare. 120.2.
Pantaura lapis. 43.2.C
Pandulsius Capuanus. 256.2.A
Pandoræ poculum an alchimicum. 59.
Panem & salem cur dæmon oderit. 143.
Panicus terror. 901.A
Papyrij Massoni malitia & stupor. 78.2.B
Παραλαμβάνειν. 175.1.A
Paraseeues filiorum vis curandi. 24.2.A
Paredrij. 316.1.A
Parentationes. 226.2.C
Partus prodigiosus in regno Neapolitano. 117.2.B
Partus monstrosi varij in varijs locis. 156.1.C
Paseris præstigiæ. 111.2.A
Patres animam cœlis tribuentes figuratè locuti. 12.1.D
S. Pauli Gentiles. 24.1.B
Pauonis caro nescia putrescere. 8.2.B
Pecunias fictitias dat dæmon & magi. 150. 1.A
Pegusani orti à cane. 157.1.A
Penetratio corporearum dimensionum an dæmoni possibilis sit, & an contra naturã. 184.1.E
Periapta. 53.2.C
Pentaphylli herba. 39.2.A
Perlei clypeus. 186.A.E
Persarum cadauera cur non putrescant. 22. 1.A
Peruani viperas sine noxia quomodo contrectent; & mira illorum solemnia. 132.2.C
Persarum duo dij. 7.1.C
Peritio an potentior quia lamina insculpta. 53.1.E
Petri de Paz tribuni Hispani apparitio post mortem egregiæ victoriæ causa. 262.2.A
S. Petronilla a B. Petro sanata. 27.2.E
Phaeton. 223 2.E
Phaætusa. 201.1.B
Philippi Diaconi translatio. 175.1.F
Philotis. 292.2.D
Phrenitis & Mania quid. 274.2.B
Phylacteria. 53.2.B
Picus rex. 126.1.A
Pici Mirandulani alchimia. 78.1.C
Pygmæus fuisse & esse. 166.1.B
Pici Martij herbæ vis. 30.1.D
Pilularum numerus impar. 39.2.B
Pisani magi. 151.1.A
Pisces inuicem mouent. 193.
Platanus in oleam mutata. 70.2.C
Platonicorum varia deliria. 48.1.C
Plumbo liquato manus lota Venetijs. 8.2.B
Plutus & Pluto vnde ἄδης. 235.I.A.C
Πνεῦμα etiam accipi de anima. 240.
Pœnitentiam Diabolus non potest in lamijs impedire. 215.2.D
Polycriti spectrum & caput filij loquax. 192. A.B.
Potamantis. 208.
Præfiscini. 53.2.B
Præstantij pater. 188.1.C
Præstantij patris delusio. 121.1.E
Præstigia quot modis dæmon operetur. 119. 2.D
Præstigiatorij effectus quibus regulis cognoscendi. 121.2.A
Præstigiatrix magia, & exempla, & eius fundamenta quæquam. 32.1.A. quam pernicioſa auctoribus & principibus, ac etiam tauroribus. 33.
Præter naturalia opera quæ. 5C.1.A
Priscilliani error. 140.1.C
Prosopopœia in S.S. 11.2.D
Psylli. 8.2.D.30.2.C
Psyllorum & Marsorũ vis in serpentes. 8.2.C
Publij caput. 192.1.D
Pueri per distans ianuas aperientes. 30.1.C
Putredinem quæ arceant. 223 2.C
Pythagoras magus. 192.2.A
Pythagoræ magica. 124.1.E
Pythagoræ femur aureum. 59.2.C

Q.

Qualitatum occultarum necessitas. 34.1.D
Quantitas vt sic non est actiua. ibid.
Quæstiones & tormenta cur multi magi fortiter ferant. 198.1.A
Quirini cuiusdam infœlix exitus. 197.1.E

R.

Rabbinorum errores. 5.1.B
Renuncli decretorij. 107.2.B

Raptus causa. 221.2.D
Ratio an concedenda brutis. 194.1.A
Raymundus Lullus. 9.2.B
Raymundus Lulius verum aurum produxit. 72.1.B
Reatinus circulator. 33.1.B
Regulæ discernendorum verorum effectuũ à præstigiosis. 115.1.C
Reliquiarum gestatio. 54.2.C
Religio Gentilibus pro superstitione. 2.1.E
Religio quid Theologis. ibid.
Religionis & superstitionis differentia. ibid.
Resurrectionis veræ effector solus Deus, nõ dæmon, nec natura. 309.1. Insectorum imperfecta resurrectio. ibid. Gentilium apparentes resurrectiones explicatæ. 314.
Resurrectionis fictæ mirum exemplum: & de bobus stigum resurg. 310.1
Resurgentes cum Christo. 231.2.C
Richardo Comiti mirum spectrum oblatũ. 310.1.D
S. Roberti visio. 305.2.C
Roman. Ramirez magi historia. 212
Ruta furtiua fertilior. 8.2.

S.

Sacrilegus punitus. 256.2.A
Sagæ cur fœtidæ. 198.2.
Sagæ possunt discernere an veræ translationes sint, & quo pacto. 183.1.B
Sabir cum dæmon. 304.2.D
Sal Agrigentinus aqua induratur, igne liquatur. 8.2.C
Sal deest in conuiuijs magorum. 143.2.A
Sal, bitumen, atramentum naturalia & artificiosa. 70.2.C
Salar Regis spelunca. 150.2.D
Salmanticensis puer sanans tactu. 27.2.D
Salomon an diues per alchimiam. 59.1.D
Salomonis Magia. 98.2.D
Salomonis exorcismi quales. 318.1.C
Salomonis Regis Magia qualis. 9.1.B
Saluatores Hispaniæ an Magi & permittendi. 28.1.C
Salutatorum mendacia & errores. 28.1.B
Salutatorum vis non est naturalis. 29.2.C
Samaria infamata Magiæ. 5.2.D
Samuel an euocatus per Pythonissas. 113.1.B
Samuelis anima vere apparuit. 238.1.C
Sancti vim habent coercendi dæmonem. 318 1.B.
Sanctorum reliquiæ contra spectrum. 264. 2.
Ss. variorum apparitiones. 143
Sanctorum ieiunia à Deo. 200.2.C
Sanctorum dormientium duodecim. 199.2.D
Sandracha naturalis & fictitia. 63.2.B
Sanitatis donum est à Deo. 24.1.D
Sardoi Heroes. 199.2.D
Sarracen' in Apulia thesauri repertor. 151.2.D
Satyri. 125.2.B
Scasij magi mors. 167.2.2
Scantiarum aquarum flamma. 132.2.A
Schiltochium à saga crematum. 142.1.E
Schismaticorum fauentis pœna. 254.1.B
Scientias & artes quo dæmon pacto docere queat. 210.1.E
Scotiæ Regis, contra Pictos stratagema. 272.2.D
Scotus Parmensis. 143.1.E
Scriptura loquens de animatione cœli quo pacto intelligendæ regulæ aliquot. 11.2.C
Scriptura Pontificia defendi Deo quam gratum. 210.1
Scorbiculæ ad pluuiam. 139.1.B
Selenitis. 111.2.C
Semen humanum quid. 160.1.D
Semidei & Heroes veterum ex incubis. ibid.
Senectus an iuuentam queat mutari. 205.1.D
Sensum doloris an dæmon homini queat auferre. 196.2
Sensitiua vis quid possit pati à Magis. 207.2.D
Senus pro sinus apud veteres. 152.2.D
Septem granula rixas prouocantia. 8.2.E
Sepulcro Aiacis vox erumpens. 311.1.C
Serapis. 285.1.A
Serpens querna fronde necatur, & Ibidis penna sistitur. 22.2.D
Serpens iuuentam renouat. 205.1.D
Serpens mutatus in aurum. 290.2.C
Serpentum incantatio. 113.1.A
Seruij Tulli capilli. 131.2.C
Sibylla an vaticinata de alchimia. 59.1D
Sibyllæ Nursinæ. 282.2.B
Sigebertus Franc. Rex. 145.1.D
Sigillorum vis. 35.2.B
Silicernia. 226.2.
Siluæ classis speciem præbentes. 261.2.C
Siluanus Episcopus falso accusatus. 142.2.D
Siluester II. 147.1A
Simeonis Sali amuletum. 54.2.B
Simonis Magi præstigiæ. 111.2.B
Simonis Magi prodigia. ibid.
Simon de Turua. 209.A
Simonis Magi canis. 124.1.D
Simonis Magi volatus. 111.2.A
Simulacrum & vmbra an ab anima differant. 117.1.B

Siproeta. 204.1.D
Sisyphus an artis alchimiæ inuentor. 59.2.A
Sodomitarum aorasia. 121.1.D
Somni diuturni varia exempla, & an magicis possit conciliari. 199.2.B
Soni & voces prodigiosæ statuarum, hominum, &c. 272.1
Sopater magus. 136.1.A
Sortilegi & Sortiarij. 7.1.A
Sosipatra. 212.1.A
Spagirica. 58.1.B
Species imaginarias quas dæmon queat ingerere. 207.2.E
Specie differentia commisceri & gigneie. 162.1.C
Spectrum vehit militē Hierosolymā. 294.1.B
Spectra portendentia futuras clades & calamitates. 296.1.A
Spectra quo pacto lapides queant iacere. ibi.
Spectra vel animas nequeunt magi elicere, sed simulantur à dæmonibus. 319.1.
Spectra fœminea puellarum, matronarum ve quam varia. 295.2.A
Spectra artificiosa. 272.1.D
Spectra vexantia domesticos, & strepitus causæ. 232.1
Spectra ficta varia. 173.2.B. quale peccatū. ea.
Spectra contemnens ab ijs truncatus. 293.
Spectrorum dona periculosa. 295.1.A
Spectrorum infestatio causa rescindendæ locationis. 296
Speculum cur vitietur aspectu menstruatę. 21.1.A
Specula incendiaria. 10.2.C
S. Spiridionis miraculum. 190.
Spiritus damnatorum & beatorum non subintrant corpora. 235.1
Spirituū apparitiones à quibus explosæ. 225. 1.B. defensæ, ab auctoritate Gentilium. ead.
Spirituum seu animarum discernendarum ratio. 232.
Spirituum apparitio probata contra Philosophos rationc. 227.
Sporus. 205.1.E
Stallichten. *Germ.* 131.2.E
Stanislaus. 315.2.E
S. Stephanus Diensis. 319.2.C
Stigma sagarum insensile qua forma. 198.2.C
Stomoma. 63.2.C
Struthiocameli oua non excluduntur aspectu. 22.1.A
Striges. 6.2.C
Stumph. Petter Bebburgensis. 190.1.A
Succuba dæmon an parere queat. 161. & seq.
exempla varia quomodo accipienda. ead.
Supernaturalia opera quæ. 49.1.C
Superstites qui. 1.2.B
Superstitio falsi cultus. 3.1.
Superstitio vnde dicta. ibid.
Superstitio indebiti cultus. ibi.
Superstitio in malo. ibi.
Synagoga credidit animas apparere. 238.1.A

T.

TActus solus non est causa effectuum mirandorum. 27.2
Tactu sanant nonnulli. 27.1.C
Tarantulæ venenum. 8.2.D
Tarentinus senex. 205.2.C
Tardictylis. 208.2.A
Tartari Polonos arte magica fundunt. 144. 1.A
Taurus verbis domitus. 154.1.D
Tauri hominitanorum iuuenum ex ebrietate, væsania. 275.1.B
S. Telmi flamma. 132.2.B
Temperamentum æqualitatis, quod Itali medici quidam confixerunt, impium. 14. 1.B
Tenebras Magi excitant. 140.2.A
Tentare quantum sinatur Diabolus. 215.1
Terræ opus sacrum quid Hippocrati. 59.2.C
Terræ motus causare an magi queant. 136.1B
Testimonium pauperum an admittendum. 73.1.B
Testimonium domesticum quando validū. ibid.
Testudo quomodo excludat oua. 22.1.A
Thaumaturgica magia. 33.1.E
Theangelis. 208.2.C
Theodorus monachus. 184.2.B
Theriaca. 44.2.B
Theotecnus magus. 274
Theophilus medicus. 472.2.B
Theophilus Vicedominus. 147.1.E
Thesauros quærentes magi à dæmone necati. 151.1
Thrasyllus. 275.1.A
Thynicus. 212.1.A
Tironib⁹ religionū infesti dæmones. 275.2A
Transmutationes sagarum in bestias. 188.
Torpedo torpefacit manum piscantis. 23.1.A
Transuectiones corporum dęmonibus factę aliquando sunt circa defagationem maleficarum. 183. exempla. 91.2.E. & seq.
Treuirensis rustici factum. 139.1.A
Triscalinus parochum diffamans. 142.2.A
Triticum & sigilo mutantur in inuicem. 70.1
Triticum, loliū, sigilo an specie differant. ibi.

Trithemij Steganographia. 99.1.A
Tympanum ex pelle upina sonitu rumpit tympanum agnina ex pelle resonum. 8.2.B
Tyresias, 204.1.A
Tyresias & Melampus non intellexere voces auium, 193.1.D

V.

VDo Magdeburg. Episcopus, 256.2.D
Varus. 127.2.D
Vellus aureum. 59.2.B
Veracrucij quædam refutata, 16.2.C.D
Veratrices. 6.2.C.D
Verborum significatio an sit effectiua. 52.1.C D.E
Verborum complexio an effectiua, ibid.
Verborum insusurratorum in aurem tauri vis nulla, 20.1.C.D
Verborum & nominum seu incantationum vis, 48.2.C
Vermiculi mutantur in alites, 70.1.C
Vespertilio foliis platani abigitur, 23.1.A
Vicilinus auis, 308.2.A
Victoriam in bellis an magi largiri valeant: item ad vrbiũ expurgationem iuuare, &c. 144.1.C
Vipera arundine icta obstupescit, 23.1.A
Virgo vt concipiat, an dæmon queat efficere. 163.2.B
Vir an in fœminam possit mutari, 204.1.B
Virunculorum spectra, 297.1.C
Virgam aut alia membra, an verè dæmon augeat aut amputet, 189.2.E
Visio fit introsusceptione non emissione. 20.2.B
Visio & visum qui differant, 229.2.D
Visionum exempla quædam in S. Histor. ibi.
Visus seu aspectus non est efficax ad sanandum morbos, vel alia huiusmodi mira. 202.B
Vita non pendet à numeris. 206.2.A.B
Vitæ periodus an aliqua certa cunctis. ibid.
Vitam perpetuare homini non potest dæmõ. ibid.
Vitales actiones tribuere dæmon in corpore assumpto error. 306.2.C
Vlrici Molitoris error. 167.1.B
Vmbræ quid. 227.1.C
Vnguenta cur adhibeat dæmoni in translatione. 174.1.B
oce sola morbi & vulnera sanari, vel mira alia nequeunt perfici. 20.1.A
Voces animalium, vt in homine audiantur an possint magi facere. 193.1.C, in vteris prægnantium, ibid. C
Voluntaria & prolibito exstasis est magica. 217.2.D
Voluntati an dæmon vim facere, & quomodo inducere queat, etiam quoad peccatores, 212.2
Voluntasne esse queat in concubitis cũ dæmone, 162.1.A
Vratislai & Gremozissai bellum, 146.A
Vriel, an nomen Angeli, 56.2.E
Vrsariorum amuleta. 161.A
Vter vndo sagi & sagæ potant scientiam. 210.1.B
Vulnera arceanturne magicis. 196.2
Vulnerum militaris curatio. 24.1.B
Wisselkinderen. 163.1.D

X.

Xaca Iaponicis, 161.1.A

Z.

Zabulus. 98.2.D
Zahuris Hispaniæ quales, 221.D
Zamorano monacho pactum & apparit. 271.1.A
Zelotypiæ poculum. 54.2.D
Zoroaster non vnus, sed multi, & qui? 7.2.D
Zyto Bohemus. 113.1.A

S. SCRIPTVRAE, ET VARIORVM SCRIPTORVM LOCA HIS LIBRIS EMENDATA VEL EXPLICATA.

Ex veteri testamento.

Genesis 1. v. 12. 1. A. & 2. v. 9. 208. 1. D. & 6. v. 3. 206. 1. D. 6. v. 12. 1. A. 159. 1. B. & 19. 67. 1. 153. 2. 13. & 32. v. 24. 188. 2. A

Exodi 7. & 113. 2. C. & 13. v. 16. 53. 2. D. & 22. v. 18. 5. 1. C

Deut. 26. v. 28. 53. 2. D. & 31. v. 2. 206. 1. D. & 32. v. 1 11. 2. D. 32. v. 39. 136. 2. D

Reg. lib. 1. c. 16. v vlt. 273. E. & 1. Reg. 28. 4. 113. 1. A. 64. 2 2. Reg. 14. v. 14. 228. & 3. Reg. 22. v. 22. 117. 1. B.

Paral. 116. v. 26. 3. 1. A. v. 33. 5. 1. A

Esdræ 4. 4. v. 1. 56. 2. D. & eod. lib. 4. cap. 8. v. 2 59. 2. D

Tobiæ 6. v. 8. 162. 2. & 7. 16. 2. & 8. v. 2. 162. 2.

Iob. 1. v. 16. & 19. 137. 2. A. & 7. v. 10. 268. 2. D. & 9. v. 32. 160. 2 & 15. v. 1. 12. 1. A. & 38. v. 7. ibi.

Psal. 32. v. 61. ibi. & 57. v. 6. 112. 2. E. 154. 1. A. & v. 57. 57. 57. D. 90. v 5. & 6. 145. 2. & 102. v. 15. 136. 2. 145. A. v. 15. & 16. ibid. & 105. 23. 57. D. & 113. 11. 2. E. & 115. vers. 15. 219. 2. A. & 146. vers. 4 28.

Prou. 23. & v. 33 81. 2

Eccles. 3 24. 40. 2. & 46. vers. vlt. 113. 2. A. 238. 2. E

Ierem. 7. v. 18. 12. 2. A. 154. 2. A. & 44. v. 17. 12. 1. A. Threnor. 4 148. 2

Ezech. 8. v. 3. 183. 1. C. & 27. v. 11. 87. 1

Daniel. 4. v. 32. 12. 1. B 138 1. D

Sophoniæ 1. v. 5. 12. 1. B. 31. v. 25. 282 2. E

Ex nouo testamento.

Matthæi 4 v. 9 174 2. D. 8. ibid. & 11. v. 22. 11. 2. E. 14. v. 26. 240. 1. B. & 17. ibid. C

Lucæ 4 vers. 174 2. D. 68. 1. 160. 1. 162. & 10. v. 19. 52. 1. B. & 11. v. 19. 161. 1. & 24. v. 37. 239. 2 E. & 16. v. 26. 267. 2. A. & 19. v. 40. 12. 1. B. & vltim. v. 30.

A

Ioan. 8. v. 48. & 49. 5. 1. E. & 20. v 19. 239. 2. E

Actorum 11. 15. 240. 1. B. & 12. 185. D

1. Corinth. 9. v. 13. 215. 2. B. & 12. v. 9. 24. 1. D

2. Corinth. 5. v. 4. 232. 2. C

1. Thessal. 4. v. 13. 267. 1. E

Hebr. 2. v. 5. 130. 1. E. & 11. v. 34. 197. 1. A

Loca vtriusque iuris.

28. 2. A. c. 1. & 4. 26. q. 5.

c. Episcopi. 26. q. 577. 1. B. 187. 1. A

B

c. spondent. de crim. fals. in extrauag. 39. 2. D. 77. 1. D

Concil. Elibertinum. 244. 1. A

Concil. Nicænum. 1. ibi.

Lostentum. de verb. obligation. 237. 2. B

L. ex Senatusconsulto. ad legem Cornel. de Sicar. ibid.

L. multi. C. de malefic. & mathe. 137. 2. B

Locum Patrum & Ecclesiast. Scriptor.

C

Alchimi Auiti. lib. 4. c. 3. q. 4.

Ambrosij. 245. 1. A

Anastasij Nisseni. 269. 1. E

Arnobij. 6. 1. E. 194. 2. C

Augustini. 113. 1. B. 166. 1

Basilij Cæsar. 554. 2. C. 225. 2. B

Burchardi lib. 2. q. 10.

Cæsarij. 229. 2. A

D

Cassiani. 160. 8. c. 316. 2. D

Chrysostomi. 54. 2. D. 160. 2. A

Clementis Romani. 7. 1. E. 67. in margine.

Eusebij. 118. 2. B

Firmiliani. 118. 1. D. 135. 2. E

Helinandi. 219. 1. B

Hieronymi. 40. 1. D. 55. 1. A

Hilarij. 153

Hildegardis. 253. 2. B

Irenæi. 104.1.C
Isidori Hispal. 1.2.B
Iustini Martyris. 7.2.C.241.2.C
Lactantij. 2.1.D.8-1.A
Nicephori. 243.2.D
Origenis. 50.2.D.246.1.C
Paulini Nolani. 246.1.C
Philasterij. 159.1
Tertulliani. 131.1.C.241.2.E
Theophilacti. 270.1.A
Thomæ Aquinatis. 37.1.D.602.D

PROPHANÆ HISTORIÆ vel Philosph. aut Poes. script. loca.

Æliani. 195.2.E
Apulei. 226.2.E
Aristotelis. 64.2.E
Ausonij. 204.2.A
Calpurnij. 17.2.C
Cedreni. 72.2.D
Ciceronis. 2.1.B
Claudiani. 110.2.B.272.1.E
Euripidis. 223.2.E
Galeni. 194.1.D
Gellij. 141.1.E
Glycæ. 124.1.B
Herodoti. 219.1.a
Hippocratis. 290.1.B
Horatij. 187.2.C
Jamblichi. 196.2.C
Iosephi. 9.1.C
Lucanis 100.2.a
Lucretij. 1.1.E.23.2.E.229.1.C
Manilij. 58.1.C.52.2.D
Nonij. 2.1.D
Ouidij. 141.2.D.187.1.A.205.1.C
Philostrati. 192.1.A.310.1
Platonis. 64.1.D.160.1.E
Plinij. 63.1.A
Plutarchi. 219.1.A.194.1.194
Procopij. 287.2.E
Propertij. 187.1.A
Psellij. 147.2.D
Suidæ. 7.2.E
Virgilij. 226.1.C.293.1.D
Zonaræ. 184.2.C

FINIS.



MAGICARVM, DISQVISITIONVM TOMVS SECVNDVS,

Tertia cura correctior & auctior.

IN QVO AGITVR.

DE MALEFICIO, VANA OBSERVATIONE, DIVINATIONE, ET CONIECTATIONE.

AVCTORE

MARTINO DELRIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERO, SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE, ET, IN ACADEMIA GRAETIENSI S.S. PROFESSORE.

Εἰς ΜΑΡΤΙ'ΝΟΥ ΔΕΛΡΙ'ΟΥ νεοχάρακτον Μαγείαν Μελύδριον.

Κεφαλαλγίῃ τυπεῖσα
Υε καρκίνους λαπύσσει
Ποταμηγενες λόχευμα
Εχεος πιοῦσα διὸν
Ορείγανον χελώνη.
Πεπαρμένη βέλησσι
Αἴξ δικτάμου φύτευμα
Ελατήριον μαστεύει
Τὶ δ' οὓς βίβληκε δαίμων
Εχιστε καρκινόστε,
Βλαβερόντε πῆμα θνητῶν,
Πάρεστε θεῦτε πάντες.
Υπὸ δαιμόνων σφάλεντες
Οσοι κελαινοχρώτων
Αλάλησθε θνητὴ, ὅσσοι
Λιποχρίστου Μαγείης
Μανίης τ' ἔχεσθε οἴστρῳ,
Απιστίης κατ' ὕπαρ
Οσσοι καθήκατ' ἰόν.
Τέχνηστε θαυμάτωντε
Φύσεως ὅσοι ἀγνοίῃ
Βεβόλησθε, δεῦτε πάντες,
Κατὰ χεῖρα ΔΕΛΡΙΟΙΟ
Λάζυσθε βίβλον, ἠδὲ
Σοφὸν ἐκπόνημα, μᾶλλον
Σοφίης λόχευμα δ' αὐτῆς
Λάζυσθε καὶ πίεσθε
Οδυνηφάτους γὰρ ἔνδον
Σελίδας κρηπτάσκει: Αἶσκχος
Πέλει λόγου ἄμοιρα
Νόσου κάθαρμα γνῶναι
Αεὶ θαλοῦς ΘΕΟΙΟ
Αμάρυγμα δ' ἄνδρα νούσου
Ιαμα μὴ λαβέσθαι
Σοφῆς φρενὸς, τεκούσης,
Φίλες χερὸς πορούσης.
Βίβλος, ἥδε ΔΕΛΡΟΙΟ
Προποδηγέτις σφαλέντων.
Βίβλος, εὐρυχανδὲς ἠδὲ
Θεόκραν τόν ἐστι δῶρον

A *IN MARTINI DELRIO nouiter excusam Magiam Odarium.*

CAput icta sus dolore
Fluuiatilem obteritque,
Exestque sæpè cancrum.
Et ante viperina
Testudo tabe pota
Mundam vorat conilen.
B Iaculis onusta capra
Virtute præpotentis
Dictam ni opem sibi fert.
Quos icit ipse dæmon,
Siue ille cancer, siue
Serpens, nocensue pestis,
Quid agant? adeste cuncti.
Huc dæmonum tenebris
Illuse, quisquis erras:
Desertione quisquis
Christi furis, Magiæ
C Maniæque captus œstro:
Tabescis & qui amaro
Felle INFIDELITATIS:
Huc, quisquis insciens es
NATVRÆ & artis eius,
DELRI liber sagacis
Mox in manum inseratur,
DELRI liber SOPHIÆ
Germanus ille fœtus,
Animo imbibatur alte.
D Nam paginæ recondunt
Animi medelam. Egentes
Ratione nosci morbi
Purgamina: æuiternæ
De MENTIS igne cusum
Hominem, sibi medelam
Animo sagace promptam,
Manuque latam amicâ,
Abiudicare, turpe est.
E Hoc DELRII volumen
Cœli euolutum ab arce
Per ianuam in viam dux
Erronibus patescit,

Αληθίης ἐρασαὶ
Λάζυσθε τήνδε βίβλον.
Περίεργα ἔργα δοσοις
Φύσεως δαῆναι ἡδύ,
Οισιν δίκη μέμηλε,
Οισιν μέμηλε ΘΕΙΟΝ,
Λάζυστε ΔΕΑΡΙΟΙΟ
Σοφὸν ἐκπόνημα βίβλον.

CLAVDIVS.

Hoc in manum volumen
Date VERI & AEQVI amantes.
Penitusque quid recondat
NATVRA, cui voluptas
Est nosse: IVRA quisquis,
Verumque NVMEN optas
Date in manum volumen
A DELRIO euolutum.

D'AVSQVEIVS. S. I.

IN EANDEM ALIVD.

SEv multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis
Siue exsta spectes, astra Cœlo seu notes,
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatere, verus iste te prodit liber,
Mentita veris corrigit, fallacias,
Commenta, tricas, fraude consutos dolos,
Præsente cuncta dissuit victrix Deo
Vis ingeni potentis, & constans labos.
Atque istud audes impius conuellere?
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatere, verus iste te prodit liber.
Veri peritus auctor, inuictus malis,
Magicisque laruis, nominis notum decus
DELRIO, facta dicta verat omnia.
Spectata virtus, certa stat scriptis fides.
Fatere, verus iste te prodit liber,
Seu multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis
Impostor es, mendax, superbus, improbus.

CAROLVS GOOSSINVS S.I.
OS OCVLVS SIS IGNARO.

SVPERIORIS ET CENSORVM *Approbationes.*

R. P. Oliuerij Manaræi Societatis IESV Vice-Præpositi Prouincialis licentia pro hac etiam operis parte Tomo Primo inserta est.

Hunc tertium *Magicarum Disquisitionum* librum à R. P. Martino Delrio Societatis IESV Theologo conscriptum, quod multiplici sit variaque eruditione refertus, nihilque contineat, quod Catholicæ fidei aduersetur, dignum iudico qui prælo mandetur. Datum Louanij 8. Februarij, Anno Domini 1599.

GVILHELMVS FABRICIVS
Nouiomagus Apostolicus ac Regius librorum censor.

TRes posteriores, quartus, quintus, & sextus, *Disquisitionum Magicarum* libri, auctore viro docto P. Martino Delrio Societatis IESV Presbytero, ob multiiugam eruditionem, iucundam rerum abditarum varietatem, ac soliditatem doctrinæ, Lectori, hisce potissimum temporibus, multo vtilissimi futuri sunt, vti & *Priores* earundem. *Disquisitionum*. Proinde in magnam vtilitatem Ecclesiæ omnino typis mandandos esse iudico. Datū Antuerp. XXVI. Kalend. April. Anno 1599.

SILVESTER PARDO S. THEOLOGIAE
Licentiatus Cathedralis Eccles. Antuerp. Canonicus, Librorumque Censor.

SVMMARIA PARTIS PRIORIS

LIBRI III.

QVÆSTIO I.

Quid & quotuplex maleficium.

MAleficium esse, definitur, & diuiditur. Quædam concurrentia ad omnia maleficia. A

Variæ efficientes causæ seu instrumenta maleficij. de pulueribus. De herbis, festucis & similibus, quæ substernunt. De vnguētis. De halitu seu afflatu. De verbis, minis, increpatione, laude, rebus sacris, vt aqua lustrali, vi aperta, infanticidijs, de sāguinis suctione. de strigibus veterū opinio. Gelo. Panamanæ striges Lilith matres dæmonum; & de illis errores Hebræorum. Lamiæ, quid & quales Græcis. Thren. 4. Isai. 34. Quo pacto infantes olim & hodie necent. B

Quæst. II. De maleficio insomnij.

Ritus solemnis, exēpla. Loca Virgilij, Ouidij, Valerij Flacci, Telephron. Denasatus nebula somnij quid Apuleio. Modi soporandi magorum signa varia pro instrumētis, & singulorum exēpla. De vnguento & illinimentis. an possint mutari in minuta animantia, & arctas rimas subire.

Quæst. III. De amatorio maleficio.

Sect. I. Quid sit, quædam huiusmodi credita veteribus. Astrites lapis, linx, qualis auis. De nostri æui philtris. de his quæ fiunt intra corpus. quod in his vt plurimum misceant res sacras. & exempla. A

De his quæ fiunt extra corpus. Sacrilegia, B quæ his immiscentur, de imaginibus amatorijs. De pergamena virginea ex cute pueri. Cur in hoc potissimum maleficio reb. sacris abutantur, & exemplum quoddam de Eucharistia. C

Sect. II. Qnæ vis maleficij amatorij. probatur late non posse voluntatem eo cogi, sed appetitum tantum. L. eorum. C. de malef. & mathem. D

Locus Baruch. 6. v. 42. accurate tractatus. Qui funiculi apud Ieremiam, qui vero apud poetas. Loca Virgilij, Valerij, Nemesiani, Propertij. Τὰ πίτυρα quid sint, defensus interpres vulgatus. Theocriti locus. Burchardi locus. Oliuæ aduri solitæ. Epityrum edulium. Hesychij locus. Ossa quid significent Hebræis. E

Quid ossa oliuarum.

Menti & corpori hæc quam noxia, ostenditur ratione & exemplis. F

De Hippomanes, quotuplex sit, explicantur varij auctores. Varia iudicia contra huiusmodi Magos, & quæ iuris Romani pœna. Anton. Guibertus refellitur. Exemplum vltionis diuinæ, quod in Misnia accidit.

Sect. III. De remedijs cōtra philtra & amoris viscum, vana quædam gentilium. Loca Virgilij, Tibulli, Nemesiani, & Propertii. Error Pomponatij. De antidotis naturalibus. De antidotis moralibus & Christianis. Ex Helinando quæ soleant amorem adferre vel fouere natum. Quæ vitanda. Remedia facti. G

Pulcra exempla, Hypatiæ. Appæ & Gelæ.

Sacerdotis cuiusdam. Cardanus refutatus cum remedio suo.

Quæst. IV. De maleficio hostili.

Quid sit, de ingredientibus, notata quædam opinio Grillandi. A

Sect. I. De fascinatione.

Hæc nunc tota luculentior quæstio. De vulgari seu poetica fascinatione; qualis, & quæ ex ea ortæ superstitiones. A

Fascini nomen. Præfiscini, *de Higa*, Hispan. Loca Virgilij & Tibulli, Despuere in sinū. An quis fascinetur à beneuolis, aut à seipso? Eutelidas, Narcissus. Loca Plutarchi & Heliodori. Pueri quo pacto fascinentur iuxta Plutarchum. Conuincuntur fabulosa. B

Theologorum quorundam inconsiderantia.

Philosophica fascinatio quid, & quod improprie dicatur fascinatio C

Thybies Pontici. Locus Plutarchi. Vis Visionis in corpus & animam ex Plutarcho. Amoris origo. Naphta Medorū. Hiaticula auis. Aurigino si morbi remediū. Inuido-

rũ intuitus, προβασκάνια. Quo pacto contagio per intuitum propagetur secundum Theologos. Richardi dicta discussa. visus videndo an agat in speculum. contagio an ex pupula vel circum oriatur. Amatus an habeat aliquam physicam qualitatem, qua efficit vt ametur. Locus Eccl. 9. v. 9. Abulensis sententia discussa. An fascinationis nomen recipiendum Christianis Fascinationis definitio & Etymologia. Loca Deut. 28. v. 56. Matth. 20.

Loca Horatij. item Eccl. 31. v. 25. Sap. 4. v. 12. E Gal. 3. v. 1. Sara an fascinatrix. D. Hier. Chrys. Anselmi, Tertulliani & aliorum sẽtentia de fascinatione. Leonardo Hasselio vindiciæ commentarior adiudicatæ. Fascinatio Magica, quid & qualis.

De sene Viterbiense contra vidam. Telchines. qui Palamnæi. Fascinantium familiæ, in Aphrica, Triballis, Illyrico Fascinatorũ signa an in oculis. Quid contra fascinationem queant remedia naturalia. Fascinatio latissime sumpta quid significet. fascinari iudices an verum. Opinio vulgaris fascini vnde nata.

Sect. II. de maleficijs venenarijs.

Quæ sit potestas Diaboli in malos. Lutheri error. Locus 2. Cor. 4. v. 4. Lamb. Danæus notatus. Sagæ possunt occidere, & morbos inferre. A

Elzan magus plurimos occidit. Sagæ Heluetiæ quam multos, imo & proprios liberos vorauere. maleficium per acupuncturam. De aliis in superiori Germania. item in Salassis. item apud Geneuenses. B

Modi duo per introsumptionem, & eius exempla, strigatio puerorum tertius per inhalationem. Clemẽtis VII. mors, exemplũ Agyrtæ Itali. & aliud Alsaticum, & aliud Nigræ siluæ. Quæ causa huius veneficii inhalatorii. Bodini error. De venefico Italo. Parisijs agente.

De venenis quæ extrinsecus adhibentur. varij modi. Loci de hac re Horatij, & Lucani. Telephũ à lamiis in specie mustelenaso tũcatus, Locꝰ Apulei, & Quinctiliani, D

Gnosticorum immanes cibi, hinc causa calumniarum in Christianos, de infanticidijs. Venena quædam miræ efficacitatis. De stygis aqua. Iuberti sententia notata Scopelismus quid. Saccularii qui L. cum quædam & L. laccularium D. de extraord. crimin. loca. ob. 5. v. 23. Virgilij & Planti. Hisp. quid: *cargareldado.* E

Sect. III. De aborsu difficili partu, & lactis desiccatione.

Stadle in lacerta sub ostio posita, infantes in vtero materno necabat. abortus flatu procuratus. vtres Littelaten. Perpetua prægnatio cuiusdam apud Apuleium. difficilis partus Alcmenæ. Exemplum lactis furat. & ritus accidit Treuiris. De lacte exsiccato, etiam in muliere per solas minas. De frumenti furto per maleficium. F

Sect. IV. De sagittarijs, assassinis & imaginum fabricatoribus maleficis. A

C. vni. de sagittarijs, explicatũ. quod genus hominum sint isti. Ritus horum, & exẽpla nonnulla, vt Punkleri & aliorum. De Finnis & Lapponibus sagittarijs. C. vni. de homicid. in 6. Qui proprie assassini. B

De iconopœis maleficis. Notati Cardanus & VVierus. Althææ stipes fatalis Meleagro. Loca Ouidij & Horatij. Hist. Duffi Regis Scotiæ. De Enguerrani vxore. de alijs in Francia recentioribus, Caroli. 9. & Pontificis cuiusdam. De statua Simoni Bulgaro exitiosa. De alia Tricipiti, deque alijs quę in Circo Byzantino magicæ fuere. C

Sect. V. De morbis varijs à dæmone illatis.

Dæmones varios immittunt morbos. Notãtur Põpanatius, Lemnius. Locus D. Math. 17. v. 14. De Lunaticis & Epilepticis. Firmici locus. A

Exempla, Thallus sic affectus per Apuleium. aliud ex malleo exemplum. Locus G. Luc. 8. v. 27. & 13. v. 11. 1. Re. 16. v 14. 15. & 23. dęmonum nomina ab effectu in S. S. Cur magna in his auctoritas Sprẽgeri & Nideri. B

Exempla ab ijs allata varia B. Angelæ Fulginalis Stiradii Dementiam adferunt. Exẽptum ex Mathiolo. morbi Gentilium à dęmonibus, vt cereretorum. Panicorum & Fanaticorum. D

Quo pacto dęmon inferat morbos. Catechistes.

Sect. VI. de mira rerum solidarum & magnarum in corpus ingestione ac egestione. A

Exemplum mulieris Zabernensis. item & alia septem octoue, & præcipue mirum ex vita S. Petri Tarentasi. Pisanæ monialis. B

Quæ in corpore naturaliter innascantur? Exemplum Comitis cuiusdam. Quæ naturaliter innasci non queat. C

Quo talia pacto dæmõ possit ingerere, & exerere. Exẽpla duo Ambr. Paræi, de studioso, & pastore. Tertium Remigij. Refellitur modus paracelsi. de fulmine & aqua.

Sect. VII. De maleficio deuouendi. A

Esse aliquos energumenos, & quæ ad hoc requisita, vt possessi à dæmone dicantur. An penes homines sit potestas sic deuouendi. An diaboli subintrent ipsa corpora? Discussa sententia B. Hildegardis. Cęsari, Gĕnadii, Tostati exempla varia. Notatus locus Scriptoris Annal. Ecclesiasticorum, cur id Deus aliquando permittat.

Sect. VIII. De maleficio ligaminis. A

De vulgi quadam opinione, & ex ea consuetudine nuptiali. Solere homines reddi maleficiatos. B

De varijs modis ligaminum. Cur plures viri maleficiati, quam fœminæ? Causæ maleficij proximæ.

De Lemnijs fœminis maleficiatis. De Bohemis mulieribus. Valazea Propertij locus. Palumbi presbyteri & Veneris historia. D

De virilium ablatione notatus locus Sprengeri. De muliebri arctatione. De impedimento respectiuo. Quoddam esse impedimentum perpetuum, contra Canonistas quosdam, & quod huiusmodi.

Mira Dei promissio quædam apud Karentinos de fonte Salmacis.

Sect. IX.

De maleficio odij. Exemplum & locus Virgilij. Exemplum aliud, & quo pacto hoc maleficium dęmon procuret. de maleficio obliuionis, & eius exemplum.

Sect. X.

De maleficio incendiario. de corona Medeæ Senecę locus. exempla varia. Lotharingię, Heluetiæ, Rhenanæ prouinciæ.

Quæst. V. Quibus personis malefici queant nocere? A

Nemine sine Dei permissu, quo habito possent cunctis hominibus. Cur infantibus permittantur nocere. Cur vt plurimũ his insidientur. infanticidiorum exempla. Opinio vulgi de indolentia acquirenda. De vnguento Pagano, Cur interdum & bonis nocere permittantur. B

Vulgi opinio discussa, & interpretata. quod iustitiæ administris nequeant nocere. Ostenditur contrarium aliquãdo accidisse. Ananiæ ratio reiecta quædam, Niderij sententia notata. Goninus Magus Parisiensis. Vnde orta opinio.

Quæst. VI. Cur Deus patiatur maleficos rebus sacris sic abuti?

Quæst. VII. Cur per maleficia tantopere dæmonem grassari Deus patiatur?

Sect. I. Fit ad gloriam Dei, quia sic ostenduntur, suauitas, clementia, sapientia. potentia, iustitia, &c. attributa Dei. A. B

I. Fit ad hominum vtilitates varias primo eorum, quibus nocitum, patientiam, constãtiam, caritatem, humilitatem, & reliquas virtutes. exempla heremitæ cuiusdam. & D. Iuliani. Deinde & cæterorum fidei cõfirmatur, & varij errores exstirpantur. docentur esse dæmones. docentur hæretici veram non habere fidem, qui non possunt ista sanare, vel dæmones fugare. Exemplũ Lutheri. Item Parochi Lutherani, Ministrorum Augustanorum. Ministrorum Caluinistarum in Picardia. Dæmones interfuere funeri Lutheri. & Belgicæ Iconoclastiæ. Dæmonis imagines cur Caluinistæ inquant intactas, Dei & Sanctorum confringant; varia eius rei exempla. C

Sect. II. Vindicta peccatorum præcipua est causa. Aliquando alienorum, vt in discipulo B. Eleutherii & infantulo apud Diu. Gregorium. item ob parentum iniustam imprecationem, vel etiam in coniugum. D

Vt sunt *contumacia* in Deum & alios superiores vel parentes, Nabuchodonosor. D

Ægyptii. duo iuuenes Florentini. Decẽ Fratres, ob diras parentum. Loc. prouerb. 30. v. 17. *Odium & vindicta cupiditas & inuidia.* Exemplum Saulis. aliud Alexandr. ab Alexandro, & quatuor in vita Sanc. Arnulphi. E

Carnalis libido, etiam coniugum, & *qua huc diriguntur.* Saræ mariti B. Magdalena, puella apud D. Hiero. puella apud D. Prosperum. cur tam multa dæmoni liceant in coniugatos; Sacrilega votorum violatio, quam horrende punita. exemplum terrificum trium monachorum.

Crudelitas iniusta, vt Boleslai Regis Galiæ ducis, *item accusatio vel criminatio calumniosa*, vt de tribus fœminis, & vno vito, calumnianticus D. Gregorium Siculum, & D. Danielem stylitem.

Agnitæ veritatis impugnatio & apostasia, exempl. variorum in sacris litteris, canonibus, & D. Cypriano.

Blasphemia, vt Alexander & Hymenæus.

Sartor Wormiensis apud Thom. Waldensẽ blasphemans cõtra Sacrosanctam Eucharistiam. Gaian. blasphemus in Deiparam. item alii Constantinopoli & Neomagi. G

Imprecatio, quia quis sub conditione sed dæmoni addicit, mulierecula apud Cæsarium. Et de

illo, qui animam diabolo vendidit. Colonienſis virgo apud Niderium *de prætermiſſa menſæ benedictione.* de Petro Bernenſi iudice, *& prætermiſſo crucis ſigno.* De hoſpite Spandacenſ.

De capitaneo Brauo. de nobili quodam Sileſio de virgine Saxonica. De quodam maledico in martyrem. de Goduino Comite.

Vſura vitium. de monialibus quibuſdam, cur eleemoſyna data ſagis noceat. H

Duritia & immiſericordia in pauperes. de ſagis ideo mendicantibus, de Pictauienſi quodam. De Epiſc. Moguntino. de Richbergero quodam. *Irriſio ſacrorum myſteriorum, contemptus rituum & cenſurarum Eccleſiæ.* De Batauo miſſam imitante. De Nouato. De Proculo Ariano. De Donatiſtis. De indigne ſumentibus Euchariſtiam exempla tria. Epachii mors. Multi periere ob contemptam excommunicationem Epiſcopi.

Templorum & ſacrarum rerum direptio, & Eccleſiaſticorum reddituum ac iuriũ inuaſio. I

De Comite Matiſconenſi. De Comite Teutonico de Otgerio Oeconomo, De aliis duobus. Item de pœna quorundam militum in Hiſpania, poſt hanc vitam, vt apparentes declararunt. De Deioca propter eleemoſynas ſaluo. De Berneto propter corruptelam & iniuſtitiam damnato.

De Alfonſo Rege Aragonum precibus Cluniacenſium liberato purgatoriis pœnis, contra hæreticos, & de confeſſione.

Irriſio & contemptus ſanctorum virorum & feſtorum, de muliere quadam, exemplum punitæ fœminæ, quia fuerat ingreſſa virorum monaſterium; virilem habitum mentita, item contemnentes feſtorum celebrationem. De ciuibus Torpetenſibus *Puſillanimitas, deſperatio, curioſitas,* Theophyli Oeconomi.

Propter culpas veniales. Moſes ob leuem iram. Religioſa quædam ob præcipitem Gulam, alius ob repiditatem & diſtractionem in oratione.

Quæſt. VIII. Cur cum iſte damna plerumque diabolus poſſit per ſe inferre, malit per alios.

Quia in maiorem hoc cedit Dei contemptum. Pluribus nocet. Quædam non poſſet tam commode per ſe, verbi gratia, hæreſes ſpargere, abuti rebus ſacris per ſacrilegium. Vt plura illi Deus permittat in homines. De remediis remiſſiuè.

PARS POSTERIOR LIBRI TERTII. SIVE DE VANA OBSERVATIONE.

Quæſt. I. Quid ſit?

Definitio ponitur.

Quæſt. II. Quale ſit peccatum.

Quando lethale. Quando veniale. Quando nullum. } Exempla ſingulorum.

Quæſt. III. Quotuplex ſit?

A cauſa finali oſtenditur eſſe quadruplex.

Si exſpectentur bona. } Fortunæ. Corporis. Animi. Supernaturalia.

Quæſt. IV. Vnde queat dignoſci, quando ſit huiuſmodi vana obſeruantia?

Sect. I. Quid quando non conſtat cauſam habere vim huius effectus ſupernaturalis à Deo. Quid quando, conſtat eſſe effectum naturalem vel diuinum, ſed adduntur variæ circumſtantiæ. ponuntur de ſingulis exempla. A

Sect. II. Oſtenditur particularibus caſibus, vana obſeruantia.

1. Quando requiritur fides in hominem.
2. Si effectus tribuitur ſigillo, characteri, figuræ, verbis, &c. quæ repudiata lib. 1.
3. Quãdo verba ſacra, vel opera pia detorquẽtur ad res vanas & quæ res tales cẽſendæ? Quæ res indirectè ſpectẽt ad Dei honorẽ. Explicata ſententia Caietani, & limitata, de illis, quæ ex mera deuotione faciunt.
4. Per certa ieiunia volũtaria, & orationes ab Eccleſia ad hoc non inſtitutas nec probatas, euentum aliquem exſpectare. De arte Notoria, eius ritus & confutatio fuſe, item de arte Paulina, & de arte Angelica.

Sect. III. 5. de geſtantibus reliquias, Euangelium D. Joannis & ſimilia periammata. B

Quæ neceſſaria vt hæc ſint licita. ſententia de his Auguſtini explicata, veteres etiam Canones, c. illud 26. q. 2. c. non liceat. 26. q. 5. c. ne obſeruetis 26. q. 7. Caſſiodori locus exponitur.

Sect. IV. De omnium obſeruatione late diſſeritur, & enumerantur eorum genera varia ex D. Auguſtin. De Saliſatoribus. De auris tinnitu. locus Catulli, & alterius incerti poetæ. Spatulomãthia. Sternutatio. Exnomine, exẽplo Aug. de Nicopoli. Ex verbis

fortuitò prolatis. De ijs, quæ domi contingunt. οἰκοσκοπικὰ De ijs, quæ foris. τὰ ἐνόδια. Exempla. D. Augustini locus. Ominis mentio habetur in sacris litteris. Locus 3. Reg. c. 20. v. 33. Vanitas omnium. D. Marci factum. locus Blesensis, & Judith. 8. vers. 33. D

Signum à Deo petere aliquando licitũ varia huius exempla. Serui Abrahæ. Gedeonis. Ionathæ. D. Augustini. Gregorij VII. Glodouæi Regis. Omnia obseruare i licitum. Caietani locus notatus. Omen offensi pedis notatum in Graccho, Crasso, Protesilao, Tibullo. De omine sternutationis, ex Theocrito Aristotele. Propertio. E

Sect. V. De strenis an sit vana obseruãtia, quãdo liceat eas mittere. De Kalendis Ianuarijs & earum celebratione: Explicantur. c. 1. Concil. Antisiodor. c. non obseruetis c. 1. non licet, c. si quis Kal. 26. q. 7. c. 9. Concil. Tolet. 4. Burchardi locus. Hibernici lupi hari. Christ. F

Sect. VI. De superstitione temporariorum, ad scindenda ligna, herbas colligendas, &c. Qui obseruant certos dies festos, vt prænuncios serenitatis vel pluuiæ, vel vt naturalis efficacitatis maioris, quo ad herbas phlebotomiam & similia, vel vt infaustos & ominosos. Dies Ægyptiaci, qui sint in c. non obseruetis, &c. quis existimaret, 26. q. 7. D. Augustini loca. Locus ad Gal. 4. v. 10. Posterum, quid Ambrosio. & Augustino. Qui aquam benedictam vno dominico, quam alio plus virium putant habere, Qui ouis diei Parasceues vim inesse incendi putant extinguendi.

Sect. VII. Obseruantiæ vanę in sanandis morbis & varijs noxis repellendis. G

Quando consideratur vt oblatio sit ex eleemosynis. vel crux empta eleemosynis. Qui pilos vel capillos ægri miscent ceræ oblationis, Qui mergunt imagines aquis. Qui certas adhibent ligaturas. Qui per annulum desponsationis metiunt. Qui porcorum lintri collum applicant. Qui cingulũ ægrotantis metiuntur. Qui stramen bipenne diuidunt. Qui animalia lustrant per ignem. Qui libum S. Lupi pinsunt, &c. pecuariorum ligaturæ locut, Burch. H

Qui vtũtur absurdis orationũ formis. de curatione vulnerũ inter milites Hispanos frequẽte, ponitur formula & discutitur. J

Sect. VIII. Discutitur & refellitur superstitiosus tractatus Felicis Malleoli Tigurini. Sanare morbos, quando pium, quando non. Quãdo liceat benedicere animalib. quãdo non. Quando liceat exorcizare & excommunicare animalia bruta. Exempla Sanctorum. S. VVilhelmus anguillis maledixit, B. Pruminius vermib. venenatis. Episcopus Lausanensis sanguisugis Heluetii vermibus Iuger. Curienses insectis, Lauffkaffer. Quibus formis exorcismorũ hac in re vti liceat. Exemplum Apost. & S. Hilarionis. S. Blasius, quomodo benedixerit animalib. de S. Antonii porcis, & cur illi appingantur. Locus Col. 3. v. 17. Quomodo in nomine Iesu omnia facienda. l. eorum. C. de malefic. Azo & alii illam sequentes, reprehensi. Formulæ in quib. dicitur, *Si B. Mar. peperit*, &c. *hoc fiat*, & similes ostẽduntur esse illicitæ. etiã si capias. si vt signum, vel vt causam. Nunquam vti licet opera dæmonũ ne ad bonũ quidẽ. De facto Theodori Sedunensis Episc. vtentis ministerio dæmonis in campana transferenda. Quomodo intelligendum Dei pręceptum, de parcendo inimicis. K

Nulli contractus vsurarii vnquam liciti fuere, & contrarium, est error.

Rythmus seu versus an superstitiosus.

Ritus absoni & non necessarii, nec ab Ecclesia approbati, indiciũ sunt superstitionis.

Christi Domini ritus in sanando cœco. L

De B. Marco quædam fabella.

De ritu Helizei prophetæ in puero suscitando. De ritu baptismi.

Reuelatio de illis formulis vulgaribus nulla exstat. De *Ananisapta* remedio docetur esse vox Magica & idololatrica ex Hebr. cõpositione אדא, & ארם, & רודע, & אדדי & שעם. M

Magicæ voces pleræq; ex Hebræo sumptæ.

Serpentes quomodo ab Apostolis sublati.

Serpentum incantatores ab Ecclesia nõ tolerantur. Potentiori vtens forma eundẽ cõsequitur effectum: quando deest pactum. Cur per malos Sacerdotes seruata forma consecrationis fiat transsubstantiatio, per bonos, non seruata illa, non fiat hæc?

Curationem à dæmone petere non licet.

Non ideò licita est formula. quia verba eius singula sunt ex sacra Scriptura. N

Quomodo fidei promissa sanatio & miraculorum patratio? In quibus dubijs sequenda benignior interpretatio. quid hic dubium, quid certum. Distinctio vtilis inter dubium de re & dubium de persona.

Potest res esse illicita, & non peccare eam faciens, & è contra quoque. Quando agitur de salute vel periculo animarum, tunc iudicandum non quod lenius est, sed quod animæ tutius securius ex iure vtroque Theologis & Philosophis probatur fuse ne ad sanitatē quidē licere vti superstitiosis.

Sect. IX. Exempla variarum formularum vanæ obseruātiæ. Spadix, Spadix, si laboras, &c. Ante par ante, &c. Alligare equum stoloni sterili. Brachium circumdare funiculo laneo. Consumm. est.

Inijcere phialæ vitreæ nouem ordei grana. Filum per chrisma trahere, terream imaginem sub altari abscondere. Tempore missæ dentes tangere, &c. Manus lauare cum ægroto, vel eum cum certis verbis manu prehendere. Tribus missalibus panibus quædam inscribere. Feria sexta ægrotum ducere versus orientem, &c. Gustate & videte quod bonus, &c. Ad sanguinem sistendum, certo numero guttas stillare in cyathum frigidæ, &c. item direre certas orationes, vel versiculos è psal. vel Chunrat, cara, sarite, &c. Tribus diebus ante solis ortum dicere super equo quædam verba. Ad inueniendum furem, facere crucem in crystallo cum oleo, & nomen Helenæ subscribere, &c.

Item, lapillos ex fluēte pro numero suspectorū collectos & domum relatos ignire, &c. Item ad excutiendum furis oculum dicere terribilem quandam orationē & percutere clauum æneū malleo cypariſſino, &c. Item ramum auellanum die Sabbati ante solis ortum abscindere, &c.

Vti falsa & ficta oratione, quam tribuunt S. Adalberto: videtur vero potius esse Adalberti hæretici olim damnati.

Legere psal. 108. iuxta certam versiculorum distributionem aliter quam exstat. Ad curanda maleficia, accipere tres olei violacei mensuras, & consistere contra Solem, ante ortum, exprimere nomen læsi & matris eius, & angelorum gloriæ, &c. Item ferre inscripta nomina trium regum cum certis versiculis. vel verba incognita & absurda, vt veterum, *Danata, Daries, &c. Recontiorū vero* Abrac, Amō, &c. vel illa inscripta pani, *Irioni, Khiriorhi*, vel istud, *Hax, pax, max, &c.* contra morsus canis rabidi.

Vel contra dolorem dentium, Strigiles, falcesque, &c. vel, Galdes, &c. Galdes, &c.

Item Gibel, Gor, &c. Vel in piscium captura illud Constantini, Iao Sabaoth.

Quod est abuti Dei nominibus, Libri Bamachij, & Carrachiri virgas parellulas vi certorum verborum committere medijs partibus, &c. Thoracis lignum rotundum cum certo murmure appendere. Brachanticæ duæ superstitiones in manum ægri ponere saltem, vel nudum soli sistere: Sacerotum statuas megendi superstitio. Leuini Crucij liber notatus.

Principis cuiusdam mors formidanda, qui superstitionum amator.

MARTINI DEL RIO DISQVISITIONVM MAGICARVM.

LIBER TERTIVS.

QVI EST

DE MALEFICIO, ET DE VANA OBSERVATIONE.

Adiungo posterius istud, quoniam pauca & minus difficilia de illo nobis occurrunt dicenda.

PARS PRIOR DE MALEFICIO.

QVÆSTIO I.

Quid & quotuplex maleficium?

NOn disputo, *an sit?* id suppono. qui negant: eos Sacræ litteræ, Iuris vtriusque sanctiones, Historici, poëtæ, communis consensus, & sæculorum omnium memoria damnat. Nullum Magiæ genus amplius cacodæmonem oblectat. *quia* (vt ait Synesius) *calamitates mortalium conuiuia sunt malorum dæmonum.* Sumimus autem *maleficij* nomen non pro damno, seu peccato quouis: sed pro signo effectiue magico atque superstitioso, quo, qui vtitur, *maleficus a.* qui vero læditur, *maleficiatus* appellatur *b* Describi sic potest, *Maleficium est magiæ species, qua quis ope dæmonis alteri damnum parat.* Dixi *speciem magiæ*, vt ad huiusmodi damna vocis latitudinem coërceam. Addidi, *ope dæmonis*: si enim pactum & fœdus cum dæmone desit, nihil res ad hanc tractationem pertinet: non magis, quam homicidium ferro patratum, vel raptus virginis, vel furtum, aut latrocinium, *Diuidi maleficium* potest aspectu *finis*, vel adspectu *efficientis. Efficientem* causam hîc non

a Rubr. Cod. de malefic. & mathe. *b* extra de frigid. & maleficia

voco Deum permittentem, neque dæmonem perficientem, neque prauam malefici consentientis & cooperantis liberam voluntatem. hæc enim tria semper in omni maleficio concurrunt. nec enim capillus de capite cadere potest, sine Dei permissu : nec dæmon plus damni potest inferre, quam Deus permittit, nec vult, id quod permittitur, patrare, nisi maleficus in maleficium consentiat. Quod manifestum est facere sacrilega imitatione Dei Opt. Max. qui sacramentorum ministerio salutem vt conferat, ministri voluntatem requirit. Requiri hâc malefici intentionem docet, quod contactum vel pulueres strigum videamus tantum nocere illis, quibus nocere voluerunt, quod multis exemplis Nicol. Remigius confirmauit *c*: & vero certum est de maleficijs, quæ composita non sunt naturalibus venenis. Sed voco efficientes causas, instrumenta materiamque nocendi, quæad nocumentum immediatè concurrunt. Huiusmodi efficientia sunt varia.

c lib. 2. dæmonol. c. 3. & l. 2. c. & 9.

Primo nocent pulueribus quibusdam minutis, in cibum potumue infusis, vel nudo corpori affricatis, vel in vestes diffusis: horum, qui necant atri: qui morbum tantum adferunt, cinericei, vel interdum rufficoloris sunt. cõtra, quo pulueremalum tollunt, & medicinam faciunt, is plurimum albus est. Vis tamen ista, non ex pulueris colore, vel alijs qualitatibus manat: sed tota pendet à pacto cum dæmone inito. colores tantum deseruiunt declarandæ conuentorum fidei, & ne sagæ decipiantur, *quid* (vt dici solet) *pro quo* præbendo. Hoc inde colligitur, quia nonnunquam qui calor albus vni medicinam facit, is in alterius strigis potestate lethalis est, & cinericeus penes vnam morbos, penes aliam lethum adducit: quinetiam vni & eidem sagæ aliquando necem infert, aliquando sanat à morbo *d*, prout dæmoni signũ lubet commutare. Putaram huiusmodi pulueribus cibos infectos à Simone Mago, apud Anastat. *quæst. in SS.* 23.

d horum exempla pete à Nic. Rem. li. 1. c. 1. & l. 2. c. 7. & 8.

2. Maleficium patrant herbis, festucis, alijsq; id genus friuolis in humum proiectis, quæ supergredientibus (quibus tamen malefica voluerit) ægritudinis vel necis certissima causa sunt *a*.

a vide Remigium d. cap. 8.

3. Vtuntur vnguentis albis, vel sub ruffis, instar bituminis, in quibus interlucent permixtæ metalli micæ, & mul lúteæ candicantesque guttæ: si vnguentum hoc igni inijcias, fulgorem, strepitum, nidoremque edit. cui simile res alia nulla. hoc nonnullæ semper habent manus illitas, ne qua nocendi relabatur occasio lethale, si demulcendo vel summas vestes attigerint *b*.

b vide Remi. l. 1. c.

4. Solo halitu afflatuue inficiunt, sic solent esse causa puerperis abortiendi summo cum vitæ periculo, vt exemplis comprobant Nicol. Remi. Sprengerus, & Loyherius *c*. & hoc dæmones posse Psellus olim docuerat *lib. de dæmon.*

c l. 2. c. 7. Sprẽg. in malleo. Loyherius li. 2. de spe. cap. 5.

5. Grauissima damna inferunt solis verbis vnde *Lucanus*.

Mens hausti nulla sanie polluta veneni
Exeantata perit. Virgilius:
Miscuerunt q; herbas & non innoxia verba.

Nempe quæ docuit dæmon, vnde *Ouidius* vocat *Hecateia*:

Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, & tritis Hecateia carmina miscet.

Sene-

Seneca, multis venenis enumeratis, de Medea:

Addit venenis verba non istis minus

Metuenda. Quodque mirum, interdum nocent solis minis, vel increpatione, immo & laude creditum id non gentilibus modo, qui Baccare frontem cingebant, vt huic malo obuiarent, sed & ætati nostræ probatum experientia *e*, quod & ego fateor, sed addo, hæc omnia non virtute verborum, sed opera diaboli ad signum concurrentis perfici.

6. Nec rebus sacris parcunt, vt quæ aspergillum puluerib⁹ contigerat, & sic aspergens aliam aqua benedicta, miseram confecit, apud Remigium *li. 1. c. 2.*

Denique quædam grassantur apertius, quæ per dæmonem strangulari vel præcipitari alium curant, vel puerulos noctu iniecta culcita præfocant *f*, vel acu post aurem infixa necant, vt apud Sprengerum illa obstetrix Heluetia: vel è cunis rapiunt, & lancinant, aut in vsum vnguentorum, vt alias docui, vel in cibum sibi gratissimum, vnde Glossarium vetus *Striga λαιστρύγονες*: ducta voce à Læstrygonibus Homeri Odyss. x. anthropophagis: sic etiam legimus Euchetas & Gnosticos qui magia vtebantur, infames fuisse infanticidiorum: à quibus, in Catholicos hanc Nationes calumniam deriuarunt. Interdum puerulis virulenti quidpiam instillant, vnde moriantur vel statim, vel tabe paulatim: interdum & sanguinem exsugunt. hinc orta vetus opinio de Fresaia vel Strige auicula, de qua Q. Serenus:

Præterea si forte premit Strix atra puellos
Virosa immulgens exortis vbera ... bria.

Et alia opinio ab Ouidio comprobata his versibus:

Nocte volant, puerosq; petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis:
Carpere dicuntur lactentia corpora rostris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.

Meminit & Festus Pompeius. Talis illa Gelo, si præstigiosa non fuit, quæ incassum Mauritio in crepundijs morté molita, vt narrauit græcus scriptor, *Nicephorus lib. 18. Hist. cap. 9.* In Panama Peruuiæ multas striges inuentas, quæ sanguinem infantulorum exsugebant, refert. Pet. Chieza *descript. Indiæ. p. 2. cap. 196.* Hoc genus Hebræis & veteribus Latinis: illis sub nomine *Lilith*, his sub nomine *Lamiæ*, quoque, non ignotum, præter ea quæ dixi, probant alia allata à Seb. Michaele *in Pneumalog.* quod obseruarint has vt plurimum esse *Nashim* (h. fœminas) vt ait Helias *in Tisbi.* quod *Lilith*, deducitur à voce *Lail*, quæ noctem significat, eo quod nocte cum illo dæmone grassari solitæ: item quia tales mulieres ab Hæbræis vocantur *matres dæmonum*, eo quod dæmones, colunt, fouent, & obsequentes habent. Interrogati quõdam seniores Synagogæ vnde fieret, quod plerique pueri nondum octiduani (*nota, ante, circumcisionem*) reperirentur necati, responderunt eos interimi à *Lilith*, hoc est Lamijs: hodie potissimum nondum baptizatis infantulis insidiantur. Testatur idem Helias, quod mulieres Hebrææ, vt sunt valde superstitiosæ & deditæ sortilegijs, contra hanc pestem vtuntur superstitione quadam: quam se ab ipsa Lilith *hoc est primaria quadam strige:*

d Luc. l. 6. Virgil. 3. Gnorg. Naso 9. Metamo. Sene. Medea.
e docet Rem. li. 3. ca. 3.
vi *e* mi. d. c. 7

didicisse gloriantur, vt certos characteres & nomina in angulis cubiculorum describant. Neque has Græci ignorarunt. Nam Duris *libro 2. rerum Libyc.* testatur Lamiarum nomen deductum, à quadam fæmina, cui nomen Lamia, quæ zelotypia furēs, quod maritus in mala deditus adultera foret, prolem etiam adulterinam sustulisset, & magna prosequeretur cura, hunc infantulum ipsa necauit, & quotquot alios deinceps adipisci potuit. Videntur solitæ Lamiæ veteres infantulis mammas ostentare, quasi eos lactaturæ, & sic fletum compescere. nam hoc est, quo S.S. allusit dicens *Nudauerunt Lamiæ mammas suas.* & quod Serenus dixit, *virosa vbera lactantibus inserere*, & quod Ouidius aggredi infantulos *nutricis egentes.* Sic ergo solitæ simulare alimoniam, & interea vere miseros infantulos exsugere. Hodie non tam simulant se nutrices, quam ferarum specie inuadunt incustoditos, & dormientium cum sanguine vitam exsugunt, vel tabifico veneno interimunt.

Threo. 4. Isai. 34.

Altera restat diuisio, à fine petita. Secundum quam omne maleficium, vel est *somnificum*, vel *amatoriū*, vel hostile.

QVÆSTIO II.

De maleficio somnifico.

SIc voco quando aliquem potione, malo carmine, & certis ritibus soporant, vt interea ei venenum infundant, vel infantulos rapiant, aut necēt, vel furto quid subtrahant, vel stupro adulterio ve contaminent, faciunt hoc interdum magi, & fieri potest naturalibus venenis soporiferis, recentia exempla congerunt Pet. Binsfeld. & Nicolaus Remigius, & patet exemplo

A quod narratur in vita D. Bernardi g, nam, ibi tot annis adiacentem maritū incubus vxoris fefellit, quod eo dormiente factū oportuit. Pleraque magię secreta sparsim Virgil. attigit, in his & istud *Aeneid. 6.* de Cerbero & Cumea:

Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
B *Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens*
Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit.
Fusus humi totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum custode sepulto.

Sic & Ouid. 7. *Metamorph.* de Medæa?

Peruigilem super est herbis sopire draconem,
C *Qui crista linguisq; tribus præsignis, & vncis*
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ:
Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi,
Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos:
Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
D *Heros Aesonius petitur,*

Sed Maro tantum meminit physici effectus, Ouidius etiam magici per carmina, quare sic intelligenda eiusdem Medæa *in Epist.*

Flammea subduxi medicato lumina somno:
Et tibi, quæ raperes vellera, tuta dedi.

E & apud Senecam:

Tu quoque relictis peruigil colchis ades
Sopite primum cantibus serpens meis.

Apollonius etiam *lib. 4. Argonaut.* tradit incantamentis Soporatum: idque

g Binsfel. de cōfes. malef. p. cōclus. 5. Remigius l. 2. c. 4. vita D. Bern. li. 2. cap. 6.

magno

magno molimine effectum, multis versibus, Valerius Flaccus *l. 8. Argon.* ostendit.

Iamq́ manus Colchis crinemq́ intenderat astris
Carmina Barbarico fundens pede, teque ciebat;
Somne pater, somne Omnipotens, te Colchis ab omni
Orbe voco, inque vnum iubeo nunc ire draconem.
*Quæ fræta sæpe tuo domui, quæ nubila * cornu,*
Fulminaq́ & toto quicquid micat æthere: sed nunc,
*Nunc age * maior ades, fratrique simillime letho.*
Te quoque Phryxeæ pecudis fidissime custos
Tempus ab hac oculos tandem deflectere cura,
Quem metuis me stante dolum? seruabo parumper
Ipsa nemus: longum interea tu pone laborem.
Ille haud Aeolio discedere fessus ab auro
Nec dare permissæ, quamuis iubet ora quieti
Sustinet, ac primi percussus nube soporis
Horruit, & dulces excessit ab arbore somnos.
Contra Tartareis Colchis spumare venenis,
Cunctaq́ Lethæi quassare silentia rami
Perstat, & aduersos luctantia lumina cantu
Obruit, atque omnem linguaque manuque fatigat
Vim Stygiam, ardentes donec sopor occupat iras.
Iamq́ altæ cecidere iubæ, nutatq́ coactum
Iam caput, atq́ ingens extra sua vellera ceruix, &c.

* nota, cornu, pro potentia & robore.
* hoc est altior seu profundior

A

B

C

D

E

Apuleius ille Madaurensis Platonicus, Magicarum (teste D. Augustino) artium peritissimus, non abs re vel finxit, vel narrauit, de Thessalis; solitos Larissæos cadaueribus custodes addere grandi pecunia stipendiatos; *quibus perpetem noctem eximie vigilandum erat, exertis & in conniuis oculis semper in cadauer intentis, nec acies vsquam deuertenda, imo ne obliquanda quidem. Quippe cum teterrimæ versipelles in quoduis animal ore conuerso, latenter obrepant; vt ipsos etiam oculos Solis & iustitia facile frustrentur. Nam & aues & vrsum, canes, & mures, imo vero etiam muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt.*] Erat Larissæ mortuus primatis ciuitatis filius, mille nummis custoditurum se cadauer vna nocte pacisci tur Telephron; ratus se hominem ferreum, & insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo vel Argo, & oculeum totum. Quid plura? cubiculo incluſus, desolatus ad cadaueris solatium, perfrictis oculis & obarmatis ad vigilias, animum suum permulcebat cantationibus. *Cum ecce crepusculum* (inquit ipse) *& nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempesta, mihique oppido formido cumulatior quidem: iam repentè intro repens mustela contra me constitit, obtutumque acerrimum in me destituit: vt tantillulum animalis præmimia sui fiducia mihi turbauerit animum. Denique sic ad illam; quin abis, inquam, impurata bestia, teq́ ad tui similes musculos recondis, antequam nostri vim præsentariam experiaris? quin abis?* Terga vortit, & cubiculo protinus exeri mi-

natur. Nec mora, cùm me somnus, in imum barathrum repente demergit; vt ne Deus quidem ipse Delphicus facile discerneret, duobus nobis iacentibus, quin esset magis mortuus. Sic inanimis & indigens alio custode ibi non eram.] Hæc ille de se ignarus interea naribus & auribus demorsis, vicariam subijt lanienam. Idenim alius ille Telephron mortuus, à Zachâ Necromante ab inferis reducto spiritu, sic narrat, *Nam cum corporis mei custos hic sagacissimus exertam mihi teneret vigiliam, cantatrices anus exuuijs meis imminentes, atque ob id reformatæ frustrà sæpius, cum in dustriam eius fallere nequiuissent: postremo iniecta somni nebula, eoque inprofundam quietem sepulto, me nomine ciere non prius desierunt, quàm dum hebetes artus & membra frigida pigris conatibus ad artis Magicæ initantur obsequia.*

Hic vt pote vnus quidem, sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum vocabulo nuncupetur, ad suum nomen ignarus exsurgit. & in examinis vmbræ modum vltroneus gradiens, quanquam foribus cubiculi diligenter occlusis, per quoddam foramen, præfectis naso prius ac mox auribus, vicariam pro me lanienam suscitauit.] Subdit experimentum, & veræ debilitationis indicia certissima. Quibus in verbis vides cadauerum mutilatrices excetras, vides anum in mustelæ effigie soporantem, vides & *nebulam somni*, sed non addit quo iniecta modo. Vt plurimum solent sagæ ad hoc certis luminibus vti, quorum fumum ab Apuleio arbitror *nebulam somni* vocari. interdum accendunt pedes, aut manus mortuorũ inunctas prius oleo quodam à dæmone accepto, vel ad singulos digitos candelulis affixis interdum facibus excantatis, de certi generis lychno, & nota illis pinguedine, & vtuntur vel accensis sibi prælucentes, vel eas domi certo loco defigentes accensas, & sopor durat, quam diu lumen illud ferale. Nonnunquam partes aliquas cadueris certis locis suspendunt: nonnunquam alia adhibent æque omnia sceleста; quæ tamen ex pacto tantum efficacitatem sortiuntur.

Maleficij huius per sólam appensionem membrorum exemplum narrat Cæsarius Cisterciensis *lib. 6. miraculorum, cap. 10.* hunc in modum: *Homo quidam simplex Engilbertus nomine, de prouincia Tulpeti natus, ante paucos annos defunctus est.*

Iste cum esset cæcus natus, propter varia dona, quibus hominem eius interiorem illuminauerat gratia diuina, in diuersis prouinciis noscebatur, & à multis magnisque personis sexus vtriusque venerabatur. In cappa simplici & tunica lanea nudisque pedibus tam æstate, quam hyeme incedebat, & puero se regente sic limina Sanctorum satis remota sæpius visitauit, carnibus nunquam vescebatur, non lectisternijs, sed modico tantum straminis vel fœni noctibus vtebatur. Ego multa bona de eo vidi, & ipse multos tam verbo quàm exemplo ædificauit. Hic tempore adolescentiæ, cum nocte quadam in domo materteræ suæ matronæ diuitis, inter alios eius seruos se cubitum locasset, in ipso conticinio duo fures parietem suffodientes ingressi sunt, qui igne disco operto, lumine incenso, cistis apertis, intrepide colloquebantur.

Quos vt prædictus Engilbertus audiuit, & fures eos esse non dubitauit, cum seruos ex vtroque latere dormientes excitare non posset, subsellio cultello suo perforato collo iniecit, & clauam manum armauit: & quia illos quasi cæcus videre non potuit, duce auditu ad illos tendens, & clauam vtraque manu vibrans, ex omni parte quicquid tangere potuit, quasi furiosus feriens, de domo illos eiecit. Quos vsque ad

foramen secutus dum aditum schala obstrueret, & illi stantes extra domum neminem præter ipsum solum vigilare sensissent: de tali expulsione confusi, habito consilio denuo, nisi sunt intrare. Quod vt ille ex motu schalæ sensit, vnam partem schalæ arcæ magnæ, in qua continebantur grana & erat foramini continua, supposita, alteramque vtraque manu seruauit. Illos intrantes vsque ad vmbilicum, Engilbertus dorsa eorum, quia proni iacebant, per schalam fortiter pressit, & in tantum depressit, vt non solum eu progressum, imo etiam regressum prorsus adimeret, Qui quasi sub torculari positi, dum mane capi timerent, veniam postulauerunt, datis vero terribilibus iuramentis, quod nunquam personam eius læderent, vel domum illam intrarent, dimissi sunt.

Mane cum prodente Engilberto, à vicinis nulla arte dormientes possent excitari, & quærerentur circa domum maleficia, quorum virtute hæc mouerant fieri, supra foramen de tecto pendentem, quasi spinam humani cadaueris repererunt, qua amota mox omnes excitati sunt. Post multis annis elapsis ijsdem fures fama & virtutibus iam dicti Engilberti excitati, eiusque vt opinor precibus compuncti, eum adierunt, & quia ipsi essent confessi, deinceps duxerunt vitam religiosam. Hoc factum mirabile, & alia quædam, de quibus in sequentibus dicetur, ab alijs mihi relata, & vtrum nam vera essent à me interrogatus, ita gesta fuisse simpliciter testatus est.] hæc Cæsarius. frequenter sane fures magica vtuntur, vt lateant. In Flandria occidentali, haud procul Balliolo, superioribus annis fur vnus prehensus fuit, & apud eum repertus truncus pes patibulati, quo ad huiusmodi soporiferum lumen abutebatur articulis in censis. In Leodiensis ditionis oppido Huyo (vt quidam) vel Dinanto (vt alij) noctu ad diuersorium venere duo, qui se à via admodum fessos simulabant. cœna sumpta negant se cubitum aliò ituros, sed importune admodum peruicaci instantia tandem abs caupone impetrant, vt liceat ad ignem in culina somnum capere.

Interea ancilla domus, cui non satis peregrini isti placebant, clanculum per foramen quoddam peruigil conspicit, quid acturi. Nocte intempesta, videt è marsupio manum abscissam mortui depromere, & digitos inungere, tum admotos igni incendere. omnes lumen recipere, vno excepto. id vero magi mirari insolitum. sæpius ergo tentant & flammæ admouent: frustra semper. Tum eorum vnus, quid tum (ait) si vnus duntaxat in domo vigil? & affixa ad caminum manu, quatuor digitis velut candelis obscura flamma colluctantibus, domo egressi, noto sibilo socios aduocant ad prædam. Puella subsequitur, egredientes, & domo, ianua reuoluta, excludit. inde irrumpit in herilem thalamum, inuenit omnes altum adeo stertere, vt nulla vi (nam in medium cubiculi de lecto detraxerat & protraxerat) potuerint euigilare. Interea fures per fenestram quandam se dirigebant in domum, occurrit ista, & scalis deturbat. Instant tamen & alia moliuntur ingressum. hæc luminis memor, & suspectione hanc esse soporis domesticorum causam, omnes digitos exsufflat, vt lux emortua, dormientes experrecti, ad clamorem accurrunt, & domo protelant manifestarios. Post aliquot dies capti, facinus confessi fuere. Quid mirum ergo, si fagæ noctu irrepant ad cunas infantulorum, & aliorum, quos eunt perditum? Petr. Binsfeld. *cenim. in tit.*

(*de malefic. & mathemat. ad lib. 4. in fin.* sic scripit, *Retulit idem Ioannes Cuno de Rouer, cum Annæ mater eius & aliæ duæ sagæ conuenissent, vt de nocte virum quendam zelosum persecutorem maleficorum maleficio conficerent. Magisterulus præcedens fenestras & ianuas aperuit. Ipse autem Ioannes Cuno pro comite à matre & alijs adductus fuit, vt candelam ardentem, quæ non naturali, sed arte diabolica confecta erat (ipso Ioann. Cunone propriis scriptu sic distinguente) teneret. Venientibus autem eis in cameram maleficiandi in ciuitatem Treuirensem, cum maleficiandus pro more bonorum Christianorum se signo crucis & pijs exercitijs, antequam se quieti traderet, munuisset, nihil efficere potuerunt, sed re infecta reclusis ianuis reuolare debuerunt. Vir autem bonus cui nocere voluerunt, adhuc viuit Deigratia, & tam diu viuet, quamdiu Deo placuerit.*

Mater dicti Cunonis, cum & ipsa examinaretur super articulo proposito, eodem modo confessa est, sicut filius in hoc puncto.]

Qui superioris ordinis sunt Necromantici maleficiarij, nihil habent necesse hanc candelam sibi prælucere, sufficit in remoto aliquo loco accensam defixerint.

Manifestum hoc in sequenti narratione, accepta à viris fide dignis, digna quæ sciatur, nam diuinæ quoque vltionis addit exemplum. Abstinebo loci, & ordinis, & personarum nominibus, ne quis saga nare in Hispania, vbi res vere gesta, in cubile veritatis & personarum notitiam peruadat. Ibi quadam in vrbe magni nominis concionator, qui cum alijs prædicaret, ipse reprobus vel factus vel permansit. familiaris erat cuidam viro nobili, cui formosula vxor, sed casta matrona. hanc cœpit hircus ille efflictim deperire: nec diu ignem sinu fouit occultum, aperit animum, & mulieri flagitium nititur suadere.

Illa certa tuendæ castitatis, sedulò conatur ad saniorem mentem reuocare à dementia. Sed erat oleum camino addere. vt Naphtam accensam vehementius aqua iniecta exasperat, vt glisscat incendium: sic admonitiones hunc vltro inflammabant. Nec desijt vrgere, donec pertæsa molestiam, statuit vlcisci nebulonem, rem totam pandit marito, quem non minus, quam Atridas talis dolor vrebat, eius iussu vxor tempus addicit; venit nox optata male amanti.

Maritus cum aliquot famulis egregiè armatus erat in propinquo conclaui, familiarem hunc haud familiariter excepturus. operiebatur ad ventum matrona. Tandem en tibi sæculari habitu, accinctum gladio & pugione, deducentem illam, audacter subsequitur, & postquam consedisset veterem cantilenam iterat. mulier refutat, & negat, vt solita. fecerant, audaciorem tenebræ nocturnæ mœchũ, & vim parat, vis vi repellitur: tandem verita mulier, exclamat, & condictum marito signum contenta voce tollit. Surdo (quod aiunt) fabulam, nec maritus, nec quisquam accurrit. Quid ageret? fugeret? tenebatur brachijs fortioribus consentiret? mors probro & peccato potior honestati. vngues ergo & dentes, arma stringit mulicbria, & faciem deformat: sed præ furore hæc ille vix sentiebat. Gladium deposuerat, dorso pugiunculus hærebat: vt aduertit matrona, inter luctandum manu eum eripit à tergo, & stricto mucrone perforat aduersarium, & vita priuat. collabitur cadauer. victrix, vix sui cõpos ac currit in cõclaue, vbi maritũ abdiderat: inuenit illũ & famulos omnes mortuis,

tuis, quam viuis similiores, clamat, vellicat, trahat, nihil non agit, vt expergefaciat. at illi consopiti manebant. suspicata (quod erat) maleficio id fieri, & videns sibi in seipsa spes omnes locatas, cadauer domo effert, & in plateam abijcit cum gladio, & cruento pugione.

Interea dum ibi iacet, circitores nocturni in cadauer incidunt, ferunt in carcerem, facie lota, etsi non facile, tamen agnoscitur concionator. Prætor seu (vt vocant *Corregidor*) prudentia pollet: silentio imperato præsentibus, summo mane adit, cœnobium, euocat Priorem, ait se de re maximi momenti cum ipso coram tota familia agere optare: iubeat omnes ad vnum in Capituli locum conuenire. facit Prior. cóuenere viui omnes, nam mortuus ille solus deerat. Prætor (ait) videri sibi aliquem deesse, re animaduersa Prior, vere (inquam) omnes adsunt, excepto tali: & nominabat) qui fors nunc se ad proximam parat concionẽ. Ipse quoque subdit ille, vocetur: mora haud longa futura. currunt nonnulli, vt vocent: cubiculo clauso, pultant ostium, nemo respondet. It ergo cum Priore ipse Prætor, & ianuam vi referant. nemo erat in cella, dumtaxat fax ardens & obscurum lucens, defixa erat in camino. Mirari omnes, & stupere. Tum Prætor Priori & conuentui narrat. vbi & quale, inuentum cadauer: Et dum illud auferunt è carcere, vt prophanæ sepulturæ (quam S.S. *asimi sepulturam* vocat) merito tradatur: ecce tibi nobilis ille cum vxore, & rem omnem narrant. conferuntur momenta temporis: reperiuntur euigilasse, quo fax exstincta. Sic & perfidia hypocritæ detestatione omnium, & mulieris castitas atque fortitudo laudibus totius viciniæ celebrata: non facile ex illic habitantium memoria delebitur.

Ex Remigio, nunc addam quædam, quibus hæc explicentur confirmenturque: Scribit ad Soporiferum fascinum striges vsurpare cadauer ab ortione egestum, resecto inde vna cum humero, costisque continentibus dextro brachio, in vsum luminis: & ardere eius membri extremos digitos flamma sulphurea ac violacea, tantisper dum perficiant quod cœpere: & hac flamma exstincta tam integros & illibatos manere digitos, quam si lumini fomitem nullum præbuissent. idque confessos maleficos Guermingæ 14 Kal. Ianua. 1589. Sic Remig. *libro secundo. capite tertio* & idem confirmat *capite quarto*. cum docet, solere prius ex cadaueris illius abortiui vnguine, de membris clixis parato, quam personam consopire volunt, probe inungere, Vergauilla X. Kal Febr. Margareta Luodman, in iudicio agnouit inter scelera hoc quoque: *Se nocte quadam N. ades fuisse ingressam eo animo, vt somno sopiti faucibus venenum infunderet. idque inceptum quin perficeretur parum abfuisse: ita in procliui videbantur esse omnia. Sed (malum) contra quam putabant excitatum illum fuisse à somno: adeo vt, re infecta, cum facinoris socijs ipsa se in fugam dare cogeretur: consectante interim illo, manu armata, ac tandem cum assequi non posset, minas ferocius intentãte. Ea igitur dere ad ampliorẽ cognitionem interrogatus ipse, N. testis omnem, vt illam saga prænarrauerat, certis disertisque verbis recensuit: videlicet appetitum se, sicuti dictum est, veneno: hocque vnum illis, ne præberent fuisse impedimento, quod forte experrectus (nondum enim illarum vngume delibutus fuerat) se crucis symbolo atque oratione Dominica contra tantum discrimen atque pe-*

riculum muniuisset: verumque illud omnino esse, quod illas cum telo multum viæ esset prosecutus, nec tamen assecutus. Et postea: *Fere omnes criminis rei deprehensi, in Germania quæ est ditionis Lotharingicæ, asseuerant concorditer, eam sibi à dæmonibus (modo ijs per aliquot annos fuerint operati) penetrandarum ædium facultatem esse tributam: vt scilicet per quasuis angustias nullo negotio viam sibi faciant, in mures, feles, locustas, & alia huiusmodi pusilla animantia, prout vsus postulat, contracti atque imminuti: intromissosque denuo priori formæ restitui, si velint: actum commodum incœptum peragere, quale superius est declaratum, scilicet illimendo eo primum per artus omnes, cui moliuntur interitum, ne euigilet: tum firmiter ac valide os ei diducendo. ne potionem agitatione excludat: tandem venenum faucibus ingerendo admota lucerna, quæ sulphurea flamma euomat]*

QVÆSTIO III.

De amatorio maleficio.

PHilra, receptissimum nomen, rarius ἀγώγιμα, apud Epiphanium, & *Charitesia*, apud Irenæum Latine, ita vocant quicquid dicitur, fit, datur ve eo fine vt in amorem quis, Veneriſque furias pertrahatur. plurima huiusmodi philtra veteres nobis commemorarunt, vt in veteribus Glosis *tegularia*, quod super tegulis adolerent philtra Ioui stygiali, hoc est Plutoni, qui Numen illicium ad amorem putabatur, & hæc sacra stygialia, & Cocytia dicta, Virgilius in 4. Æneid. de Didone:

Sacra Ioui stygio, quæ rite incepta paraui. Cocytiorum mentio apud Horatium in Epod. vbi Porphyrio dicet Cupidinis sacrum, non quod eo veneris filius inuocaretur, subdit enim dicta quod inferis Dijs à veneficis fierent, sed quia sacrum amatorium. Multa simul complexus apud Apuleium. Apol. 1. Leuius poëta,

Philtra omnia vndiq; eruunt,
Antipathes illud quæritur,
Trochili, iynges, tæniæ,
Radiculæ, herbæ, surculi,
Ipsiplices, bitortiplæ,
Hinnientium dulcedines.

vbi *Ipsiplices*, vt est in Glossarijs, ἄυτοπλικτα φύλλα, in Festo dicuntur *Ipsullices* bracteæ in virilem & muliebrem speciem effictæ, quæ & *Subsilles* eidem dictæ. Agnouerunt has & alij poëtæ, nam de his simulacris amatorum est illud in 4. Virgilij, *Effigiemque (Æneæ) toro locat.* Theocr. & Virgil. *Pharmaceut: Iyngem*, quam Langius ait à Germanis vocari. VVindals. VVasseroths, Kuerdrommel: Latini *Frutillam* vocant: *Hippomanes*, laudant idem Theoc. Virg. Propertius: *Remoram*, & *Suppen*, Aristoteles *a*, *rana* quoddam oscillum, Plinius. *b* Astiriten lapidem ex Æsopo, Hesichius Illustrius; sagittas ex hostili corpore Archelaus: Thallum seu termitem oliuæ valerius in Cyri, alia multa Lucianus *in Dial. Bacchid. & Melittæ.* & ex recentioribus Marsil. Ficin. *l.* 13. *Theol. Platonicæ*, Pomponatius *de Incant. c. 8.* & Cælius Calcagninus *integro opere, de Amatoria Magia.* Veteribus his videtur communis error, etiam nolentes huiusmodi philtris in amorem pellici posse: quem errorem mox discutiemus. Prius videamus maleficia hoc in genere nostri æui: quæ nobis, omnium optime & exactissime, Grill

scriptor

criptor prodidit c. *Amatoria* (inquit) *sortilegia, vel fiunt intra corpus, vel extra corpus* (scilicet, maleficiati.) *In corpore communiter fieri solent per cibum, vel potum* d. *Et in his frequenter, admiscent* (*quod vix solent in hostiis vel somnifero maleficio* e) *Sacramenta Catholicæ Ecclesiæ, vt hostiam consecratam* f, *vel nondum consecratam, sed circumscriptam notis & literis sanguineis: super qua dicunt curant, quandoque vnam, duas, tres, quinque vel plures missas, quibus celebratis, tradunt hostiam ipsam, non integram prout est, sed in puluerem redactam valde subtiliter, personæ maleficiandæ, quam assumere faciunt in cibo sicut in menestra, vel in potu: eodem modo faciunt cum calamintha immixta alijs speciebus, & tradita, vt supra in cibo vel potu, ex quo dicunt illam esse naturæ attractiuæ & quod poterit cor & voluntatem absorbentis trahere ad amorem personæ tradentis.*

Sed omnes sunt nugæ & dæmonis fallacia, &c.] & postea, *Bis aut ter habui in facto Sortilegos, qui, huic Sortilegio siue maleficio incumbentes, hostiam immiscuerant. vnum videlicet clericum religiosum, qui hostiam ipsam sacratissimam accipiebat, cuius partem ipse sceleratissimus, qui cupiebat amari, assumpserat, dicendo quadam verba satis turpia atque nefanda, quæ hic referre non expedit: reliquam veropartem hostiæ, miserat ad ipsam mulierem, non in forma hostiæ, sed minutatim contritam & in puluerem redactam, sumendam in cibo aut potu. Iterum habui alium, qui hostiam nondum cõsecratam acceperat, & super illam circumcirca, cum sanguine annularis digiti, nonnulla verba satis turpia descripserat, deinde ipsam hostiam super altari deposuerat, hoc est super nudo lapide consecrato, sub linteamine tamen altaris abscondita, & a quodam Sacerdote rotundæ conscientiæ super illa quandoque missas celebrari fecerat, certis orationibus ad eius propositum superadditis: deinde hostiam ipsam sumpserat, quæ tamen non erat expresse consecrata, cuius partem alteram pro se assumpserat, alteram vero partem personæ maleficiandæ tradiderat, redactam in puluerem, vt proxime dixi asserentes, vterque ipsorum, qui hostiam ipsam assumpserant, indissolubili amoris vinculo ad inuicem se colligandos, nihilominus nullum effectum apparentem vidi, nec percepi.*

Nec sunt adhuc duo anni elapsi, quod alium similem casum audiui, Romæ accidisse, de quadam impudica muliere, in cuius cophinis repertæ fuere duæ hostiæ, super quibus ambabus erant descripta quædam verba sanguinea, &c. quas ipsa tenebat, vt asseruit, ad effectum tradendi cuidam alteri mulieri, ad instantiam viri, qui eiusdem mulieris amorem concupiscebat. Alius quoque nondum est annus elapsus, quod duæ impudicæ mulieres Romæ, quas vidi, & audiui, quæ acceperant oleum baptismatis, quo inunxerant sibi labia, dicentes hæc verba (fides abrenuncio tibi, &c. & cum labijs illis sic inunctis osculatæ fuerant viros quosdam, causa captandi amorem ab ipsis, vt ipsæ asserebant. Nihilominus demum omne experimentum fallax fuit, & suorum excessuum condignas vidi luere pœnas. Aliud exemplum à triennio & citra in eadem Vrbe contigerat: quod quædam turpissima mulier acceperat, particulam cutis illius, qua infans indutus egreditur de vtero matris, quam primum venit in lucem, illamque similiter super lapide nudo sacrato absconderat, & super illa plures missas, numero quinque celebrari fecerat, cuiemque prædictam postea assumpserat, & baptizauerat sub nomine personæ maleficiandæ, cum aqua baptismatis & cæremonijs consuetis, deinde eandem in puluerem redegit, ad effectum tradendi personæ maleficiandæ: tamen in

c de sortileg. q. 3. a. nu. 15. & q. 5. a. n. 2 d l. si quis aliquid. §. qui a bortionis. D. de pœn. l. 3. § hæc ad lectio. D. ad leg. Cornel. de sicar. e Grillan. d. q. 3. n. 18 in fin. f Gloss. in c. accusatus §. fame. de hæret. in 6.

terim capta fuit, nec perficere potuit sortilegium, sed congruas sceleris sui luit pœnas.] Hæc ille, qui addere potuit, adeo nefarios etiam esse huiusmodi sortilegos, vt fœminæ viris sua menstrua, & viri (quorum vtrumque vix pudicæ aures tolerant) semen in cibum potumque alijs permixta, & certis verbis condita, præbeant, vt multorum constat confessionibus, stercora quoque & alia huiusmodi excrementa, vt Sprengerus tradidit. Prosequitur deinde Grillandus dicta sua, inquiens, *Extra corpus autem siue extra intestina fiunt maleficia amatoria per aliquas mixturas compositas ex herbarum foliis vel radicibus, metallis, reptilibus terræ, plumis intestinis membrisve, auium, piscium, vel animalium, aliarumve similium rerum naturalium*] adde, maxime expetere[a], vel capillos vel vnguium præsegmina, vel fasciam, vel quid aliud vestimenti quod solitum tangere corpus maleficiandi: aut, si nihil huiusmodi queant nancisci, vel epistola, vel quid aliud de illius domo] *& tunc adhibent certas ligaturas, quibus hæc inuoluta consuunt in clamyde vel tunica maleficiandi, vel abscondunt sub capite lecti, vel inter plumas, vel materatia, super qua ipse dormit, aut sub limine ostij, vel alterius loci, super quo ipse maleficiandus vir transiturus, aut mulier transitura sit.*] Hæc ille partim *d. q. 3. a. num. 15. partim q. 5. nue 3.* vbi etiam addit sacrilegia quædam istorum.

[a] Grillan. q. 3. n. 23

Ipsi (inquit) *sortilegi admiscent sæpius in istis aquam benedictam. scilicet Fontis Baptismatis, aut communis amphoræ existentis in Ecclesia, aut oleum sanctum Baptismatis, Chrismatis aut Extremæ vnctionis, ramos olivarum benedictarum, ramos palmarum, candelas benedictas, sacros Agnos dei, thura benedicta, cereos paschales & his similia. Quandoque autem capiunt aliqua ex reliquijs Sanctorum Martyrum, si habere possunt, scilicet particulas ossium, capillorum, vel vestium. Alij autem capiunt frustula quædam indumentorum sacerdotalium, aliorumque panniculorum benedictorum, quibus sacra mysteria venerantur, celebranturq;, sicut camisia purificatorij, corporalis, tunicella, manipuli, amictus, stola candida, lapidis sacrati, mappæ altaris, patina, sudarij, calicis, & similia, & ista omnia, vel istorum partem admiscere solent in sortilegijs amatorijs, adhibitis eorum nefandissimis precibus & Diabolicis verbis, ad turpes libidinis actus, tot Sacramentorum, & aliorum sacrorum perpetrantes abusum*] Mox subdit tertium quoddam genus sortilegij amatorij, his verbis: *Quidam ex his qui sunt expressa professionis: deferunt quandoque imagines quasdam ad loca sacrificiorum, terra, vel cera, aut gemmarum, seu alia quauis mixtura confectas, illasque baptizant prius nomine personæ maleficiandæ, sub deuotione & inuocatione diaboli, cum eisdem cæremonijs, quibus vti solent nostri sacerdotes in vero baptismate: & adijciunt quædam verba turpia & nefanda: quibus imaginibus quandoque aperiunt pectora, & ipsarum corda ingenti calore ignita reddunt: aut tantum detinent, quod liquefiant, putantes quod eodem modo cor hominis maleficiandi similiter aduratur, seu mollificetur, & obediens reddatur ad votum sortilegi, vel amantis.*] Io. Salisb. *li. 1. c. 11. Vultricoli sunt, qui, ad effectus hominum immutandos, in molliori materia, cera, vel forte limo, eorum quos peruertere nituntur, effigies exprimunt*, cuius illusionis in Pharmaceutria Virgilius meminit:

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit

Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.

Naso

Naſo quoque in libro Heroidum.

Deuouet abſentes, ſimulacraq; cerea fingit,
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.

Qui locus etiam ad hoſtile maleficium referri poſſet, de quo poſtea. Duplex enim magica deuotio fuit, vna hoſtilis, qua mortem intendebant, altera (de qua nunc ſermo) erotica ab vtraque, Papinio teſte, Circe dicta *ſimulatrix*, & μορφωτρία à Lycophrone in Salisberienſi lubenter corrigerem. *Vulticoli*, ſunt & de hac *defixione* (ſic deuotionem vocabant) haud dubiè eſt illud poëtæ veteris in Ciri,

Inde Ioui genetrat magno frigidula ſacra,
Sacra nec Idæis ſenibus nec cognita ſacris,
Pergit Amycleoſpargens altaria thallo
Regis Iolchiacis animum defigere vobis.

Vtopinor Minois in amorem ſuæ alumnæ. Nam vt deuotio, ſic *defixio* duplex, & hoc puto velle auctorem Gloſſarij his verbis: *Defictiones* νεκυομαντεῖαι καὶ κατάδεσμοι. primum ad diras referendum, poſterius ad vincula & nexus amatorios, & corrigo *defixiones*, qui à defigendo non defingendo. patet ex Plinio lib. 28. Hiſtor. cap. 2. & Cicerone lib. 2. de legibus. Vt plurimum vtuntur hodie in amatoria defixione pergameno virginea: quam cõficiunt ex cute pueri recens nati, & ante baptiſmum mortui, vel abortiui, inſcriptâ characteribus & verbis magicis: cuius miram potentiam atque efficientiam nugãtur magi recentiores, *a* & exemplum ſuggerit Leloyher. *b* Vte-

a Picatrix Abonus, & Agrippa.

A bantur & olim funibus quibuſdam & ligaminibus, de quibus nos poſtea. Grillan. præterea rationem inueſtigat, *cur ad amatoria dumtaxat abutantur rebus ſacratis?* & multis reſpondet, qui volet eum legat. Hodierno tempore, etiam ad hoſtile veneficium, buffones, baptizant, & eis (quod horreſco cogitans) venerabilem Euchariſtiam exhibent

B deglutiendam. Sic nimirum quotidie deterior fit mundus, & homines in grauiora hoc ſæculi fine ſcelera præcipitantur. de amatorio philtro miraculum narrat, publica fide & multorum ſæculorum continua atteſtatione confirmatiſsimum, Thom. Boſius, Oratorij presbyter; cuius opera, quam hæreticis odioſa, tam Catholicis vtilis fuit: is ergo de notis Eccleſiæ; *c Nouum miraculum* (inquit) *contigit Auſidi in Piceno. Siquidem anno 1273. quædam mulier,*

C *cum ſumpſiſſet ore Euchariſtiam, non deglutijt, ſed ſeruatam ſecum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum ſibi per veneficia. Quamobrem, ſic malis artibus edocta, ſuper prunas in tegula repoſitam proiecit: quo facto (mirabile dictu) cœpit Euchariſtia apertiſsime in carnem conuerſa ſanguinem latè emittere, ita vt prunas exſtinxerit, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis*

D *mulier nihil non egerit injiciendo cinerem, puluerem, ceramque apponendo. Tum nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuina & ſanguine inuoluens, ſtabuli propinqui ſtercore infodit. Latuit res annos ſeptem, quamuis aliquot mirabilia euenerint, quæ vndenam naſcerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti ac ſceleris ſui conſciam. Iu exactis, illa tandem aperuit rem geſtam Sacerdoti, qui cum ſeco contuliſſet, reperit intactam carnem ſanguinemque recentem, linteumque illæſum. Miraculum patefactum, cunctiſque diuulgatum, ex omnibus locis innumeros ad ſui ſpe-*

E

b lib. 1. de ſpectris capit. 5. C

c l. 14. c. 7.

ſtaculum

ctaculum commouit , & commouet adhuc post annos tercentum & sexdecim. Visitur enim caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus, ad tantæ rei memoriam sempiternam , neque post tanta temporum spacia quicquam ex ijs est correptum aut tabefactum] En quo pacto Deus tam manifesto miraculo nefarium mulierculę sortilegium inhibuerit. Sed nunc videamus, quæ vis huius sortilegij amatorij.

SECTIO II.

DIco primo; *hisce philtris voluntas nullius cogi potest, ad quē non vult amandum: sed bene potest imaginatio perturbari, humores concitari, & totum corpus interius quasi accendi, adeò vt quis , dæmone varijs tentationum illecebris interius certante , æstro quodam libidinis vexetur , & sic vehementer trahatur ad desiderium carnalis copulæ cum aliquo in genere, quod si tum temporis malefi us amator accedat, & artibus, quibus solent mulierculæ capi, eam instanter vrgeat , vel dæmon de illo vno tam assiduè memoriam & phantasiam moueat , exhibendo speciem circumstantiarum, propter quas amore dignus videatur, & subtrahendo eas, quæ indignum redderent: facile fit , vt in nassam præda cadat.*] Atque hæc est ratio & modus , quo perista diabolus solet decipere : vulgus autem nequit distinguere inter actiones voluntatis, & motus concupiscentiæ, impetusque portionis inferioris. Vnde non oportet credere ijs, qui quæue causantur coactionem voluntatis, verè enim nolendo volunt, & vellent abstinere, sed volunt peccatum committere.

Hæc sententia communis est Iurisconsultorum *d* & Theologorum. *e* probatur primum, *l. eorum. C. de malef. & Mathemat.* vbi Constantin. Imperat. ait , *aut pudicos animos ad libidinem deflexisse intelliguntur*: non (ait!) *coegisse*, sed ait, *deflexisse*: ideo, si lex Rhemia vigeret, VVierus hic non effugeret frontis inustionem, nimis quam manifestò imperatoriam sanctionem calumniatus.

Secundò probatur ratione , quia multa sunt pharmaca, quę vim habent naturalem turbandi humores, irritandi semen, excalefaciendi totum corpus: & si nullæ res tales inuenirentur, posset dæmon rebus, quibus vellet, vti, tanquā signis conuentis, & deinde iuxta pactū ipse per se, & turbationem, & flatulentiam, & pruritum , & calorem in corpus inducere, simulque personæ certæ importunam suggestionem imaginationi, quasi valde dignæ amari, obijcere; & sic in huius amorem inflectere posset; sed volentem tantùm. Nam in voluntatem, propter arbitrij humani libertatem, nulla dæmoni iurisdictio, nulla coactio competit: quæ omnia superiore libro probauimus, *q.* 24.

Tertio probatur exemplis, vt Marci Antonij Triumuiri apud Plutarch. & alterius, de quo Cleodemus apud Lucianum; vt Marci hæretici & Magi, apud D. Irenæum: puellæ adductæ ad S. Hilarionem, apud D. Hieron. Iosaphat Regis & Thedæ magi, apud Damascenum, *in vita balaam.* Iustinæ & Cypriani magi, apud Nazianzenum & Nicephorum, (de quo consule Pamel. *in vita D. Cypriani*) vt etiam hæretici cuiusdam apud D. Epiphan. qui, quod paulo antè exempli narrationem, dixerat à Mago coactas mulierculas; id intelligendum, de vehementi persuasione & forti inclinatione, non de necessitatis absolutæ coactione. Valentiniani quoque Imp. apud Procopiū lib. 3. de bello Vand. Marcesinæ apud Gregoram lib 3. stratidis cuiusdam apud Calchondylam lib. 2. Item probatur Historia Bekelius,

d Legist. in d §. ad iect. & d. §. qui abortionis. Azon. tit. C. de malefic. & mathe. Oldra. cōsil. 210. Godefri. & Angel in l. eorū, C. de malefic. Alberic. rub C. de hæret. Vita tract. de mal. Gril. d. q. 3. 21. n. 15. Tiraq. d. l. 13. & tract. de pæn. minuē. petr. loyer. d. c 5. Ant. Guibert. Menoch. Clari Farinac. & aliorum. Canonist vero vt Hostien. in sum. de mag. §. quā sentētiam Ananiæ rubr. de sortil. Ancaran. in c. ex tuarum, & Abb. c. in tabulis eod. tit. idē Ancar. in c. accusat. §. sane de hæret. in 6. Squill. cens. de Cat. c. 8. Tur. in c. si per sortiarias 33. q. 1.

D. e D. Tho. & S. Bona & Palud. in 4. d. 34 Spreng. Malle. par 1. q. 7. Castri l. 1. de iust. hære. pū. c. 15. Mich. Med. l. 1. de recta in Deum fid. Angel. Silu. Rosel. Fun. Caiet. Graffius, & alii Sūmistæ, Binsf. in d. l. eorum. q. 1. Angl. & alii omnes quod sciā & ex medicis integ. libell. de Philtris Ioan.

storia Basilij Pseudomonachi & iuuenculæ monialis, de qua D. Greg Magn. egit; item Sceleri Sethi, de quo Nicetas. *f* legite illa accuratè, & inuenietis iniectam propensionem, sed defuisse necessitatem parendi.

Quartò probatur auctoritate SS. Patrum, vt omittam Epiphan. Irenæ. & duos Grego. iam citatos: probatur auctoritate Arnobij lib. 1. contrà Gentes D. Hierony. dum docet quosdam dæmones amoribus & amatorijs canticis deseruire: *g* & alibi maleficia contendit vim habere, vt amemus quæ odisse deberemus; & detestemur, quæ nos amare decuisset. *h* Cassianus quoque *Incentores*, ait, *libidinum atque luxuriæ quosdam spiritus esse propheta commemorat, Spiritus, inquiens, fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo.*] *i* non quæro, an rectè explicet dictum Oseæ; sed quid senserit ipse, id aperte testatum assero.

Denique probatur S.S. locis esse aliqua huiusmodi maleficia. Nahum. 3. v. 4. *Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia*: quod de his rectè noster Fran. Ribera fuit interpretatus. Apud Baruch. in epist. Ierem. nisi fallor, mentio habetur maleficij amatorij concremationis, verba sunt ista; αἱ δὲ γεύαικες πριθέμεναι σχοινοία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται, θυμιῶσαι τὰ πίτυρα. ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπόπτως τῶν πάρα πορευομένον κοιμηδῇ, ταῖν πλησίον ὀνειδίζει, ὅτι οὐκ ἠξίωτα, ὥσπερ καὶ αὐτή, οὔτε τὸ σχινίον αὐτῆς διεῤῥαγή. *Quæ vulgatus sic vertit: Mulieres autem circumdatæ funibus in vijs sedent, succedentes ossa oliuarum. cum autem aliqua ex ipsis, attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita,*

sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit.]

Qui locus insignis, adhuc densis obsidetur tenebris, ignorantia antiquitatis. Vnam eius partem, quæ de funiculis est, nobis Herodotus clarissime exponit. *libro primo*, vt habet versio Latina (Græco nunc exemplari careo) in hæc verba: *vna ijsdem Babylonis lex est, omnibus modis exsecranda. Nempe omnibus mulieribus indigenis commune est, semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Cæterum cum pleræq; sint diuitiis tumentes, quæ sui copiam facere recusent, hæ vehiculis cameratis subuectæ, pro templo consistunt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleræque etiam hunc in modum faciunt, ad templum Veneris sedent, nodis, corollisq; tempora reuinctæ, è quibus dum aliæ seorsum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula vndecunque sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit diligendam. Porrò cum semel illic consederint, non prius domum regrediuntur, quam hospitum aliquis, pecuniam mulieri in sinum iniecerit, & cum eadem à fano seorsim abducta rem habuerit. Hospitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: tanti ego tibi Deam Mylittam imploro. Mylittam enim Assyrii Venerem appellāt. At vero pecuniam illam, quantulacunque sit, non est fas reiicere, siquidem in sacrum conuertitur vsum. Neque mulieri etiam permittitur hospitem aliquem repudiare, sed quicunque is est, qui pecuniam obiecerit primum, hunc illa sequitur citra delectum. Postremo vbi iam congressa fuerit cum externo mulier, Dea expiata, domum reuertitur. Iam, quæ forma sunt elegantiore, citius (vt par est) expediuntur: quæ vero deformes, diutius coguntur desidere pro templo, antequam legi faciant satis,*

Fitque interdum, vt vno atque altero anno, aut etiam triennio, atque diutius expe-

c. Plutarc in vita Ma Ant. Lucia. in Philopseude. Irenæ. l. 1. c. 9. D. Hier. in vita S. Hila. Greg. Naziāz. orat. 29. in lau Cypriā. & Niceph. l 5. c. 27. Epiph. l. 1. to. 2. contra hæres. Ebionita D. Greg. l 1. Dial. c. 4. Nicet. l 4. histor. *f* l. 3. in Epist. ad Ephes. c. 6. *g* Super. c. 3. Nahum *h* Cassian coll. 7. ca. 32. Oseæ 4. v. 12. *i* Baruch. 8. v. 42.

ctare oporteat miseras. Alicubi, nempe in Cypro, similis quædam lex est.] Hactenus Herodotus, ex cuius narratione facile intelligas, quibus funiculis circumdatæ dicantur; & quis funis disruptus: nempe is qui semitam ad illam faciebat; nã discedens hunc disrũpebat, vel hospes, vel ipsa fœmina: sed & illud intelligitur: vltimo loco, cum obijcit funem non disruptum, deformitatem exprobrari, quod eas mortalium nullus cubili dignetur. Quare retracto, quæ olim hac de re publice Louanij dictaui, ea referens ad nodos, & ligamina amatoria, de quibus egere veteres poëtæ.

Virgil. Eclog. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore.
Licia circumdo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco.

Nempe amati simulachrum. ligabant conceptis verbis, vt apud eundem:

Nectte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Nectte Amarylli modo, & Veneris, dic, vincula necto.

Valerius, *in Cyri*, addit & aliud, in finum dispuere ter:

Terque nouena ligat triplici distincta colore
Fila, ter in gremium mecum, inquit, despue virgo,
Despue ter virgo, numero Deus impare gaudet.

Memesianus, *Eclog.* 4.

Hæc eadem nobis, quæ versicoloria fila,
Et mille ignotas Micale circumtulit artes.

Erant hæc fila, vt plurimùm, lanea, & rhombo torquebantur, vel deuoluebantur ab orbe, vel glomo: Propertius, *lib.* 3.

Improba non vicit me moribus illa, sed herbis:
Staminea rhombi ducitur ille rota
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lecta è sectis anguibus ossa trahunt,
Est strigis inuentæ per busta iacentia plumæ.
Cinctaque funesto lanea vitta viro.

Hoc est vitta lanea suspendiosi: quod & ipsum magicum. Et *lib.* 2.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

De trina despuitione Tibullus, *Eclog.* 2.

Hæc mihi composuit cantus, quis fallere possis,
Ter cane, ter dictis despue carminibus.

Sed ad rem, magicum mysterium, cuius meminit Ieremias, & à quo populum Dei dehortatur, est adoletio, τὸ πιτύρων, de cuius vocis significatione non omnino res certa, nam cæteri vertunt, *furfures*, noster verò, *ossa olivarum*, inter quæ quid melius & fidelius versum, certius definiri posset: si Hebræa illa epistola exstaret, nunc de Græcæ vocis significatione decisio pẽdet. Puto non vnam esse significationem huius vocis. Hesychius, πίτυρα τὰ τῶν σίτων ἢ κριθῶν φλοιά: sane huiusmodi tritici vel hordei furfures, siue pelliculas, quæ molendo secernuntur (sic etiam Dioscorides & Theophrastus vsurpant) succendi solitos in ve-

neficio

neficio amatorio pleriq; existimant, & nituntur loco Theocriti, *Eydill. 2.* τὸν θυσσῶ πίτυρα vbi Scholiastes, θυσσῶ, exponit, πεμπαύσω igne absumo. Vix crediderim furfuries solitos adoleri, (qui parum ad hoc idonei) sed bene farinam in mola, de qua tamen paulo ante iam locutus erat Theocritus, nec necesse habeat repetere, quàre malo, πίτυρα, illic exponere, vt hic facit noster. Nam de eodem maleficij genere locutum poetam illic, & hic prophetam, eo procliuior sum, quod eodem Eydil. fatetur Theocrit. amatoria illa maleficia Græcos à Babylonijs didicisse. Sicut ergo laurum vrebant veteres & bitumen, & statuas ex argilla vel cera, de laur. Virg.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in
Daphnide laurum:

Bituminis, ni fallor meminit Horatius, sed locus non occurrit, de statuis argillaceis & cereis:

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,
Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.)

Sic etiam puto solitos adurere ossa oliuarum, hoc est minutas oliuas, & duriores cæteris, ac pene osseas: quæ est vocis Græcæ altera, minus nota significatio, apud Athenæum *a*, ex Callimacho & Philæmone: pro quodam minuto ac viliore & coloris furfuracei oliuarum genere, quod πίτυρον, vocarũt. Vnde & fraces ac magmata oliuarum Hesychio videntur dicta, ἐπίτυρα dum scribit, ἐπίτυρα σκπιάσματα ἐλαίων. vbi fortassis, ἐπίτυρα, legendum, nec in voce vt opinor peregrina quærenda solita Græcorum compositio ἐπίτυρον. edulium notauit Athenæus, & Varro, *libr. 6. de lin. Lat.* Apud Plautum, *si vnum epityrum edem apud illum esuriens insane bene. Epityrum vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia, quam Italia vsa]* sic Varro. Locus Plauti est in Mili. glor. nempe fiebat ex pityrodi oliua confricta. meminere & Cato & Columella, *libro de re rustica*, conficiendi modum indicantes & Græcanicas magnæ Græciæ vrbes, id conficere solitas: forte etiam vocem ἐπίτυρα, sic contrahebant vulgo, dicentes, ἐπίτυρα. Sed noster vertit, *ossa oliuarum*? certum est Hebræos, quæ in quaque re fortioria & duriora sunt, ea vocare, *ossa*, vt ossa obsidentium, חנך עצמות chonach atsmoth *b*: scitum etiam, hanc oliuam minutã plus ossis, quam carnis edulis præbere. constat quoque Hebræa phrasi, genitiuum fixum habere vim mobilis recti: & ideo, *ossa oliuarum*, accipi posse, pro osseis oliuis: sicut in Mosaicis scriptis *c*, *asinus ossis*, ponitur pro asino osseo. Quare suspicor hoc loco à Ieremia scriptum fuisse, *atsmoth Zethim*, quod ad verbum significat, *ossa oliuarum*, & Græcos interpretes gnaros significationis, quam diximus vertisse, τὰ πίτυρα. Nonne vero simillimum est Babylonias, quæ Magicis nugis erant addictissimæ, veritas ne diu illuc excubare cogerentur, se à sortilegis huiusmodi nõ abstinuisse: maxime quas nec diuitiæ, nec forma, nec genus commendabant? quærebant ergo istæ blitęe ac diobolares vndecumque lenocinium, & Pityrides oliuas, quę vilioris præcij insumebant flammis. Et quam vesanæ flammã alebant inclusam, longe aprius atque expressius ossium, quam furfurum, adustione contestabantur: simul enim sic quærebantur de duritie ac rigore hospitum, & aduersorum, quos illatum nulla misericordia tangebat: ideo non solas

b Psal. 55. v. 9.

c Gen. 49. v. 13.

a li. 8. Cõuiuii Sophist.

oliuarum carnes, siue cutim (nam in his oliuis cutis potius quam caro) sed solidas oliuas cum nucleis osseis adolebant: nimirum duritiam illam sibi inuisam hoc pacto mollituræ, & corda ferrea amore liquaturæ. *Si furfures*, vertas, perit elegans ista mysterij magici analogia. Verisimile est cum ista vrerent addidisse, quod solemne reperio: sic se ossa hospitum vrere, vel, in hospite suo hæc se adolere: vel precari, vt sic hospites earum amore torrerentur: quæ omnia Virgilius & Theocritus poluere. Demum sic adusta & in cineres redacta spargebant in ventum iacta trans caput. Theocritus:

ἄλφιτα τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπί τασε

Farina primum, igne liquescunt, sed disperge.

Virgilius:

Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti
Transque caput iace.

Sed hæc satis vel nimis, de loci Baruchi explicatione, quæ si probetur, bene erit: sin, meliora expecto. Et oportune post annum quartum quintumve postquam hæc à me primum edita, vt in Hispaniam redij, ostensus mihi liber singularium hominis è nostris eruditi, & industriæ singularis Martini de Roa, qui lib. 3. cap. 9. & 10. fuse in hunc Baruchi locum disquirit, dissentit in nonnullis. nam c. 9. funes hos putat esse, *Zonas iunceas*, meretricum vilium insigne. hoc nõ conuenit cum Herodoti verbis, qui (vt ego) exponit de funib. quibus lectulũ suum cingebant, & quod addo de illis aulæa vel centones suspendebant, ita cellam suam à cæteris quasi domunculam diuidentes. Deinde funiculi ruptionem putat esse idẽ quod apud veteres zonæ solutionem. Verum hoc in meretriculis locum nõ habet. nam virginum hoc proprium erat in primo congressu, iuxta illud quod zonam posset soluere virgineam. res nota, non pertinere ad quemuis coitum. Bene quod idem cap. 10. illud de iunco & zona quoque retractat, & funiculos capit, vt dictum debere. Recte autem docteq; probat funiculorum ruptionem intelligi de tẽtorij seu tabernaculi ablatione, sicut Iere. 10. 20. Nam post coitum redibat domum mulier, iam lege soluta. Quæ interpretatio cum sit & simplicissima & accommodatis. miror cur mos quasi deserens, tertiam delicijs amatorijs, & sectorum nodis florumq; corollis addiderit, quæ mea sententia nec Herodoto, nec Barucho consentanea est. Attigerant hunc locum Gueuara in Habac. & Perer. in Daniel. sed attigerant, vel potius insinuarant, quam interpretati. Roæ liber mihi non visus, nisi diu post primã editionem meam: post quam etiã plus anno editus. Potuere eosdem scriptores legentibus, eadem in mẽtem venire. Hinc patet, vel iuxta hanc primã concl. nostram intelligendum Burchardum: vel errorem subesse eius sententiæ, *libr. 10. cap. de arte magica cap. vlt.*

Sit secunda conclusio quæstionis, *hæc philtra & menti & corpori vt plurimum valde noxia sunt.*] Nota minus esse noxia, quæ non dantur intus sumenda, quia si per nudas incantationes facta, vt plurimum solum nocent menti: si per illigationes aut contactum extrinsecum, etiam corpori solent nocere, si habeant venena mala admixta, quod in his non frequens: si vero dentur in potum & cibum, solent vt plurimum valetudinem vehe-

menter debilitare, & de ſtatu mentis deijcere. quia eorum ingredientia ſolent eſſe admodũ periculoſa: vt fluores menſtrui, ſperma (vt patet ex veteſtis libris Pœnitentialibus) cerebrum felis, vel aſinini pulli, vterus hyenę, virga lupi, remora, oſſa rubetę, ſcinci, & præ cæteris (quod vocant) Hippomanes: quod eſt triplex, ne quis fallatur: vnum cuius mentio apud Theocritum, *in Pharmaceut.* tradit eſſe plantulam quandam Arcadię: alterum, quod vt canit Tibull.

Virus cupidæ ſtillat ab inguine equæ.

& Propertius.

Hippomanes fœta ſemina legit equæ,

Qualis eſt ſuum apria: tertium, pellicula quæ reuellitur à fronte pulli equini recens editi, cuius odor equas in furorem redigit, de quo Ariſtoteles *a*. Plinius, Columella, & Virgil. & alij. Quam hoc noxium ſit docet interitus Caligulæ, qui mortuus, cum ei Ceſonia hoc potãdum porrexiſſet, vt narrant Ioſeph. *b* & Sueto. & Iuuen. eo reſpexit: *Vt auunculus ille Neronis:*

Cui totam tremuli frontem Ceſonia pulli
Infudit: & mox vt eſt in 4. M. S. libris,
Tanti partus, equæ quantum vna venefica conſtat.

De cunctis autem philtris Ouidius prudentiſſime:

Nec data profuerit pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Euſeb. teſtatur his Lucretium poetam primo demẽtatum, deinde furoris inpatientia ſeipſum interemiſſe. de Lucullo prodidit Plutarchus, his eum primo actum in furorem, mox etiam interemptum *c*. de quodã ſimilia nar-

a Ariſt. lib. 6 hi. ani. c. 18. Plin. li. 8 ca. 42. Colum l. 6 Virgil. in Georg. b l. 11 ant. Sue. in Calig. Iuuen. ſat. 6.

c Euſeb. in Chro. Plutarc. in Lucul. Ariſt. in Magn. Moral D. Greg d c 4. Hier. in vita D. Hilar. Sprẽg. part. 1. q 7. Caſtini. in Ludo. Bauaro, Ant. Panhorm. lib 4 de geſt. Alfon. 3. Pet. Leoyer. lib. de ſpect. 1. 5.

A rat Ariſtot. *Virgo illa incantata à Baſilio* (vt ait D. Greg.) *febricitare incepit, & vehementer anxiari, magiſque vocibus cum ſtridore clamare. Modo moritura ſum, niſi Baſilius monachus veniat, & ipſe mihi per ſuæ curationis ſtudium ſalutem reddat.*]

B En verba mente captæ, & corpore languentis. Illa vero, de qua D. Hier. ſcribit, *poſtquam amator, magicis artibus inſtructus, ac Aeſculapij ſacerdotibus, redijt, & ſubter limen domus puellæ tormenta quædam verborum & portentoſas figuras ſculptas in æris Cypriy lamia defodit: & ilico amore inſanire virgo, & amictu capitis abiecto rotare crimen, ſtridere dentibus, inclamare nomen adoleſcentis: magnitudo quippe amoris eam in furorem verterat.* De tribus ordine Abbatibus, ſucceſſiue ab eadem ſortiaria toxico amatorio necatis, lego apud Spreng. de Frid. duce Auſtriæ, electo rege Romanorum quem Lud. Bauarus vicit, auctor eſt Cuſpianus: de Stephano quodam equite Neapolitano, Anton. Panhormita: de puella, cui amator membranulam inſcriptam in ſinum iecerat, & narrationem, & iudicium nobis proponit Pet. Leloyherius: quare cum tam noxia ſoleant eſſe philtra merito

D Athenienſes Temniam ſagam morte mulctarunt *d*. & nimis laxi fuêre Areopagitæ, cum alteri, mortuo eo qui acceperat *e*. ignouerunt: prudentiſſimeq; iura ciuilia: quibus ſeqq. pœnæ receptæ: de quibus, quo ad praxim acturi ſumus fuſius, *lib. 5. Sect. 16.* nunc breuiter. Si præbẽs amatorium quid, non adhibuit magicam ſuperſtitionem, nec mors ſecuta fuit: pœna relegationis & damnationis in metallum olim puniebatur *f*. hodie iudicis arbitrio extraordinarie punitur *g*. Quod ſi mors fuerit ſecuta; quam vt plurimum ſequi tradidit Hippolytus

d Demoſt. contra Ariſtogitonẽ.
e Ariſt l. 1 Mag. Moral c. 17.
f d. §. qui abortionis.
g Menoch. de arb. iud. caſ. 358.

de Marsil. Insignis Criminalium iudiciorum tractator *b*: tum, si ob malum finem præbuit philtrum (vtpote causa aborsus, vel illiciti amoris) siue tum adhibitæ sint artes magicæ siue non, mortis reus censetur, ex communi sententia iuris interpp. *argum. d. §. qui abortionis*, quod & olim prudentum opinione receptum Iul. Paulus tradidit *c*: neque id acerbum debuit videri Antonio Guiberto *d*: dignum enim plane supplicio malus adeo animus, fini improbissimo, per summum periculum & pessimum exemplum studens. Quod si non dedit ob malum finem, sed bonum (vt puta ad arcēdam fœminæ sterilitatem, ad cōciliandum mariti animum à se immerito alienatum,) tunc si accessit ars magica, adhuc punienda est audacia lethali supplicio capitale est enim his vti artibus etsi vero non adhibuit quicquam magicum, sed naturalibus vsa fuit, quæ putabat non nocitura, extra ordinem mitius punienda est, citra *f* mortem. Hæc ver i, si desit hæresis suspecio: hac accedente, quid dicendum, videbitur *d. sect. 16.*

Binsfeld. in d. l eorum. q 3. b in l. eiusleg Corin de sicar. dem. D ad c libr. 5. recept sent. tit ad leg Corn. de sicar. & libr. 1. q iur ca. 16. num. 1. c l. nemo arustpicem, & ibi Dd. C. de malef. & mathe. & sic intell. Menoch. de arbit. cas. 388 nu 5. f arg. l. 5 § ex Senatusc. D. ad leg. Corn. de sicar. & ibi Bar & Menoch d cas 358. num 7.

Hum nam vindictam præuenit aliquando diuina vltio. Siffridus presbyter, in Chron. suo narrat ann. 1260. accidisse, *vt adolescens quidam in Missnia, vt suis potiretur amoribus, à Mago in locum odium desertum deduceretur: cui cum speciem, puellæ illius quam amabat imagine, per malefici incantationes se obtulisset: amator ille perditus, manum ei porrigens, à malo dæmone parietibus allidi-tur, & miserabilem in modum necatur: qui eius quoque cadauer tanto in Magum impetu proiecit, vt semianimis longo tempore iacuerit.*]

I nunc & animam committe ignibus doloso hoc pulueris magici mantelio contectis. Nonne potius audiendus Phocylides: qui cecinit, omnino fugiendas amatorias incantationes & philtra? idque verum, etiam quoad coniuges, quia etiamsi conciliarent amorem (quod nunquam vel raro contigit) tamen semper, vt minimum, reddunt debilem, attonitum, & mentis emotæ: quemadmodum piscibus (acuta & apta est Plutarchi *g* similitudo) accidit, qui nō retibus vel hamis, sed medicamentis capiuntur.

g in omnigalib admonitionibus.

SECTIO III.

REstat de remedijs videamus. & constat, ex dictis, inutilia esse antidota contra philtra, & remedia illa Gentilium: quę per incantationes aut lustrationes quasdam fiebant: quæ Christianis etiā prorsus illicita sunt. Virgil. 4. Æneid.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, asperas immittere curas.

vere dicit *promittere*, nec enim præstabat. Tibullus lib. 1.

Quid credam? nempe hæc eadem se dixit amores
Cantibus aut herbis soluere posse meos.
Et me lustrauit tedis, & nocte serena
Concidit ad magicos hostia pulla Deos,
Non vt totus abesset amor, sed mutuus esset,
Orabam: nec te posse carere velim.

Putabant enim his lustrationibus alterutrū euenire, vel vt amore liberarentur, vel votis potirentur. Nemesianus, inducit pastorem quærentem hæc omnia sibi in cassum cecidisse:

Quid

Quid prodest quod me peregrini mater Amyntæ
Ter vittis, ter fronde sacra, ter thure vapore
Lustrarit, cineresque auersa effudit in amnem,
Incedens viuo crepitantes sulphure lauros,
Cũ sic in Meroen totis miser ignib. arsi?

Vittas intellige funesti viri, vt dictum superius. Omisit & aquæ aspersionem, de qua Propert. lib. 3. loquens de amore:

Quod mihi non Patrij poterant auertere amici,
Eluere aut vasto Thessala saga mari.

Putauit vir doctus etiã ebris & laminis vsos pro periaptis contra magicas deuotiones (quod nõ negandum) & probat his Arnobij verbis, *Aduersus ictus noxios & venenatos colubrarũ morsus remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis, Marsis ventibus, aliisque institoribus, atque planis*] sed fortassis illic pro *laminis*, corrigendũ, *lamidis* (vt olim Franc. Bentius noster censuit) qui autem, *Lamidæ*, docuit Petrus Victorius lib. 13. variar. lect. c. 15. nempe aruspices nugacissimi.

Hanc secuti opinionem gentilium videntur, non Eunapius modo, *in vita Edesii*, de illa quam magus Philometor. in amorem pellexerat, magus vero Maximus amore soluit; & Plin. sed & Põponat. homo male Christianus. Opus est antidotis distinctione. si naturalia tantum sunt medicamẽta, maniam purgantia & ardorem libidinis temperantia (vt agnus castus & huiusmodi) dummodo noxia non sint valetudini, licebit eis vti. 2. si vero dubitetur num insit illis vis naturalis, an vero sint mere superstitiosa remedia; tunc iis abstinendũ. tale quod de Scythica seu Promethæa herba refert Propertius; quod de insperso corpori puluere, in quo se mula volutauerit, vel hirci vrina bibita, vel rubeta in corio pecoris recentis alligata, & de virga lupi Plinius & Põponat. *h* tradidere. 3. si moraliter improba sunt remedia, plane vitãda & vetita sunt, tale remedium Cratetis apud Laertium, scil. sui suspendium; talia Rasis ac Pauli Ægynetę licentiosa balnea, tripudia, commessationes, & quæ sequi solent deteriora: tale etiam illud Faustinę, quo vsus M. Antonin. Philosophus; qui gladiatorem eius adulterũ occidi iussit, & illam incedere inter caput & collum. *i* Quarto si sit admixta superstitio tunc pertinent ad vanam obseruantiam, de qua 2. *p. huius libri* agendum, si vero dæmonis pactũ interuenit, pertinent ad dæmoniacam Magiam, de qua dictum, *libr.* 2. Quinto optima sunt remedia Christiana, tum illa quę contra cuncta maleficia vim habent, Ecclesiastica; de quibus agendum, *lib. vlt.* tum etiam quædam moralia, quibus caro maceratur & concupiscẽtia domatur; vt opera pœnitentię, humicubationes, cilicia, flagella, ieiunia: his interdum etiã sub mortali, si magna necessitas, homines vti tenentur, vt & aliis quæ partim in omittendo, partim in committendo posita. In omittendo, vt vitare conspectum rei amatæ, & ocium, & alia libidinis irritamenta, de quibus optime Helinãdus disseruit. *k* Vis exstinguere libidinẽ? (ait) amoue ligna de igne si stridet incendium ligna innumerabilia sunt, potissima autem,

Ocia, segnities, somnus, caro, fœmina, vinum,
Prosperitas, ludus, carmina, forma, puer.

h Plin. lib. 28. 12. & 39. Pompona li de incantat. Laert. lib. 6.

i Capitoli & Suidas.

k habes apud D Anton lib. 6. histo Sum. tit 13. c. 6. § 4.

De primo est illud SS. *in desiderijs est omnis ociosus.* & Ouidii.

Ocia si tollas, periere cupidinis arcus,
Despectæque iacent & sine luce faces.

De 2. dicit Martialis.

Quæritur, Aegysthus quare sic factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

De 3. canit Dionysius Cato, in distych. Moral.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.
Nam diuturna quies vitijs alimenta ministrat,

De 4. ait Apostolus: *Bonum est non manducare carnes,*

De 5. ait Helinand. *mulier dicitur à molliendo, vt & malleus, quia sicut faber per malleum mollit ferrum: sic diabolus per mulierem, mollit & malleat vniuersam terram,* D. Hieron. *Ferreas mentes libido domat.* Claudian.

Ferrea lasciuis molescunt corda sagittis.

De 6. Apostol. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Virgil.

Et Venus in vinis, ignis in igne furit.

De 7. Ovidius.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis.

Salomon in Proverbiis. *Prosperitas stultorum eos perdet.* Diu. Augustinus: *Secundæ res Sapientum animos fatigant: plus obfuerunt Salomoni, quam profuerit ipsa sapientia, contra aduersitas aliquando retrahit à peccatis.* Ideo ait Dominus Oseæ 2. *Sepiam aures tuas spinis, vt semitas tuas non inuenires, & post amatores tuos non curreres,* Spinæ sunt aduersa.

De 8. ludi, nomine iocum intelligit omnem, mœstitia enim libidini repugnat, teste poeta.

Non solet in mœstos illa venire thoros.

De 9. carminis, nomine, omne melos musicum comprehenditur, siue voce, siue instrumentis fiat. Esai. *Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum, in conuiuijs vestris:* hinc, *& opus Dei non respicitis.* addit Helinand. *Difficile inuenitur aliquis lenis vocis & grauis vitæ: quippe cum vocis lenitas cantum desideret, vitæ grauitas planctum.*

De 10. est illud.

Rara est concordia formæ atque pudicitiæ.

& illud,

Lis est cum forma magna pudicitia.

De 11. ait Helinandus: *Quantum enim periculi sexus adfert in muliere, tantum ætas in puero, periculosa est ætas pueri, periculosior societas, periculosissima vero familiaritas. Vnde legitur in vitis patrum: Non habendam familiaritatem, cum fœmina, puero, vel hæretico.*] Hactenus ex Helinando Antoninus.

In faciendo consistunt; occupatio mētis in curis grauioribus, cogitatio mortis & inferni, lectio bonorum librorum, preces ad Deum fusæ, implorata auxilia Beatorum, & Angelorum, & maxime Beatissimæ Deiparæ Mariæ: quæ, vt castitatis amantissima, summopere desiderat homines hac spurci amoris lue liberare. Vtile quoque frequenter meditari, non externam illam, & perituram cito speciem, quæ fragilis, caduca, sæpe mendosa & fucata, & falsis tantum lenociniis adumbrata: sed rimari cogitatione internam & profundiorem corporis constitutionem, quid illa fuit, antequam nasceretur? stilla se-

minis

minis ſpurci & olidi, quid nunc eſt? ſaccus ſtercorum. aufer cuticulæ pelliculam, quid illa tetrius aut horribilius: quid cadaueri propius? ſterquilinium niue contectum albet. ſoluantur niues: *pax; pax naribus & oculis*; clamabunt omnes, & diffugient. Niue fugacior eſt forma. non liquatur, ſed vaneſcit. illam aqua excipit; hãc quid niſi deformitas & formido, qualis mormolycii? cum anima diffugerit, quid futura hæc ſiue Lais, ſiue Helena? eſca vermium, cadauer putridum, fœtens, tabe diſſoluendum, ex cuius ſpinæ medulla ſerpens terribilis enaſcetur. Hoc amem, hoc depeream! Narrat Suidas de Hypatiâ Alexandrinâ: eam cum conſilio nequiret auditoris adamantis, importunam ſollicitationem abrumpere: pãniculos ei ſuos, fluore menſtruo maculatos, obieciſſe: *Hoc* (inquiens) *eſt adoleſcens, quod amas: nihil autem pulchrum.* Appa & Gela Foroiulienſis ducis Giſulfi filię, carnis putridę ſub mamillis poſitæ odore, ſuam defendêre caſtitatem. Barbari enim natura ita fœtere Longobardorũ mulieres opinati intactas reliquere. (*Annal. Boior. lib. 3. & Anton. Bonfin. lib. 8. Rerum Hungaricar. Decad. 1.* Sed & Thom. Cantipratenſ. pium quendam virum, cum cogitationes importunas, cuiuſdam mulierculæ, formoſæ dum viueret, animo abigere non poſſet: ſepulchrũ narrat eius aperuiſſe, & amplexum cadauer rabidum, faciem faciei eius contaminatæ tabe, vermibuſque impoſuiſſe, & in hoc fœtore volutatum ore: donec fœtor & horror, omnem libidinis memoriam ſuperaſſent.

Quãto efficacius hoc, illo ridiculo, & quod niſi præfata lectoris venia, nequit referri, quod Hieronymus Cardanus *a* præſcribit: *eum, qui* (ſic ait) *ſtercora recentia amicæ in ſuo ponat calceo, & calceum ſtatim induat, amore liberandum.* vtatur ille ſuo remedio. apage has ſordes. equidem tetro odore amorem cum faſtidio commutãdum crediderim, quamdiu fœtor durabit: poſt, neſcio: niſi quis mentem ſimilibus (quas dixi) cogitationib. muniat, armetque. His remediis cõtinentur, quæ ex Auicenna Niderius poſuit *b* excepto ſexto, quod ipſemet fatetur ſæpe non proficere.

a *lib. 2. de varietat.*

b *li vltim Formicar.*

QVÆSTIO IV.

De maleficio hoſtili.

A

Hoſtile, vocatur, quicquid in bonis animi, corporis aut fortunæ damnum infert, aut aptum eſt inferre, aut idcirco adhibitum fuit à maleficio vt inferret: primum actu, ſecundum poteſtate, tertium intentione huiuſmodi eſt, quæ in his interueniunt, vt plurimum ſunt frigida, amara, noxia, & naturæ humanæ hominumque ſaluti contraria: ideo, *venena mala*, vocari vult *c* Grillan. contra quam in amatorio, in quo cenſet, vt plurimum interuenire, res calidas, dulces, amœnas homini, & coadiuuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi, & ideo à lege hæc vocari, *bona*, vel, *non mala venena*, quia non ſunt inſtituta hominis necãdi cauſa: *d* hæc perpetuo vera non eſſe, facile credẽt, qui præcedentem quæſtionem accurate legerint. De præcipuis ergo hoſtilis maleficii generib. nunc agamus, & quia prolixa atque varia diſputatio eſt, in ſuas ſectiones eam partiamur.

c *q 3 n. 25*

d *l. 3. § hæc adiect. D. ad l Corn. de ſicar.*

SECTIO I.

De fascinatione.

A VT res commodius intelligatur, notanda differẽtiarum inter plicis fascinationis: nam puro vocabulum large sumptum de proprie & improprie dicta fascinatione, diuidi posse, *in poeticã*, seu, *vulgarem*, in Philosophicam, & *in magicam*.

Vulgaris, seu, *poetica*, est, de qua potissimum disputatur; secũdum quam dicũtur homines fascinari, ipsa visione seu aspectu actiuo fascinãtis, vel etiam inuido aliquo laudante, eo solo, quod maligne aut malitiose adspicit, vel laudat alium, à quo est auerso animo. Et hæc opinio multa peperit alia opinamẽta. primo hoc periculum imminere potius pulchris quã deformibus, pueris quam maioribus ętate. Secundo hoc periculum remoueri quibusdam euphymiis: nempe si bene precentur ijs, quos cum laude & admiratione intuentur: vel si quid turpiculum pueri gestent appẽsum collo, vnde fascini nomen inditum virili membro, eo quod contra fascinationem talia gestarent oscilla: &, mutato in paulo honestiorem modum more, digitos duos cũ pollice sic inserto, vt tale quid exprimant, de gagate, vel ebore, vel argento: vt fit hodie in Hispania (*Higa vocãt*) immo si summo mane surgenti quis ita digitos intendat, id ipsum quoque amuleti esse loco censent, quod malo exemplo Reginę cuidam fieri aiunt. si baccare frontem cingas, si ter in sinum despuas. deniq; si cum auide lautum edulium sumas, & te intentius aspicienti partem cibi porrigas, *præsiscini*, hæc omnia fore, ne fascineris. De turpiculis illis mentio apud Lucillium, teste Glossario: Mutonium, πρωτοδαιμόνιον, ὦ λεκίθιος, forte loco isto, quem ex lib. 4. citat Nonius, *Nam quid mutino subrectoq; huic opus signo, vt lurcaretur lardum, & carnaria furtim Patrum conficeret?* q. d. præstitisset infantulum fascinatum emori, quam in furem adolescere. Tertio censent ad bruta quoque hanc fascinationem pertinere gallinas, agnos. equos, & ferunt fascinatos aliquando cecidisse. Huc pertinent illa poetarum, Virgilii,

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

item ..... *baccare frontem*
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

& Theocritus docet contra hanc fascinationem solitos in sinum sibi despuere:

ὡς μὴ βασκαίνῃ, τρὶς ἐς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Vt non fascíner, ter in meum expui sinum.

Solẽt quidam huc referre illud Albij Tibulli, *lib. 1. eleg. 2.*

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta,
Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Verum prior illos versus refutat: qui docet, eum, de quo agit, vt insanum ac lymphatum, cinctum fuisse corona puerorum, & cæterorum: qui tamẽ, ne quid eis detrimenti ab aspectu, tactuve insani hominis cõtingeret, despuendo se sibi consulere arbitrabantur, cuius superstitiosę auersionis. vt consuetæ, testis est Theophrastus, *libr. de characterismis in descriptione superstitiosi*. Sed quoniam à Tibullo amans inducitur vtens magicis artibus: si dicas eundem amantem amentemque describi, nõ aberrabis à vero. nam Plato, *in Sympostio*, amoris furorẽ

fascina-

fascinatorium esse docuit : eo quod mutuo aspectu & intētione oculorū, amor hauriatur, augeaturque.

Hanc fascinationē cum suis remediis esse superstitiosam nemo negauerit opinor, quam damnant Dd. Basili. Chrysost. Hieronym. & alii citādi: & profert Richardus, *quodl. 3. q. 12.* duos articulos, quibus nō obscure anathema dicitur iis qui illam tenent. Sine maleficiis vero, opinionem de solo morbo per laudationem inferendo, nemo Catholicus Theologię peritus, aut verę philosophię sectator admiserit. Nam quæ de vi verborum diximus, & de vi imaginationis, *libr. 1.* illa conuincunt, nec verbis hanc vim inesse, nec imaginationi quo ad corpus distans, vt vere quidam apud Algazelem, *li. 5. physicor. ca. 9.* asserunt. Ad natale fascinantis astrum confugere, ridiculum est: omnes enim illa hora nati, fascinatores forent. Vim animæ vnius in corpus alterius effectiuā tribuere, est damnatum delirium Auicennæ. Nec satisfaciunt, qui ad temperiei & substantiæ dissimilitudinem confugiunt, quia inter res eiusdē speciei nequit esse tanta substātię pugna ac dissimilitudo. nō. n. basiliscus basiliscō, nō vipera viperæ, sed homini & aliis animalibus nocent. Et vt vnum animal alteri tam sit noxium, id est, vehemēti naturæ antipathia nasci necesse est: hanc vero ex differentia specifica, quam sequitur differētia temperamenti. Quid: quod fascini huius defensores contendunt, etiam fascinari quem solere à beneuolis & carissimis. verba Plutarchi, & Heliodori suggessit mihi, & communis patriæ, & religionis coniunctione amicissimus, Andr. Scotus noster. Græci codices mihi nunc non suppetunt: quare ponam ex versione eiusdem: *Haud sane ignoras,* (ait Plutarch.) *quod & amicis, & familiaribus & parentibus nonnulli oculum fascinantem esse existimant: vsque adeo vt mulieres non ostendant illis pueros, nec diutius ab huiusmodi hominibus inspectari sinant. quo modo ergo id mali videbitur ab inuidia efficere? quid porro per Iouem dices de iis, qui dicuntur se ipsos fascinare? nam hoc quoque audisti: sin minus illa certe prorsus legisti.*

Eutelidæ fuerant pulchri per colla capilli:
Sed tibi dirus homo conspecto in flumine vndis
Inuidit, turpisque inuasit protinus illum
Morbus, & inuidia corrupta est gratia formæ.

Narrant enim Eutelidem cum sibi pulcher visus esset, propria specie captū, in morbum incidisse: atq; habitum bonum vna cū pulchritudine perdidisse.]

Vides fabulam Narcissi fabulæ similem: si quid tale accidit: arbitror vtrique contagiosam aliquā fontis exhalationē fuisse exitio. Sed audi quid Plutarchus hac de re censeat: putat enim in his ex vera inuidētia id oriri, quod etiam Heliodoro visum Plutarchus:

Audacter dico vniuersas quidem animæ affectiones, quibus diu insint, in iis malos habitus ingenerare: hi cum naturæ vim cœperint, qualibet ex causa moti, sæpe etiam inuitos homines in iam proprias ac consuetas perturbationes deferunt. Sic autem considera, timidi etiam ipsa auxilia formidant, iracundi in charissimos quoque sunt morosi. Amatores & intemperantes postremo nec sanctissimis quidem corporibus quamuis morti vicinis queunt abstinere. Mira est enim consuetudinis vis ad attrahendum affe-

Plutarch. 5. Sympos. c. 7. Heliodorus li. 3. Aethiopi. histor.

ctum in id quod sibi est proprium. Et qui in lapsum est propensus, vbique necesse est impingat. Nulla est itaque admiratione dignum, si, qui inuidendi & fascinandi habitum sibi induxerunt, etiam aduersus familiares ex morbi proprietate mouentur: ast vbi moti fuerint, quod natura solent, efficiunt, non quod volunt. Quemadmodum enim sphæram sphærice moueri, & cylindrum in modum cylindri necesse est, pro formæ differentia: ita & hominem sic inuidum affectio inuidenter aduersus omnia mouet. Quinetiam verisimile est, illos familiaribus & charis peius nocere.]

Immo vero id mihi minus fit verisimile. cur? an quod frequentius illos respiciant? aliquid id foret, si habitibus non vteremur quando volumus: & habitus à primis illis motibus animi non differrent: quos confundit Plutarchus: non obscure etiam voluntatis humanæ libertati his verbis, vt ex geometrica comparatione patet, frenum iniiciens. A cæteris etiam philosophis recedit, qui perspicue maliuolam inuidentiam requirunt amori repugnantem. Solus Heliodorus Plutarcho consentit, & si de facto dubitet: *Porro*, inquit, *si qui sunt, qui etiam charissimos, & quibus bene volunt fascinant: id quidem non est mirandum, si cum sint natura inuidi, non quod volunt faciunt, sed quod naturaliter solent.* Præsupponit vterque naturalem vim maleficam illis inesse: quæro qualis? physica an moralis? Si moralis tantum, hæc illis nolentibus nō elicitur. Si physica, præexistens, aut tunc nata. si præexistens, cur non nocet prius subiecto cui inest. Si tunc nata: qua noua efficiente, causa? nam erga hanc personam bene afficiuntur. Cæteri arbitrii libertatē hac in re cōcedunt, & aiunt innoxium intuitum esse, si animo aspiciant non malo, vt aduertit Tostat. *in Num.* Sed magis philosophice procedit Plutarchus hac in re. Nec tamen fælicius philosophatur, de sui ipsius fascinatione. Plutarchi sunt ista: *Bonus vir Eutelidas, & quicunque seipsos dicuntur fascinare, non sine ratione id mihi videntur pati. Periculosus est enim* (vt ait Hippocrates) *summe bonus habitus, & corpora simulatque ad summum vigorem processerint, non stant, sed cadunt, & in contrarium vergunt. Quando igitur ij integrum cœperint incrementum: seque spe melius affectos vident, adeo vt sese demirentur ac circumspiciant, eorum corpus prope mutationem est* (esset Plutarche licet seipsos nec demirarentur, nec circumspicerent, iuxta Hippocratem) *& per habitus vitium in deterius tracti seipsos fascinant.* (Quomodo per habitus vitium id maliuolentiam dicebas, ergone credendum quēquam sibi ipsi male velle solitum, aut suis bonis inuidere? esto aliis inuiderint, numquam huc se porriget vis inuidentiæ, vt philautiam animo expellat.) Sed hæc ipsa ratio Plutarchi, quam subdit, ostēdit quid fascinationis nomine cōprehenderit, nam subdit: *Hoc autem magis fit ex fluxibus, qui vel circa aquas, vel alia quadam specula subsistunt. Exhalat enim spiritus in obiecta: eoque fit, vt quo aliis nocebant, seipsos male habeant. Quod cum pueris fortasse contingat, falso causa obtuentibus adscribitur.*] vult ergo Plutarchus in aquam ex oculis spiritus diffuso, & in Euthelidā, corrupta iam aqua, vapores cum illis spiritus reflexos. cuiusmodi spiritus ex bene habito & sano corpore, vt erat Euthelidæ, emanasse non est credibile. ægrorum & venenatorum illa affectio est, & non

nisi

nisi ex virosis aut corruptis humoribus profluēs. Pueros autem affici hoc pacto & fascinari, quia ex se ipsis spiritus quosdā seu qualitates nescio quas effundant, quæ aere corrupto in eos redeant vnde exiuere: nullus crediderim. Vere tamen Plutarchus, falso causam obtuentibus, scilicet quatenus obtuentur, adscribi pronunciauit: nec enim negare voluit, quod ante asseruerat visu aliquos esse contagiosos.

B Corn. 1.

Si ergo loquamur de hac fascinatione proprie dicta, quam poeticam seu vulgi vocaui, quam ipsa visione cum imaginatione maliuola fieri volunt, quod satis ipsum nomen Græcum indicat, dico, illam esse aliquid non naturale, sed fabulosum, superstitiosumque.] Hanc conclusionem optime docent quidam egregii medici, vt Iul. Scaliger, *de subtilitate exercitat.* 349. & Franc. Valesius, *Sacræ philosophiæ cap.* 68. & Theologi vt *Richard.* quodl. 3. qu. 12. *Abulens.* locis mox citandis, & Haliacensis Card. in *perspectiua*, Ciruelus, *part.* 3. *de superstitione capit.* 5. Leonard. Vairus, *toto ferme libr.* 2. *&* 3. *de fascino*, & Laurent. Ananias, *libr.* 4. *de natur. dæm.* Andr. Laurentius libr. 11. histor. anatom. q. 1. probatur auctoritate D. Basilii, *homil. de inuid.* qui hoc spernit, vt muliebrem nugacitatem. Secundo, quia, cum visio sit actio immanens, & fiat per introsusceptionem siue per passionem, non vero per actionem transeuntem, nec per radiorum emissionem, non potest idonea huius fasc. causa naturalis assignari. deniq; quia nec Hippocrates, nec Galenus, nec vllus veterum medicorum (si Valesio, multæ lectionis, & probatę experientiæ medico, credimus) huius fascinationis, cum fusissime tamen egerint de cunctis morborum generibus & causis meminerunt. Vt satis mirari nequeam doctos quosdam Theologos scriptis mandasse: hanc comprobari à medicis & philosophis, nec negari posse experientia conuincente. Vnum tamen medicum solum laudant si medicus ille bonus & peritus: Marsilium Ficinum, *in opere de animæ immortalitate*, quod non ex Æsculapidarum, sed Academicorum scitis conflatum est. Sed nimirum isti vulgarem fascinationem à philosophica, propriam ab impropria non distinxerunt.

Secunda conclusio. *philosophica seu physica fascinatio, non nisi improprie dici potest fascinatio, proprie vero, est contagio seu infectio.* Sciendum, pro intelligētia conclusionis, fieri posse vt aliquis alterius aspectu lędatur. nam verum est illud poetæ.

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

Quod de lippis, *lib.* 1. doctum est: Et quidem huiusmodi læsio contingit, maxime quando mutuus est intuitus: etsi possit etiam, quando tantum intuetur oculus læsorem, per modum passionis (de quo nunc non agitur) vel quando solus lædens aspicit lædendum: qua de re nunc agimus. De hac ita Plutarchus differit: *Nouimus homines, qui visu pueris maxime nocent, quippe habitum, vtpote humidum ac debilem, vertunt & in deterius mouent: quod quidem minus accidit iis qui induruerint & iam compacti sunt. Tametsi qui circa Pontum habitant, quos olim Thybes appellabant, Philarchus scribit non tantum pueris, sed etiam viris permiciosos esse. tabescere enim &*

agrotare, qui aſpectum eorum, & habitum, ac ſermonem exciperent. Perſpecta eſt autem res, vt videtur, ab iis, qui cum illis commercia exercebant & ſeruos illinc educebant venales. Verum hæc iſtorum malitia haud proinde fortaſſis eſt mirabilis. Nã & attactus & affricatio manifeſto quoddam habent patiendi principium, & quemadmodum aliarum auium pennæ aquilinis coniunctæ, decreſcunt ac pereunt occulta quadam vi plumarum caulibus putreſcentibus: ſic nihil eſt abſurdi: hominis etiam tactum partim quidem eſſe vtilem, partim vero grauem ac noxium. Iam vero ex aſpectibus quibuſdam noceri, id quidem (vt dixi) ſed quoniam cauſa eius perdifficilis eſt, pro falſo reiicitur. Atqui (inquam ego) quodammodo ipſius cauſæ veſtigium quoddam ac ſemitam inueniſti: vt qui ad defluxus corporis peueneris. Nam & odor, & vox, & reſpirationis fluxus, euaporationes quædam ſunt animantium, & partes quæ ſenſus mouent, atque illapſæ afficiunt. huiuſmodi autem longe veriſimilius eſt ex animalibus emanare, vt quorum ſpiritus, propter calorem & motum, veluti pulſum quendam & concuſſionem habet: quo ſpiritu concuſſum corpus defluxus quoſdam aßidue emittit. id quod per oculos imprimis fieri par eſt. Nam cum viſus multiplicem habeat motum, cum ſpiritu ipſum igneum eiaculante, mirificam quandam vim diſſeminat. Qua ex re multa, tum pati, tum facere per viſum, homini accidit: quippe quem res viſæ vertunt ac modicis tum voluptatibus, tum iucunditatibus afficiunt, quin & amoribus (qui vel maximi aut vehementiſſimi ſunt animæ affectus) principium dat viſus. Hinc diffluit ac colliqueſcit amator, vbi pulchras intuetur, ceu ad ipſas adeat. Vnde haud immerito mirari quis poßit, eſſe, A qui exiſtiment hominem per viſum pati ac vexari, non autem facere ac nocere. Pulchrorum etenim ex aduerſo aſpectus, quodque ex ipſorum oculis exit (ſiue id lumen ſit, ſiue fluxus) amantes liquefacit, & conſumit, cum voluptate dolori coniuncta. (id quod ipſi, γλυκύπικρον, hoc eſt, dulce amarum vocant) neque enim vel ex contactu, vel ex auditu contingit hominem adeo ſauciari atque affici, vt ſi quos vel ipſe aſpiciat, vel ab iis aſpiciatur talis enim ex viſu diffuſi fit, & inflammatio, vt plane amoris imperitos exiſtimem eos, qui mirum putant Medorum naphtam ex interuallo ab igne inflammari. Pulchri enim etſi per longe diſtantes intueantur, ignem intra amantium animas incendunt. Sæpe etiam hominum augurioſorum auxilium videmus. curantur enim hiaticulam intuentes: cui talis ineſſe vis & temperatio videtur, vt morbum attrahat & excipiat per viſum, veluti fluxum exeuntem. Vnde hiaticulæ ne ſuſtinere quidem ſuſtinent hominem augurioſum: ſed à ſe auertunt, & oculos clauſos tenent: non quod illi (vt quidam putant) curationem inuideant, ſed quod velut ictu feriantur. Ex omnibus autem morbis maxime ac celerrime contrahitur conuictu lippitudo. Vſque adeo celerem vim habet viſus inferendi atque affricandi aliis morbi principium.] Ex his Plutarchi verbis nota, *primo*, illi hanc faſcinationem eſſe ſimilem detrimentis, quæ contactu & affricatione inferuntur: hoc eſt nihil eſſe aliud, quam naturalem quandam contagionem: vt appareat eum non admittere vulgarem illam, docent id comparationes eius de rupicula, de lippitudine, de amore: etſi rationes hæ mihi non probentur, & alias, *libr.* 1. veriores in medium protulerim.

Subdi

Subdit deinde cur noxius magis sit intuitus inuidorum, quam aliorum. *Affecta* (inquit) *anima corpus afficitur. Nam cogitatio de rebus venereis excitat pudenda, & canibus, præ ferocia, in certaminibus aduersus feras, sæpe visus exstinguitur, atque excæcatur. Mœrores autem, & auaritiæ, ac zelotypiæ colores vertunt, atque habitus lancinant: quibus affectibus haud minus inuidentia in animum penetrare solita, corpus malitia implet, quam pictores eleganter exprimere conantur inuidiæ faciem depingentes. Quando igitur cumque homines, sic ex inuidia affecti oculos infigunt: hi vero proxime animam ordine locati ipsius maliciam attraxerint, veluti veneno tincta tela impetant, nihil (opinor) præter rationem aut fidem obtingit, si conspectis nocent. Nam & canum morsus periculosiores sunt, si ira perciti mordeant: & hominum semina efficaciora esse aiunt, si amore coeant. At prorsus animæ affectiones confirmant, & vehementiores efficiunt corporis vires. Propterea id genus amuleta, quæ à prohibenda fascinatione, προβασκανία vocantur, sunt qui putent aduersus inuidiam conferendo, quod scilicet (sic) trahatur visus per absurditatem, quominus imitatur affectis.*] Aliquid est hoc vltimum in Plutarchi doctrinâ; qui non attigit punctum præcipuum difficultatis, nec enim ostendit, quo pacto ille maliuolus vel calidus affectus queat noxialem qualitatem suam in alium effundere. Mutuatus reliqua à Plutarcho hoc præclare & luculenter satis explicat Heliodorus, *Aethiopicæ Histor. libr.* 1. interprete Scoto: *Sic se res habet. Hic aer nobis circumfusus per oculos, nares, halitum, aliosque meatus ad profunda penetrans, & ex qualitatibus exterioribus eo secum inferens, qualis influxerit, talem etiam ijs, quæ excipitur habitum ingerit. Itaque vbi aliquis liuore percitus res pulchras intuetur, circumstantem aerem qualitate malefica replet ac proprium spiritum acerbitatis plenum in proximum quemque contorquet: spiritus autem vtpote subtilis, ad spiritum vsque, medullas ipsas peruadit, ac plerisque morbus fit inuidia, & proprium accepit nomen fascinationis. Iam vero illa etiam considera; Charicles, quam multos sane oculorum ægritudo, quam multos etiam pestes tabes corripiat: cum tamen nunquam tangant eos, qui ijs morbis laborant, nec aut lecto aut mensa eadem participent: sed cum eundem tantum hauserint aerem.*] Vides vt à contagione pestis probet hanc inuidentiæ fascinationem: quia vtraque ab exhalationibus seu vaporationibus prauis viciato aere proueniat? Prosequitur: *Sit autem tibi huius rationis indicium, si quod aliud, etiam amorum ortus: quibus res visæ dant originem, &, veluti subuentaneas affectiones per oculos in animas eiaculantur. Idque iusta admodum ratione. Nam cum ex nostris meatibus ac sensibus, maxime assiduam visus habeat motionem, & calidissimus sit, paratior existit ad capiendum eas, quæ circumcirca sunt defluxiones, sicque amorum transitus inito spiritu attrahit.*] mox subdit de rupicula & basiliſco, de quibus nos, *libro* 1. egimus.

Habetis ad Philosophorum mentem explicatam fascinationem, quam tuentur Philosophi & Theologi recentiores: quorum breuiter vna & consentiens opinio est; Auicennæ, Algazelis, & gentilium, illa superstitiosa, quę reiecimus, nihili esse, nec ab ipsa visione, qua visio est, fieri alterationem vllam in alio; sed alterationem effici per venenatam aliquam

qualitatem manẽtem in putridis humoribus aut vitiosa complexione ipsius intuentis; hãc qualitatem communicari spiritib. vitalibus, qui imaginatione acriore & attentione intentiore animi concitantur, & exciti viam quærentes ad oculos perueniunt. His spiritibus effluentibus ex oculis non quidem ipsa visione, sed spiritibus simul cum visione excitatis & erumpentibus, aerem proximum malo suo virum inficere, & ab hac aeris parte aliam infici, & sic peruenirí ad partem aeris proximam illi, qui est inficiendus; (puta pueri) & hunc aerem proximum insinuare se in oculos lædendi, & ex oculis eius, quæ pars tenerrima citius inficitur, se penetrare in corporis partes interiores. Hæc est sententia Alexandr. Aphrodisæi, *in problematib.* & Aristot. *problema* 20. *sect.* (nisi dicas hunc ex vulgi sententia locutum) aperte est D. Thom. 1. *part. quæstion.* 117. *articulo* 3. *ad* 5. 2. & 3. *cont. gent. cap.* 103. quem Ferrar. ibi & Ægyd. columna, *contr. error. Philosophor.* & alij sequuntur. Et probant non male exemplis Richard. *d. quæstione* 13. & Abulens. *parad.* 4. *quæstione* 16. *& alijs locis*, Richardi sunt ista; *videmus enim hominem patientem in oculis quandoque aspectu suo lædere hominem, qui illum aspicit, quod contingit ex hoc, quod oculi mala qualitate infecti, aerem medium inficiunt, & aer infectus oculos directos ad oculos infixos inficit, eo quod secundum rectam lineam & directius illa infectio deriuatur ad oculos adspicientium, quam non adspicientium multum, ad hoc cooperante imaginatione illius, qui aspiciens oculos infirmos imaginatur se lædi, & ego expertus sum in me ipso, me quandoque non potuisse tenere aciem visus, nisi cum difficultate directe contra oculos illius, qui infirmitatem patentem in oculis patiebatur.*] Vide hanc fascinationem, quam Richardus admittit, non aliam esse, quam (vt dixi) infectionem quandam: & præterea illum addere vnam circumstantiam imaginationis eius qui lædit; quæ valde probabilis est, & propria pestis atque omnium morborum contagiosorum, qui facillime hauriuntur ab ijs, qui timent corripi, vel correptos se autumant. Addit Richardus; *Ad hoc est etiam alia experientia, quæ habetur per Philosophum, primo libro de somno & vigil. vbi dicit sic, quoniam sicut visus patitur sic & facit aliquid. In speculis enim valde puris cum menstruis superuenientibus mulieres inspiciunt, in speculo, fit superficies speculi, velut nubes sanguinea, & siquidem sit nouum speculum, non facile est abstrahere huiusmodi maculam, si vero sit speculum vetus, facile est. causa vero, sicut diximus, quoniam non solum patitur visus aliquid à visibili, sed etiam facit aliquid, & mouet aera, quemadmodum & splendida. nam visus est splendidorum habentium colorem.* Quod ait visum facere aliquid; non sit accipiendum, quasi velit ipsa visione aliquid emitti, qua visio est; sed simul seu concomitanter quosdam exire spiritus seu vapores, qui noxam illam speculis inferant. dubitari autem potest, vtrum hi spiritus virulenti emittantur per ipsum oculi globum, vt volunt Richardus & Abulensis, an vero duntaxat per cauitates orbium seu angulos, vnde solet lippitudo exire? Mihi nullo modo verisimile videtur, per solum globum exire, fieri potest, vt aliqui, sed rari admodum & pauci. putem longe plures exire per cauitates illas, & simul per os, & nares plurimos, & efficaciores, cum exspiratione inhalari obiecto, cui damnum

mnum infertur, sed quod contagio afflatur. Nonne putridi vaporis longe plus, & citius expeditiusque, calidius etiam & inflammatius, ab ore in cor per asperam arteriam, quam per oculos solet immitti? Fortassis etiam veritati prorsus cõsentaneum est, quod Valesius contendit, ab oculis nec suffusiones, nec nubes, nec albugines, sed ophtalmias duntaxat seu lippitudines tantum in alios mitti; minus ergo mittant affectiones non suas, sed aliorum. certe scabiem non oculus, sed manus & contactus membrorum affricabit, Pestilitas nunquam aspectu, sed halitu oris solo propagari consueuit: quare ægrorum non aspectum, sed contactum, & propiorem accessum fugimus. De menstruatis illa, quoad speculi suffusionem; vera puto: sed quæ de morbis hominum aut alijs admirandis Plinius narrauit, *lib. 7. cap. 15. & libr. 28. cap. 7.* ea quotidiano vsu & experimentis coniugatorum refutari Valesius conuincit. Tertio probat Richardus, eo quod passionibus quibusdam animi, oculi quasi transmutentur, & igneſcant adeo, vt nec ipsi alios nouerint, nec agnosci fere queant? & præterea etiam solo aspectu alios ad amorem aut lasciuiam possint pellicere. Putant enim ex solo aspectu, mediante imagine, passionem primum interius cõcitari, & eam oculis se insinuare, & qualitatem aliquam oculis, illicem ad lasciuum amorem, inserere. Atque adeo esse mulieres seu viros, quibus illicitum illud seu qualitas attractiua ad amorẽ insit in oculis, per modum qualitatis perpetuæ & immanentis; alijs vero inesse illã duntaxat durante passione amoris, hoc est quamdiu illi ipsi concupiscunt seu amant. Qua de re prorsus de re dubito, & pace Richardi dixerim, hæc non sunt admodum verisimilia: nam qualitatem talem ineſse aliam, quã sit ipsa pulchritudo oculorum, vel decentia, & gratia aliqua moralis, quæ venustate, alacritate, decore aut alijs amari dignis conditionibus, animum vulneret hac Cupidinis sagitta; nihil necesse est, cum hæc sufficiant, nos imaginari. Nec vrget probatio Richardi, quam his verbis subiungit, *Quandoque enim videbis mulieres turpes, & oculos turpes habentes, & tamen quandoque magis aspicientes ad suum amorem alliciunt ex aspectu suo, quam longe pulchriores mulieres, & quandam habent nociuam efficaciam trãseuntem: hoc est cum passione transeuntem, quod videtur persuadere experientia, vnde viris periculosum est tales mulieres respicere.*] Fateor periculosum, sed quia hæ mulieres sunt illecebrosæ, vel conuersatione vel aspectus gratia aliqua, vel ipsa lasciuia; quæ ex oculis elucens prouocat homines ad id, quod natura deprauata eos inuitat. Nec forma sola capiuntur, qui amant: nam sat cuique formosum, quod amat, videtur.

Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

Quod vero efficacior ad malum sit aspectus harum cum passione amoris seu aromania ipsæ percitæ; fit, quia tum acrius oculos intẽdunt, & ignea illa lux splendidior, addit aliquid decori, sicut & vox eorum, qui ex animo loquuntur, magis solet auditorũ animos percellere. Si vis me flere, ait ille, flendum est primum ipsi tibi: si vis amari, ama. nam magnes amoris amor. Et hæc est causa. cur dicat Eccles. cap. 9. versic. 3. *Ne respicias mulierem multiuolam ne forte incidas in laqueum illius.*]

illius.] Minime his verbis probare voluit commentitiam illam qualitatem Richardi; qui certe prorsus improprie hanc vocat, *fascinationem*, nam & amantes nonnisi improprie fascinari dicantur. Quis vnquam Helenam, vel Penelopem vel similes, tot ambitus procir, *fascinatrices*, vocauit?

Ad Abulensem veniamus, qui stat pro nobis, & accurate rem discussit locis tribus. Primo scribens in Genes. *cap. 21. col. 6. nouæ editionis*; distinguit, vt nos distinguimus, & vulgarem illam fascinationem, quam motibus animi irati attribuunt, refellit; quia tales motus *pertinent ad passiones animales, & non ad naturales: infirmitas autem fundatur super aliqua naturalia, vel harmoniam, vel non harmoniam humorum & aliorum in corpore.*] physicam vero istam probat, si fiat in corpore propinquo; nam in longe distans iure optimo negat fieri posse. quia spiritus isti expelluntur virtute naturali, qui sunt aliquantulum graues, vtpote, *humidi humiditate aquea, & ideo non possunt in longum tendere, nisi per magnam virtutem potentiæ expulsiuæ*, qualis nec inest oculo; nec, si ineslet, sufficeret; quia vis illa noxia resistentia medij facillime commutaretur.

Hæc eadem omnia docet, *in d. Paral. 4. à fol. 52.* vbi *fol. 55. col. 2.* expresse asserit non dandam fascinationem illam vulgarem, sed Physicam, quæ prouenit ex aliqua pestifera qualitate existēte in animali per modum morbi: & distinguit inter propinquum obiectum & remotum, *fol. 51. col. 4. & fol. 57. col. 2.* & quoad propinquum prudenter addit, necessarium esse, vt illud propinquum dispositum sit ad recipiendam corruptionem illam fascinationis, *quod docet dict. fol. 51. col. 4.* & vero certissimum est. Verum idem hanc materiam magis ex professo examinauit comment. in c. 21. Num. *à q. 9. & qu. 10.* docet, quod præsupponimus, speciei visibili nullā inesse qualitatem actiuam, vel passiuam alterantem ad modum quatuor naturalium qualitatum: quia species visiuæ, nec calidæ, nec frigidæ, nec siccæ, nec humidæ sunt, formaliter, aut effectiue, sed nec virtualiter: & tantum illæ efficere possunt, vt res, cuius species sunt, videatur. Quare ipsæ nocumentum nullum inferre queunt per se; sed aliquid illas comitatur, vnde noxa hauritur: quæ haud dubie sequeretur, etiamsi res visa non videretur; & vidēs, oculis clausis, non vidisset. Illud vero concomitans, esse spiritus (corpora quædam subtilia) substantię calidæ & humidæ, qui in vapores quosdam resoluantur. Hi si ad corpus aliquod tenerum delati ei adhæserint, *frigiditate superficiei corporis solidi, cui inhærent, & aeris circumstantis, condensantur, atque visibiles effecti corpora apparent.* Et hoc in speculo, in quod intuetur menstruata, contingere. Animalia itaq; in quibus hi venenosi humores sunt, per oculorum pupillas spiritus emittere solere; qui valde noceant iis, quibus inhæserint. Et hos spiritus non pertinere ad potentiam visiuam, sed ad tactiuam; quæ per applicationem & cōtactum operatur; & illi per calorem, vel humorem nocent.

Qui per ipsam visionem, qua videt, dicunt malum inferri, necesse est, fateantur cum Platonicis visionem fieri per radiorum emissionem; quod omnium acuratissime refutauit Abulens. *sup. qu. 11.* rationibus validis octodecim. Idem, *qu. 14. cum seqq. vsque ad 19.* postea pressius fascinationis materiā

discu-

discutiens, *q. quidem* 14. expresse asserit, hæc verba ; *Dicendum est quod plurimi eorum , qui catholicæ veritati valde inhærent , fascinationem nihil esse dicunt, nullum quoque animal fascinari , id est oculo percuti , nullumque bonum aut malum per oculos causari. Horum autem modus sane , vt isti accipiunt , solidam veritatem habet. Vulgares namque qui secundum suum nomen insipientes sunt , arbitrantur & asserunt , quosdam homines esse malorum oculorum: addentes , quod si isti oculo furibundo, aut inuido, vel qualitercumque ad malum modo aspicere aliquid voluerint, illud ladent atque occident. & si benigno oculo illud conspexerint , nihil nocebunt. Hæc autem penitus falsa sunt , & naturæ dissona.*] Vides sententiam Abulensis, de vulgari fascinatione ; qui recte ostendit. si qualitas illa insit venenata, etiam cum nolunt, obtutu nocituros, vt recte Plutarchus, & Heliodorus censuerunt. Idem *q.* 18. significat hanc fascinationem ab Ecclesia damnari. *Nos quoque* (scribit) *cum tota Ecclesia fascinationem improbamus, quam accipiunt vulgariter intelligentes : qui enim vulgo loquuntur, in pueris teneris, pullis, atque paruis porcis fascinationem interdum asserunt euenire , similiter in alijs domesticis animalib. nescientes quid fascinatio sit.*]Hæc ille de vulgari: nam de physica, *q.* 14. docet, illã per cogitationem prædictorum vaporum fieri: & *q.* 15. docet quædam animalia id natura insitum habere , vt queant sic nocere: quædam omnibus, alia non omnibus, sed ad hoc dispositis: & tales esse homines, qui non quando volunt : & quibus volunt: sed, si non cõcurrant requisita ex parte agentis & patiẽtis: quibus volunt, nequeant: si vero hæc omnia cõcurrant, etiamsi nolint , noceant. Vnum tamen addit explicatione indigens, his verbis : *Habet tamen qui huiusmodi est, aliquid in sua potestate , quoniam si clausos semper oculos tenere voluerit, neminem fascinabit vnquam , aut, cum se voluerit ab aliquare custodire , ne eam fascinet , claudet oculos & erit impossibile eam fascinare.* Hoc ex hypothesi verum duntaxat, si vapores isti ex oculis solis prodeant: nam si ex ore vel aliunde, nihil prohibet, etiam cæcis talem vim adscribere. Prudẽter addit, *quæstion.* 16. licet plerumque hæc noxa tenerioribus corpusculis inferatur: interdum inferri posse durioribus, si valde vehemẽs & excessiua sit hæc qualitas, vt in basiliscis & lupis quodad quosuis homines experimur : denique, *q.* 17. docet ex hac eàdem causa posse quædam in corpora remotiora, quam queant alia: quæ omnia certa sunt, nec alia indigent probatione.

Sufficiant ad probandum aliquam esse fascinationem naturalem seu philosophicam, & eos qui fascinationem defendunt (vt Ronseus epistol. 48. Franc. Xuares, *in Metaphys. disput.* 18. *section.* 8. *capit.* 26. *& cursus Conimbricens. in* 5. *li. phys.* & alij) de hac tantum, non de priore illa poetica & vulgari, locutos,

Pars altera conclusionis quæstioné ingerit de nomine : *an fascinatio dici debeat ea , quam ex vitiato humore spiritus isti conciliant , noxa?* odi λογομαχίαν, omnem; quando nihil ex vocis vsurpatione mali consequitur. Sed quia, sicut de *Fati*, voce dici solet; nomen esse suspectum, etiamsi, quis mentem habeat non malam : sic etiam de *fascinationis* voce libenter vsurpem: sine addito, seu explicatione, illam non esse probandam. quia periculum est, ne quis aliter accipiat, quam tu protuleris: cessat periculum, si sic loquaris, vt metaphorice, non proprie te locutum, ex contextu seu orationis serie facile deprehen-

datur, quod in S.S. & Patrum locis, mox proferendis, factum.

In hac vero quæstione, cum agimus, *an detur fascinatio* ? confestim omnes sic nomen accipiunt (& merito) vt vulgo consueuit. Nam vbi metaphoræ vel analogiæ ratio aliud non suadet, receptum est vocabula in propria significatione sumere, maxime inter physicos vel metaphysicos. Ideo sancte admodum Tostatus profitetur : *satis sibi molestum esse confiteri publice aliquam posse fieri fascinationem* (confitebatur de sola physica) *hoc autem non ideo quod veritas latere debeat* (*desiderat enim veritas in publico collocari*) *sed quia simplices, impotentes distinguere à falsis vera, cum audirent fascinationem possibilem, arbitrarentur aliquid, quod inconueniens esset, & ad superstitiones varias verterentur.*]

Hæc ille sapientissime. Quid? quod certe decet philosophum & Theologũ verum, quoad fieri potest, vocabulorum proprias significationes non confundere, ne vel Grammaticis ludibriũ debeat, vel fateatur se improprie loqui. Macedonum illud probum, ligonem ligonem, palam palam, proditorem proditorem vocari. Nihil clarius, nihil expeditius, nihil ad erudiendum alios accommodatius. Quis ferat, si incendium voces diluuij nomine, quia flammis omnia inundat? si morbis aliena affingas nomina, quis probet? facis, cum contagioni fascinationis nomen imponis. Quid est fascinatio? *fascinationem*, definit Tostatus (*q.* 15.) *cum aliquis quempiam videns, ad eum non coniunctus corporaliter, nec in eum quidpiam agens, eum ladit.* Nonne in fascinationis nomine omnes includunt pro instrumento vel efficiente ipsam visionem, & præterea requirunt animi malignitatem? vt proprie dicta *fascinatio*, vere non sit aliud, quam (vt definit Valesius) *passio oculis illata & concepta, profecta ex quadam affectione animi malignae eius qui intuetur.* (certe hoc Aristoteles, Plutarchus, Heliodorus, Plinius, confirmant) at hæc desunt in physica hac contagione ; sed ea ad humores omnem agendi refert efficacitatem. differunt ergo physica & vulgata, cumque vulgata proprie sit fascinatio, vtpote cui primo nomen inditum; & physica dũtaxat trãslatitiè, per quandam analogiam, late sumpto nomine, sic appelletur ; consequens est improprie hanc dici fascinationem: atque omne contagium ore, halitu, naribus, effricationem membrorum illatum eodem iure dici posse fascinationem physicam. Repugnat notio nominis. Nam, *fascinatio*, non deducitur (vt quidam opinati) à *fando*, quod incantationibus inducatur; sed origine Græcanicum est, quia *fascino*, formatur à βασκάνω, mutatis duabus litteris. βασκάνειν, significat inuidere, quod, Cicerone teste, vsurpabant pro inimium videre, quoniam qui inuidet alicui, ab inuidioſi fœlicitate nequeunt oculos auertere, βασκανία, proprie est inuidentia. Deut. cap. 28. vers. 56. vbi nos habemus, *inuidebit fratri suo*, *Græce est* βασκάνει, quod Diuus Augustin. *l. locutio. Hebraicar.* transfert. *fascinabit.* Chaldæus autem, *habebit oculum nequam:* Nec ignotum illud patrifamilias *an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Matth. 20. quod de inuida mercedis alienæ contemplatione dictum. Et quia liuor in oculis maxime se prodit etiam Horatio teste, *Non isthic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.* ideo fortasis Eccles. 31. v. 25. pronunciatũ. *nihil oculo nequius creatum* : hoc est inuidẽtius, nisi malis eo referre, quod oculus

culus peccati & concupiscentiæ fenestra esse soleat, malorumque animi affectuum index seu leno potius illecebrosissimus. Nihil enim hoc ad probãdam fascinationẽ facit, vt nec alia SS. loca, vel quorundam Patrum auctoritates. Nam fascinationem latissime sũpsere, pro quauis graui deceptione, vt etiam Magica præstigia cõprehendat, de quibus mox dicam. Sic accipio, *malum oculum*, in epist. Dauidis Imp. Abissinorum ad Manuelem Regem Lusitaniæ apud Fran. Aluarez histor. Æthiopiæ. cap. 135. Sic ait Sapiens, *Sap. 4. v. 12. fascinatio nugacitatis obscurat bona.* Græce est, βασκανία τῆς φαυλότητος, id est fascinũ vile, nugax. & nihili; phrasi Hebræa. Sic enim significat, à vilissimis, & minimi precij quisquilijs terrenis, maximeà nugatoria & adulatoria laudatione, ita nos præstringi, & ludificari, vt ad vera bona prorsus cæcutiamus vt bona pro malis, mala pro bonis habeamus; terrena cælestib. sẽpiternis interitura præferamus, fascinationis vero nomẽ vsurpat, quia vulgus Iudeorum falsam illam fascinationem credebat contingere, adeo vt huiusmodi fascinatorem oculum Saræ impij recutiti tribuere non vereãtur; quod Abulens. *in 21. c. Gen.* refellit. D. Bona. comment. in v. illum 12. vidit alludi ad fascinationẽ & ideo dicit, secundũ quod homines maligni dicuntur laudando pueros fascinare, satis indicans quanti illa faceret. Sensum quem diximus, in notis suis Pet. Nannius Alemarius ex parte amplectitur. Adspectu etiam ad illam opinionẽ, Metaphorice D. Paulus locutus, *ad Gal. 3. v. 1.* cum scribit; *Quis vos fascinauit, non obedire veritati:* hoc est quis vestram salutem & veram fidem vobis inuidens, adeo dementauit, vt ad lucem clarissimam caligetis; & tam subito leuiterque ab ea fide defeceritis, quæ tam manifeste vobis à me tradita fuit; ac si penicillo prædicationis ante vniuscuiusque vestrũ oculos CHRISTVS pro vobis crucifixus foret? Vera hæc S.S. locorum sententia, Diui Hieronym. non obscure sententiam suam prodidit, habere se pro fabula illud vulgi. *Digne* (ait) *Paulo qui etsi imperitus est sermone, non tamen & scientia, debemus exponere: non quod scierit esse fascinum, qui vulgo putatur nocere, sed vsus sermone sit triuij, & vt in cæteris, ita in hoc quoque loco verbum quotidiana sermocinationis assumpserit. Dicitur fascinus proprie infantibus nocere, & ætati paruulæ, & his qui nec dum firmo vestigio figant gradum. Hoc vtrum verum nec ne sit, Deus viderit: quia potest fieri vt & dæmones huic peccato seruiant, & quoscumque in Dei opere vel cœpisse, vel profecisse cognouerint, eos à bonis operibus auertant. Nunc illud in causa est, quod ex opinione vulgi sumptum putamus exemplum, vt quo modo tenera ætas noceri dicitur fascino: sic etiam Galatæ in Christi fide nuper nati, &c.* Adeo certum Hieron. naturaliter id non cõtingere; vt, si fiat, opera dæmonis fieri cẽsuerit. Eadẽ mens Chryso. *in idem c. 3.* scribentis, monet enim ne, quando audimus inuidiam seu oculum malũ, existimemus, quod oculorum coniectus intuentes lædere soleat; μὴ τοῦτο νομίσῃς, ὅτι ἡ ὀφθαλμῶν βολὴ τοὺς ὁρῶντας βλαπτεῖν πέφυκεν. & reddit rationem quia ipsum oculi membrum malum esse nequit; verum hoc pacto liuorem animi à Christo notari. Nam oculorũ est simpliciter tantum videre; cæterum perperam videre, est animi intus deprauati. Additur nõ tamen hæc dici, quasi liuor per se alteri nocere possit: sed ostendat eos qui ista docebant, per inuidiã ad hoc venisse: τοῦτο δὲ λέγει οὐχ ὡς τοῦ φθόνου μετὰ ἑαυτοῦ ἔχοντος

Matt. 6. v. 20.

ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀν. vides omnem vulgatæ opinioni aditum obstruxisse, remouet oculi organum, remouet visionem, remouet ipsam inuidentiam. Idem diserte vulgarem illam de vetulis fascinantibus opinionem reprehendit, *homil.8. ad Coloss.* B. Anselmus add.c.3. exponit quidem, *fascinauit, liuido læsit intuitu : & respectu inuidiæ vos tenellos læsit, dolensque de promotu vestræ perfectionis ac fidei solo liuore nocuit : sicut aliquis qui solo respectu dicitur res alterius posse diminuere : & ita vos liuenti suo aspectu tabefecit, vt non credatis veritati meæ prædicationis. sed falsitati sui dogmatis.* verum subdit aliam interpretationem, nempe: *Vel sicut incantatores fascinant & deludunt homines, vt credant verum esse, quod falsum est : ita nescio quis fascino suæ deceptionis ita vos incantauit ac verbis suis immutauit, vt &c.* vides de vulgari loqui per, *dicitur*: de magica absolute, sicut & D. Hiero. locutus est, quem imitatur. vt & Primasius ipsismet D. Hiero. verbis compendio acceptis vtens, quemadmodum Theoph. Chrysostom. Sedulius totum illud prætermittit, contentus interpretari, *fascinauit*, hoc est, *inuidit*. Caietanus retulit ad magicas sensuum ludificationes, Catarinus ad physicam quam dixi fascinationem, non ad vulgarem. Sed verior, commodior saltem, explicatio Caietani, quã Adamus Sasbaut, siue Leonard. Hassel. secutus fuit. Nam quæ Sasbauto ascripta post mortem commẽtaria in epist. Pauli & Esaiam, sunt selecta & in ordinem digesta ex lectionibus prædicti Leo. Hasselij, vt norunt, qui contulere, & huius illu auditorem fuisse meminerunt. Sept. Tertullian. videtur hanc vulgarem opinionem solis Ethnicis adscribere, & liuori seu odio, *fascini*, nomen tribuere: & quia pulchris periculũ imminere

A putabant, ideo remedio, *velamen capitis*, virginibus commendat, quoniam eo aspectus arcebatur. Sic scribit li. de virg. velan. cap. 15. *Sed enim vera & tota & pura virginitas, nihil magis tenet, quam semetipsa : etiam fœminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones,*
B *& susurros, & æmulationem, ipsum quoque liuorem. Nam est aliquid etiam apud Ethnicos metuendum, quod* fascinum *vocant, infeliciorem laudis, & gloriæ enormioris euentum. Hoc nos interdum * diabolo interpretamur, ipsius est enim boni odium. Interdum Deo deputamus, illius est enim superbiæ iudicium, extollentis humiles & deprimen-*
C *tis elatos. Timebit itaque virgo sanctior vel in nomine fascini, hinc aduersarium, inde Deum, illius liuidum ingenium, huius censorium lumen, &c.* En tibi agnoscit rem, causam reddit aliam quam vulgo putabatur: effici hęc dæmone faciente, Deo permittente, nihil verius. Hæc ergo Patrũ Orthodoxorum sententia: nec fauent illi, vel Henrico Cõ.
D Agrippæ physicam fascinationem impugnanti: quem refellit Six. Senens. *l.6. bibliothe. annot. 267.* vel Cinglianis hæreticis, nimium vulgari illi tribuentibus, Caluino, *in Exod. c.22.* Aretio, *problem. de fascin.* & Lamb. Danæo, *ca.2. de sortiar.* qui auctoritate quorundam Patrum calumniose abutuntur.

Tertia concl. *quædam & frequentior*
E *fascinatio pendet à dæmonis maleficio, qui strigi vel sortiario ex pacto nocere volenti cooperatur. Quæ definiri potest, fascinum est perniciosa qualitas dæmonum arte illata, ob tacitum vel expressum hominis cum dæmone pactum.*] Hæc probatur autoritate D. Hieron. & aliorum

* for. de diab.

F.

Patrum

Patrum iam citatorum D. Tho. Abulens. Ferrar. Xuares. & cæterorum Theologorum laudatorum, probatur experientia quotidiana & confessionibus sortiariorum. Ad hanc opinor referenda plurima, quæ varijs scriptoribus visa ad alias species referenda. nam solent pacisci nefarij isti homines, vt quos liuidè vel iracundè aspexerint, ijs dæmon perniciem inferat, ignari postea putant hæc ipsa visione perpessos; quorum ex numero bonus poëta Hieron. Vida, *Bombycum libr. 2.* narrat, quod suo tempore accideret;

Quandoquidem memini Tusci alta in rupe Viterbi
Ipse senem vidisse ferum, cui dira vigebant
Ora, grauesque oculi suffecti sanguine circum,
Fronsq; obscœna situ, hirtisq; in vertice cani.
Ille truci (scelus) obtutu genus omne necabat
Reptantum, tenues animas, paruasq; volantes:
Quin etiam si quando hortos ingressus, vbi annus
Exuit expleto turpem nouus orbe senectam,
Floribus & passim per agros incanuit arbor,
Ille hortis stragem dedit, arboribusque ruinam:
Spemque anni agricolæ mœsti fleuere caducam.
Nam quocumque aciem horribilem intendisset, ibi omnes
Cernere erat subito afflatos languescere flores.

Quis enim credat vno humore naturaliter tam diuersæ speciei res solo

A afflatu interemptas? Sed immiscebat Dauus ille cuncta interturbans. Talis etiam fuit Telchinum fascinatio, à quibus inuidi, & fascinatores vulgo *Telchines*, dicti B. Gregorio Nazianzeno & Synesio. Gregorio vero Palamæ, *Tabes Telchinodica*, idem quod tales vultu fascinante & insidiose blando illata, ferunt (fabulæ) Telchinas fratres nouem ex Actæonis canibus in homines versos in Rhodo insula, Rheæ comites, & in varias species se conuertere solitos: nunc hominum pedibus manibusque truncorum, nunc piscium, nunc anguium, nunc dæmonum, insignes plane veneficos & prestigiatores crediderim, & inuidos (vt ait Hesych.) fascinatores: vel potius veros cacodæmones admodum maleficos, οὐκ ἐπικαλῶ θέλγοντας; pessimo fine homines hos præditos vellent demulcentes, vt scribit Eustachius, *in XIII. iliad.* inuidos dæmones fuisse indicat D. Nazian. & post illum Tzetza, atque ideo etiam dicti, παλαμαῖοι. quasi manuum opere exitiosi. Tales etiam Tybios fuisse Ponticos de quibus Plutarchus superius meminit, *& Plinius l. 7. cap. 2. his verbis. In Aphrica esse familias quasdam effuscinantes Isogonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdem generis in Triballis & Illyrijs adijcit Isogonus, qui visu quoque fascinent interimantque quos diutius intueantur iratis præsertim oculis. Quod eorum malum facilius sentirēt puberes.* Cōfirmat Gelius, in Noct. Attic. eodem referendus, vt & Beat. Isidorus Iunior in Originibus.

Fieri autem hæc pacti cum dæmonibus initi vi satis ostendit, quod fascinatorum huiusmodi notas esse volunt; si in oculis ambobus, vel eorum altero, binæ sint pupillæ, aut in altero effigies equi aut canis: quæ nihil dubito esse

vide Actag. τλχῖνες

stigmata, quibus mancipium Satanas suum insignauit. Nostris enim temporibus deprehensæ, quibus in oculis erat nota catellini vel boffonij pedis: & quod de gemina pupilla dicit, ita capio, vt videri geminam credamus non esse.

Obijciunt ab Aristotele, Plinio & alijs rutam, gagaten, hyenæ pellem & alia remedia naturalia præscribi: morbum igitur esse naturalem. Respondeo hoc argumento probari duntaxat, impropriam illam fascinationem physicam: deinde etiam hæc valere contra dispositiones corporis quibus dæmon abutitur: & sic indirecte refragari ipsi dæmonis actioni.

Vulgo receptum vt magicæ præstigiæ omnes per Metaphoram fascinationes vocentur: quo sensu Iaquerius librum edidit, quem vocat *flagellum fascinatorum*: & eodem sensu dicuntur Iudices à strigibus fascinari. qua de re sic scribunt inquisitores Germani. *Sũt & tales maleficæ, quæ iudices solo adspectu & oculorum nutu malefic are sciunt, quod eis nullam molestiam inferre queant.* Mallei fol. 340. item *Experientia nos docente nouimus, quod iudex aut alij assessores: ita alienati in eorum cordibus fuerint, quod omnem, si quam habuerunt indignationem amiserunt: nec ipsas molestare quoquo modo præsumebant, sed libere abire permiserunt. Qui scit & videt expertus est, & verum dat testimonium, & vtinam talia procurare non possent.* Sic illi fol. 55. Arbitror Deum non permittere in iudices fideles, & rite. aciuste procedentes; sed duntaxat iudices iniquos, aut modicæ fidei, aut curiosos, &c.

Restat videre vnde vulgaris illa fascini nata sit opinio, de oculo visione, vel ore laudando fascinãte. Placet Frãc. Valesij coniectura fortasis inde, quod pueri, qui solito crassiores, nitidiores, pulchrioresque sunt, à fœminis virisq; occurrentibus solent attentius aspici, laudari, palpari, motitari, in vlnas & palmas accipi. Verissimum vero est dictum illud Hippocratis, *habitum qui ad summum bonitatis attigit, esse periculosum:* & illud Cornelij Celsi; *Qui nitidiores solito sunt, suspecta sua bona habere debent.* Cum ergo infantuli, ob naturalis habitus teneritudinem, cum visi sunt optime valere, sæpe ex inopinato in magnum aliquod vitæ discrimen incidunt; vulgus non intelligit causam tam repẽtinæ mutationis; &, quia hanc non intelligit, suspicionem in malum, culpam in adspicientium atque laudantium oculos & verba coniicit: quos cum quoti die pueruli pulchelli, & obesuli plurimos habeant; facile anus aliqua rugosa & deformis in hoc numero reperitur. quod genus cum sit tetrum, morosum, & odiosum, ei potius adscribitur noxa, quam cæteris. Hanc vulgi opinionem paulatim (quæ mortaliũ curiosa leuitas est) etiam doctiores nonnulli superstitiosi, vel ingenij quiduis defendendo ostentandi: auidi sunt secuti. tandem ab infantulis ad agnos itum. in quibus causa non admodum dissimilis. denique proserpens per audaciam ignorantia, ad equos, segetes, & alia fabulam produxit.

SECTIO II.

De maleficijs venenarijs.

SECVNDO sc loco nobis offert, *veneficium*, propter dictum VVierus nullum agnoscit huiusmodi, quia putat nisi vero ac naturali veneno fagas nocere non posse; nec ab eo longe abit Lerchemerus Lutheranus. Sed huic magistrum eius, Lutherum, illi, Venerandum (vt solet vocare) præceptorem suũ

Agrippi perfidos perfidis. posſem obijcere, ſi qua tenebrionum iſtorum auctoritas forat. Sane Lutherus nimis magnificat hac in re dæmonis poteſtatem, dicit eum in toto mundo regnare *a*, & mox regnum iſtud quale ſit, explicat his verbis; *Sumus autem nos omnes corporibus & rebus ſubiecti Diabolo, & hoſpites ſumus in mundo, cuius ipſe Princeps & Deus eſt. Ideo panis quem edimus, potus quem bibimus, veſtes quibus vtimur, immo aer, & totum quo viuimus in carne, ſub ipſius imperio eſt.*] Hæc ille blaſphemus Ergo iam Princeps & Deus dæmon illi, qui certe mundi pars fuit? nos Deum vnum cognoſcimus dæmonum iudicem Principemque mundi vt conditorem ac rectorem, ſic Dominum Deumq;. Ergo corpus & res omnes Lutheri Diabolo ſubiectæ? nos didicimus, nec in res Iobi nec in corpus quicquam iuris dæmoné habuiſſe, niſi deſertis à Deo, pro illa vice, verbis conceſſum. Ergo Lutheranis aër, & omnia quibus viuunt ſub Diaboli imperio ſunt? nos fatemur Domini eſſe oues & boues, volatilia cœli, ſyluarum feras, & cete, & piſces, & quicquid creauit: nec horum quicquam ad dæmonem pertinere. Mea ſunt omnia, dixit Dominus: excipit Lutherus, quæ in mundo ſunt omnia, & ea adiudicat Diabolo. Credidit Satanæ Omotrapezæ ſuo dicenti Luc. 4. ver. 6. *Quia mihi tradita ſunt: & cui volo do illa.* Sed mentiebatur: non pleno iure illi tradita, quę accepit, precario & definita poteſtate accepit. B. Paulus vocat *rectores mundi*, ſed explicat D. Auguſt. *Ne forte, cum dixiſſet mundi, intelligeres dæmones eſſe rectores cœli & terræ*, mundi *dixit* tenebrarum harum mundi, *dixit*, *amatorum mundi*. mundi *dixit, impiorum & iniquorum* mundi *dixit*, *de quo in Euangelio dixit*: Mundus eum non cognouit.] *tract. in Pſalm.* 14. Scio B. Ioanni dici *mundi principem Ioan.* 12. *v.* 31. *&* 14. *v.* 30. & à B. Paulo *principem & rectorem mundi Epheſ.* 6. *v.* 12. & ab eodem 2. *Corinth.* 4. *v.* 4. *Deum ſæculi huius*: ſed imperite Lutherus *mundum* & *ſæculum* accepit de rebus quæ in mundo exiſtunt omnibus, quod de ſolis malis hominibus per metonymiam dictum, qui cum mundo ſeruiant & ſæculo, mundi & ſæculi nomine nominantur: & quia ſeruos ſe mancipia diabolo dedicant, ipſe princeps eorum & rector: & quia eum coeunt, ſic Deus eorum dicitur, ſicuti & lurconum Deus eſt venter *Philip.* 3. *ve.* 19. hanc lectionem & interpretationem amplectuntur Cyrillus & Ambroſius *in D. Pauli Epiſt.* & D. Aug. *lib.* 22. *cont. Fauſtū c.* 2. *&* 9. & eam non improbant alij quidam patres: communior tamen ea diſpunctio eſt, vt dicatur, *In quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes*: & ſic Diabolus non vocatur Deus, ſed qui eſt vnus & verus Deus *ſic malunt Irenæus lib.* 3. *cont. hær. cap.* 7. *& libr.* 4. *c.* 48. *Tertullian. lib. quinto cont. Marcionem D. Chryſ. Theophyl. Oecumen, & Primaſ. in d. cap.* 4. Nullus vero Patrum ſic Diabolum rerum ceterarum corporearum vel *Principem* vel *Deum* vocauit, ſicut dixit Lutherus: qui ſatis aperte in Marcionis & Manichæi errorem deflexit. Nec etiam Lambertus Danæus Caluinianus *b* ſatis conſideranter locutus: cū dicit diabolū quicquid in his terris natura eſt corruptibile, corrumpere poſſe, niſi à Deo conſeruetur, dicere debuit, ſi Deus illi permittat, Nam ſi Deus conſeruationem ſubtrahat, ipſum illud per ſe corrumpetur, non per dæmonem. Sed his omiſsis.

Sic Concl. *permittente Deo, maleficijs ſuis ſagæ complures mortales morbis grauiſſimis vel morte afficiunt.*

Probatur hæc ſententia primum auctoritate D. Augu. *l.* 10. *de ciu. Dei*, quod habes

a Cōmen. in epi. ad Galat. c. 3 in Germnico vt citat. Gedelmannus.

b ca. 3. de ſortia.

habes c. nec mirum §: magi 26. qu. 5. & *serm. 207. de temp. & lib. de diuinat. dæm. c. 6. & Concil. Constantinopol. in Trullo cā. 61.* & Tertulliani *in apologetico.* & *libr. de carnis resurrect.* vbi ait, *calicem non dico venenarum in quem mors aliqua ructaret, sed fictricis*) hoc est fagæ deuouentis) *vel archigalli, vel gladiatoris, aut carnificis Spiritu infectum,* & Arnobij *lib. 1. contra gent.*

2. Probatur iure Pontificio, *d. c. nec mirum. & const. Inno. VIII. Alex. VI. Hadr. VI. Leo X. de malef. & incant. in 7. decretal.*

3. Ex iure ciuili. *l. multi C. de malef. & Mathem. l. eorum C. eo. t. §. item lex Cornelia. Inst. de publ. iud. Leonis Imp. Nou. 65. Carolina constitutione,* denique *leges & praxis Italiæ, Hispaniæ, Galliæ & German. hoc confirmant.*

4. Historijs omnium gentium, paucas tangam. Notum illud Romani Argyropoli Imp. ex Zonara to. 3. Narrat. Villamontius scelerum omnium scelestissimum quiddam: Venetijs maleficum fuisse, qui damnatorum in Triremibus animas emebat, promittens liberationem à tetra illa seruitute pœnę & numerans decem aureos pro illorū anima, quam chirographo proprio sanguine notato vendebant, addicebantque dæmoni & malefico, mox ne tractare possent certo contactos veneno subito necabat. Addit se interfuisse supplicio, quod de isto sumebatur. [*l. 1. c. Itinerarij c. 33.* quis vnquam talia vel audiuit? narrat præterea An. Theuetus *c*, in Africæ oppido Guzola, Elzanam quendam spacio duorū annorum malis artib. plusquam octingentos homines interfeciſſe, Narrat. Spreng. *in Mall. p. 2.* duas in Episcopatib. Basilienſi & Argentinenſi, concrematas obstetrices, quia vna earum quadraginta, altera innumerabiles pueros recens in lucem editos, necauissent, inditis clam in eorum capita grandibus aciculis. Domitiani tempore fuisse nonnullos, qui acubus oblitis veneno, quos collibitum esset pungebant, & læsorum multi sine doloris sensu moriebantur. quod & Commodo Imp. factitatum, narrat ex Dione Xiphilin. *in Domitiano, & incommodo.* Scribit Ioan. Nider. *Formicarij l. 5.* in territorio Bernensi quosdam maleficos vtriusque sexus suos proprios infantes occisos deuorasse: idemque factum ab alijs in ditione Lausanienſi. Et t. C. quidam Francofurtensis. *d Præterito anno* (inquit) *Comes, quidam superioris Germaniæ octo veneficas, quæ CXL. interfecerant infantes. Vulcano tradidit. Anno LIII. captæ sunt Berlinæ duæ fœminæ veneficæ, quæ glaciem ad perdendas fruges perficere conatæ sunt.*

Eæque mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum dissectum coxerunt. Factum est diuinitus, vt mater quærens infantem, interueniret, ibique ollam & impositā in amissi infantis membra videret. Captis itaque mulieribus & in tortura examinatis, dixerunt: si processisset coctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita vt omnes fruges perderentur.] Scribit Cardanus *e*, circa annum Domini 1536.

Salaßiæ circiter quadraginta viros ac fœminas coniurasse, inter quos carnifex erat vt cum pestis antea sæuisset, tunc vero iam mitesceret, vnguentum conficerent, quo tangentes portarum coronidas, inficerentur: puluerem quoque confecisse, quem super veste clam spargerent. Latuit aliquamdiu hæc res, sublatique multi. Sed cum cuiusdam, nomine Neri, fratrem atque vnicum filium sustulissent: vixque alij quam domini domuum, aut filij perirent: simulque animaduertissent androgynam se in domos insinuantem, atque eos maxime perire, quorum domus ingrederetur: deprehensa coniu-

ratione

d Godelm. l. 1. de Lamijs c. 7

e lib. 17. de varietat. rer. c. 8.

e l. 7. Cosmog. c. 13

ratione omnes exquisitissimis tormentis necatisunt: fassi etiam decreuisse in pompa celebri Diui cuiusdam, subsellia perunctis vniuersos ciues occidere, paratasque ad hunc vsum supra viginti ollas. Tentarunt & idem alij Geneuæ post, dederuntque pœnas.]

a q.3.& 5. Grillandus *a* docet hæc contingere vel introsumptione, vel applicatione exteriore per contactum. Eorum quæ per intus sumptionem fiunt agnoscit duos modos, nempe vnum per cibum aut potum, quando venena (vt plurimum) in pulueremtria ijs immiscent: alterum agnoscit, qui fit per inunctionem, *quando maleficiandus* (inquit *b*) *siue masculus sit, siue fœmina, dormientem, suis liquoribus, aquis, oleis, aut pinguedine, siue alijs similibus vnctionibus plura & diuersa venena continentibus inungunt, quandoque cum mora, quandoque autem ventrem aut caput, guttur, pectus, costas, seu aliam partem corporis personæ maleficiandæ: quasi dormiens nihil sentit, & est tanta vis & potentia illius vnctionis, quod paulatim durante calore ipsius dormientis, ingreditur intus carnes: & vadit ad penetralia cordis viscerum maleficiati. vnde paulo post causantur ingentes dolores in corpore eius, cum primum scilicet maleficium vel factura (vt dicunt) tangit intestina maleficiati. illinc succedunt maximi vlulatus, & lamentationes tam crebræ.*] huc refert. da strigatio, quando puerulorum exsugunt sanguinem, venis vngue aut acu, aut aliter ope dæmonis apertis, quod constare scribit Spinæus, *quæstione octaua de strig.* ex paruis cicatricibus relictis & interdum, post cattorum apparentium fugam, guttis, sanguineis prope pueros eiulantes remanentibus. Addi debet tertius modus per inhalationem, omnium enim pessimum est veneficium istud; nec enim humoris vel crassioris materiæ

A vehiculo indiget, quibus facilius occurritur: sed ipsum tenuitate sua, ore attractum citro ad cor se penetrat. Hęc causa cur agyrta ille insignis veneficus, in quadam Italiæ ciuitate, cum alio suo Antogonista, de theriacæ contẽdens efficacia, vicerit alter venenum illi liquidum: quod poterat efficacissimum, infuderat: cui sumptione antidoti mox obuiauit. Ipse cõtra alterius hiare iussi pixidulam ori apposuit, in

B qua buffo inerat viuus: tum semiclausa & sæpicule semiaperta velociter pixidula, ingessit halitum virulẽtum, & breui momento hominem confecit. Scilicet hic Christiano populo dignus est ludus, & bene institutæ respub. quę certamina huiusmodi permittunt. Ipsi etiam malefici interdum afflando vel inficiunt necant. Narrant quidã dubiæ

C fidei scriptores apud perfidã Balæũ, toxicati funalis fumo Clementem VII. de medio sublatum. Narrat Sprẽgerus *c*, mulierem quandam inter Breisacum & Friburgum, cũ vicina litigasse, mox cum noctu ante ostium domus aliquid ageret, ventum quendam calidũ è domo fœminæ alterius ex oppositohabitantis, in faciem ei insufflasse, vnde

D & subito lepram contraxerit. In diœcesi eadem & territorio Nigræ Siluæ, maleficam, dum à lictore strui lignorũ præparatæ imponeretur, ei dixisse, *En tibi à me mercedem*, simul in vultum eius insufflasse: & ecce, miser operitur totus horrenda lepra, quæ paucorum dierum spacio eum pluribus adiunxit.

E Hæc veneficia, inhalatoria, non satis à nonnullis intellecta video: Bodinus vim refert ad ipsius anhelitus virulentiam. Sed nulla tanta potest esse hominis cum homine antipathia, vt docui Sect. præcedente, nisi forte ex alimento, vt de puella Aristotelis, Napelo nu-

c Maller p 2. q. 1. c. 11.

trita, legimus: sed tũc nõ cui vellet malefica duntaxat noceret, verum cunctis mortalibus noxius anhelitus eius foret. Danæus tribuit veneno in ore gestato. hoc Bodinus impugnat arguméto, cũ dicit responderi nõ posse, nempe quia venenũ hoc prius noceret ipsi malefico quam alteri. Nodum vides (Lector) insolubilem. Sed ride, quod vides. quid si dicat Danæus, maleficum prius se antidotis contrarijs præmunisse? concidat nimirum stramineus ille vẽtosi hominis Achilles, sic ille ipse, Bodino non ignotus, faciebat Italus Parisijs, tam carus Catharinæ Mediceæ, qui chirothecis, globulis, vel pulueribus suaue fragrantibus alios solo necabat odore, illæsus ipse, & hoc pacto à se interfectam Nauarræ reginam Albretham, veneni vi per nares in cerebrum penetrante, gloriabatur: si quidquam de Caluinismi fulcro credendum Caluinianis historicis, *Franciæ Memorijs Gallicè conscriptis tom. 3. & Richardo Dinotho libro 5. belli Francici.* Vera causa est, hæc ex pacto fieri per dæmonem vt plurimũ, afflante incassum Mago, & putante hęc halitu fieri suo. Est quidem venenorũ quorundam mira efficacia, quæ possint subitam lepram inducere, vel lethum: & posset dæmon quæ nouit antidota, suis præscribere, & illi innoxij possent in alios pestem transfundere, sed id raro contingere putandum.

Hæc interius sumpta, Grillandus *d* scribit fieri per compositiones & mixturas multiformium venenorum, quędam ex herbarum folijs, festucis aut radicibus, animalibus, piscibus, aut reptilibus venenosis, lapidibus, & metallis mixtura, quam vtilius ignorari, & interdum in pulueres, interdum in liquida, addo & in vnguina, reduci.

d d. q. 3. n. 6.

Alia dicit Grilland. esse extrinseca, vt sunt in primis quæ solis verbis fiunt *e*, in quibus iam docui ex pacto, ad signum constitutum, omnia fieri à dæmone. vt sunt etiam, quãdo latenter (vt idem ait *f*) *sortilegia sub certa quapiam forma composita, clamydi assuunt, vel in lecto abscondunt ipsius maleficiandi, seu in aliquo loco subterraneo fouea facta, aut sub limine ostij, super quo destruendus sit transiturus.*] Quosdam autem addit capere residua eorum quos volunt inficere alios, exhumare mortuos, & vti eorum vel vestitu, vel carnibus, vel pinguedine, vel ossibus: alios à suspendiosis mutuari nonnulla. Quod nec veteribus ignotum fuisse reperio. Sic enim de Canidia Horatius: canit ab ea infossum & terra obrutum, post multas lancinationes, insignibus raptis, ingenuum puerum, vt posset.

Longo die bis, teruè mutata dapis
In emori spectaculo,
Cum promineret ore, quantum exstant aquæ
Suspensa mento corpora, (en infanticidium)
Exerta vti medulla, & aridum iecur
Amoris esset poculum, (en maleficium philtricum)
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent, populo

Et alibi de eadem *g*, quod ad maleficium hostile spectat, dicit, amaro vtẽs sacrasmo;

O nec paternis obsoleta sordibus,
Nec in sepulchris pauperum prudens, anus
Nouem diales dissipare pulueres,

Hunc ego diem ex tribus ternarijs obseruabant: vt & illi qui terna tribus coloribus distincta licia. Sed apertissime quod dixit Lucanus adstruit *h* imprimis enim illam in nudis bustis habitantem depingit, & habitantem tumulos expulsis vmbris; tum addit, primum de nece hominum, deinde, &

e Grill. qu. 3. n. 27.
f q. 5. n. 7.
g od. 17.

dein-

de instrumentis magicis, quæ dixi:

Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes
Infodit busto fatis debentibus annos,
Mors inuita subit. peruersa funera pompa
Rettulit à tumulis: fugere cadauera lethum,
Fumantes iuuentum cineres ardentiq; ossa
E medijs rapit illa rogis, ipsamque parentes,
Quam tenuere facem, nigroque volantia fumo
Feralis fragmenta tori, vestesque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas
(hæc è rogis mos rapere, addit mox quæ de sepulchris sumat)
Ast vbi seruantur saxis, quibus intimus humor
Ducitur, & tracta durescunt tabe medulla
Corpora: tunc omnes auidè desæuit in artus,
Immergitq; manus oculis, gaudetque gelatos,
Effodisse orbes, & siccæ pallida rodit
Excrementa manus: laqueum, nodosque recentes (sic corrigo)
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,]
Abrasitque cruces, percussaque viscera nimbis
Vulsit, & incoctas, admisso sole, medullas:
Infertum manibus chalybem, nigramque per artus
Stillantis tabu saniem, virusque coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit
(hæc de suspendiosis, sequitur de inhumatis)

Et quodcunque iacet, nuda tellure cadauer,
Ante feras volucresque sedet, nec carpere membra
Vult ferro manibusque suis, morsusque luporum
Expectat siccis raptura è faucibus artus.
(Efficaciora enim putabant, quæ sic feris erepta, quam quæ ipsemet maleficę desecuissent. sed pergit deinde, quo pacto & viuos iugularit, & eorum abusa sanguine, & extis.)
Nec cessant à cæde manus, si sanguine viuo
Est opus, erumpat iugulo qui primus aperto:
Nec refugit cædes, viuum si sacra cruorem,
Extaque funereæ poscunt trepidantia mensæ;
(Addit etiam de prole exsecta seu abortiuo huiusmodi)
Vulnere si ventris: nen qua natura vocabat
Extrahitur partus calidus ponendus in aris.
(Subdit, si opus habeat adolescentis, vel viri violenter necati anima, quam euocet, ipsam indiscriminatim, quos velit necare:)
Et quoties sæuis opus est ac fortibus vmbris,
Ipsa facit Manes hominum mors omnis in vsu est.
Ille genæ florem primæuo corpore vulsit,
Illa comam læua morienti abscidit ephebo.
(Nec parricidij expertem putes, nō magis quam nostras striges: voluptas præcipua illi, sæuire in proximos.
Sæpe etiam caris, cognato in funere, dira
Thessalis incubuit membris: atque oscula figens,

Truncauitq; caput, comprensaq; dentibus ora
Laxauit, siccoque hærentem gutture linguam
Præmordens, gelidis infudit murmura
Arcanumq; nefas Stigias mandauit ad vmbras.

Vides diligentissimum poëtam, nihil conatum prætermittere, qui mos illi. L. Apuleius, *Milesi libro secundo.* in eandem mentem: *Nam nec mortuorum quidem sepulcra tuta dicuntur* (à Iamijs) *sed & bustis regis reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina, ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur: & cantatrices autem, in ipso momento chorագ funebris, perpeti celeritate, alienam sepulturam anteuertunt. His meis, addit alius, immo vero istic, nec viuentibus vllu parcitur, & nescio quis, simile passus, ore vndique omnifariam deformato, truncatus est.*] En de maleficio hostili, quod de ijsdem Thessalis Lucanus dixerat. Narrat deinde, quæ vera fuisse videtur admodum probabile. Mox igitur ita scribit. *Insit Telephron. Pupillus ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum, cum hac etiam loca prouinciæ famigerabilu adire cuperem, peragrata tota Thessalia, fusciis auibus Iaryssam accesi, ac dum singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquiro: conspicor medio foro procerum quendam senem. insistebat lapidem, claraque voce prædicabat. Si qui mortuum seruare vellet, de precio diceretur, & an quempiam præstreuntium. Quid hoc, inquam, comperio hiccine mortui solent auſugere? Tace respondit ille. nam oppido puer, & satis peregrinus es, meritoque ignoras, Thessaliæ te consistere, vbi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorficant, eaque sunt illius artis magicæ supplementa. Contra ego, & quæ tu, inquam, dic sodes, custodela ista ferialis? Iam primum, respondit ille, perpetem noctem eximie vigilandum est, exertis, & & inconuersis oculis semper in cadauer intentis, nec acies vsquam deuertenda, Immo nec obliquanda quidem. Quippe eum deterrimæ verspelles, in quoduis animal ore conuerso, latenter obrepant, vt ipsos etiam oculis solis & iustitiæ facile frustrentur. Nam & aues, & rursum canes, & mures, imo vero etiam muscas induunt.* (En primum maleficium, ficta Metamoroph. & sic clancularius ingressus) *Tunc diris cantaminibus somno custodes, obruunt,* (en secundum de maleficio somnifico, quod in hunc locum reseruaram) *nec quisquam definire potest, quantas latebras nequissimæ mulieres, pro libidine sua commiscuntur, si qui* (custodum) *non integrum corpus mane restituerit: quicquid inde decerptum diminutumque fuerit, id omne de facie sua desectum sarcire.*] Interponit postea narrationem prolixissimã, & abs re nostra, quare totam prætermitto. finis rei fuit iste Telephron, mille denarijs conductus, subit custodelam dum vigilat; en mustelam paruulam. In eum fixo intendentem, fugat illam, sed somno consopitur. interea sagæ protectis eius naribus, & auribus vicariam in eo lanienam exercent, & ceram in modũ protectarum ei partium applicant examulsim, Quo ille postridie per cadauer loquax audito *tentare aggressus, iniecta manu nasum prehendit, & manum nasus sequitur: aures pertractat, ambæ deruunt, sic, pro mille nummulis, debilitatus, in patriam redire non sustinuit, sed capillis hinc inde laterum detectis aurium vulnera celauit, nasi vero dedecus linteolo pressim agglutinato decenter obtexit.*] Hunc faciunt illa Fabij declamat. 14. *Facimus, quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos, bustaque scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelera armare manus cadauerum*

uerum (explicui, cum de maleficio sõnifero disquirerẽ, caue pro, *ipsas*, reponas *impias*, corrumpes, non castigabis. Gnostici hæretici, Zoroastis Magi disciplina imbuti, cuius & libros quosdam in lucem ediderunt *b*, humanas amabant *viscerationes*, vt vocat Iustinus seu *cænas Thyestæas*, vt vocant Athenagoras & Theophilus, seu *Sacramentum infanticidij & inde pabulum*, vt ait Tertullianus: infantem enim farre contectum certatim consodiebant, sanguinem lambebant, & membra singulis dispertiebantur, vt narrant Minucius, Epiphanius, & Eusebius, quam calumniam Gentiles, in Christianos omnes mendacissime deuoluebant *c*

In applicatis tantum extrinsecus venenis, frequentissime dæmon ipse damnum infert, & verius videtur contingere in veneno, quo (vt refert Iubertus medicus Aquitanus) si stipes inungatur, equitem ipsum necesse perire. Non credo id naturali vi veneni contingere. quia non credo veneni vllius actiuitatem esse tantam, vt per tot inuolucra se diffundat. Nisi, quæ de Stygis aqua traduntur, credibilia, omne illam metallum penetrare, & sola contineri asinina vngula.

Equidem aures mihi putarem asininas enatas, si crederem. Grillandus refert nonnulla *a*, fauentia iuberti dicto, sed & in illis concursum diaboli ex pacto, non vim veneni, recognosco. Inter hæc extrinseca, sunt ollarum defossiones profundæ sub limine; quarũ certe naturalis vis non attingit effectum. Aliam maleficij hostilis speciem, per arma malo imbuta carmine, reperio apud Meierum, his verbis, *Primum omnium Aurelianum conatus fuisse omnem regiam stirpem per scelus exstinguere, atque per artes Diabolicas & maleficia ad regni solium grassari. Tradidisse Ducem gladium,*

b Porphyr in vit. Plotini.

c vide Iusti. Apol. ad Anton. Pium. Athenagoram in Apol. Theophilum l. 3. ad Autolyc. Origel 6 & 7. Col. Cels. Tertullia. Apol. ca. 7. Minuciũ in Octauio Epip. hæresi. 29. & Euseb. l. 5. hist. Eccl. c. 1.

d. q. 3. n. 30.

A *pugionem & annulum suum cuidam monacho apostatæ & socijs eius, vt ea dicarentur diabolicis præstigijs, incantarenturque ad maleficia per illa perficienda monachum illum in turre Mongeya, iuxta Ligniacum, super flumen matronam, per artes suas euocasse duos ad se cacodæmones, quibus gladium, annulum, & pugionem, vt illis operarentur tradidit. Ea instrumenta à cacodæmonibus initiata, incantataque & reddita monacho, atque per eum Aurelianensi.*

B *Per ea instrumenta incantasse ac dementasse germanum suum Carolum Regem, adeo subtiliter, vt vix quisquam posset percipere. Primam incantationem factam apud Belloacum, quæ adeo erat virulenta, vt regi vngues atque capilli deciderent. Alterum maleficium in Cænomanis, in quo tanta erat vis, vt nemo mortalium iudicare posset, an viueret Rex, nec ne. Iacebat enim absq; vllo*

C *sensu, & spiritu vitali, quantum cerni posset. At postquam ad se redire cœpit, obsecro (inquit) auferte hunc gladium, qui mihi corpus transfodit, idque mihi facit germanus meus Aurel.*]

Suspicor duo quædam ad hoc maleficium referenda quæ olim in ciuili iure obseruaui: sed suspicor, & de priore vehementius: nempe de peculiari Arabum scelere, quod *Scopelismum* vocabant. Nam Arabes maleficijs deditos hodie scimus, & olim fuisse docet Seneca, cum Medæam ex Arabia petentem venena introducit. Et ingens ille terror qui σκοπέλοις positis agrorum Dominis etiam validis & potentibus incutiebatur, vix aliunde nasci potuit. Quare suspicor causam, cur σκοπελίζειν deprehensi, aut conuicti, mortis supplicio

E adficerentur, fuisse; non quod sacrilegij quidquam in hoc crimine fuerit (quo tamen Iac. Menochio visum, *in opere de arbitrarijs Iudic.*) Sed quod maleficij crimen subfuerit: alioquin solæ mortis minæ tam acriter punitæ non

sent, quantumuis frequenti crimine. & armata manu periculum, Domini aduertissent. considerent hoc iuris studiosi. cum legent *l. quædam D. extraordi. crimin* cuius hæc sunt verba, *In prouincia Arabiæ σκοπελίσμον crimen appellant, cuius rei admissum tale est. plerique inimicorum solent prædium inimici σκοπελίζειν id est lapides ponere, indicio futuros, si quis eum agrum coluisset, malo lethoperiturum esse insidiis eorum qui scopulos posuissent, quæ res tantum timorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat. crudelitatem timentium qui scopelismum fecerunt. hanc rem exsequi solent Præsides grauiter, vsque ad pœnam capitis. quia & ipsa res mortem comminatur.* Sic Vlpianus. Pineda noster copioso in Iobum commentar. de hoc crimine interpretatur illud, *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum. capit. 5. v. 23.* Eum lege mihi nondum liquet an de hoc crimine capiendum.

Suspicio mihi præterea est de maleficio, in crimine *sacculariorum*, de quo Iureconsultus ait, hoc nomine dictos, *qui vetitas artes exercentes in sacculos, partem subducunt, partem subtrahunt.* l. sacculary D. de extraordinar. crimin. Nam arbitror, non quosuis sacculi seu crumenæ exciſores vel subductores, βαλαντιτρόμους, sed eos qui vetitarum (hoc est magicarum) artium ad id subsidio vtuntur ita nuncupari; quales illi sunt, qui in lusu ab Hispanis dicuntur, *carger el dado.* Nam ceteri crumenilegi simpliciter furibus sunt annumerandi: sicut & ille de quo Virgilius,

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Et ille Plautinus, qui ait,

...Propino magnum poculum: ille bibit,
Caput ponit. condormiscit. ego sibi subduco annulum.

Nec enim assentior Petro Gregorio hæc duo ad *sacculariam* referenti *li. 37. Syntagmatis Iuris cap. 14. n. 7.* Licet etiam huc referre maleficium vetus Circi aurigariorum de quo D. Hier. in vita Hilarionis, *Auriga Gazensis in curru percussus à dæmone totus obriguit: ita vt nec manum agitare nec ceruicem posset reflectere. Delatus ergo in lecto cum solam linguam moueret ad preces, audit: non prius posse sanari, quam crederet in Iesum, & se sponderet arti pristinæ renunciaturum: credidit, spopondit, sanatus est.* Arnobius etiam lib. 1. inter cæteros Magię effectus numerat, *in curriculis equos debilitare, incitare, tardare.*

SECTIO III.

De abortu, difficili partu, lactis exsiccatione.

DE triplici hoc maleficio prę ter Grilland. *q. 6.* alij quoque sunt testes. Sic enim scribit Ioan. Nider. lib. vlt. Fornicarij, *In oppido Boltingen, Lausanensis diœcesis, quidam dictus Staldelein, grandis maleficus, captus per præfatum Petrum iudicem loci fatebatur se in certa domo, vbi vir & vxor simul manebant, per sua maleficia successiue in vtero vxoris præfatæ septem circiter infantes, ita vt semper abortum faceret, infœmina annis multis necasse. Simile fecit in eadem domo omnibus pecoribus fœtosis, quorum nullum viuum partum edidit in eisdem annis.* Ipostea ex eiusdem confessione instrumentum maleficij, quod fuerit, ostendit his verbis, *subter lumen ostij domus se lacertam posuisse dixit, & si amoueretur, fœcunditatem inhabitantibus restituendam prædixit: cum autem serpens ille quæreretur sub limine, nec inueniretur, quia in pulverem fortasis redactus erat, puluerem seu terram de sub-*

ter

ter positam asportabant, & in eodem anno vxori & omnibus iumentis domus fœcunditas restituta est.] Solo interdum afflatu abortum adferre ostendit Nicol. Remigius *l. 2. c. 7.*

De pariendi difficultate & quidem perpetua sic Apuleius *b*, *amatoris sui vxorem, quod in eam dicacule probrum dixerat, iam in sarcinam prægnationis obsepto vtero, & repugnato fœtu, perpetua prægnatione damnauit.*

Vt cuncti numerant, octo annorum miserella illa onere, velut elephantum paritura, distenditur.] Latino Græcus accedit scriptor Pausanias, cuius *in Bœoticis* ista habentur; *Pharmacidas Thebani à Iunone missas aiunt, vt parturienti Alcmenæ impedimento essent, sed eas, dum Alcmenæ partum inhiberent, à Tresiæ filia Historide, tali commento delusas. Ex eo namque loco, vnde illa facile audire possent, clamauit, peperisse iam Alcmenam: illas ea voce deceptas, statim abiisse. Alcmenam ilico puerum emisam.*]

De tertio, præter Grilland. legi potest illo vetustior Spreng. *Quædam* (ait) *nocturnis temporibus & sacratioribus vtique, ex inductione diaboli, ob offensam diuinæ maiestatis maiorem, in quocumque angulo domus suæ se collocant, vrceum inter crura habentes, & dum cultrum vel aliquod instrumentum in parietem vel columnam infigunt, & inanus ad mungendum adponunt, tunc suum diabolum, qui semper eis ad omnia cooperatur, inuocant, & quod de tali vacca ex tali domo, quæ sanior, & quæ magis lacte abundat, mulgere affectat, proponit. tunc subito diabolus ex mammellis illius vaccæ lac recipit, & ad locum vbi malefica residet, & quasi de illo instrumento fluat reponit.*) Superioribus annis Treuirensi in ciuitate combusta fuit malefica quæ confitebatur, se solitam ex pariete per epistomium lac, quod diuendebat plurimis, mulgere. Baldui. Ronsseus *Medicæ venationis epist. 50* docet solitos à maleficis vtres consui ad anatis similitudinem ex corio, quos vulgo appellant *Littelaten*; & eis vti ad emulgendum lac è vaccis alienis, & hos vtres sponte sua ire vacuos, vel ab ijs in pratis collocari, & mox plenos ad domum maleficæ redire: quod comprobat rei gestæ vera narratione, quam habes lector *lib. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 3.* à me verbis eius relatam. Aliæ herbis, verbis, vel solo attractu, lacte priuant armenta, pecoraque quæ lubet. Biebrana Laodunensis saga solis minis vbera vicinæ mulieris sic exsiccauit, vt ad obitum vsque sagæ, quamuis multos peperierit, lacte semper caruerit. Claudam hanc sectionem verbis Grillandi: *Quædam venefitia fiunt ad deficiendum totum lac vnius gregis, vel fœcundi armenti vaccarum, adeo quod nihil casei penitus reddant, quamuis antea in maxima abundantia reddidissent: & similiter abortiones totius gregis, vel armenti inducere possunt: prout alias vidi & habui in facto Romæ, quod duæ maleficæ mulieres, cum istis maleficijs perire fecerat abortando multos pecudum fœtus, & matres deficcauerant penitus.*) De hoc auertendi lactis maleficio, eiusque remedio, lepida narratio quædam exstat in Ioan. Beetzij Carmelitæ *Præceptorio ad 1. præcept. Expos. vlt. c. 7.* his verbis: *Quædam vetula dierum malorum plena, volens ex inuidia impedire lac vaccæ vicini sui, accepit cultellum pergens ad ostium domus in qua fuit vacca, & ponens se contra splendorem lunæ, dixit:*

Hier snydick een spaen in mollekens ghevvaen,

Ende een ander daer toe, so neem ick het melck van deser koe.

Hæc verba audiens Dominus vaccæ, arripuit fustem, & currens post eam, atque percutiens aiebat.

Hier slaen ick eenen slach, ende eenen anderen als ick mach,
Ende den derden daer toe, soo behoudick d'melck metter koe.

Hoc erat optimum remedium.] hæc Betzius vir eruditus, qui ante annos ferme centum triginta vixit, inter Carmelitani Ordinis viros illustriores. Huic maleficio simile reperi apud eundem eodem loco de frumenti auersione narratum his verbis: *quædam mulier circuiuit Bonarium cum frumento, dicendo, illum versum super aspidem, &c. post veniens ad domum suam, habuit fistulam in solario, quam manu accipiens & prædicta verba dicens, cecidit totum frumentum illius bonarii coram se per fistulam in solario, & ita furabatur frumentum de agro: quæ tandem per quendam Episcopum deprehensa & combusta est.*) Hæc ille licet barbarè bona tamen fide. Quis non agnoscit frumenti huius vectorem dæmonem? quid ergo rident illud poetæ?

Atque segetes alio vidit traducere messes.

Vel XII. tab. prohibitionem: NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS.

SECTIO IV.

De sagittarijs, Assassinis, & Imaginum fabricatoribus maleficis.

SVNT vel præcipui huius classis malefici; quos vocant *Sagittarios*, seu *Balistarios*; quorum Innocentius tertius Papa, vocat artem, mortiferã & odibilẽ & sub pœna Anathematis cõtra Catholicos & Christianos exerceri vetat *a*. Cuius Pontificiæ sanctionis vereor, vt satis probam nobis interpretationem gregarij iuris interpretes cuderint, qui accipiũt de bello iniusto Christianos lacessentibus cum arcubus & sagittis. Quæso quid peculiare, in vtentibus arcu & sagittis? an quod eminus, & quasi ex insidijs? quasi vero id in hoste distinguendum, dolo an virtute? quasi minus peccet, qui sica cominus latro, quam qui sclopo de longinquo interficiat eminus? quid ergo iam olim mihi visum, canone isto percelli singulare quoddam genus maleficorum; qui *sagittarii* seu *Balistarii* vocati: quos accuratè Sprengerus describit *b*. hi fœderantur dæmoni. nam ex pacto ipsi addicunt animæ & corporis dominium, ille vicissim pollicetur se adfuturum, vt quem, longissime disitum volent, infallibili ictu traijciant. Solemnia seu ritualia sunt ista. præstãt dæmoni homagium, mox sexta feria proxima Hebdomadæ maioris, infra tempus missæ, sacram crucifixi imaginem aliquam sibi deligunt, in quam, vt in scopum, tela colliment, vel (quod Petr. Binsfeldius testatur) sclopo post tergum eiaculato glandes plumbeas emittant. Nec constat, an aliqua tunc verba ad hanc operis apostasiam adijciant. Postea certo telorum numero in crucifixi imaginẽ emisso, credunt se totidem vno die, quoscunq; deligent, necare posse quocunque illi loco fuerint, etiam remoto & concluso. Dæmon enim spondet, tela eo perlaturum, & hostili in corpore defixurum. Ea tamen hac lege: si hominem necandum maleficus aliquando viderit, & tunc iterum de nouo actuali (vt vocant) consensu eum occidi voluerit. Vltimo pollicetur tantã illis se, balista bombardaue iaculandi peritiam tributurum, vt denarium capiti impositum, absque capitis læsione valeant deijcere. Subijcit duo exempla huiusmodi facinorosorum. Vnum Pũ-

a li. 5. Decretal. tit. de sagitt.

b p. 2. Malei q. 1. c. 16.

cleri

cleri cuiusdam, quem tandem rustici fossorijs instrumẽtis pertinacem occiderunt: secundum, alterius, qui, eo quod miraculose pedem de loco, vbi crucifixũ traiecerat, è quo recens scaturibat sanguis, mouere nequibat, in scelere deprehensus, pœnas publice supplicio persoluit. De hoc ego genere lubẽs prædictum Canonem capio. Nec obstat quod malefici magi alijs quoq; canonib. sint excõmunicati *a*. Cum n. maxime execrabile sacrilegiũ horum maleficio accedat, sitque nocentius reliquis omnibus, merito dignum visum, specialem illis pœnam irrogare, qui hanc infidelibus contra fideles operam nauarent. Olaus Magus *b* meminit alterius generis *sagittariorũ*. nempe Lappones & Finos de plumbo cõficere iacula magica digiti longitudine, & ea per quæuis diffita loca mittere in eos, de quibus vindictam expetunt: & hos oborto carcinomate in crure vel brachio, intra triduum, vehementia doloris emori.

Vt ego nunc de *sagittarijs*, sic (nisi fallor) optime Couarruuias *c*, contra vulgi sententiã explicuit alium canonem Innocentij IV. *tit. de homic. in 6.* quẽ Theologi & Canonistæ, propter historiarum inscientiã, ad omnes homicidas extendebat, qui conductis hominibus aliquem occidi curarant, cum reuera, vt ille ex Volaterrano, & P. Æmilio docuit, de certo tantũ genere hominum mentio fiat, & gente, cui *Assasinorum* nomen fuit: de quib. oculati testes, optime scripserunt, Tyri (in qua ditione illi degebant. Episcopus Guilhemus *d*, & Cardinalis atque Episcopus Acconẽsis Iacobus de Vitriaco, *e*, quem scriptorem à blattis ereptum Moschus, Pastor Armentarienſis, vir doctus & probus, publico bono, typis euulgari curauit.

Haud multũ à *sagittarijs* discrepat genus maleficorum, qui quasdam fabricantur imagines, quas vel acubus pungũt, vel igne liquãt, vel cõfringũt, & sic certũ iis, quos tales imagines designabãt, interitũ tabe, vel alio mortis generis adferũt. Negat hoc totũ Hieronym. Cardanus *f* V Vieri dux, cæci cæcus: impugnat, nõ rationib. sed puris in Hect. Boethum, Franciſc. Picum inquisitores Germaniæ, & ipsum D. August. vt erat homo parum pius, cõuicijs. Sed canẽ contemnas latrãtem, q̃ compescas facilius. Agnouere huiusmodi imagines & Iurisconsult. *g*, & Theologi *h* & confirmãt poetæ veteres, quorũ fabulæ, semper ex vero aliquo trahebant originẽ, quare Buccananus fallitur, qui *l. 6. Hist. Scot.* negat hoc genus apud vetustiores inueniri. Cõfirmat, nõ vnus historicus Scotorũ Hector Boethus: quẽ vt singularẽ adducunt testẽ mira de Rege Duffo narrantem: sed & alij cõplures, quorũ exemplis Scotica illa narratio cõfirmatur, & oẽs hos vt mendaces reijcere, Cardanicũ & V Viericũ, hoc est temerium & impudentiæ plenũ sit. Ex hoc ortam illã narrationem de Meleagri nece, & fatali stipite Altheæ non diffiteor. Sed sine fabula, clare, & velo leuato canit *i* Ouidius, de Medæa saga:

Deuouet absentes: simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Perite hoc, & omnino ex arte: sed Horatius *k* imperite, quod, quæ huius erant maleficij, illa transtulit ad animarum euocationem: describens enim apparatũ Saganæ & Ganidiæ Lamiarum, dicit duas ab illis statuas fabricatas *ceream*: referentẽ nempe maleficio

a c. ad abolendam c. excommunicamus. de har. & in bulla Ioan. 22. & alia Leonis 10. sess. 9. in Conci. Later.

b li. 3. c. 17.

c li. 1. Var. resol. c. 20.

d belli sacri l. 20. cap. 31. Oriental. hist. c. 14.

f lib. 15. de variet. rer. c. 80.

g Grill q. 5 Accurs. Salyc. Ang. in l. mult. C. de malef. Damhoud. in praxi crmin. & alii.

h Inquisitores Germaniæ in Mall. p. 2. q. 1. c. 12. Alf. Castr. li. 1. de iust. har. punit. c. 15 Binsfeld. de cõfess. sagar. & alii.

i epist. Hipsypeles.

k lib. 1. ser sat. 8.

imbuendũ: *& lanceam* quæ maleficæ vicarię vicaria erat in affligẽda altera.

Lanea & effigies erat, altera cerea, maior

Lanea, quæ pœnis cõpesceret inferiorem. Cerea simpliciter stabat, seruilibus, vtq; Iam peritura, modis.

Cornel. Tacitus (non iam poetam dabo, sed ex principibus Historiæ,) de scelere Pisonis & morte Germanici scribens Ann. 2. *reperiebantur solo & parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semi vsti cineres & tabe obliti, aliaq; maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari.*] vides quam antiqua impietate Apuleius lib. 3. de asino, vocat *lamias ignorabiliter liberatas.* vbi forte legendum, *inorabiliter.* sicut parcas dicimus inexorabiles. Inde Sagæ dictæ *simulatrices* (vt cerea statio) & *fictrices* Tertulliano, & *vulticulæ* Salisberiensi, & ipsæ imagines, *Ipsiplice* Festo, & *Subsiles* vt antea docui. Nicetas lib. 4. Histor. narrat in Aaronis inuentam imaginem viri compedibus vincti, & cor clauo transfixi.

Duffi historiam pete ex ipso Boetho, & *lib.* III. *rer Scoticarum*, & Cardano & aliis. Francię annales *l* referunt, similia his tentata ab Enguerrani Marignani vxore, in Franciæ Regem & deprehensam dedisse pœnas. cur non & hoc Cardanus & VVierus refutarunt? an quod vno factum loco, nequit tum alibi fieri? de alia cerea imagine, de qua Sprengerus, agetur sectione. sequente. De ijsdem sic Meierus *libro decimo sexto*, Anno 1462. narrat *captos Bruxellæ tres viros ex familia Comitis Stampani, cum quodam myropola, qui quandam fascinationem parasse dicebantur, per tres viriles ac totidem mulie-*

bres imagines iuniori Principi Carolo infascinando. Custoditi fuere longo tempore apud Quercetum Haynoniæ, ac pariter cum illis Carolus Noyerius ex fuga retractus, qui & ipse è familia erat Stampensi. Coniurationem myropola detexit.] Sed cur tot imagines vni occidẽdo, nempe tres viriles? vt quod per vnam non succederet, per aliam perficeretur? fœmineas arbitror fuisse furiarum Vltricum, à quibus viriles Carolum repræsentantes male mulctarentur, vt ex Horatij illis iam citatis versibus colligitur. Vel forte vnica imago fuit, & numerum fama adauxit. Sane de Pauioti agens maleficio Gaguinus *libro septimo.* imaginum plurium meminit, at Æmilius & alij vnicam fuisse memorant. Recentius accipite. Anno 1574. Lutetiæ Parisiorum decollatus quidam nobilis fuit, penes quem reperta imago cerea, variis caracteribus insignita: cor & caput imagini confixa erant. Ibidem duo alij capti tum fuere, quorum vnus Karolo IX. Regi, alter Henrico duci Guisio, hoc ipso maleficio defixionis cereæ, mortem machinabatur: narrat Crespetus, & addit vidisse, cum Auenioni esset, cultrum parieti infixum, quo de sententia iudicis excoriatus fuerat quidam magus, eo quod sic pungendo ceream imaginem, Pontificem Maximum de medio sustulerat. *ista Crespet. libro de odio Satanæ discur.* 10. Illud etiam obseruo iam diu ante fabricatis statuis aliquando abuti Magos, nempe dæmone illas pro maleficij signo acceptante, tale puto illud quod Ioann. Curopalates narrat *historiæ suæ fol.* 24. *Venetæ edition.* quẽdam Ioannem Morochazarium, Theophili Imper. præceptorem, cum hæreticus & magus esset, ad Patriar-

chatum

l Paul Æmyl l. 8. & melius Gaguinus l. 7.

enarum Constantinopolit. euectum; hunc cum natio perfida & dura (*Bulgarorum*) in Romani Imperij fines excursionem fecisset, tribus freta ducibus, consilium huiusmodi dedisse. fieri debere malleos tres æreos ingentes, & viris manu promptis tradi cum his se accessurum noctu ad statuam quandam tricipitem, quæ in euripo Hippici olim iam stabat. fecit, accessit, iussit valide singuli singula capita percuterent, vt in terram quasi vna plaga decuterentur. Ipse laica veste indutus, ne deprehenderetur, magica quædam verba submurmurat, & vim statuæ omnem adimit: ex tresuiris illis duo fortissimis ictibus duo statuæ capita deiecerunt, tertius remissiore manu tantum inclinauit, nec totum auulsit caput reliquum. Suntque similem euentum duces illi experti. secuta namque in eorum exercitu vehementi seditione, & hinc orta pugna intestina, duo duces cecidere, tertius ampla, nō tamen lethali plaga sauciatus, cum exercitus reliquijs domum se recepit. Non erat hæc imago (vt stultis Græcis plerisq; visum) Bulgaris hisce fatalis, sed Magus ea vsus, vt signo & condicto, & pro imagine malefica. Scribunt Zonaras & Glycas *a*, Simeonem Bulgarorū ducem Crobatis bellum intulisse, molestum id etat Romano Lacapeno. sed accessit ad eum Ioannes quidam Astrologus, & nunciauit, vt aliquem mitteret, qui caput statuę supra Xerolophum locatæ amputaret, eam statuam Simoni fatalem esse. misit ille, trūcatur statua, notatur hora, nec diu post cōpertum eadem illa Simonem in Bulgaria ex stomachi dolore interijsse. Quod apud Curopalatē, idem legi apud Cedrenum. Neminem tam obesæ naris

a Zonar. tom. 3. Glycas p. 4. Annal.

A puto, qui non statim percipiat, has duas statuas Magico murmure in cerearum illarum imaginum de nouo fabricatarum hic locum successisse, & deuotam à Ianne & Ioanne (nisi vtrobiq; idem, q; suspicor) vitam quatuor horum ducum in statuarum capitib. si potuere id in statuis, iam olim fabricatis, cum nec vlla de Simeone, nec de Ducib. illis Barbaris foret cogitatio, cur non poterunt in nouiter efficta cerea imagine, & efficto nomine lædēdi? cur si abscisso, vel effracto capite, nō liquato toto corpore? si id in Græcia cōtigit & Francia, cur i ō potuit in Scotia, & Germania? Porro ex illis Cedreni, Zonaræ & Glycæ locis satis apparet, multas in Circo Byzaceno statuas fuisse magici artificij quæ Constātinop. imperij euēta prædicere putabantur, certis litteris seu characterib. notatas, quos fratres Eudocię Augustę cū legissēt, multa mala Bizantio imminere pdixerūt. Narratur Historia paucis nota ab Himerio Chartulario, cui⁹ apud Suidā mentio, posteritati vero commendauit ex m.s. codice, Iul. Cæsar Buleng. *lib. de Circo Rom. c. 6.* inde petant, qui volent. Bene de sæculo hoc & seqq. vir diligens & multæ lectionis merebitur. si Himeriū, Greg. Monach. & alios, qui nondū editi, pari sedulitate largiatur publico bono qua D. Chrysorationē εἰς τὸν ἐπιπεδρόμιον, dedit. Aliud exemplū nunc adijcio ex Zacharia Vicecomite p. 1. cōplementi artis exorcisticæ doctrina 5. his verbis relatum: *Romæ accidit, vt quidam fullo maleficiatus veniret ad me ad petendum auxilium, cuius domum ego vna cum eius familiaribus ingressus cum subuertissem, inueni in quodam tinctura vase fœce pleno figuram ceream clauo ferreo à capite vsque ad anum transfixam,*

fixam, brachia, crura ac totum deniq; corpus clauis refertum: qui claui ipsum maleficiatum in cunctis partibus affligebant eo modo, quo in figura cerea collocati erant.] Lædunt igitur ista secundum maleficii intentionem, actione illa externa, ex pacto cum dæmone inito manifestatam. Solemne denique hodie sagis nostris, effigies has baptizare in nomine Beel-zebub, & nomen occidendi illis indere.

SECTIO V.

De morbis varijs à dæmone illatis.

NEgant Auicenna, Galenus, & eo teste Hippocrates (nã Cæsalpinus aliud tribuit ei) morbos illos per dæmones mortalibus inferri posse, quos secuti Pomponatius & Leuinus Lemnius. Non, q̃ dæmones id velle, non credant, quos malos esse non negarunt: non q̃ dæmonum vim minorem censeant, q̃ hominum aut animalium (hoc foret absurdissimum: sed q̃ morbi oẽs naturalibus ex causis nasci queunt. Verum recta hæc ratiocinatio est, possunt morbi ex naturalibus causis oriri: nequeunt ergo dæmones morborum irrogatores seu immissores esse. Sane Codronchus, Cæsalpinus, Fernelius, Valesius & alij optimi medici lib. superiore citati, Arabius li. 1. contra Gentes, Tertul. in Apologeti. D. Hieron. *in 4. c. Matth.* D. Chrys. *ho. 54. in c. 17. Matth.* D. Tho. 1. *p. q.* 15. *a.* 3. & alij Theologi contra sentiunt Iuristę quoque, ex quibus agnoscit Burchard. *lib. 19. Decret. c. de re magica*, & q̃prime hoc probant Pet. Leloy. *lib. 1. de spectr. c. vlt.* & Grillan. sæpe citatus *b*, mihi nunc sufficiunt S.S. fimiora testimonia, q̃ qui non admittunt, habendi pro Ethnicis & Atheis. Iobum Diabolus *c* percussit vlcere pessimo à plãta pedis vsq; ad verticẽ capitis sed & alios eadem morbos dæmoni, vt efficienti causæ, adscribit. In illa vnũ diabolus aurium & linguæ vsũ ptiuauit, & simul *epilepticum* reddidit, quem D. Mat. *lunaticum* vocat *d*, non q̃ dæmoniacus non esset, sed q̃ à dæmone obsideretur, & simul plenilunij temporibus, per dæmonẽ comitiali morbo grauissime affligeretur: eo q̃ tunc cerebrum humorib. plenum aprius erat exagitari. Solẽt quidem alij esse lunatici, non obsessi à dæmone, & hoc sensu de lunaticis locut⁹ Iulius Firmicus *e*. Sed nostri Euangelistæ agebant de eo, qui simul energumenus. Epilepticorũ quoq; dispositione gaudent dæmones, & ideo non raro se illis insinuant: & per illos, quo tempore corruebant, soliti respõsa dare. Apuleius, magnus magus *f*, traditur accusatus, q̃ seruum suum Thallum, remotis arbitris secreto loco, arula & lucerna & paucis conscijs, carmine incantatum, corruere fecerit, deinde nesciã sui excitauerit. Seruus hic morbo caduco laborabat, eo ignaro sic abusus Madaurensis, vt à dæmone respõsum acciperet. hãc ille accusationem sic tractat, vt videatur fateri, certe non diluit. Si recentiores audiamus, Sprengerus *g* prodidit quandam maleficam epilepticum morbum certis inflixisse, per oua cum mortuorum corporib. subtumulata, præcipue ex earum secta inhumatis, & certis cum ceremonijs exhumatis, & in potu vel cibo præbitis. Apud D. Lucam *h*, vnum diabolus vexauit Maniaca illa affectione, quam lycanthropiam medici nominant, cuius præcipuum iudicium est, q̃ domi nequeant contineri, & in deserta loca se proripiant, circaq; sepulchra oberrent. Aliam adflixit conuulsione spinæ dorsi

b q. 6. vsq; ad 1. 13.

c Iob 2.

d Mat. 9. v. 17. Luc. 9. v. 39. Mat. 17. v. 14.

c li. 3. Mathes.

f Apol. 1.

g p. 2. Malei q. 1. c. 11. in fin.

h Luc. 8. v. 27.

i Luc. 13. v. 11.

næ dorsi i, quo loco dæmon ille vocatur πνεῦμα ἀσθενείας spirit⁹ infirmitatis, eo quod (vt subditur) eam vinxerat Satanas ἣν ἔδησεν; nam dæmones in S.S. nomen habent ab effectu: vt *spiritu avaritiæ*, qui impellit in auaritiã, *fornicationis*, qui suasor turpitudinis. Saulẽ etiã dæmon per atrã bilem diuexabat aperte hoc illi sacra Historia tribuit, *Exagitabat eum spiritus nequam*, qui pulsante Dauid Citharã recedebat *a*. Hodie id vtinam nõ doceret experiẽtia quotidiana! Multa suppetunt exẽpla, vtar duntaxat recentibus, quæ in iudicio comperta sibi Sprengerus ꝓdidit, cuius & Niderii exemplis, libẽter vtor, quia (quicquid hæretici dicãt) docti Theologi fuere & in his, de quib. agimus, reb. exercitatissimi, & q̃cunque tradidere, his similia nostra videt ætas, & recẽtiores ea confirmãt omnia: deinde vixere ferme ante annos centũ, quo tempore nondum hęresis Lutheri nata, vt causa nulla fuerit, multa, q̃ huic cõtraria, confingendi: deniq; videmus tum Germaniam dæmonũ manifesta & crebra infestatione plenissimam fuisse, vt intelligamus eos tũ Luthero, & Zvvinglio hospitium parasse, eorũq; quasi quosdã metatores præcessisse, vt & nũc Antichristum præueniunt, eiusq; sunt veri anteambulones, Caluiniani, Anabaptistęq;. Sed pergamus, ignoscelector parenthesi non longæ. nequeo, præ amoris vehementia, memoriã ꝑditorũ fratrum sic deponere, vt non subinde & in animũ & in calamum incurrant. Sprengerus narrat *b* sequentia, *Honesta quædam persona, & vni ex familiaribus Archiducis matrimonio copulata, in præsentia notarii &c. secundũ formã iuris, deposuit. Cum tẽpore virginitatis suæ, cuidã ex ciuibus famularetur, accidit, vt vxor illius*

a 1. Reg. 16 x. 14. 15. & 13.

b p. 1. mal. lei q. 1. cap. 12.

Agraui dolore capitis langue ret: pro cuius curatione, cũ quædã mulier acceßisset, & suis carminib. & certis praxis mitigare dolorẽ haberet, Ego, inquit, eius practicam diligenter obseruabam, perspexiq́, quod cõtra naturam aquæ fusæ in scutellam quandã, ipsa aqua in ollam aliam ascendisset, cũ aliis ceremoniis, quæ recitare opus non est, consideransq́, quod ex illis dolor capitis in domina nõ mitigaretur, aliqualiter indignata, hæc

B *verba ad maleficam protuli: vos non facitis, nisi superstitiosa, & hoc propter commodum vestrum. Tunc malefica statim subiunxit, An sim superstitiosa vel nõ, tertia die tu senties. quod rei probauit euentus. Nam tertia die mane, me sedẽte, & fusũ apprehendente, tãtus dolor subito corpus meum inuasit primo in interioribus, vt nõ esset pars corporis, in qua non punctiones horribiles sentirem: secundo nõ aliter mihi videbatur, nisi quod*

C *continue igniti carbones capiti meo superfunderentur: tertio in cute corporis, à vertice vsque ad plantas pedis nõ fuisset spacium acus, vbi non fuisset pustula sanie repleta. Sicq́, in his doloribus eiulando, & tantummodo mortem optando vsq́, ad diẽ quartum restiti. Tandẽ maritus dominæ meæ, vt stabulum quoddam intrarem iniunxit. At ego paulatim incedendo, eo præcedẽte, dum ante ostium stabuli eramus: Ecce, inquit ad*

D *me, pecia pãni albi super ostium stabuli. At ego, Video, tunc ille, quãtum potes remoue, quia forte melius habebis. Tunc ego, quantum potui, vno brachio me ad ostium tenẽte, cum altero peciam apprehendi. Aperias, inquit Dominus, & considera diligenter ibi reposita. Tunc, vbi peciam solui, plura ibi inclusa repperi præcipue autem grana quædam alba, ad modum quo pustulæ inerant corpori meo, semina quoque & legumina,*

E *quorum similia nec edere poteram aut intueri, cum oßibus serpentum & aliorũ animalium intuita sum: Et sic stupefacta dum inquirerem à domino, quidnam agendũ fo-*

ret. vt in ignem cũcta proicerem iniunxit. Proieci: & ecce subito non post horæ spaciũ, aut quartale, sed in momento, vt res illæ in ignem fuerant proiectæ, omnem sanitatem pristinam recuperaui.]

Idem subdit. *Mulier quædam maritata & honesta accessit, & iuxta iuris formã vt supra deposuit. Retro domum (inquit) habeo viridarium, est & illi contiguus hortus vicinæ meæ. Vnde, cum quadam die trãsitum fieri ex horto vicinæ ad viridarium meum non absque damno perspexissem stãs in ostio viridarij, & apud me ipsam conquerendo, & querulando, tam de transitu, quã de damno: vicina subito superuenit, & an suspectam haberem inquisiuit. At ego territa, propter malam eius famam, nihil aliud, nisi hæc verba, protuli; gressus in graminibus damna demonstrant. Tunc illa indignata quia ad eius forte beneplacitum, me litigiosis verbis cum ea implicare nolebam, abscessit cum murmure, & verba, quæ protulit, licet audirem, intelligere non potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mihi incidit, cum doloribus ventris, & acutissimis torsionibus à latere sinistro versus dextrum, & vice versa quasi duo gladij essent pectori infixi, & sic die noctuque clamoribus vicinos omnes alios inquietaui, & confluentibus hinc inde pro cõsolatione, accidit, vt lutifigulus præfatam vicinam & maleficam adulterino flagitio habens in amasiam, simili modo visitationis gratia accedens, & infirmitati meæ compatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festine rediit, & inter alia consolatoria subiunxit: Experimentum capiam an ex maleficio vobis hæc infirmitas cõtigerit, quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto recumbente, plumbum in scutellam aqua plenam super corpus meũ appodiando infundit, &, vbi quædã imago & figuræ diuersarum rerum ex plumbo cõgelato apparuissent, ecce, inquit, ex maleficio vobis hæc cõtigit infirmitas, & super limen ostii domus vna pars maleficii continetur. accedamus ergo & illis amotis melius sentietis. sicq; maritus meus cum eo pariter ad tollendum maleficium accedunt, & lutifigulus limen eleuans marito iniunxit, vt manum in foueam, quæ apparuerat, mitteret, & quæcunq; inueniret extraheret, quod & fecit. Nam primo imaginem quandam ceream in longitudine vnius palmæ, vndiq; perforatam, habentem duas acus ex aduerso per latera, ad modum quo ipsa punctiones à sinistro latere vsq; ad dextrum & è cõuerso persenserat, extraxit: demum pecias panniculorum diuersas & plurima, tam grana, quam semina, & ossa, continentes. Sicque illis in ignem coniectis ego conualui, sed non ex toto. nam licet torturæ, & pũctiones cessassent, appetitusq; comedendi rediisset ex integro, tamen pristinæ sanitati vsque in præsens minime sum restituta. Vnde hoc, querebam, quod pristina sanitas non redibat? Respondit, sunt & alia instrumenta alibi abscondita, quæ inuenire non valeo. Et qualiter prima instrumenta reposita agnouisset, dũ inquirerẽ, respõdit, ex amore, quo amicus amico reuelare solet, hæc cognoui.]*

His duob. subdit alia multa breuia, nata ex desiderio vlciscẽdi, dum indignantur mulierculæ, se ab amasiis, ad nuptias cõuolantib. deseri, & vltionẽ minatæ mox exsequuntur. Sed omnẽ superat admirationem, quod narrat Cornel. Gemma post calcem *li. 2. Cosmocrit.* narrat fuse casum Catharinæ Gualteri puellæ Louanienſis annorũ. 15. cuius curationi ipse præfuit Anno. 1571. quæ, cum obtrusum à gentili & coætanea libaméti frustulum comedisset, in morbi symptomata incidit

prorsus

prorſus prodigioſa, quorum ipſe ſpectator quotidianus, vidit illam eiiciẽtem tot & talia & tãta, vt ipſe creditu-
rus non fuerit oculis alienis. Octauo morbi menſe magno niſu per poſticũ eiecit anguillam viuam & perfectam, craſſitudine policari, longitudine ſeſquipedali: *cui & ſquamæ, & oculi, & cauda vniuerſa & anguillis ſolet. triduo ante quam foraserupit, auditum narrat bis terve in vtero ſonum non ipſi puellæ modo,* B *ſed adſtantibus quoque velut argutum & tenuem ab angue productum: & cum egereret, manifeſte puellæ retulit ſe ſenſiſſe quod primũ exſerto capite ſe retraheret per poſticum, inde cum impetu exiliret. Poſt anguilla, quam mortuam exenteratamq; ſuſpenderãt, loco ſublimi ab animalibus tuto, repente euanuit. Puella interim cœpit euomere ingentem humoris aquoſi copiam, humanõ lotio nõ abſimilem, ſaporis abſurdi. Durauit ea vomitio plus 14. dies, ſingulis profecto exonerans ſuper libras. 24. vel vt vulgo nominant gheltas tres: præterea vrinam interea quotidie reddebat bis terve copioſam. Nullus inventre tumor, nulla in toto corpore inſlatio exterius apparebat: & ipſa puella potus ac cibi parciſſimi, vix vnum cyathũ, vini, aut cereuiſiæ, liquoriſve alterius potitabat. Eo venit hæc aquæ excretæ abundantia, vt ſpatio duarum ſeptimanarum* D *facile omas duas implere potuerit. Poſt hanc aquæ copiam, cœperunt & pili conſertim exire per vomitũ alui, copioſiſſimi numero, digiti longitudine ſed longiores alij, alij breuiores, eiuſmodi ſane quales annoſis canibus euelluntur: auctaque eſt indies ea pilorum quantitas, vt facile pilas quam plures iuſtæ magnitudinis implere potuerit: eiecit hos omnes magno faſtidio & vomitus difficultate. Interiectis deinde non-* E *nullis, ſucceſſere aliqui vomitus, qui floccos ingentes pilorum eiycerent cum materia purulenta inſtar ſaniei, interdum ſimili ſtercori columbino aut anſerino: in qua colluuie & fruſta lignorum & mẽbranarum tenuia rudimẽta, ſed lignorum partes adeo viuæ, vt ex caudicibus obſoletis diffractis inæqualiter cõminutæ portiones viderentur vnguis amplitudine, aliæ craſitie intus fungoſæ, foris obductæ vetuſtiore cortice nigræ. Paulo poſt cœpit aliusvomitus niger vt carbo, dixiſſes atramentum verum* A *vel ſepiæ ſuccum, imo carbones veros minutiſſime tritos atq; permiſtos, ſingulis diebus prodeuntes ad quantitatem lib. 2. aut 3. ſæpiſſime cum pilis tã copioſis, vt nuci iuglandi includi non poſſent, omnibus albis, prolixis, & durioribus: quæ cum per triduum ita duraſſent, eiecit ſemel & puri ſanguinis tãquam è vena diſſecta libras duas, nulli rei alterius generis permiſtas. A vomitu ſanguinis rurſum ſecutus eſt ater, ac ſi antimonio* C *trito tinctus fuiſſet humor, omnino liquidus in dies ſingulos fere ad libras 5. aut 6. atque hoc portentum ſeptimana integra conſtanti, bonarum lege ac ſpacio perduravit. Ceſſauit aliquamdiu diuinis humaniſque remedijs adhibitis. Interea pilos adhuc, ſed pauciores, gradatimq; atriores excernebat, imo & breuiores in dies vt cum prius ex flauo ruffeſcerent, paulatim liuidi, nigri, tandem aterrimi ac velut diſſecti in fruſta minutiſſima per vomitum redderentur. Quandoque cum his & virtulentus humor, & craſſus, quandoque ſimillimus limo. Circa Septembris medium membranæ fruſta maiora, tanquam ventriculi partes, euomuit: habebant hæc ſpeciem tunicæ craſſioris, carnoſæ, lentæ, fractuque contumacis: quibus, profecto vt fœtus chorocidi, etiam venarum ductus inarati ramoſa propagine ſpectabantur, interdum medij palmi longitudine. Has aliæ ſunt è veſtigio ſubſecutæ tenuiores multo, ſed penitus nigræ, venarum duntaxat veſtigia referentes mẽ-*

branæ

branæ allant oeidi non dißimiles. Poßremo venerunt & tertij generis tunicæ vaſorum prorſus expertes, aliarum omnium tenuiſſimæ, vt locum amnij retinerent. Sed erat his alia multo ſubſtantiæ atque figuræ ratio: quam in agninis fœtuum inuolucris. Nam huic tenuitati aderat mira ſoliditas, figurarum ratio quouis miraculo maior. Fragmenta illius varia, ſed tria præ cæteris rara duorum palmorum amplitudinẽ ſuperabant, intertexta ſtrijs profundis ſine epigraphis: quæ ſeſe à vertice ad baſim ſecantes mutuo, cancellos in rhombi ſpeciem efformabant. non habeo cui melius conferam quam cum ſenecta viperæ: quanquam nihil hactenus à me conſpectum fuit, cui poſſet merito comparari. Sed hoc in eo præcipue admirandum quod ſecundum longitudinis ductum, velut canalis quidam profundior appareret, inſculptus fibris tranſuerſis & raris, prorſus vt in aſpera pulmonis arteria. Erat hæc regio penitus caua & circularis, in vnius membranæ faſtigio paulatim anguſtior, anguini capitis veſtigium repræſentans, cum apophyſi maſtoeidi, ſeu proceſſu mammillari: in alterius fine ſenſim lateſcens neſcio quid ventricoſum & inæquale etiam bifurcato vertici non abſimile, præ ſe ferret. Vniuerſæ partes inuicem coaptatæ totius anguillæ longitudinem atque craßitiem ſatis luculenter expreſſerãt. Illud autem tuberculum papillare viam fuiſſe reſpirationis exiſtimo, forte per quam & ſolidis & humidis ad ſui nutricationem neceſſarijs veſcebatur. Poſt quam haſce membranas eiecit, ſecuti ſunt lapides fere innumeri, quos veſperi ſemper ac ſtata horarum periodo magnis cum tempeſtatibus animiq; deliquijs eructabat. Forma fuit eiuſmodi, quæ paſſim in vetuſtis ædificiorũ ruinis ſolet occurrere. Lapides ſolidi, anguloſi, inæquales, tum ſpecie, tum magnitudine, quæ ſubinde ad nucis iuglandis quantitatem acceßit, nõ abſque ſuffocationis diſcrimine manifeſto videbantur quandoq; obtecti calce, & coagmentati varie, vt ab illis, qui parietibus detrahuntur diſtingui non poſſent. Semel me præſente quendam eiecit lapidẽ anguloſum vix cum duplicis caſtaneæ mole librandum. ſaxum illud magna ſpiritus cõtentione proiecit, vt & vomentem viderim manifeſte, & in lebetem ſonitum cadentis audierim, magno horrore cum animi mei, tum turbæ vndique circumfuſæ. E veſtigio magnam quoque ligni portionem pollicis longitudine pariter & craßitudine, ſed minore difficultate ſecreuit. Erat hoc ſatis poroſum ſtaminibus rectis inſigne, cui & commiſſura quædam inſignior velut per medium totius lõgitudinis excurrebat. Interea tamen, & pili per vices, ſed minores ordine pauciores ac nigriores. Acceßit aliud, quod omnem excederet fidem os n. triangulare ſolidum foris, intus cauum ac ſpongioſum reddidit, tale vt plane conſtaret eſſe fragmentum cruris bubuli, & puellæ parens diceret, ſe tale vidiſſe pridie in ſuis carnibus iurulentis. Nec mora, ſequenti die articuli oſſei, tali, digitorum acies, rotulæ, variæ ſpeciei & magnitudinis prodierunt. Interdum tamen & pili & lapides intermixti, atque omnium poſtremo, vitri atque æris portiũcula.] his narratis Gemma merito cenſet horum mirabilium Dei permiſſione dæmonẽ fuiſſe miniſtrum, qui cauſis tamẽ naturalibus, ordine etiam ſeruato, quoad potuit, vſus fuit. Idem vellẽ exiſtimaſſet, eodẽ opere, de muliere alia, q̃ florente ætate per nouem continuos annos infandis doloribus inteſtinorum cruciata, primũ craſſioris tunicæ rudimẽta deiecit, deinde & arboris fruſta ingentia pleraque pollicis craſſitie, ac paulo etiã longiora, pariterq; omnia fere, quæ ad arboream ſpeciem pertinerent, folia ſcilicet laurinis foliis nõ

abſimi-

absimilia, radices, cortices, etiam quę tomento alicui inclusos nucleos, nullo tamen vestitos putamine, p̃ se ferrent. Quod ego mallem ad prodigiosos dæmonum effectus, quam ad naturales morborum παραφύσεις referre.

Ad eosdē effectus permittente Deo productos retulerim cruciatus corporeos B. Angelæ de Fulgino, quos his verbis describit: *Corporis sunt tormenta innumera à multis dæmonibus multipliciter excitata. Vix n. credo quod scribi posset infirmitates & passiones mei corporis. Nam non remanet in me aliquod membrū, quod non horribiliter patiatur. nunquam enim sum sine dolore, sine languore continuo. sum debilis & fragilis plena dolore, ita quod oporteat me continuo latere. Non est in me membrum, quod non sit percussum, totū & punctum à dæmonibus & semper sum infirma, & semper tumefacta, & plena doloribus in omnibus membris meis: ita quod cū magna pœna possum me mouere, & sum fatigata tacere, nec etiam ad sufficientiā possum comedere.* hinc discis sanctam hāc viduam fœmineo, vt Iob virili sexui, exemplum patientiæ propositam. *In vita B. Angelæ c. 19.*

De mentis abalienatione perpetua iam docui, dum de philtris differerē, Stiradio quoq; potione mens abalienata à virgine venefica, *lib. 2. Hist. Dubrauij.* de modica ad tempus exemplū non iniucundum auditu narrat Matthiolus in Dioscoridem *a* de circulatoribus, haud dubie Magis Bohemię. *In vinum* (inquit) *radicis cuiusdam puluerem, cuius gustatu fauces conuelluntur, immiscent, &, cui fucum facere volunt, iubent, vt illo in vino intinctum digitum, quasi praegustandi causa sugat. Tum illico digitum vino madidum in os inditum, sibi mordicus, non sine dolore &* clamore, premit inuitus, *Interea, perinde atq; blanditiis, mœrentem consolatur circulator, temporum, carpique arterias alio oblinit medicamento: deinde nummum in terram proiectum hortatur vt tollat. Ibi ille pronus, primum se nequit attollere, mox vnguinis vi, amens factus, concidit statimque eius more qui metuit ne mergatur in aqua, natat. ac vociferatur, simul se fluctibus obrui. Ergo eum erigit circulator, ille: quasi vlturus iniuriam, primum maleficum obliquo ac toruo intuitu exprobare, mox hominem aggredi videtur: postremo fugiēten circulatorem persequi, donec absterso tandē illiti medicamēti veneno, recipiat animum ac menti restituatur. Vbi autem ad se rediit, quasi qui euaserit à mari naufragus, capillum vestimentaque veluti vela torquere exprimereque brachia tergere, & nares emungere, conspicitur.*] vt sola vis vnguēti hoc faciat, & non interueniat opera dæmonis, qui fieri queat, non intelligo.

Gētiles idem sensisse olim, probare possumus ex morbis, quos illi diis suis, hoc est dæmoniis, ascribebant: vt de *Ceritis*, qui dicti quasi *Cereridi* δημητριόληπτοι, de lymphatis, Panicis, similibusque iam tradidi. Ideoq; eos qui fanatici erant, & variis linguis in morbo loquebantur, δαιμονῶντας, vel ab Hecate, aut Heroibus infestatos, vocabant. *b* Quare & Leuinus Lemnius *c* tandem dat manum, & fatetur dæmones huiusmodi causas morborum accidentarias esse: Qui si causam accidentariam vocat, extrinsecam, efficientem tamen, nobiscum sentit.

Restat explicandum, quo pacto dæmon morbos inferat? quod Frāc. Valesius accurate docuit *d*. Nempe illum esse causam externam, eo quod extrinsecus aduenit corpus inhabitatur[9], &

ain præfat.

b *Lucian in Philopseu. Hippocrates de Sacro morbo.*

c *l. 2. de occul. nat. mirac. cap. 1.*

d *Sacra Philosph c. 28.*

morbos illi illaturus. Si morbi ex materia pendeāt, mouet internas causas. sic Melancholicos morbos excitat. Nam principio bilem atram, quę corpori inerat, commouet, & fuligines in cerebrum, & internorū sensuum cellulas propellit. Deinde adauget bilem atram, admotis causis exurētibus, vel detento isto humore, ne expurgetur. Epilepsiam paralysim & similes noxas infert, per succi crassioris delationē, obturato vētriculo cerebri, vel obstructis radicib. neruorū. Cæcitatis causa est, vel surditatis, noxia excrementa ad aures, vel oculos coaceruādo. Sæpe etiam ad odium, amorem ad alias animi perturbationes inducēdas mouet imagines, vt in imaginatione firmius inhæresćant. Ad corporeas vero affectiones excitādas, spirituosam ex ipso sanguine substātiam deligit, eam seperans & expurgans à crassitie materiæ. deinde spiritibus istis vtitur, quasi proximo animæ instrumēto ad efficacissime & velocissime agendum. Dico ex rebus venenosissimis eum educere quādam quasi quintam essentiam (vt ex gemmis & auro solēt chymici) & ea inficere ipsos spiritus vitales, & sic eū maleficio morbo imbuere, quod aduertit prudenter Cæsalpinus *libr. de dæmon. inuestigat. c.* 16. Quod cum fecit, ægre ars humana satis celebria & efficacia remedia potest vel solet adhibere: quo enim hæc materia subtilior & tenuior, hoc quoque ad lethum est acrior, & efficacior. Solet omnem præuenire medelā. Nec obstat quicquam, quin hæc ipsa damna inferat interdum per se, sine tali materia, vel interna agente causa, si impediat vel lædat sensationes, vel spiritus animales detineat aut subtrahat, & aliis mille, quos nouit, modis. Qui vero morbi ab internis causis nō dependent, sed ab externo tantum impedimenti nocumento, vel noxio afflatu, vt plurimum per se operatur, vt quando instrumēta maleficii, vnctiones, signa, dēfossa, vel similia, ad ipsū veneficium vim naturalem nullā habent sed sunt pro signis tantū, ad quæ ex pacto dæmon operetur, quod docuit idem Andr. Cæsalpinus *de operis ca.* 17. tum quoque potest per res externas homini vim aliquam facere, vt ille docet *capit.* 8. Veluti cum malefica irata pomum coctum manui alterius sic fecit conglutinari, vt & acerbissimum inferret cruciatum, &, nulla arte posset dissolui, vel deglutinari, *lege Nicol. Remig. libr.* 2. *dæmonolat. capit.* 4. Quid ni credamus, cum etiam Catochiten lapidem Corsicum legamus ea vi præditum, vt se iunctis corporibus agglutinet, & impositas manō detineat? *Solin. Polihist.* Quo pacto venefici morbi ab aliis dignoscēdi agam *lib.* 6.

SECTIO VI.

De mira rerum solidarum atque magnarum in corpus ingestione & egestione.

PRodigiosi sunt pleriq; morbi per maleficium illati, sed omnium prodigiosissimus mihi videtur, quando per os vel imum gutturē eiicit æger, spinas, ossa, ligna, saxa, frusta vitrorū, acus, cultros & alia ferramenta, glomos pilorum, pannos, setas, cornu lucernæ, & huiusmodi, q̄ vel comestione, vel aliter in corpō immitti potuisse

videtur,

c in Malleop. 2 q. 1. c. 13

videtur impossibile. huius exemplum vnum habet Sprengerus e, de muliere Zabernensi, vbi obstetrix quędam, eo quod ipsam nō accersierat ad puerperium, grauiter irata, noctu cum duab. aliis maleficis ad puerperā accessit, & dixit ad vindictā se aliqua in ei° intestina velle immittere, quorum dolorē post semestre dūtaxat sentire inciperet. Dixit, & *ventrem eius manu tetigit: ad quem contactum puerpera videbatur sibi extrahi intestina, & iis immitti quædam, quæ tum oculis dignoscere nequibat. Postea sexto vix mense finito, internorum viscerū tortura ipsam subito tam dira inuasit, vt nec* (verba sunt Sprengeri) *diebus nec noctib. à clamoribus, omnes inquietando, abstinere posset. Et quia deuotißima Virginis & Reginæ misericordia exstitit, & pane & aquæ singulis sabbatinis diebus ieiunando: ideo & per ipsius suffragia credidit se liberari. Vnde & quadam die, vbi opus naturæ perficere volebat, tunc omnis illa immundicia corpore prorupit, & aduocans maritum cum filio dixit: suntne res istæ phantasticæ? nonne dixi, post dimidii anni spacium res ista cognoscetur? aut quis vidit vnquam spinas, ossa, simul etiam ligna me comedisse? erant enim spinæ rosarum, longitudine vnius palmæ, cum aliis variis rebus innumeris immissæ.*] Aliud exemplum relatum est à Beniuenio *a* de muliere Florentina, tertium à Ioanne Langio *b* de Vlrico Neusesser rustico: quartum de puella Leuuenstetensi in historia Germanica, hac de re excusa anno 1562. tria his addit Nicolaus Remigius *c*. Octauum plane admirandum & cui refellēdo, nullę nugæ, nullæ calumniæ nullæ phalerę vitiligatoris VVieri, sufficerint, adscribam ex vita S. Petri Tarentasii, à Gaufrido conscripta *d*, his verbis, *S. Symphoriani dicitur castrum Lugdunensis Ec-*

a li. de admiran. morb. caus. b li. 1 epist. 38 c lib. 3 de monolat. c. 1

d apud Surium tom. 3 Maii, 8 cap. 13.

clesiæ paucis ab vrbe milliaribus distans, vbi vir fidelis & religiosorum fidelis sedulusque susceptor, magnæ conuersationis pariter & opinionis Abbatem, ad hospitium suum aliquando, quasi vim faciēdo, pertraxit. huic iuuencula erat filia miserabili incommoditate laborās. Egerat enim quædam mulier malefica, per nequitiam inuidæ socrus inducta, vt languore tabescere desperato, nec viri sui præsentiam, nec aspectus vllatenus toleraret. Affectione muliebri genitrix persuasa, vt satanas satanam eijceret, famosum quendam maleficum accersiuit. Adfuit, explorauit, agnouit, & mulierculam asserens infirmatam, terit arborum cortices, pocula verbis & herbis infecta propinat, mordet etiam dentibus propriis brachium miseræ mulieris. Res mira, res noua, res (ni fallor) hactenus inaudita. Ab illo quidem languore conualuit: sed interdum, ex corde procedere sentiens velut acus, cruciabatur atrociter, donec per morsuram brachij, quam nulla cicatrix obduxerat, acus educeret vis occulta. Crudele remedium, sed huiusmodi congruebat auctori. Plures in hunc modum quam triginta per temporum interualla prodierant: quædam, vt vulgo dicitur, excapsetæ, quædam admittendis filiis idonea foramina præferentes. Præterea prædictus Abbas ad domum, vbi hæc actitabantur, aduenit. Celebris est persona; cuius hoc opus & alia non indigna admiratione narrantur: sed parcendum adhuc superstiti, & nomen credidi retucendum. Huic pater anxius miserabilem exhibet filiā, nec sine lacrymis lugubrem explicat tragœdiam. Eadem hora fit fides dictis, & sentiens acum mulier gemebunda deplorat. Iam peruenerat ad foramen, solitus iam præcesserat cruor, iā cœperat apparere, iam particula eius exierat. Et accedens vnus ex fratribus laicis, eidem Abbati deseruiens, cruentam extraxit, annis pluribus ad testimonium conseruādam;

Orat Abbas, & locum vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur, nec ferrum vltra nec chalybem inde processurum. Factum est: sed mutata materia est, malitia necdum prorsus exstincta. Cœperunt lignei sudes paruuli, quales vulgo brocas appellant, ex quercino robore, vel fraxinei, pro ferreis acub. egredi, crassiores spinis & modice longiores. Nec vnius tamen omnes, sicut nec acus fuerant, longitudinis vel crassitudinis erant. Sedecim in hunc modum intra annum & paucos menses ex muliere ligna prodierunt. Adfuit demum Reuerendus Petrus Antistes, cui diuinitus seruabatur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier missarum solemnia celebranti, sicut præceperat vespere præcedenti. Eadem hora septimum decimum lignum ex muliebri corpore egreditur, quod sub oculis omnium sacellanus extraxit. Confitentem itaque mulierem præsul absoluit, & sacram ei tradens Eucharistiam ab omni deinceps cuiuscunq; materiei progressu iubet esse securam. Sic ab omnibus iam præstigiis liberata adhæsit viro, filiosque procreauit. Et vt dicitur, hodieq; superstes, virtutem prædicat, quam in seipsa feliciter meruit experiri. Petrus de Fraxineto, dicitur pater, notus, etiam honoratus inter cõuicaneos suos, vt si quem dubium nouitas tanta reddiderit, probare forsitã liceat, quod credere detrectarit.] Hactenus Gaufridus Abbas Altætubæ, cui Cisterciẽses & Clarauallenses Abbates negotium dederunt vitæ huius conscribendæ; cum Romanus Pontifex Lucius eis mandasset, vt eam fideliter cõscribi curarent. Sed Monachus fuit scriptor, inquiẽt aduersarii, credo plus fidei mererentur mendacissimi ipsorum Ministri & Prædicantes. Cæsa. pin. *de in vestig. dæmon.* Contigit autem (ait) *hoc anno Pisis hæc vidisse multis spectantibus. Quædam à dæmonibus obsessa sæpius, modo inter adiurandi, modo postea eiecit corpora, & magnitudine & forma per se, ineptissima, vt deuorarentur, clauos ferreos prælongos, ossa lapides, globos laneos, carbones, aliaque multa inculcita autem, ea regione, qua thorax incũbebat, præcipue qua cor, globuli multi reperti sunt ex plumis affabre efformati diuersis figuris, sed plurimi instar rosarum perpetuis plumarum tenuissimarum ordinibus, nunc filo impliciti, nunc solo glutine, alia genera reperta sunt in ceruicali qua caput residebat.*] Quid multa? superiorib. annis Duacensi cuidam, & Insulẽsi ancillæ similia ferme acciderunt. Exemplorũ sat habemus, causam ruspemur, quæ sat abstrusa & abdita.

Primũ fateor, quædam in corporibus humanis solere interdũ ex prauis humorib. coalescere, vt sunt tophi, lapilli, capilli, oscilla, cõchylia spinę, glomi pilorum & quæ talia potuit dæmõ in ipsis vlceribus, vel in corporis partium congruis finib. procreare, quod naturaliter fieri posse, consentiũt veteres nouitiiq; medicie. Norunt mecum multi Comitis filiũ; qui, ante annos ferme nouemdecim, Luxẽburgi, in vrina lacertulas satis magnas eiiciebat, quod etsi pleriq; vxoris eius adulteræ (quam & occidi per sicarium ille postea iussit) veneficio tribuerẽt, potuit tamen naturaliter contingere, ex humorum corruptione, & renum vitio. Mulier illa Caluini sectę erat addicta, & ministro familiatior, quã oportebat, ideo nec à moribus, nec ab instituto aliena fuit vulgi suspicio.

Secundo puto nõ posse naturaliter in corpore humano generari, ex vlla putrefactione, ac⁹, cultros, forfices, & huiusmodi metallica artificiose cõformata: qa calor naturalis, nisi plurimorũ añorũ spatio, nõvidet metalla inibi

gignere

gignere posse: multoq; minus, sic fortuito ad certam analogiam atque dispositionem artificiosam, videtur tam varij humores cuonenire posse: nisi Democriteã & Epicureã reuocemus insaniam, ex fortuito atomorum cõcursu cuncta cõstruentẽ. Neq; adhuc legi, qui hanc vim naturæ tribueret.

Tertio, dico hæc omnia multis modis dæmones per maleficos operari posse. Etenim primo possũt sic sensib. illudere, vt quis putet ista in corp⁹ ingeri, vel egeri: cum tñ reuera dũtaxat dæmon cultros veros, & huiusmodi reliquam, quæ euomitur, artificiosam materiam, quæ in ægri corpore nunquã fuerat, vel ẽt ipsos humores, qui eiiciuntur; faciat apparere cultros, & reliqua illa, vel ẽt aerem sic cõdenset, & coloret *f*. ꝙ verisimillimum est cõtingere, qñ res illæ, quæ visæ sunt solidæ ac densæ, paulo post cernuntur euanescere. Præterea possunt, citra fictionẽ, res huiusmodi per dæmonem in os occulte ingeri, vnde mox eijciãtur: possunt ẽt alijs corporeis partibus inseri & includi. Negat id VVierus, homo fronte nulla: licet non videam, cur neget. testantur n. medici & chirurgi fide digni, quorum nonnullos *a* ipse laudat, talia sibi visa ex corporib. excerni, vel exsecari, & ea manibus contrectasse sese. Eos vero oẽs ad vnũ decipi contendere, quid est, nisi strenue pudorem totũ exuere? ex modis immittendi, quos comperio, duo tantum mihi placent. Primus est, quem non prætermisit Binsfel. *b*. vt profundo dæmon somno demergat hominem, & sensum doloris eximat, tum dextre incidat membrum, & materiã illam duram imponat, deniq; eadem subtilitate vulnus adeo consolidet, vt nulla cicatrix vel vestigium relinquatur, quod periti chirurgi nõnuquam faciunt.

Dices fortassis, vt hęc queat in partibus carnosis & facile dilatabilib. & prõptæ consolidationis, quarum exexempla recenset Nicol. Remig. *c*, nõ tñ id poterit in alijs, quib. illa facilitas non est propria, v.g. in intestinis, orificio stomachi, gutture, arterijs, & talibus organis, quę angusta valde sunt, nec dilatantur, nisi ad functiones suas naturales: vel ẽt, si sectione diuisa fuerint, nõ possunt reuniri. *Respondeo*, difficilius quidem in his id contingere, absolute tñ posse & in alijs. licet n. nobis incognita sint medicamenta, ijs consolidandis & reuniendis idonea, dæmoni tñ illa sunt notissima. Pręterea quamuis spõte sua non dilatentur, nisi ad naturales suos affectus, vi tñ aliqua adhibita, possunt extra consuetum ordinem dilatari & comprimi. cuius rei duas historias ad finem faciendam attulit testis oculatus, chirurgiæ laude clarus, Ambros. Paræus *d*. prior est, de studioso, qui cum spicam germinis deglutiuisset, eaque in pulmones τραχειαν descendisset, natura illam transuersis pulmonum lobis illæsis, inregris ẽt costarum musculis, & quæ succingit eas membrana incolumi, integram expulit. posterior est de opilione, qui semipedalẽ cultellum, cui corneum erat manubrium crassitudinis pollicaris, in fauces à prædonibus ore aperto adactum, sex solidos menses, in corpore retinuit, & tãdem nata in inguine vomica, inde chirurgus extraxit. At necessariũ plane fuit, per angustissimos meatus quosque à faucibus in inguen cultrũ peruenire. His tertiam narrationem Remig. addidit de morione: qui, apud Armoricos, mucronẽ gladij tres digitos lon-

f hoc volũt semper in his accidere Grill. de sortileg. q. 3. & Cardan. d. c. 80 de variet.

a Trallian. lib. 4. c. 6. Beniu. de abdit mor. & sanat. causis, cap. 24. & 80 I. Lang. d. epist. 38 historiam puellæ de Leuẽsleet, Germanicæ editam Beniue & Benedict. supra citatos.

b in l. 4 C de malef. q 7. concl. 6

c lib. 2. dæmonol. c. 4.

d li. 2. chirurg. c. 17.

gum per os in fauces adactum, duodecimo post die, per annum egessit. Nonne culter iste, per tot spiras intestinorum subtilissimorũ, & per illud, q; à re ipsa vocatur *intestinũ tenue*, fuit deuolutus? Neq; in his vlla vnq̃ malefici mẽtio vel suspicio fuit. si natura id potuit & casus, cur ex ꝓposito id adnitẽs nequeat ille mille artifex solertis.

Alter modus est Siluestri Pieratis, quem recẽtiores quidam sunt secuti, *e.sc.* dæmonem peritia pollere, res solidissimas diuidendi & cõminuendi partes in minutissimas, etiã instar pulueris, & eas iterum vniendi, applicatis, sicubi opus, naturalibus actiuis, idq; tam præpropere & subtiliter, vt cernentium oculi nequeant, ob nimiam motus celeritatem, quidquam horum aduertere; ideoq; putent homines ea integra immitti & emitti. Hi duo modi probabiles sunt.

Valde miror tertium quendã, tam multis placuisse *f*, cũ sit plane improbabilis. Volunt isti à dæmone poros corporis extendi, per eos deinde duriora & hæc maiora inseri: & poros rursus concludi: quorum apertione iterata demum, qñ dæmoni videtur, intrusa expellantur. Sic aiunt à fulmine sine læsione poros vaginę penetrari, laminamq; gladij chalybeã liquari. sic iactu lapidẽ sub aqua recondi, nec manu retracta viam cerni, per quam lapis in aquam penetrarit. Supponit hęc opinio corporum penetrationem esse naturalem, cum Buridano, quam D. Tho. Scot. Durand. & alij, melius philosophantes, contendunt à solo DEO perfici posse. hoc ergo primo peccãt. Si dicant corporeas hic dimẽsiones, siue corpora non penetrari: incredibilem quandam dilatationem pororum, etiam in partibus corporis non raris, coguntur excogitare: cum tñ isti pori tam sint natura angusti, vt sine insigni læsione distrahi non possint. Nec simile quidquam in illis, quę pro ratione adferũt, dissimillimis reperitur, fulmẽ quiddam est subtilissimum & tenuissimum, ea præditum vi naturali, vt duriora atque resistentia cõsumat, mollia vero & cedere facilia sine læsione *g* trãsmittat: at ferrum, ligna, lapides, res sũt spissę, durę, & minime aptę sic se in poros insinuare. Aqua corpus est liquidum, humidum, tenue, fluitans, cuius rei solidę cedens loco, capax ẽt liburnarum: rerum, quę inijciuntur, impulsu condensabile, & ijs exemptis aptum vi sua statim coire & reuniri: vtque, sine partium separatione, condensatur; sic, sine earũdem noua medicina, rarefit atque extenditur, quæ quam sint ab humani corporis membris aliena, *vel pueri norunt, & qui nondum ære lauantur.*

SECTIO VII.

De maleficio deuouendi.

SVppono, quod Catholicis certũ est, *energumenos à dæmonibus sæpe inuadi, & possideri, vel obsideri*: hoc est dæmones, in hominum ingredi corpora, & simul potestatem aliquam eos vexandi seu affligendi accipere: ambo enim requirũtur, vt quis sit energumenus; qua de re docte, post Mengum, & Polyd. Pet. Tyræus *h* disseruit. sic homines dæmoni tradendi potestatem cõstat olim Apostolos habuisse, ex S.S. *i* & alios quoque sanctos homines vt olim, sic & hodie eam à Deo accipere, qua non nisi prudentissime, & cum magna caritate atque iustitia vtantur; haud difficulter probaretur, si huius loci foret. An vero dæmones, eos quos possident energumenos, sic possi-

e Silu. ver. maleficiũ q. 5. Cosmas Philiarchus de off. Sacerd. p. 2. l. 3 in trac. primi præcepti Decalogi

f Paracelsoli. de occul. philos. Baroni Lichtenbergio l. de præcipuis Magiæ artic. Ludou. Milicchio l. de Magico dæmone, & Nic. Remi d. c. 1. lib. 3.

g Seneca lib. 3. nat. q. lib. 2. Isidor lib. 13. Etymol.

h Mengus in fuste dæmon. Polydor. de exorcis. Tyreus disput. de dæmonia.

i 1. Cor. 5. v. 1. 1. Timot. 1. v. vlt.

k vide Tyræum. de operis q. vlt.

possideant, & vt eorum corpora, ipsimet subintrent, posset quis dubitare, quod B. Ildegardis *in libris reuelat. suarum* scribat de se quadam energumena in vera visione vidisse, *quod ipsa permissione Dei quadã nigredine & fumo diabolicæ congloboſitatis obsessa erat & obumbrata; quæ totam sensualitatem rationalis animæ illius opprimebat, nec ea eleuato intellectu suspirare permittebat: velut vmbra hominis, aut alterius rei, vel fumus opposita obtegit & perfundit: vnde hæc rectos sensus & actus perdebat, & inconuenienter sæpius clamabat ac faciebat. Et me cogitante & scire volente quomodo Diabolica forma* (id est substantia) *hominem intraret, vidi & responsum habui, quod diabolus in sua forma, vt est, hominem non intraret; sed eum vmbra & fumo suæ nigredinis obumbrat & obtegit, si enim forma illius hominẽ intraret, citius membra illius soluerentur, quam stipula à vento dispergatur. Quapropter Deus non permittit, vt hominem in sua forma intret. Sed supradictis perfundens, ad insaniam & inconuenientia euertit, & per eum, quasi per fenestrã vociferatur, & mẽbra illius exterius mouet, cum tamen in eis in forma sua interius nõ sit, anima interim quasi sopita & ignorante, quid caro corporis faciat.* Sic illa apud Theodoricum Abbatem, *eius vitæ l. 3. c. 20.* Sed hic locus ostendit verissimum esse dictum Theologorũ, sæpe eos, qui assueuere multis reuelationibus ét veris putare se habere per reuelationem; q. habuere per discursum opinionemq;. Indicant hoc multa. *Primo* quia principio vere tantum describitur obsessio, non possessio. *Secundo* quod inquisitio hæc parum erat necessaria, & satis curiosa. *Tertio* quia suspectum est, quod ait Deum non permittere vt diabolus secundum suam essentiam, vt solet esse in suo loco, corpora possideat. cõmunis n. Theologorũ distinctio hoc discrimen statuit inter *obsessos* & *possessos*, q. in his sit dæmon, vt erat in statuis idolorum, nonnunquã: & hoc indicant inflationes & multa alia quæ in possessis cernuntur. *Quarto* quia ratio nulla est. nec n. forma dæmonis siue substantia eius spiritualis ipsi corpori contraria sic est, vt illud statim destruat, etiamsi nolit, solo ingressu. *Quinto*, quia non semper anima sopita est, qñ dæmon energumenum vel obsidet vel possidet, vt apparet, quia videmus sæpe illos omnium recordari quæ egerint. *Deniq;* sancti & Theologi omnes sic semper locuti & opinati fuere, vt dicerent dæmonem corpus arreptitij intrare, & ab eo exire. Non quidem id subire, vt informet, vel tãquam pars eius (q. vocant) corpus integret; sed tantum vt loco, vel instrumẽto organico vsurus, vt fusè explicat Episcopus Abulensis, *in 7. Exod. q. 16.* Rectius itaq; dictum à Cæsario *l. 5. c. 15.* dæmones non vniri animæ substãtialiter, nec in ipsa anima, sed applicatione tãtum, & oppressione per energiam seu operationem animæ adesse, & sic homini vniri, & ei quasi illabi. allegat Gennadium, *l. de Eccles. dogmat. c. 82.* hoc tenentem: tamen corpori inesse sicut in loco posse, & in cauitatibus eius latere. nunquam Gennadius negauit, & expresse Cæsarius ex S.S. confirmat. non enim recte dicitur exire, nisi quod intus fuit. Saluator autẽ iubet de corpore dæmones exire, *Matt. 5. vers. 9.* Intus ergo fuere. Restat nunc vt quæramus, *an malefici possint & soleant sic alios deuouere, ac dæmoni quasi mancipare?* Multorum confessionibus constat eos id putare, fatentur enim se dæmones in brutorum vel hominum corpora immisisse; &

ipsi

ipsi dæmones cum exorcisantur id solent prætexere, se à tali vel tali immissos. prætermittam, quæ recentiora sunt, à Remigio & aliis allata, duo tãtum adscribam ab ijs commemorata, quorum fides reijci neqt. Anastasius Nicenus *a* de Simone Mago: *multos* (ait) *tentantes eum dicere præstigiatorem: cum eos esset allocutus, & deinde conuiuij prætextu bouem sacrificasset, & eos conuiuio excepisset, varijs morbis, & dæmonibus eos subiecit.*] D. Hieron. *b* nobis proponit dæmonem à B. Hilario eiectum, quem magus in virginem immiserat, *Perducta* (inquit) *à parentibus ad monasterium seni traditur, vlulante statim & confitẽte dæmone. vim sustinui. Inuitus abductus sum. Quam bene Memphi somnijs homines deludebam! ô cruces! ô tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & subter limen ligatus teneor. Non exeo: nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex, Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. Dic. Cur ausus es ingredi puellam Dei? Vt seruarem, inquit, eam virginem. Tu seruares, proditor castitatis? Cur nõ potias in eum, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum, Amoris dæmonem?* &c.] En vt magus immiserat dæmonem vere: & sic opinor ẽt multa eorum, quæ narrat Anastas. à quo Glycas *p.* 1. fuit eadem mutuatus: & inprimis de quo nunc agimus, Deo permittente, potuisse vere à Simone Mago patrari: quare Annalium *c* scriptori eruditissimo, nequeo assentiri, qui mira illa Simonis ab Anastasio prodita, iudicat tantum fuisse imposturas, hominibus per imaginem & visum ostensas, cũ nulla veritate consisterent. sunt enim in ijs multa, quę & posse & solere contingere, lib. præcedente *de Dæmoniaca Magia* satis copiose ostendimus. Anno 1581. in Viuaresiæ oppido Annonaio, fuit malefica nomine *Boyarona*, quæ varij plures cuique, non vno modo dæmones immisit, quib. grauissime diuexati fuere. In his filius & filia illi⁹ fuerunt, quos nucibus alteri paratis, sed more puerili abliguritis ab ipsis qui deferebãt, singulos tribus dęmonibus possidendos mancipauit. Similia factitabat strix alia dicta, *la Gochonne*: ita vt illis tum partib. cuncta plena fuerint, per maleficia votiua energumenis. Narrat oculatus testis vir doctus & prudens Claudius Charon. *l. de Antichristo reuelato Nota* 1. fatetur hoc fieri solitum Bap. Codronch. medicus *l.* 3. *de morb. malefic. c.* 7. Hæc autem immissio malorum spirituum, non prouenit à facultate cogendi: quæ nulla magis comp[illegible]it, in dæmones. Nam vel spõte dæmones ex pacto obsessum vadunt, finguntque se obtemperare: vel inferiores dæmones ad id adigũtur, à dæmone superiore volente hac in re malefico gratificari. Vtroque tamen casu Dei permissio requiritur, vt causa sine qua non posset hoc fieri: permittere vero Deus id cõsueuit nõ nisi ob graue aliquod obsessi peccatum *d.* nõ raro propter parentum iratorum imprecationes, quarũ tria exempla suggerit Ioa. Cęsarius *d.* Ait Ouid. de Medæa, *Deuoue absentes.* Et experimento compertum est hodie plerasque striges cum dæmone pactas vt cuicumq; diras imprecentur, bruto vel homini confestim illi tabe lenta incipiãt tentari, vel alio interitu de medio repente tollantur. Nec irritam hanc vt plurimum earum deuotationem plurimis exemplis docet Remigius *lib.* 2. *cap.* 9. 10. *& tribus seqq.*

a *in SS. q* 23.

b *in vita S Hilarionis.*

c *tom.* 1. *anno* 68.

d *vide Tyraum d. per c.* 23. *c l.* 5. *exem. c.* 11. 12. & 13.

SE-

SECTIO VIII.

De maleficio ligaminis.

NVllum hoc frequentius hodie est maleficium: adeo, vt in aliquibus locis vix audeat quisquam clara luce matrimonij solénia celebrare. ne quis malus coniugum votis illudat. Id si fit, quia, quo pauciores adfuturi, & rei conscij fuerint, hoc plurimum insidias effugiunt, nihil ad hunc tractatum pertinet cautela huiusmodi: si, quod ante lucanos conatus magicos, minus pollere credunt, res superstitione non vacat. Sed ad ipsum maleficium veniamus. Solent malis verbis hominem reddere (vt Canones loquuntur) frigidum & maleficiatum: hoc est ad actum coniugij idoneum. Hoc illos posse & solere probatur, tum auctoritate canonum *f*, tum communi sententia Theologorum *g*, tum praxi Ecclesiæ, quæ sic affectos post triennij experientiam irritam, & adiuncta septem testium iuratorum manu, separare consueuit *h*. tum ex opione Rabbinorum veterum, & Boroli qui exstat) existimantium à Chamo tali damno multarum Noemum fuisse: tum exemplis mox referendis, & experientia quotidiana: tum denique ratione. potest hoc fieri naturaliter, castratione, elisione, ruptione, desiccatione, infrigidatione & similibus ex causis, quas cum norit dæmon, poterit illis vti. confirmant id Historici, & poetæ. Deinde fit sæpe, vt qui cum vna nequit, queat cum alijs, vel qui cũ cæteris potest. cum vna non possit, item vt non possit cum ea sola, quam maxime amat & deperit. item, vt, ablato dumtaxat ligamine, fiat potens, qui prius nihil poterat, cuiusmodi varietas ex naturali causa nequit prouenire. prouenit ergo ex supernaturali seu prodigiosa non diuina: ergo angelica. non bonorum angelorum opera: ergo malorum.

Modis seu formis ad hoc diabolus vtitur pene infinitis. sane auctor Dæmonomaniæ plures quinquaginta reperiri scripsit: Quidam magi, solummodo ligulam, certis cum verbis prolatis, nectunt, sed dæmon interea maleficium perficit, & siue virum siue fœminam reddit impotentem. tam in fœminas, quam in viros grassari vere dixit Ananias *i*, sed tamen facilius & frequentius in viros cernimus hoc malum serpere, fors, an quod vbi plus operæ & instrumentorum requiritur, facilius ibi aliquis defectus & impedimentum occurrit? an quia cum plures sint maleficæ, quam malefici pluribus viris nocetur? ligari autem posse volunt plerique vel in diem, vel in annum, vel in æternum, aut donec nodus ligulæ soluatur.

A viris doctioribus septem traditas inuenio causas proximas huius impotentiæ, quibus causis dæmon abutitur. *prima* est quando coniugem alterum alteri reddit odiosum. vel inuicem sane odiosos facit, per calumniam suspicionem ve, aut morbi alicuius immissionem: sicuti cum vel Venus, iuxta Stesichorum, vel Medea, iniecto pharmaco fecit, vt omnes fœminæ Lemni grauiter ore olerent, sicque illas mariti sunt aspernati: Medeæ facinus vult esse Myrtilus. *libro rerum Lesbycar. 1.* *k* aut id faciunt phantasia turbata, sic vt aliquid in compare vehementer odiosum vel formidabile inesse credant: sic Valazca *l*, Libussæ Boemæ famula, mulieres à virorum

f. c. si per sortiarias 33. q. 1. & toto tit. ex tr. de frig & malefic.
g in 4. de 14. D. Tho. 3 q. 58. ar. 2 & alij citati ab Enriquez l. 2 de matr. c. 8.
h c. laudabilem. de frig. & malef. vide P. Enriq. d. c. 8. n. 1. & c. 7. n. 9.
i li. 4. de nat. dæm.
k Natalis Mythol. l. 6. c. 7.
l Æneas Siluius in histor. Bohem. & Bap. Egna. li. 3. c. 2.

amore per venefícium adeo auertit: *vt coniuratione inita, ſuos quæque maritos, fratres, patres, filios vna nocte interfecerit mox arce Viſſegradenſi obſeſſa, Primislai regis exercitum ad internecionem fere cæciderint.*] Aliquando faciunt, vt inuicem quidem ament ardentiſsime, ſed quando ad copulam ventum, ſubito accenſi odio, alter alterum cædat, vel vnguibus laceret, quod genus & Theologi *d*, & Iuriſconſulti *e* nouerunt. tunc dæmon primo accendit ardorem libidinis propoſita forma coniugis, vt concupiſcibili: & quando venitur ad amplexus, tunc proponit vt odioſam & exitialem, faciens vt membra generationis appareant vel magnitudinis prorſus incongruæ, vel formæ horribilis aut ſupra modum fædæ. *Secunda* cauſa eſt, quando corpora impedit, ne queant ad ſe mutuo appropinquare, & ſic ea diuidit, vel detinens ea in locis diuerſis, vel cum conatur iungit, phãtaſma aut quid aliud inijciens intermedium. ad prius videtur pertinere illud Propertij *f*.

Inuidiæ fuimus. quis me Deus obruit? aut quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Pertinet ad poſterius, quædam narratio, plena admirandæ nouitatis, cuius fides penes auctores ſit. narrat ex Vincentio Belluacenſi D. Antoninus *g*, Romæ temporibus Henrici tertij Imp. fuiſſe iuuenem quendam locupletem & nobilem, qui recens vxorem duxerat, & ſodales ſuos opiparo conuiuio nuptiali exceperat. Exiuere in campum à prandio luſuri pila. Sponſus, ludi dux, pilam poſcit, & ne excideret annulus ſponſalitius, inſerit eum digito ſtatuæ Veneris æreæ, quæ in proximo erat. omnes vnum petebant,

d P. Henr. de Sacrab. l. 12. 8. n. 2. Sot. 4. d. 3. q. 3. Iaquer. flag. c. 12. *e* auctor. dæmonom. & auctor. lib. de Lamijs l. 2. *f* l. 1. eleg. 2.

g Vincen. 26. hiſt. Antonin. p. 2. ſum. hiſt. ti. 16. c. 7. §. 4.

A ſic cito defatigatus ipſe à ludo ſeceſſit, & ad ſtatuam rediens, annulum recepturus, ecce, videt digitum ſtatuæ vſque ad volam manus recuruatum, & quantumuis conatus annulum recuperare, nec digitum inflectere, nec annulum valuit extrahere. Redit ad Sodales, nec illis ea de re quicquam indicauit.

B Nocte intempeſta cum famulo ad ſtatuam reuertitur, & extenſum vt initio digitum repperit, ſed ſine annulo, iactura diſſimulata, domum ſe confert ad nouam nuptam. Cumque thorum genialem ingreſſus, ſponſæ ſe iungere vellet, ſenſit impediri ſeſe & quiddam nebuloſum ac denſum inter ſuum coniugiſque corpus volutari, ſentiebat id tactu, videre tamen nequibat. hoc obſtaculo ab amplexu prohibebatur. audiebat etiam

C vocem dicentem, *Mecum concumbe, quia hodie me deſponſaſti. Ego ſum Venus, cui digito annulum inſeruiſti, nec reddam. Territus ille tanto prodigio* (inquit Anton.) *nihil referre auſus eſt, vel potuit: inſomnem duxit noctem illam, multum ſecum deliberans. Sic factum eſt per multum tempus, vt quacumque hora cum ſponſa concumbere vellet, illud idem ſentiret & audiret.*

D *Erat ſane alias valens, & domi aptus & militiæ. Tandem vxoris querelis commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito concilio, Palumbo cuidam, presbytero ſuburbano, rem pandunt. is autem erat Necromanticus, & in maleficieos potens. Illectus ergo promiſſis multis, compoſitam epiſtolam dedit iuueni, dicens: Vade illa hora noctis ad compitum, vbi quatuor viæ conueniunt,*

E *& ſtans tacite conſidera. Tranſient ibi figuræ hominum vtriuſque ſexus, omniſque ætatis & conditionis, equites & pedites, quidam læti & quidam triſtes, quicquid audieris, non loquaris. ſequetur illa*

tur illa turba quidam statura procerior, forma corpulentior curru sedens : huic tacitus epistolam trades legendam , statimque fiet, quod postulas. Ille autem iuuenis totum impleuit, prout edoctus erat. Viditque inter cæteros ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inequitantem, crine soluto per humeros iactato , vitta aurea superius constricto, auream virgam gerentem in manibus, qua mulas regebat , prætenuitate vestium pene nuda apparebat, gestus exsequens impudicos. Vltimus dominus turbæ terribiles in iuuenum oculos exacuens , ab axe superbo smaragdis & vnionibus composito , causas viæ ab eo exquirebat.

Nihil ille contra, sed protenta manu epistolam ei porrigit. dæmon notum sigillum non audens contemnere , legit scriptum: moxque brachijs in cœlum eleuatis. Deus, inquit, omnipotens , quamdiu patieris nequitias Palumbi presbyteri ? Nec mora, satellites suos à latere mittit, qui annulum extorquerent à Venere. Illa multum tergiuersata , vix tandem reddidit. Ita iuuenis voti compos , sine obstaculo , potitus est diu suspiratu amoribus. Palumbus autem vbi dæmonis clamorem ad Deum audiuit de se , intellexit sibi præsignari finem dierum. Quocirca omnibus membris vltro truncatis miserabili pœna defunctus est , confessus coram populo Romano inaudita flagitia.] Hæc ille. in cuius verbis & maleficium vides diuisionis, & curationem nefandam per aliud maleficium, & seriam malefici pœnitentiam.

Tertia causa est , si spiritus vitales prohibeantur transire ad membra generationis , & sic seminis decisio impediatur, de quo impedimento , recte Ioan. Maior: differuit *a*.

Quarta est, si semen prolificum exsiccetur & subtrahatur.

Quinta, si virga viri flaccida fiat, saltem quando quis vult actum matrimonij exercere. de quo Ouidius, *Quid vetat & neruos magicas torpere per artes?* Petonius : *Forsitan rediret hoc corpus ad vires, & resipiscerent partes veneficio, credo, sopitæ.*

Sexta , si qua naturalia alia pharmaca applicentur , quibus vis patrandi quouis modo tollatur. hæ causæ vulgatiores cunctis fere notæ & obuiæ sũt apud Doctores *b*.

Septima causa est rariot nempe muliebrium locorum obseratio, vel nimia coarctatio: aut viri genitalium retractatio, absconsio, vel vera ademptio. De virili huiusmodi calamitate narrationes varias sui temporis proponunt Sprenger. & Remig. *c*. Quoad retractionem & absconsionem fortasis illa naturaliter fieri posset, quanquam dubito, & inclino in negantem partem: ademptionem constat esse semper merum præstigium, licet alibi, vt in auiũ nidis apud Sprenger. malefica membra illa ostentet: nec enim aliter potest ista tollere, quam homines , sectione aut simili separatione, adempta vero non magis potest restituere, quam homines. Sunt ergo hi modi quoad viros, præstigiosi. Quoad mulieres, sicut ex naturalibus morbis coarctatio hæc oriri potest, sic etiam à dæmone causari. idque opinor tam de arctitudine in ossibus, quam de arctitudine in carnositate *d*.

Dixi duplex esse impedimentum· vnum quoad omnes, sic inuenio mulctatum Siluanum ab vxore apud Tacitum li. 4. ann. & Aurelium apud Zonaram to. 2. & forte Amasim regem Ægypti *e*: aliud quoad vnam duntaxat personam certam, hoc vocant. Dd. maleficium respectiuum : ita legimus

a in 4. d. 34. a. 3.

b Palu. & Sot. add. d. 34. Siluest. Verb. maleficium, q. 6. Abulen. in ca. 19. Matt. q. 90. *c* p. 2. mal q. 1. c. 7. Remig. li 2. dæmonolat. c. 5

d de vtraque egerunt Vict. Sot. Ledesm. in d. 34. & Henriquez. li. 12. ca. 7. nu. 3. *e* Herodo. lib. 2.

affectum Theodoricum Regem, qui poterat cum concubinis, cum vxore sola non poterat *f*. idem de quodam Eulatio, refert greg. Turonens. lib. 10. ca. 8. Sic Galeacius Sforciæ fraude tactus fuit, ne matrimonio Isabellæ Aragoniæ potiretur *g*.

Dixi secundo, impedimentum quoddam esse temporarium, quoddam perpetuum: perpetuum vocans, quod vsque ad mortem duraturum, nullo naturali remedio, nec alias licite, auferri potest. Scio cum glossa *h*, quosdam negare à diabolo vllum huiusmodi perpetuum impedimentum induci posse: sed scio quoque hoc glossæ dictum communiter à Canonistis & Theologis doctioribus *i* reijci: vt repugnans ipsius contextus menti, licet non verbis.

Deinde cur non, vt semel, sic sæpius poterit dæmon impedire copulam? cur vt sæpius. sic non & poterit toties quoties permittit Deus? Denique falsum est glossæ fundamentum, semper ab auctore maleficiũ illud tolli posse: postea *lib. vlt.* docebimus, aliquando non posse maleficas sanare, quæ nocuerunt. Nec dubitar im plura posse dæmonem destruere, quam reparare. Quid si membrum præsciderit? non magis illud valebit restituere, quam vitam semel ademptam. Ex his puto facile (lector) intelligis temere Mich. Montanum *libro primo. des assaus cap.* 21. adimere hæc maleficia dæmoni, vt adscribat viribus imaginationis. potest illa impotentem aliquem ad res veneris reddere, nemo negat, verum effectus tam varios ac multiplices vni adscribere imaginationi, nec Orestes quidem duxerit in dilucidis interuallis. Quis locus imaginationi in alias valido, & cupido, & sperante se posse, imo non dubitante: prima vice, qua spe fallitur.

Vltimo loco huic maleficij generi videtur annumerandum, quod refert Saxo Grammaticis, his verbis *k*, *Mares in vrbe Karentina*, (apud Rugianos) *cum fœminus in concubitum admißu, canum exemplo, cohærere solebant: nec ab ipsis morando diuelli poterant. Interdum vtrique pertici è diuerso appensi, inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuerunt.*] Sane ijs, qui feræ, & non homines. hominib. enim tam acerba hominum calamitas, non cachinnos, sed singultus, sed lachrymas excutiat. Hei! quid peccata non merentur? quid non vltionis clementissimo Deo extorquent, fieri potest, vt dæmonum hic opera interceserit & Deo, illa vt carnificum vtente manu, hoc supplicij diris simi genus à commeritis exegerint. quod si in adulteros, & concubinarios hodie similia iudicia exerceantur, quæ praticæ suffecerint? plures sane continentiam amarent, & obscænas lididines auersarentur. Fieri etiam potest, vt meræ dæmonis præstigiæ fuerint, si non fuere præstigiæ, vix est vt naturalis ratio reddi queat: nisi dicas & viscositatem seminis, & dispositiones membri, quæ in feris sic cohærere solitis insunt, in hos homines à dæmone introductas: quod puto eius industriam & vires nõ superare.

Quid si & Salmacis fons maleficum quid habuerit iniectum? sane, quod Straco *libro* 14. de illo refert μαλακιζουσα τὸς πίνοντες, ex eo bibentes malaciſari: id ego non tam ad mutationem in Hermaphroditos *l*, quam ad emasculationem, & (vt Varro loquitur, alio tamen sensu) mulierationem retulerim. Hæc enim hominibus illis à Christi lege & fide alienis, quasi

necessa-

f Paul Æmyl. in vita Clotarij.

g Franc. Guicciardin. in hist. Ital.

h in c. requisist. &c. si per sortiarias 33. q. 1. Cardi. ibi *i* Abb. & alij ad tit. de frigid. & malef. Nauarr. cons. t. l. 4 tit. 15. Aboulens. d. 34. & ibi. D. Tho. a. t. Duran. Paiuda. Richa. Maior Soto. Victerque Ledesma, Palac. & alij citati per Henquez. d. c. 8. §. 2. lit. O.

k l. 14. hist. Danor.

l vt Ouid. l. 4. Metamor.

necessaria consecutio (nefas?) videbatur, vt qui agere nequiret, pati inciperet. Beneficium hoc inter cætera fidei Christianæ non minimum; quod cum dæmonum cultu portentosa hæc dæmonum suasu & hortatu crimina paganismo inolita, tandem plerisque in regionibus prorsus exoleuerint.

SECTIO IX.

De maleficio odij.

HOc vsam Valascam supr. ostendi, & agnouit Arnobius lib. 2 contra gentes. Addam alia. Godscalcus Hollenus Augustinianus *Præceptorij fol. 20. lit. A.* sic scribit: *Noui mulierem, quæ voluit facere diuortium inter duos se mutuo amantes, propter quod deberet salariari. Scripsit in chartulis duos characteres ignotos, cum alijs tamen deuotis verbis, & dedit chartulas vt portarent: & tamen nulla sequebatur diuisio. Secundo scripsit hæc eadem in caseo, & dedit illis ad comedendum: & accepit postea pullum nigrum, & diuisit per medium, obtulit vnam partem diabolo (certo sacrificij ritu) & aliam dedit ad comedendum illis duobus, tunc sequebatur maximum odium inter eos: ita quod vnus alium videre non poterat. Vnde hoc nisi quod dæmon habuit tunc offertorium suum?* sic ille. Censeo hoc maleficij genus respexisse poetam, cum inducit dæmoni quandam dicentem.

Tu potes vnanimes in prælia mittere fratres.

And. Cæsalpin. *de inuestigat. Damon. c.* 10 scribit solere maleficas sub limine vel in angulis domus capita serpentum & pelles defode re ad odium conciliandum. Sed hæ quisquiliæ signa tantum sunt pacti conuenti. Nam odij maleficium auctorem habet dæmonem. Nec enim naturalia pharmaca possent aliud, quam hominem atro turbidoq; sanguine, & quadam melancholia graui afficere: item humorem nimis adumis adurere, vel frigus noxium inducere. vnde oriatur quædam ferocitas, morositas, crudelitas, & misanthropia in vniuersum, qualis est in ijs qui supina insania laborant. Postea dæmon hoc odium dirigit in certam personam, omnes odio oportunas imagines phantasiæ obijciens, & velut ob oculos ponens, & in memoriam reducens, cum amaritudinis miris modis cauisque, adeo vt cum illa recurrunt animo, vix queat homo non grauissime irritari, & excandescere, etiam in illos, quos hac perturbatione desinente efflictim amat. Huius maleficij memorabile exemplum narrat Io. Bapt. Codronchus *lib. 3. de morb. malefic. c.* 8. sic ille; *In oppido Sepino ditionis Neapolitanæ erat quidam Iacobus nomine, cuius vxor tantum odium cum eo exercebat, vt à primo die, quo inter ipsos matrimonium contractum fuit, simul habitare non potuerint: tantum abest, vt sese inuicem copulauerint. Et, si quando Iacobus ad vxorem accedere voluisset, tanto furore ac rabie percita vxor erat, vt se per fenestram potius præcipitem daret, quam illum perpeti posset.*

Quod cum cuidam religioso viro ab ipsis hospitio recepto narratum esset, de hac re durius & ad fidem præstandam difficulter se habens, experiundi gratia illicò mulierem accersiri iubet, eiusque maritus in interiorem ædium partem sese abdidit, ne eius præsentia vxor ingredi renueret. Venit mulier: quæ de odij sui causa contra coniugem interrogata, suam vicem prius, miserunque finem cum deplorasset, se nullam inquit eius rei rationem reddere posse. quin absentis mariti;

tanto desiderio & amore seflagrare dicebat, vt id verba exprimere nequiret. Cum autem ad illum alloquendum & videndum accedere vellet, illico imaginationi suæ, tot deformitatibus, & turpitudinibus, totque horribilibus monstris maritum, depictum apparere, vt mortem prius subire vellet, quam illum ferre asserens, quod eius anima tota omnesque vires, & spirituum partes in maritum, tanquam in oblatum malum, & sui perniciem ferebantur. Rursus eo absente eiusdem desiderio æstuare se aiebat. De cuius mulieris verbis, cum bonus ille Sacerdos periculum facere vellet, dixit mulieribus eam comitantibus, vt illam circum pedes, & brachia circum lectum valido sune in crucis modum vincirent, quo maritus, omni repugnantia remota, expeditum accessum ad eam haberet. Verebatur enim ille Sacerdos, ne ob deformitatem aliquam cælandam mulier se ita affectam esse simularet. Vxor denique se ob mariti desiderium ligandam tradidit, rogans, vt ad se maritum admitterent. Quo ingrediente, nullæ vnquam furiatam immanes visæ sunt, nulla ferata efferata, nulla belua tanta rabie & furore concitata, ei similis inuenta fuit: spumam ex ore emittebat, dentibus fremebat, oculos contorquebat, totumque corpus velut furijs agitatum ac dæmonibus plenum videbatur, Mulieresque ibi assidentes retulerunt eius ventrem ac stomachum funibus contortis, ipsis tangentibus, refertum visum esse, totamque cutim vt flagris cæsis redactam.

Nec ferendi finis factus est, donec maritus concertationis labore defessus, & illius misericordia motus illinc exyt. Et tandem post tres annos mulier quædam in veneficijs versata, qua Iacobi matrimonium cum illa vxore grauiter molesteque tulerat, maleficium quod patrauerat soluit. Et ita Iacobus vxore potitus est: & inde in summa pace atque otio tranquillissimè vixit.]

Huc pertinet *maleficium oblitionis*, quo fit vt viri vxores ita negligant, vt videantur earum non meminisse. Rem exemplò declarabo, duobus testibus ijsdem illis comprobatam. *In oppido Hetruriæ Sangemtinianensi iuuenis quidam adeo perditè veneficam mulierem adamauit, vt formosam alioquin & honestam vxorem vna cum filiis reliquerit, & cum pellice, suorum immemor vitam eo vsque traduxerit, donec vxor de maleficio monita eo concessisset, & clam maleficij instrumento perquisito, inuenisset sub lecto bufonem olla incluſum confutis oculis: eo igitur abrepto & solutis oculis postea cremato: confestim vir suorum recordatus, tanquam è somno surgens ad vxorem & filios reuersus est:]* Cõdronch. d. l. 3. c. 6. Cæsalpin. c. 10. de dæmon. inuestigat.

SECTIO X.

De incendiario malefico.

NOn animum inflammant modo, sed & corpora & domos, & oppida: vt facile appareat æterni ignis esse alimenta.

Corona Creusæ nota est, quam munere impio Medea concremauit, ex asphalto humectiore & sulphure pharmaco inunctam volunt Cælius *libr.* 15. *A. L. cap.* 13. & Venetus Natalis *l. b. 6. mythol. cap.* 7. quasi horum tanta vis esse potuerit, vt modica inunctione totam Regiam Corinthi corripere posset cur non naphtam medicam addidere? vis nonne eius efficacior? cur non *insopibilis*, vt vocat Martianus, *perennitatis ignículos Lemny Fabri*? cur non flammiuomi pecoris Æethæ? cur non femina flammæ Medusæ? cur non cuncta quæ Tragicus commiscentem facit Medæam?

Præ sororis, impiæ matris faciem
Vltricis Altheæ vides.
.....tu nunc vestes.
Tinguæ Creusæ, quas cum primum
Sumpserit, imas vrat repens
Flamma medullas, ignis fuluo
Clusus in auro latet obscurus,
Quem mihi, cœli qui furta luit
Viscere fato: dedit & docuit
Condere vires arte Prometheus.
Dedit ac, tenui sulphure tectos,
Mulciber ignes. & viuacis
Fulgura flammæ de cognato
Phaetonte tuli. habeo media
Dona Chimeræ. habeo flammas
Vsto Tauri gutture raptas,
Quas permisto felle Medusæ
Tacitum iussit seruare malum.

Omnia quidem hæc fabulosa, sed efficacissima ad extinguibile incendium opinabantur vulgo: poeta vero gnarus vim illam, à dæmone ex pacto se exserturam, concludit prece ad Hecaten (magorum Numen)

Adde venenis stimulos. Hecate,
Donisque meis semina flammæ
Condita serua. quo pacto condita & clausa? vt solent hodie. initio impune contingas, & adspectu nihil vel sensu ignitum.

.....fallant visus.
Venasque calor. stillent artus.
Ossaque fument..... ita fit, & omnia amburuntur.

Illic quid mox. *Auidus per omnem regiæ partem furit.*

Vt iussus ignis, iam domus tota occidit:
Vrbi timetur, vnde flammas opprimat?
Et hoc in ista clade mirandum accidit:
Alit vnda flammas, quoque prohibetur magis,
Magis ardet ignis: ipsa præsidia occupat.

Nemo hic adeo Philosophus sit opinor, quin maleficam vim agnoscat. Ne fabulas opinemur, faciunt quæ recens gemina contigerunt, prodita à Nicolao Remigio *lib. 2. c. 13.* Letherij quędam saga cui nomen Iana Nigra Armacuriana obnixè quiddam à Francisca Huyna contenderat, quod cum impetrare nequiret, in desiderium vindictæ exarsit. Nam *accepto* (inquit) *à dæmone linteolo, quo erat inuoluta minutia quædam instar defecti, admonita est clam illud deponere in Huynæ ædes, ac properè facescere. fore enim vt non multo post flammam corriperet subito, vnde illæ cum omni supellectile consumerentur. Linteolum igitur glomo obuoluit, ac Huynæ, tum forte aliquid in furnaria aqenti, venale offert, in telæ qua illam adornare audiebat licium: sed cum negaret eo sibi opus esse quod ex domesticis operis speraret plus satis sibi futurum. Nihilominus bona illa in pistorium lacum, qui prope erat, abiecit: addens se, si tum id vsui esse non contingeret, cum vellet, restituturum.*

Ac vix pedem extulerat, cum deflagrare cœpit cella illa farinaria, quæ depositum glomum continebat, deinde vniuersa domus adeo præcipiti ardore atque incendio; vt nullum ei remediū satis mature adferri posset. Res vtriusque diserea, atque separata assertione, simul & ipso euentu fidem sibi apud omnes indubitatam vindicauit.]

Minus latens incendium, sed pernicioſus fuit, quod ita describit Erasmus Roterodamus, & etiam Lycosthenus *in Prodigijs* testatur ille sic in Epistolis: *Oppidum est in Heluetia, nomine Schûtach, quod 4. Idus Aprilis anno 1533. totum subito conflagrauit, eiusque*

incendij causam, quantum illius loci municipes apud Friburgi magistratum, quæ vrbs illinc abest octo milliaribus Germanicis) renunciauerunt, talem fuisse rumor est. Dæmon sibilo signum dedit è quadam ædium parte. Caupo suspicans esse furem, ascendit, neminem reperit: Sed idem signum rursus ex alto cœnaculo redditum est. & huc conscendit, caupo, furem persequens. Cum nec illic quicquam appareret, sibilus auditus est è fastigio fumarij. Ilico tetigit cauponis animum, esse dæmoniacum quiddam.

Iubet suos esse præsenti animo, accersiti sunt Sacerdotes duo. adhibitus exorcismus, respondit se esse dæmonem, rogatus quid illic ageret, ait, se velle eruere oppidum. Minantibus sacrificis respondit, se pro nihilo ducere minas illorum. quod alter esset scortator vterque fur. Aliquando post mulierculam, qui cum habuerat consuetudinem annis quatuordecim: cum interim illa quotannis confiteretur, & acciperet Eucharistiam: sustulit in aerem, imposuitque fumarij fastigio: tradidit ollam: iussit, vt inuerteret, murmurat, & intra horam totum oppidum combustum est.] Hæc ille, nec admodum multi sunt anni, cum per Rhenanum tractum incendiarij quidam grassabantur: qui in aliorum domibus, gladium, hastam, scipionem, vel quid aliud caloris aut ignis expers deponebant: atque mox post aliquot horas inde prorumpens flamma, quasi ex malleolis, ædes absumebat.

SECTIO V.

Quibus personis malefici queant nocere?

CVm Draco ille antiquus vsque ad iudicij diem mansurus sit legatus, à nemini potest nocere, nisi cui Deus permiserit, & quantum permiserit. D. Leo, *Et cum eis* (inquit) *nihil amplius in quenquam liceat, quam iustitia diuina permiserit, quæ dignatur suos aut corrigere disciplina, aut exercere patientia, agunt, tamen versutissima arte fallacia, vt ex arbitrio propriæ potestatis, aut lædere videantur, aut parcere: & multis (quod dolendum est) ita per nequitiam simulationis illudunt, vt quidam illos timeat pati infensos, & velint habere placatos cum beneficia dæmonum omnibus sint nocentiora vulneribus. quia tutius est homini inimicitiam diaboli meruisse, quam pacem,*] Serm. 19. de passione Domini. Vt porcos subiret, à Christo veniam petijt, *b* nec mendaces facere Prophetas Achabi, *c* nec Iobum Affligere *d* sine diuina potuit permissione. Hac obtenta, *non est potestas, quæ comparari queat ei super terram.* *e* Quare, cum per dæmonem damna malefici inferant: sequitur illis omnibus eos nocere posse, cui ne noceant Deus non prohibuerit, Defendit autem Deus omnes sincere sperantes in se: *liberat eos de laqueo venantium, & à verbo aspero, à timore nocturno, à sagitta volante in die, ab incursu & dæmonio meridiano,* & tribuit virtutem, *super aspidem & basiliscum ambulandi, & conculcandi leonem, & draconem,* *f* hoc est superandi omnem vim, & effugiendi omnes insidias principum tenebrarum.

b Matt. 8. v. 31. 63. Reg. 22. v. 22. *d* Iob. 1. vers. 12. & 2. v. 6. *e* Iob. 41. v. 34.

Dico igitur primo. *Deo permittente* quod in seqq. etiam præsuppono) *fœderatus dæmonis inferioris posset nocere dæmonis superioris fœderato, non virtute sua, sed acceptæ licentiæ vi: quia dæmon ille superior non potest resistere diuinæ voluntati. Alioqui, si Deus sinat eos agere iuxta legem ordinariam, duntaxat possunt fœderati dæmonis supe-*

f Ps. 30. 7. 5. 6. 13.

rioris nocere inferioribus, vel æqualibus: quia lex ordinaria est, qua Deus sinit illos agere in inuicem quantum possunt: *maleficorum vero robur & potestas dependet à potentia dæmonis cum quo pactum habent.* sic vetula malefica occidit iuuẽculam maleficã, apud Sprengerum *g.* sic finita sæpe Magorum certamina cum alterius morte, vt docui lib. præced.

g 2 *p. q.* 2. *principali.*

2. Frequentissime *solent nocere infantulis*, Deo id permittente, quoad baptizatos quidem, quia sic à multis peccatis præseruati in cœlum rapiuntur felices, securi q; malitia non mutabit eorum intellectum permittit hoc etiam Deus in pœnam parentum, vel ad eorum probationem, teste D. August. *h.* Ante baptismum vero perceptum, non raro permittit illos Deus occidi, ne, propter, actualia peccata, quæ commissuros videbat si viuerent grauiorem sibi damnationem acquirant: neque Deus propterea crudelis est, aut non iustus: quia propter solum originale peccatum mortẽ merebantur: Sane nondum ablutis vnda sacra videmus vt plurimum Dæmones insidias struere, & eorũ nece gaudere: quia tunc, qui necant malefici, longe grauius peccant, & atrocius Deum offendunt. nam plane innocentes atque innocuos anima simul & corpore perdũt, præsertim si liberos proprios, quos & dæmoni offerre, & occidere sæpe solent striges: sicut olim faciebãt Cananæi, & cultores Moloch *i*, & Barbari nostris temporibus Indi Temixistitani. Narrantur in hoc genere infanticidij immania facinora Baronis cuiusdam Armorici, à Nicol. Iaquerio *k*, & Sagæ Helueticæ à Sprengero *l*. Cur vero potissimum tam teneræ ætati noceant, multæ sunt causæ. hæc

h lib. 21. de ciu. Dei. c. 14.

i Leuit. 18. v 21. Psal. 105. v 37. 4. Reg. 23. v. 10 Ier. 32. v. 35.

k flagelli fascinariorum ca. 15 ld p. 2. q. 1. c. 13.

A ætas est imbecillior ad resistendum, est incautior ad cauẽdum: nequit earum conatum deprehendere. vel reuelare, vel accusare. petunt etiam ab his instrumenta maleficiorum. nam persuasum habent, si certo numero corda infantium exsciderint & comederint, se patientiam omnium tormentorum consecuturas adeo, vt ad confessionem criminum perduci non

B queant *m*: cõficiunt quoq; ex corpusculis infantium occisorum famosum illud vnguentum suum, quod Grillandus dicit vocari in Itali, *vnguentum Paganum.*

m Binsfel. in l. multi C. de malef. q. 2.

Dico 3. *haud dubie quando naturalibus venenis vtuntur, æque possunt (Deo tamen permittente) bonis hominibus nocere ac malis: de facto tamen sæpius nocet malis & peccatoribus, quã iustis & bonis.* Quoniam Deus plus sæpe iuris tyranno

C largitur in mancipia, quam in Dei filios & amicos: quibus ipsis tamen interdũ nocere permittit, propter maius bonum eorummet, qui patiuntur.

De iudicibus & iustitiæ ministris præcipue quæritur an & his nocere queant? vulgo decãtata, & à nonnullis etiam doctis recepta opinio est, ex speciali priuilegio his cõcesso, nõ posse *a*. hi duabus rationibus vtuntur, vnam petunt

D ab experientia & euentu, sed ista nec perpetua & vniformis est, nec nunquam fallit. aliam rationem addit Ananias, quia si nocere possent iudicibus, viderentur aliquid in ipsum Deũ iuris habere, quia ius haberent in illos qui Dei funguntur officio. ratio ista valeret, si absolute, & non limitate ex

E Dei permissione, id possent: nũc quia potestas ista tota pendet à nutu Dei permittentis, parum solida ratio est. Nonne in ipsum Christum, qui iudex

a Grill. q. 7 n. 39 Ananias l. 4. de nat dæm. Rem lib. 1. dæmonolat. c. 2.

ipsorum dæmonum est, potuit diabolus & Iudæi atq; Romani eius membra, adeo vt & in crucem egerint? nõne Iob, rex erat & iudex & tamen priuatus cunctis opibus fuit, & vlcere pessimo corpus à dæmone obtectus? quis tamen inde inferat, in Deum ipsum aliquid iuris habuisse dæmonem? sane nullus. quia sciunt omnes, hoc quicquid potestatis fuit, id de super à Deo Patre luminum fuisse concessum. Sed & sic dari dæmoni nunc posse à summo iudice, & tamen in hunc illi propterea nihil iuris proprij, sed delegati tantum competeret. Proferuntur quædam exempla, inter quæ formicarij auctor *b*, *de publica vero iustitia* (inquit) *omnes malefici, qui supra, & verbo & experientia testimonium dederunt, quod eo ipso, quod per reipubl. iustitiæ officiales capiuntur, statim omnis maleficiorum eneruatur potestas. Vnde cum sæpedictus iudex Petrus, antefatum Stadelein, capere vellet per suos famulos, tantus tremor manibus eorum incussus est, & corporibus, & naribus illapsus tam malus fœtor, vt fere desperarent, an maleficum inuadere auderent. Quibus iudex ait, secure miserum inuadite, quia publica tactus iustitia omnes vires perdet suæ nequitiæ.*] Niderius itaque censuit, non ante hanc vim iudicibus ex priuilegio cõpetere, quam reo capto. Monstreletus quoque lib. 4. Chronicorum de Edelino agens id videtur confirmare. Attamen si diuinum priuilegium foret cunctis iudicibus concessum, cum Dei perfecta sint opera, & executionis iustitiæ, tam necessaria, tamque principalis pars sit ipsa captura: non dubito, quin & ad illam extenderetur. quare neq; ad illudendum satellitibus capientibus maleficium valiturum: Arbitror potius hic Petri firmam in Deo fiduciam ei fuisse auxilio, quam priuilegium illud. Quid? quod Sprengerus ipse refert, & nos retulimus, etiam in ipso rogo sententia iudicis damnatam lamiam solo anhelitu carnifici leprã intulisse, cum ipsa leprosa non esset? Et cum Parisijs ante annos triginta degerem, fama publica ferebat famosum Magum (quem sæpe vidi) nomine Magistrum Goninum, cum propter facinora varia ad laqueum damnatus fuisset, sic illusisse iudicibus, vt pro ipso viderint appẽsam patibulo, primi Pręsidis mulam. Nihil adfirmo, sed hoc fama dispersum sæpe audiui: certe ille iudicio superuixit.

b lib. vlt.

Prudentius itaque Ananias *c*. hoc priuilegium restringit ad eos iudices, qui hoc digni nomine, qui Deum præ oculis habentes recte riteq; suo funguntur officio. nam quos auaritia excæcat, quos trahit ambitio, quos crudelitas vel vindictę amor agit qui curiositate adducti perperam multa designãt, hos, ait, *crebro sic à dæmone excipi & impeti, vt aliquando necem non euadant, idque non paucis accidisse.* Satis hoc verisimile mihi videtur, & diuinæ cõgruum prouidentiæ atque iustitiæ, peculiatis tamen priuilegij, ne quoad hos quidem, vllum diploma puto exstare. Quamobrem censeo, iudicum pietatem, firmitatem fidei, & iustitiæ zelum hoc à Deo vt plurimum impetrare: quæ quia desunt quibusdam, etiam eos hoc peculiari scuto Deus denudans, noxæ exponit. Accedit quod ipsimet dæmones vilissima hæc sua mancipia ignibus tradi non modo nõ moleste ferant, sed frequenter etiam iudicibus quasi in manum tradant. cur igitur iudici noceat, qui reũ damnari & occidi optauit? vnde igitur in-

c d. li. 4. nat. dem.

quies

quíes orta hæc opinio? Duplicis generis hæc sunt maleficia. quædam nocendi vim naturalem non habent: talia frequentius vtuntur. quædam vim habét physicam exitialem: talia Deus non permittit dæmonem satis suggerere contra iudices, vicarios Dei: vel si talia permittit suggerere, facit tamẽ vt alia illa præferant, aut vt naturalibus non vt oportet vrantur, atque ita fiant irrita. Quod cum sæpius expertæ, confitentur se iudicibus nocere non posse à quibus possent: nisi Deus impediret, vel concursum cum maleficis rebus suum cohiberet. *Plura pete ex lib. 5. sect. 7. litt. D.*

QVÆSTIO VI.

Cur Deus patiatur sic maleficos rebus sacris abuti.

QVæstionem hanc mouet & soluit Grilland. *q. 6. n. 19.* ego hanc non exiguam vindictę diuinæ partem existimo, punientis hominum peccata, & sic huius quæstionis eandem esse solutionem, quæ est sequentis, præcipuam tamen causam puto esse irreuerentiam ipsorum Sacerdotum & clericorum, vasa Domini non eo in honore, quo oportet, habentium, nec seipsos castos & puros à lorde peccatorum, vt decet, sanctificatos, exhibentium. sic enim prouocant in caput suum propheticam comminationem *d incensum abominatio est mihi. Neomenias, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram. Kalendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. laboraui sustinens, auferam sepem eius & erit in direptionem, diruam maceriam eius & erit in conculcationem.* *e.*] & quæ talia innumera in sacris literis.

d Esa. 1. v. 13.

e Es. 5. v. 5.

QVÆSTIO VII.

Cur per maleficia sic Deus permittat dæmonem grassari?

COnsuli possunt de hac re Trithemius *q. 5. l. 8. quæstionum*, & Iaquerius *flagell. Fascin. cap. 18. cum seqq.* causas easdẽ puto, propter quas solet pati hominem à dæmone inuadi & possideri. hæ ex obseruatione veteris Historiæ possunt multæ colligi, quæ ad duo capita fere possunt reuocari gloriam Dei, & hominum vtilitatem. Quare non est mirandum, *si* (vt ait apud Bedam S. Cuthbertus) *tali tormento non soli subyciuntur mali, sed occulto Dei iudicio aliquoties etiam innocentes, in hoc seculo, non tantum corpore, sed & mente captiuantur à Diabolo f.*]

f Surius 10. 2. f. 309

SECTIO I.

GLoria Dei hinc augetur in nobis, quia sic attributa quædã gloriola Dei nobis manifestantur, ostenditur *Constantia* in decretis. quia vt hominem liberum creauit, ita libere finit peccare, nec hãc libertatem impedit. cernitur etiam *Suauitas* in gubernando: quia cum etiam dæmoni liberum arbitrium dederit, violentum videretur semper impedire, quod diabolus naturaliter potest & optat summopere: ideo finit illum aliquando id perficere. *Clementia* in genus humanũ hinc elucet, quia si quantum vult & potest diabol⁹ nocere permitteretur, nemo illæsus esset, immo & homines omnes occideret, ideo Deus frequentius illi facultatem nocendi denegat. accedit, quod nec illos ad pœnitentiãrecipere dedignatur, qui se pactis conuentis & data syngrapha dæmoni manciparunt. Nonne hęc summa est clemẽtia, cum vbi abundauit peccatum, super-

abundat gratia, & fit misericordia Dei super omnia opera eius. *Sapientia* elucet, quia cum diabolum Deus vti sinat, naturalibus suis viribus, efficit tamen, vt pater iste superborum ab imbecillis sæpe homullis, qui quæ Dei sunt sapiunt, superetur, & vt ad sordidissima abiectissimaq; ferēda patienque se deijciat, qui solium super Aquilone conatus fuit locare. Præterea Deus, quia solet ex malis bonum elicere, vnius peccatum facit alterius esse meritū. *Potentia* elucet, quia qñ permittit dæmonia maiora (v. g. aquam in sanguinem vertere, ranas producere) tñ nō sinit eum perficere minora (v. g culices gignere) Quod euidēter demonstrat Deo dæmonem prorsus esse subiectum & sublegem, nec quicquam sine eius posse licentia cui, vt lictor vel carnifex Principi, subseruit secundum D. August. *a. Iustitia* deniq; probatur, quia delicta hominum etiam in hac vita sic punit: quod quia homini quoque ipsi expedit, ideo hæc ratio ad alterum quoque caput pertinens, mixta est, & in vltimum locum à me reseruatur.

a com in Psal. 77.

Secundum erat *hominum vtilitas*. hæc multiplex est? Nam quibus maleficio nocitum, eorum primo patiētia exercetur, & constantia roboratur *b*, & merita augētur, & homines ad pœnitentiā & Sacramenta Ecclesię vsurpanda reuocantur. Secundo fit cuiq; palā, num Deum diligā, necne *c*: tunc n. qui Deum non diligunt, ad vetitas artes confugiunt, qui Deum amant, illi patienter ferunt, & se diuinæ voluntati atque præsidio permittunt *d*. Tertio his vera humilitas acquiritur, vt confirmatur exemplo heremitæ cuiusdam apud Seuerum Sulpitium *e*. Quarto sternunt viam facilem ad omne genus virtutum. sic enim cōtingit B. Iuliano, vt cum fraude diaboli, vtrumque parentem occidisset, hæc illi ad meliorem vitam occasio fuerit, sicque in virum sanctissimum euaserit *f*. Nonne solet afflictio intellectum dare, & animas à peccatis imminentibus & exitio seruare? Quinto sic fides Catholica confirmatur & ꝓpagatur. Nam sic adstruitur fides cōtra infideles & atheos, qui spiritus & angelos esse negāt. nam eos ipsa conuincit experientia. Quia tales erant, Christo Domino in terris conuersante, Sadducæi, frequētior trium annorum spacio de energumenis fit mentio, quam toto veteri testamento, per tot sæcula: & quia in Ecclesia primitiua similis fuit error Peripateticorum, idcirco tam multi tunc per dæmones obsessi & ereptig. Quia hodie atheismus ex Caluinismi radice repullulat, idcirco tot passim maleficorum examina succisa multiplicantur. Deinde contra hæreticorum nostri temporis perfidiam fides nostra stabilitur, cum videamus dæmonum fraude data per magos damna, ab eorum Symmistis, vt cum Florente loquar, *prorsus nulla remediari*, sed eo dæmones loco Nouatorum habere adiurationes, quo Iudaicas olim filiorum Sceuæ: hi numero septem, vt simiæ solent, D. Paulum in exorcismis imitabantur: sed insultans illis diabolus, Iesum se nosse, Paulum nosse, ipsos non nosse inclamauit, & energumenus in eos insiliens κατακυριεῦσαν αὐτῶν ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, sic cōtra eos præualuit, &, vt dominus mancipia, nudos, & vulneratos effugere coegit *h*. Nonne sic dæmon VVittenbergensis Lutherum in summas angustias, & alui profluuium adegit? narrat historiam oculatus

b Iob. 1. & 2.

c Deut 13 v. 3. D. Aug. tract. 7. in Io. D Leo hom 19. de pass.

d D Clem Rom lib 2. recognit.

e Dial. 1. c. 14.

f Marcel. lib. 2. c. 11. & lib. 4. c. 10. Fulgos. lib. 6. c. 9.

g testatur id Tertul. in apolog. & lib. ad Scapulam & D. Cyp. aduers. Demetriani.

h Act. 19. a. v. 13.

testis,

testis, tunc Lutheri seruator, Staphylus. *k* Nõne sic anno 1582. Birgellis dęmon parochum Lutheranum contẽplit & afflixit, quem Franciscanus facile eiecit? narrat historiam idem Bredenbach. *k* Nõne prius Augustæ Vindelicorum anno 1563. Doctor Simõ, Pastor Catholicus, energumenam liberauit, quod frustra plures Ministri confessionis Augustanæ fuerãt conati: testis est idem ille scriptor. *l* Nonne Laodunensis energumenæ ex ore dęmon, Caluinianos irridens, nihil sibi ab illis timendum clamabat, cunctis audientibus (anno 1566.) quoniam amici essent & fœderati? *m* res est toti Picardiæ notior, quam vt negari possit. Sane fuit animaduersum, & quo tempore Lutherus obiit, in Geila Brabantiæ, ab obsessis dæmones ad Lutheri funus aduolasse, & quando (anno 1566.) Belgica fuit iconoclastria, tũ Geilæ, tum Amsterodami, vt Goesiis adessent, obsessos iterum deseruisse: *n* Ipsi vicissim Caluiniani, grati animi ostendẽdi causa, Parisiis in D. Medardi templo, in vitrea fenestra, qua extremi iudicii imago cõtinebatur, vnicum reliquere dæmonem rubrum, (quem ipse vidi;) in D. Pauli Londinẽsis æde, solam effigiem diaboli, quẽ D. Michael calcarat, Antuerpię in ęde summa, vidi solam relictam statuam diaboli, qui malo ad sinistrã latroni insidebat, Ruremundi solum simulachrũ dęmonis follicularii, qui D. Genouefæ solet appingi, deniq; Lugduni Batauorum, cum excurrerent Frãciscan. monasterium suburbanum euersuri, quandam, vexilli loco imaginem diaboli prælongo fixam hastili *o* prætulerunt, vt appareret, cui forent stipendiati, cuius auctorati militiæ. Quotidie cernimus Dæmones, malesicos, & nouatores, quasi communi b⁹ animis & odiis in Catholicos ferri, grauissimos tamen Magorum & diaboli conatus, & noxas; vel illos irritos reddi, vel has aboleri, Catholicis precationibus benedictionibus rebus sacratis, Sacramentisque, vt fuse probabitur postea *lib. vlt.*

i Staph. in absoluta respons. cõtra Smidel. quo libro qui cærent legant Lindani Dubitantius Dialog. 3. ca. 1. vel Bredẽbachii lib. 7. collat. c. 40
k d. li. 7. c. 43
l sup. c. 42
m vid. Acta gallice fidelissime conscripta & non semel edita, & Fasc. Energumenum sine Alexiacii. a Lindan. li. 1 de fugiend. idol. ca. 14. Bredebachius d. lib. 7. c. 37. & 39.
o Lindan. d. li. 1. c. 15. Bredebac. sup. c. 38.

SECTIO II.

DIxi permissionis causam esse peccati vindictam, & sane hæc frequentissima est. aliquando sic punit Deus peccata aliena, sed hoc rarius. si propter B. Eleutherii immoderatam lætitiam, diabolus eius discipulum, quem reliquerat, iterato inuasit, *p* sic infantulum Diabolus exstinxit, quia parens detrahentem Episcopo lubenter auscultarat, *q* & non raro liberi, eo quod ipsis immeritis mala parẽtes imprecati fuerint, atrociter à dæmone mulctantur; quod tum sit ad sumendam de ipsis parentibus vltionem: exempla præbet Cæsarius, *r* à quo & vnum habes, de marito, cuius exsecratione iniqua permotus Deus, permisit vxorem eius à dæmone affligi. *s* Sed frequentius atq; vt plurimum, sic per dæmonem Deus punit varia hominũ facinora propria, præsertim certa q̃dam quæ hoc loco enumerari, ad multorum vtilitatem arbitror futurũ, vt quos peccati fœditas non mouet, eos atrocitas pœnarum permoueat. *Primum* ergo est *ex superbiæ nascens contumacia* in eos, quibus iure obedientia debebatur, propter hanc cœlo dæmones deturbati, & Adamus Paradiso exturbatus, *a* & Nabuchodonosor sic dementatus, vt se bestiam credere, *b* & Ægyptij puniti malorum Angelorum immissione, propter hanc in parentes puniti illi, de quibus sic Ioãnes

p D. Greg. lib. 1. Dial. c. 20.
q D. Greg. lib. 1. Dial. c. 33.
r lib. 5. Miracul. c. 12. & 26.
s d. lib. 5. c. 11.
a Gen. 3.
b Dan. 4.
c Psal. 77. v. 49.

Archipresbyter scribit *in vita D. Zenobij* Florentini. *d Cum mulier quædam Pagana & illustris, & diues valde in hac ciuitate, mortuo viro, duos superstites haberet filios, quos delicatissime enutrierat, & ad perfectam illi iam peruenissent ætatem, quodam die in iram versi, matrem propriam pluribus verberibus enormiter flagellarunt. Quod scelus ipsa impatienter abhorrens, corpora eorum horrendis imprecationibus detestata fuit, genibusque procumbens & terram manibus pulsans, Erynnem, cæterasque infernas pestes in rabiem filiorum magno cum gemitu inuocat. Exaudiunt dæmones ab imis tenebris: iuuenes aggrediuntur, illos in furias exagitant; Qui statim vt rabidi canes, mordaciter adinuicem sua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens, alij funes, alij cathenas ferunt. ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent, &c.*] aliud quod paulo post accidit, narratur à D. August. *e* & morbi & sanationis ad reliquias D. Stephani oculato teste, de decem fratribus, quod vt & parẽtes, sic imprecantes, non ferre inultũ videatis, ex ipso Pauli libello, quem obtulit D. Augustino, præstat adscribere: *f* sic ergo Paulus ait; *Cum adhuc in patria nostra Cappadociæ Cæsarea moraremur, frater noster natu maior grauibus, atque intolerandis communem matrem affecit iniuriis: in tantum, vt ei etiam manus non dubitaret inferre. Quod nos omnes filij pariter congregati patienter tulimus; vt ne verbum quidem fratri nostro pro matre nostra, cur hoc faceret dixerimus. Illa autem fœminei doloris stimulis incitata, iniuriosum filium maledicendo punire constituit. Cumq; ad sacri baptismatis fontem, post gallorum cantus, memorato filio suo iram Dei imprecatura, properaret: tunc ei nesc[illegible], in patrui nostri similitudine, vt intelligitur, dæmon occurrit & ab ea prior quo pergeret requisiuit. C[illegible] illa ad maledicendum filio suo ob intolerabilem contumeliam, se ire respondit. Tunc ille inimicus, quoniam in mulieris insaniẽtis corde locum facile inuenire potuit, vt omnibus malediceret, persuasit. Illa autem vipereis inflammata consiliis sacrum fontem prouoluta corri[illegible]uit & sparsis crinibus, nudatisque vberibus, hoc à Deo potissimum postulauit, vt extorres patria, & circumeuntes alienas terras, omne hominum genus nostro terreremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta prosequitur: eundemque continuo fratrem nostrum ætate & culpa maiorem, tremor membrorum tantus inuasit, quantum in me vsque ante hoc triduum, vestra sanctitas vidit. Seruato autem ordine, quo nati eramus, ante vnum annum eadem nos pœna omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones suas ad tantam efficaciam peruenisse, impietatis suæ conscientiam, & opprobrium hominum diutius ferre non potuit: sed laqueo guttur astringens luctuosam vitam termino funestiore conclusit. Egressi ergo nos omnes opprobrium nostrum non ferentes, & communem patriam relinquentes, passim sumus per diuersa dispersi.*] sequitur postea narratio liberationis, post diuturnam peregrinationem, & locorum sacrorum visitationem. Possem addere tertiũ exemplum ex Alexandri Neapolitani scriptis. *g* Nimirũ semper implebitur Sapientis prophetia, *Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum* (LXX. vertunt, *senectutem*, Hebr. est: *Likkeath*, quod obedientiam significat, si deducas è radice *Iaká*, audire, obtemperare, si à radice *Kaua*, significat præstolari seu expectare. noster ab hac radice deduxit, *h* & ideo *partum* vertit; quia partus

etud Surium 25. mai. c. 3

e lib. 22. de ciuit. Dei, c. 8.

f exstat inter sermones Augustini nouos quos Louã. Vlimmeriusedidit.

gli 4 Gen dier. c. 10.

h v. [illegible] 49. vers. [illegible] Prov. [illegible] v. 17.

siue liberi, est spes & exspectatio matrum: *matrum suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ*, ad literam seniùs est, suspendantur in patibulis: per anagogen vero, post obitum, imo & in hac vita, fiant partes & præda dæmonum.

Secundum peccatum est, *odium proximi seu inuidia*: vt enim charitas metatrix est Dei, domicilium præparans Spiritui Sancto: sic vitium illi contrarium, domum instruit, & diabolum inuitat, ac introducit, religiosi cuiusdam periculo, id probat idem Alexãder: *i.* sed firmius testimonium nobis Saul præbet, quem idcirco Spiritus malus *k* inuasit. De odio & vindictæ cupiditate, quatuor exempla suppeditat Lisiardus Episcopus *in vita S. Arnulphi ca. 24. & 38. & 41. & 42. apud Surium mense Augusto.*

Tertium est *carnalis libido, & etiam coniugalis intemperantia*: propter quam licuit Asmodeo 7. Saræ sponsos interficere, *l.* propter q̃ septem dæmonia Mariam Magdalenam occuparunt *m.* propter quam B. Paulus Corinthiũ incæstuosum Satanæ tradidit, *n.* & propter adulteriũ: Michaelis Paphlagonis Imp. Byzantij infœlix casus, apud Curopalatam. *o.* Et quia ad hanc dirigebatur curiositas ornatus ac dissolutio exterior, ideo puella illa apud D. Hiero. paruit dæmoni per maleficum immisso: ideo videmus, in homines libidinosos & in actum coniugalem, quem plerique non quo oportet affectu exeruntur, nec quo decet pudore & modo exsequuntur, plus licere maleficijs, quam in reliquos peccatores. Ideo curiosam corporis sui cum statua Veneris collationem, dæmoniaca obsessione Dei vltus fuit in alia puella, narrante id B. Prospero. *p.* Mundo cordi promissa Dei clara visio, impuro cordi dæmonis debetur aspectus & consortium. Valde hominum obscœnitate dæmon delectatur, & maleficæ omnes Veneris mancipia sunt, nec inter eas vlla virgo permanet, vt nec inter Caluinianos, & alios hæreticos cœlibatus osores. Vnde apparet magnam inter Magiam, Hæresim, & libidinem esse cognationem.

Quando ad sordes libidinum sacrilega voti violatio, & scandalosa status ratione vita accedit, minus mirandum. Sed exemplum tamen dabo, quod etsi recẽti fere memoria multis notissimum, sine horrore tamen nequit memorari. Loci nomen taceo. In Flandriæ comitatu prioratus est. Tres ibi nominetenus monachi degebant, reganeones & cõcubinarij. Sua cuiq; erat, nec pudor vllꝰ aderat, simul helluari & libidinari. quadã die in seram noctem cõporatione protracta, vnus qui minus sceleros⁹ sat (ait) Bacho, Ventriq; datum: Deo gratias salrem. Ego vero, subiungit alius procacior, cacodæmoni gratias ago, & agendas censeo, cui operamur. Et cũ ritu mensa relicta, ruitur in cubilia. singuli cũ scorto vix decubuerant, ecce ibi in triclinio vi ianua reserata dæmõ magni, atri, & trucis viri specie, habitu venatorio, & cũ eo cocci duo paruuli, ambulabat, & lectos circũspicit torvo vultu. deinde horrenda voce, vbi qui mihi gratias egit ad sum, referam, lecto abstrahit pauitantẽ, & ferme prę metu animam efflantem. traditũ coccis iubet infigi veru, & luculento igne probe assari. parent prõpte assatur infelix, emoritur planissime, cæteri fere præ formidine; assi corporis nidor, cubiculũ impletur. Demum venator ad superstites sub stragulis trepidãt-s

i d. c. 19. k 1 Reg. 16 v. 14.

l Tob. 6. v. 7. m Mar. vlt. v. 9. n 1. Cor. 5. v. 5.

o in vita D. Hilarion.

p l de id. mid. temp t 6.

vix viuos, digni vos etiam (ait) pari supplicio, nec deest volũtas mihi. Vetor vi maiore. Inuit⁹ abeo, & moneo: resipiscite, aut manẽt terribiliora. Disparent laruæ: nec tamen his aliis animus rediit vel vox, nisi clara iam luce. Vbi surrexere, collegã inueniũt mortuum, & (ne visum inane putes) plene assum. Haud scio an ab aliquot sęculis quidquam ad exemplum vtilius acciderit: scio locum & ordinem, sed vtrumque silentio inuoluo.

Quarto loco sese offert *iustorum virorum, afflictio vel cædes iniusta & crudelis*. ideo tam grauiter punitus fuit Ariobaldus Dux Longobardorum *apud Ionam in vita S. Bertulphi, mense Augusto*. Boleslaus impius Rex ob necem D. Stanislai. Anathemate ictus amens factus, à canibus propriis fuit deuoratus. *a* Geila vxor Ducis Franconiæ D. Kilianũ iusserat occidi. res latebat: sed Deus auctorẽ hoc pacto prodidit. *Vnus eorum, qui sanctos viros gladio peremerat, subito à dæmone arreptus, ingenti voce clamare cœpit: Kiliane acriter me persequeris. Igne enim consumor: quod feci, cælare non possum. Video imminere mihi gladium tuo sanguine respersum. Talia diu vociferans, & propriis dentibus se lanians, à præsenti migrauit ad pœnas æternas. De talibus quippe scriptum est.* Duplici contritione conteres eos Domine. *Alter vero cædis Sanctorum conscius in rabiem versus, gladio se petijt, effusisque visceribus, per tormenta præsentis temporis ad æterna peruenit. Quisnam, Geila, talia cernenti tibi sensus tunc erat? infœlix cruciatibus aucta furebas. Non multo, post & ipsa bellua, de qua loquimur, cruciatibus arrepta, quantis poterat vocibus clamabat: iuste torqueor, quæ sanctis viris tortores adhibui: Recte crucior, quæ cruciatus illis paraui. Acriter instas Kiliane, ignem accendis Kolimane, fomẽta ministras Tornane. Sufficiat vobis vicisse, nimis vestras vlciscimini iniurias. A calice dictus es Kiliane, sed nimis amaram mihi potionem infundis. His dictis miserabiliter torquebatur, ita vt à multis teneri vix posset. Tandem cum magno cruciatu ad cruciatus Diabolo paratos migrauit.*] Hactenus auctor Martyrii B. Kiliani. *b* Item *calumniosa eorundem accusatio*, vt de fœmina patet, quæ D. Gregorium Agrigẽtinum fuit calumniata, vt in historia vitæ eius legitur apud Metaphrast. *Sur. mens. Nouembri.* & de alia narrat Cyrillus in vita S. Danielis Stylitæ, quæ virum sanctum mẽdaciter infamarat. [*Sur. mense Decembri.*] Paulo post idem ibi narrat de viro & fœmina & liberis occupatis à dæmone propter patris in sanctũ calumniã. Item *maledictio in sanctos*, vt in Malachiam, teste D. Bern. in eius vita.

Quintum peccatum est *agnitæ veritatis impugnatio*, vt apud Apostolum, *c* & in Canonibus: *d* nec non *apostasia à fide*, quod cuiusdam fœminę exemplo comprobauit D. Cyprian. *e*

Sextum, his tẽporibus (proh dolor!) frequentissimum est *blasphemia* propter quam D. Paulus Alexandrum & Hymenæum dæmoni torquendos pmisit. *f* Thomas VValdẽsis testis oculatus, quæ ipso præsente acta, circiter an. 1384. narrat in hunc modum; *Historiam refero, quam ego præsens vidi oculis carnis meæ, in cathedrali Ecclesia S. Pauli Lõdini, vbi venerãdus Gantuariensis Antistes, fœlicis recordationis Thom. Arundelius filius & frater Comitum, pro loco iudicij (assistentib. sibi Noruicensis Ecclesiæ, tunc Præsule Alexandro, & aliis) residẽs Episcopali sede verba quædã & interrogationes ꝓponebat, de fide Eucharistiæ, ad quendam*

a *Surius in eius vita tomo 7. Maii 8.*

b *apud Sur. tom. 4. Iul. 8. vide eiusdem. P. Surarii in hãc vitã.*

c *2. Thes. 2. v. 10.*

d *c. vlt. 24. q. 5.*

e *serm. in lapsis.*

f *1. Tim. 1. v. 20.*

sartorem, de partibus Vvigorniæ, deprehensum in hæresi. Cumque flecti omnino non posset, nec, aliud quam benedictum panem, sacratissimam hostiam volebat appellare vel credere, tandem iussus facere reuerentiam hostiæ, respondit blasphemus. Vere, inquit, dignior est aranea reuerentia. At ilico de alto culmine tecti descendens ingens & horrida visu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit. Et dum sartor loqueretur, vt intraret per polluta labia aranea, sollicite laborabat. Adstitit Illustris Princeps Thomas Oxomensis dux, tunc regni cancellarius, & vidit prodigium. At præditus Archiepiscopus statim surgens cum aliis, exponit omni illic collecto populo, quid vltrix manus domini faceret in blasphemum g.]

g *Thomas Valdens. lib. Sacramentali contra Io. Wicleph. h Prati spirit. ca.* 47.

Nonne verisimile est, dæmonem in araneæ forma, sic istum miserum obsedisse? Sophronius *h* blasphemiæ in Deiparam insignem vltionem recenset, hisce verbis. *In hac* (Heliopoli Phæniciæ) *minus quidam erat, Gaianus nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemiæ præbebat. Apparuit autem ei S. Dei genitrix: Noli quæso, noli ita lædere animam tuam. Ille vero rursus deterius illam blasphemabat. Vnde ipsa tertio ei apparens, eadem repetebat. Cum autem ille se non corrigeret, sed plus quoque blasphemiis adiiceret: meridie dormienti sibi apparuit, nihilque dicens, digito signauit eius manus & pedes. Euigilans autem inuenit se truncatum manibus & pedibus. Atque ita infœlix, vt truncus inutilis iacens, confitebatur omnibus: cuius rei gratia, & quomodo hoc passus esset, vtq; propter blasphemias clementer cruciatus fuisset.*]

Quos ipsi Beati sic per se puniunt, an non credendum malis spiritibus ad vexandum à Deo propter idem peccatum tradi? similia narrant alio tempore accidisse Constantinopoli Nicephorus *i*, Neomagi & alibi Bredenbachius *li. 7. à cap. 360.*

i *li* 18. *hist. cap.* 33.

Septimum non minus frequens, est *execratio seu imprecatio mala*, qua quis sub conditione se dæmoni addicit. hanc non irritam esse solere, docent quæ subiungam. Io. Cæsarius *lib.* 11. scribit mulierculam, quæ se dæmoni addicebat, à dæmone sublatam, nusquam comparuisse. Ioan. Nider. ista commemorat *k*: *Tempore, quo in Vniuersitate Colonienſi Sacræ Theologiæ studio adscriptus fui: quædam virgo quindecim vel sexdecim annorum, moribus, secundum sæculum, satis composita, in domo cuiusdam suæ consanguineæ nutriebatur, extra domum parentum. Cumque cognatæ suæ scyphum satis vilem terreum quendam, à casu fregisset, cognata ira replebatur in lapsus negligentiam, & in eam virginem. Quæ virgo tanto hoc molestius tulit, quanto vasculum vilius extitit. In iram ergo commota virgo, hora sumendi cibum, nec comedere, nec ad mensam præ ira se præsentare voluit. cuius cognata ait: Oportet vt comedas: at virgo apud se (vt mihi postea & exorcistæ retulit suo) huiuscemodi verba submurmurando dicebat, si me oportet edere, in nomine diaboli fiat sic mensam accessit, benedictionem mensæ, quam bene sciebat, dicere neglexit, & in primo morcello, vt putabat, muscam ori illatam sensit: quam cum nulla arte eiicere valeret, deglutiuit, & immediate obsessa fuit. semper tamen vsum rationis bonum habuit, licet sæpe satis vexaretur à dæmone. Cum autem in domum parentum cum magna mœstitia reduceretur, & diutissime nullus reperiretur, qui liberare posset: tandem quidam frater nostri ordinis, nunc Magister, Gotfridus Schlussel, Sacræ*

k *li.* 5 *Formicarii.*

Theologiæ professor, calamitati parentum & puellæ compatiens, se in eius exorcisatione intromisit, pacto tali præuio: vt si liberaretur, nihil terreni exorcistæ daretur, sed puella in castitate solita, si vellet, libere, & non in matrimonio de cætero Deo militaret. Legit igitur pater præfatus missam, obtulit obsessa oblationem consuetam, in eadem adfuit per tota & in nullo vexari videbatur. Finitoque officio, post satis diutinum exorcismi actum, membris omnibus virginei corporis pene præcontusis, exiit dæmon, & ita virgo deinceps Domino in castitate seruiuit.] vides hic imprecationē & prætermissam mensæ benedictionem ex iracundia & contemptu, vides pœnam, vides liberationem, mediante missę oblatione, proposito virginitatis & exorcismo. sine, hæretici rideant, tu tam salutaria ne cōtemne. Paulo ante aliud idem Niderius retulerat, de insigni illo maleficarū iudice, Petro, de quo non semel locuti sumus. *Postquam*, inquit, *officium resignauit, & ciuitatem Bernensem reintrauit, ibiq; domicilium tenebat: die quadam rediens ad castrum Blanckenburg, vbi cognatus eius in ipsius officium substitutus fuerat, in eodem castro Petrus quædam negotia apud sibi notos expedire volebat. Tunc vna malefica, & quatuor consortes eiusdem malitiæ viri, de sero in loco vno machinamenta suæ artis voluentes pro viribus, vt Petrum grauiter veneficiis læderent vel occiderent, quē hæc latebat fraudis commercia. Aduenientе igitur nocte, Petrus se benedicendo crucis signo cubitum iuit: sed nocte omnino surgere proposuit ad scribēdas quasdam necessarias epistolas, vt mane recedere à loco valeret. Euigilās igitur intempesta nocte, sibi videbatur ex inopinato quod dies adesset, luce deceptus fictitia, de quo in se iratus, quia, vt putabat, noctem neglexerat, non se, vt debuit, muniendo more solito, vestimentis induit, per gradus altos versus locum, vbi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo maiore ira exardescēs, cum murmure per gradus quos descenderat versus lectum iterato scandebat, emittendo vnicam ex indignatione maledictionem, per verbum satis breue, ac si diceret, In nomine diaboli. Et ecce statim in tenebris d. nostissimis Petrus, proiectus est in præceps per graduum prædictorum passus adeo grauiter: vt famulus qui subter sthalam in commodo dormiebat excitaretur, & exiens quid adesset conspicere volens, dominum suum Petrum accenso lumine, solum in terra, priuatum rationis vsu, iacentem, & collisum per omnia membra, sanguinem plurimum è corpore emittentem, reperit.*] subdit post aliquod tempus confessione rei vnius cōpertum quatuor maleficos, cum vna malefica, sic Petrū gradib. deiecisse. Nota vero & hic, quam noxia Crucis consignatio neglecta Petro fuerit. Dignissimæ lectu sunt tres Historiæ à Germano quodam I. C. suæ de Lamiis disputatione inserta: quas totidem verbis adscribā, ne, si meis, videar aliquid nō bona satis fide repræsentasse. *Ioachimo* (ait) *I. Electori Brandenburgico nupta fuit Ioannis Daniæ Sueciæ & Norvegiæ regis filia Elizabetha, cui, vt alimenta se mortuo regina haberet, oppidum Spadaco ad Sueui & Haueli flum. confluentē maritus attribuit, in quo oppido, ipsa adhuc viuēte, miles quidam, per Marchiam iter faciens, cum morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam hospitæ asseruandam. Post aliquot dies, cum conualescit, repetit saccum. Mulier auara, cum ægre tantam pecuniam amitteret deliberat cum viro, vtrum reddere debeat. Ineunt consilium, vt mulier neget depositū.*

Georg. Godelm. à L. de Lamiis, de malitia diabol.

Quare

Quare cum miles suum repeteret, illa confidenter negat se quidquam accepisse. simulat se mirari impudentiam militis, qui ausit flagitare, cum nihil dederit asseruãdum Miles, indignitate rei motus, obucit vicissim hospitæ perfidiam. Qua re maritus, tanquam defensurus suam coniugem, extrudit militem domo. is ante fores irritatus scelere hospitæ, stringit gladium, veluti impetum facturus in virum, & ferit ianuam. Hospes implorat fidem vicinorum, & queritur suas ædes oppugnari. accurrunt lictores, & militem, quod vim publicam fecisset, abducunt in carcerem. Post aliquot dies senatus oppidi alio mittit narrationem facti, & sententiam perscribi petit. Constabat ædes publice oppugnatas esse. quare fertur sententia, vt miles vltimo supplicio afficiatur. Cumque iam instaret dies iudicii, venit diabolus in carcerem ad captiuum, indicans ei, quam sententiam iudices laturi sint, & pollicetur se hoc periculo eum liberaturum esse, hac conditione, vt se diabolo dedat. Miles constanter respondet, se potius moriturum esse, quamuis sit innocens. Cum vero diabolus verbis multis exaggerasset periculum, nec tamen inflexisset militis animum, tandem pollicetur ei liberationem, sine vlla conditione. Et cum veneris, inquit, in iudicium, dic te imperitum esse forensium negociorum, & patrono indigere: ibi astabo cæruleo pileo tectus, & ornato pennis. Peteigitur, vt me iubeant causam dicere. Miles qui hoc sine impietate facturus videbatur, ait se hoc consilio vsurum esse. Postridie in iudicium ducitur: adest etiam orator tectus cæruleo pileo. ibi cum actor peteret militem propter vim publicam, capitali supplicio affici, miles respondit, se imperitum forensium negotiorum, petere, vt liceat isti suo aduocato pro se dicere. concedunt iudices. ibi diabolus de iure erudite disputat: non esse capitali supplicio afficiendum eum, à quo non sit ortum rixæ & tumultus initium. ait ab hospite militem vi extrusum, & spoliatum esse. iubet quæri saccum, & locum monstrat. Ibi cum hospes vehementer negaret, addens eius diras imprecationes, vt ipsum, abreptum diabolus perderet, si feciisset. Hanc imprecationem cum inuocatione diaboli cum aliquoties repetiuisset: ibi causidicus: omissa iam disputatione forẽsi, adoritur hospitem, & comprehensum per fenestras & medium forum, omnibus perhorrescẽtibus, cum fragore abducit, nec postea vnquam corpus hospitis inuentum est.] En hic auaritiam imprecationum causam & iniustitiæ, quomodo Deus vltus per carnificem suum. Non dissimilia narrantur his à Cantipratensi: *Cum tres* (inquit) *combibones in taberna mero incaluissent, orta de animæ immortalitate, & pœnis inferni sermone: vnus procacior id totum pro nugis habere, & commentis sacrificorum, ceteris iocanti applaudere. Interea aduenit vnus magna vir statura, & vesco corpore, & assidens: Qui hi* (ait) *sermones? quæ risus causa? Refert procax ille, & addit, se quidem licitanti haud magno pretio animam venditurum, quin & pecuniam in Symbolum collaturum. Tu vero, infert aduentor, Quanti illa mihi indicas? nec mora, cõueniunt de precio. hic animam addicit emptori, emptor soluit: potatur strenue de præsente pecunia. Denique sub noctem. Tempus* (ait) *emptor, vt ad propria quisque. Sed vos ius dicite, si quis equum capistro ligatum emerit, nonne ius ei cum capistro equum abducendi? Et cum dicto, venditorem trementem in omnium oculis abripit, & sursum in aera leuat, & secum ad infernum trahit, visurum quod credere noluerat. Animarum quippe mercator erat iste, cuius figura fuit Rex ille Sodo-*

morum, dicens, Da mihi animas, cetera tolle tibi.] Sic Cantiprat. *libr. 2. cap. 55. part. 3.*

Pari terrore, sed meliore successu miles Hispanꝰ, hic in Belgio, ante annos viginti duos, cum adhuc sæculo mererem, à Deo commonitus tãtum fuit. Capitaneus Brauo vocabatur, sæpe à me visus. deditus supra modum aleæ, & in ludo diras iacere in se iuxta atq; alios pronus. quadam die, cũ dãnosi semper numeri lucrũ iactu quærenti subsilirent, ira efferuescẽs in caput suum dirissima precabatur: & subito corã multis qui aderãt, ab inuisa manu, ad tabulatũ vsq; sublatus, post aliquod tẽpus mortuo quãviuo facie similior in solum deponitur. fœlix si vt uroré cadaueroſum toto post vitę tẽpus retinuit, sic resipiscens luſus auiditatẽ deposuisset. Sed pergit ille I.C. *in Sileſia* (inquit) *quidam nobilis, cum inuitasset conuiuas, & hora conuiuij iam instante, & apparatu facto, spe frustratus esset, excusantibus se conuiuis, cur non comparerent, prorupit iratus in hæc verba: veniant igitur omnes dæmones si nullus hominum mecum esse potest. His dictis domo egreditur in templum, vbi pastor Ecclesiæ, concionem habebat: &, vt iracundiam cõcoquat, auscultat aliquamdiu: dum vero in templo moratur, veniunt equites in area domus magni & nigri, & iubent seruum domus, vt dominũ suum aduocet, eiq; significet, adesse hospites. Seruus consternatus abit in templum, & indicat hæc domino suo, qui nescius consilij pastorem consulit. Pastor abrumpens concionem, hoc consiliũ dat, vt tota familia domo exeat. quod cum fieret & famuli ac ancillæ properarent, forte obliti infantem in cunis iacentem & dormientem, secum non auferunt. Dæmones incipiunt comessari & vociferari, prospicereque per fenestras formis vrsorum, luporum, felium & hominum, & monstrare pocula vino repleta, assaturas, & pisces. Hæc vicini, nobilis, pastor, & alij cum viderent. Ah, inquit pater, vbi infans meus? vix cum hæc dixisset vnus ex dæmonibus vlnis suis infantem ad fenestras gestat quasi monstraturus parentibus. Nobilis prorsus consternatus & solicitus de incolumitate infantis, fidum habens seruum, quem interrogat, quæso tu dic, quid agam? Seruus, Domine inquit, commendabo & committam vitam meam Deo meo, & in nomine Domini ingrediar, & vt infantem auferam auxilio & beneficio Dei videbo. Bene inquit nobilis, Deus tecum sit, & iuuet te, animumque tibi confirmet. Seruus, accepta benedictione à pastore & reliquis: ingreditur, & ante conclaue, in quo erant dæmones congregati, procidit in genua, & se Deo commendat, & hoc animo aperit ianuam, & videt dæmones horribili specie sedentes, stantes, obambulantes, serpentes, & vno impetu accurrentes ad se, & vociferantes: Hui, Hui, tu quid hic tibi? Ille sudans, & tamen diuinitus confirmatus, alloquitur dæmonem, qui infantem gestabat: Tu, inquit, mihi infantem trade. Nequaquam, respondet iste, iam meus iste est infans. dic domino tuo, vt veniat, & accipiat infantem. Cui seruus: Ego fungor iam officio meæ vocationis, in quam me Deus collocauit, & scio quicquid in hoc officio facio, id Deo gratum esse. Quare ratione mei officij, & auxilio, nomine & virtute Iesu Christi aufero abs te infantem, & patri eius restituo, atque ita ipse apprehendit infantem & brachijs suis amplexus est. Isti nihil aliud respondent, nisi vociferantes, Hui nebulo, hui nebulo, relinque infantem, relinque alioquin te discerpemus. Ille nihil curans

animas

minas Diabolicas abÿt incolumis, & incolumem infantem patri nobili reddidit. Dæmones postea, aliquot diebus elapsis euanuerunt, vt in ædes denuo migrare cum tota familia nobilis potuerit.] vides inconsulti dicti, quas pœnas pater dederit: vides dæmonis potestatem in innocentem puerulum claudere. Nam, quod scriptor ait, benedictionem à pastore & cæteris accepisse, hoc est, promiscue à pastore & cæteris, commentum suspicor Lutherani hominis, & discrimen ordinum confundentis. Sequitur tertia narratio; *In Saxonia virgo opulenta formoso iuueni, ac tenuioris fortunæ, matrimonium promisit. Hic quid futurum præuidens, illam prædiuitem, & sexus ratione, mutabilem, fidem vix seruaturam esse puellæ respondit. Illa contra diris se execrari his verbis cœpit, si alteri, quam tibi nupsero: tunc me diabolus in nuptijs illis abripiat. Quid fit? post interuallum aliquod mutat animum, nubit alteri priore sponso spreto, qui eam semel atque iterum promissi, diræque imprecationis admonuit. Sed illa posthabitis omnibus nuptias cum altero sponso, relicto priore, celebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis, & conuiuis hilaribus; sponsa, vigilante conscientia, redditur tristior soluto. Tandem diaboli duo, sub specie duorum equitum in ædes nuptiales aduenium, excipiũtur, adducuntur mensæ. hisque remotis, choreæ, vnique ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrino adiungitur, cum qua bis saltauit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione, per ostium, in alium sustulit. Altero die parentes & amici mœsti sponsam quærunt, vt delapsam forte sepelirent: sed ecce ÿdem socij occurrunt, vestes & aurum referentes, additis verbis: Non in has res, sed in sponsam à Deo nobis fuit potestas concessa.*] sic illa corpore & anima diabolo tradita, quæ promissionem nuptiarum violauit, & imprecationem additam contempsit. Aliud denique exemplum de quodam, in martyrem maledico, sibi insaniam imprecante, & mox furore correpto, & sequenti die sic horrende absumpto, cœdit Cæsarius *Engelberti Colonien. lib. 2. c. 14. apud Sur. mense Nouembri.* Huc etiam referendum est, quoddam de Goduino comite, qui cum periurio sibi esset necem imprecatus, subito paris bolo fuit suffocatus. [*Polydor. Virgil. lib. 8. hist. Anglor.*]

Octauum solet esse vitium *vsuræ.* confitentur enim ũgæ nihil maleficij posse illis inferri, qui eleemosynis vacant: contra narrantur, quæ saltem sub vsuris mutuum dedere virgines, dire à dæmonibus maleficio immissis vexatæ. *a.* Prius intelligendum de cõferentibus eleemosynam ijs, quas nesciunt esse sagas: nam qui sciunt esse, & tamen conferunt, hos putant posse à maleficis lædi. Neque enim mirum si Deus, hos quasi fautores oderit, ideoque permittat lædi. odit Deus mire auaritiam, vt docetur alio exemplo quod Lamberti Schaffnaburgẽsis an. 1066. verbis dabo. *Reginherus Misnensis Episcopus obÿt. Is dum suscepto Episcopatu Goslariam veniisset, post refectionem, in cubiculum, vbi thesauros suos, quorum nimis amator erat, nullo conscio, infoderat. quasi paulum requiescere volens sese inclusit: cumque iam die vergente in vesperam, præter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularij, pulsare ostium cœperunt, sed nec pulsantibus, nec vociferãtibus vllum dabatur responsum. Tandem fractis foribus irrumpentes, inuenerũt eum fractis cruribus, colore tetro exanimem ipsis thesauris suis miserabilem in modum incubantem*] discant Prælati thesauros

a *Bredenbach lib. 6. collat. c. 25.*

ubi in cœlis & non in terra defodere. Et hac radice natum vitium.

Nonum reputo, *duritiam & immisericordiam in pauperes.* Vt omittam Moguntinum Episcopum illum, vt opinor à dæmonibus murium specie necatum, quod pauperes murium nomine tempore famis dedecorasset, & sibi duxisset persequendos: *b* recentius quiddam ex Pero Bizaro subiungam.

In Suevia (inquit) *Bauaris & Franconibus finitima, fuit quidam nobilis valde dives & opulentus, nomine Rikbergerus, cuius annui redditus supra 30000. nummum aureorum extendebantur. Hic tametsi in reliquis vitæ actionibus non vulgari laude dignus censebatur, ineffabili tamen cupiditate laborabat: eaque factum est, vt quotidie opes per fas & nefas accumulare, omniaque ad se rapere studeret. Cum itaque prospiceret annonæ caritatem, quæ proximo anno in ea regione subsecuta est, sua horrea tritico & frugibus impleuit, magnoque precio ea diuendere cœpit: adeo vt indigenæ compulsi ab eo victum emere, ob inexhaustam eius auaritiam, vel fame prorsus perirent; vel, si ali & sustentari vellent ad magnam egestatem atque inopiam redigerentur: tam care illis granum & reliqua eius generis diuendebat. Ad hunc, præter alios innumeros, venit quidam pauper & liberis onustus, cum sex taleris, eumque rogauit, vt pecuniam acciperet, ac quandam tritici mensuram sibi daret, seque reliquam partem pecuniæ, quam ibi deberet breui bona fide persoluturum: at ipse hunc superbo vultu & iracundis oculis intuitus, à se protinus abire iussit, & quod reliquum erat pecuniæ secum adferre, si frumentum vellet, atque ita miser ac mœstus, diras imprecatus, illinc recessit. Paucis post diebus cum is quendam ex famulis in horreum misisset, vt illud de more inspiceret, ab ipso in reditu accepit, tres nigros boues ntus esse, qui granum deuorarent, qui autem huc retulit, proximo die lecto decumbens, haud multo post è vita migrauit. Idem quoque accidit cuidam generoso, quem illuc herus miserat, vt videret an ita se res haberet, sicut prior narrauerat: is enim & boues, & equos inspexerat. Cum igitur de hac re certior fieri vellet, ipsemet in eum locum proficisci statuit: iuitque ad portam horrei, ibique per quasdam rimas vidit totum horreum plenum variis atque innumeris armentis, quæ omnes fruges absumebant. Hoc spectaculo ita perterritus est, vt statim furiosus atq; insanus euaserit, multaque dementer fecerit, donec tandem cathenis astringeretur. Hic horribilis casus magnam sane admirationem attulit, cum in ea prouincia, tum præcipue in aula Cæsariana, quæ illum antea prudentissimum cognouerat.*] Hæc ille, narrans, quæ in Europa memorabilia post annum 1560. accidisse ipse notarat, *Epito. fol.* 281. Triplici hac visione clemens Deus, pœnam semper augens pro culpæ modo, patienter operiebatur, & ad pœnitentiam reuocare nitebatur. Notatum à quodam, sagas; quibus à Satana semper nocendi necessitas imposita est, si desint quos vlciscatur inimici, eleemosynam mendicare: & si quis facultate præditus ad erogandum, & sagas esse nescius, denegarit, hunc in magno versali periculo. sic Pictaui ann. 1567. duo magi confessi sunt se quadam die, squalidos egentesque stipem ante fores prædiuitis patrisfamil. postulasse, eâ recusatâ iniecisse sortem & domesticos omnes in rabiem actos obijsse furiosos. *a*

Decimum sit *irrisio sacrorum mysteriorum*, & quod eodem pertinet, *abusus atque contemptus ceremoniarum & sacramentorum Cathol. Eccles.* Vlciscitur

Deus

b Munster. in Cosmograph.

Hi dæmones erant in bouino schemate.

Crescens pertinacia, crescit supplicium.

a lib. 3. de mirandis c. 25.

Deus quotidie, & pergunt hæretici contemnere. quædam de singulis accipite. de Batauo per ludibrium Missæ sacrificium imitante an. 1574. & dire mulctato, legendus Bredenbach. *b* Nouatum cõstat, eo quod nec chrysma, nec exorcismos in baptismo percepisset, à maligno vexatũ. *c* scribit Victor Vticensis *d* Proculum quendam Arianum, qui de pallis altaris, camisias sibi & femorabilia faciebat, frustatim sibi voraſſe linguam (*haud dubio obsessum*) & sic turpissima morte consumptũ. Donatistas Eucharistiam effuendẽtes, quibus eam obiecerant, canes inuasere, teste Optato. *e* Multos suo tempore ob indignam Eucharistiæ perceptionem immundis spiritibus adimpletos, nobis est auctor D. Cyprianus, *f* & memini me duo illustria legere exempla apud Greg. Turonensem, & in vita S. Godefridi Ambianensis Episc. *g* suffecerit ascribere illud Greg. Turonẽsis. *Epach.* (inquit) *presbyter, dum temere, quæ indignus erat, agere præsumpsisset, diuino iudicio solo proiectus, occubuit. Hic enim dum Dominici Natales vigilias celebrare Ecclesia expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentẽ. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagensi, iuxta seculi dignitatẽ, haberetur nobilior, celebrare Missarũ solemnia expetitur. Nec dubitat miser vino madefactus appetere; quod ieiunus quisq; non sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum vbi explicitis verbis sacris, confracto Dominici corporis sacramento, & ipse sumpsit, & alijs distribuit ad edendum mox equini hinnitus ad modum vocem emittẽs, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterij sacri particula, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proijciens, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit vltra hac epilepsiæ infirmitate, sed per singulos lunares cursus incrementis decrementisque hæc semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infœlix abstinuit.*] hunc epilepticum energumenum fuisse indicat hinnitus equinus: & merito, quia sicut equus & mulus, corpus Domini non dijudicauit. Bredenbach. non dissimilem violati ieiunij, sed in cibi qualitate vindictam recensẽt his verbis; *Paucis ab hinc annis postquam Torpatenses in Lutherana doctrina concesserant, feria sexta solemne Paschæ festum proxime præcedenti, finita Lutherani Ecclesiastæ concione, ciuibus è templo D. matri virgini sacro reuertentibus, quidam alium conciuem & familiarem inuitat ad prandium rogat vna domum comitetur, habere se egregie paratum petasonem VVestphalicum. alter parum abhorrens respondet sibi esse gallum opipare elixum, quem cupiat in symbolum adferre: Dum ad mensam accumbitur, alter os quoddam galli ambedere volens imprudens pene ipsum deglutit, quod cum neque transmittere, neque eximere valeret, eo ipso die suffocatur. alter postridie Paschæ malo spiritu corripitur, & non multo post rabie ac furore exagitatus animam vna cum dæmone exhalat.*] Sic ille Belli Liuonici pag. vigesima septima.

Huc pertinet contemptus excommunicationis. Cum D. Hugo Episcopus Lincolniẽsis quosdã contumaces excõmunicasset, nec magni facerent, illi subito non comparuerũt. Militem alium ob eandẽ causam diabolus nocte sequente inuasit, & animam subito extorsit. Alij quoque ab eodem excõmunicat, à diabolo prefocati fuere.

[de qui-

b lib. 1. collat. c. 29.

c Euseb. li. 8. hist. c. 33. d lib. 1. de persec. Vãdal.

e li. 2. contra Parmenian.

f sermon. de lapsis.

g Greg. Turon l. 1. de glo. marty. c. 78. Sur. 8. Nouem. in vita San. Godefridi lib. 3 c. 12.

[de quibus lege vitam ab æquali eius scriptam c. 23. apud Surium, tom. 6.]

Vndecimum est *templorum, & sacrarum rerum direptio ac expilatio.* Pet. Cluniacensis, postquam multa, quæ in hoc genere palam & frequenter à Matisconensi quodam Comite fuerant commissa, recensuit, infelicem eius & horroris plenam de vita migrationem in hunc modum commemorat, *h.* ad terrorem & correctionem nostrorum hæreticorum: *cum solenni die, Matiscone in palitio proprio resedisset, eumque multitudo tam militum, quam diuersi ordinis circumstaret: repente ignotus homo equo insidens per palatij ostiũ ingressus, omnibus conspicientibus & admirantibus vsque ad ipsum equitando peruenit. Cumque ei astaret, se ei velle colloqui dicens, vt surgeret, ac se sequeretur, non tam monuit, quam imperauit. At ille inuisibili potentia constrictus, nec iam resistere valens surrexit, atque vsque ad ostium domus processit: vbi equum paratum inueniens, eumque ab eo conscendere iussus, ascendit. Cuius stantis habenas ille arripiens, statim cum velocissimo cursu per aera ferri cunctis conspicientibus cœpit. Cumque immenso eius clamore ac miserabili eiulatu tota ciuitas commota ad tam inuisum spectaculum concurrisset, tam diu eum per aera currentem attoniti conspexerunt, quamdiu naturali oculorum acie eum subsequi potuerunt. Qui cum eum diu, succurrite ciues, succurrite, vociferantem audirent, nec iuuare valerent, subtractus tandem visibus hominum, æternus quemadmodum meruerat, est factus socius dæmoniorum.* Sic iste direptiones & sacrilegia sua luit in hac & in sequenti vita. Huius mores postea imitatus Orger. quidam Oeconomus, quia tam grauiter deliquerat, in hac vita fuit seuere admonitus; vt futuræ, si saperet, vitæ supplicium effugeret. subdit n. Venerabilis idem Abbas, dum hic portam, qua miser ille Comes abductus fuerat, & quæ postea semper obstructa manserat, conatur aperire: *Ecce inuisibiliter à Diabolo raptus, ac videntibus, qui aderãt multo in aera spacio subleuatus, sed confestim dimissus corruit, eiusque corpore grauiter colliso, brachium quoque illius subita ruina confregit.*] Duo alia exstant exempla *l. 3. vitæ S. Remacli*, quæ apud Suriũ mẽse Sept. legi possunt. Ego addã quintum exemplum pœnæ, quam milites post obitum perpeti, qui manus ab expilatione templorum non abstinuerant, in gratia tamen decesserant, visione quadam idem auctor declarat: quam ille, vt certissima fide compertam doceat, multa addidit: quæ censui prætermittenda, potuit illa poni lib. præced. *capite de spectris mortuorum*, sed non incommode hic recẽsebitur: eo quod variæ quoque pœnæ hic & supplicia eorum narrantur, qui vt Matisconensis ille comes sacrilegi fuere. Itaque Pet. Venerabilis inducit ipsum, qui viderat Petr. Engelbertum Monah. iam, & à seculari ad spiritalem militiam digressum sic loquentem: *à Tempore, quo Rex Aragonensis Alfonsus, regnum maioris Alfonsi Hispaniarum Regis iam mortui obtinebat, contigit vt contra quosdam, qui in regione, quæ Castella dicitur, ei repugnabat, exercitum commoueret, & vt de singulis regni sui domib. singuli illuc pedites vel equites dirigerentur, edicto sanciret. Ego edicto coactus vnum ex mercenarijs mercede mihi seruientibus Sanctium nomine, ad exercitum destinaui. Paucis post diebus decursis, omnibusque qui expeditioni illi interfuerant ad propria redeuntibus, ipse quoque domum reuersus est. Non longo deinceps tẽpore elapso; more humano morbo correptus, nec diu cum morbo luctatus,*

h *l 2. mir. cap. 1.*

a *lib. 1. miracul. 21.*

defun-

defunctus est. Inde post quatuor fere menses, ex quo è vita decessit, dum apud Stellam in domo mea hyemali tempore iuxta ignem in lecto iacerem, subito iam dictus Sancius circa mediam noctem mihi adhuc vigilanti apparuit. Qui igni assidens, & carbones, quasi ad calefaciendum, vel ad clarificandum, huc illucque reuersans, multo magis se mihi cognoscibilem demonstrabat. Erat autem nudus & absque omni vestitu, excepto paruo vilique tegumento, quo velut inhonestiora corporis obuelabat. Quem cum vidissem, quis inquam es tu? at ille humili voce: Ego sum, inquit, Sancius famulus tuus. quid, inquam, hic agis? vado, inquit, Castellam, iterq; meum multus exercitus comitatur, vt vbi deliquimus, ibi & delictis pœnas debitas exsoluamus? Et, cur, inquam, huc diuertisti? Est, inquit, mihi spes veniæ, & si misereri volueris celeriorem mihi requiem comparare poteris. Quomodo, inquam? Quando inquit, nuper expeditioni, quam nosti, interfui, hostili inuitatus licentia, Ecclesiam quandam cum quibusdam socijs inuasi, quæ intus sunt inuenta diripui, vestimenta insuper Sacerdotalia mecum rediens asportaui. Pro quo specialiter diris pœnis subactus affligor, & remedium à te, sicut à domino meo, quantis possum precibus expostulo. Nam poteris mihi subuenire, si beneficijs spiritualibus me studueris adiuuare. Rogo insuper, vt dominam meam, vxorem tuam, ex mea parte, mea functus vice depreceris, ne octo solidos, quos pro seruitio meo mercenario iure, mihi debebat, reddere iam moretur, & quod necessitatibus carnis, si adhuc viuerem, reddidisset, animæ meæ longe amplius his egenti, erogando eos pauperibus, largiatur. Iam ego tali eius collocutione magis animatus: quid, inquam, de conciue nostro Petro Deioca nuper defuncto actum est? Rogo, vt, si quid de illo nosti, aperias. Illum, ait, opera misericordiæ frequenter quidem, sed maxi-

A me præteritæ famis tempore, impensa pauperibus beatorum requieti adiunxerunt, & vitæ æternæ participem effecerunt. Cumque eum tam prompte & facile mihi respondere audissem, adieci. & de Bernetio alio ciue nostro, ante paruum tempus similiter, vt nosti defuncto, aliquid tibi notum est? illum, inquit, infernus possidet. quia ad terminandas huic villæ lites & iudicio dirimendas prælatus, multa sæpe muneribus B aut gratia illectus iniuste iudicauit: & quia cuidam pauperi viduæ quodam tempore baconem vnum, qualecumque vitæ eius subsidium, crudeliter auferre non timuit. Tunc longe amplius ad maiora quærenda animi feruere successus, adiunxi. De rege nostro Alfonso ante paucos annos defuncto tibi aliquid notum esse potuit? ad hæc quidam alius in fenestra capiti meo C proxime superposita residens. Noli, ait, hoc ab isto quærere, quod ignorat, quoniam recens eius ad partes nostras aduentus, hoc ei notum fieri nondum permisit. Mihi vero, cui à die obitus mei quinquennalis cum huiusmodi spiritibus mora, plura quam isti nouiter nota fecit, quod de rege quæris ignotum esse non potuit. At ego rursus nouæ vocis auditu attonitus, ac videre cupiens vocis auctorem, conuerti oculos, ad fenestram, D adiutusque lunæ splendore, quæ lumine suo omne tunc domus spacium clare illustrabat, conspicio hominem in inferiori fenestræ margine residentem, quem in eodem habitu, quo aliud videram cernens: Es tu, inquam, quis es? ego inquit, eius quem aspicis socius sum, & Castellam cum isto & E multis alijs proficiscor. Et tu, inquam, de rege Alfonso, vti dicebas, aliquid nosti? Noui, inquit, vbi fuerit, sed vero vbi modo sit nescio. Nam aliquamdiu tormentis acribus inter reos cruciatus, postmodum à Cluniacensibus monachis inde sublatus est. Exinde vero, quid de eo factum sit prorsus ignoro. His dictis ad socium, qui igni as-

sidebat, verba conuertens. ait, surge & iam iter inceptum peragere incipiamus. Ecce enim iam omnes vias, quæ intra vel extra castellum sunt, subsequens nox exercitus sociorum impleuit, & iam multis velocissime prætergressis, vt festinanter eos sequi debeamus vrgemur. Ad hanc vocem Sancius surrexit, & flebili voce, quod prius rogauerat ingeminans, Rogo, inquit, Domine, ne mei obliuiscaris, & vt dominam meam, coniugem tuam, quatenus, quod corpori debebat, miseræ animæ meæ restituat. oro, sollicitus exhorteris. His dictis statim vterque disparuit. At ego mox coniugem iuxta me in lecto dormientẽ, citata voce exsuscitãs, priusquam ei, quod videram vel audieram, narrarem, interrogaui, Vtrum aliquid Sancio communi nostro mercenario pro mercede deberet. Qua respondente, quod ego nondum ab aliquo nisi à mortuo audieram, se videlicet eidem Sancio adhuc octo solidos debere: nequaquam vltra dubitare potui, cui fidem & mortui relatio & mulieris confirmatio conferebant. Facto mane octo illos solidos à coniuge accipiens, & de meo quod congruum visum est addens, pro eius qui apparuerat salute pauperibus distribui, & sacrarum Missarum adiutoria ei à sacerdotibus mea prece & studio impensa, ad pleniorem peccatorum eius remissionem adauxi.] In hac tam clara, tam certa, tam commendabili visione docemur, quod *mortuos opera sua sequantur*. hos quidem milites eo quod confessi decesserant, & culpam sacramento pœnitentiæ deleuerant, expiatorijs supplicijs pro pœna peccato debita ad tempus, illum quia non confessus erat, & culpam criminis abolere neglexerat, æternis cruciatibus fuisse mancipatum. Catholicis vtriusque sortis optio est, hæreticis qui & confessionem respuunt, & purgatorium negant alteratantum competit, quam agnoscunt, & fatentur. Accedat denique horribilius aliud ab Humberto Archiepiscopo coram Papa narratum: *In Teutonicis partibus Comes quidam dives ac præpotens, sed bonæ opinionis & innocentis vitæ, prout humanum erat de eius æstimatione iudicium, ante decennium fere defunctus est. Post cuius obitum quidam religiosus vir per spiritum ad inferiora descendens, præfatum Comitem in supremo gradu scalæ cuiusdam positum vidit. Aiebant namque quia scala inter stridentes atque crepitantes vltrices incendij flammas videbatur erecta, atque ad suscipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia descenderent, constituta. Erat autem tetrum chaos, immane barathrum, infinite patens, atque in profunda demersum, vnde scala producta surgebat. Hoc igitur ordine succedentium sibi series tenebatur, vt cum quis eorum nouus accederet, primum interim gradum scalæ teneret: is autem qui illic repertus erat, alijque omnes ad proximum sibi gradum in ima descenderent. Cumq; alij atque alij ex eodem genere homines post carnis obitum ad præfatam scalam, per temporum interualla confluerent, alij protinus cederent, ineffabilis iudicij necessitate ad inferiora migrabant. Plane dum vir, qui hæc contemplabatur, causam huius horrendæ damnationis inquireret, & præsertim cur ille Comes sui temporis puniretur, qui tam iuste, tam decenter, tam honeste vixisset? Audiuit, quia propter quandam prædij Metensis Ecclesiæ possessionem, quam B. Stephano eius proauus abstulerat, cui videlicet iste iam decimus in hæreditate successit, omnes isti non diuerso supplicio deputati sunt, & sicut eos ad peccandum non dispar auaritiæ culpa coniunxit, ita nihilominus ad perferendas atrocis incendij pœnas, commune supplicium copulauit.*] sic Petrus Damiani epistol. ad Nicolaum Papam, vt ci-

tat Pa-

tat Baronius tomo XI. Annal. anno Christi 1055. Quæ vtinam audiant potentes Ecclesiarum bonis suffarcinati, qui se bonæ fidei possessores putant, male à maioribus occupatorum. Ad hoc caput reducitur *irrisio virorum sanctorum*, quam Deus non solet relinquere impunitam. Scribitur tale quid in antiquissima sancti Carilephi vita: *Mulier quædam Gunda nomine, quam clandestinus supplantator illexerat, Spiritui Sancto volens illudere, virili præsumpta veste, in beatissimi Carilephi monasterium ingredi conata est, vt probaret verumne esset illius vaticinium, quo prædixerat sexui fœmineo nunquam datum iri copiam in illud intrandi, sed iusto Dei iudicio, priusquam vel aspiceret cœnobij clausos aditus, arrepta à diabolo retrorsum ruit, adeoque fœde ab illo vexata est, vt dicere me pudeat. Caput enim illi adegit inter fœmora, sicque factum est, vt quæ sacratis liminibus falsa oscula imprimere tentauerat, immundas sui corporis partes osculari cogeretur, sexumque ipsa suum, quem virili habitu tegere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Ea res effecit, vt deinceps eo se conferre mulieres ausæ non sint.*] *Surius tomo 3. Mens. Iulij.* vtinam & nostri temporis mulierculorum audacia hoc exemplo eis narrato reprimatur. Aliquando etiam, ob festorum dierum cultum temeratum Deus talia permittit, vt ei accidit qui seruile opus faciebat in festo sancti Philastrij. *Beatus Rampertus Brixiensis in tractat. de translatio. S. Philastrij.*

Duodecimam causam præbet multorum *Pusillanimitas, & desperatio, cum mœrore oppressi, à Deo vel non petunt auxilium, vel se malis eripiendos diffidunt: qua de causa etiam plerique se dæmoni vt auxiliatori subijciunt:* præbet etiam *curiositas nimia* causam, quando impudenter petimus scire, quod nulla ratione competit inuestigare: prius illud patet, ex Historia Theophili Oeconomi, quam nobis oculatus testis Eutychianus, patriarcha nouæ Romæ, dereliquit, quam alibi breuiter attigi, hic latius prosequar verbis auctoris, *Cum Cæsar Iustinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido Ciliciæ Adana Oeconomus Ecclesiæ fuit, multis quidem ille gratus, & Episcopali munere, quod tamen constanter detrectauit, dignus existimatus. Qui ab æmulis immerito accusatus, & de officio Oeconomiæ deiectus, in eam animi impotentiam adeoque impietatem, deuenit, vt hortatori Mago Iudæo morem gerens, Christum Dei filium ac matrem eius Mariam data syngrapha turpissime abnegaret, seque totum imperio Satanæ, qui se videndum obtulerat, traderet, atque manciparet. Quid hic faceret miser, tam nefarij criminis sibi conscius? Totus animo perturbatus, vt nusquã fere posset consistere, cum irato Deo se dæmonis esse mancipiũ cogitaret, mutato consilio, tandẽ ad sanctissimam Dei matrem confugiendum duxit, ac templum ei sacrum petijt, in quo suas preces ac supplicationes, cum multa ieiunatione coniunctas, noctes ac dies indefesse consumpsit, magnumque veræ pœnitentiæ specimen edere cœpit.*] subditur deinde, admodum pia & vere pœnitentis ac demissi contritique spiritus, oratio ipsius Theophili, Quid multis *addidit Theophilus quadraginta dies in hoc Mariæ templo perdurans, nullumque orandi, & plorandi lamentandidique finem faciens (tantus in illo feruor erat pœnitentiæ denique, opitulante sacra Virgine, suam scriptam & consignatam diabolo syngraphã, qua Christianismum abiurauerat (mirabile dictu) recepit, in Dei gratiam, redijt, &c.*]

Hanc historiam (qua salutare cunctis, qui iusto Deo iudicio, in maligni hostis, aut maleficorũ eius membrum manus inciderint, ac certum efficaxque remedium proponitur) ex Græcis habent Metaphrastes, *a* ex Latinis Petr. Damianus & Sigbertus *b*. Posterius, de curiositate, traditur à B. Augustino, & in Decreto Gratiani inseritur *c*.

Interdum hæc *ob culpas veniabiles* à Deo permittuntur, maxime vt sanctitas & gratia eorum, qui sanitatem reddituri, cunctis innotescat. hoc cõtigit Abbati Mosi, apud Cassianum, propter leuiculam iram *d*, hoc, propter præcipitem gulam & leuem, cuidam religiosæ apud D. Gregorium, *e* hoc cuidam religioso, ob tepiditatem & distractionem in oratione, apud scriptorem vitæ D. Bernardi *f*, quorum sanatio famam auxit D. Bernardi, D. Equitij, & D. Macarij, per quos Deus illos liberauit.

QVÆSTIO VIII.

Cur cum ista damna plerumque diabolus possit per se inferre, malit vti opera maleficorum?

DVas inuenio causas. alteram quia hoc pacto maiorem Deo se facere credit iniuriam, quando creaturis ratione præditis, & baptismo ablutis, & chrismate delibutis, potest abuti ad creatoris ipsius vilipendium, & irritationem pluribus etiam sic nocet. quia non adeo homines abhorrent à conuersatione & familiaritate maleficorum, atq; odere consortium diaboli. Si namque semper se dæmon palam obtruderet, multi fœdus cum eo percutere, & has artes maleficas exercere detrectarent. Denique plures asciscit sceleris socios, quos perdat.

Altera est, quia quædam per homines potest, quę vel non posset, vel non tam commode posset per semetipsum immediate perficere, Verbi gratia si resistendum sit alicui viro sancto cõcionanti, aut recta suadendi: sicut per Iamnem & Mambrem Mosi, per Elimam D. Paulo restitit. item si sint hæreses spargendæ, sicut per Simonem, Menandrum, Marcum, & alios fecit. item si sacris rebus abutendum, quod in maleficijs frequentissimum est *g*: quibus cum per homines abutitur, copiosius lucrum refert animarum. tum quia sic plures in fraudem inducit: nam contemptoribus rerum sacrarum contemptum adauget, veneratoribus falso persuadet hæc à Deo, non à dæmone fieri *h*, & sic ad defensionem maleficorum multos inducit, atque ita peccatum eis impingit. tum quia consequitur, vt ad magicam superstitionem homines etiam addant sacrilegium. Vnde Deus magis magisque offensus, plura etiam in dies principibus tenebrarum in miseros mortales permittat. Interdum tamẽ, quod per illos posset, mauult per se operari, tum vt eorum aliquam gratiam promereatur, tum vt ab ijs suspicionem noxæ remoueat, tum vt sic potentiam suam ostentet. Singula exemplis illustrat Remig. *libr. 2. Dæmonolat. cap. 9.*

Restabat dicere de remedijs maleficiorum: sed id differo in vltimum librum. Sequitur videamus de vna obseruatione.

.)?(

a apud Suri. mense Febr. to. 1.

b Damian. semon. 1. de Natiu. B. Mariæ Virg. Sigebertus in Chro.

c c. vlt. 26 q. 5. ex D. August. l. 2 de doctr. Christiana c. 22. & 23.

d collat. 7. c. 27.

e l. 1. Dial. 4.

f lib. 2. c. 1.

g c. cuicũque 26. q. 5.

h sic D. August. tract. 7. in Ioan.

LIBRI III.
PARS POSTERIOR
SIVE
DE VANA OBSERVANTIA.

QVAESTIO I.

Quid sit?

DE hac egit D. Thomas 2. 2. q. 96. Potest definiri, *Vana obseruantia est, Magia superstitiosa, qua commodum aliquod speratur ex re, quæ nec supernaturaliter eo pertinet, neque naturaliter id præstare potest.* Dicitur *vana*, quia vel non consequitur effectum intentum; vel si consequatur plus noxæ, quam commodi adfert, quia homo illa vtens tantum percipit vtilitatem in rebus corporeis vel temporalibus, animę vero detrimentum refert. Dixi, *nec supernaturaliter*, quia qui effectum exspectant à Deo, per media Deo displicentia: ii vani sunt.

QVÆSTIO II.

Quale peccatum sit?

A *Liquando lethale, aliquando veniabile.* Lethale erit *primo* si fiat ex pacto expresso cum dæmone. *Secundo*, si quis gnarus sit saltem subesse pactum tacitum, siue cum admonitus nonvult desistere. *a Veniabile est*, quãdiu quis ignorat tale peccatum cum dæmone, si tamen nec ipse tenetur scire, nec fuit admonitus. *b* Intellige de eo, qui nec consuluit peritos. Nam licet, quis ratione officii vel status nõ teneatur scire, tenetur tamen, vt incipit dubitare, cõsilium petere à doctis: quod si non faciat, negligẽs est. potuit enim scire, & ideo non ignorat inuincibiliter. B *Nullum est peccatum*, quando quis ioco tantũ facit, sine præiudicio, vel periculo sui aut alterius: *c* item si quis laboret ignorantia inuincibili, & vtitur mediis vel bonis, vel indifferentibus.

a *Silu. verbo superstiti q* 10 *in fin.*

b *Silu supra Naua c.* 11. *Manual. expess communa*

c *Caieta et Valẽ add. q.* 96.

QVÆSTIO III.

Quotuplex sit?

C SI causam finalem adspicias, potest reduci ad *quatuor* quasi *species*. *Prima* est, quando exspectatur commodum in rebus exterioribus seu fortunæ, vt in animalibus, segetib⁹, vineis, bona aeris constitutione, &c. quando exspectatur bonum aliquod cor-

poris, vt sanitas, liberatio à carcere, hostibus, ferro, igne, aqua & huiusmodi, quia sic se putat fore innoxiũ. 3. quando exspectatur bonum animę naturale, vt ars, vel scientia aliqua. 4. quando exspectantur bona supernaturalia, vt sunt remissio peccatorum, per aliquas certas orationum formas, aut versiculos Psalmorum vel sacræ alterius scripturæ, & alia huiusmodi, ab Ecclesia vel Deo ad hoc non ordinata.

QVÆSTIO IV.

Vnde dignosci queat, quando sit huiusmodi vana obseruantia?

SECTIO I.

DIco breuiter, *primo*. Si constet, quod effectus superet naturæ vires, tunc attendere oportet, an per sacrã Scripturam, vel Ecclesiæ definitionem vel approbatã ab ea traditionem effectus iste Deo tribuatur, siue, quod idem est, an huiusmodi testimonio constet, effectũ hũc esse diuinum: si nihil huiusmodi reperitur, effectus tribuẽdus est pacto cum dęmone inito, & proinde cẽsenda superstitio magica, vt minimũ, vanę obseruantię tales sunt effectus, remissio peccatorũ extra sacramẽ a, quoad mortalia, extra sacremẽralia, quoad culpas veniales. item diuinatio rerum futurarum centingentium, inflexio aut directio earum actionũ, quæ ab arbitrii libertate mere dependent.

Secundo, si constat rem, cui tribuitur effect⁹, hãc vim à Deo vel à natura habere, non est vana obseruãtia ex parte effectus, sed posset esse vana obseruãtia ratione alicui⁹ vitioſę circumstãtię v. g. cilicium, disciplina, ieiuniũ, quia corpus affligunt & macerant, prædita sint virtute ad coercendum concupiscentias carnales, ex viribus carnis, & corporis habitu nimis læto, pullulantes: sed si his addas circumstantias ridiculas, & ad hoc à natura, Deo vel Ecclesia nõ ordinatas, veluti certam horam, definitum numerum, quem nec excedere nec minuere liceat, vel præsentiam certarum personarum, vel vt fiat illa vel illa manu, flagro serico, & huiusmodi, erit vana obseruantia. Ex his regulis infertur esse vanam obseruantiam.

SECTIO II.

PRimo, si ad productionem effectus requiritur fides in ipsum hominẽ qui sanaturus, v. g. credere quod is possit sanare.

Secundo, si effectus attribuitur magicis imaginibus, figuris, sigillis, characteribus, ipsis vera, vel rythmo, vel contactui, &c. *& non Deo, quæ lib. 1. discussimus*: & in his plerumq; est incantatio & pecc. M.

Tertio, si quis vtitur certis orationibus, aut sententiis etiã sacris, aut operibus piis, in reb. vanis, & ad Dei cultum & honorẽ, directe nec indirecte pertinẽtibus. Voco indirecte, quãdo res nõ sunt vanę, quia sunt vtiles proximis, vt sanitatẽ illis vel nobis ipsis adferentes. Nam in huiusmodi reb. fieri posset aliquando, vt licet nos rationẽ siue initiũ nesciamus praxis alicuius; tamen vir sanctus aliquis id instituerit, & à Deo hui⁹ efficientia gratiã obtinuerit. Quare in huiusmodi, si qs ea adhibeat ex mera deuotione, & curationẽ à Deo exspectet solo; sane indirecte ad Dei honorẽ hoc referret auctorẽ omnis miraculosę sanationis, & qui orationi ac fidei, ac ieiunio Christianorum, sanationes pollicitus fuit.

Fuit

a in summ vera superstitio.

Fuit (nisi fallor) hæc sententia Caieta. a ita scribentis, *Quarta superstitio est obseruationum in verbis; aut reb. sacris portandis, dicendis, vtendis, adiunctis aliquib. conditionib. nō malis, quarum ratio nescitur: vt patientes spasmum neruorum, primo Carlino oblato Christi cruci in paraseue vtuntur pro remedio confecto ex illo annulo: & sic de similibus. Quantum enim apparet, in huiusmodi superstitio interuenit: quoniam vanæ conditiones apparent. Si tamen ex mera deuotione fiunt, & nonnisi à Deo intendant, & exspectent effectum, putantes Deum inspirasse alicui sancto viro huiusmodi conditiones, non audeo damnare, sed tolerabile mihi videtur.*] Sic Caiet. Cuius ego sententiā eatenus amplector, vt putem distinguendum ante factū, & post factum. Quoad eum, qui consilium peteret, num sibi liceret huiusmodi facere, omnino suaderem desisteret; immo responderem nō licere. cum enim lege ordinaria non sit solitus Deus huiusmodi conditiones, in quibus aliquid vanitatis apparet, sanctis inspirare, temerariū est sibi quid huiusmodi persuadere; & saltem res iure habetur pro suspecta: quare & tenetur quis admonitus eam vitare. Sed si quis post rē bona fide & opinione, qua dicit Caietan. peractam, & nunquam super eo monitus, vel confiteretur, vel cōsilium quæreret; non auderem illum damnare præteriti peccati: consulerem tamen in posterum abstineret. Si quæras, an in rigore sit vana obseruantia? respōdeo; vt minimum speciem valde verisimilem præ se ferre. Quod semel dictum sit circa hanc Caietan. doctrinam, quæ vtilis est ad multorum consolationem post factum vt dixi: & cōsideranda in plerisque casibus sequentibus particularibus, in quibus aperte malum vel peccati deformitas non apparet.

Quarto, per certa ieiunia & quasdā orationes (quę in quibusdam libellis, damnatis ideo à Papa pio V. cōtinentur) dubias indulgentias, & remissiones peccatorum, & consecutionem rei optatæ exspectare seu quærere, est vana obseruantia: per certa vero ieiunia & orationes sine humano labore, sed secundum instituta artis cuiusdā, scientiam infusione acquirere, pertinet ad primam Magiæ speciem, fit n. ex pacto expresso cum dæmone, & est Mortale. hanc artem, vocant *artem Notoriam*. damnata fuit Parisiis año 1320. de qua D. Thom. *dict. q. 96. art. 1.* Alexand. de Hales *2. p. q. de sortilegio* & alii. inter quos Ciruel⁹ opere Hispanico, sed accurate in hanc sententiā disseruit: quosdam esse autodidactos, qui se putāt, sine vllo labore, lectione, auditione ve, sine pręceptore aut studio, diuinarum, humanarumq; rerum omniū cognitionem breuissimo tempore, sola diuina inspiratione adipisci, certis tantum cęremoniis obseruatis: mētiūtur Salomonem hac fretum arte vnius noctis spatio sapientiā consequutum & methodum huius artis libello, quem circumferunt, cōplexum de adeptione Sapientiæ Salomonis refellit eos S.S. narratio 3. *Re.* 3. de li. merum est cōmentum? nec n. ipsi fabulæ artifices inter se de illo consentiunt. Cōueniunt tantum, quia cuncti ritus quosdā (sed varios) tradunt in speciē pios & Deo acceptos. Method. cōmunior est huiusmodi. Principio iubent discipulum generali confessione totius vitę maculas eluere, & frequēter cōmunicare, & quandocunq. in peccatum aliquod inciderit, eodē statim die cōfiteri: indicta per Ecclesiam ieiunia diligenter obseruare, & insuper

addere

addere ſpontaneos dies alios præſertim quamlibet feriam ſextã, qua nonniſi aqua & pane vti liceat; quotidie ſeptem Pſalmos, & certas quaſdam preces offerre. Hæc omnia ſeptem ſeptimanas ad vnguem obſeruanda, & interea ab omni negotiorum ſæculi tumultu, ac cogitatione hominẽ abſtinere ſe prorſus debere. Quibus peractis libellus alias quaſdam precũ concipiendarum formulas præſcribit tũc recitandas, & certas figuras exhibet, tunc adorandas, præfigit etiam certas horas, quibus preces iſtæ & adorationes obeundæ, nempe ſeptem primos Nouilunii dies ipſos Sole quotidie ex oriente. Ritibus hiſce per tria nouilunia ter peractis; debere hominem ſibi præeligere diem aliquem, quo ſit magis deuotus, & inſpirationi recipiẽdę, magis accommodatus: tum hora tertia debere ſolum ſe ſiſtere in templo, vel oratorio quopiam, vel in medio agri cuiuſpiam flexis in ſolo, genibus, manibus, oculisq; in cœlum ſublatis, ter primum verſiculum Hymni, *Veni ſancte ſpiritus*, pronunciare: quod cum fecerit repente, non minus quã Salomon, Prophetæ ac Apoſtoli, omni ſciẽtia impletum iri: adeo vt obſtupeſcat ipſemet tam ſubita mutatione ſui. quaſi in Angelum vel hominẽ alium migraſſet.] Habetis myſteria omnia huius artis. In quib. quid prius mirer? ſtoliditatem hoc ritus adſcribentium Salomoni? ſcilicet notat ille, vel Feriam ſextam, vel noſtram exomologeſim, vel Euchariſticam ſumptionem, vel hymnum, *Veni ſancte Spiritus*, an vero potius mirer blaſphemiã tale quid de Salomone, Prophetis, Apoſtolis inſinuantem? an ſacrilegam audaciam rebus ſanctiſſimis per ſummam hypocriſim ſic abutentem? nam hunc cultum, & totum hoc adorationis patagium exhibent diabolo, ſacras illi preces, & Eccleſiæ ſacramẽta offerũt, cui initiãtur. Profligati homines corpus animamq; ſimul periculo exitij manifeſti exponunt. Etenim teſtatur Cyruelus *l. de ſuperſtit. p. 3. ca. 1.* multos huic arti vacãtes vitæ vtriuſq; iacturam ſubiiſſe: quoſdam n. ſibi notos à diabolo in aerem ſublatos p turbinem, & terra vndiſq. raptatos, & ita afflictos, vt toto vitę tempore incurabili ægritudine laborarint. Fuiſſe hoc miſericordiæ diuinæ documẽtum, volentis illos in hac vita ſceleris tã atrocis pœnas pẽdere. Deterioris ſibi ſortis videri alios, quorum tam improbo conatui euentus aliquis reſpõdit, iuſte id Deo ad illorum maiorem excæcationem damnationemq. permittẽte. De his ſciẽdum, à dæmone nihil illis ſcientiæ vere infundi, nec enim id poteſt per modũ veræ infuſionis (*vide dicta lib. 2. qu. 4.*) ſed ſolet ipſemet illos obſidens, vel poſſidens per eos loqui, ipſorum phantaſiam turbans, & linguam mouens, ad quædam illis incognita & arcana proferendum: ſicut facere conſueuit, quando ſtriges poſt ecſtaſin mira narrant, quæ autumãt ſe in locis remotiſſimis vidiſſe, audiuiſſe vel egiſſe quando vere loco motæ nõ fuerunt. Indicium huius rei euidens eſt. quia quando iſtos ſuos myſtas aut odidactos dęmõ deſerit, nihil illis ſcientiæ reliquum manet: & ne illorum quidem, quæ paulo ante dixerãt, meminerunt. Deinde iure optimo hæc ars dãnatur, quia vtitur ceremoniis, non ad hũc effectum inſtitutis (quod ſemper ſuſpectũ) obſeruat dies & horas nihil ad hoc pertinentes: iubet adorari figuras illas, quæ nec Dei ſunt, nec Sanctorum, ſed vanæ & magicæ.

Quibus

Quibus Deus vult scientiam infundere, absque ritibus præscriptis vllis id facit; & infudit olim paucis, hodie forte nullis: ars ista contendit non nisi ad amussim exacte seruatis omnibus scientiam infundi, & quidem omnibus. si obseruent. Non igitur qui infundit est Deus, nec Angelus bon⁹, sed diabolus: diabolo offerũt preces, diabolum adorant, diabolo ieiunant, diabolum habituri sunt remuneratorem. plura contra hanc Bap. Segnius *c.7. de vero studio Christiano.*

Huius vanitatis varij sunt rami seu stolones: vnum vocant *artem Paulinã*, quia fingunt à Deo traditam B. Paulo in ecstasi constituto, & Apostolum eam posteris tradidisse. Quid stultius, scelestius, blasphemius dici potest?

Aliam inuenio, nescio an speciem Notoriæ dicam: nam in multis cõuenit, in eo tñ discrepat, quod notoriam aiunt fieri per modum subitæ infusionis, hanc aliter vocant *artem spirituum*, vel *artem Angelicam*, qua dicunt hominem quandocunq; vult, omnium rerum quas nosse vult, scientiã accipere, ministerio Angeli custodis vel aliorũ Angelorum bonorum. Huius duas, tradunt species, vnã *obscuram*, quæ fiat per viam eleuationis, transit⁹, raptus, seu ecstasis: alteram *claram*, q̃ dicunt fieri Angelis visibili in forma corporis assumpti apparentib. & iucunde colloquẽtibus. Hac vsus forte Cardanus, qñ cum tribus illis spiritib. Auerrois sectatoribus disputauit. Verum hæc ars nihil est aliud re, q̃ impia *Goitia* seu *Magia alba*, de qua dictum *lib.1.* nec hi Angeli sunt alij, nisi dæmones Paredrij, hominum deceptionẽ & interitum enixe procurantes. Artis impia falsitas luce clarior est, quia oẽs eius formulæ sunt meræ coniurationes, seu adiurationes, quibus illi spiritus ad obsequium adigũtur. Constat aũt bonos angelos non adiurari, sed precibus honorari & implorari velle ac debere. Cõtra hanc vanitatem etiam scripsit Ioan. Bapt. Segnius *d. opusc. c.8. & 9.* Vnde patet quid sentiendum, qui iactitant se spiritũ habere, à quo cuncta doceantur (vt solebat quidã Magus Parmensis dicere) aut prędito s se, & dirigi spiritu quodam adeo potẽte vt ẽt imaginationibus alienis queat imperare, ꝙ impostor ille Maltesius his ipsis annis in Brabãtia gloriari solitus ferebatur. Nimirũ hos fœdus cũ morte percussisse, & ad Necromanticorum tribum planissime pertinere.

SECTIO III.

QVinto quando gestãtur reliquiæ, vel Euangelium sancti Ioannis, aut aliqui versus psalmorum, non ex deuotione tantum, sed adiunctis vanis circumstantijs, v.g. vt sic vel sint scripta, vel reliquię sint in vase triquetro vel rotundo, vel tribuendo vim formæ, vel materiæ *a*, vt scriptum sit in pergameno virginea, vel tempori, vel scriptum sit oriente sole, vel personæ, vt alligatum sit ab incorrupto, vel modo, vt tot filijs, vel talibus. item necesse est, vt nulla adsit figura præter signum crucis, nulla imago, præterq̃ Christi, vel B. Virginis vel Sancti alicuius noti, aut solita angeli boni; item nulla barbara & incognita Dei vel Angelorum nomina sint addita, denique nihil aliud adsit vani vel mendacis. Deus enim nũquam est auctor mẽdacij, vel vanitatis *b*. Obijciat forte aliquis solum signum crucis iure Canonico permitti. *Resp.* Canonem agere de characteribus quibus crucem annumerat: non agere de imagi-

a *D. Tho. sup. a. 4. & Nauarr. d. c. 11. n. 35.*

b *ita senti- [illegible] cano n. [illegible] per text. c. non licet. 26 q.*

D. Thom. sup. D. Annonin 2. p. tit 12. c. 1 Martin de Arles de superstit. tract. 10. Viguer c. 56. v. 5.

nibus, quæ cum in templis pie habeantur, cur non possint & collo gestari? De ligaturis superstitiosis, accipio Antisidorense Concil. Can. 3. quem à mendo liberum nō queo præstare, sic legitur in fine: *nec sub tibia aut pede, aut hominē linea fieri penitus præsumat.* prior prohibuerat superstitionem soluendi vota ad arbores, sentes, aut fontes gētilia superstitione scuratos: postea vetat superstitiosas ligaturas, quæ *sub tibia* teniis alligatis fiebat sed diuinent alij, mihi nox mera, in illis, *hominem lineo.* Lux clara in sequentibus: nam de his luculenter sic D. Augustinus *c. Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad præseruationem corporum, sed ad quasdam significationes occultas, aut etiam manifestas quæ mitiore nomine physicam vocant: vt non superstitione implicare, sed natura prodesse videantur. sicuti sunt inaures in summo aurium singularum, aut destruthionum ossibus ansulæ in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti, vt dextra manu sinistrum pollicem teneas.*] censuit itaque D. August. in his esse vanam obseruantiam, arbitror qa hæc ad futuri obseruationem notabant. fieri namque potest, vt vltima duo physicam vim ad sanitatis cōseruationem aliquam obtineant & tum à superstitione forent aliena. Addit idem August. postea, obseruatu quiddam dignissimum, non quicquid intus sumptum naturaliter iuuat, idem etiam appensum iuuare: & ideo plus cautionis adhibendum in his appensis, quoniam in ijs plus periculi versetur. *Aliud,* inquit, *d, est dicere, tritā istam herbā si biberis, venter non dolebit, & aliud est dicere istam herbā collo si suspēderis, venter non dolebit. Ibi n. probatur contemperatio salubris: hic significatio superstitiosa damnatur,*] quibus verbis sentit, prius esse remedij, posterius vero signum pacti. Sic è conuerso, non quicquid efficax est à natura appensum; vt sunt quidā Indici lapides contra dolorem renum, lineis, &c. id ēt est efficax tritum, & intus sumptus. Subdit sapienter Aug. *Quanquam vbi præcātationes & inuocationes & characteres non sunt, plerumq; dubium est, vtrū res quæ alligatur aut quo quomodo adiūgitur sanādo corpori, vi naturæ valeat, q̄ libere adhibendum est, an significatiua quadam obligatione proueniat, q̄ tanto prūdētius oportet cauere Christianū, quanto efficatius pdesse videbitur. Sed vbi latet, qua causa q̄d valeat quo animo quisq; vtatur, interest.*] Ex quibus verbis tria colligas. *Primo,* si putatur res naturaliter pdesse, tunc licet suspendere de corpore. quia hoc fit tanq̄ remedium. *Secundo,* si putatur non prodesse naturaliter vt causa, sed dūtaxat vt signum futuræ sanationis, tunc omnino abstinēdum. *Tertio,* si res dubia sit, nec adsint medici, qui cōsulantur, tunc animum & intentionem appendentis, rem bonā vel malam facere; bonam, si facit opinione priore; malam, si posteri⁹ credat. Tunc n. incideret quis in *c. admoneat* 26. *q.* 7. quo laici anathemati, clerici degradationi subijciuntur. Canones *a* non permittunt orationes alias inscribi periaptis præter orationē Dominicam & Symbolum; sed vsu Catholico, id ad Euangelium B. Ioannis, & alias S. Scripturę partes extensum videmus: quia par in ijs ratio pcedit; nempe deuotio ferētis, & verborum sanctitas. Quę si prosunt pie recitatæ cur non & pie gestatæ? sed

c I. 2 de doctr. Christ c. 20. reperitur in c. illud 26. q. 2.

d d. lib 2. c. 26.

a c. non liceat 26. q. 5. & c. non obseruatis 26 q. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tæ? sed semper superstitiosa quæ dixi-
mus vitanda; inprimis numeri certi
iteratio. qñ illi vis attribuitur. Vnde
sane oportet intelligere, ꝙ magnus
b in Ps. 115 Cassiod. scripsit *b*, *multis efficax remediũ
in varijs malis fuisse trinã recitationẽ hu-
ius versic. Dirupisti vincula mea, &c.* vt nõ
ipsi æternæ repetitioni sed in honorẽ
sanctissimæ Trinitatis ter repetentis,
deuotioni, Deus id detulerit, sed de
orationum formulis mox plura.

SECTIO IV.

C. SExto, huc referẽda vanissima omi-
num (κληδονισικὴ) animaduersio. de
qua B. Chrysost. *hom. 21. ad pop. Antioch.*
*Et quid tãdem sunt omina: Sape domũ quis
suam egressus hominem videt monoculum,
vel claudicantem & ominatus est.* Et post-
ea, *Si virgini occurreris, sterilis dies erit, si
vero meretrici, dextera & plena, & multa
mercatione plena,*] mox vt par erat in
hanc dementiã inuehitur vt & Phile-
mon apud Theodoret. ὅπαν ἴδω παρθηρεύ-
σαντα γέροντα, ἢ τις ἐφ' ὁδῷ σκοπιὸν σκοροδίλλα πο-
λῶν ἐπιπαθῶν &c. quod ita vertit Ze-
nobius, *cum videro obseruãtiam qui ster-
nuat, aut speculantem si quis accedat, per-
dam ego hunc hominem è vestigio.* Subdit
deinde auctores alios veterum ridẽ-
tes superstitionem omnium Menan-
drum, Antiphonẽ, Arcesilaum, Dio-
genem Bionem, vide Theodor. lib. 6.
de curand. Græcor. affect. in princi-
pio. Quod vero Ausonius tria tantum
omnia agnoscit, eum refellunt cæteri
qui plurium meminere. forte de præ-
cipuis tantum loquebatur. sed quæ il-
c d. c. 20. la in re vanissima? D. Aug. sic scribit *c*.
*His adiunguntur millia inanissimarũ ob-
seruationum si membrum aliquod salierit,
si iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut
canis, aut puer medius interuenerit: atq; il-
lud ꝙ lapidem calcant tanquam dirempto-*

A *rem amicitiæ, minus molestum est, quam ꝙ
innocentem puerum colapho percutiunt, si
pariter ambulãtibus intercurrerit. Sed bel-
lum est, ꝙ aliquando pueri vindicantur à
canibus. Nam plerumque tam superstitiosi
sunt quidam, vt etiam canem qui medius
interuenerit, ferire audeant, non impune.
Namq; à vano remedio cito illo percussorem
suum ad verum medicum mittit. Hinc sunt
etiam illa limẽ suum calcare, cum ante do-*
B *mum suam transit: redire ad lectum, si dum
quis se calceat sternutauerit: redire domũ,
si procedens offenderit: cum vestis à soricí-
bus roditur, plus timere suspicionem futuri
mali, quam præsens damnum dolere. Vnde
illud eleganter dictum est Catonis, qui cum
esset consultus à quodam, qui sibi erosas esse
caligas diceret à soricibus respondit, non esse
illud, monstrum: sed vere monstrum haben-
dum fuisse, si soricis à caligis roderentur.*]
C vides quot genera hic fuisse à D. Au-
gust. enumerẽtur. *primo* Salisatorium.
de quo Isidorus tradit *Salissatores* seu
Salitores vocari huiusmodi ominosos.
Salissatio παλμὸς vet. glossario vocatur
& palpitiatio: huius species à cilijs, vel
oculis potissimæ. isti[9] Suidas & Theo-
critus meminere: illius Plaut. in Mil.
glor. *Præcantatrici, collectrici ariolæ, aru-
spicæ Flagitium est si nihil mittetur, quæ*
D *supercilio spicit*. & in Pseudo. *Nisi quia
futurũ est, ita supercilium salit.* vide Cæ-
lium lib. 7. c. 29. quo videtur referen-
dum quod quidam sonitum spontaneum auris dextræ, vel sinestrę obser-
uant, vt si hæc tintinet, inimicum, si il-
la, amicum, nostri putent memoriam
tum recolere. de quo Aristinetus *d*, *d in epist. amatoria.*
E οὐκ ἤκουσεισοί τι ὦπες, ὅτι σοῦμε τὸ ἀκρόων ἐμε-
μνήμην *nonne auris tibi resonabat quando
tui lachrymans recordabar*: & alicui huc
pertinere videatur illud Lesbyæ vatis
à Veronensi conuersum,

Sonitu suopte Tintinnant aures.

Quod illa dixerat: βομβεῦσ' εὐδ' ἄκοα ἐμοὶ & apertius incertus quidam, sed antiquus e:

Garrula quid totis resonas mihi noctibus auris?
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.

Quod referre ad amātium sympathiam, nimis longe petitū. huc pertinet & *Spatulamāthia*: quę fit nuda spatularū inspectatione. A corpore ēt sumitur omē sternutationis, & offēsionis pedū, de quo mox plura dicemus.

Alia ducuntur ex nomine, alia ex fortuitis aliorū verbis, alia ab ijs quæ domi, alia ab ijs quæ in via cōtingunt. Ex nomine ductum illud, ꝙ narrat Glycas f de Augusto, cum Nicopolim vocasse, quā exstruxerat vrbem: & ibi hominis ac asini statuas aheneas locasse: eo quod ea nocte, quę Actiacam pugnam præcessit, in hominem inciderat, qui asinum agebat, cumq; illius de nomine sciscitatus fuisset: *mihi quidem respondit ille nomen est, Eutyches* (h. Felix.) *asino vero, Nicon* (.h. victor.)] Ex verbis fortuito prolatis, quæ Cicero censuit ꝓprie vocari omnia g, vt cum filia Consulis bellum Perseo cogitantis, patri dixit Perseum obijsse, quod erat Melitæi catelli nomē. Οἰκοσκότεκα (de quibus olim Xenocratem tradit Suidas librum cōposuisse) sunt apud Terētium, si introijt in ædes ater alienas canis, vel anguis po[illegible] impluuium decidit de tegulis, vel gallina cecinit illud de cane, *caninam scæuam* vocabāt: vt ex Plauto alij notant de angue testatus etiam Xenocrates, & addidit de mustella etiam Dio Cassius lib. 58. & Plautus in Sticho. de angue quoq; Theophrastus in notis superstitiosis, de gallina canente, docent Donatus in phorm. act. 4. Apuleius li. 9. de asino. vt hodie multi peccant, si salinum

e inter Catalect. Virg.

f annal p. 3

g l. 1. de diuinat.

A euersum, vinum effusum, si crebrius vel rarius in mensa sternutatum: si ꝙ in conuiuio verbum tristius pronunciatum, si quis crus cruri imposuerit, sicanis vlulauit, coruus tecto insidēs crocitauit, & huiusmodi. Quæ foris eueniunt non sunt pauciora, & hoc genus vocant τὸ ἐνόδιον, vt D. Augustin. retulit, & quæ Horatius canit,

Impium parcæ recinentis omen
B *Ducat, & prægnans canis, & ab agro*
Rana decurrens lupus Camerino
Fataq; vulpes:
Rumpet & serpens institutum

tale quoque gentiles iudicabant obuium habuisse Christianum vt narrat Photius, & colligas in Minutio ni fallor & Tertul. Item si obuius, intestabilis, abscissus, (sic Lucian. in Pseudolo.) cæcus, claudus, aut mulier sparsis crinib. Item leporem iter transuerso saltu velut diremisse, capram, aut aliud animal in via vidisse, & ꝙ, ex irreligiosa mēte hæreticorum profectum, habuisse obuium monachum, cuius etiam mentio apud Pet. Belelensem *Epist.* 65. & alia infinita, vt subiecta post finem huius sectionis tabula docebit.

Huic ominosæ obseruationi plurimum tribuere olim Romani, vt patet ex Ciceronis libr. *de Diuinat.* & Valerio Maximo *li.* 1. *c.* 5. Itē Græci & Ægyptij, vt docet Pausā. *in Achiac.* & Theophrast. *in Characterismis*, vbi multa exempla ponit *a* necnon Syri, teste S.S. in Regum historia *l.* 3. *c.* 20. *v.* 33. vbi legitur nomen *ominis*, quod D. Augu. *b* negat se in sacris literis inuenisse. forte inciderat in libros in quibus nō habebatur, *viri pro omine acceperunt, & pro fœdere & rapuerunt, &c.* οἱ ἄνδρες οἰωνίσαντο καὶ ἐσπείσαντο, vt nunc in LXX. legitur, vel potius οἰωνίσαντο interpretatus est, in genere sunt augurati, vt & He-

a c. de superstition.

b lib. 1 retract.

bræum נחש *nachas* generale est, & pro ratione subiecti interpretãdum. ideo noster rectissime vertit *omen*. De horum omniũ vanitate legendi Pet. Blesensis. *de epistol.* 65. Franciscus Picus *c*, VVimpina, Mich. Bedina. Benedict. Pererius, & Iul. Sirenius : præcipua ratio est, quod cum omnia certã nullam causam habeant, sed à casu plane dependeant, in cõtrarios fere semper euẽtus rapi possunt. exemplo sit illud Anchisæ apud Virgiliũ, q visos equos spem pacis ait facere, & bellũ minari Longe autem diuersa sunt, omen fortuitum arbitrio suo rapere, & signũ à Deo, ex necessaria & ad honorẽ Dei tendẽte causa, poscere, quod in S.S. licite fecere, seruus Abrahæ *d* de quo optime illic in Commẽt. locutus fuit Thom. Anglicus) & Gedeon *e*, & Ionathas *f*: & in aliis Historiis, Greg. VII. in causa Cardinalis Simoniaci, apud Martinum Polonum, & D. Augustin. *g*, & Clodouæus Rex Francorum. *h* De ominum variis speciebus, si quis multa volet à nostris diuersa poterit legere Blesens. de epist. 65. & Ioan. Salisberiensem *libro primo de Nug. curial. capite vltimo*, dũ meminerit ea ab ipso non approbari, sed vt aulicorum vita commemorari: & notanda imprimis hæc quæ subiungit verba;

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem
Vt lassare queant Fabium.
Quibus quæcumque domus institerit, eam nec ab ipsa salute arbitror posse saluari.]

Quare.

Concl. sit, *Omnia semper illicitum obseruare*. nam licet Caiet. *i* scribat: *potest homo absq; omni præsagio cauere prudenter ab imminentib. dubitãdo ne præsens occursus sit signum futuri ex cõmuni vtriusq; causa cœlesti, vel etiam diuina prouidentia: vt si quis cadens corporaliter, timeat aliquẽ casum in statu, vel honore, &c. propterea tamen non desistat ab operibus prudenter agendis, sed cautius vigilet, &c. Potest enim esse, vt iste casus sit effectus causæ futuri casus, & propterea significet illum.*] hoc reuera est de valde raro nũquam contingentibus, & si quando contingat, iam non *omen* proprie dictum, sed *prodigium* potius fuerit, à Deo missum, & ad τερατοσκοπίαν licitam, pro morum emendatione, referendum. Equidem semper mihi visa hæc Caietani obseruatio portam pandere, ad ominosam istam obseruationem, quæ D. August. & aliis *k* inanissima semper visa. *nonne* (vtar verbis Ciceronis de Diuin.) *hoc si suscipimus, & pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erũt obseruanda?* Nonne semper prætexat superstitiosus. offensionem quãuis pedum sibi diuinam iram prætendere? quid enim aliud gentiles contendebant? Nonne hoc in Tib. Graccho obseruarunt, quo die occisus fuit, domo egredientem ad limen grauissime pedem *l* offendisse? Nonne dicat, hoc idẽ Crasso infausti prælii die accidisse? *m* Nonne hoc de marito Laodamia scribit?

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vt vidi ingenui, tacitoque in pectore dixi,
Signa reuersuri, sint, precor, ista viri. n

Nonne de se iam venia dignus Tibullus? qui cecinit:

O quoties ingressus iter mihi tristia dixi,
Offensum in porta signa dedisse pedem. o

Quid si enim dicerent, euentũ hũc

c Picus lib 6. de prænot c 5. VVimpina (qui opt) libr. de diuinat. c 13 Medin. de recta in Deum fide libr. 1. c. 2. Pererius in c. 24. Gene. disp. 6 Siren. li. 9. de Fato. ca. 21. & 22.
d Gen 24.
e Iud. 7.
f 1. Reg. 14.
g Fulgos. li. 1. ca. 3.
h Egnat. li. 1. ca. 4.
i in sum. v superstitio.
k D. Aug d. c. 20. Pico Vvimpinæ Sirenio. Medi Pererio, Salisberiensi & Blesens l Val Max l 1 c 4. Plutarch. in Gracchis.
m Plutarc in Crasso.
n Ouid in Heroid. epist.
o lib. 1. eleg. 3.

ab eadē prouenire causa prouidentię, à qua mortes & strages istorum? Nōne Caietano iudice absoluēdi? Sed obiiciat aliquis. B. Marcus Euāgelista. Euangelizandi caussa, nauigio Alexandriam petens cum nauē egrederetur, calceum rupit, atq; Deo gratias agēs, iter suum expeditū esse perhibuit. *Respond.* hoc est apocryphis proferri. Deinde, vt vtar verbis Pet. Blesensis. *Quicquid alij credāt, ego indubitater credo, sanctum Euangelistam, hoc non ex superstitiosa curiositate dixisse, cui etsi nunquam calceus ruptus esset, ei tamē sui expeditionem itineris, per Spiritum sanctum Dominus reuelasset.*] sic ille: qui addit aliud omē, eorū qui, si in itinere aliquis interroget, quo proficiscantur, subito recitāt. Nituntur facto Iudith, 8. *ve.* 33. quę discedens inhibuit, ne quis eam quo proficisceretur, interrogaret, quasi interrogatio aliquid ominis habuisset, ꝙ susceptū iter potuisset impedire. Sed hoc est sinistre interpretari mentem sanctæ viduæ, quæ id vetuit tātum ne quis allocutione & salutationibus eius incæptū moraretur; vel ne curiosius, quid egressa faceret, scrutarētur. *De sternutamentis* semper erit quo excusent. incidat in aduersū aliquid, qui sternutat: ducet ab eadē causa vtrumque euentum. fit felicior alius, & optatis potiatur, id ipsum dicet signū fuisse successus, & nō à naturali, sed superna cœlesti causa cōmuni id euenisse. Sane sternutationū medium omē cēsuere veteres, vt notatum Scholiastæ Theocriti *p*, ideoq; sternutāte aliquo, astantes illi bona verba dicebant: vt si quid portēderetur mali: id fausta precatione auerterent *q* matutinam sternutationem prorsus infaustam: meridianā firmissimi auspicii, & conatus nō irriti indicium rebantur, etiā Aristot. auctore, maxime si à dextro latere. *s* Vnde Propertius. *t*

Nunc tibi nascenti primis (mea vita) dieb.
Aridus argutum sternuit omen amor.

Et Catullus, de Acme & Septimio, *u* sternutationis dextrę approbationē vocat auspicium bonum. Quid? quod & *peditum* obseruabāt, & Græcis quidem omē erat bonum, vt *ex Hymno in Mercurium*: Latinis infaustum censebatur, vt ex Catone *de re Rustica* fuit aliis obseruatum, De *Soricino* auspicio æque ridiculi veteres, de quo præter Plin. in Histor. natural. etiā recte accipiunt illi Ausonii,

Quadrupes auspiciis quis iungitur oscinibus? Mus.

Vide N. lib. 1. Auson. lect. capit. 25. Sed hæc suffecerint de nugis omniū. de quibus etiam nonnulla Polydorus 3. *de prodigiis* & Nausea *libr. 2. mirabilium.*

Hic inserenda est Tabula hoc signo notata.*

SECTIO V.

SEptimo, potest nonnunquam vana obseruantia contingere in *strenis primo anni die* dandis. Solebant Ethnici Kalendas Ianuar. (vt docent Suetō. & Ouid. *x*) magna solennitate celebrare, in honorē Iani, & inter cetera tunc inuicē dare strenas, in omen siue precationem bonā anni prospere decursuri: vel aliorum multorum adiiciendorum. nam dicta quasi *trena*, & ternarius perfectionis atq. plenitudinis index eo quod tria sint omnia Aristoteli *a*. Has *strenas* propter huiusmodi superstitiones, cōcil. Antisiodorēse vocat diabolicas *b*, verba sunt: *Non licet Kalendis Ianuariis veculo aut ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare:*

p *In Thalisiis & Epithala. Helenes.*
q *Plinius lib. 28. c. 2. Apuleus, de asino lib. 2.*
r *Sect. 33. prob. em. c. 11.*
s *Xenophon. anabap. lib. 6.*
t *lib. 2. eleg. 3.*
u *Epigrā 43.*
x *Sueton. in August. & in Caligu. Ouid. Fastor. Festus in strena.*
a *libr. 1. de cælo.*
b *cap. 1.*

uare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus quo loco legerim libens, vel saltem explicem, *vitulo* (seu *buculo*) *aut ceruulo facere*: vt sit simile illi, *cum faciam, vitula pro frugibus*: quod memini cum contulissem placere fratri Basilio Poncio de Leon, homini eruditionis elegantioris, & qui eas mittunt damnari videntur à D. Augustin. apud c Gratian. & à Martino Papa; Qui: *Non licet* (ait) *iniquas obseruationes agere Kalendarum, & ociis vacare, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis enim hæc obseruatio Paganorum est.* d] Solebant autem pii Christiani eo die ieiunare, in detestationem gentilitiæ superstitionis, vt docemur à D. Ambros. e & Concil. Toleta. 4. f qui vero contempto ieiunio festum diem, cum paganis, agebant, illis Romanorum Concil. sub Zacharia Pontifice dixit anathema, g Quare si quis hodie vel in honorem Iani vel Streniæ Deæ epulis vacaret, aut strenas mitteret, vel acciperet, is esset idolatra: si id faceret tantum, vt omen certum prosperi euentus, foret vana obseruantia mixta diuinationi, plerumque mortalis, si tantum id faceret, vt incertum omen vel augurium, peccatum esset veniale, si animi tantū causa, vel amicitiæ conseruandæ causa, pro consuetudine Christianorum, nullum esset peccatum: immo si faceret in honorē circumcisionis Dominicæ, quam tūc celebrat Ecclesia, mereretur coram Deo. Nam hodie cessant exolitæ Gētilium superstitiones, quæ tam rigidæ sanctionis canonum causa fuere.

Cauendæ tamē etiam hodie superstitiones illæ, de quib. Burchardus ita scribit: *Obseruasti Kalend. Ianuarii ritu Paganorum, vt vel aliquid plus faceres propter nouum annum, quā antea vel post soleres facere. ita dico, vt vel mēsam tuam cū lapidibus, vel epulis in domo tua præparares eo tempore: aut per vicos & plateas cantores & choros duceres, aut circa tectum domus tuæ sederes ense tuo circumsignatus, vt ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequēti anno futurum esset: vel in biuio sedisti super taurinam, vt & ibi futura tibi intelligeres, vel si panes prædicta nocte coquere fecisti tuo nomine, vt si bene eleuarētur, & spissi & alti fierent, inde prosperitatem vitæ tuæ eo anno prouideres. ideo quia Deum creatorem tuum* (hæc faciendo) *dereliquisti, & ad idola, & illa vana te conuertisti, & apostata effectus es, duos annos per legitimas sedias pœniteas.* Burch. in Pœnitentiali 5 libr. 19. c. de arte magica, vers. Obseruasti Kalendas. Vbi habes breuē quādam enumerationem superstitionum illius diei, quæ cum strenarū missione hodierna clarum est nihil similitudinis habere. Vbi pro *lapidibus* forte corrigendum est, *lautitiis*. Non habui in quem locum commodius reiicerē, etsi sacrilegii aliquid subesse cēseam, quod Hiberni siluestres lupos in magno honorare habēt & in patrinos asciscunt, quos *Charichrist* appellāt, pro eis orantes & bene precantes, & sic se ab illis lædi non verentur. narrat Chambdenus, *in Britanniæ Antiquitat.*

c cap. non obseruetis 26. q. 7.

d cap. non licet. 26. q. 7.

e serm. 17 f Can. 10.

g ca. si quis Calendas. 29. q. 7.

SECTIO VI.

OCtaua superstitio est *temporariorum*, qui dies, mēses, annos obseruant, non ad Dei cultum, sed ad directionem negotiorum suorum: vt qui certis temporibus herbas colligunt, vel ligna succidunt, p ędificiis vel nauib. superstitione carēt, si id faciant p moti naturali obseruatione mot⁹ & influentiæ

fluentiæ cœlestis, certis enim tẽporibus vis herbarum efficacior est, ligna quoq; minus obnoxia sunt corruptioni, & aptiora sunt ad vsum. Sed superstitio foret, si obseruaretur cert⁹ vnus hebdomadæ vel mensis dies tantum, vel certa diei hora, qua talis hora vel dies est, vel adderẽtur circumstantiæ inutiles, aut orationes ociosæ vel nõ approbatæ *h*. Vnde sequitur, quod recte Binsfeldius infert *i*, huc referẽdos qui *obseruant certas festiuitates*, vt Conuersionis B. Pauli, Vincentii, Vrbani, vel aliorum, quibus si pluat, vel cœlũ serenum sit, sibi spondent serenitatẽ, fertilitatem, vini copiam vel inopiã, aut cõtinuatam per tot dies pluuiam, vnde & superstitiosos fecere versus, quorum primus est; (*anni, &c.*

Clara dies Pauli bona tempora denotat

Item *qui colligunt herbas in die* Sancti Ioannis, ad certos quosdam effectus, credentes eo die habere vim naturalẽ efficaciorem, vel *inserunt arbores* ipso die Annũciationis B. Marię, vel in Festo S. Stephani *minuunt sanguinem equorum*, & similia faciunt, naturalem causam attendentes, q̃ nulla est, vnde vane ista instituunt: sed & festa sic potius inhonorant quam colũt. Si vero directe ista adscriberẽt merito Sãctorum, & Deo tribuerent effectũ vt sanctos illos honorandi, viderẽtur & ipsi sanctos illos honorare. quare nec auderem eas damnare. Huc etiã pertinẽt, qui *obseruãt quosdã dies*, vt puta diẽ D. Magdalenæ, diem Lunæ, *&c. vt infaustos*, vel vt faustos ad iter, aut rem aliquam inchoãdum: item *an cum surgunt, primo* induerint calceum vel femorale dextrum an scæuum, aut quo pede primum tangant terram, vel domo egrediantur, & q̃ huiusmodi nugatoria eos cõstat peccare isto superstitionis genere. Tales in iure Canon. vidẽtur *dies Aegyptiaci*, quorum mẽtio apud D. August. *k*. Collegit nationum cunctarum fere dies ominosos & obscænos Alexander ab Alexand. *lib.* 4. *gẽ. dier. c.* 20. sed hos Ægyptiacos p̃termisit. Cęli⁹ Rhodiginus *l*, hoc tãtum, *vocari dies atros & ἀποφράδας, vulgo à veterib. deluxata voce*, Ægyptiacos: *ab Aegypti, inquit, vanitate proclinato nomine. Eorum Augustin. meminit, & in canonicis decretis nõ est prætermissũ.*] Sed qui dies isti apud Ægyptios, hoc debuit explicare. Glossa Canon. vult, Ægyptios docuisse qui dies toto anno infausti forẽt ad opus inchoandum, & hos Ecclesiam olim in Kalendariis suis signasse, quorum posterius nihil dubito, quin falsum sit: nunq̃ n. hæc Ecclesia recepit, Apostolicę ꝓhibitionis memor *m* posterius põt recipi, astrologorum n. ista cõmenta fuere, & Ægyptus inuentrix astrologiæ. Petrus Breslayus *lib.* 1. *Notabilium c.* 53. huiusmodi dicit esse Ian. 1. & 25. Febr. 4. & 26. Mart. 1. & 28. April. 1. & 10. Maii 3. & vlt. Iunii. 10. & 17. Iulij 13. & 27. Aug. 1. & 24. Sept. 3. & 21. Octob. 3. & 22. Nouẽb. 5. & 28. Decẽb. 7. & 22. vnde acceperit nescio. Suspicor tamen, Ægyptios pro scæuis & nefastis habuisse etiam dies illos, quibus tot plagis à Moyse percussi, & quo Pharao cum exercitu mari demersus. Nam singulis gentibus insignes clade aliqua dies, postea semper atri habiti, vt de Romanis Græcis, aliisque docuit Alexander ab Alexand. *n* Exempla plura harum superstitionum, suggerunt Patres, illa D. Pauli verba, *Dies obseruatis, & menses & tempora & annos. Timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis*) explicantes, vt Ambrosius, *Dies obseruant, qui dicunt vt puta, crastino proficisciendum non est, post crastinum enim*

h c. non licent 26. q. 5 & d c. non obseruetis Silu. v superstitio. qu. 10. Sic intellige Burchard. d. c. v. 3.

i de Confess. malefic in 3. causa dispositiua ad malef.

a Comm. in epist. ad Galat. 4. Enchir. c. 79. & in c. non obseruetis, &c. quæ existimaret 26. q. 7.

l lib. 14 antiq. lect. cap. 9.

m ad Gal. 4. v. 10.

n d. c. 20.

non

non debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, *qui cursus Lunæ perscrutantur, dicentes vtputa, septima Luna instrumenta confici non debent. Nona Luna seruum, emptum vtputa, domum ducere non oportet. & per hæc facilius solent aduersa prouenire.* Tempora *vero sic obseruant, cum dicunt: Hodie veris initium est. festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iter faciendū, Posterum est, domum egredi non licet.* Posterum, *significat aduersum & præposterum, quasi commoditate serum.* Annos *sic colunt, cum dicunt Kalendis Ianuarijs nouus est annus. quasi non quotidie anni impleantur: sed vt Iani illius memoriam recolant bifrontis, hac superstitione nituntur, quæ longe debet esse à seruis Dei. si enim Deus ex toto corde diligatur, ipso propitio, nulla debet esse formido neque suspicio harum rerum. Prospere enim potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei deuotione fit.*] D. August. *a Eos enim inculpat qui dicunt, non proficiscar quia b prosperus dies est, aut quia Luna sic fertur: vel proficiscar, vt prospere cedat, quia ita se habet positio siderum. Non agam hoc mense commercium, quia illa stella mihi agit mēsem: vel agam, quia suscepit mensem. Non plantem hoc anno vineam, quia bisextus.*] quæ ad verbum comm. suo inseruit Diuus Anselmus. *Idem August.* sic alibi *c, sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, volunt & nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora.* & alio rursus loco *d, plena sunt conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agēdarum à Mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur aut ædificiorum, aut huiusmodi aliquid operum, diebus, quos Aegyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.*] Hactenus Patres, quorum adscripsi verba, quoniam licet primo loco, & iuxta contextus seriem, Apostolus loqueretur de superstitioso dierum mensium, & annorum cultu Iudæorum, quos Galatæ Iudaizantes haud dubiè imitabantur, vt optime cum Græcis D. Hieron. & Primasius arbitrari, fieri tamen potest, vt aliquid etiam paganismi simul irrepserit. vt vidi in Francia, tempore Catharinæ Mediceæ, quando inter aulicas matronas adeo hæc vigebant, vt nihil inconsultis astrologis (quos *Barones suos* nuncupabant) conari auderent. Quæso. si quis dies infortunatus, vnde? ex astrorum respondent influxu, & positura? verum hæc est alia atque alia singulis annis, nec eadem illo eodem die. fuse hoc physicis rationibus refellit Ciruelus *d. p. 3. cap. 6.* qui potest consuli. Ad hanc superstitionem diariam referendi quoque sunt, qui certis diebus olera scopis tāgunt, ne ciniphes, erucæ, campæ, vel alia infecta noceant: item qui nolunt vngues præscindere die Veneris, vel nere die Sabbathi, cum interea nō abstineant in honorem Deiparæ ceteris operibus seruilibus: qui credunt maiorē inesse vim aquæ benedictæ Dominicis post quatuor tempora, quam alijs ad speciales quosdā effectus: item qui oua, quæ gallinæ pariunt dies Parasceues, toto asseruant anno, qa credunt ea vim habere ad exstinguenda incendia, si in ignem injciantur. cedo enim, vis hæc naturalisne? vnde? à die, vel matre? nemo hoc dicat. nam quid absurdius? nulla matri prærogatiua tum præcipua cōpetit: nihil diei, cœlestes orbes tum vel sidera singulare influunt. Vis illa, supernaturalis ergo. cur non idem competit enixis die Anastasis, vel Natalis Domini? speciali, inquient, priuilegio. dic sodes, vnde

a epist. 119. c. 7.
b lege posterum.
c d. c. 79.
d in d. c. 4. ad Galat.

nosti? cui & quando concessum? constat experientia, dicent. Sed illa fallax, & vnde certus es, non ex pacto effectum nasci? Deuotio persuasit, dicat alias. Non bona deuotio; quæ cum scandalo coniuncta, quæ merito suspecta, quæ anilis, quæ singularis, quæ nullo Ecclesiæ vel traditionis munita suffragio. Faciũt in his partibus multi. Sed in ijsdẽ partib. multi pietatis & rerum fidei morumque imperiti, multi curiosi, multi superstitiosi. Lege Martin. de Arles tractat. de superstitione.

SECTIO VII.

G. NOno loco sunt obseruãtiæ vanæ in malis depellendis & morbis sanandis variæ, vt si quis faciat oblationem, ex bonis eleemosyna impetratis, credens ea maioris efficaciæ ad effectum consequendum: qui putant crucem ex eleemosynis emptam vel factam, vel sanctiorem, & efficaciorem: qui offerunt sanctis ceram vel aliam materiam, illi immiscentes capillos hominis, vel pilos animalis ægri: qui mergunt imagines in aq̃, pro pluuia obtinenda: qui faciunt quasdam ligaturas, ne lac vaccis subtrahatur: qui per annullum desponsationis meiunt, vt liberentur maleficio: qui pro quibusdam capitis doloribus, & similibus morbis curandis ad porcorum lintrem seu obbam collũ applicãt. In nomine Patris, &c. qui metiũtur cingulum ægrotantis ad cognoscẽdum à quo sancto sit sanitas impetranda, adhibitis alijs definitis ritib. qui stramen bipenni diuidunt, vt sanentur manuũ vel digitorũ tumores: qui pro quibusdam pecudum morbis ignes struunt ex peculiarib. lignis, & in eum animalia impellunt, vel in orbem circumducunt, & ꝙ primo loco transit animal, hoc sanctis offerunt. A qui S. Lupi libũ pinsunt hoc ritu, coquunt libũ triangularẽ, prætexto Trinitatis sanctissimę, honore, & ei quinque foramina imprimunt, in memoriam (sic colorant) vulnerum Christi; postea, in B. Lupi honorẽ, libum dant in eleemosynã primo mendico nõ ex proposito, sed ignaro, & fortuito, occurrenti, sic arbitrantur armenta gregesq;, sola in pascuis, à lupis inuadi nõ posse. frequẽs est, in pagis prope Thenas & Louanium. Superstitio se ꝓdit in eo (vt cætera mittã) quod fortuito mendicãti dari debet; nam quid hoc, vel ad custodiã pecoris, vel ad honorem Dei, attinet? tales ẽt ligaturæ pecuariorum, ad liberãdos canes ac pecora ac clade & tabe, vel vt ea inferãt pecorib. aliorum. *lege Burchard. d. c. 19. v. fecisti ligaturas.* Aut pertinet opinio Silesiorum, morauorũ & vicinarum gentium putantium fascinationibus resistere fasciolas vel teniolas rubeas, alligatas equorũ frenis vel ephippijs. vetusta superstitione eadem de causa apud Græcos & Rom. pueri puellæq; fasciolis russeis pręcingebantur Apulei. Miles. lib. 2. Chrysost. in hom. XII. 1. ad Cor. & alij apud Martin. Roman. lib. 1. sing. c. 3. & lib. 2. c. 23.

Huc referendæ sunt innumeræ orationum formæ, quibus vulgo vulnera sanãtur, vel morbi curantur, vel fortunia arcẽtur. Quale illud de quo Burchard. ibid. v. collegisti: *Collegisti herbas medicinales, cum alijs incantationibus, cum Symbolo & Dominica oratione.* Corrige audacter, q̃ cum Symbolo, & dom. orat.) *id est, cum credo in Deum, & Pater noster cantando. Si aliter fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.*] Est & alia in vsu inter Hispanos milites, quaquidam salutatores, vt ferunt, sancte viuentes, & omnes gratis curantes,

cum

cum sola impositione linteorũ,&certorum recitatione verborum vtuntur,formula fuit Hispanica, sed reddã Latine ad verbum: *Per Christũ, & cum Christo, & in Christo, est tibi Deo Patri omnipotẽti, in vnitate Spiritus sancti omnis honor, & gloria, per omnia sæcula sæculorum. Oremus, salutaribus præceptis moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster, qui es in cœlis, &c. Amen, Iesus, Potentia, Patris sapientia Filij, virtus Spiritus sancti sanet hoc vulnus ab omni malo. Amen, Iesus. Domine mi Iesu Christe, credo quod nocte Iouis Sancti in cœna, postquam lauisti pedes tuorum sanctorum discipulorum, accepisti panem sanctissimis manibus tuis, & benedixisti, & fregisti, & dedisti tuis sanctis discipulis, dicens, accipite & comedite, hoc est n. corpus meum, similiter accepisti calicem in sanctißimas manus, & gratias egisti, & tradisti illis dicens: accipite & bibite, q̃a hic est meus sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remißionem peccatorum. hoc quotiescunq; feceritis, facite in meam commemorationem. Obsecro te Domine mi Iesu Christe, vt per hæc sanctißima verba, & per virtutem illorum, & per meritum sanctißimæ Passionis tuæ, sanetur hoc vulnus, & malum istud. Amẽ. Iesus An nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Iesus.*

De hac formula mota fuit Ipris anno superiore quæstio, maxime quia nullum naturale medicamentum accedebat. Reuerendiss. Episc. Iprensis Simonius, & consiliarij eius, totam curationem hanc iudicarũt superstitiosam & illicitam, & prohibuere ne quis ea vteretur. Multis hæc damnatio dura visa, sed immerito. Nam hic effectus totus exspectatur à Deo per modum miraculi. Sed miracula sic assidue & quasi ex consuetudine poscere, est Deum tentare. Deinde sancti viri, ad miracula edenda, non sunt vsi certis, & quasi conceptis verborum formulis, sed modo sic, modo aliter, put Spiritus sanctus suggerebat. Tertio sanctitas huius, non satis probata: fit enim plerumque vt malefici præclare specie externa, sanctitatem mẽtiantur: neque in hac re milites satis idonei iudices, quib. sancti videntur, qui extrinsecus peccata grauia non produnt. Quarto, qui donum sanationum à Deo acceperunt, illi nunquam accipiunt cum conditione, vt talibus vel talibus vtantur verbis: sed tales commentitiæ formulæ sunt indicia pacti saltem latentis. Quinto, nõ licet priuatis comminisci formulas, quas nec sacræ literæ, nec Ecclesiasticus vsus approbauit, qualis est ista, quæ licentiose abutitur, & deprauat multa sacro sancti Missę sacrificij verba, etiam ipsius Canonis. Denique applicat verba consecrationis rei, ad quam instituta non fuit, (quod nõ est permittendum) & præterea petit effectum sibi concedi per vim prædictorum verborum, quæ vis, non ad vulnerum corporis cõsolidationem, sed ad panis ac vini transubstantiationem, à Saluatore nostro directa fuit. Neque illud negligendum est, Ecclesiam & Catholicos eius filios, tanta semper in veneratione hæc sacrosancta consecrationis verba habuisse, vt nefas ducerent illis vti, nisi quando in Missæ sacrificio, vel quando in Ecclesia, vel scholis, aut disputationibus ijs necessario vtendum: contra Diabolus, & mẽbra eius malefici, rebus nullis vtuntur libenti⁹ aut frequentius ad sua sacrilegia nefanda, q̃ & ipsa Venerab. Eucharistia, & ijs quę ad illã pertinẽt. Hæc mihi nunc cõtra hanc & similes formulas occurrebãt.

QVÆSTIO VIII.

NEc quisquam nitatur auctoritate cuiusdam Canonistæ, qui vixit anno 1454. nomine Fœlix Malleolus, & fuit Canonicus Tigurinus, sed de hæresi tantum non damnatus, quare & Ioan. Baleo & similibus tantopere commendatus: hic Malleolus, integro libello. *duorum tractatuum de exorcismis*, se patronum præbet huiusmodi precationum & medicamentorum. plurima huius opuscula circumferũtur, sed in plerisque multa sunt temeraria, erronea, & scandalosa: quare maturo & sapienti consilio Ecclesia Romana eius nomen, inter primæ classis prohibitos scriptores, quorum cuncta scripta sint vetita, retulit. ideo Catholicis eius auctoritas profligata plane censenda: sed nec rationes vllius momẽti attulit. Examinemus singulas breuiter, vult licitam esse curationem per huiusmodi verba (dicam Latine, tum vt omnes intelligãt, tum ne quis vtatur, si eo, quo pronuncianda sunt verba, idiomate & rythmo proponerentur. *Si sancta Maria virgo puerũ Iesum vere peperit: liberetur animal hac Passione. In nomine Patris, &c.* Et illud, *Christus fuit natus, Christus fuit amissus, Christus fuit inuentus: ipse benedicat, & consignet hæc vulnera, in nomine, &c.* Et illam, *Ego adiuro vos vermes, per omnipotentem Deum, vt ista ciuitas vel domus sit vobis tam detestabilis, quam Deo est vir ille, qui falsam sententiam protulit, & iustam nouit, in nomine Patris, &c.*] & dicit hæc dicta, mutatis mutandis etiam proficere, cõtra lumbrices & vermes, qui animalia viscera corrodunt. Fatetur suę sententię contrariũ esse quendam, qui scripsit de superstitionibus (*intellige Martin. de Arles*) & Ioan. in summa Confes. & An. Dom. 1405. lectorẽ ordinis Augustiniani coactum reuocare Heidelbergæ articulũ, quo dixerat posse huiusmod. formulis sine peccato aliquẽ vti, & nominatim secunda illa coactum, inquam, hoc reuocare, ad mandatum Domini Episcopi Spirens. & peritorũ studij Heidelberg. tanquam erroneum, & polliceri, se de cætero non amplius talia verba prolaturum. His nõ obstantib. contrarium ipse censet. Probat primo qa pium est & meritoriũ sanare morbos, non hominum modo, sed & brutorum: vt probantur multi Sancti fecisse. *Resp.* hoc fecere. citra oẽm superstitionis suspicionẽ, & sic facere est pium ac meritoriũ: formulas vero hasce superstitiosas esse, & merito suspectas.

Secũdo, licet benedicere animalib. in nomine Domini. *Resp.* licet, si nihil addas superstitiosi dicti vel facti.

Tertio, licet illa maledicere, seu cõiurare, & excommunicare, & exorcisare. vt fecit S. VVilhelmus Lausanensis Episcopus, qui ab Anguillis læsus omnes Anguillas suæ ditionis maledictione expulit & relegauit. sicut & B. Pruminius insulam S. Marci prope Constantiam, venenosis coinquinatam vermibus, totaliter suis precibus mundauit. Et Episcopus Lausanensis, tum viuens, contra venenatas sanguisugas, quæ veneno suo inficiebãt Salmones & alios pisces, exorcismos ex sacris Scripturis compositos, fecit pronunciari. Et soliti sunt etiam in Heluetia, contra valde noxium genus vermium quod vocant, *Iuger*, instituere iudiciarium processum, sicut fit contra facinorosos: & sicut & Cõstantienses & Curienses faciunt cõtra vermes alios nuncupatos *Lauffkaffer*. *Respond.* Exorcismos & Ecclesiasticas

depul-

depulsiones animalium ꝓbari, quos publicus Ecclesiæ vsus recepit & approbauit, non quoscunq; priuati cõminiscuntur. Hodie in ritualibus Romanis habemus expressas formulas legitimas, quas omnes sequi deberẽt: possunt, & vti tuto proprijs diœcesiũ, quæ à sede Romana approbatæ: imo sine peccato vti illis possunt, etiamsi non sunt expresse approbatæ, dũmodo nec improbatæ, nec à viris doctis & pijs in dubium vocatæ, nec apertã vanitatem præ se ferant, & ijs licite quoq; vsus in Æthiopia Franc. Aluarez Lusitanus contra locustas. narrat ipse in Hist. Æthiop. c. Vt sane in formula ipsius exorcismi seu adiurationis Lausanensis Episc. nihil continetur, ꝙ possit improbari, nisi forte citatio illa, & ꝓcuratorium pisciũ, & alij quidam actus iudiciarij, quæ omnia videantur vana & superflua: ꝙ idem dicendum, de publica praxi Constantiensi & Curiensi. Tertio vero illa adiuratio, erat introducta priuatim à rustico, nec de origine prima eius qcquam constat: in exorcismis aũt non recipiendas quasuis pro arbitrio exorcisantis preces, sed certas & ab Ecclesia præscriptas docent Conc. Carthaginens. 4. *can.* 7. & Ioan. Micrologus *l. de obseru. Eccle. c.* 7. Quoad factum denique Guilhelmi & Prumij, similia legim⁹ de S. Patricio & alijs, sed aliud non probant, q̃ licere sacra adiuratione, vel oratione, virtute Dei, animalia noxia expellere, ꝙ nemo negat: Licere autem certas formulas arbitratu quorumuis cõfictas in vsum inducere, id non probatur, ꝙ nego ego. Sane Apostoli, & Sancti, absq; alio verborum additione dæmones expellebãt, & morbos sanabant in solo Christi nomine *a* sic DD. Petrus ac Paulus, D. Ioan. *b*, D. Thom. D. Andr. DD. Iudas & Simon *c*, & D. Hilarion. *d* fecere.

a Act. 3. v. & c. 16. v. 18.

b Prochorus in vita Ioann.

c Abdias li. 1. 9. 10. & 13. hist Apost.

d D. Hier. in eius vita.

Quarto addit, pro argumẽto, ex legenda S. Blasij, cum benedictione solitum munire animalia imbecilliora contra grandiora: item, ꝙ qui porcos castrant, eos D. Anton. cõmendant, & si porci D. Anton. donati violentur ab aliquo, illũ non esse impunitum. *Resp.* hęc nihil ad rem pertinere: nihil n. hic verborum superstitiosorum intercedit. De D. Basilio in vulgatis legendis multa narrantur, quæ nulla nituntur fide vel auctoritate. Cur B. Antonio porcus appingatur, nescio, nisi hoc ex hac ortum consuetudine fuerit: sed ꝙ huius consuetudinis initium, rursus ignoro. Deuotioni populorum puræ & innoxiæ, sanctorum caritatem sæpenumero fauere & applaudere videmus. Nimirum recte Ambrosius, *Prospere*, dixit, *potest cedere quicquid simpliciter sub Dei sit deuotione.*

Quinto ex sacra Scriptura sic argumentatur, Paul. dicit, *omnia quæcunq; facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite* e, qui omnia dicit, nullum actum (saltẽ bonum) excipit. *Resp.* eum sumere pro certo, ꝙ est in controuersia, hunc actum animalis cum talibus verbis curati esse bonum. Nec dicit Apost. licita esse quæcunq; in nomine Iesu facimus, sed quæcunq; facimus, ea nos in hoc nomine, & non in alio facere debere.

K.

e *Colos. 3. v. 17.*

Sexto, tempestatẽ per maleficium excitatã, ab agris alio maleficio repellere, est actus bonus: ergo ét superstitiosa formula licet repellere morbum animalis maleficiati. Antecedẽs ꝓbat ex l. eorum. C. de malef. & auctoritate Azon. in sum. & Arch. *Resp.* & legẽ illã, & auctores eã sequẽtes manifeste errare cõtra fidem, & docebo fuse lib. 6.

Septimo, quoad primam formulã, excusat illã: Quia *si* particula mea nõ est dubitatiua seu cõiecturalis, sed causalis, significans idem quod, *quia vere*. Quemadmonum, in illo: *si iudicas eos cognosce.* item *si in inferno nulla est redemptio, sane terribilis est recordatio. Resp.* ẽtsi ita sumas formulã esse superstitiosã, quia vel illud additur, vt causa sanationis, vel vt signũ, sivt signum non est signum ad hoc à Deo vel Ecclesia institutum, ergo à priuato, & tum merito suspicamur pactum cũ dæmone. quia cũ Deo nemo sic paciscitur: nec licet nobis Deo signũ pscribere, vel dare. Si vt causa, vel quatenus aerem verba verberant, & sunt talis sonus (q̃ est ridiculum) vel quatenꝰ ipsa verba vim physicam habent (q̃ æque absurdum) vel quatenꝰ habent vim moralem, q̃ro an hęc sit ex ope operato, an ex ope operantis? non illud, quia non sunt Sacramenta. si istud, ergo iã à deuotione res pẽdet, ergo etiãsi aliis vteretur verbis id à Deo obtineret. ergo iam vana formula. habet hoc argumentum vim contra ceteras omnes Nec tñ vim habet contra institutas ab Ecclesia formas exorcismorum: quia Deus Ecclesiam in his dirigit, & spõsæ suę votis faauet: adeo vt Ecclesię preces huiusmodi, vt nominis Christi, q̃ inuocatur & inseritur, vt causa simul & vt signum operentur, eo modo quo & signum crucis formatum ꝓnunciatumque. f

f *Tyræus lib. de dæmoniac. p. vlt.*

Octauo contendit licere aliquando dęmonũ vti ministerio, & eos ad hoc inuocare: quia D. Theodorus Episcopus Sedunensis ingentem campanam à Leone Pontifice ibi donatam, à Roma Sedunum vsq; per dæmones portari curauit. Cõfirmat, quia generales hæ propositiones sunt reiiciendæ, omnibus nobis iniuriam & damna & molestias pertinaciter inferentib. est ignoscendum, qui hoc dicat ex Domini p̃cepto, eum dicit mentiri. veritati n. consonum esse non parci quibusdã, sed oportere puniri: Itẽ, de vsuris generalem faciẽtes ꝓhibitionis detestationem errare, cum in multis contractꝰ vsurarum videatur licitꝰ. Sic vult, qui negant vllas formulas superstitiosas esse licitas, eos quoq; errare, *Resp.* me mirari audaciam vel ignorantiam hominis audacem q̃ fabellas nobis pro historiis obtrudat, quarum nullũ refert auctorem. Si hoc accidit (non credo quidem) sed si accidit, speciali Dei reuelantis permissione hoc ab Episcopo illo factum, alioq; nec omnia semper sanctorum aliasvirorum facta imitanda, immo nec necessario semp probanda. Confirmationis primum membrum ꝓrsus vel calumniosum ẽ, vel absurdum. calumniosum, sivim p̃cepti Dominici remissione iniurię intellexit: absurdum, si sic intellexit, vt ex argumẽto videtur intellexisse. Dominꝰ n. rancorem, irã, vlciscendi studium, & animi perturbationem prohibuit. Sibi vindictã relinqui voluit, eam in hoc sæculo retribuit per iudices: vicarios suos, nihil igitur hoc pertinet ad iudiciariã iniuriæ ꝓsecutionem. Secundum membrum de vsuris erroneum est. nunquam enim vsurarii contractus vlli liciti fuerunt.

Postea conatur probare, formulam ratione versus, seu rythmi superstitiosam non esse. Quod nec nos dicimus: dicimus tñ, quia non solet Ecclesia exorcismos versibus ligare, hoc non carere aliqua suspicionis causa.

Decimo vult etiam ratione rituum, & gesticulationum variarum quibus vtuntur rustici & alii huiusmodi medentes, nõ posse dici formulas superstitiosas.

stitiosas. *Resp.* ritus omnes & gestus absonos, quos Ecclesia nõ recipit, nec verbum Dei, scriptum, vel nõ scriptũ, approbat, censeri merito vanæ observantiæ species, & propterea fugiẽdos, tamquam superstitiosos. Addit etiam certe parum piam dicti sui multiplicẽ confirmationem. prima est. Christus Dominus cæcum sanauit spuẽs in terram, & facto luto, & eo illitis oculis 2. D. Marcus eodẽ modo sutorem sanauit in manu sinistra læsum. 3. Helisæus miros gestus fecit, vt puerũ suscitaret. 4. D. Hierõ. per signum crucis leonis pedẽ sanauit. 5. in paruulis baptizãdis multos ritus, tract⁹ & mores nunc exercẽt Sacerdotes, qui in primitiua Ecclesia fuissent exorbitantes: *Resp.* ex his ineptissime inferri, ad rit⁹ illos à mulierculis & rusticis priuata auctoritate receptos. Christi Domini ritus fuit maxime mysticus & significatiuus, vt S. Patres ostendunt. Helizæi factum, prophetia fuit incarnationis Domin. De D. Marco illa narratio, mera nęnia est. D. Hieron. Ecclesiastico remedio & ꝓprio Christianismi signo fuit vsus. Sacerdotes, qui alios ritus seruant, quam Ecclesia præscribit, peccãt: qui eos tantum seruãt qui sunt in ritualibus, nihil faciunt, quod non Ecclesiastico vsu à plusquam mille annis receptum sit, vt docet Bellarminus *tom. 2. agens de baptismi caremoniis.* Plenum vero impietatis est, nec à blasphemia alienum cęremonias Ecclesię, & actiones Christi atq; Prophetarũ comparare maleficiorum actionibus, & ex illis has velle deducere vel comprobare, vt facit Malleolus.

Vndecimo coniectorem agit: *fortasis*, inquit, *est arcanum Dei, quod sancti viri per reuelationem receperunt. Sicut olim per hoc verbum Ananisapta, reseruatum, tentum, & portatum contra pestilentiam fideliter credentes securitatem percęperunt.* *Resp.* non, quod possem, omne *fortasis affirmatiuũ*, solui per *fortasis negatiuũ*: sed quamdiu de tali reuelatione non est vlla probatio, tutiorem partem eligendam vt abstineatur: deinde ipsorum esse qui defendunt non coniicere, sed ꝓbare reuelationem, deniq; illud ipsum quod addit, de *Ananisapta*, cuius exemplo conatur intentum ꝓbare: esse non tantum vanum, sed etiã mere magicum, & ex pacto dæmonico natum. Sciendum n. inter magica reliqua periammata solitum, vt cõtra pestes & febres pestilentes, in quo tres versiculi debebant certo describi modo; *(rit, &c.*

Ananisapta ferit, mortẽ quæ ledere quæ-

Quibus quid potest dici ineptius? nam illud *ananisapta* nihil prorsus significat, & ponitur tamẽ versu tertio, vt Dei nomen, & petitur ab eo, vt ferẽtis misereatur. vnde patet sic occulte dæmonem inuocari, q hoc sibi nomen vel signum constituerit. Deinde quod ait fideliter credentes tãtum sanari: hoc indicat eum requirere certã fidem virtutis illorum verborum: ꝙ & ipsum est impiũ. Si vero licet de significatione cõiicere, suspicor vocem esse ex Chaldæo vel Hebrẽo confictã. Si velis deducere ex חנני Hañeni, miserere mei, & Sophet שופט. vides misericordiam vt à iudice peti, sed non à Deo vero, vt arbitror. Nam *Ana* אנא secretis Mekubalim mysteriis significat mentem cui innatæ primæ notiones: in cuius medio dicunt sedere angelum, quem vocant *anim*, qui rei veritatem homini aperit, & indicat. vnde & חנץ *ana* nomen idoli, & illis *anani* diuinatio. *Saphat* vero denotat eum iudicare שפט *ananisapta*

igitur

igitur quasi *ananisapta* significat dæmonem illum, diuinationi qui præest, & diiudicat atque indicat morbi causam atque remedium. semper n. malefici priusquam sanent, sententiam ferunt, maleficio morbum illatū fuisse. Atq; hoc arbitror arcanum illud magnum, quod Malleol⁹ indicare voluit vel debuit. Sane magicæ voces pleræque ex Hebræo sumptæ. Non me latet cabalistarum deductio litteraria, scrupulose si non superstitiose ex Guarino proposita à Martino de Arles li. de superstition. qui supponunt *Ananisapta* significare malam mortem (qua quæso lingua?) & qualibet littera repræsentari vnam dictionem. vt A. sit Antidotum, N. Nazareni, A. Auferat. N, Necem, I. Intoxicationis, S. Sanctificet, *A.* Alimenta, P. Pocula, T. Trinitas, *A.* Alma. & sic significari, quod mors Christi, quæ ex parte Iudęorum mala fuit, ex parte Dei mortem (hoc est diabolum) ferire. & cæt. Quæ, quis nō videt esse gerras Siculas? Nec vero infœlici illi Fœlici suffragatur, quod.

Duodecimo subdit experienter (*vtar eius verbis, ne quis me fingere quidquā putet*) videtur, & ab Ecclesia permittitur, quod illi, qui per certas formas verborum serpentes tollunt, (pro vt Apostoli fecerunt) & tangunt, & in medicinalibus refectionibus multipliciter deducūt, imo leprosos sanando, nōdum fundamētaliter infectos, multum proficiunt: & ecce quod illi, qui proprie talib verborum exorcismis in eadem forma non vtitur, licet fortiora loquatur, nihil apud serpentes operatur. *Respons.* primo falsum esse quod dicit ab Apostolis serpentes sublatos, per certas verborū formas. nam hoc per illos factum dumtaxat, iussione, in nomine Iesu, vt Dominus præcepit, & cui formæ, vt causæ ac signo, suam opem atq; effectum pollicitus fuit *a.* falsum est secundo ab Ecclesia incantatores serpentum, qui cō mētitiis huiusmodi formis vtū'ur, vel morborum curationes tales pficiunt permitti, vt docui iam sæpe, & ostendā ex professo li. 6. Tertio falsum est, aliis formis potentiorib. vtentes effectum non cōsequi. consequuti n. eum sunt sancti viri signo crucis, inuocato nomine Dominico, & similib. Ecclesiastic. remediis. Quod si loquatur de formis cōmentitiis atq; priuatis, hæc ipsa expientia docet ex pacto fieri. nā ideo ꝓdest vna, quia legē illā Diabol⁹ tulit; nō ꝓdest altera q eā nō ꝓscripsit.

a Marc. vl. v. 18.

Decimo tertio, sic argumentatur, Deus etiam per malos Sacerdotes, si seruent præscriptā ab ipso verborum formā conficit Eucharisticum sacramentum, per bonos vero, si formulam non seruent, non conficit. ergò etiam Deus per malos seu maleficos, si verba concepta seruent, tribuit sanitatem, per bonos non tribuit si non seruent. Consequentia probatur. quia, teste D. Gregorio, miracula minora probātur per maiora. Sed illud de Eucharistia est mai', istud de curatione morbi est minus. ergo istud bene probatur per illud. *Equidem miror* Christiani alicui⁹ tantam esse posse impudentiam, vt sacratiss. rei mentione sic abutatur, & talem instituat cōparationem. nimirum magię sectatorum hoc proprium est, non catholicorum votū vērorum. Ad argumentum negatur cōsequentia. nec vrgēt probatio, quia præsuppo nit falsum, nempe miraculosam, & nō prodigiosam, hoc est à Deo, non à dæmone causam in casu proposito: qà nobis impugnatur. Transubstātiationis miraculū de fide est. miraculū sit,

quia

quia Christus hanc,& non aliam formam verborum instituit. Sanatio hęc nullo argumento idoneo probatur à Deo esse,&quare corruit tota machina.D.enim Gregorii verba de duobus veris miraculis sunt.

*D*ecimo quarto insistit probationi experientiæ parũ attendens experiẽtiam tantũ ostẽdere, quid factum sit, sed nõ docere quod curatio sit à Deo, vel etiam q̃ sit licita.nam nõ quicquid corpori ꝓdest,id licitum est,vt cõstat, alioqui &nimio potu ad vomitum,& nequiorib. aliis vti liceret, & medici talia suadentes excusarẽtur. alioqui à dæmonib.morborũ curationẽ petere liceret.vt impius Paracels. censuit, & non nimis obscure Mãlleolus videtur concedere.quæ cuncta sunt impia.

*D*ecimo quinto, quæ in his formis cõtinentur cũcta sunt ex S. S. desumpta.ergo licita & sancta.*Resp.* nihil hac illatione frigidius peccatum enim hic est in abusu applicationis.eo q̃d verba sacra applicantur, ad ea quæ Spiritus Sanc.nullo modo intendit. quemadmodum peccãt, qui ad diuinationes, satyras,pasquil.&huiusmodi,S.S.verba deflectunt. Confirmat arg.suum; quia nõ reprehenderetur, qui cum signo crucis simpliciter diceret sanare in nomine Christi.ergo nec ille,q̃ paulo plus rituũ& verborum bonorũ adhibet.*Resp.* rursus consequentiã claudicare.quia prior ille Ecclesiasticã & Euangelicã formam sequitur: posterior voluntariam suam cõmentitiam. Deinde & prior ille hoc faciẽs temere,põt peccare delicto tẽtantis Deum.

*D*ecimo sexto, credentibus Deus pollicitus miraculorum patrationem ad solum credentium iussum:neq; distinxit,si hac vel illa forma vsi fuerint, sed formam generaliter loquẽs libe-

A ram reliquit.neque nos igitur hãc licentiam restringere neq; distinguere debem⁹.*Resp.* Christum Dominũ fidelib.eam potestatem tribuisse, qui fide firmi,in nomine ipsi⁹,ad fidei confirmationem ista faceret, quãdo salus animarum hoc deposceret, vt patet ex serie cõtextus D. Marci *a*. Et sic Christus Domin.miracula sua edidit. Velle aũt miracula edere, dũtaxat vt homo, B vel,equus vel vacca,sanentur ægritudine corporali, hoc Christ⁹ nec iussit, nec approbauit, nec solet concurere ad huiusmodi. formã quo q; simplicẽ nobis reliquit, manus impositionem; &simplicem in nomine eius cũ benedictione iussionem, vel precationem. Hãc Christi licentiã nec restringim⁹, nec distinguim⁹,sed arcem⁹ ab ea superstitiosas additiones & ampliationes.

C Vltimo sic argumentatur:in dubiis benignior interpretatio facienda, sed hic res dubia est,ergo poti⁹ dicendum licere,quam nõ licere.Conf.Deus intentionem facientis attendit:eam rusticus iste hoc faciẽs habet bonam.ergo non est damnãdus à nobis.*Resp.* An hæ formulę sint licitę necne,stricte loquendo dubium non esse.primo quia non sunt sufficientes rationes, neque D argumenta satis idonea, vt iis intellectus sanus ac bene dispositus moueatur ad credendum, has formulas esse bonas ac licitas.hoc tñ necessariũ esse, vt dicatur dubium, constat. *b* Deinde quia regula iuris Canonici improbat omnes orationes & formulas huiusmodi,præter *Pater noster & Credo*, vt docuimus: nec inuenitur exceptio per Ecclesiã introducta specialiter de huE iusmodi formulis:sed dubium nõ põt dici id de quo inuenitur regula vetans,nec probatur de eo casus specialiter exceptus *c*.ergo istud hic non po-

a d.ca. vlt.

b *Arzgon. & alii ad 2 D.ho.2.l 60.a 4.*

c *Barto.in l quæties. D si quis caution*

A

test dici dubium. Denique hic non sunt Doctorum sentētiæ pro parte affirmatiua: dubium enim non dicitur, nisi sint hinc inde vtrimque Doctorū opiniones *d*. Verum ergo dubium hic nō potest esse de re, vtrum per se sit licita, nec ne? sed tantū de persona, vtrū peccauerit faciēdo, quod putabat, licitum, nec ne? quæ duo sunt omnino diuersa. fieri enim potest: vt peccem faciendo rem licitam: & fieri potest vt non peccem, faciendo rem illicitam. Quare etiam aliud est iudicare de re, aliud de homine. Quando quis iudicat de homine, debet spectare bonū hominis, quod consistit in eo vt quis bonus cēseatur: ideo in dubio, ne homini fiat iniuria, teneor poti⁹ iudicare, ꝙ non deliquerit. Sed quādo quæritur de ipsa re, quia rei non interest qualis existimetur, bona an mala, ideo non accōmodandum est in dubiis iudicium bono rei, sed bono ipsius iudicantis, hoc est ei quod vtilius est iudicanti *f* bonum autē iudicantis est, non decipi intellectu, & intellectus bonū est veritas, nempe sic rem intelligere, vt reuera est: quare hoc iudicium est conformandū ipsi rei, quoad fieri pōt, & de re iudicandum, non vt expediat personæ facientis cuius hic ratio non habetur: sed pro vt natura & cōditiones rei postulant. qua in re *D*. Thomæ ceteri assentiuntur *g*: Accedit, quod q̄stio hæc de re, pertinet ad communē animarum salutem, quæ paucorum superstitiosorum fauori pręferenda est. quādo vero disceptatur de animæ periculo, tum non quod lenius videatur in quosdā, sed quod reuera sit animæ tutius, id sequendum, vt communiter docent D D. *h* Ad argumentum itaq; breuiter respondeo, ex maiore bene inferri, de peccato ipsius vtentis, quādo vere dubiū est, peccauerit necne, vt puta de rustico dubiū fuisse: de monacho vero professore Theologiæ nō puto, tenebatur n. scire: perperam tamen infertur, idem de re, nam nec dubium id est: & si foret, non sequenda nisi pars negatiua, quæ tutior: & proinde vere benignior in animas.

d *Cuma. cons. 154. in fi. Socin. cons. 115. col 3. vol. 1. Corneus cons. 71. li. 2. par. 3.*

e *Guido Papa sing. 217*

f *Sic intellige Speculat. de arb. §. 8. ver. sed quid si arbter.*

g *Caie. Sot. Aragon in d, a. 4.*

h *Panorm in ca. iuuenis. de sponsal. Ang. Silu. Tab. & alii in verb. Dubium.*

B

Alia quædam postea accumulat, q̄ prætermitto, quod sint non minus inepta, quam frigida, & ridicula, vt pote meræ fabellę, de Moyse, Virgilio, &c.

C

Potuisset fortius argumentari ex l. 4. C. de malef. & Mathem. vbi Cōstātinus Imp. scribit, *Nullis criminationibus implicāda sunt remedia humanis quæsita corporib. aut in agrestib. locis innocēter adhibita suffragia, ne maturis vīdemiis metuerētur imbres, aut ventis, grandinisq; lapidatione quaterentur quib. non cuiusquā salus aut æstimatio læderetur, quorū proficerēt actus.*] Respond. solet, Cōstantin. adhuc rudē rerū fidei superstitiosa ad finē bonū remedia ꝑmisisse, ita Anto. Contius & alii, & addunt quidam posteriorem legis partem, ex libr. βασιλικῶν tanquam iniquam reiectam. Mihi non videtur in lege quicquam iniqui contineri. Nam Constantin. remedia superstitiosa non approbat, nec etiam licita esse pronunciat, sed dūtaxat decidit in foro ciuili nō esse puniendos nec seuerissimis legib. (scilic. contra maleficos latis) vindicādos, qui maleficia vel alias calamitates supstitiosis modis depellerent certe æquissimum est, non eandem subire conditionem eos qui contra salutem hominum aut pudicitiam moliuntur, & eos qui *innocenter* (sic loquitur) ista remedia adhiberēt ad maleficia dissoluēda. Si perpendas, ista Accursij & Bartoli mens fuit. Nihil ergo Cōstantini sanctio pugnat cum iure canonico, quo ista pro-

D

E

hiben-

hibentur. *c. illud &c. qui sine 26. q. 1. cum simil.* quibus & peccare docetur, & in consciētiæ foro pœnitentiam condignam imperandā: c. ex tuarum *de sortileg.* Semper remedia ista Christianis displicuerunt, sæpe & Ethnicis: vt docuit præter alios, in quem hoc anno 1606. indicāte & præbente viro Nob. D. Ioanne de Herrera incidi Annæus Robertus lib. 1. rerum Iudicatar. ca. 5. cuius docte & breuiter dicta, nihil vetat adscribere, *Hippocrates veneficos quosdam & irridet & execratur, qui se profitebātur orationibus, & certis quibusdam sacrificiis sanaturos morbum, quē illi sacrū, nos comitialem vocamus* a. *Galenus fraudes huiusmodi reiicit, tanquam fraudes aniles, & præstigiaturas Aegyptiorum, & Babyloniorum, atq; in Pamphylum quendam inuehitur, qui in herbarū collectione imprecationes quasdam admurmurare solitus erat* b *Alexander* ψευδομαντὶς *à Luciano videtur, qui grassante pestilentia versum hūc foribus inscribi iubebat, tanquam certissimum aduersus vim pestilentiæ remedium,* Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει c *Diu. Thomas curationes morborum* d *per verba aliter fieri non posse credidit, quam virtute dæmonum: eosq; qui verbis & characteribus morbos curant, vel alia quæpiam miranda præter naturam agunt, asserit fœdus habere cum malo dæmone, vel expressum, vel tacitum. Magia multā habet cum medicina affinitatem. Plinius,* Natam primum è medicina nemo dubitat (*inquit*) ac specie salutari irrepsisse, velut altiorē sanctioremq; quam medicinam. Ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus e & postea subdit: *Itaque cum extraordinariæ istæ seu fraudes & imposturæ, seu etiam morborum curationes, non remediis naturalibus constent, sed à dæmone procedant, reiiciendæ sunt, nec inquirendum an prosint nec ne. Sub Antonino Caracalla damnati sunt, qui remedia quartanis tertianisque collo appensa gestabant* f. *Sub Imperatore Constātio si qui remedia quartanæ vel doloris alterius, collo gestaret siue per monumentum transiuisse vespere maleuolorum argueretur indicijs:* ille (*inquit Ammianus Marcellinus*) vt veneficus, sepulchrorumq; horrores & errātium ibidem animarum ludibria colligens vana pronunciatus reus capitis interibat. g *Vlpianus incantationes, quantumvis in morborum curatione proficiant, reiicit & dānat.* h *Imperatoriæ constitutiones remedia eiusmodi inhibēt & interdicūt.* i *D. August. ab Ecclesiæ vnione illos excludit, qui in collectionib. herbarum carmina dicūt, eosq; qui characteres ægrotis ad sanandos eos apponunt.* k *Inter veteres Car. Magni sanctiones hæc vna est.* vt à clericis vel laicis phylacteria, vel falsæ inscriptiones, aut ligaturę, q̄ imprudentes pro febrib. aut aliis pestib. adiuuari putāt, nullo modo vel ab illis, vel à quoquam Christiano, fiant; quia magicæ artis insignia sunt. *Cano. 42. Conc. Turonēsis sub Carolo* l *magno habiti.* Admoneāt Sacerdotes Catholicos populos, vt nouerīt magicas artes, incātationesq; quibuslibet infirmitatib. hominū nihil posse remedii conferre non animalib. languentibus claudicantibusve, vel ēt moribundis quicq̄ mederi, non ligaturas ossiū, vel herbarum cuiquā mortaliū adhibitas prodesse: sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quib. ille perfidus genus humanū decipere nititur. *Constantinus Imper. cum videret multos dæmonem Cilicium venerari quem etiam quia plerosque ægrotos sanabat,* ἰατρὸν καὶ σωτῆρα *solebant appellare, dæmonis illius templum diruit penitusque subuertit, vt notum*

a l. de morbo sacro.

b Galenus περὶ ἀπλῶν φαρμάκων.

c Lucian. in Alex. seu ψευδομ.

d 2. 2. q. 96 art. 2.

e Plin lib. 28. ca. 1.

f Spartian. in Caracalla

g l. 19. in fi. l. 1. § medicos D. de var. & extraor crim

i eorum. C. de malef math.

k can. admoneant can. nō obseruetis 26 q. 7. cā. nec mirum 26. q. 1. c. illud 26. q. 2.

l Capitu. Caroli Magni 6. c. 27

cuique faceret, non ab huiusmodi dæmonibus, sed à vero & omnipotenti Dei opem implorandam, & petenda morborum remedia m. *Neque enim vel medicinæ intuitu, vel morborum curationis gratia omittendæ sunt pietatis regulæ, aut violanda Christianæ Ecclesiæ præcepta.*] Sic ille, optime & verissime, & sententiam hanc secuta Parisiensis curia decreto suo confirmauit. Quæ ex S.S. probationi adduxit intermedia prætermisi. quia locorum illorum interpretatio verior & aptior alio tendit.

m *Euseb. l. 3. vitæ Constãtii.*

SECTIO IX.

EX his infertur decisio de multis formulis, quas nõ prætermittam plane, vt de iis possint lectores, quando de facto inciderint, iudicare; nec ascribam integras, ne curiosi & impii queãt abuti: sed adscribam tantũ initium ac finem, omissis mediis & circunstantiis, quas auctores earum requirunt. Primæ quatuor frequentes sunt hic in Eburonibus.

1. ad equos sanandos. interrogant cuius coloris sit? si dicas, spadicẽ. clamãt, Spadix, si laboras tali vel tali morbo, tam vere saneris, quam Ioseph & Nicodemus, &c.

2. ante par ante, par ante ante, &c. vt virgo Maria peperit.

3. alligare equum stoloni arboris, quæ nunquam fructum tulit, idq; trium horarum spacio.

4. pro quouis morborum genere, funiculo laneo brachium circũdare, in nomine Dei, &c. & ad nomen sancti, cui morb. tuus sacer, funiculus cõtrahetur & fiet breuior, &c.

5. dicto, consummatum est, pedem equi terræ fortiter incutere, & addito alio versic. ex orat. Dõ. clauũ excidere.

6. ad morbum quendam animalis sanandũ, iniicere phialæ vitreæ aqua lipida plenæ, nouẽ hordei grana, &c.

7. filiũ per chrisma trahere: aut terreã imaginem, sub altaris pala abscõdere.

8. tempore missæ dentes tangere, & quendam ex Euangelio passionis versiculum simul dicere.

9. cum ægroto ante febris accessionem manus lauare, & interea certum ex psalmis versũ submurmurare: vel laborantis manu prehensa dicere, Æque facilis tibi hæc febris sit, atq;, &c.

10. recipe tres panes missales, & in vno scribe, qualis est pater &. in altero &c. in 3. &c. & dare has hostias febricitanti, &c.

Vndecima ducere ęgrotũ feria sexta (idq; cõtinuis trib. diebus) ante solis ortum, versus orientẽ, & eo expansis ad solẽ manib. in crucifixi morem stante, dicere, Hodie dies illa est qua Dom. Deus ad crucem accessit &c. deniq; recitare nouies ternas orationes Dõ. & ternas salutationes Angelicas.

Duodecima illud Aphricani: Gustate & videte quod bonus est Dominus inscriptum certæ supellectili &c.

Decimatertia in aquæ frigidæ cyathum instillare profluentis sanguinis definito numero guttas, & inter vnã quamque legere pater noster &c. & propinare patienti. eumque certa interrogare: *vel* frõti eius certum versiculũ cruore illo inscribere. *vel* in sanguine sistendo, dicere, Sãguis mane in te, &c. sanguis mane fixus &c. & ter repetere. *Itẽ*, in sanguine Adæ orta est mors † &c. ô † sanguis vt fluxum tuũ vt cohibeas. *Item illud*, Christus natus est in Berhleem & passus, &c. & hæc dicentem tenere in nominatum digitum in vulnere, & facere cruces super vulnere cum eo cruces, & dicere

quin-

quinque pater, & semel Symbolum, &c. *Item*, certum versiculum solum dicere ex Passione. *Item* dicere, In nomine Patris, &c. chunrat, cara, sarite, &c.

Decimaquarta tribus diebus ante solis ortum super equo dicere, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti exorciso te vermem per Deum patrem &c. † vt nec carnem, nec ossa huius equi edas &c. Deinde certo numero recitare Pater. & Aue. tandem in dextram aurem equi, cum aliquot crucibus factis, insusurrare quatuor quædam verba.

Decimaquinta ad inueniendum furem, in crystallo crucē facere cum oleo oliuæ, & sub cruce scribere, S. Helena, & puero casto atq; legitimo decenni tradere phialam tenendam, & post tergum eius flexis genibus ter dicere orationem S. Helenæ; deprecor te Domina S. Helena; mater Regis Const. &c. Amē. & cum angelum (*intellige nigrum*) videbit puer in phiala, tum interrogare quę quis voluerit. *Item* ad furem deprehendēdum, Accede fluentem aquam, inde quod suspectos habes tot numero lapillos collige, domum refer, fac ignescāt in foco defode sub limen, &c. imponantur scutellę aqua plenæ cum certis ritibus, & ad nomen furis calculus eius aquam faciet ebullire. *Item* leguntur septem Psalmi cum Letaniis; hinc sequitur oratio terribilis ad Deum patrem &c. hinc exorcismus in furem: denique formatur in figura circularis cum barbaris nominib. & in medio pingitur oculus, tū clauus æneus, certorum laterum, oculo infigitur malleo cypressino & dicitur certus ex Psalmis versiculus. sic fieri oculum putant excuti. *Alij*, die Sabbathi ante Solis ortum ramum auellanum abscindunt, dicētes; Ego te ramum huius æstatis reseco &c. in mensa sternitur tegumentum additis his verbis &c. quæ ter repetenda. *Alij* vtuntur exorcismo seu anathemate, quod blasphemе vocant S. Adelberti, cuius initium est, ex auctoritate Dei omnipotentis &c. & finitur, Amen dicant omnes. Postea cantabitur, Media vita in morte sumus &c. Quam prorsus suspicor esse illius Adelberti hæretici, qui se sanctum vocabat, & damnatus fuit à Papa Zacharia: cuius Historiam & Magicam quandam impiam orationem, inuenies in vita S. Bonifacij Apostoli Germaniæ lib. 2. *apud Surium mense Iunio. Alij legunt* Psalm. 108. iuxta certam distributionem.

Decimasexta, ad curandum maleficiatum: Accipe tres olei violacei mensuras, & consistens contra solem ante eius ortum exprimere nomen læsi & matris eius & angelos gloriæ, qui stant in gradu sexto, sex diebus ter in die. Septimo autem collocetur ille nudus, &c. deinde nomina horum angelorum inscribenda laminæ; &c. vicesima die mensis sanabitur.

Decimaseptima, Item fere inscripta nomina trium Regum, cum certis tribus versic. *vel* verba plane incognita & absurda: vt illa veterum, *Danata darios*; &c. & recentia, *Abrac, Amon*, &c. *vel* illa pani inscripta, *Irioni Khirioni* &c. vel istud: *Hac, pax, max* &c. contra morsus canum rabidorum: Item contra dolores dentium: *Siriliges Falcesque* &c. vel aliud: *Galbes* &c. *Galdes* &c. *Item Gibel, Got*, &c. Et in piscių captura, illud Geoponici Constantini *Iao Sabaoth*: & quorum his nugis olim libri referti fuere Bamachius: & Cariachirus, à Galeno derisi *l. Simplici.* in illo

Constantini est abusus duorum Dei nominum.

Decimaoctaua, virgas parallelas vi certorum verborum medijs partibus committere, & in crucis formam vincere, & de collo suspendere, vel thoraci lignum rotundum cum certo murmure applicare, vt Turcæ faciunt. Sed sunt innumera huiusmodi cõmenta, quæ ex prædictis diiudicari poterunt: & nos alia quædam *libr.6.* profligabimus, quæ propria Paracelsistarum. Aliæ quædam superstitiones in exposit. 1. præcepti apud Beezium leguntur. *cap.v.* Alij (inquit) *promittũt sic: vis vt maritus tuus diligat te, accipe de omnibus crinibus tuis, & offer illos ad altare ter cum cereo ardenti: & tunc quamdiu portabis illos super caput tuum tamdiu exardescet in amorem tui.* Alia suadet sic *accipe hæc sancta verba scripta, & consue vestimentis viri tui, & non poterit occidi, vel subitanea morte mori:* vel, *fac scribi literas infra Euangelium talis festi, & suspẽde illas ad collum viri tui, & non poterit submergi si pertransit mare.* vel sic, *si vis habere maritũ ad voluntatem tuam, quære clauos ferreos antiquos* (*vulgariter* hoefnagelen) *de quibus inuentis debet formari annulus sexta feria infra missam: postea superlege Euang.* (quoddam certũ) *& die quotidie Pater noster, tunc si annulum in digito portaueris, habebis maritum pro tuo desiderio infra annum. Item si sponsa debet habere bonam fortunam, oportet quod in nuptijs ingrediatur domũ sub duobus enaginatis gladijs positis ad modũ crucis S. Andreæ. Item ne* Alf, *vel* mare *equitet mulierem in puerperio iacentem, vel ne infans rapiatur* à strigibus) *debet poni cultellus vel corrigi asuper lectum.*] hactenus ille contentus tantum posuisse quantum ad fugiendas agnitas superstitiones pertinebat formulas verborum, quas præterea adhibent, prudenter prætermisit.

Nuper duas hic in Brabantia non infrequentes deprehendi, Prima vt sciant an æger moriturus, salem ignaro in manum imponunt, & attendunt liquescat sal, nec ne? quod pertinet etiam ad diuinationes. Altera est: si quis febri laboret, iubent prorsus nudum se soli exorienti opponere, ac simul certo numero Dominicas orationes & salutationes angelicas recitare. Sic liberãdum. crebro etiam virgines faciunt. tanto sanitatis corporeæ quam verecundiæ maiori cura: quo, nisi Asmodeo auctore? vult cum veste pudorem, cum pudore pudicitiam paulatim ponere. Priori posset aliquid physiologicum subesse: Sed id adeo incertum & obscurum, vt non iniuria suspectum censeatur. Nunc ista sufficiant exempla, plura sum daturus *libr. 6. cap. 2. sect. 1. q. 1.* & ex opere Martini de Arles *de superstitione*, quod exstat in iuris Oceano, peti possunt: apud quem inuenies egregie confutatam quandam vanam obseruantiam, quæ simul est superstitio, & Dei tentatio, & sacrilegium, & blasphemia, qua Nauarræi rustici vtebantur, imaginem B. Petri in flumẽ mergentes, ad pluuiam impetrandam: cuius dicta moneo vt notes, quia rustici accolæ Rheni solent idem facere cum statua (si commemini) B. Vrbani. Fuit penes me libellus M. S. Leuini Crucij Curionis Boscepani, cui titulus *Eruditorum exorcistæ*, qui vir certe nec indoctus, nec exigua huiusmodi rerum experientia præditus, plurima cõgessit remedia contra maleficas noxas, quarum pleraque etsi manifestæ superstitionis nequeant reuinci, expedit tamẽ propter clarum periculum,

& pro-

& procliuem abusum, ijs prorsus abstinere. Quapropter oro & hortor omnes, ad quos liber ille, quod sciam nõdum editus, peruenerit (scio vero quosdam illic traditis incaute admodum vti aliquãdo) ne temere vllo remedio inde excerpto vtantur, nisi prius solicite, cum pio, & erudito, & prudente aliquo Theologo rem contulerint, & is secura omnia declararit.

Formidandum quoddam in huiusmodi negotijs exemplum Gerson narrauit: suo tẽpore Principem quendam fuisse, cui cum suaderetur, vt peteret consilium à sapientibus, quos

A sciebat esse tales, & sibi beneuolos. *Vtrum licitæ essent superstitiones quas exercebat, & credebat? Respondit: cur inquirerem à talibus, etenim scio quod disconsulerent mihi: Ego tamen sic agere, & sic credere penitus disposui, nec omittam. Et in hac infelicitate positus, & præuentus morte repentina, destiti vellet, nollet: nunc agnoscens in inferno, quoniam* Dominus odit

B obseruantes vanitates superuacue. *Et contra*, Beatus est vir cuius est Dominus spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Sic ille tract. de obseruãt. dierum superstitiosa.

FINIS LIBRI TERTII.

SVM-

SVMMARIA BREVIA LIBRI QVARTI.

DE DIVINATIONE.

PRæambulum De nominibus quibusdam, quid significent Prædictio Prænotio. vaticinium, Prophetia locus D. Hieronymi. loca. Ierem 13 v 23. & 25. Osea 9. v. 7. Exod. 12. v. 12. c. 18. vers. 11. Dan. 11. v. 8. Deut. 13. Ierem 23 v. 25 eum simul. A

Diuinatio quid, locus Prou. 16 v. 10. de diuinatione iudiciaria. Exẽpla Solomonis, Danielis, Ariopharnis, Alphonsi primi Neapol. Tiberii, & Theodorici regis, Caroli Magni, Friderici 3. Solymanni Turcæ. B

Coniectatio quid, quo pacto deinceps hæ voces sumendæ. S Beatricis Atestinæ sepulta miraculum.

CAP. 1. de diuina Prænotione seu Prophetia. Quæst. 1. De nomine & natura.

Propheta & prophetandi sex significationes loca 1. Par. 25 v. 3. & 5. 1. Reg. 10. v. 12. 3. Reg. 8. 29. & v. 4. Tit. 1. v 12. 1. Reg 18. Eccles. 48. 14. 1. Cor. 14. v. 5. Exod. 7. v. 1. C A

Propheta unde dictus Græis Nebi נביא. unde Hebræis שאול הגם בנביאים videntes unde Prophetæ definitio Cassiodori. alia melior Prophetiæ causa efficiens. An humana aliqua opus præparatione. locus 4. Reg 3. B

Subiectum prophetiæ. Sententia Platonis & Aristotelis, fatui, genus omne hominum & sexus etiam mali, & ignari, & inuiti. quomodo prophetia sit voluntaria. C

Inspirationem seu illuminationum species de imaginaria & intellectuali, de duplici elevatione. D

An Deus semper per Angelos, & nunquam immediate prophetiam inspiret. Conciliati D Hieronym. Augustinus, & alii patres. Quo fiat modo influxus propheticus mediante angelo? E

De materia prophetiæ quæ res occultæ huc faciant. locus Deut. 18. v 15. & 1. Cor. 14. v 1. 3. 4. Quomodo Prophetæ dicantur participes æternitatis Dei. De prophetia certitudine tũ absoluta, tum conditionata de lumine prophetico, & variis eius nominibus. E F

Thomæ Angelici libri attributi Doctori Angelico. An lumen propheticum sit idem cum lumine fidei. Peccatum est graue illi credere An necesse prophetam intelligere quæ dicit. an necesse prædicere aliis. Lumen propheticum ad quam qualitatis speciem reducendum? Locus Michææ. G

Quæst. 11. Quæ sint species Prophetiæ?

Duo genera, per Sacerdotes & Prophetas.

Sect. 1. De orationali, Vrim, & Thumim.

De duplici Epho. Quid rationale Hebraï חשן videre veteres aliis punctis legisse non חשן, sed חשן λόγιον non λοτῖον. cur latinis rationale iudicii: refellitur Parrhius.

De nominibus eius Chaldæis, Hebræis, Græcis. Quid rei fuerint vrim & Thummim. Posse sciri. Non fuisse aliquid aduersum ab ipsis Lapidibus XII. B

D. Augustini mens exquisita, sunt nomina ipsorum lapidum, qui alibi etiam vocantur Soham & Millnim. Locus Exod. 25. v 7 & v 30. explicat Oleaster defensus itẽ defensi vulgatus & LXX. De usu huius prophetiæ. modus interrogandi. Applicare Ephod consulere Dominum applicato Ephod consulere Dominum pro iisdem locus 2. Esdr. 7. v. 65 & Deut. 33. v 8. C

Quis modus respondendi. Defensus Iosephus secundus mixtus ex splendore & sermone. Locus 1. Reg. 28. v. 6. quid responsio per sacerdotes. D

Soluuntur argumenta viri docti contra Iosephum. eius summa in his auctoritas Græcus λόγιον vocarunt quo sensu LXX dicere queant Græci De tempore quo hoc oraculum cessauit. Cur vocetur iudicium τῶν δηλῶν cur vrim illuminatio. Thumim veritas. E

Sect. 11. De oraculis Prophetarum.

Diuisio oraculorum, visio, verbum, somnium. nomina quorundam prophetarum minus notorum. visio ὄρασις מראה quid verbum λόγος דבר quid quomodo fiebat. consilium משא מלאכוה Euangelium. Omnis seu. quid sit fuse quæsitum, refelluntur varii A

Hieronymus defensus Apoc. 2 in fin. v. 24. Ier 23 v 33. λῆμμα quid Græcis LXX. cur idem dicatur onus & munus Reprehẽs. Theoph. B

De

A De ecstasi seu raptu prophetico יד quid Ezech. 1.v.3.& ca.8.v.3.& 3. In raptu prophetæ sẽper sibi præsentes hoc distincti à fanaticis hæreticorum, Polychronij fragmentum. C

Auctor li. de spiritu & anima defensus contra Petr. Oliuarium Apocalypsis quomodo scripta hoc genere prophetiæ Tertulliani locus. alius And. Cæsariensis κάτοχος quid. κατοχὴ congelatio, morbus. Theodoretus & Theophilact. notati.

B De somnio חלום. ἐνύπνιον, quãdo sit prophetia, quando non. Modi seu somniorum sex in S. S. differentiæ Hebræi solebant somnia petere, vt & gentiles ponuntur loca huiusmodi Gẽtilium dicta ψυχημάντεια.

Vigilias Christianorũ Iulianus eo conatus deriuare per calũniã Iudæi idololatræ hac in re imitati fuere Paganos Locus Esa.1.c.65.v.4.

Diuinorum somniorũ finalis causa multiplex ex sacris literis ostenditur. E

Locus D. Iob ca.4.vers.13.& ca.7.v.14.& c. 33.v.15. Locus Nũ.12.v.6. Exempla multa diuinorum somniorum ex histor.

C Quæ species prophetiæ sublimior & excellentior sit. F

Quęst. III. Quo pacto prophetia, siue diuina reuelatio, discernẽda sit à diuinatione siue dæmoniaca reuelatione?

Auctores qui de hac quæstione tractarunt. capita, vnde petenda distinctio. (latione?

Sect. I. Quænã necessaria iudicaturo de reue-

Spiritus discretionis quid, & quotuplex de discretione experimentali. hæc est in ordine ad seipsum.

D De discretione in ordine ad alios. quædam infusa, quædam doctrinalis seu acquisita, quæ ad hanc necessaria sint, doctrina, pietas, experientia & alia multa. Tenenda præcipue humilitas. suspendenda non præcipitanda sententia. Exempla sacræ scripturæ, Iacob, Iosue Samuelis Heliæ, B. Virginis locus Lu. 1.ver.29. Sanctorum Ambrosii & Episcopi Cyprij Illusio mulieris Carthaginensis.

Præstat humiliter reiicere reuelationem quam auide arripere: an liceat petere vt fecere quidam Sancti Ephrem, Maurus, Herebertus, & alij, sed nõ imitandi in hoc, Quod de ceptæ multæ personæ per hoc vt S. Catharina Bononiensis. Conatus sic dæmon decipere B Augustinum sciebant hoc D. Bonauentura, & ij, de quibus narrat Gerson & B. Coleta. C. D.

In aliis personis tutius eas reprehendere & dure increpare. Notabilis locus de hac re Gersonis. Et quomodo respondendum obiectionib. quas illusi solent facere cur non reiiciant.

Sect. II. Quæ considerãda in persona cui facta reuelatio?

1. Fides reuelationibus hæreticorum & ceterorum infidelium non est credẽdum tales fuere Cerinth. Marci Montani. Archonticorũ, Manetis, Iuliani Apostatæ, Donatistarum, Messalianorum, Anabaptistarum, Campani, Iusti Velzij, Francisci de la Cruz Grazienzis pseudoprophetæ de vatibus Britannorum, vtroq; Martino & aliis, Eubages qui.

2. An sint sui turis, an arreptitiæ, his non credendum exemplum de quadam ex Firmiliano, de Montano. de monialib. Quercetensib. Ioanna Potiere. de Indorum cohoba de Libussa Bohema.

3. An mores & vita correspondeant sanæ fidei: & de vitiis hic maximo considerãdis Apollonij sententia de Quintilla & Maximilla. Quo pacto mores intelligendi & examinandi. Petrus Sartor Antuerpiẽsis pseudoeremita. Orationis mentalis quædam pericula ratione viæ vnitiuæ. de lapsu Begardorum, Beguinarum, Dulcinistarum Lollardorum, Illuminatorum. Periculosi alij scopuli multi Eremitæ apud Cassianum Fr. Ioannis de Rupescissa F. Fran. Crucij. E

4. Corporis constitutio. F

5. conuersatio, status.

6. ætas sexusque.

7. an sint Nouicij in vita spirituali.

Exempl. Francisci Pici, qui hoc indicio fallaciam miræ reuelationis detexit.

Sect. III. De reuelationib. mulierum non Sãctarum

Parum credendum huic sexui cur facile decipitur. Quæ præcipue consideranda in mulierum moribus.

Decepti visionibus muliercularum quomodo Tertullian. & nostro tempore Fra. Francis. de la Cruz, cuius narratur mira historia. Magdalena de la Cruz Cordubæ multos decepit. Et in Belgio monialis quædam arreptitia in qua Christus loqui & hostiam siue Eucharist. panẽ cõsecrare credita ab illusis.

E Quam periculosa confessariis conuersatio cum mulierculis etiam piis ex Gersone. An attẽdendus status virginitatis, matrimonij, viduitatis hac in re, contra Leloyherium.

Sect. IV. De reuelationib. virginum & mulierũ, quæ sunt Canonizatæ aut notæ sanctitatis.

De S. Angela Bohema.
S. Brigitta Sueca vidua.
B. Brigida virgo Scota.
S. Gertrudis Brabanta S. Hildegardis.
S. Elisabetha Schonaugiensis defensa.
S. Catharina Senensis
Quo in precio habēda harum reuelationes Refelluntur. Henric de Hassia & Sibyllanus. Soluuntur eorum obiectiones, & defenduntur vaticinia Sanctarum
Discutitur prophetia B. Catarinæ Senensis de immaculata B. Virginis Mariæ Conceptione. I
Discutitur locus vnus ex concionibus B. Catarinæ Senensis. B
Item locus D. Antonini Modus reuelatnes conciliandi.
Sect. V. De indiciis petitis ab ipsius reuelationu natura.
Quando plus deferendum reuelationi habitæ à vigilante quam à dormiente. K
Diuina non est, quando non congruit diuinæ Sapientiæ, vel non iuuat ad maius bonum, vel incitat ad singularitatē, vel inobedientiam. Subitam doctrinam, Exemplū S. Simeonis Treuirensis, aliud Præmonstratensium tempore Sancti Norberti. Virginum Aronensium. C
Cōsiderati gradus superbiæ in illusionibus. Indicia falsa, ex lasciuia, & impuditicia. Exemplum D. Roberti & aliud D. Dunstani. L
Quam periculosum reuelationis prætextu suū cōtra obedientiam sequi iudicium. Exemplum Geuebaldi Laodinēsis Episcopi. Aliud S. Guilhelmi Ducis Aquitaniæ.
aliud S. Abrahami Mira illusio virginis Gandensis quæ se salua virginitate matrem futuram credebat. M D
Illusio B. Secundelli Sub specie fructus animarum quomodo vicit supplantatorem. Exemplum S. Matronæ & S. Marcelli.
Spiritus S. Doctrina & prudentia B. Angelæ.
Varia fucta & pellacia dæmonis detecta B. Iordanius deceptus aliquoties prætextu boni Remedium expendi in visum S. Mamulphi sententia notabilis. N
Considerandū num bona malis mixta suadeāt Historia de B. Maria Oegniacēsi. & alia B. Vincentij Ferrerij optimū remediū oratio Exempla S. Gutlaci S. Elphegi: alterius. O E
Iudicium in hac re & doctrina B. Arsenij Abbatis Si reuelatio humana prudentia haberi potuit. si sit desumpta ex sacra scriptura vel ei dissentanea. Si confirmetur aliis re A uelationibus, Exempla S. Hermanni Steinfeldiensis, qui & Ioseph vocatus & quare Eutychy Patriarcha. B. Guilhelmi Roschildensis.
S. Adalberti B. Meinulphi Petri Cluniacensis. Quid si pugnantes reuelationes fuerint, cui credendum?
Sect. VI. De indiciis quæ petita à reuelationum circumstantiis.
Quæ considerana sint circa finem. Illusi Ioannes de Varenis & Ioan. Hus. Cauti & circumspecti. S. Arsenius B. Hildegardis B. Libuina Batava Notanda cogitationes præcedentes & subsequentes. Verarum reuelationum quis effectus ex Hucbaldo, & exemplum S. Aldegundis. Q
Signum crucis opponere visioni vtile. exemplū S. Osualdi Episcopi, Modus quo se ingerti cōsiderandus. Doctrina P. N. Ignatij Loyolæ Notanda lætitia & horror quibus animus pulsatur. D. Antonij doctrina, explicata per B. Catarinam Senensem & eius adhuc explicatio. Explicata opinio quadā vulgaris, cito mori, qui spiritus mortuorū viderunt R
Item notandum an veris confirmata miraculis Exemplum nobilis Matronæ & S. VVinvvaloei falsæ est si vel in minimo non contigerit, quod prædixit absolute hinc patet veras fuisse reuelationes Catarinæ Raconisiæ, Margaretæ Rauennatis, F. Aloysij Bertradi, item Ioannæ Lotaringicæ quæ d. Lapucelle Iohanne quæ defenditur contra calumnias Anglorū Acta iudiciaria Falsas verosuisse Montanistarum, Ioannis de Rupescissa, & monialis Lusitanæ. Francisci de Cruce. S
Et Hieron. Sauonarolæ seu Ferrariensis De hoc diligenter disseritur contra quosdam. De Iacobo Brocardo & B. Elizabeth Bartonæ Notandus modus reuelationis, qui varius est.

Cap. II. De diuinatione.

Quæstio I. Quid sit diuinatio.
Explicatur natura diuinationis.
Quæstio II. Quæ occulta queat dæmon diuinare.
Non nouit omnia sed quadam tantum. Marci historici locus explicatus. Quid de liberè contingentibus? non potest nisi probabiliter coniecturando. Exemplum Basilacij fanatici, qui Isaacio prædixit. A
Quæ à causis necessariis dependent & alia nōnulla potest certo prædicere. Quædam non per coniecturam. Vnde nata veterū oracula. Quid de præteritis norit. Quid de præsentibus

tibus. An cogitationes hominum norit. Exēplum Scotti Parmensis. Damonium hac in re fraudes Quomodo facta aliquando prædicat vt facienda. Exempla. Apollonii, & iuuenis cuiusdam, & Chariberti, & Cæsarij impostoris moderni huius generis remissiue.

Quæst. III. Quomodo dignoscatur diuinatio à prophetia & diuinatione.

Nota ex proportione rei cognoscendæ & causæ. Nota ex modo & natura quæsitionis. Nota ex intentione quærentis Quæ excusent à peccato Locus Prouerb. 19. v. vltim. Quando liceat signum petere.

Quæst. IV. Quale peccatum sit diuinatio.

Quando sit hæresis quando superstitio quando illicita dumtaxat

Quando implicita sit venialis.

quando locus omnino licitus.

Quæst. V. Quotuplex sit diuinatio.

Quid pactum implicitum & explicitum Scholastici non satis proprie loquuntur in specierum assignatione.

Quæst. VI. De speciebus diuinationis, in quibus aperta diuinatio intercenit?

Oracula & vaticinia vt Iouis, Dodonæi Hammonis, Trophonij Apollinis Delphici, Clarij, &c. Veneris Gazæensis.

Qua horum physica causa?

nulla contra pleros; vera est dæmon.

cur vno loco potius quam alio?

cur prisca oracula cessarint?

De Pythonicis vatibus, Veterum, vt Dodonides columbæ Gallicenæ Pythia Delphica.

Branchidarum, Colophonij, Soractinique vates. Francia Merouei Pythonissa Ventrilequi Engastrimantes, & Sternomantes. Eurycles, Pythones, Arcarij dæmones, seu vates. Exemplum rustici in Misnia afflati à dæmone, fanatici, enthei multorum nomina. Sibyllæ vnde dictæ קבל. Essenici.

Sect. II. Necromantia seu ψυχομαντεια. fuse descripta ritus collecti ex veteribus poetis. Statij & Lucani loca quædam. Melindensium superstitio Duo modi Necromantiæ. Nuda inuocatio & sacrificium. Saga primum murmurat, deinde incantationē proferunt. 3. comminatur formina rum

Pœna huius diuinationis dæmon in hac pro anima apparet σκιομαντεια quid νεκυομαντεια. κληδών.

Exemplum Santebereni magi. Diumare in Pythone quid locus 1. Reg 28. vers. 9. Quam periculosum, probatur exemplis, locus psalm. 105 vers. 28 & Isa. 8 v. 19.

Sect. IV. varia Hydromantia, vt qua vsus Andronicus vna fiebat per annulum, alia per lapillos, alia ex pelagi agitatione Orientales mare baptizat Veneti sibi despondent alia ex aqua colore & imaginibus. Pagomantia, varij ad hanc olim fontes Crateteres Palicorum cisterna Alphacena, palus Iunonis Apollo Thryxeus. Rhenus Germanorum. alia per cyathum per cathinum vt Fessæ mulieres Germanæ ad vortices aquarum, superstitio hodierna, suspectorum nomina mittendi aquarum. Aretinus fons obturatus à B. Bernardino Senensi.

Sect. III. De alia mangana generis

De Lecanomantia, veteri & recenti. Castromantia. Catoptromantia Christalloman tia. Exempla duo recentia Et tuto quemlibet posse confringere huiusmodi, docetur aliis duobus exemplu recentibus.

Dactylomātia, varia exēpla vetera & nou Onychomantia, aliter apud veteres, aliter nunc fit Queuedi quoddā factum, Acromātia Pharmaceia. Coscinomātia. Axinomātia, Cephalonomantia: Germanomantia. Germanorū, Longobardorū Apionis & Taciti calumnia in Iudæos Cleidonomantia.

De modo excutiendi oculū furis Varia exēpla.

Quæst. VII. De speciebus in quibus vel non explicitum pactum, vel admodū latens.

Sect. I. De haruspicina seu ariolatione.

Gazareni qui. De victimarina Extispicina Iuuenalis locus Pyromātia Vtuntur Lituzni an huc pertineat mos transiliendi pyras. De lustratione per ignem Capromantia Locus Statij Thurifumia Statij Libanomantia Dionis. Tephramantia. Sophoclis locus. quædam eius hodie species. Moschi locus Hydromantia alia & oinomantia Quid omnibus commune cum hac.

Critomantia, alphitomantia, aleuromantia. κριθομαντεια. Horatij locus furē libo inquirendi superstitio Tiromantia. Ichthiomantia Oomantia Isiacorum Ceromantia. Antropomantia, Valde olim frequens, probatur fuisse. Sacrificium filiorū in Topheth apud Hebræos. Daphnomantia. Botonomantia. Sibyllæ folia Sycomantia Diuinatio per myricam valde solemnis Laus myricæ.

Omphalomantia Amniomantia. De pelliculis quibus inuoluitur fœtus χοριον. ἀλλαντοειδες ἀμνιον. (denhein. Teutonicè) superstitio in his.

Qui sic capite inuoluto nati. Iouius notatus. Iudæorum diuinatio per Ieduim, Iedua animal mirum sed fabulosum. Agni Scythici descriptio. K

Lithomantia An Iudæis in vsu. Locus Leuit. 26. v. 1. de lectione & significatione quæsitũ. Noster interpres defensus contra Oleastrium Superstitio quædam gestantium amethystum Rhabdomantia multiplex quædam sortis, quædam auspicij quædam ominis. Singularum exempla. Narratio de Gregorio VII Papa Lampadomantia & Lucernaria. Parthonomantia multiplex. Catulli locus I. B

Sect. II. *De augurio & auspicio.* M

Aristotelis locus Augurium quid, & quæ eius species A cœlo petita. Ab auibus petitæ. A pullorum tripudio. Oscinum differentiæ & nomina Pauire Tripudium solistimum Soniuium A quadrupedibus petita. Auspicia pedestria. Ex equis Germanorum Luizicorumq; A lupis. Et aliis animantibus.

De ominum diuersitate Augurium, omen, prodigium sæpe confunduntur. τερατοσκοπία. *varia exempla sepulcrorum fontium, & spectrorum Ostentum, portentum, monstrum, quid. Quid liceat in his obseruare, quid nõ?* C

De acuminum auspicio militari.

Sect. III. *De sortibus.*

Phur quid. Iosephi locus. Chinensium sortes & aliorum Iudæorum.

De diuinatoria. De oraculo. Palomantia, Petromantia astragalomantia Kubomantia seu aleatoria Rabdomantia multiplex Sagittarum apud Ezech. cap 21. v 21. קלקל βελομαντεία *Virgarum. Deut. 8 v. 21 defensa vulgata. incantatores cur* chabarim *dicti interrogare in ligno, Ose. 4. v. 12. Geomãtiæ vanitas. Stoicheiomantiæ genera, eius varia exempla Gentilium & Christianorum quid olim dictæ* sortes *Apostolorum. Explicata caliquanti c si quis clericos. 26. q. 5. Quomodo his vsi S. Augustinus & Gregor. Turonensis D Franciscus Petrus Blesensis & alij De notis Ephesiorum Dodecaedri seu Pastorum ludus. dictum quoddam Cæsalpini.* D

Alectryomantiæ modus multiplex Zonaræ, Socratis & Cassiodori error Onomantia Prudentij locus. Nomina liberis prophetico spiritu imposita. Sanctorum nomina imponere religiosum. Pontifices sancte mutant nomen in inauguratione Arithmantia. Cabbala duplex Iudæorum. Vocalium consideratio in nomine proprio. Alchindrinæ liber. Ornithomantia Ioan. Leonis. P

Sect. IV. *Quale in his omnib. peccatum sit. Quam etiam periculosa res sit. De sorte consultoria, quando illa hodie illicita? Quam periculosum Magos consulere, Trium Regũ exempla.* Q

CAP. III. De coniectatione.

Quæst. I. De coniectatione ex astris.

De astronomia. huius laus. De astrologia hæc fuse docetur vana & prohibita Species eius quatuor. de Ioanne Stadio Bergano Astrologia reuolutionum quid queat diuinare? quomodo ceteræ species Triplex Mortale hic occurrens A. B

Rationibus & auctoritatibus omnis generis impugnatur astrologia.

Satisfit argumentis astrologorum Locus Gen. 1. v. 14. Locus Esa. 34. v 4 Loca S. August. conciliantur Locus Psalm. 103. v. 2. & Apocal. 6. v. 14. Locus Arethæ Cæsariensis vnde corrigẽdus. Locus Iudi 5. v. 20. Locus Apo. 12. v. 3. Locus psal. 18 v. 12. Respondetur exemplis allatis de veritate prædictionum quarundam.

De Thrasillo Cur I. C iungant Mathematicos cum maleficis, & qui illis proprie dicantur mathematici. Quomodo & cur Deus permittat illos aliquando verum prædicere. De Ascletarione.

Exempla aliqua falsarum prædictionum, Ioã. XXI. Papa mors.

Hebræorum qui auctores iconoclastiæ. Pancratij Constantini Stethati. Prædicentium aduentum Antechristi. Petri Leoni Spoletani Abraham hos confudit disputando. Ab his deceptus Manuel Comnenus Ioannes Galeacius contra astrologum decepit. Petri de Monte ilicino mendacia. Alfonsus Aragonum Rex contemptor horum & quale. Ludouici Sfortiæ stultus amor astrologiæ Alexandrinorum iudicium de his & vectigal βλακηνομίον. *De medicorum fatua & superstitiosa quadam astrologia nec non chirurgorum. De diebus Criticis. De astrologia instigatrice occultorum.*

Quæst. II. De coniectatione ex elementis, meteoris plantis, arboribus, brutis.

Tria videri tantum esse elementa. A

Ausonii

Ausonii locus. De iis quæ gignuntur in media regione aeris de cometarum prædictione aliquando prosperæ prædicere. Cheremonis liber. Mira exempla de Nola Boddēsi de campana Villilana de piscibus monasterii S. Mauricii.

De prænotione ex ventis item ex nubib. grandine & similibus. B

Pisidas notatus.

De maris tumore, terræ motu. Arequipæ mira prodigia. Indi adiuratores male mulctati, Vulcani Peruuiani. Iride, halone, &c. Ex arboribus, plantis, floribus, &c. quæ. Quædam hic superstitio.

Quæ coniicienda ex animantibus. D

An ipsa præsentiant quæ prænunciant?

Quæst. III De coniectatione medicorum.

Regula quædam traditur.

Q. IV. De coniectatione Physiognomica.

De tribus eius speciebus Scriptores. A

Melampus & alii Iuuenalis locus.

Fundamenta artis. Locus Esai. 3. v. 9.

De Matthia Coruino Rege.

Probatur quædam esse licita. Et quatenus Socratis dictum Locus Cassii medici. De quib. liceat Physiognomo iudicare, de quibus non. Exemplum, Antonii Tiberti Cesanatis discussum. B

Quæst. V. De Chiromantia.

Duæ eius species de Physica de astrologica. Verderii error de hac. A

Prohibitio Sixti V. Artis vanitas. Scriptores Iuuenalis locus.

Soluuntur argumenta contrariæ partis. Locus Exod 13. 9. Iob. 37. v. 2. manus Dei quid significet in Scriptura. B

Locus Exod 24. v 31. 2. Reg. 3. v. 15 Esai. 8. v. 11. Ezech 1 v. 3. & c. 33. v. 22. & c. 37. v. 1.

Examinantur exempla prædictionum Chiromanticarum, Bartholomæi Coclitis. Alexandri Medicæi. Iouius notatus. C

Zingari qui, & an tolerandi Principibus, fuse.

Corinthia lex de sumptibus.

Quæst. VI. De coniectatione ex somniis.

Oniropolia scriptoris Somniorum diuisio Fundamenta vanitatis huius. A

De libro Danielis Somniali in c. non observatus 27. q. 5 Synæsius notatus.

Quædam licet obseruare contra Xenophanem & Epicuræos, quædā non licet contra Stoicos Prudentii locus. Somniorum certitudo vel fallacia vnde petenda. De causa efficiente somniorum. Synæsii & Porphyrii error. A

Item Platonis, & Aristotelis. Hippocratis diuisio non sufficiens. B

De Naturalibus ex causa intrinseca. C

1. animali. Locus Salomonis Eccl. 5. v 2. 2. intrinseca corporalis qua propria somnia singulorum humorum prædominantium.

De naturali extrinseca causa & diuisio.

Quando liceat attendere somniis ex causis naturalibus. Explicatur singula causæ exemplis. Non licet diuinare de futuris contingētibus, vt de gratis datis à Deo, nec de liberi arbitrii actionibus. D

De diabolicis insomniis Locus Homeri & locus Eccl. 27. v. 7. Lectisterniis & captione somniorum apud Gentiles, de Venere Gazæa somniorum interprete. Somnia Enthusiastorum, Anabaptistarumq; item Epithelii Messenii Ædesii philosophi. E

Matris Attilæ Ptolomæi Nestorii Attici. Iuliani Apostatæ. Bdatis & Zariadres dæmoniacæ ad quid liceat obseruare. Condæi somniū. Dinothi historia Diuina insomnia quæ.

Diuinorum insomniorū quædā exempla Theodosii Imperat. Arnobii Rhetoris. Mauricii Imp. Bardæ Eulogii. Alexandri Magni. Ilesensis locus, Horum obseruatio licita, & ad quos spectet interpretatio. Quomodo discernenda diuina ab aliis, Locus Eccles 34. v 6 C

Exempla eorum quib. obseruatio somniorum valde noxia fuit, Agamemnonis, Xerxis Onomarchi, Antigoni, Pompei. Iusti Lipsi V. Cl. narratio quædam de muliercula Bruxellensi, & historia discussa diligenter. G

CAP. IV. De coniectatione Politica siue de sortibus.

Sortis politicæ species. D

Quæst. I. de sorte diuisoria.

Iudices sortiebantur Athenis, Romæ & in Sicilia. Casus in quibus iura sortitionem permittunt c. 1. 26 q 2. A

Quæ requisita vt hæc sors sit licita.

Quomodo intelligenda, quæ in sacris litteris de sortitione habentur. B

Ritus quidam solemnes. Calix pro sorte

Locus Psal 15. v. 16.

Quæst. II. De contractu sortis siue Lotharicæ. E

De duplici contractu hoc priuato. la riffe. & publico, la Lotherie. A

Contractum esse licitum probatur Reprehensus Conradus, Ludus aleæ cur prohibeatur. Contractus plures hic intercueniunt.

De personarum generibus, quæ in hoc cōtractu

veniũt. Quid hic lucrari possint mercis Domini seu venditores. Quæ sint peccata venditorũ seu Dominorũ mercis. De modo quo statim ac collata lotha, sortes trahuntur. Quid lucrari possint emptores seu sortientes. B

Quæ horum peccata, & obligatio restituendi an ad sortitionem rerum restitutarũ fraudato admittendus. C

Quid lucrari possint ministri & officiati D

A quo alendi hi ministri. Publicum & pauperes quid hic lucrentur. Princeps potest aliquid reip pauperibus vel sibi reseruare. Posse aliquid dari ei qui primam sortem, vel plures obtulerit.

Quæst. III. De purgatione Canonica.

Quid sit? quæ eius species. De purgatione iurisiurandi. Canones hanc probantes. A

Exempla Sophiæ reginæ Poloniæ, & Sixti. 3. Leonis 3. & Pelagii PP. B

De purgatione per sumptionem SS. Eucharistiæ. Exempla Lotharii Regis Francię. Gregorius 7. ipse fecit ab Henrico vero Imper exegit.

Causa & formula huius purgationis. C

Defenditur ea contra Fran. Hotomannum.

Caluinianũ. Explicatur eius sententia. Historia Erkimbaldi Burbati. Alia Sibichonis Episcopi. Sæpe mortui qui, rei cum essent & iuste accusarentur, sumere præsumpserunt. Exempla remissiue ponuntur. Cur Deus hoc iudicium aliquando permiserit fallere, vt in Adronico Imperatore. A

CAP. IV. De vulgaribus purgationibus.

Cur sic dicta. item cur exploratoriæ purgationes. cur leges paribiles. A

Tentant omnes Deum huius speciei petere miraculum.

Sect. I. De prouocatione ad diuinum iudicium.

Quibus conditionibus concurrentibus hæc sit licita. Exempla Sarę, Dauidis, Zachariæ filii Ioiadæ. Septem fratrum Machabæorum D. Pauli, Martyrum noui testamenti. Et S. Eustasii Abbatis. Gualtheri Burgensis Episcopi Pictau. B

Quam periculosum sit ita citare. Qui peccent Mortaliter citando. Quando citati possint citationem contemnere, quando & quo illam modo debent considerare. C

Exemplum Gonzalui Hermãdes de Corduba

Exempla citationum non irritarum D

Citatio duorum fratrum de Coruaial

Menuerci Paderbornens. Henrici Moguntini Episcopi Burchardi & Meginheri.

Gothus capite plect. ndus. Gotnalani Nauarchi Fratris Ducis Britannię.

Templariorum defenditur hæc historia contra quasdam. De morte Clementis V. Papæ, & Philippi Pulchri Francorum Regis. Præpositi S. Lamberti Leodinensis. De Innocentio IV. fabula Britannorum reiecta.

Sect. II. De purgatione monomachia seu duelli.

De inuentore duelli. de gentibus quæ vsæ de causis propter quas inductum. E

De ritibus de armis. Duellum paralitici contra Iudæum, qui imaginem Deiparæ violarat. Duella inter reges pro regno inter priuatos pro regib pro testimonio pudicitię, pueri contra gigantes. Burchardi contra Conradum.

De successione auorũ inter patronos nepotis & patrui vicere qui pro nepote.

VVenceslai Regis mirum duellum contra Ratislaum. aliquando Deus miraculo decidit vt in causa VVenceslai aliquando res dubia manet vt inter equites Hispanos, Rui Paez de Viedma, & Pae Rodrigrez de Auila. Sæpe iustus vincitur. F

Duellũ omni iuri repugnare ostenditur. Prohibitio & pœne Concilii Trident. aliæ priores Iulii 2. & egregię eius rationes. Extensio Gregorii XIII. ad priuata duella & quæ Gcitra solemnes ritus fiant. Quædam declarationes siue illationes ex bulla prædicta extẽditur ad eos, qui dicunt; Veni, ego te tali loco exspectabo. Non procedit contra Principes qui duellum permitterent infidelibus.

Bellum iustũ potest auctoritate principis duello decidi. Non tamen hoc possunt facere per modum diuinationis aut adgloriam, &c. D

Locus 2. Reg 2. v. 15.

Qui consulentes incidant, qui spectatores. Fit mentio non visæ bullæ Clementis 8.

Sect. III. De purgatione vulgari per ignem.

De proba ferri candentis quod iudicium. Solemnitates. Formula. H

Exemplum Tetbaldi Peltarii. Lex militaris apud Radeuicum. Leges Francię, Longobardicæ, Scauicæ, Flandræ.

Vomerum quis numerus.

Ferri consecratio qualis ponitur formula Sophoclis locus de hac purgatione. An Nobiles eam quoq; subierint quod ira. Exempla Cõradi Marpurgii contra hæreticos Richardæ & Luniguldæ Imperatricum. Emmiæ Reginæ dissensio concilinta. I

Aliorum in Gręcia. Matronæ Christianæ in Rugia. Comitissæ Mutinensis Ludouicię.

gis German. Legatorum Orcisorum Comitis de Oldenborg.
VVittenbergensis iniuste accusati de incendio, & detecti postea rei. Exẽplũ Piscatoris Traiectensis, & cuiusdam Hipocritæ Iuonis loco discussa, & ostensa canonibus repugnare. Rollonis Normanni factum mirum.
Certamen Catholici Hispani cum Ariano Robertus Cantuariensis doluit, quid hãc purgationem suasisset. K
Emma regina sic se purgauit.
De iudicio prunarum, Exempla. L
Monachi Ægypti, & B. Briccii Turonensis Episcopi Haraldi Hyberni.
Sumebant ab aliis rebus hoc indicium.
Eulalius se purgauit fiscella in ignem iniecta, Episc. quidam ad fidẽ Rossos adduxit proiecto libro Euangeliorum in ignem. Sic etiam approbata in Hispania missa Mosarabum.
De probatione per pyram. Exempla. M
Petri Massiliensis Popponis Apostoli Danorum Catholici Episc. prouocantis Arianum Sauanarolæ factum seu potius iactantia Petrus Albanensis sic Petrum Florentinum simoniæ conuicit Ritualia huius indicii.
Vt Catholica fides his adstructa sic iisdẽ hæresis deprehẽsa punitaq; probatur exemplis. Hæreticorum Camera;ensium. item Argentinensium. N
Flamma hæresi quod vmbra corpori cum fuga erroris, vis petit ardoris, redit hæc illo rediẽte Hæretici alterius exemplum.
Variæ prohibitiones huius probæ O
Imperatorum & Pontificum, c. Mennam 2. q. 5. discussum & c. consuluisti 2. q. 4.
Sect. IV. De purgatione vulgari per aquam
De aqua feruente Nationes quæ receperunt, & quo fundamento.
De poculo zelotypiæ Num. 5.
Prohibitio purgat per feruentem.
Exemplum Legatorum Ludouici Germaniæ Regis confutata quædam traditio Hebræorum. Ritualis oratio Solebant manum iniicere, probatum exemplo Hiacynthi Diaconis Rauennatis.
Formulæ duæ huius probæ collatæ inter se.
De purgatione per aquam frigidam. Q
Quomodo fiebat. Exemplum vxoris B. Gangolphi lex Alsatica
Alius modus mergendi hominem totum.
Imperatoriæ & Pontificiæ prohibitiones c. ex tuarum. de purgat. Vanonica explicatum. & c. sententiam sanguinis. Ne cleri. vel monachi secularibus, &c.
De hodierna probatione sagarum per aquam frigidam sententiæ Germanicorum Scriptorum Iurisconsulti cuiusdam recens libellus de hac re.

Q. V. De proba, vt vocant, aquæ frigidę, in qua sagis explorandis quidam in Germania vtuntur.

Sect. I. Discutitur opinio & rationes Adolphi Scribonii.
Contra fictitiam illam leuitatẽ dæmonis sagas Sustentãtis disseritur. Non est credibile hoc sic à Deo à mundi initio prædestinatum. Refellitur supernaturalis & fictitia aquæ sagarum antipatia Lutherus exploditur, qui voluit omnia liquida apta præbere balneum, esse idoneam baptismi materiam. B
Quo pacto elementa laudent Deum.
Qua ratione aqua instrumentum & sigillum salutis.
Sect. II Excussa sententia & rationes I C. cuiusdam Catholici.
Laudatur aduersarius, & huius contradictionis ratio proponitur Qui & vbi tantum iudices hac vtuntur proba. C
Esse praxim paucorum & indoctorum iudicum. Summa sententiæ contrariæ.
Ostenditur parum necessaria hæc purgatio ad mentem aduersarii. D
Ostenditur pugna in dictis eius, & incertitudo huius probationis. Exemplum vetulæ sagæ, quæ ipsam prodidit.
Ostenditur ex eo & alia pugna. item hanc supernatationem non esse tribuendam bonis angelis, sed dæmoni.
Cautelæ, quas ponit ostenduntur superfluæ.
Tertia pugna in dictis aduersarii.
Gratis conficta diuersitas in maleficio & aliis criminibus, nec probata, nec vera.
Sed ostendit purgationis huius vanam defensionem.
Inducitur argumentum de saga quæ furti accusata tantum & aquæ iniiceretur ex prisco more ad purgationem, ostenditur si hæc purgatio vera certaq;, necessario iudicem perplexum fore.
Multa refelluntur breuiter πάρεργα, aduersarii. Quæ præcipua nunc causa paucitatis miraculorum sit. Deo non attribuenda omnia creaturarum mala, & talem propositionem fidei repugnare.
Excusatur mens aduersarii eam ponentis.

Quo sensu probationes sint iudici arbitrariæ.
Hanc iure Canonico probam omnino esse prohibitam accurate ostensum. F
Non licet iudici infligere quamcumq; pœnam quam rei maxime metuunt.
Hæc purgatio non fauet maxime Reip.
Nec, hoc solum potest eam fauere licitam. Vt actus sit bonus, non sufficit eum tendere ad bonum finem.
Sagas non detestari maxime hanc purgationē. quod si detestantur, indicium est pacti.
Non esse hoc indicium certius testimonio complicum.
Non est eadem ratio huius indicii & illius testimonii. G
Et nec indicii ex cadauere sanguinante, & ex hac.
Non sequitur Deus iuuat iudicem in vno, ergo & semper & in omni.
Non fallitur iudex, qui secundum acta, nocentem absoluit. Deus non vult omnia crimina hic actu puniri. Aliquando iudici & iudicio nocent maleficia.
Sors ista est diuinatoria non consultoria.
Consultoria sors etiam hodie est prohibita l. eorum C de malef & mathem. vt non sit iniqua quomodo accipienda.
Malnficium maleficio destrui posse, error maleficium per media superstitiosa tolli posse vel erronea, vel plane temeraria propositio. I
Scotus falso citatus à malleo malef.
Posse aliquem peccare in eo quod facit bona intentione.
Impugnatur vt prorsus spurium & tyrannicum arbitrium liberum & plenum iudicis, quod aduersarius ei concedit
Iudex secundum legem debet iudicare, alioqui belluas imitatur.
Quomodo iudices omnes legibus subditi sint.
Præstare absoluere nocentes, quam per hanc probam deprehendere.
Quid iudici hic metuendum, quid non?
Mortale est non obedire Ecclesiæ.
Causa, cur tam parum iudices promoueant per indicia legitima. D. Bernardi locus de hac proba discussus.
Sect. II. Proponitur & probatur vera sententia negatiua.
Iudices gnari Pontificia prohibitionis, qui hac proba vtuntur, peccant.
Probatum primo definitione peccati.

A
B
C
D
E

Pontifices Romani quid senserint de hac probatione.
Illis esse credendum & obediendum in hac re. c. Mennam. in fin. 2 q 5.
c. ex tuarum de purgat Canon.
Diluuntur rationes aduersarii quibus conatur ostendere diuersum quid statuendum in purgationibus vulgaribus cæteris & in ista.
Ostenditur non esse diuersam rationem iudicum & priuatorum.
Ostenditur esse tentatio Dei. L
Quomodo sint petita à Sanctis hominibus.
Quando liceat signum petere.
Probatur hic non esse miraculum
Exempla multa docent falsam esse probam.
Iudices non tenentur fidem habere huic probæ.
Quale hic pactum intercedat. M
Declaratur res.
Pactum hic inter iudices & dæmonem, non inter sagas & dæmonem intercedit.
Exemplum quoddam recens discutitur.
Dissensio iudicum in hac purgatione.
Cur dæmon hoc pactum interit, & lucra eius ex illo.
Ostenditur hac proba contineri peccatum inobedientiæ & ariolationis. N
Locus 1. Reg. 15. v. 22.
Dæmonem corporeum facere temerarium est & errori proximum.
Multa aduersariis parerga, & non vera quædam. Iudex communem sententiam hic sequi tenetur.
Alioqui peccat, & potest conueniri act. iniuriarum. talem torquens, est tyrannus sententia est nulla. occidens est homicidii reus.

Q. VI. De aliis quibusdam vulgaribus, purgatoribus.

De purgatione per pondera & lancem.
De purgatione per crucem.
Qualis ista purgatio quæritum.
Frisonum consuetudo.
Quid contendere vel certare cruce, item quid stare ad crucem.
De sortitione quadam facta Constantinopoli de Imperio.
De abiicientibus res aliquas vt ex earum recuperatione cognoscerent sua sibi à Deo peccata fuisse remissa.
Exempla S. Attiliani Zamorensis Episcopi & S. Arnulphi Episcopi Metensis.

FINIS.

MAGI-

MAGICARVM DISQVISITIONVM

LIBER QVARTVS.

QVI EST;

DE DIVINATIONE.

SVNT quædam nomina, quæ cum late sumũtur, solent confundi, vt *diuinatio*, *vaticiniũ*, *prænotio*, *prophetia*, *coniectatio*, *prædictio*: & sic sumẽdo, pro his omnibus, in titulo posui vnicum nomẽ diuinationis. Si pressius sumantur, discrimen aliquod agnosco. *prænotio* & *prædictio*, cætera quatuor semper complectuntur: sed *prædictio*, ordinem ad alium actumque denotat extrinsecum: *prænotio*, intrinsecam tãtum cognitionem. *Vaticinium*, diuinationi & prophetiæ commune nomen est, sed ad *Oraculũ* tamen, qꝑ viua fit hominis voce, restringi consueuit, cum *diuinatio* vlterius porrigatur. De *Prophetia* D. Hier. notat *a*, semper à sacris literis in bonã partem accipi. patet hoc verum esse, qñ loquũtur absolute nam si pseudoprophetas quoq; hoc nomine honorent, distrahentem quampiam particulam adijciunt (vt prophetæ *stulti*, *Baal*, *Samariæ*: *lucrũ*, *&c.*) *b* vel loquũtur per ironiam non obscurã, petitam ab existimatione atq; opinione populi, qui pro talibus eos habebat sicut & *idola*, nuncupat *Deos c*: atq; adeo semper aliqd additur in contextu, qꝑ non sinat ignorari pseudoprophetas fuisse. *d Diuinatio* nunq̃ in Biblijs sumitur de ꝓphetico lumine. Nam illud Salomonis, *Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius e*; nihil ad prophetiæ donum pertinet, sed ad sagacitatem in occultis & perplexis iudiciorum latebris, circa facti ambigua, eruendis, necessariam iudici. est n. quædam sicut in medicis causis, sic & in iudicarijs diuinatio Metaphorica, qua, quæ præterita sunt, & quorũ veritas ignoratur, solerti discussione cõijciuntur. Vt fuit in iudicio Salomonis, cũ veræ matri filiũ restituit *f*. vt fuit in Daniel. inquisitione, qua senum perfidia detecta, Susannã vitę, honori, marito restituit. *g* vt in iudicio Ariopharnis Thracũ Regis, qꝑ huiusmodi traditur, Tres Cimmericorum regis filios de paterno regno cõtendentes, iudicem elegere Ariopharnẽ. hic iubet patris

a in cap. 3. Michea.

b Ierem. 23. v. 13. Ose. 8. v. 7

c *Exod. 12 v. 12. & c. 8. v. 11. Dan. 11. v. 8.*

d *Deut 13. Ierem. 23. v. 15 c. 28. v 1 & 14. Ezech. 21. v. 21. Mic. 3 v. 6.*

e *Prouer. 16. v. 10.*

f *3. Reg. 3.*

g *Dan. 13.*

cadauer sepulchro erui, arbori alligari, & eos arcu cõtendere, vt qui patris cor transfixisset, in regnũ succederet. primogenitus guttur, secundum medium pectus corde illæso transfixit. Super erat minimo spes regni. vicit pietas, & se regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, professus. iaculari detrauit. Huic Trax regnum adiudicauit, q̃ naturæ ꝓpensione, se & vere filium, & virtute præstantiorem ostendisset *h*. An hanc historiam voluebat animo Alphons. primus Neap. rex, cum similem ꝓtulit sententiam? vel naturali sagacitate id potuit, quæ in eo mirifica fuit. Nã adhuc pene puero cũ Aragonia, vtriusq; Siciliæ regna susciperet, accidit, vt cuiusdam ancilla ex dño pareret, & ad libertatem ex Hispaniensi lege ꝓuocaret. Dns, ne matre cum filio priuaretur, negabat ex se natum, deerant in re clam patrari solita ꝓbationes. quid ageret? belle se expediuit. iubet sub hasta partũ vendi. vincitur dns licitatione. ergone (secum) filius me° in seruitutem me viuo? quin potius fateor, q̃ res est. & ecce paterni animi erũpunt inuito lacrymæ. Subsequitur lingua confessionum oculorum. sic patri filium, mari debitam rex libertatem asseruit *i*. Quẽ imitaretur hoc iudicio, non habuit, vt Tiber. *k* habuit Theodoricus, Rex Gotthor. Spoponderat mulier Italica nuptias secundas amatori, pacta se filium priusdomo exturbaturam. cum conaretur; resistere filius, & Regem adire ambo. filius sibi alimenta deberi, nec domo paterna à matre eijci dicere. contra mulier, filiũ non agnoscere, suppositũ esse. Suspecta regi mulier fieri incipiebat. Atqui ô mulier, *inquit rex*, potes, si me audis, & hac re molestia expedire, & melius cõiugium inire, quin tu iuuenẽ hunc, qui filiũ se dicit tuũ; maritũm accipe. minor est ætate, & facie liberaliore. Icta mulier tã inopinata iussione, primum conticescit: mox se colligit, & multa prætexere negationi, parũ cohærentia vel apta, vt deprehensam facile intelligeret rex. Fingit ergo se pœnã addere, nisi cõsentiret. q̃ restabat infelici, vt scel° fugiat horrẽdum: filium agnoui *a* Coram Carolo Magno pater & fili° homicidij rei agebãtur, factũ vterq; negabat, nec tormẽtis vllis ad cõfessionem criminis perduci poterant: cõdemnat Imp. vtrũq; ad suspendiũ. Tum pater, victus amore filij se reum, filium vero sceleris expertem ꝓfitetur *b*. Minoris momenti, non minoris industriæ fuit Frider. III. iudicium. ad eum cum rusticus venisset, & quest° esset, iugalium equorum alterum in caupona sibi furto ereptũ: Ambigeum Imper. sibi iudicari iussit. cum hoc rustic° negaret se facere posse, qui hominem non nosset. miror, inq̃ Fridericus, non alterum quoque reptum tibi, cum tot in hac vrbe sint equites, equi tam pauci. Equa, ô Cæsar, subdit rusticus, est altera, quæ militibus paruo vsui. Igitur age, inquit Imp. equam insecẽde, & per oẽs vicos, plateas, compita, & angiportus vrbis equita: subtractus equ° in aliquo stabulo latitanti & cum iugalis odorem senserit, statim hinnitũ tollet. Paruit rusticus, atq; vt Cacum mugitus bouis, sic hinnitus equi tunc furẽ prodidit *c*. Nec subticenda Turcarum regis Solymanni prudẽtia. Byzãtij Iudæus Christiano certam auri summã mutuam dederat, vt cõstituta die præter sortem, vsuræ loco, duas carnis eiusdẽ Christiani vncias reciperet. Die illa sortẽ reddit Christianus, fœnes negat.

h *Diodor. Sicul. lib. 20.*

i *Ant. Pãhormi lib. 2. de gest. Alfonsi.*

k *Sueton. in Tiberio.*

a *Idem. Magnus libro hist. Germ. cap. 29.*

b *And. Barbat in cap. præsent. de probation.*

c *Æneas Siluius lib. 2. de reb. ab Alphon. gestis.*

aditur

aditur Solymann. vt rem dedicat. ille Iudæum animo deteſtat[a], nouaculam adferri iubet, & ludæo poteſtatē facit, qua velit, membri parte, debitori duas carnis vncias exſcindat: ea lege, vt omnino duas tantū: ſi minus pluſve exſciderit, capite luiturum. Nō auſus Iudeus hanc aleā ſubire, Chriſtianum abſoluit. *d* De huiuſmodi ergo, *labiorū regis diuinatione*, Salomon loquebatur. ſicut n. cor regis, ſic & eiuſdem labia in manu Dei ſunt. amboDeus æqualiter dirigit, & quib. ſuas in terris vices delegauit, eos ſupra cæteros ſæpe mortales magna ſolertia & prudentia dotat. *Diuinatio*, ergo illic, *pro cōiectatione*, poſita. *Coniectatio*, namq;, procedit ex cōſideratione cauſarum ſignorumve, ſiue hæc ſint cum vera prudentia cōiuncta, ſiue vanitatis comperta. quare quædam coniectatio licita, quædam illicita eſt. *Diuinationis*, nomē, nos deinceps reſtringemus, ad illicitam tantum: hæc à coniectatione differt; quia non ꝓcedit per ſigna, vel argumenta, vt facit coniectatio. *Prænotio*, deinceps nobis generale nomē erit: eius partes, vt membra corporis, tres ſunt futurę: Diuina prænotio, quæ manat à Deo: & vocabitur, *prophetia*, ad hanc pertinent quædam miraculoſa, ſeu diuina oſtenta & ꝓdigia, futurum ſolita certo & ordinarie prænūciare; vt ꝙ poſt obitum B. Beatricis Ateſtinæ per longum temporis ſpaciū obſeruatum eſt, ꝙ quoties aliquid noui familiæ Ateſtinæ, ex qua fuerat orta, immineret, toties multis ante dieb. in ſacello eius prægrandis ſtrepitus exaudiebatur, & corpus eius ꝙ de more ſupinum iacebat, in alterum latus reuolutum reperiebatur. *Scardeonis lib. 2. antiq. Patauinar. claſſ. 6. fol. 120.* alia de cāpanis quibuſdam retuli, *inf. c. 3. q. 1. & de alijs mul-*

d Corrozetus de dictis & factis memorabilibus.

tis c. 2. q. 7. ſect. 2. Dæmoniaca, quæ deriuatur ex pacto tacito vel expreſſo cum dæmonibus, & dicetur, *diuinatio*: & naturali, quæ ſumitur ex lignis vel cauſis naturalibus, quam vocabimus, *præſagium*, vel *coniectationem*, ſtricte ſumptis vocabulis.

CAPVT I.

De diuina prænotione, ſeu prophetia.

QVÆSTIO I.

De natura & nomine prophetiæ.

IN S.S. *prophetiæ*, nomen, *& prophecandi*, verbum, ſex ferme modis ſolet accipi. primo, pro eo quod eſt canere vel pſallere certis diuinas laudes modis, vel inſtrumentis. Sic legimus prophetaſſe Idithū & Heman *e*, & ſic quidam illud accipiunt *f*; *Num & Saul inter Prophetas?* 2. pro Ethnicis vaticibus ac poetis, ſic Epimenidem *g* Apoſtolus appellat Cretenſium prophetam. 3. pro phanaticis, qui arreptitiorū more mēte abalienati, inſolita, inepta, inſipientique effutiunt. ſic dicitur Saul domi ſuæ, à malo agitatus ſpiritu, prophetaſſe *h* & Sacerdotes Baal dicūtur etiam prophetaſſe. 4. dicuntur ꝓphetare, qui miraculum aliquod edunt, quo declarant ſe veros fuiſſe Prophetas. Sic Elizæi mortui corpus dicitur ꝓphetaſſe, quia latronis cadauer contactu viuificauit *i.* 5. qui res ſublimes, diuinas, & ab hominum cognitione remotas, & Scripturę ſacrę arcana interpretantur & docēt. Sic ſumpſit. D. Paulus *k* qñ confert donum linguarum cum dono prophetiæ, ſic & Aaron; eo ꝙ Pharaoni exponebat oracula, quę Moyſes à Deo acceperat, vocatur ꝓpheta *l.* Sic ſumpſit Philo Iudæus, cum Prophetam definit; Dei oracula intus dictantis interpretem. *m* Et huc pertinet etiam alia ſignificatio, qñ ſumitur pro veris Dei cultorib. & viris

A

e 1. Par. 15. v. 3. & 5.
f 1. Reg. 10. v. 12.
g ad Tit. 1. v 12.
h 1. Reg. 18 & 3. Reg. 18. 29.
i Eccl. 48. v. 14.
k 1. Cor. 14 v. 5.
l Exod. 7. v. 1.
m libro de præmiis & pœnis.

religiosis, *vt volunt sumi*, 3. *Reg.* 18. *v.* 4. *Abulens. & Caiet.* 6. pro eo, qui occulta Dei arcana, per diuinā reuelationem accepta, hominibus enunciat *n*. Nos nunc de hac vltima specie tantum loquimur.

n not. hac Pererio in Genes. cap. 20. disp. 2.

B. נבא נביא נוב. בן.

Nomen hoc prophetiæ Gr. à præfando πρόφημι) deduxerunt; Hebræis, *Nibba*, vnde *Nabi*, prophetes, radice verbi incerta. potest n. esse, *Nub*, (hoc est loqui) & significaret, *Nabi*, loquētem: pōt esse *Ban* (intelligere) & significaret intelligētem, nimirum perfectissime, vt qui res oculis fidelib. subiectas cognoscunt. Vnde & Prophetę Hebræis dicti sunt, *videntes*. *o* Hæc de nomine suffecerint, de re videamus.

o 1 Reg. 9. v. 9.

Cassiodori *p*, communius recepta definitio, concisior est, q̃ vt per illam commode rei natura intelligatur. Dic explicatius, *Prophetia, est diuina inspiratio, rerum à nobis procul distantiū euenta, immobili veritate & maxima cum certitudine prænoscens atq; denuncians.*] Explicemus singula definitionis membra. *Diuina*, dixi, contra Artephium & Rogerium Baconē, qui Prophetiam tribuunt astrorum influentijs; contra Aristot. & Peripateticos, qui corporis humoribus contra Moysem Ægyptium, Auicennam & Algazelem qui naturali industriæ studioque adscribunt. hi cuncti falluntur. quia omnis prophetia Spiritus sancti donum est, nulla humana allatum voluntate, vt duæ Catholicæ columnæ Petrus & Paulus *q* contestantur. Vnde B. Hier. *r* infert, solos veros Prophetas, Dei Spiritu locutos; nec alios prophetarum nomen mereri, quam qui Spiritus sancti luce collustrati, futura p̄dicunt. Ad hoc nulla dispositio naturalis vel humana absolute requiritur. potest n. Deus ipsam simul cū lumine

p præfat. in Psalm.

q 2. Pet. 1. v. 20 Ro. 12. v 6. 1. Corint. 12. v. 10.

r in Dan.

A dispositionem infundere *s*. Sed qui amat omnia suauiter dirigere, vt plurimum se rerum naturis accommodat, quoad ipsi placet. Alb. Magnus lib. 3. de somno & vigil. tract. 1. ca. 5. Quare cum aptissima sit dispositio, qua mens à sensibilib. motionibus, & rerum humanarum soluitur curis: videm⁹ eam Prophetas aliqñ comparasse sibi, vt Helizeum impij Regis Israel aspectu

B forte ad zelum & indignationē nonnihil cōmotum, musices suauitate *a*. Quæ tñ dispositio, plane per accidens ad prophetiam iuuat, nec illius causa vllo modo dici meretur. Naturalis vero prænotionis vel dæmoniacæ, causa per accidēs, est corporea dispositio, quæ à sensuum vsu vehementer mentem auellit. atq; idcirco Plato & Aristot. dixerunt: frequentiorem esse

C diuinationē in fatuis, attonitis, & furentibus, q̃ in mentis sanæ hominib⁹: in dormientibus q̃ vigilantibus: in morti vicinis, q̃ vita vitali longum adhuc fruituris: in atrabiliarijs, q̃ sanguineis. minus enim sensibus intenti illi omnes, & melancholici insuper vigilantes quasi somniant *b*.

2. Dixi, *inspiratio*; late sumpta voce, pro quouis influxu, instinctu, illumi-

D natione, aut reuelatione. hanc Deus aliqñ largitur angelis bonis, qui prædicant aliis, & de Sodomorum euersione didicimus, *c* & de posteris Ismahelis, *d* de Samsone *e*, de Tobiæ vxore *f*, de Christo Dño *g*, & eius præcursore *h*; vel vt visiones explicent hominibus *i*. Aliqñ Deus confert hoc donum hominibus, tum viris tum fœminis,

E maxime ꝓbis & sanctis; vt Eliæ, Esaię, Debore: Oldæ, & quamplurimis aliis, quorum laus est in sacris Historiis: interdum tamen & malis atque improbis, nonnullis Gentilibus, ac fortasse

s D. Thom. 2. 2. q. 171. ar. 3.

C.

a 4. Reg. 3.

b vide Valesium, de sacraphilos. cap. 30.

c Gen. 19.

d Gen. 21.

e Iud. 13.

f Tob. 6.

g Luc. 2. Mar. vlt.

h Luc. 1.

i Dan. 8. & 9. & in Apoc. sæpe.

Sibyllis,

Sibyllis, & Balaamo *k*, & Caiphæ *l*. Cõfert autem aliquando ignaris se prophetare, vt dicto Caiphæ, &, iuxta D. Ambrosium *m*, Abrahamo, cum dixit: *postquã adorauerimus reuertemur ad vos*: sed tunc improprie vocari prophetiã, censuit D. Augustin. *n*: aliquando vero id accidit gnaris se à Deo illuminari, vt Balaamo prædicto. Interdum quoque confertur hoc donum inuitis, vt *o* Sauli iuxta quorundam interpretationem: sed sæpius, sponte Spiritum Dei recipientibus: tuncq; ea ratione prophetia potest vocari voluntaria, quia influxum Dei nõ inuiti recipiũt: inuoluntaria nihilomin⁹ erit, quatenus eum, non quandocunq; ipsis, sed quando Deo lubet, recipiunt: & quia non qua mensura ipsi volunt, sed qua Deus, & quia non quam volunt ipsi diu, sed tantisper dum Deo videatur: vt de extasi lib. 2. diximus, quæ sic etiã voluntaria, nec aliter.

Inspirationũ alia quoque differentia petitur inde, quod interdũ ei nullum colloquium accedit, sed nuda tãtum fit præceptione aut ostensione, vt in plerisq; Vet. Test. prophetiis cernitur: interdũ Dialogismus aliquis Prophetæ ac Spiritus S. accedit *p*.

Illuminationis seu inspirationis huius duas ponũt Theologi species, *imaginariam & intellectualem*. *Imaginariam* siue *sensibilem*, vocant, non quia non pertingat ad intellectum (talis enim improprie vocaretur prophetica inspiratio) sed quia primario fit per sensibilem siue imaginariã repræsentationem, ex qua mentis conceptio nascitur, eique quasi commẽsuratur. *Intellectualem*, appellãt eam, q̃ non ducit originem à sensu vel imaginatione, sed oritur immediate per lumẽ infusũ intellectui, & p̃ species intellectuales, de nouo inditas: vel p̃existẽtes sed diuina⁹ virtute, ad naturalem aliquam mẽti⁹ cõceptionem formandam applicatas. Quæ eleuatio dupliciter contingit. 1. quãdo intellectus sic eleuatur, vt sine operatione phãtasiæ cognoscat: q̃ raro ex speciali priuilegio cõceditur. 2. quando phantasia intellectioni cooperatur, nõ quidem intellectu primũ à phantasia moto sed phantasia ipsa mota & applicata ab intellectu, vt secum operetur & concurrat. *Vide Frãc. Suarem. 3. p. q. 10. ar. 1. disp. 9. sect. 2.*

Solet vt plurimum Deus mediatore angelo prophetiã inspirare: primo reuelans Angelo, vt angel⁹ deinde reuelet homini q̃ iussus: idque vel in assũpto se corpore ostendens, vel apparitione tãtum spirituali speciem humanæ menti exhibens rerum, quas Spiritus S. homini vult præsignificari. sic Moysi, *in manu mediatoris*, data lex *q*, sic Zachariæ & in Zacharia *r* Angel⁹ Domini loquebatur. sic in Apo. *s* Christ⁹ Angelo, Angelus Ioanni Ioãnes aliis manifestat: quæ Pater Christo, vt homini, ab initio cõceptionis reuelauerat. quod suauiter diuinæ gubernationis, v̂ i solitæ mediis, est accommodatissimum *t*. Et sic censuere grauissimi Sancti: de facto, tantum solitum Deũ prophetiam per angelos inspirare *u*. Nõ tn negandum posse Deum, si velit, ipsum immediate sic in mentes hominum influere, q̃ nec Damascen. nec alii illi Patres negarunt: & affirmarunt D. Hier. & D. Greg. & recentior Turrecremata *x*. quin etiam D. Hiero. qui priorem modum concedit *y*, posteriorẽ hunc aliquando à Deo vsurpatum contendit *z*. Scio Deum posse, si velit; an fecerit, nescio, nec multum refert scire. Non caret ẽt difficultate prior ille influxus, qui fit mediante angelo:

k Num. 22 & 23. vide S. August. tract. 59 in Ioann. Clementem Prom. li. 8. const. ca. 1. l Ioann. 11. v. 51. m lib. 1. de Abrah. c 8 n. l. 12. sup Gen. ad lit. o 1 Reg 11. v. 6.

p vt Exod 3. & 4. 1. Reg. 3. Ier 1. Dan. 10 Ion. 4. Abac 2.

q Act 7. v. 38 & Gal. 3. v 19. r Lu 1. v. 9 cap. 1. in princ t D. Tho 22 q 171. art 2. u D Dionys. Areop. Cel. Hier. capit. 4. D. Aug. lib. 3. de Trinit & videtur Damas. li. 2 Orthod fid. x Hie. præfat. in Esa. & in ca. 6. D. Gregor. lib. 18. Moral. Turrecremat. in Prologo Reuelat. S. Brigitæ. cap 4. y in Ezec. 2. & 3 z in d præfat. & c. 6.

cũ nec Angelus ſpirituale illud lumen creare, nec ipſe in human. intellectũ queat illabi. Quin etiã ſiue ſenſuũ adminiculo in hominis mentem, hoc lumen à Deo creatum immitti ab Angelo poſſe, negat Scotus: ſed affirmant Albertus & Hẽricus de Haſſia: modo negare, modo concedere videtur D. Thõ. ſic tamen, vt quãdo huiuſmodi lumẽ intellectui ſine ſenſibili apparitione vel ſpecie immittitur, (vt fit in reuelatione intellectuali) hoc à Deo, q̃ ſolus illud creare põt, immediate fateatur immitti: quod accurate, ex horũ Scholaſticorum ſententia docuit Frã. Picus *lib. 2. de Præn. c. 3.*

F Dixit tertio, *rerum à nobis procul diſtantium*. huiuſmodi res ſunt. 1. quę natura ſua longe diſtant ab humana cognitione, vt abſtruſiora Dei conſilia, myſteria fidei, & ſimiles res diuinæ. (hoc ſenſu Chriſtus Dom. prædicitur futurus Propheta *a*: *Prophetam de gente tua, & de fratrib. tuis, ſicut me, ſuſcitabit, &c.* & eo referenda prophetia, quam Apoſtolus cum dono linguarum *b* cõparat) 2. etiam res, quæ ſunt à cognitione noſtra ſemotæ, ratione modi cognoſcendi: quãdo quod enunciatur, non niſi ſupernaturali lumine poteſt cognoſci: veluti cũ Helizeus reſciuit, quæ cum Naamo Ieſi pactus fuerat *c*: & B. Petrus, quod inter Ananiam & & Saphirã cõuenerat *d*: 3. deniq; ſunt alia longe diſtantia ratione temporis, quod vel iam vſq; adeo obliuione obliteratũ eſt, vt non niſi diuina reuelatione ſciri queat; quo pacto Moyſẽ de mũdi creatione prophetaſſe ſcribit D. Greg. ſuper Ezechiel. vel quia tempus ad huc futurum, & euentus contingens, ideoque ſoli Deo liquido not⁹, iuxta illud; *Annunciate quæ ventura ſunt, & ſciemus quia Dij eſtis vos.* e Et hæc eſt vocis *prophetiæ*, frequentior: adeo vt ꝓpria locutione, hi ſoli Prophetæ nũcupentur, qui futura contingentia p̃dicunt. generaliter tamen loquendo, cæteri quoque Prophetæ vocantur *a*. futurorum contingentium. cognitio ſoli Deo reſeruata eſt, quia ad perfectã cognitionem, neceſſe eſt rẽ cognoſci tamquam præſentem: ſoli autem Deo, vt præterita & præſentia, ſic etiam futura, ſemper ante oculos verſantur, q̃a æternitas caret initio, caret fine, & in ea cuncta ſimul cognoſcuntur: ſolus aũt Deus æternus eſt. ideo cum Deus hoc futurorum contingentium lumẽ propheticũ homini largitur, tunc priuilegium illud, quod æternitati competit, eamq; conſequitur, cum homine cõmunicat. Quo ſenſu Hieron. de Ferraria dicebat, *Prophetas à Deo æternitatis participes*, fieri *b*.

C Dixi, quarto: *immobili veritate*. hoc intelligendum eſt de prophetia abſoluta, quam vocant, *prophetiam ſentẽtiæ*, ſiue, *præſcientiæ*: cuius euentus ſemper prædictioni reſpondet: quia tunc res conſiderantur, prout in ipſo Deo exiſtunt, & ab eo ſolo dependent, qui ſolus eſt immutabilis. Nõ vero hæc particula definitionis ꝓcedit in *prophetia cõminationis*, ſiue, *conſilij*: quatenus hæc eſt conditionata, & in ea res conſiderantur, vt à cauſis ſecundis dependẽt, quę ſunt mutabiles. prophetia iſta cõditionata, in ſe quidem eſt mutabilis, pro actionum humanarum mutabilitate: in Dei tamen præſcientia, etiam hæc immutabilis eſt: quod cum Prophetæ probe norint, & comminationis ſuæ naturam cum Dei voluntate comparent: ſequitur eos ne tum quidem falli vel fallere, quando quod p̃dixere non euenit: vt Ionæ cum Niniuitis, Eſaiæ cum Ezechia contigit. hãc

distin-

a Deut. 18. v. 15.
b 1. Corint. 13. v. 1. 3. 4
c 4. Reg. 5.
d Act. 5.
e Iſai. 41. v. 23.

a vide Euſeb. lib. 5. dem. Euã. ca. 1. Irẽ. li. 4 cont. hær. ca. 37. D. Greg. in pr. Ezec. & D. Tho. de verit. q. 12. & ſic intelligẽdus Delgadus li. 1. de auctor. ſac. ſcript. ca. 8.
b lib. compendii Reuela. quod poſt eius mortẽ vulgauit Hieron. Beniuenius Florentinus.
c Iuſtin. q. 36. ad Orth. Chryſoſt. hom. 1. in Mat. Greg. lib. 16. Moral. ca. 2. & 6.

distinctionem non Patres c modo, sed & Scriptura d sacra clarissime confirmat.

Dixi quinto, *maxima cum certitudine*. quia quib. diuina fit reuelatio, solent à Deo sic mente illustrari, & volũtate affici, & de fide ac veritate reuelationis certiores reddi; vt aperte agnoscant, & firmissime credant, Deum esse reuelationis siue visionis auctorẽ: & queant, nescio quo (vt ait D. Greg. e) intimo sapore discernere, se nec humanis somniis, nec diaboli fraude illudi: sed certo certius sciant, hoc sibi lumen Dei dono concessum (quod de matre sua B. Augustinus prodidit: f de se vero passim profitetur B. Angela de Fulgino cap. 19. 21. 27. 28. 29. & alibi) & adeo clare cernant futura, iisque præbeant assensum: vt æque facile sint negaturi prima & receptissima notissimaque scientiarum principia, quod de Sauonarola ille dictitabat g, & de quodam suo familiari, quem non nominat, Picus affirmat: quem ego Hieronymum hunc fuisse opinor: sed, quod verius certiusque, tales fuisse omnes reuelationes Patriarchis, Prophetis, Apostolis, cæterisque prædicatoribus ac doctoribus nascentis Ecclesiæ factas, merito censuit Thomas, *Anglicus h*, illo in Genesim cõmentario, qui mendaciter doctori; *Anglico*, litterulæ additione fuit attributꝰ. Idẽ nonnulli putant impostura genus accidisse Commentariis, *in Apocal. & in Epist. Canonicas*. Sed: quicquid sit de hoc auctore; Lumẽ istud cælitus cum veris reuelationibus infundi solitum. Theologi contemplatiui seu mystici variis nominibus appellant: *soporem internum, intimam inspirationem, dulcedinem experimentalem, diuinam illustrationem, sensum nimis sensibilem, abscondi-*

d 4. Reg. 20 Isa. 38. Ier. 16. ar. ver. 6. Ezech. 38. v. 21.

e lit. 4. dial. cap. 48.

f lib. 6. pos.

g in d. compendio. Resol.

h cap. 2.

tum manna, donum discretionis spirituũ.] Adhuc controuertitur, an hoc lumen sit idem cum lumine fidei, an quid diuersum ab eo, eique superadditum? posterius verius Pico videtur *i*, & mihi quoque formali saltẽ distinctione, fortassis idem est re, & nouam nactũ materiam, eo se extendit ac porrigit nouo quodam modo, sed nolo subtiliora hæc & minutiora nunc discutere: *vide si lubet Delgadum lib. 1. cap. nemo.*) siue re idem sit, siue diuersum; quãdo hoc simul datur, tũc grauiter peccat, qui huiusmodi reuelationi fidem nõ præbet. Sic Zacharias exemplum, linguæ vsu priuatus *k*: & in Regum Historia, qui iubentem Prophetam non sauciauit, & qui propter inobedientiã discerptus fuit à leone *l*.

i d. cap. 3.

k Luc. 1.

l 3. Reg. 20. v 36.

Dixi 6. *prænoscens* quia prophetiam definio, quæ maxime germana, cui proprium, vt, quod prænũciat, id sciat se profari; iuxta illud Danielis *m. reuelatum est Danieli verbum verum, intellexitque sermonem: intelligentia enim opus est in visione*. necessarium ergo est intelligere: sed & aliis nunciare: quare.

m cap. 10. v 1 *in cuius expositione extrema supra modũ ridiculus est Caluinus.*

Dixi 7. *atque denuncians* nam prophetię donum datur ad Ecclesię vtilitatem, vt, quæ, Deo inspirante, sancti cognouerint, ea cæteris annuncient. Illud denique quæri cõsueuit: Lumen istud, ad quam qualitatis speciem debeat reuocari? Communis sententia eadem est, quæ D. Thomæ *n*, ad patibilem qualitatem reduci, quia sit impressio quædam subitaria, similis affectioni transeunti & facile recedẽti, nõ enim prophetis semper adest, sæpe illos deserit. Haud inepte cõpares versantib. in tenebricoso loco; qui, candelę lumine illato, circũstãtia cernere

n d. art. 2.

incipiunt;

incipiunt eodem elato, rursus illis occæcantur omnia. Vnde Michæas *o*, *cũ sedero in tenebris, Dominus lux mea est*: & B. Petrus *p*: *Habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco*. Habet tamen hoc lumen adeo multa communia cum supernaturalib. habitibus; vt Iulius Sirenius, vir eruditus, conetur probare *q*, melius reduci ad habitum, apud illum inuenietis argumẽta, quibus communem sententiam impugnat. nec lubet, nec vacat plura.

o ca 7. v. 8

p 2 cap. 1. v 17.

q libr 7. de fato. ca. 14

QVÆSTIO II.

Quæ sint species Prophetiæ.

A

DVo, quasi suprema *genera prophetiæ*, in *S.S.* inuenio: vnum, *per Sacerdotes*, alterũ, *per prophetas*: sæpe quidem qui Prophetæ, iidem & Sacerdotes erant, sed aliter futura prædicebãt quatenus Sacerdotes, aliter quatenus Prophetæ. Res est non omnibus peruia, & digna diligentiore examine.

SECTIO I.

De rationali, & Vrim ac Thummim.

SAcerdotalis *prophetiæ* modus consistebat in applicatione Ephod. fuit autem, *Ephod* duplex. vnum *linteum*, etiam minoribus concessum ordinibus *r*, vt puero Samueli; alterum, *Sacerdotale*, quod etiam vocatum est, *superhumerale*, auro & trium colorum varietate ornatissimum *s*: Iosephus etiam vocat stolam hieraticam, epomidẽ, & diploidem: huic aureis cathenulis appensum erat, *Rationale*, seu *Pectorale*. vtroque enim nomine vtuntur Latini: Hebræi, *chosen*, vocant, iuxta puncta quæ nũc habemus; nam Iosephus aliis vsus fortassis, cum vocat, *Essen*: Gręci eodem teste, λόγιον Scriptum quidem aliquãdo apud Septuaginta, Philonem, & Hieronymum inuenias, λογεῖον, sed mendose: pertineret enim potius ad locũ consulendi, rectius alibi apud eosdẽ, λόγιον: quasi dicas oraculum. sic n. ab Hesychio, λόγια, explicantur, μαντεύματα: & apud Plutarchũ, *in Sylla*, vates vocantur, λόγιοι. Sed cur λόγιον? Si Græca Iosephi verba perpendas, q̃ a veritatis irrefragabilis oracula fundebat. Latinis dictum, *Pectorale*, quia pectori appensum: *rationale*, quia more animalis ratione p̃diti rationabatur: hac ipsa de causa, *iudicij*, elogio addito, illud cohonestabãt, vocantes, *rationale iudicij*, & *iudicium filiorũ Israel* a, & *iudicium Vrim*, in Hebręo quidem fonte *b*. Rationem reddit Iarrhius, quia supra Vrim inscripta vocula, *Mispath*. sed hoc somnium est recutiti. potius crediderim, quia Sacra S. consueuit, id quod quisque facere debet, siue cuiusq; officium, vocare, *iudicium c*: Sacerdos autem, rationali indutus proponebat Deo hominũ dubia, desideria, & negotia; & per rationale, non tantum Deus propitiabatur, sed etiam significabat hominib. quid fieri vellet & quis rei successus futurus esset, vt non male Abenezra. Huc sane facit, ipsum nomẽ *Vrim* & *Thummim*: de cuius etiam significatione & vsu videndum. Scripsere quidẽ multi, sed optes merito distinctiora & clariora, vt rei dignitas postulabat. cæteris melius egere Tostatus, Lipomanus, Fran. Ribera, & Nic. Serarius *d*. Agendum accurate de tribus; nomine, re, vsu.

Quoad nomen: Chaldęi vocarunt, *Vraia* & *Thumaia*: Hebræi, *Vrim*, & *Thummim*. *Vrim*, significat illuminationes, seu lumina, à radice *Vr*,

r 1. Reg. 2. & eo loco notat Angelmus.

s describitur. Exod 28.

חשן
חשן

a d. c. 28. v. 15. & 30.

b Num. 27. v. 21.

c Prou 1. v. 3. ca. 1. v. 9.

d Tostad. & Lipom. in Exod. c. 28. Rib. in lib. 3. de templo. cap. 12. Serarius, Thesib. de Iosuan. Sacerdotib.

B
תמים
&
אורים
אור

Græci

Seraritus, Theſib. de Ioſuan. Sacerdotib. B

Græci vertũt, τὰ δήλωσιν, δηλώσιν, φωτισμὸς, φωτίζοντας. noſter, *doctrinam*, cum agit de rationali, cum vero de ipſo Sacerdote, *eruditum*. *Thummim*, ſignificat perfectiones à *thamã*, perficere: Græci nuncupant, ἀληθείαν, τελείωσεις, & τελείας, noſter vertit, *veritatem*, & aliquãdo Metonymice, *Sacerdotes*, vel etiam aliter, prout illi res viſa poſtulare.

תמים & אורים, אור.

Sed quid rei iſta nomina, *Vrim*, & *Thummim*? quidam negant ſe ſcire e puto ex ſcriptura tamẽ id colligi poſſe. Alii cenſent diuerſum quid fuiſſe in rationali à XII. lapidibus: ſed diſſentiunt inter ſe. fuerunt qui putarint. XIII. lapidem fuiſſe (Suid. vocat adamantem) cuius color, pro diuerſitate proſperi vel aduerſi ſucceſſus, intrãte in atria Sacerdote, mutaretur. hanc opinionem, meo iudicio, D. Auguſtinus *f* fabuloſam vocauit, nec de Ioſephi ſententia locutus. *A*benezra neſcio quas aſtrolabii figuras comminiſcitur: quem multis rationibus luculenter Toſtatus refellit *g*. Salomõ Iarchius, & Eugubinus cenſent, fuiſſe nomen ineffabile rationali inſcriptum: Philo Iudæus, & Hugo Victorin. volunt, ipſa hæc verba (*Vrim* & *Thummim*) rationali inſculpta fuiſſe, alij laminas quaſdam lucentes, & quiſque quod ſomniauit, vel in buccam venit, vt licet videre apud Toſtatum. *Verum mihi placet*, quod multis aliis, nihil ab ipſis lapidibus XII. diuerſæ rei fuiſſe. Primo, quia cenſeo hæc ipſorum lapidum fuiſſe nomina, ſicut iidẽ lapides etiam alibi *h* vocantur, *Soham* & *Milluim*, lapides candorum ſeu pellucidi-tatum & plenitudinum, vel vocantur dumtaxat, *Milluim*, vt videtur noſter interpres intellexiſſe: qui vertit, *lapides Onychinos* (hoc dicens de duobus illis ſupra humerum) *& gemmas ad ornandum Ephod*. (ſic vertens *Milluim*, de his XII. lapidibus) obſcurius LXX. qui *Soham*. vertunt, σαρδίνιος. nam ſardius vnus ex XII. Secundo, quia, ſi quid aliud fuiſſent, certe Moſes, qui cuncta, quæ in λογίῳ inerant, tam accurate perſcripſit & appendit, aliquid de eius, quod erant, forma, quantitate, qualitate, materia, loco, nobis prodidiſſet: Reſpondet Iarchius, idcirco hæc prætermiſſa, quia vel Deus, ipſe, vel Moſes, in Monte Sinai, Vrim ad Thummim fuerat fabricatus. Agapeſis, fabulator: hoc tu de capite tuo. ſi verum foret, hoc ipſum nobis S.S. tradidiſſet: ſicut tradidit, priores Decalogi tabulas à Deo, poſteriores à Moyſe perſcriptas.

c D. Augu in Exod. q. 117. Dauid Kimchi in libr. radicum, Caie in Exo Pagni & al.

f d. q. 117.

g in d. cap 28 q. 12.

h Exod 25. v. 7.

Obiiciunt, poſtquam Deus *i* Moſi iuſſit ponere in rationali XII. illos lapides, mox vt de re plane alia, alio loco *k*, dicitur: *ponesautem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, &c.* Reſpõdeo hoc dici, vt breuem quandam anacephalçoſin & explicationem cunctorum, quæ de his omnibus lapidibus p̃miſerat. q. d. iuſſi, vt tales & tales gemmas rationali inſereres. cape nunc iuſſionis illius cauſam, idcirco iuſſi, vt hæ gemmæ tibi ſunt, *Vrim* & *Thummim*, hoc eſt manifeſtatio & veritas rerum futurarum. Hoc enim breuiter, ait: id quod in rationali pones, hoc tibi futurũ doctrina & veritas. Nec vllam hic video obſcuritatem in hac repetitione, nec nouitatem in nomine, tam Hebræis non nouo, ſed & celebrato. Dicitur autem rectiſſime Moſes, *ponere in rationali Vrim & Thummim*, quia lapides illos per Beſeleelẽ curauit ex Dei præſcripto inſeri rationali. Niſi forte cenſent, ipſum per ſe Moſem intexuiſſe illa verba, &

i Exod. 28. v. 17.

k v. 30.

non per textorum magisterium ac manus. Quod si *ponere*, tum per illos dicendus Moses: certe & nunc nostra in sententia. Deinde sciant aduersarii, eandem vim esse phrasis huius, *lapides milluim*, & *milluim*, simpliciter, item, *lapides vrim ac thummim*, & *vrim ac thummim*, simpliciter. vtrobique enim iidem lapides significantur, sed illic additur vox *lapidum*, quia de gemmis dumtaxat, qua gemmæ erant, agebatur: hic vero omittitur vox *lapidum*, quia de iis agitur, non qua lapides, sed qua gemmę oraculi exhibitrices. Quid autem ineptiæ est, si Metonymice oraculi nomen tribuatur gemmis, oraculum fundentibus? Nouæ ne Metonymicæ Sacræ scripturæ sunt locutiones? Quid tenebricosi. *pones, &c.* pro: pones in rationali lapides, quibus, à munere, nomen est, *Vrim* & *Thummim*? Nec opus fuit exprimere modum alium, quam seriem ipsam gemmarum satis expressam. Illi poti⁹ exprimere deberent, vbi illud in rationali vacuum, ad hæc nomina intexenda? an inter singulos lapides? an in ambitu omnium? an ad dexteram, an ad sinistram? n demonstratiuum, cur potius demonstret hanc texturam, quam lapidũ miraculum? immo hoc potius, q.d. admirandos illos lapides, *Vrim* & *Thummim*. Auctorum qui nobis obiiciuntur auctoritas magna foret, si vel inter se conuenirẽt, vel rem discussissent diligentius. D. Hieron. *ad Fabiol.* quod nobiscum pugnet, nihil habet, quod faueat aduersariis, tantundem: vtitur solum modo loquendi sacræ scripturę. D. Aug. *q.* 117. ambigue loquitur, & quid esse potuerit indicat, professus id nesciri D. Greg. *p.* 2 *past. c.* 1. nihil omnino dicit, præter verba scripturę & mysticam expositionẽ.

A Rabanus *lib. vlt. in Exod.* per, *siue hoc, siue illud*, rem resoluit. Radulfus, *lib.* 6. *in Leuit.* asserit dumtaxat fieri potuisse, vt inscriberentur hæc verba. Rupert. *in Exod.* obiter, nec aliud, quam, *doctrina & veritas inscribitur illi.*] Solus ergo cũ Hugone Victorino, ex Patribus, Philo videatur hoc certo censuisse: etsi de Philone etiam dicat quis, non inepte, texturam non vocasse vocum harum inscriptionem, sed lapidum insertionem & has ipsas lapidũ texturas, vocatas manifestationem & veritatem: & sic etiam has virtutes dicere depictas in τοῦ λογίου, propter lapides fulgorem propheticum emittẽtes. Et recte ex Iosepho, *l.* 3. *ant. c.* 9. Ribera noster hoc, cũ Lyrano & aliis, collegit, quod diximus, quia licet Iosephus nomina. *Vrim* & *Thummim*, nõ nominet: vsum tamen & miraculum describens, satis aperte indicat, se prophetiam per Vrim & Thummim ipsismet lapidibus tribuere. Scilicet ignorasset Iosephus hanc scripturam horum nominum: aut si sciuisset, tam pertinaci silentio inuoluisset.

Sic ergo statuo, *Vrim & Thummim fuisse has ipsas gemmas*, XII. vt volunt Iosephus. Lyran. Tostat. Oleaster & Ribera. Videtur enim hoc probabilius, tum propter ea quę iam diximus: tum, quod in Leuit. vbi Sacerdos vestitur *a*, nulla fit horum XII. lapidum mentio, sine quibus nunquam Sacerdos rite vestitus fuisset, sed eorum loco, tantum fit mentio de Vrim & Thummim: vt hinc appareat, talibus nominib. ipsos lapidesmet significari. Qui quoniam splendidi & micantes clarissima refulgebant luce, dicti sunt non solum splendidi & lucentes, quod parum futurum, sed splendores & illuminationes, *Vrim*:

a ea Bib. I

& quo

& quoniam erant ex gemmarum illis generibus, lectissimi, integerrimi, & perfectissimi, dicti sunt, non perfecti, sed perfectiones, *Thummim*: ea emphasi, qua solent Hebræi, vt & Latini, abstracta pro concretis vsurpare, quam Oleastri sententiam, æquum non fuit à viro erudito acerbi⁹ exagitari LXX. vero & vulgatus dum interpretantur, *doctrinam & veritatem*: maluerunt sua nobis versione vsum lapidum, quam vocis significationem exhibere: prudenter id amplectentes, quod magis ad mores legentis formandos faciebat. Nominum vero ratio hæc fuit. *Vrim*, dicta, quia, vt lux quędam, tenebras ignorantiæ discutiebant fulgore suo: *Thummim*, vero, quia, vt omnis prophetiæ, certa quoque splendoris erat promissio, & indubitato Deus, quod fulgore pollicebatur, id euentu perficiebat, nec fas erat dubitare. Hęc de re.

De *Vsu prophetiæ*, duo nobis sunt consideranda, modus interrogādi, & modus respondendi. *Interrogationem*, Hugo *b* Victor. censet, per quasdam sortiones solitam proponi. Quod vnde acceperit, aut quid illi suffragetur, nescio. Iarrhius & Abenezra tradunt solitos codicillis inscribere quæsita, & hos rationali imponere: cuius rei cum in Sacra Scriptura nullum vestigium inueniatur, nihil vereor istud pro commēto reiicere, communemque sententiam aliorum amplecti *c*. Receptius enim & verius puto, Sacerdotes, post debitas preces, viua voce proposuisse interrogata, indutos, cum alia vestimenta sacerdotalia, tum Ephod & Rationale seu monile gemmatum Ephodi appensum, de quo nunc agimus: quod vocabant, *applicare Ephod*, seu *consulere Dominum* *applicato Ephod* d, vel simpliciter, *consulere Dominum*, quando de Sacerdote sermo, vel pro se, vel pro rege, sic enim rex per Sacerdotem consulebat Dominum *e*: quem morem nobis SS. explicat *f* per Esdram, si ad Hebræum fontem recurras. vbi enim nos habemus, *donec staret Sacerdos doctus & eruditus*: LXX. vertere, *staret illuminationibus & perfectionibus* (nam qui cum Gētilibus malunt, *imitationibus*: Latine quidem loquuntur, sed vim vocis Hebreæ, quam LXX. sunt optime interpretati, parum expresserunt) illic inquam Hebr. est: stet Sacerdos, *Lehurim vel thummim*, & sensus est: donec sacerdos Dominum consulat indutus Vrim & Thummim. Et (quod erudite Ribera notauit) vt collationem summæ dignitatis Pontificię designent sacræ litteræ: dicunt, Vrim & Thummim alicui collata. Sic enim Moses tribui Leuiticæ benedixit *g*: *Perfectio tua & doctrina tua viro sancto tuo*. vbi Hebr. est, Vrim & Thummim tui viro sancto tuo: & eodem sensu LXX. vertere: *Date Leui manifestationes eius, & veritatem eius*. Quæ ad litteram de eodem sacerdotali ornatu sunt accipienda: sed per hunc ornatum allegorice significatur perfectio & doctrina, qua sacerdotem præditum esse oporteret. Tostat. ibi valde se torquet, & vertit in varias interpretationum formas: sed hæc, quam dixi, simplicissima est.

Respondendi modum, arbitror duplicem fuisse. Cum enim has gemmas Deus inseri iusserit pectorali: vt per tā lucentes perfectosq; lapides, ipse lucis perfectionisque omnis auctor interrogaretur: & respondens tam Sacerdotes, quam principem & populū

b in Cath. Lipomani.

c Iosephi, Lira. Tost. Oleast.

d 1. Reg. 13 v. 9.

e d c. 23. v. 2 & 4. et c. 22. v. 13. c. 15. & cap. 8. v 6.

f 2. Esdr. 7. v. 65.

g Deut. 33 v. 8.

ſpirituali ſua luce illuſtraret ac pficeret, euoluens inuoluta, explanãs ambigua, & docens quæ facienda omittendave forent, & modos ſcribens, quibus res inchoanda perficiendaq;, ſatis apparet, reſponſiones interrogationibus accommodari debuiſſe: interrogationum vero quædam per affirmationem negationemve nudam poſſunt expediri, quædam longiorem requirunt explicationem. Arbitror itaq; ad priuſ illud genꝰ interrogationum, nudo lapidum ſplẽdore ſeu fulgore reſponſum: & ex eo Sacerdotem colligere ſolitum, ſuaderet an diſſuaderet conſulenti: quo ſenſu accipio Ioſephi dicta *h*, quem Toſtatus & Ribera merito ſequuntur: nec eſt, quod quis arbitretur D. Aug. hoc fabulosũ iudicaſſe: nam quid perſtringat, paulo ante docui. *Ad* poſterius genus interrogationum, non reſpondebatur illo tantum ſplẽdore (nec enim commode hoc potuit) ſed longe aliter. audiebatur enim à Sacerdote interna quædam, vel externa quandoque locutio ſeu oraculum, quod ipſe poſtea interrogãti manifeſtaret. Quamquam nec hic abſurdum ſit opinari, ad ſplendorem tunc lapidum acceſſiſſe ſacerdoti lumen propheticum mẽte eius à Deo infuſum. De hac quidem reſponſione prolixiore, patet ex Regum geſtis *i*, vbi præter reſponſionem ad interrogata, inſuper Deus docuit modum præſtii conferendi, & propter talem modũ reſponſionis, puto genus hoc oraculi vocari conſueuiſſe, *reſponſionem per Sacerdotes* *k*.

Vidi qui contra Ioſephi quem ſequor, ſententiam, non vno ariete moliretur. 1. ſibi diſplicere ſcribit, & ſuſpectum eſſe ſingulare Ioſephi teſtimonium. 2. quoniam in eodem loco Ioſephus duab. adhuc aliis in reb. labitur: hic quoque lapſum, tum quia dicit hoc à Græcis, λόγιον, vocatum, cum tamen LXX. ſic vocarint, qui Hebræi fuerunt, tum quia dicit ducentis ante ſuos commentarios annis, hos ſplendores ob legis violationẽ exſtinctos: cum tamen Thalmudici, & Iarrhius, & Kimchi, & Elias Germanus teſtentur, diu ante huic oraculo finem impoſitum, ſcilic. iam inde à captiuitate Babylonica, quod à Iaddo reſponſum ferunt Alexandro Magno petenti, vt pro ſe Deum de belli Perſici euentu conſuleret. Denique quia ſequeretur ex hac Ioſephi narratione, hoc oraculum tantum inſueuiſſe de bello reſpondere: quod non eſt verum. item ſequeretur ſolummodo conſueuiſſe de illis quæſtionibus, ad quas, per *ita*, vel, *non*, reſponderi poſſet. conſtat autem ſæpe pluribus reſpondiſſe, & quidem interdũ inopinata, & præter interrogationem *a*. His vir acutus & egregie doctus conatur Ioſephi fulgorem infuſcare: ſed leui manu fuligo poteſt amoueri.

Ad primum reſpondeo, licet id ſolus Ioſephus dixiſſet: maximam eius, in rebus ad Sacerdotium ſpectantib. cum ipſe Sacerdos fuerit, auctoritatem eſſe debere: præterea nullus alius ſupereſt illius ævi Hebræus ſcriptor, qui talia diſcutere potuerit, præter Philonem & Ioſephum. Philo paucula huiuſmodi attigit, allegoriis ſolis intentus: neque negauit. Ioſephum ergo ſolum id affirmaſſe, quid mirandum?

Ad 2. nego in his Ioſephum labi. Licet enim LXX. fuerint Hebræi Sanhedritæ, Græce tamen non Hebraice ſcripſerunt, & cum Græce ſcriberent, λόγιον dixerunt: & eos poſtea cuncti

h *lib. 3. antiq. ca. 9.*

i *2 Reg 5. v. 23*

k *1. Reg. 28 v 6 vbi Hebr. eſt Vrim.*
1
2

a *d. v. 13.*

Proselyti Græci in hac nomenclatura secuti fuerunt, non aliam ob causam, nisi ob eam, quã Iosophus ibi retulit; ex cuius cõtextu Græco, manifestum est, eum loqui de Græcis duntaxat illis, qui Iudaicos ritus venerabantur. Notum vero Iudæos & Græcos sic distingui, vt Græcorum nomen retineant: quotquot ex gentilib. ad Iudaismum transierant. *b* De oraculi quoq; cessatione, merito Iosephi auctoritatem cunctis Thalmudicis sexcentis Rabbinis recentioribus, qui toti⁹ antiquitatis sunt imperitissimi, præfero. De Iaddi quidem illo respõso, quoad oraculorum cessationem, nec Latini, *c* Græci Historici; *d* qui res Alexandri scrupulose ferme sunt prosecuti, vel vno verbulo meminerunt. Iosephus vero *e* Zonaras; & Glycas; qñ accurate narrant, quæ Iaddus cum Alexandro egerit, ea recensent, vnde satis colligatur, de oraculo per Vrim & Thumim nihil Alexandrum cogitasse: cuius illum quoq; fuisse ignarum prorsus verisimile censeo: De Victoria vero cõtra Darium, à Deo docent per visum certiorem factum. Arbitror ergo Iosephum egisse de fulgore huiusmodi penitus semperque cessante. Nam per interualla, quin aliqñ etiam prius cessauerit; vt Saulis, & postea quorũdam Regum, post Dauidem, tempore; non est dubitandum. Glycas quidem *f* indicat, qñ Israelitę Deum offenderant, non cõsueuisse illis Deum per Ephod respondere. Sic igitur suspicor, solutos Iudæos primo per Sacerdotes, applicato Ephod, Deum cõsulere: si hac via nõ succederet, recurrisse ad Prophetas etiam qui Sacerdotes non essent, *g* sic enim legas ipsos quoque Sacerdotes ad Holdam prophetissam oraculi causa adijsse. *h*

Ad tertium dico, nihil eorum sequi, quæ inferuntur. nam belli meminit Iosephus, vt rei, de qua frequẽtius agebatur: Fulgoris vero tantum, prætermissa subsequente Sacerdotali manifestatione, meminit, quia manifestatio illa res solita; fulgor vero, res cæteris gentibus plane insolita & inaudita erat. & ideo illam memoriæ statuerat commendare. Duplex ergo fuit vnius oraculi Vrim & Thummim manifestatio siue responsio, prior illa & exterior, tantum per fulgorem lapidis: & posterior quandoque etiam extrinseca, per Sacerdotem prophetię spiritu imbutum, qui quod percepetat admoto pectorali, id postea quærentibus manifestabat. Fortassis propter tot manifestationes concurrentes. Septuaginta interpretantur iudicium τῶν δηλῶν, hoc est, iudicium bis quidem manifestorum Sacerdoti, & tertio manifestorum consulentibus. Eandem ob causam, *Vrim*, vocarunt illuminationem; & *Thummim*, veritatem siue perfectionem (eodem enim hæc recidunt) quoniam Deus neminem fallere vel põt vel vult; sed quicquid Sacerdoti dicebat, hoc verissimũ & numeris omnibus erat absolutissimum. Sacerdotis quoq; officium erat eadem populo vere ac plene denunciare nulla omissionis, dissimulationis, mutationis aut falsitatis alterius adhibita mixtione. *i*

Hæc de re valde obscura, si non luculenter, haud certe prorsus indiligenter dicta sufficiant.

i Sic Philo l. 3. de vita Mosis Origin. lz. 6. in Leu. Hier. in c. 3. Ose. & epist. 117 ad Fabiol.

SECTIO II.

De oraculis Prophetarum.

SVffecerint ista de *Oraculo per Sacerdotes*. Post Dauidis regnum, raro

b Act. 14. in prin. & passim in nouo Test.

c Q. Curtius Rufus.

d Diodor. Suc. Pluta. Arian.

e Ioseph. li. 11. antiqu. in fin. Zonar. tom. 1. Glyc p 2. annal.

f par 1. Annal.

g patet ex 3. Reg. 20 v. 6.

h 4. Reg 22. v 14.

per Sacerdotes Domino respondente, frequentius esse cœpit, *oraculum per Prophetas*; quod diuidi potest in *visionem*, & *somnium*: sicut & *oraculum per Sacerdotes*, diuidi potuit etiam, *in visionem fulgoris*, & *manifestationem verbi*: ideo quædã ex dicendis, *de visione. & verbo*, analogia quadam possent etiam accommodari prophetiæ, *Vrim & Thummim*: vt non obesæ naris lectores facile animaduertent.

Visionem & verbum, Græci Patres & LXX. non raro confundunt, vt & ipsa Scriptura: cum visionem dicit auditam, verbum vero visum vel ostensum. *k* vt cum Isaias dicit. *l Audi cœlum, quia Dominus locutus est*; & tamen initio vocaret, *visionem*: & cum Zacharias & Ezechiel dixissent, se verbum Domini explicaturos, subdunt visionem, *m* differunt tamen. Nam

Visio, Græcis, ὅρασις, vel ὅραμα, Hebræis, *roë*; est prophetia, qua mens spirituali oculo cernit obiectum propheticum ipsi cœlesti lumine repræsentatum, differt, *à verbo*, quia verbum sæpe contingit sine visione, & visio sine verbo: differt, *à somno*, quia visio sæpe offertur vigilanti. crebro quoque vsurpatur more Hebræorum pro concreto, seu pro re visa; sic Moses rubum *n* vocat visionem: sic Prophetæ dicuntur videre visiones. *o* Tales consueuerunt esse frequentius Sanctorum virorum reuelationes: quæ quibusdam sæculis crebræ admodum leguntur, vt vno sæculo duodecimo fere, Orni solitarij, quam Geruasius Presbyter descripsit; Tundali Hyberni, Cyrilli Presbyteri, Roberti Abbæ Lymburgensis, Ioannis de Plinio, Ioachimi Siculi, Simonis Strochij Carmelitæ, Ioannes Brydlyngton & aliorum.

Verbum, siue (vt mauult Cyprianus) sermo Græcis, λόγος; Hebræis *Dabar*, est prophetia, qua Spiritus sanctus, mentali quadam locutione, prophetam occulta docet, vt cum Esaiæ *p* dixit; *Sume tibi librum*, & iterum: *q vade dic Ezechiæ, &c.* Locutio ista fiebat, vel voce formata in aëre, & audita, vt Abrahamo ne filium necaret: *r* vel verbis in ore prophetæ positis, vt Balaamo, & hæc Aramæis propriè dicta; *Malki*, Hebræis, *Malchuth* (hoc est consilium) quasi dicas regem prophetiarum, siue prophetiæ speciem præcipuam, nihil enim consilio est vtilius. Visioni & verbo hoc commune fuit, quod vel de lætis, & fastis erant, & in nouo Testamento tunc vocantur, *Euangelium*: in veteri nomina visionis aut verbi retinent: vel erant de infastis ac tristibus rebus, minarum & luctus annunciæ, regibus ac populis exitia portendentes: tunc Hebræi vocabant huiusmodi prophetiam, *Massa*, à verbo, *Nasa*, leuare, tollere, portare, assumere. Per hanc radicis varietatem factum, vt controuertatur, quid proprie in sacra Scriptura significet, *Massa*? Olim Aquila vertit ἄχμα, non accipiens pro curru (vt apud profanos) sed pro pondere seu onere, vt noster optime trãstulit. Calamitas enim cui impendet, eum Æthna grauius premit: & in quẽ talis prophetica sententia ferebatur, hic metu atq; tristitia oppressus, quasi caput nequibat erigere. sic explico, & amplector D. Hieronymi sententiam, *in Nahum*. Quid ni amplectar: semper (si attendas) vocabulum pro aduersa, nunquam pro secunda denunciatione inuenias vsurpatum: & perspicue Hebræum nomen, Onus seu Pondus significat, *a* & in Psalm. 27. Græca

verno

k *Isai.* 2. & 13 & *Amos* 1.
l *Isai* c. 1.
m *vterque cap.* 1. *vide etiam Abdia* 1.
רְוֹה
n *Exod.* 3. 3.
o *Ezech.* 1. *ioel* 3. *cum similibus.*
רבר
p *ca.* 8. *v.* 1.
q *c.* 38. *v.* 1.
r *Gen.* 22. *v.* 11.
s *Num.* 22. & 23.
מאלכות
a *Exod.* 23. *v.* 1. 4. *Reg.* 9. *v.* 25. *Psal.* 27. *v.* 5.

versio φόρτος habet, hoc est, pondus. Sic nonnulli putant à Ioanne *b* vocari, βάρος hoc est, vt noster vertit, pondus: sed, nisi fallor, ipsi falluntur: non enim illic sermo est de prophetia, sed de onere interdictorij alicuius præcepti, vt recte Primasius & Haymon sensere. Nec longe abit spiritus sanctus, cum *onus*, vsurpat, pro ipso populo, cui tale quid imminere denunciatum fuit: *c* quia talem populum Deus diu laborauit sustinens, tandemque humeris sui, quasi onus molestissimum, excutit. dum eum abijcit; cum suo, quasi fauore & peculiari defensione destituit. LXX. Theodotion & Symmach. solent vertere, λῆμμα, quæ vox à λαμβάνω, deducta, donum & munus significat. *d* quid commune, dicat aliquis, oneri & muneri? Multum sane in proposito: imo hic idem est onus & munus. Nam prophetica comminatio infortunij & supplicij instantis, præclarum & pretiosum est Dei donum. quia quos Deus diligit, castigat, & quos castigat, prius, vt resipiscant, minas proponit illis, & vt solent fugare malentes, quam lædere; lapidem manu leuat, & ostentat, priusquam iaciat. Homini sic liberum reliquit, fugere à ventura ira. Sane λῆμμα, primario significat limationem siue assumptionem, secundario donum: eo, quod dum datur, à donante leuatur & traditur, à donatario vero assumitur. Vnde Theonis & alijs Mathematicis, Dialecticis quoque, λῆμμα, nominatur, illa propositio; quæ demonstratione vel argumento inserta, & non probata, assumitur ab alio, & vt, qui inseruit illam probet, postulatur. Sic cum interpretes isti in SS. λῆμμα, vsurparunt; pro ipsa acceperunt, quæ assumitur sive eleuatur, idque consentaneè idiotismo Hebræorum; quibus Propheta dicitur, quasi assumere & leuare ipsum Onus, & liberatum intentare ceruicibus impiorum; quibus impijs breui imminentem diuinam iram comminatur: huc enim pertinent illæ passim occurrentes phrases, *assumere luctum*, *assumere planctum*, *assumere parabolam*. Cauendum itaque ne cum Græcis recentioribus. *e* λῆμμα, ad quamuis prophetiam extendamus. Si cui hæc nimis fuse dicta videbuntur: is si, quam se viri egregij in his tonserint, *f* considerare dignabitur; non diffido illum æqui bonique hanc nostram diligentiam consulturum.

Hæ duæ species, *Visio & verbum*, aliquando iunctæ sunt cum *raptu*, seu *ecstasi*, aliquando separatæ, simul fuere in raptu B. Pauli, ad tertium vsque cœlum; vbi vidit & audiuit, quæ non licet homini loqui: fortassis etiam Ezechielis visio quædam talis fuit, *g* quæ vocatur, *iad*, hoc est, prophetia non leniter, sed violenter influens.

Quando igitur ecstasis accedit, tunc tenenda Patrum *h* doctrina: Prophetas non fuisse sic mente captos vel attonitos, vt non probe scirent, quid prædicerent. Polychronius in Ezech. cap. 3. *Quemadmodum diuini incantatores ad dementiam vsque procedunt, damone superum illis ingenerante ita è contrario Prophetis sensus afficitur, dum anima spiritus efficacia collustratur.* hoc enim proprium fuit fanaticorum, quales erant hæretici Montanistæ, & vates Gentilium. vt ex Beato Paulo sibi visus colligere Theophylact. in initio commentar. in 1. ad Cor. cap. 12. Immerito valde ab Oliuario reprehenditur auctor, *de spiritu & anima* (extat

inter

cb Apoc. 2 in fi. v. 14.

c Ier. 23. v. 3.

d D. Hier. in Ierem. cap 23. & Fauori. in Lexic.

e Theoph. in Habac. & Nahü.

f Ioan. Petrus Oliuerius lib. de prophetia cap. de Lēmate, Arias Monta. Prælu dijs in prophe minor. Franc Ribera in Nahum.

g Ezech 1. v. 3. & c. 8. v. 1. & 3.

יד

h Iusti. ad monit. ad Gent. circ. fin. & q 2 ad Orthod. Epiphan. (qui fuse) hæres. Mōtanistarū qua est. 86. Hiero. præfat in Esa. Chrysost. in Ps. 44. & hō. 29. in epist. ad Corint. Aug. lib. contra Acad. 3.

inter opera Auguſt.) quod ſcripſerit. B. Ioann. in ecſtaſi Apocalypſin ſcripſiſſe. Nam ecſtaſis duplex eſt, vna diuina, alia diabolica: vt inſinuat Tertull. his verbis; i *Ecſtaſis hoc operatur de ſuo proprio, vt ſic nobis ſapientiæ imagines inſerat, vt & errorum.*] Sapientiæ ſc. ac veritatis diuina errorum & falſitatis diabolica. Non igitur auctor ille ecſtaſim ſumpſit, pro mentis attonitæ abalienatione, & animi quadam impotentia: qualis erat in Pſeudophetis illis: ſed more patrum & recto, pro raptu, ſiue pro abſtractione tantum à terrenis, & ſenſuum corporeorum functione: nec voluit ſic conſtitutum Euangeliſtam ſcripſiſſe; ſed, quæ, dum in tali ecſtaſi conſtitutus, viderat, ea poſtmodum in ſcriptum redegiſſe. vt mittam D. Pauli raptum: talis haud dubie D. Ioan. fuit, quod teſtatur cum dicit, *ſe in ſpiritu fuiſſe* (ἐγενόμην ἐν πνεύματι) ſcilicet correptum & abſorptum in ecſtaſi, vt rectiſſime Haymon fuit interpretatus: breuiter idem vno verbo inſinuare voluit Andreas Cæſarienſis; πνεύματι ἁγίῳ γενόμενος κάτοχος: quod vocabulum, ſic afflatum Spiritu ſancto ſignificat, vt totus ab eo correptus mente ſeu ſpiritu, & occupatus ſolida poſſeſſione fuerit: nam affectio animi ceſſaticorum, κατοχή, vocata, quia ſenſibus corporeis ad tempus quaſi priuantur: vnde & morbus quidam ita nominatus, qui corporis ſenſu motuque priuat, k qui & κατάληψις noſtri medici, *congelationem*, appellant. Idem ſignificari puto, quando Prophetę dicunt, *factam ſuper ſe manum Domini*, l. item, *eleuauit me ſpiritus*, aut, *eduxit me manus Domini in ſpiritu*; item, *cecidit ſuper eum mentis exceſſus*, vbi Græce eſt ἔκστασις. n Perperã Theodoret. & Theophylact. o cum *Lemma*, confundunt cum huiuſmodi raptum, hoc eſt, *Lan*cum *Maſſa*.

Tertia ſpecies erat, *ſomnium*, dormientibus tantum medio ſimulacro, ſiue phantaſmate, cõtingens: Hebræi vocant, *chalom*, p Græci, ὄνειρον. Si quis quæ euentura ſunt ſomnians, ipſe quid ſomniet non intelligit: tunc eius reſpectu non erit prophetia: ſed adſpectu tantum illius erit prophetia, cui Deus ſignificationem ſomnij reuelabit. quare Ioſeph Propheta, & nõ Pharao, vel eius ſerui: q Daniel Propheta, & non Nabuchodonoſor: r ſomnians autem ipſe demum annumerabitur Prophetis, quando cum ſomnio ſimul intelligentiam ſomnij percepit; vt Daniel in altero ſuperbi Regis ſomnio. ſ. De his ſomnijs prophe-ticis tria ſunt conſideranda, modus, cauſa, & gradus ſeu dignitas.

Modus multiplex eſt, vt accurate noſter Pererius explicauit. t quædam immittuntur cum pauore & horrore ſomniantis, u quædam pacifice, x 2. quædam non intellecta, quædã ſimul intellecta, vt dixi. 3. quædam clara & ſine inuolucris, y vt Ioſeph, trium Mãgorum, & B. Pauli: quædam obſcura, implexa, inuoluta, vt Pharaonis & ſeruorum eius, & Nabuchodonoſori. a 4. in quibuſdã Deus alloqui videtur, vt Salomonem, b interdum Angelus bonus, vt B. Ioſeph: interdum aliquis homo, vt Paulum vir Macedo. c 5. aliquando ſomnia correſpondent antecedentibus cogitationibus, & ſic initium ſumunt ex cauſa animali: vt primum ſomnium B. Ioſeph, & primum Regis illi° Babylonij: quandoq; vero nulla præcedit cogitatio, vt in ſomnio ſecũdo B. Ioſeph accidit. d. hanc differentiam notauit B. Gregor. e 6. nonnunquam nihil petenti Deus ſomnũ

i *libr. de anima.*

k *Galen. li. 13. Therapeut. & li. 4. de locis affect. Ærio, & Ægynet.*
l 4 *Reg. 3. v. 11.*
m *Ezec. 11. v. 1. et c. 40. v. 1.*
n *Actor. 10 v. 10.*

o *in Nahum.*

p *Iſai. 29. v. 7.* חלום

q *Gen. 40. & 41.*
r *Dan. 1. & 4.*

ſ *Dan. c. 2.*

t *q. 3. de ſeruat. ſomnior.*
u *Gen. 15. v. 12. Dan. 2 v. 1.*
x *Gen. 28 v. 12.*
y *Matt. 2. v. 20. & 2. v. 12. 13. & 20. Act. 16. v. 9.*
a *Act. Gen. 40. & 41. Dan. 2. & 4*
b *3. Reg. 3.*
c *ſupra c. 2. huius lect. N.*
d *Matt. 2. & li. 8. Moral. c. 13.*

inopinato immittit, vt fit plerumque, & accidit in prædictis SS. exemplis: nonnunquam vero petentibus reuelationem eamque sperantibus, vt Danieli *f.* consuefactos enim Hebræos huiusmodi desideria sua Deo proponere, & ab eo petere, vt per somnia futurum illis euentum pandere dignaretur, manifestius est ex S.S. quam vt quis debeat dubitare *g.* Soliti id ipsum Gentiles facere in templo Serapidis, seu Plutonis, vt discerent qua ratione à morbis liberarentur *h*, vel ad resolutionem dubiorum habendam, vt fecit Edesius *i*, & apud poetam Rex Latinus *k*: & in templo Æsculapij Apollonius *l*: & Spartani magistratus in templo Pasiphaes *m*: tale fuit templum Amphiarai *n*, & Gallię apud montem Garganum *o*, & huiusmodi templa vocabãtur, *Psychomantea*. Conatus ad hoc crimen Apostata Iulianus, per calumniam, detorquere Vigilias Christianorum ad sepulchra Martyrum: sed retudit illum valide B. Cyrillus *p*. Iudæos nonnunquam eo superstitionis delapsos, vt ad captanda somnia in Gentilium templis incubarent, docet Esai. propheta *q*: *qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt.*] Vbi LXX. vt solent, paraphrastice addiderunt, *propter insomnia*, διὰ τὰ ἐνύπνια causa incubationis explicantes. D. Hieron. *In delubris*, inquit, *idolorum dormiens; vbi stratis pellibus historiarum incubare soliti erant, vt somnijs futura cognoscerẽt. Quod in fano Aesculapij vsque hodie error celebrat Ethnicorum, multorumque aliorum.*] Idem Cyrillus, *ibi in Comment.* confirmat.

Causæ somniorum efficientes alio loco explicabuntur: nunc de diuinorum somniorum finali causa (vt vocant) agimus dumtaxat: quæ ex SS. multiplex desumitur. 1. vt quis à mala absterreatur, sicut factum Abimelech *r* Regi Geraræ, & Labano *s*: hanc insinuat B. Iob *t*, *in horrore* (inquiens) *visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, &c.* & alibi *u*, *terrebis me per somnia, & per visiones horrore cõcuties.* 2. vt cõsoletur afflictos, & mœstos perfundat lætitia, quod de se asserit B. Angela de Fulgino cap. 16. 3. vt adhortetur ad aliquod bonum, vt Gedeonem *x*, & Iudam eiusque exercitum *y*. 4. vt moneat vel doceat quid agendum fugiendumve, vt B. Ioseph, & tres Magos *z*. hanc causam Iobus significat his verbis, *per somnium aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt aduertat hominem ab his quæ facit, &c.* 5. vt spiritum prophetiæ, vel quod aliud spirituale donum simul largiatur: quo pertinent iuxta nonulla ista mosis *b*, *si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei vel per somnium loquar ad eum.* Significare volunt, quod spiritum prophetiæ, vel visione, vel somnio, collaturus sit: potius crediderim agere, de ijs, quibus iam dato prophetiæ spiritu, significat se postea cum eorum nullo tam familiariter, quam cum Moyse acturum, cum hoc ore ad os, cum illis dumtaxat per visionem & somnia. Melius huc facit istud *c* Ioelis: *senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.* præcesserat enim, *effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri.* sic donum sapientiæ & prudentiæ in somnis datum Salomoni *d*, ex probabiliore sententia Tostati *e*: sic promissio obuenturæ dignitatis, Ioseph & Mardochæo. *f.* 6. ad reuelatio-

f Dan 2. v 18.
g 1. Reg. 28 v. 6 & 15.
h Aristop. in Pluto.
i Eunapius in Edesi
k Æneid 7
l Philost in eius vita.
m Cicer 1. Tuscul & 1. de diuin.
n Pausa. in Boet.
o Strabo lib. 5.
p lib. 10 in Iulian.
q cap 65. v. 4.
r Gen 20.
s Gen. 31
t cap. 4. 13.
u c. 7. 5. 14.
x Iudic. 7. v. 13.
y 2. Mach. 15.
z Matt. 1. & 2.
a cap. 33. v. 15.
b Num 13. v. 6.
c c 2. v. 28
d 3. Reg. 3.
e Add c 3. q. 12.
f Gen. 37. Esth 11.

nem diuini alicui⁹ mysterij *g*, vel magnarum reip. aut imperij viciſſitudinem *h*, vt Iſrahëlis *i*, Ægypti, & Nabuchodonoſor *k*. Ad hæc capita reduci poſſunt multa ſomnia diuina, quorũ in Hiſtorijs Sanctorum fit mentio, vt illa Africana apud Victorem Vticenſ. *de perſecut. Vandalic.* 2. oblata Euſebio Epiſc. Carthaginenſ. & quæ poſt obitum Sidonij viſio oblata pincernæ apud Greg. Turonenſ. *lib.* 2. *hiſt. Franc. cap.* 23. & inter alia vnum mimi, *in vita Simeonis Sali*, apud Metaphr. aliud ſacrilegio Traiectenſi oblatum ſæpius, apud Sur. *to.* 4. *in vita S. Frederici* aliud oblatum monacho Cluniacenſi Beatæ virginis, tempore S. Odonis, apud Ioannem Monachum, *l.* 3. *vitæ D. Odonis. c.* 9. cuius occaſione B. virgo cœpit vocari, *Miſericordiæ Mater*, aliud Bertæ matri S. Suiberti, apud B. Marcellinum, *cap.* 1. *vitæ Suiberti*, aliud S. Abramio confeſſori, *apud Metaphraſt. in eius vita*. Aliud Henrico Imper. apud Rupertum, *in vita S. Hercberti c.* 26. aliud S. Lutgero apud Monachos VVertinenſ. *eius vitæ cap.* 11. *&* 16. aliud S. Hugoni Gratianopolitano apud Guigonem, *in eius vita*; aliud Hartmanno Tuitienſi apud Conradum: *in vita S. VVolphelmi*; aliud multiplex Elpediphoro, apud Ioannem presbyterum, *in vita S. Baſilei Epiſcop. & Mart.* & alia innumera.

De gradibus ſeu dignitate prophetiæ multa variaq; congeſſere Moſes Ægyptius *l* & Franciſc. Picus *m*, ſed minutiora, quam vtiliora: idcirco, illis omiſſis, tantum dico quod ex ijs omnibus intellectualis reuelatio: quæ fit ſine cooperatione phantaſiæ: præſtantiſſima eſt, ſi ſecundum ſe & præciſe ſumatur: altera vero in qua phantaſia ab intellectu excitata concurrit, eſt præſtantior extẽſiue, quia primam & quid aliud præterea comprehendit. Sic etiam intellectualis per ſe ſumpta, & comparata cum imaginaria perfectior eſt, ſed ſi imaginariam addideris ad intellectualem, tum extenſiue ſimul ambę perfectiores erũt, quam ſeorſim ſola intellectualis. *ita P. Franz. Soarez ad* 3. *par. q.* 30. *art.* 1. *diſpen.* 9. *ſect.* 2. *cui Epiſcopum Guadixenſem Horoſeum libr.* 1. *de vera & falſa prophet. cap.* 3.

f *Gen.* 37. *Eſth.* 11.
g *Gen.* 28. *Dan.* 7.
h *Gen.* 15.
i *Gen.* 41.
k *Dan.* 2. *&* 4.

l *in Ducto re Dubitantium.*
m *de præn. l* 2. *c.* 3en. *& vlt.*

QVÆSTIO III.

Quo pacto prophetia ſiue diuina reuelatio diſcernenda ſit, à diuinatione ſiue diabolica reuelatione?

NOn minus neceſſaria, quam ardua eſt huius quæſtionis accurata pertractatio, propter quotidianas, etiam ſpiritualium perſonarum illuſiones quæſtus Syneſius ante ſex ſæcula multos tum temporis priuatos & Sacerdotes finxiſſe ſomnia, pro reuelationibus, πολλαπλασιάσει τινας ὀνείρους ἀπ' αὐτοῦ κρίνων ἀποκαλύψεις Ep. 54. in ea decidenda ſequar veſtigia aliorum, qui certatim ad hunc lapidem verſandum accurrerunt: præcipui fuere B. Vincentius Ferrerius, *tract. de vita ſpirituali cap.* 11. *&* 12. Ioann. Gerſon, *tract. de probat. ſpirituum, & alibi paſſim*, Cardinalis Turrecremata, *in præf. Defenſorij reuelatio. B. Brigittæ*, Henric. de Firmaria, *lib. de quatuor inſtinctibus*, Ægyd. Carlerius, *p.* 1. *Sportæ fragment. in princ.* Hierony. de Ferraria, *in Compend. reuelat.* Ioann. Franciſc. Picus, *libro vltim. de prænotion.* Ribadeneyra, *libr. de tribulatione cap.* 15. Delegatus d. libr. 1. de auctor. Sacr. Script. cap. 11. & noſter Franc. Ribera, *libr.* 1. *vitæ de Ieſu cap.* 2. à quo citatur opus Ioan. de Horoſco

roico de vera & falsa prophetia, quem nanciscì tandem datum anno 1605. Pinciæ, liber est variæ eruditionis, & iudicij probi, seu Hispanice tantum scriptus, editus Segouiæ lectu dignissimus. & quidam alij recentiores, quorum dicta cuncta inuenies, apud istos antiquiores. Possunt omnia reduci ad tria capita: de eo qui iudicat, de persona cui facta reuelatio, de ipsa reuelatione & eius circumstantijs. de singulis videamus.

SECTIO I.

De necessarijs iudicaturo de reuelatione.

VEl quis iudicat de apparatione propria, vel de aliena: & plus periculi est priore casu. Vtroque oportet sit persona spiritualis & deuota. *nam animalis homo non percipit ea quæ spiritus sunt.* Oportet itaque eum qui recte sit iudicaturus, primo *donum discretionis*, à Deo petere: vt queat sincerum manna diuinæ reuelationis, à mellita lethalique dæmonis offa dignoscere, & hæc discretio, conceditur aliqñ à Deo immediate simul cum ipso lumine prophetico, vt dictum est, aliqñ seorsim, idque vel ad priuatam accipientis institutionem, vel ad aliorum quoq;, & totius Ecclesię doctrinam, & remedium. Hoc enim dono homo consequitur, vt in se, & de se sciat probare spiritus, & etiam sciat illos de alijs, & in alijs discernere. Potest autem hic considerari quasi duplex modus, vnus *experimentalis*, qui cum ipsa reuelatione propria infunditur illi, cui facta reuelatio: *qui modus* (vt ait Gerson) *fit per inspirationem intimam, seu internum saporem, siue per experimentalem quandam dulcedinem, siue per illustrationem à montibus æternis, effugantem omnes terebras dubietatis.*] Hic modus rarus est, & paucis concessus: & quibus concessus non est, illi non possunt, suo iudicio, in proprijs reuelationibus stare: quibus vero concessus à Deo fuerit, illi tamen eo vti non possunt, ad discernẽdas aliorum reuelationes, quia sicut, *nemo nouit quæ sunt spiritus, nisi spiritus*, ipsemet: sic nemo cognoscit infallibili certitudine, per experimentalem hunc sensum, ea quæ in alieno sunt animo. *Alter*, modus: qui datur maxime in ordine ad alios: ille nititur etiam, seu confirmatur experimentis varijs, tum sui, tum aliorum: & solet à Deo concedi maxime illis, quibus officij & dignitatis ratione incumbit animarum cura. Sed non debet quis facile sibi persuadere, se donum istud à Deo accepisse: ideoque ad preces continuas, etiam debet adiungere humanæ prudentiæ, & doctrinæ media. *Tertius*, enim est modus discernendi spiritus, quem vocant, *doctrinalem*, per diligentem & piam sacræ scripturæ tractationem: quæ regulas præbet falsos prophetas à veris discernendi: lectio quoque sanctorum Patrum & Historiæ Ecclesiasticæ multum confert, vt, illusiones & reuelationes, signis ac notis peculiaribus queant diiudicari: his si adiungatur obseruatio virorum spiritualium, & experientia, & in ambiguis obscurisque consulantur viri docti, & pij, & in via spiritus longe progressi, in militia vero contra dæmonum astus exercitati veteranique: sperandum est posse deceptiones sic sentiri & vitari. Plane ad hunc vltimũ iudicij ferendi modum, non sufficit sola doctrina, sed accedat

oportet ad illam experientia propria, vt quis sit & doctus & contemplatiuus, vt & Scripturam & reliquam Theologiam non leuiter delibarit, & *in semetipso expertus sit variam* (ait Gerson) *affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nunc in cœlos, nunc descenderit in abyssos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mysticum diuersarum affectionum, quasi collidentium se fluctuum, enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium, quid nouit eorum?*] Ad hæc autem nulla magis necessaria dispositio reperitur, quam solidæ humilitatis, vt enim docet Moses apud Cassianum, *solis humilibus à Deo hæc cognitio datur.* Denique non est iudicium præcipitandum, sed res Deo diligenter prius commendanda, & multiplex scrutinium mentis faciendum: iuxta mox dicenda. Docent hoc sacræ litteræ. Narrat Ioseph Iacob patri sua somnia: increpat eum pater, sed rem tacitus considerat *a*. Apparet angelus, Iosue filio Nun, forma viri armati: ille disquirit interrogatione, quis esset, nec adorat incognitum *b*. Audit Samuel vocantem Deum, nec respondet Domino, sed accurrit ad Heli, donec monitus fuisset ab Heli Sacerdote, quo modo se gerere deberet *c*. Helias discernit inter turbinem, commotionem, ignem, & auram lenem, & perpendit prudenter, in quo illorum Dominus se manifestaret. Salutat Virginem sacratissimam Gabriel Archangelus: illa priusquam responderet: *cogitat, qualis esset illa salutatio d*: non id leuiter, sed διελογίζετο, mature & diu, animo atque cogitatione voluebat, vtrum illa salutatio illusoria esset & à Deo, an à dæmone, vt optime Euthymius. Hoc imitatus

a *Gen.* 37. *v.* 11.

b *Iosue* 5. *v.* 13.

c 1. *Reg.* 3. *v.* 9.

d *Luc.* 1. *v.* 29.

A Diuus Ambrosius, cum illi corpora SS. Martyr. Prothasij & Gerualij reuelata, hoc Episcop. Cyprius, cum Diuus Barnabas illi se manifestauit, hoc cæteri sancti, vt vidimus, *libr.* 2. *quæst.* 6. Si hoc illa mulier Carthaginensis fecisset *e*, quæ causa fuit schismatis maximi, non tam turpiter delusa fuisset, nec tot malorum Africæ occasionem præbuisset. Sane quamdiu B res dubia est, longe totius censetur, potius eam pia cum humilitate repudiare, quam cupide & confidenter recipere, aut assentiri.

e vide Optat. Milev. l. 1. de Parmenia.

Obijciat forte aliquis, apud Cæsarium legimus, multos precibus à Deo reuelationes, visionesq;, & postulasse, & obtinuisse: si petere licet, cur non & oblatas amplecti statim atque recipere? *Respondeo*, multa fieri à multis C non imitanda, immo nec probanda, maxime ab hominibus incompertæ sanctitatis. Nam si quis, de quo constaret sanctum esse, id in casu aliquo peculiari & necessario peteret (quod olim sancte factum à B. Ephrem, docet Amphilochius, *in vita Diui Basilij*, & à sancto Mauro docet, *in eius vita*, Faustus, *apud Surium in Ianuar.* & à S. Hereberto docet Rupertus, *eius vitæ capit.* 13. *apud Surium mense Martio.*) vt D non auderem damnare: sic non vererer cæteris suadere, ne idem sibi putarent imitandum. Quoniam inuenio viros doctos, & valde spirituales semper huiusmodi desideria ac petitiones improbasse: quia nasci solent ex occulta superbia, æstimatione, & amore sui: quo cupiãt manifestam alijs suam E sanctitatem, & saltem ex curiositate vana, & optime tradidit S. Vincentius superius laudatus: & ideo Deo solet permittere tales decipi, & impingere, vt de se ipsa testatur, mulier singularis

pruden-

prudentiæ & sanctimoniæ B. Catharina Bononiẽsis. *a* Deinde quia in talibus non consistit sanctitas, neq; perfectio Christiana, nec ista nos Deo faciunt gratiores. aut proximo vere vtiliores. Deniq; quia huiusmodi auersari, non est ianuam Deo præcludere: sed, per custodiam sui, & humilitatem & castum timorem, Spiritum sanctũ allicere, qui amat quiescere super humiles ac timoratos, quæ cuncta diligenter ac serio tradita fuere à nostri ordinis viro, Franc. Aria. *b* prius nos docuit D. Augustinus conatum hoc demonem sibi persuadere, vti signum aliquod à Deo peteret: se vero id detrectasse, gnarum quam multos hæc curiositas perdidisset. Ideo alibi mones his abstineam⁹, & quod intra nos est, Dei regnum, in iis quæ videntur, non quæramus, post Augustinum idem monemur à Gersone cuius in similibus magna sane auctoritas est, his verbis; *Enarrantur exempla sanctorum Patrum, qui curiositatem huiusmodi visionum, vel miraculorum tanquam pernitiosissimam fallacissimamque refugerunt. A qua se Augustinus liberatum,* in suis cõfessionibus, *gloriatur in Domino. Quam propter* eã Diu. Bonauentura *abhorrendam nimis esse determinat, totoque conatu repellendam; nunc orationibus, nunc increpationibus seu flagellationibus propriæ mentis & corporis: exemplo illius, qui vt tentatione caret superbiæ, quæsiuit, & obtinuit à Domino, vt per tres menses Dæmoniaca vexaretur obsessione. Alter sanctorum Patrum, dum sibi dæmon transfiguratur in Christum, diceret, ego sum Christus te personaliter visitans, quia dignus es: confestim clausit oculos vtraq; manu vociferans, Nolo hic Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro: statimq; disparuit. Alter sub aliis verbis similem seruauit in huiusmodi illusione humilitatem: Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certe talis non sum, quod dignus sim hic videre Christum. Alterum quia nolebat intrare templum, dicens: Sibi satis esse, quod oculis corporeis aspexisset Christum, colligauerunt cathenis, soluere ieiunium, carnibus vesci, vinumque bibere compulerunt. Sicq; tumore compresso, sanatus est.*] Pro cautela postea subdit idem, vt non modo suspẽsum teneatur iudicium, *sed reuerenter quoque cum Apostolorum Principe, dicatur; Exi à me Domine, quia peccator sum, quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus sum, quas hic neque quæro, neque accepto, sed repello. Sic in alio, non in hoc sæculo visio tua tota merces mea Domine Deus & sufficit. Quid à me de visionibus tuis in hac vita? quid de Superiorum meorum monitionibus? mitte potius alium, quem missurus es: & me meus spiritus humili tegat obscuroq; loco.*]

D. Bonauenturæ, quem citat locus est, *libr. de profectu religios. cap. decimonono,* vbi etiam addit desiderio reuelationum multos lapsos in grauissimos errores. Prudenter itaque B. Virgo Coleta ipsi etiam Deo multa ei secreta reuelare volenti, respondit: *Domine Deus, sufficit mihi te solum cognoscere, & peccata mea, eorumque abs te veniam obtinere.*] *sic Stephanus Iuliacus eius vitæ c. 5.* hæc sane optime dicantur in propriis visionibus: in alienis approbandis, credendisue: ipsis confessariis aliisq; iudicibus hanc Gerson præscribit regulam: Caue ergo (inquit) *quisquis eris auditor, aut consultor, vt non applaudas tali personæ, & non laudes eam, non mireris, quasi sanctam, dignamque reuelationibus atque miraculis. Obsiste potius, increpa dure, sperne eam, cuius sic exal-*

a lib. de vita & erroribus suis.

b libr. de orat. mẽtali D. Augustl. li 10 cõfess. & de vera religione et Cirnelo p. 3. de superst. c. 11.

tatum est cor, elati sunt oculi, vt ambulet in magnis & mirabilibus super se: vt digna sibi videatur, quæ non humano more operetur salutem suam, per doctrinam scilicet Scripturarum & sanctorum, cum dictamine rationis naturalis, nisi consilium habere præsumat, & putet, ne dum ab Angelis sed à Deo, ne dum semel in necessitatibus, sed pene iugiter, velut in quotidianis collocutionibus, talem admone, non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam verissime ait, qui dixit, superbia meretur ludi. Et eo dignius, quo instar Pharisæi latentem hærentemque ossibus superbiam, sicut nec Phtisicus febrilem calorem, superbus attendit. Quid enim facilius quam se vilissimum peccatorem dicere, sed veraciter, simpliciterque ita sentire ex intimis, hoc diuini muneris est, non humani solius exercitij.] Hoc vltimum addidit, quia solent personæ, quibus per reuelationes dæmon illudit, fateri quidem se peccatores & indignos esse; sed, vel aperte increpationes huiusmodi ægre ferre, & sic detegitur interna superbia, & cognoscitur illusio: vel saltem ex duobus vnum prætexũt. nam vel dicũt se idcirco alieno iudicio nõ credere, quia de suo certi sint per reuelationem intimam & secretam: vel sane non audere se visionem reiicere, quia si forte à Deo esset, hoc foret spiritui sancto resistere, & semen gratiæ eius in crepundiis suis extinguere. Vtriq; dicto idem ille Cãcellarius Parisiensis optime occurrit. Primo quidem: Deum nunquam esse Deum diuisionis, ideo si ab ipso sit illa certitudo, nunquam per alterius iudicium contrarium eum impugnabit: sed potius illi, quẽ vel vt superiorem, vel vt consiliarium saltem, humiliter consuluerint, idem inspiratum, atq; in mentem missurum. Nec enim patitur Deus sperantes in se, & timentes, & quod in se est facientes, in tãti momenti negotio, falli. Debet autem ei, qui vidit reuelationem, hæc ipsa certitudo, quam prætexit, de superbia & pertinacia esse suspecta: & tutior pars eligenda est. Nam sibi credendo & innitẽdo, potest peccare; superiori credendo, peccare nõ potest: sed certo certius per animi submissionem & obedientiã mereri. Quod ad alteram ait: *sed profecto Spiritus S. qui se dat humilibus, nequaquam ex humiliatione, quam prædiximus, se subtrahet, intrabit potius, exaltabit, & in beneplacito suo deducet victor super excelsa animã hãc, in oculis suis vilem, & absq; vlla ruga fictionis, humilem & simplicem.*] Hactenus ille. Sane hæc humilitas Deo tam grata est, quam quod gratissimum: Dæmoni tam odiosa, vt eam nõ ferat, sed vt plurimum statim diffugiat. Non audes forte respuere? cogita decipi te posse, & interea comperendina? & consule prudentiores te. D. Cyprianus, & alij sancti reuelationes magni fecerunt: sed eas tantum, quas à Deo esse sciebant. Olim quoque visiones diuinæ frequentiores fuere, quia magis necessariæ: hodie quo minus necessariæ, hoc infrequentiores sunt, & suspectiores habendæ, vt non immerito debeant, & à magistratu Ecclesiastico discuti, & à priuatis vitari: qui prætextu vel fictarum, (quod hypocrisis proprium) vel habitarum (quod illusorium esse consueuit) reuelationum, de aliis (maxime illorum à Deo non commissis curæ) personis: in earum, (vt plurimum mulierc ularum,) familiaritatem & sollicitudinem sese ingerunt: vt & auorum memoria Be-

gardi

gardi & Lollardi, in Belgio; & noſtra, Illuminati faciebant in Hiſpania, & hodie etiam alij quidam factitant, ſuo periculo, aliena fraude.

SECTIO II.

De perſona eius, cui facta reuelatio.

QVo ad *perſonam Prophetæ*, ſeu videntis viſiones, multa ſunt conſideranda. *Primo fides*, illius, an ſit ſincere Catholica; quare non eſt credẽdum reuelationibus Dæmonicolarum, (qualis illa Childerico Regi Franciæ facta, procurante & explicante Baſina, quæ viuente adhuc marito ei nupſerat, & ſaga erat; qua ingenium poſteritatis eius declaratum Franciſci Hiſtorici putant, (*lege Gaguinum lib.* 1.) vel hæreticorum. Nam initio Eccleſiæ Cherinthus falſas reuelationes finxit, & eas Apoſtolorũ nominib. inſigniuit, vt Caius & Dionyſius Alexandrinus tradidere: *a* tales prophetiæ ſectatorum Marci Magi: *b* tales prophetiſſarũ & ipſiuſmet Montani, vt Patres antiqui illius temporis prodiderunt, Claudius Apollinaris, Miltiades, Apollonius, & Serapion, quorum verba refert Euſebius: *c* tales Archonticorum Martiades & Martianus, qui librum confinxere, quem vocabant, *Reuelationes Prophetarum*: *d* Manetis quoq; tales reuelationes, dẽ quibus contra Fauſtum agens D. Auguſtinus: talis Iuliani Apoſtatæ, quam narrat epiſ. ad Oribaſium, de arbuſculatales, quib. Donatiſtæ Generoſum conati decipere: *e* & quibus vtebatur Vincentius Donatiſta: tales, quib. illuſi Meſſaliani gloriabãtur: *f* tales fuere noſtris temporibus Munzeri, & Anabaptiſtarum, tales Campani, tales Iuſti Velſii, & Franc. de la Cruz reuelationes. Tales hoc año 1601. hic Græcij, qui ſuſpendio ſceleris pœnas luere duo maritus & vxor; qui penes ſe ſolos Eccleſiam remanſiſſe incolumem pertinaciſſime iactabant: ideo communes liberos pater baptizabat, mater patrini more ſpõdebat. hi mundũ hoc anno periturum prędicebant: ſed morte mundi interitum præuenere. Plurimos huiuſmodi dedit olim Britannia. Illic enim natus in Cambria quidam Merlinius Magus ſceleſtiſſimus: verum enim, fruſtra renitentibus Pontico Virunpio, & Lelando, eſt hoc de illo teſtimonium Guilhelmi Neuburgij, & Polydori, & alias mendaciſſimi, Buccanani. Sane Magum fuiſſe, geſta eius à Galfrido Monumethenſe tradita conuincunt. Caue hũc qui vteri Pendragonis æuo vixit, cõfundas cum alio Merlino Scoto, Helii Theleſini (qui & ipſe vates) diſcipulo: qui Aſtronomiæ & Phyſicæ, vt magiſter, valde peritus, multa fertur prædixiſſe: & videtur aliis Prophetis Britanniæ, Kentigerno, Sanſoni, & Gildæ, annumerandus. Hanc Merlinorum diſtinctionem, notarunt Anglicarum rerum Scriptores, Treuiza, Ranulphus, & Giraldus Cambrenſis. Falſæ fidei Pſeudoprophetę fuere ibidem, Ioannes Ballus anno 1390. teſte VVadeno, *in faſciculo Zizaniarum*: & Pagani ante Chriſtum natum, *Eubages*, vocati: ex quorum ſecta, quidã Aquila, & alius Perdix, teſte Chriſtophoro Mylæo. Nec diſſimilis vanitatis ſunt prophetiæ eorum, qui ea in medium proferunt, quæ decreta Generalium Conciliorum, vel Sedis Apoſtolicæ conuellunt; vt ridiculæ prophetiæ illæ Marioni Aduocati

Pariſien-

a Euſeb. li. 3 c. 21 & l. 7 c. 10.
b Iren. li. 1. c. 8. & 9.
c li. 5. c. 15. & 16. 17. & 18.
d Epiphan. hæreſ. 40.
e D. Augu. epiſt. 165. et lib. 3 de anim. ori. c. 11
f Theod. li. 4. hær. fab.

Parisiensis de Societate Iesu, refutatæ valde à Renato des Fons. *in libro contra le playdoyer de Marion. ca. 5. & 6.* nam Marionus iste, vt Arnaldo genero suo complaceret, & cum eo atq; Pasquerio, ac Doleto, quadrigam Calumniatorum & Sycophantarum nostri temporis imprudẽtissimorum, sufficeret, etiam prophetias falsas coram Senatu Amplissimo, proferre in medium non dubitauit. Nimirum vidit sola Lutetia, dedit vna curia; quos vix, tam dissitis prouinciis, tot sæcula: Pattæcionem, Medium, Eceboliũ, Lamponianum. Nimirum tanti est his Herostratis, inter Cathenas, & Quadruplatores, & Æzonenses: inter συκοφὰς, εὐρυμνὰς, καὶ φυλεγκλήμονας, censeri, & digito ostentarier.

2. *Nam sint personis arreptitiæ*: nam harum reuelationib⁹ vel prophetiis nihil credendum, delusos à quadã multos, scribit Firmianus, ad B. Cyprian. g hoc argumento Miltiades probat ꝓphetias Montani falsas: quia sponte incipiebat vaticinari: sed inuitus, furoreque, & amentia correptus, pergebat. h Tales fuere prophetiæ monialium. Quercetensium anno 1491. de quibus ita scribit Christianus Massæus: i *Eodem* (inquit) *anno, circa festum Cathedræ (terribile dictu) cœperunt dæmones habitare & possidere monasterium dominarum Quercetensium: quas annis quatuor, & mensibus totidem miserabiliter vexauerunt. Vidisses eas crebro, velut canes per agros discurrere, instar auium, volare per aera, sicut feles, in arbores repere, pendere de ramis: variarum animãtium effingere voces, secreta prodere, de futuris euentibus prophetare. Denique quoties Domin. Henricus Cameracensis Episcopus, aut Dominus Aegidius Nettelet, Decanus eiusdem Ecclesiæ, viri virtutum, ad exorcismum earum accederet: En inquiunt, cornutus ille nunc in via est, vt nobis comminetur, venit. Post multa remedia, vndecunq; collata, earum nomina delata Romam, ab Alexandro VI. lecta fuerunt in cœna Domini sub diuino sacrificio, sed nihil profuit. Ioanna Potiere, quæ malorum dicitur dedisse principium, à nono ætatis anno, ludere cum Diabolo cœpit; qui accusabat eam in monasterio* CCCC. XXXIV. *vicibus indigne communicasse: sed ille quia mendax est, non stamus verbis illius. Ipsa Cameracum adducta, quadragenaria maior, in carcere perijt, circa Festum Martini. Cæteræ post annos 4. mense Iunio liberatæ sunt.*] Eandem Historiam narrat, etsi paulo aliter Ioã. Molinetus Valencenensis, *in Chronico Belgiæ nondum edito*, è quo quæ lib. 6. referam, ea mihi optima fide ex M. S. Codice describi curauit Clariss. I. C. & Senator spectatæ iustitiæ, Petrus Oranus Leodicensis. Tales omnino diuinationes Indorum: qui sumpto cohobæ semine externantur, & mox cessante furore vaticinantur. de quibus Pet. Chieza. *part. 2. histor. Paruat. ca. 27.* tales Libussæ Bohemæ apud Dubrauium, *lib. 2. Boiem. histor.*

3. *Num fidei sinceritatem, vitæ ac morum integritas, virtutesque commendent, an vero vitia & imperfectiones notabiles eam dehonestent.* Ideo non credendum superbis, ambitiosis, impatientibus, carnalibus, ebriosis, iram fouentibus, odia exercẽtibus, dissidia serentibus, vel alios diffamantib⁹, vel pecunias hinc corradentibus: nec etiam hypocritis, qui singularia quædã affectatæ deuotionis & pœnitẽtiæ signa, per superiores Ecclesiasticos nõ approbata, ostentant. Confirmantur

g *exstat inter Cypriã. epis. nu 75.*

h *Euseb. d. cap. 16.*

i *Chronic. lib. 20.*

hæc,

hæc, vnius ex primis patribus, Apollonii sententia, qui prophetias Montanistarum falsitatis hinc arguebat: tum quod Maximilla & Quintilla maritos suos deseruerant: tum quod erant pecuniæ cupidæ, fœnus exercentes, tesseris & tabulis ludentes, & mercedem prophetiarum accipientes: tũ quod lasciuæ: deditæ pigmentis, cultui corporis, & sumptuoso luxui vestimentorum. k Gerson etiam sic scribit: *Habet præterea qualibet passio profundata suam læsionem, suam ætatem, suum (vt Origenes loquitur) dæmonium, patet in philocaptis, zelotypis, & iracundis, in inuidis & auaris.* Vnde Poeta,

k Euse li. 5. cap 17.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.]
Nimirum hi sunt manes, quos quemque pati Poeta cecinit: hæc quę *cuique Deus sit dira cupido.* Solent animi cuiusque vitia variis signis deprehendi: ex familiaribus & amicis quib. sunt notiores: ex actionibus, & opinionibus eorum: vt si à Deo sese de quibusque actionibus præsumant eruditi: si consilia & indicia spernant aliorum: si fortis Curios simulant, & intus viuant Bacchanalia: si mulierculas peccatis onustas circumducant: si se in officia concionandi, confessiones excipiendi & alia huiusmodi ingerant (vt faciebat Petrus ille Sartor Antuerpiensis pseudoheremita) sine legitima vocatione ac missione: si in aliis suis actionibus, moribus, exercitiis vani sint, præcipites, imprudentes indiscreti, maxime in oratione mentali, v.g. si adhuc imperfecti, & vix purgatiuæ cum sint, præcipiant se per vnitiuam, aut statim ac orare inciprũt, sine præparatione idonea, præsumũt se habere tantum passiue, mihique sua exponere cupiant, minus quam diuinum

A

B

C

D

E

expectent. Nam si quod aliud, hoc sane est illud in quod temeritatis saxum impingentes, plerique spirituales, per illusiones periculosas, & hæreses fœdissimas, Begardorum, Beginarum, Dulcinistarum, Lollardorum, Illuminatorum, &c. naufragium fecerunt. Duo sunt huiusmodi illusorum scopuli, vnus est opinionum iuxta falsarum atque erronearum crudelitas, & superba contumacia: & interdum fœdissima quædam, & execranda, gradatim irrepentia peccata, etiam cum Angelis illis deceptoribus: alter valetudinis debilitatio, & cerebri læsio, non in mulierculis tantum, sed etiam in viris, alias nec leuibus, nec insipientibus, sed dulci hoc, & venenato ociosæ contemplationis (ab omni voluntatis cooperatione, vel intellectus adminiculo, quare & merito, remotæ & infructuosæ ipsorum corporeorum sensuum titillatorii influxus, pocúlo ebriis. Quo in genere lõgum foret plane recentia: eorum, qui ab indiscretis & indoctis magistris, in hanc foueam præcipitati fuerunt, nota nobis exempla, recensere: neque id expedit, superstitibus etiamnum tam cæcis, quam cæcorum ductoribus. Cæteros vtinam vel sero faciant, istorum cautos pericula. Eodem pertinent, qui contumelias, examen, iudiciaque aliorum, modum procedẽdi ipsorum aut dicta minus probantium, vel illis non credentium: ægre & impatienter ferunt: qui demum contenti non forent, huiusmodi care re reuelationibus, & illas potius aliis concedi: sed in his nimium sibi complacent, & doni huius cæco amore tanguntur. Solet enim dæmon, cuique p id quod vitiose amat illudere. Prudenter D. Leo: *Nouit diabolus,*

cui ingerat illecebras gulæ, cui adhibeat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ, cui exhibeat escam cupiditatis: nouit quem fallat gaudio, quem mœrore conturbet, quem errorem seducat, & causas quærit nocendi, vbi quemque studiosius viderit occupari.] Idem confirmat, *in vita Moysis*, Gregorius Nissenus. Præcæteris apti sunt deludi, qui natura sunt tenaces sententiæ suæ, seque solos putant sapere, reliquos despuunt vt fungos: talis ille, qui se in puteum præcipitauit, apud Cassianum: talis postea Franc. Ioannes de Rupescissa, ante trecentes annos, talis nostro tempore Franciscus de Cruce in Peruuia, de quo postea.

P. 3. *Consideranda corporis constitutio.* Nam si valetudo parum firma, si præferat redundantiam bilis atræ, si habitus corporis inedia, vel insomnia plus æquo deformatus, si sit cerebro læso, vel nimis apprehensiuus, aut imaginationis turbidæ & æquo vehementioris: quia tales, vt dici solet, etiam vigilantes putant se videre, audire, gustare, quæ nec gustu, nec auditu, nec oculis percipiunt. talibus dæmon facile imponit, quia falsarum rerum imaginibus obuersantibus tenaciter adhærent, & assentiuntur. Hoc solet epilepticus contingere, vbi vi morbifera agitati vaticinentur. Quare annis superioribus non satis cauti fuere: qui sic affecti vnius ariolationes tanti faciebant. Admiratione dignam epilepticæ fœminæ historiam narrabo ex Gersone, *lib. 5. sect 16. in fine.*

5. Addit Gerson, *referre, qualis sit & fuerit persona, qualiter erudita, quibus assueta, cum quibus conuersata, quibus delectata: pauper sit: an diues? in diuitibus timendam superbiam & ambitionem, in pauperibus vero fictionem.*] Sed hæc obseruatio est petita à valde remotis & incertis. Melior est sequens.

6. *Nec ætatis, nec sexus differentia negligenda est.* Nam si casca sit & caduca ætas, delirij periculum est, si puerilis, leuitatis & morbi imaginosi, quia humidiore, quã par est, sunt pueri cerebro, & pleni vaporis, qui paruo negotio commouentur. Quare & per eos, vt aptiores suis conatibus, dæmones olim amabant oracula fundere: sed & hodie fictitant, in crystallomantia, & in hydromantia. De fœmineo sexu, constant hunc esse suspectiorem: sed de eo separatim agetur, sequenti sectione. *Notat hoc Ioan. Nider. in 5. præcept. c. 11. quæst. de diuinat.*

7. Considerare oportet, *vtrum sit in spirituali exercitatione persona veterana, an vero nouitia tantum*: an alias eam diabolus sic decipere conatus fuerit, aut deceperit: an quæ illi alias reuelata, vera fuerint: item quæ vera, quæ falsa fuerint. Si tyro, valde verenda fraus, *quia* (vt inquit Gerson) *nouicius sexuor cito fallitur, si caruerit regente, præsertim in adolescentibus & fœminis, quarum est ardor nimis auidus, varius, effrenus, ideoque suspectus.*] Hoc indicio Franciscus Picus *b* primo detexit falsitatem cuiusdam reuelationis visionisque, post & alia indicia accesserunt, vt quod vana quædam bonis mixta, Diabolus in forma Christi Domini, cœpit suadere. *b libr. 9. de præn. ca. 3.*

SECTIO III.

De reuelationibus mulierum non sanctarum.

G Sexus ratio est habenda; vt dixi, quia, si cætera sint paria, plus fidei virorum reuelationes merentur. Quia sexus iste imbecillior, naturales vel

dæmo-

dæmoniacas suggestiones, plurimum habet pro diuinis: multa quoque sibi somnia fingit, quæ vera credit, iuxta illud paræmicum, *Anus quæ vult somniat*: abundat passionibus admodum acribus & vehemẽtibus, quare quod à passione natum, id à veritate profectum putat. sunt etiam fœminæ naturæ humidioris & viscosioris: humidũ vero facile commouetur, & varias figuras recipit, ægrius autem ac serius à motu cessat. Ideo mulieres citius imaginantur, sed viri minus pertinaciter imaginationes fouent: cumque illæ minus ratione polleant, minus etiam prudentiæ habeant, procliuius est dæmoni eas similitudine falsa & apparente, decipere. Ideo inuenias in sacris litteris paucas Dei prophetides Marias duas, Annales duas, Deborã, Oldam, & vnam atque alteram alias, prophetas vero plurimos. Contra apud infideles Idolorum prophetas pauciſſimos, mulieres innumeras, vt prudenter notat Horozeus libr. 1. de vera & falsa Prophetia cap. 23. In earum moribus præcipue considerãda. præter lasciuiam, luxum, auaritiam: (quæ ex Apollonio notaui) vtrum vagæ sint, garrulæ, criminatrices, laudis cupidæ, aut crebrosæ: quæque se in docendi, prædicandive in Ecclesias aut Sacramentorum administratione (absque legitima maiorum licentia) contra doctrinam Apostoli ingerant. Nam quæ sunt huiusmodi, nõ se ipsas dumtaxat fallunt, sed & viros eruditos tandem, si nimis illis creduli, in præceps trahere consueuerunt. Testis est, sui temporis doctissimus Tertullianus, qui dum visionibus mulierculorum (vt ille de animæ quantitate ac colore *a*) confidit, immemor eorum quæ doctissime & verissime contra has ipsas scripserat, in absurdissimos errores delapsus fuit. Sed ætas nostra præbuit in Peruuia illustri⁹ adhuc exemplum, quod P. Ioseph à Costa verbis adscribam *b*.

Fuit in hoc Peruensi regno vir magni pro illo tempore æstimatus, doctus Theologus, ac Theologiæ professor, idemque Catholicus ac pius diu habitus, ac pene tũc huius orbis miraculum. Is familiaritate mulierculæ cuiuspiam, quæ se edoceri ab angelo magna quædam mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapi simulabat, velut altera olim Philomene aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illam de summis Theologiæ quæstionibus sæpe consuleret: in omnibus pro oraculo haberet, magnis reuelationibus plenam & Deo valde charã prædicaret, satis alioqui sordidã, & perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda mendacia. Igitur, siue à Diabolo corriperetur (quod facilius est credere) cum eiusmodi ecstasim pateretur, siue callide ea fabula simularet (quod nonnulli viri prudentes existimarunt) ille Theologus: quod à muliercula magna & mira de se audiret, ac multo grandiora futura conciperet, libenter ei se discipulum addixit, cuius patrem spiritualem agebat. Quid multa? eo abductus est homo, vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet: cum miraculi vestigium, ne tenue quidem exstaret. Ob hæc, & quod propositiones aliquot ab illa prophetissa accepisset, à sensu Catholicæ Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ inquisitionis iudicibus, toto hoc regno stupente, comprehensus est. Ibi per quinquennium fere auditus, toleratus, examinatus, ac tandem patefactus est homo omnium superbissimus, ac insanissimus.

Cum enim Angelum sibi diuinitus datum, à quo omnia quæ vellet disceret, ac

b *de nouissimis temporibus lib. 2. c. 21.*

a *de anima c. 5.*

deinde summa Dei ipsius familiaritate & immediato colloquio sepotitum, pertinacißime dissereret, in eas nugas delatus est, quas, nisi ab homine prorsus mentis emotæ dici, nullo modo sibi quisquam persuadeat. Erat vero ille tam integro sensu, quod ad cerebrum attinet, vt mihi integrior non sit. Itaque & serio affirmabat, se & Regem futurum & Pontificem summum sede Apostolica ad hæc regna translata, concessam quoque sibi sanctitatem super omnes Angelos, & choros cœlestes, atque Apostolos omnes, quin etiam oblatam sibi à Deo vnionem hypostaticam, sed ab ipso non esse admissam. Datum quoque se redemptorem orbis, quoad efficaciam, vt ipse loquebatur, quod Christus solum quoad sufficientia fuisset. Omnem statum Ecclesiasticum abrogandum: leges vero alias se editurum faciles & apertas, secundum quas cœlibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorum concederetur, confessioni, necessitas excluderetur. Hæc atque alia tanta contentione affirmabat, vt nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Denique diu euolutis gestis illius, & plusquam centum & decem propositionibus hæreticis, aut à sana doctrina Ecclesiæ alienis condemnatis, iussi sumus, vt habet de more sacrum illud tribunal cum homine disputare, si forte ad mentem & fidem hominem reuocare possemus. Conuenimus autem cum ipsis Iudicibus & Episcopo Quitensi, tres alij. Eo introductus homo ea libertate & facundia perditißimam suam causam defendit, vt ego in hodiernum diem etiam stupeam, eo adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse monstrari, nisi diuina scriptura, & miraculis: quod esset superior omni humana ratione. Scriptura autem testimonijs longe se apertius atque efficacius probasse: quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Meßiam. Miracula autem se perpetrasse plurima, eaque tanta, vt Christi resurrectio non fuerit maius. Nam & se verißime esse mortuum, & resurrexisse, atque id euidentißime (aiebat ille) esse ostensum. Scripturas vero proferebat memoriter (cum nullum librum haberet, atque ipso etiam Breuiario spoliatus esset) ex Prophetis, ex Apocalypsi, ex Psalmis, ex aliis locis, tot & tam longas: vt vel memoria esset admirationi. Eas vero ita ad sua commenta adaptabat, ita allegorizabat: vt quiuis vel rideret, vel fleret. Postremo si miraculis rem agere nobis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hæc ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat, Serenißimum Ioannem Austriæ bello nauali à Turca esse superatum & regnum Hispaniæ à Philippo inuictißimo tam pene amissum: & concilium Romæ habitum, vt de Gregorio deponendo, & alio subrogando ageretur. Quæ ideo nobis significaret, vt quoniam erant nobis certis nuncijs nota, sciremus ei, non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia adeo falsa, vt amplius esse non possent, ab illo tamen asserebantur, vt notißima nobis. Denique cum nihil profecissemus per duos dies differendo, & ad publicum spectaculum esset cum ceteris, vt in Hispania fieri solet, delatus, intuebatur semper in cœlum, ignem in inquisitores, & omnes grassaturum cœlitus exspectans, vt illi erat pollicitus Diabolus. atqui ignis quidem nos nullus ex alto corripuit, illum vere, & Regem & Pontificem, & Redemptorem, & legislatorem: ex imo flamma rapuit atque redegit in cineres.] Hactenus P. Iosephus

Enfru-

En fructus incautæ conuersationis cum mulierculis, prætextu confessionum, & nimiæ facilitatis in credēdis, primo quæ ad laudem propriam, mox etiam quæ ad cæteros & publicum Ecclesiæ statum, deniq; ad fidei mysteria motumq; doctrinam ex superbia occulta suiq; amore nata credulitas, ex hac hæresis, & vanissima quædam diuinitatis affectatio, cum incredibili mentis cœcitate. Sic gitur vilissima fœmella virum eruditione & sapientia clarum decepit. Sic & Magdalena de la Cruz Cordubæ multis imposuit, *c* & in Belgio non multi elapsi sunt anni, cum, in vna vrbium Hannoniæ; religiosa quædā credita energumena, & adducta ad superiorē eiusdem ordinis: vt exorcisaretur, dum res in longum abit, & illa vocibus diuersis successiue loqui incipit: quarū vna tenuior se Deum Christumque Dñm nostrum fingebat, alia dæmonē crassior imitabatur: hac multa palam impia effutiebat: illa, quædam ad pietatem (vt videbantur) pertinentia. ita creditum, à quibus minime decuit, in illa modo Iesum, modo diabolum loqui. sic periculi plena & fallacię res eo progressa, vt muliercula solemni ritu, quasi per eam Christo loquente, hostiam incruentam, prolatis verbis canonis cōsecrare auderet. & (proh dolor pij, sed vel indocti, vel incauti, cōsecratas (exsecratas potius dicere deberem) ab hac Sacerdotissa, sed nō secundum ordinem Melchisedech) azimas panis eulogias acciperent, & tanquam verum Domini corpus allatis & prælatis cereis, in altari collocarent, & venerarentur. Duo tamē hic erant impostura indicia: tum quod erat energumena, tum q̄ auderet Sacerdotale ac virile officium vsurpare.

c de qua P. Ribadeneyra l. 5. Par. nostri Ignatii. c. 10. & Horozeus d. l. 1. c 24.

A Sed Domine libera nos à similibus: homines sum⁹, decipi possumus. Propter huiusmodi similiaque pericula Gerson addit: *Hoc præcipue considerandum, qualiter cum suis confessoribus & instructoribus tales mulierculæ conuersentur. Si collocutionibus intendunt continuis, sub obtentu nunc crebræ confessionis, nunc longæ narrationis visionum suarum, nunc alterius cuiuslibet confabulationis: expertis* (inquit) *credite, nominatim Augustino & Domino Bonauenturæ, vix est altera pestis vel efficacior ad nocendum, vel insanabilior.*] quæ monitio aureis digna literis est. quot enim hic lapsus stellarum de cœlo? quot qui spiritu cœperant, carne consumantur? P. Leloyherus addit *a* regulam aliam, plus tribuendum reuelationib. virginum, quam viduarum; & viduarum, quàm coniugatarum. fateor hoc verum, cæteris paribus: quia virgo purior, & Deus puritatis amans, ideo & plures legimus virginum reuelationes? & virgo cogitat, quomodo placeat Deo, coniugatæ cor distractius adhuc quā cor viduæ; si paris non sint sanctimoniæ: plus credendum coniugatæ sanctæ, quam viduæ lasciuienti: plus viduis, quæ verè viduæ sunt, quam virginibus anxiè coniugium optantibus, vagis aut parum recollectis.

a libr. 4. de spect. c. pen.

SECTIO IV.

De prophetijs seu reuelationibus virginum, seu mulierum, quæ canonizatæ & notæ sanctitatis.

FVere multæ huiusmodi, quarum extant reuelationes, vt S. Angliæ filiæ Regis Bohemiæ, virginis ordinis Carmelitarum, quæ scripsit librum reuelationum ante annos 400. B. Brigittæ Sueticæ Virginis, cuius ex-

ſtant libri multi reuelationum quas qui tribuunt B. Brigidæ Scotæ Virgini *b*, falluntur: niſi & iſta forte reuelationes ediderit, quod non arbitror. hæc virgo vixit anno 518. at B. illa vidua poſt annum 1370. exceſſit è viuis. Hac etiam longe antiquior, Pepini ducis Brabantiæ filia, S. Gertrudis an. 664. reuelationes quoque ſuas collegit: claruit S. Hildegardis in Germania anno 1180. cuius & aliæ ſuperſunt. Et eodem tempore S. Elizabethę Sconaugienſis, cuius reuelationes libris duobus complexus Rogerus Ciſtercienſis Angelus, vir doctus & pius: quem vt nullum ſanctorum virulentiæ maledicentiæque fœtidi oris ſui Balæus immunem eſſe noluit *in Catalogo Scriptorum Britan.* quo libro nihil vnquam legi ſcurrilius, mendaci⁹, aut magis blaſphemum. Miror nondum ab aliquo Anglo Catholico laruam morioni & ſceleroſiſſimo Apoſtatæ detractam. Hac recentior, tempore Gregor. *i*, XI. circa annum 1360. quo tępore S. Birgitta viuebat, fuit S. Catharina Senenſis, & ipſa reuelationibus illuſtris. de harum itaque reuelationibus, maxime de B. Birgittę, quę plurimas ſcripſit & habuit, nonnulli ambigunt, quo illas in precio habere oporteat.

Henricus de Haſſia *c*, & Sybillanus *d*, ambo Catholici, ambo religioſi, ſed (vt verum dicam) nonnihil audaces, volunt D. Birgittæ & ſimilium reuelationes, nō debere haberi pro indubitanter veris, nec acceptari tanquam à Spiritu ſancto editas. Qui ſi hoc intelligerent de certitudine fidei Catholicæ, eiuſq; veritate, item de editis à Spiritu ſancto dictate, vt credēdum SS. editam ſane verum dicerent, ſed puto neminem paulo prudentiorem tale quid vnquam, opinatum. Argumenta quoque illorum, cum longe tendant vlterius, indicant eos longè aliud voluiſſe, ſcil. loqui de certitudine humana ſeu morali & de dictamine Spiritus ſancti, in diuinis reuelationib. ordinario. ꝙ ſane, nimis multum de auctoritate & opinione Sanctarum Chriſti ſponſarum, eſt decerpere. Sic illi argumentantur. Primo, quia quæ prædixerunt, poſſent aliunde prædici, vt ex induſtria ſolo lumine fidei, & doctrinæ cōfortata. 2. quia potuerunt ex illuſione dæmonū naſci, Deo hoc merito permittente, eo ꝙ etiam ſine culpa præſumebāt facere, quæ mulierib. illicita, vt cōcionari, & docere. 3. quia potuerunt præuenire ex phantaſia nimis debilitata, & ex errore quodam mentis. 4. quoniam in illarum dictis quædam occurrunt minus, ſecundum communem Theologorum ſententiam, cōſentanea rationi & veritati. 5. quia prophetica illarum doctrina ſuperuacua, & parum Eccleſiæ videtur neceſſaria. Hæc momenta non me deterrent, non mouent à debita ſanctis mulieribus, earumque dictis exhibenda reuerentia. Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholicæ aſſertiones, tueor: ſed vt reuerentia dignas, & à cœleſti lumine colluſtratis mentibus, platas, venerabiles defendo, & quādiu ab Eccleſia, vt piæ approbantur, nonniſi temere reijci poſſe contendo. Ad primum argumentum reſpōdeo plurima in his contineri, quæ cum tot annis prius prædicta fuerint, non niſi à Deo potuerūt reuelari. Ad ſecūdum, ꝙ Epiſcopi varij, & Summi Pontifices modū illum Sanctarū extra ordinarium, in docendo & exhortando permiſerint, & ideo nihil illas

indebi-

b Simlerus Leloyher. & alii. H.

c Cōment. in Geneſ. d Decad. 1. Peregrina. queſtion. 9. 3.

indebitum vſurpaſſe. quare nec cauſa fuit vlla, cur ſpõſas ſuas Chriſtus tam fœde ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium reſpondeo, nullum delirij vel aberrationis à mẽte ſana ſignum vnquam in illis deprehenſum fuiſſe, quare non minus hæc coniectura, quam præcedentes, vanitatis & malitiæ plena cẽſenda. Ad 4. negamus in earum reuelationibus quidquam reperiri, ꝙ Catholicæ fidei ſinceritati palam repugnet, vel cum ea conſiſtere nequeat. Si quid forte communiori Scholaſticorum ſententiæ repugnat, non ideo confeſtim damnãdum, vt erroneum, cum pie & prudenter intellectum, ſuis quoque probatis auctoribus & rationibus non abſurdis ſtabiliatur. Alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius tertius Hildegardis, Bonifacius, vero nonus Birgittæ, reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium Concilio atque examine, non permiſiſſent, ad Eccleſiæ vtilitatem, in vulgus edi. Ad quintum dico ſolere Deum, ſæpe quædam permittere, imo & facere, quæ nobis videntur Eccleſiæ non admodum neceſſaria, vel idcirco, vt maioris ſuæ munificentiæ nobis ſint ſigna, & famulos amicoſq; ſuos amplius honoret. Præterea quis conſiliarius Dei fuit, aut quis mentis eius abyſſum ſic penetrauit, vt pronunciet aliquid ab eo factum ſuperuacuè.

Ioannes Franciſ. Picus aliud argumentum moleſti⁹ adfert in medium, quod ſane imprimis remouendum. Harum Sanctarum reuelationes cõtradictorias eſſe, quare alteram earũ neceſſario falſitatis conuinci. D. quidem Catharinam Senenſem, vt ſibi reuelatum, prodidiſſe, Deiparã cum originali peccato conceptam fuiſſe: contra B. Birgit. huius iſtam maculæ aſperſione liberã ab initio conceptionis exſtitiſſe. *Reſp.* me talem contradictionem non fateri, D. Birgittæ reuelationem agnoſcere, & ꝙ illa aſſeruit credere. Quod attinet ad D. Catharinæ Senenſis prætẽſam reuelationem, ſunt qui reſpondeant, eam deceptam & falſam reuelationem pro vera hauiſſe, *a* Sed hoc in Sanctam parum honeſte dicitur. Alij volunt huiuſmodi reuelationem poſt obitum Sanctæ Catharinæ, præpoſtero & pertinaci quodam zelo cõfictam à defenſoribus illius ſententiæ: ad infirmandam reuelationum contrariarum fidem. *b* cõfirmat hunc conatum ſimilitudo attentatorũ Bernæ apud Heluetios, priuſquam ad hæreſim ea ciuitas deflecteret (nempe an. 1509. vt teſtatur ea de re editus auctoritate publica Hiſtoriæ libellus, è quo id alij Chronographi *c* tradiderunt. cur, inquiunt illi; ꝙ eodem in genere ſemel patratum deprehenditur. non & alias factum credatur, *d* concurrentibus pro contrariæ partis veritate multis indicijs? Neque hoc ordini toto, ſed paucis quibuſdam foret falſi crimen impingere. Exſtat libellus hiſtoriæ olim excuſus, quem legi Moguntiæ in bibliotheca ſocietatis ampliſſimarem compendio complexus fuit Frater Nicolaus Baſelius in Additione ad chronicon Naucleri, qui eo vixit tempore fol. 1006. his verbis. *Eodem anno (1509) pridie Kalend. Iunij apud Bernam in Heluetia quatuor ſancti Dominici conuentus ibidem fratres, Prior, Lector, Subprior, & cuſtos capti, per torturam examinati, degradati, ad ignem condemnati, miſerabiliter ſunt combuſti, propter quaſdam doloſas, falſas, impias, & diabolicas machina-*

a *Petr. Loyherius lib. 4. de ſpect.*

b *Sic Amb. Catarinus eiuſdem ordinis l 3. pro immaculat concep. circa prin & Fr. Suarez in 3. q. 27. diſ. 3 ſec. 5.*

c *Additio. ad Chron Euſeb. & prima additiones ad Nauclerũ.*

d *ſemel malus, de reg. iur. e p. 1. Sum. Theoleg. tit. 8. c. 2.*

machinationes, quas in odium immaculatißimæ Virginis Mariæ conceptionis occasionaliter excogitarunt. Nam quendam simplicem idiotam superstitiosis quibusdam incantaminibus, diaboli arte dementarunt, ac plurima tam in sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento, quam sculptis imaginibus tentauerunt, quemadmodum facta eorundem in lucem arte calcographiæ sunt impressa, ideo præsentibus eorundem confessata superfluum duxi. Tandem vero ad instantiam Bernensium, Haimo Lausanensis Episcopus, loci ordinarius, inquisitionem contra eos fecit, quo adstãte vna cum Matthæo VValensi Episcopo, Achilles Castell. Episcopus, & Apostolicæ sedis Legatus, ad hoc à Papa Iulio specialiter missus, ab omni gradu, & priuilegio clericali depositos XXIII. *die mensis Maij, potestati tradidit sæculari, atque de hinc vltima die eiusdem mensis. igne (vt hæretici) sunt incinerati, præsentibus ibid. multis hominum millibus.*] Sic Nicolaus Monachus Hirsaugiensis, *hæreticos* vocans; non quia negarant Beatam Virginem sine originali peccato conceptam, sed quia cõtendebant pertinaciter contrarium fide tenendum, & quia Magicis præstigijs vsi fuerant, & multa contra fidei Catholicæ sinceritatem dixerant, fecerantque, vt in libello illo continetur. Fieri tamen potest, vt Basilius fultus auctoritate Concilij Basilensis habuerit articulum de conceptione immaculata pro articulo fidei: sed pro libera, vtriusque partis defensione; iam Sixtus IV. decretum ediderat, & propterea sane si idcireo hæreticos censuit, valde à vero aberrasse: verum tamen arbitror, solummodo quo ad pœnam hæreticis, eos comparasse. Quicquid de opinione Basilij sit, Mihi probabilius videtur; neque hoc ab ordine falso confictum, neq; à D. Catharina, vt reuelationem, proditum: non ab ordine, qui cum sit sanctissimus tale crimen in se non admisisset, non à Sancta proditum, vt reuelationem: quia nec F. Raimund. nec vllus confessariorum cæterorum, vel familiarium B. Catharinę, qui diligentissime cunctas D. Catharinæ reuelationes collegerunt, & posteritati collectas emisere, vllam huius reuelationis mentionem fecerunt: nec etiam in libris B. Catharinæ illa reuelatio inuenitur. Duo hic obijciuntur, primo dictum Caietani, qui hoc ex D. Antonio affirmanter asserit: 2. locus quidam ex opusculis illius Sanctæ. Ad 1. respondeo S. Antoninum scribere tantum, si quis obijciat hanc reuelationem S. Brigittę, sciendum alias sanctas miraculis claras contrariam reuelationem habuisse: Sed Antonini dictum suum non confirmat vllius auctoris testimonio, vt solet, nec etiam ipsemet, vbi de vita B. Catharinæ egit vllam, inter alias, huius reuelationis facit mentionem, vt nec Confessarij Beatæ illius, sicut dictum est. ideo non magnifacio hoc dictum Antonini. quo, ad solutionem argumenti, pro tempore vsus, eo quod Ioan. de Neapoli alia solutio, quam ibi refert, ei merito nimis impudens videbatur. Ad 2. respõdeo, optare me locum ex scriptis eius adduci. Nec enim inuenio, nisi forte id colligant, ex illis verbis quæ adnectuntur in fine Orat. XVI. vbi sic legitur: *Tu scis Domine, quia ista est veritas.* quem locum, frustra quærenti. Ioan. Deckerius iam olim Louanij, & nunc Grætij in Theologiæ professione collega meus mihi ostendit: De quo verbo potest esse nõ iniusta suspicio, hoc additum ab illis, qui volebant, ea quæ in præcedenti oratione dicta fuerant,

haberi

haberi pro prophetica reuelatione, & dicto contrario simile dictum Beatæ Birgittæ volebant refutare: præcesserant autem nonnulla de concepta Deipara in Originali peccato. Suspicionem facit, quod sine his verbis tota oratio perfecta est: & quod si voluisset Beata Catharina hæc verba addere, non fuisset ei necesse, ponere illud, *subiunxit*, quod immediate his verbis videmus à librario præponi: accedit quod orationum eius alia nulla sic terminatur. Quare vel illa hoc non addidit, vel si addidit, non addidit, vt sibi à Deo reuelatum. sed vt opinionem suam, quam cum plerisque sui ordinis omnino veram & certam, humanis tantum rationibus & persuasionibus inducta, putabat. Potuit autem sancta illa, hac in re, qua de Theologica quæstione: naturali, non diuino lumine præeunte, disserebat, errare quod humanum est. Sane fallacem esse argumentationem, qua eo loco vtitur, nemo prudens Theologus dubitauerit extrema enim sumit, medium conceptionis ipsius tempus transilit: quasi concludas, nec ante hoc tempus, nec post hoc tempus aliquid fuisse, vel futurum, & inde inferas, ergo ne nunc quidem hoc esse tempore. Fuere quidem olim Dd. qui censuerunt, posito, quod Beata Virgo in Adamo peccauit, Christi Domini redemptione indiguit, consequi, vt non potuerit ipso momento conceptionis sanctificari *f*: sed qui rem melius examinarunt, illi multis contrarium docuere *g*, ex quorum dictis cum clare colligatur, Deum hoc non absolute tantum & simpliciter facere potuisse, sed etiam, stante illa hypothesi: non intelligo quo pacto fuerit à Deo reuelatum,

Non potuisse Deum animam Beatæ Virginis Mariæ infundere, nisi in materiam putridam? Sic enim illic vocatur caro, infecta peccato originali. None hoc dictum repugnat decisioni Sixti IV. Pij V. & Concilij Tridentini? nam si hoc Deus non potuit: ergo factum credere non licet. Si hoc Deus sciebat, *quia veritas esset*, atque hoc Beatæ Catharinæ reuelarat: certe illi reuelauit implicite, contra sentientes in fide errare. Quo igitur pacto permittit Ecclesia, vt pium & probabile credi, sine originali peccato conceptam de facto fuisse? si hoc probabile credit certe nequit Deus reuelasse, hoc à se fieri non potuisse. Absit ergo, vt credamus illa in oratione diuinam reuelationem contineri: Absit vt credamus Beatam Catharinam, humillimam, sanctissimam, & circumspectissimam Dei sponsam, talia præfracte & parum solide dicta, tam graui Dei testimonio confirmare voluisse, aut pro diuino oraculo obtrudere. Nulla igitur reuelationum hic pugna est, vbi vnica inuenitur Beatæ Brigittæ reuelatio, quam non ipsa tantum, idque pluribus locis *a*, vt videas constantiam, sed & alij sancti confirmarunt. Vnus Marsil. Theologus grauis *b*, & neutrius Ordinis, Dominicani neque Franciscani, tres reuelationes diuersorum recensuit, & eas addit fuisse graues & miraculis confirmatas. Quoad cæteras reuelationes aliarum rerum, quæ contrariæ sibi prima facie videntur, si quis illas eodem modo discutiat, & circumstantias sedulo conferat, non magno negotio deprehendet, eas vel conciliari posse, vel earum alteram non ex reuelatione, sed ex opinione peculiari, putantis id verissimum esse,

Anton. d. c. 2. Paludan. in d. 3. q. 1. art. 1. Caietan. Opusc. de concept. c. 3. Suarez, & Valencia d. q. 27.

a l. 1. reuelat. c. 9. l. 6. c. 49. & c. ss.

b in 2. q. 20. & in 3. q. 4.

f Sic Halens. 1. par. q. 9 memb. 2. Rich. in 3. d. 3. a. 1. Capreol. Ferrar. & alii.

g Bouau. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1.

vel ex vehementi tam imaginatione, profectam.

SECTIO V.

De indicijs à natura ipsius reuelationis petitis.

SVppono, si lumen illud certitudinis, de quo Sectio. I. dictum, cum reuelatione adiunctum fuerit, tunc parum referre vigilantine an dormienti visio contigerit: si desit hoc lumen, tunc semper plus vigilantis reuelationi, quam (vt Varro vocat) somnoriæ deferendum. Hoc supposito.

K Considerandum primo, *qualis sit illa reuelatio*: vt an sit sapiẽs visio nempe conformis sapientiæ quæ de cœlo est. talis autem futura (teste Gersonio) si habeat illa à D. Iacobo requisita *c. vt si pudica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordiæ & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.*] Si (vt hoc fusius explicem) instiget ad aliquid, quod exemplis Christi & Sanctorum magis assimilet, si hominem intrinsece demissiorem reddat, quam sine reuelatione fuisset, si mitiorem, mansuetiorem, recollectiorem, & à sæcularibus & extrarijs curis abstractiorem, si inuitat ad simplicitatem, vnionem, & (vt sic loquar) intimitatem cordis: si id, ad quod instigat, pluribus virtutib. sit ornatum & præstantioribus, quam eius omissio, vel factum contrarium: si ad quod inuitat, sit simpliciter & intime bonum, non aliqua dumtaxat ex parte: denique si incipientem ad peccati detestationem & præteritæ vitæ confusionem excitat, proficientem per boni desiderij inflammationem, & feruoris deuotionem, ad meliora carismata promouet, perfectum vero implet diuinæ dulcedinis interna prægustatione. Vnde præclare scriptum à Ioanne Salisber. *lib. 2. cap. 17. Sed cum hæc à spiritualibus circa homines fiant, eam solam rerum imaginem fidelis anima non aspernatur, quæ innocentiam relinquit incolumem. Quod si materiam vitijs afferat, libidinem forte accendens, aut auaritiam, aut dominandi ingerens appetitum, aut quidquid huiusmodi est, ad subuersionem animæ, proculdubio aut aut caro, aut spiritus malignus immittit.* Perite duos falsarum reuelationum fontes memorat, *carnem & dæmonem*, sed mox minus perite & vere, quæ de Lamijs dicitur, omnia falsa pronunciat, quod fuit à nobis alibi refutatum, *supr. libr. 2.* Dæmoniacæ reuelationes censendæ, quæ prædictis operantur cõtraria, ad scurrilia & carnalia, vel inuida, & detractoria, & immodesta incitant, quæ hominem reddunt à Christi & Sanctorum imitatione, reddunt gaudentem nouis & singularibus inuentis suis. *Vt enim optime Diuus Bernard.* ait *d*, *se transfigurat malignus ille spiritus aliquando in angelum lucis, vt virtutis simulatione plus noceat: sed & tunc quoque si diligenter aduertimus, nunquam nisi amaritudinis & discordiæ semina spargit. Suadet enim nonnullis singularia ieiunia quædam, vnde cæteri scandalizentur, non quia diligit ieiunium, sed quia scandalo delectatur.*] Item si suadeat aliqua contra canones, vel constitutiones, vel regulas, vel alia præcepta maiorum. hoc indicio Beatus Simon Monachus Treuirensis eum deprehendit. narratur historia ab Euervvino Abbate *e*: *in verticem montis Sinai iussu superiorum cum missus fuisset, ibi habitaturus: nocturnis horis*

cap. 3. v. 17

d serm. de vtil. verb. Domini.

e apud Sur. 1. Iunii.

ille spe-

ille specie Angelica dæmon apparuit, & vt missam celebret hortatur. Ipse nec plane dormiens, nec perfecte vigilans contradicit, non deberi sine presbyteri ordine aliquem hoc ministerium implere: contra inimicam instat, se Dei legatum esse, Christum hoc velle, nec decere sanctum locum ministerio tali diutius priuari. Renitentem ergo & contradicentem, adiuncto sibi consortio alterius dæmonis, de lectulo educunt, ante altare tam vigilantem statuunt, alba induunt, de stola vtrimque altercantur: hostis more presbyteri, Simeon more diaconi contendebat sibi imponi debere. Tandem Dei famulus ad se reuersus, virtute orationis, & signo Crucis inimicum repellit, seque delusum ingemiscit.]

Deprehensa quoque illusio ex attentata similis fere superbiæ audacia, &, quia modestiæ auctor non erat, reuelatio, in ini io ordinis Præmonstratensis. Rem totam narrabo verbis scriptis illius Beat. Nortberto coæui f. *Inter quos* (Præmonstratensis religiosus) *fallax ille spiritus: quosdam considerans idiotas, & sua illos quondam recognoscens fuisse vascula in quibus suæ quieti & voluptati indulgere consueuisset: ita illos falsa sua illusionis sapientia repleuit, vt qui prius in libris vix legere nouerant, iam ex libris magna quædam dicerent, & de futuris prophetando maiora & stupenda prædicerent, Danielis denique vnus ex eis prophetiam se scire asserebat, & de ea quædam duce mendacio, loquebatur: vbi de quatuor, & septem, & decem cornibus, & regibus Propheta scribendo, inducit, & de Antichristo. In quibus iam simpliciores quosque attentos reddiderat, & si fieri posset, etiam ipsum DEI hominem & Venerabilem Abbatem Simonem Sancti Nicolai, in errorem induxisse. Iam enim eo vsque progressa erat eius arrogantia, vt ipsis assidentibus, etiam in capitulo, sermonem facere auderet. Et qui vidit & audiuit, præbet huius rei testimonium. Et hoc signum eius, quia de sermone profert initium. Erat enim hic sermo:* Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente. *Hæc spiritus ille mendax per organum illud suum proferebat: sed ad veritatem quæ sequitur, videlicet,* Et accipietis regnum æternum, *haud quaquam procedere nequam valebat. Porro cum ab auditoribus veritatis & dulcedinis fallax ille spiritus se ex parte deprehendi cerneret, vt est mille artifex, maiore arte ad alia fallendi genera se conuertit, vt quia manifestæ operationi intentos non poterat subuertere, saltem contemplatores quoslibet auerteret à contemplatione. Nam ille idem Clericus, laboris huius minister, subita quadam & grauissima infirmitate corripitur, &, qui prius de visibilibus responsa dabat, iam in cœlum os suum, ad inuisibilia & ineffabilia promenda, ponere non verebatur. Concurrunt fratres, vt consuetum est ad inungendum eum concurrunt ad ea quæ dicebat audienda: De se quidem magna, sed de pluribus circumstantibus asserebat maiora. De se quod eadem vespera aut futurus esset cum angelis in cœlo, aut staret sanus cum cæteris fratribus in choro. De alijs vero singulorum considerans habilitatem, quasi prophetando & augurando dicebat: Hunc cum nuper in Ecclesia ad superiora raperer, vidi ad æternitatem vocatum: istum iam, &c.* subiungit varia de alijs. Vide hic gradus superbiæ, primum idiotas sibi dæmon deligit, & facit videri doctos; deinde facit illos scripturam interpretari. 3. etiam coram maioribus disserere in locis, vbi

[f] Surius 6. Iunii c. 27.

cis, vbi tacendum de his, & culpa potius humiliter agnoſcenda. 4. facit eos Pſeudoprophetas, de ſe magna loquentes, nec de alijs minora, vt ſuperbia pluribus affricaretur. Subijcit poſtea de alio idem faciente, & has omnes dæmonis machinationes diſſipatas, ſtatim vt religioſi, fraudem ſubolfacientes, reſpondere, ſe nec hunc, nec vllum alium amplius audire velle, donec pater eorum Norbertus reuerteretur. hæc enim reſponſio, *humilis obedientiæ virtute*, dæmonem vicit. Nec efficacius fere vllum exſtat remedium. dabo aliud exemplum verbis Franc. Bentij *ex annuis litteris noſtrorum prouinciæ Mediolan. Annis* 1590. *In oppido quodam ſuburbano prope Aronam, ad triginta mulieres malo dæmone agitantur, omnes fere virgines, infimaque conditionis, ea præſertim quæ ſunt voto virginitatis obſtrictæ. mirum has, quibus dolis circumueniat, quibus artibus oppugnet. varias inducit formas, vt alliciat ad infanda, vt deterreat ab honeſtis. aſſimulat modo perſonam, & pietatem monachi, & quod audire aures horrent, ipſiuſmet Chriſti crucifixi, hortantis ad impia: quin & vrſum, leonem, ſerpentem: impetum facturus in puellas hianti ore, & deuoraturus vno hauſtu: minacem etiam militem cum ſclopo parato & inſtructo, iamiamque extruſuro pernicialem glandem cum flamma tonitruque niſi extorqueat aſſenſum. Sed* ſimplicitas *virginum vincit omnem aſtutiam* Deo nixa, *Magna omnino earum* fides, *eoque clypeo igneæ nequiſſimi tela exſtingere. Et plurimis narrationes duæ reponentur. Ex earum numero quædam nobilibus orta parentibus, & molliter educata, cum haberet aliquando noctem infeſtam à diabolo inſidiante, ſtratum deſerit, & hieme licet media ac tempeſtate per frigida, in nudo pauimento nuda cubat. cum creſceret nihilo ſecius flamma (vt magnum incendium aqua ingeſta) clam cubiculo egreſſa in hortum ſecedit, ibique magni æmulatione Franciſci, quem eadem factitaſſe acceperat, corpus proiecit in aggerem niuium, tamdiuq; peruolutauit, obſtrepẽte licet dæmone (qui ab ea veſcebatur) & dentibus frendente, & internum ignem externo frigore reſtinxerit. Alteri item dæmon noctu ſe oſtendit imagine B. Vrſulæ, crucis vexillum præferens cum multarum virginum comitatu, atque ita locutus eſt, videt Deus amatque tuum iſtud ſtudium tuendæ pudicitiæ: ſed quoniam difficile admodum eſt in paterna domo in tanto ſtrepitu occurſantium, & periculorum obiectu non contaminari mentem aliqua ex parte, nos allegauit, vt te duceremus, in cœnobium ſacrarum virginum, omiſſis curis omnibus ipſius numini ſtudioſe famulantium. Hic virgunculæ, Deo aſpirante, cum verens diaboli inſidias, dexteram duxiſſet manum à capite in pectus, moxque à ſiniſtra produxiſſet in dexteram, vt efformaret* crucem, *ſed talibus viſis, tantoque honore indigniſſimam eſſe profitetur. Neque vero vobis habeo magnam fidem. timeo & in ſpecioſis conſilijs fictos dolos, quod ſi Dei legatione fungimini has* Sanctorum reliquias (*habebat reliquias adalligatas ad collum*) *humiliter veneramini. Mirum dictu, procubuerunt in genua laruæ venerabundæ. & tanto magis vrgent, vt matureт perfectionem. At illa, mihi non licet quicquam grauius ſtatuere mei patris ſpiritualis imuſſu, neque ad eum adire decet nocte intempeſta: conuenite vos illum & imponite mandatum Dei vbi diluxerit, ego accedam & vtar conſilio illius. Hoc reſponſo, dæmones abiecta omni ſimulatione, in ſuas ſe tenebras abdiderunt, cum fremitu in irridentem puellam, quod lingua ſolum bellarent, grateſque agentem ſuppliciter Deo, contumelias, & probra certatim ingerentes.*

Hacte-

Hactenus Bencius, quid hac virgine sapiētius? sed docebat nimirum illam VERA SAPIENTIA, cui se pudicitiæ Zona colligarat. Impudicitia statim prodit dæmonem: sic enim ab calamistris, & procaci vultu, & curiosa discursatione D. Robertus Abbas dęmonem in nuptiis agnouit. *a* Et lasciua forma & motu, ac verbis, eundem cognouit S. Dunstanus, & ignita forcipe arrepto eius naso lepide irrisit teste *b* Osberto Cantuariensi. Addam singularis cautelæ exēplum, quo docemur, nihil tutius esse, quam timere suum sequi iudicium, aut ab obedientia maiorum vllius reuelationis etiā certæ fiducia recedere. Genebaldus Laudunensis Episcopus per incautam cum vxore, quam deseruerat familiaritatem, ex bono principio ortam tādem, quæ humana fragilitas est, cum ea corpus miscuerat: sed postea ad cor reuersus, & D. Rhemigio Remēsi cōfessus in Augustissimum locum instar sepulchri reclusus fuerat, vbi cum septem annis pœnitētiam asperrimam egisset: *Septimo* (inquit Hincmarus in D. Remigii vita *c*) *anno in vigilia cœnæ Domini, cum idem Genebaldus in oratione Domini pernoctaret, & seipsum defleret, circa mediam noctem Angelus Domini, cū magna venit luce, ad eum in oratorium vbi pronus iacebat, & ait ad eum: Genebalde exaudita sunt pro te orationes patris tui Remigij: suscepit quoque Dominus pœnitentiam tuam, & dimissum est peccatum tuum, surge & hinc egredere, sacque ministerij Episcopalis officium & reconcilia Domino pœnitentes criminibus suis. Genebaldus autem, nimio terrore perculsus, respondere nihil potuit. Tunc Angelus Domini confortans eum, & ne timeret hortatus est, sed gauderet in misericordia Domini sibi collata. Qui animatus, dixit ad Angelum: non possum hinc egredi: quia Dominus & Pater meus Remigius clauem huius ostij secum habet, quod & sigillo suo signauit. Et Angelus ad eum: vt non dubites (inquit) me à Domino missum; sicut patet tibi cœlum; sic & ostium istud patebit. Et statim, saluo sigillo ac cera, ostium illud apertum est.*] Ecce tibi veræ visionis indicia: prius perturbatio, mox consolatio, & verum ac apertum miraculum sigilli ac certa integritas: non tamen censuit vir sanctus obedientiæ quidquam derogandum. Tūc Genebaldus in modum crucis se iactans in limine, dixit, *Etiamsi ipse Dominus Iesus Christus dignatus fuerit ad me venire peccatorem: hinc non egrediar, donec ille venerit, qui me in eius nomine, in ista reclusione constituit. Et statim Angelus Domini recessit ab eo.*] Quid ergo? placuit Deo Genebaldi animus, & per Angelū hæc omnia, eadem nocte, Rhemis pernoctāti in oratione D. Remigio manifestauit, eumq; Laudunū proficiscī iubet, & Genebaldū Episcopali sede restituere, & factum ab eo confestim. Contra D. Guilhelm. Aquitaniæ Dux, si dæmonis suggestiones, quibus & feruor deuotionis minuebatur, & ad sæcularia reuocabatur, initio diiudicatas repressisset: non se sic Lucensibus ad bellum ducem obtrusisset, nec cœcitate percussus fuisset: *a* sed illum deceptio cautiorē reddidit postea, vt facile secundæ reuelationis falsitatem contemneret. *b* Prudentissimus senex Abrahamius (vt B. Ephrem odidit) reuelationes illas, quib. eum dæmon, *Sanctum & Beatum* prædicabat, contrario humilitatis actu statim profligabat. *c* Vah! quam contraria fuit illa Gandēsis virgo, nostris temporibus: misella diu va-

a vide Sur. 7. Iunii tomo 3.

b Surius 19 Mai.

c apud Sur. 13. Ianuar.

a Theobal. in eius vita c. 16. apud Sur. Febr. b ibi. c. 19.

c Sime. Metaphrast ex Ephremo apud Surium Martii 16.

diu vacaret orationi, & Sacramenta frequentarat; sed vel non satis exercitat im nacta fuerat cõfessarium, vel si nacta, ei sua secreta spiritualia non pãdebat, vel bene monenti non credebat. quicquid horum fuerit, paulatim variis reuelationib. eam diabolus superbiæ spiritu inflauit. tãdem persuasit meritis reliquis parem esse Deiparę Virgini: deesse fæcunditatem iũctam virginitati illibatæ: si pergat, id quoq; consecuturam. ô vafrum commentũ, & muliebri ingenio accommodatũ! iam illa se cõfessionis indigam nõ esse putabatur: itaq; per annos aliquot eam intermittens, non abstinebat tamen à sacra synaxi. Quid multa? semel dum in templo versatur, & communionem exspectat, ardẽtiusq; beneficium illud reliquum postulat; audit, bono sis animo, dilecta, exorasse te sci to. concessa tibi fœcunditatis cum castimonia prærogatiua, quam petis: de cœlo confide te grauidatam. commiscuerat enim se cum dæmone, qui lucis Angelum mentiebatur. domũ reuersa, sentit vterum tumescere: iusto post partus tempore adueniente, piũ quendam & prudentem adit ciuẽ, bene notum, narrat rem totam, petitq; vt in domus eiº penetralib. sibi liceat parere, & stipulatur arcanũ fore. Ille nec credulº dictis de reuelatione, nec tamen sustinens virginem domo excludere: veritus, ne grassari iam incipientibus Sectariis, materiam res vulgata præberet blasphemis hæreticorũ dicteriis atq. lædoriis, eam susçipit, & adhibita obstetrice fida partum exspectat. Misera doloribus vehementer torquebatur, tandem magnam, pro ꝓle humana, horridorum, & villosorum, fœdissimorũq; vermium copiam effudit vtero, quorum tam dirus erat aspectus, vt omnes exhorrescerent, tam teter odor, vt fœtore ferme exanimarẽtur. Sic demum misella se delusam intellexit, & superbiæ suæ fructum, à superborum Principe retulisse, quem oportebat. Sic mulier decepta, sed & viros ille dolosus colluber supplantauit. Apud Gregor. Turonensem leguntur hæc de S. Friardo & socio eius Secundello, *Sanctus Friardus cum Secundello Diacono in supradicta insula stetit immobilis: habebat tamen vterque eorum propriam cellulam, sed procul inter se positam. Cumque strenue in oratione persisterent, nocte Secundello Diacono apparuit tentator in specie Domini, dicens: Ego sum Christus, quem continuo deprecaris: iam enim sanctus es, & nomen tuum in libro vitæ cum reliquis Sanctis mei adscripsi: egredere nunc ab hac insula, & vadens fac sanitates in populis. His & ille illectus deceptionibus discessit ab insula, nec socio nunciauit tamen, cum infirmis in nomine Christi manus imponeret, sanabantur. Reuersus autem post multum tempus ad insulam, venit ad socium cum vana gloria, dicens: Abiiꝰ extra insulam, & virtutes multas in populis feci. Cumque conterritus ille interrogaret, quid hoc sibi vellet, cuncta quæ gesserat simpliciter pandit. At senex obstupescens, suspiransque ac lachrymans ait: Væ nobis: in quantum audio à tentatore delusus es: vade, age pœnitentiam, ne vltra tibi prævaleant eius doli.*]

Ecce vides lapsum, primo qa occulta est superbia credidit se sanctum, & ex hoc frontispicio non cognouit dolosam machinã. 2. quia defciuit à bono ꝓposito manendi in illa insula. 3. quia clã habuit magistrũ cõsilia sua; & obedire illi neglexit. Vide nũc, vt victº vicerit, fretº humilitate, obediẽtia, et oratione. Se-

d I. de vit. Patrum c. 10. citat Suriun. Aug.

ne. Sequitur apud Gregor. Turonens. d *Quod ille* (Secundellus) *intelligens & periſſe ſe timens, cum fletu ad pedes eius proſternitur, rogas vt pro ſe Dominum deprecatur. Cui: Veni, inquit, & pariter eius omnipotentiam pro ſalute animæ tuæ poſcamus: non eſt enim difficilis Dominus ſe confitentibus miſereri, cum ipſe per Prophetam dicat:* Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. *Orantibus autem illis aduenit iterum tentator in ſimili ſpecie ad Secundellum Diaconum dicens, nonne præceperam tibi, eo quod oues meæ morbidæ eſſent, & paſtore indigerent, vt egredereris & viſitares, atque opem ſanitatis eis tribueres: Et ille, In veritate comperi, quod ſeductor ſis, neque te Deum credo, cuius te ſpeciem mentiris habere. Tamen, ſi Chriſtus es, crucem tuam, quam reliquiſti, ipſam oſtende, & credam tibi. Cumque non oſtenderet,* Diacono crucem *in os eius* faciente, *confuſus euanuit.*] Et ecce tibi conſilium, quod in ſimilibus dubiis potes adhibere, petere vt ſe cruce conſignet, vel vt formata cruce tibi benedicat. Diuæ Matronæ ſimiliter dæmon, apparens in forma ſpecioſę mulieris, ſuaſit vt relicto deſerto vrbem peteret, minus pudori eius periculum ibi fore: ſed beata ſtatim inſidians, ex auſteri oris vitæ diſſuaſione, intellexit inimici. [*Simeon Metaphraſt. in eius vita menſe Nouembri.*] Sic S. Marcellus Abbas dæmones ex obſeſſis pulſurus, iiſque aliquoties clamantibus, *Iube nos exire, in nos quoniam accepiſti poteſtatem*, nihil iuſſit, ſed perſeuerauit in oratione, donec à Deo impulſi receſſerunt. Cauſam quærentibus, cur non ſtatim iuſſiſſet, prudentiſſime reſpondit, *Quoniam dicentes me in eos accepiſſe poteſtatem, nihil aliud agebant, quam quod vanæ glo-*

A

B

C

D

E

riæ laqueis me conabantur implicare e.] Cuius documenti vtilitas non in exorciſmis modo, ſed & in reuelationibus cunctis maxima eſt, quia maximum in his vanę glorię periculum, vt de Secundello vidimus. Ipſe quoque Spiritus ſanctus mirabili quadam viſione ſe B. Angelæ Fulginati inſinuans, cum eam collaudaſſet, & ipſa ideo rem ſuſpectam haberet, quod ſic exponeretur periculo vanæ gloriæ, certo ſigno probæ reuelationis ei aſſignauit; quod quo magis laudabatur, hoc ei crebrior & acrior omnium peccatorum præteritorum memoria occurreret, &, ne conata quidem, vllum vanæ gloriæ locum dare poſſet. Narrat hoc ipſa fuſe c. 19. & idem alias quoq; ſe expertã ſcribit *c.* 21. 22. & 29. Sed & illud attendendum multiformes in omnem partem eſſe dæmonis fraudes. aliquando ſuadet quod optimum eſt, tunc periculum ſubeſt ſuppbiæ: ideo tunc valde cauenda hæc peſtis. Aliquando ſuadet, quod bonum eſt: ſed tunc cõſiderare oportet, num hoc bonum ſit maioris boni impedimentum, ſi poſterius hoc obſeruaſſet B. Iordanes Prædicatorii ordinis Magiſter Generalis non illi diabolus aliquoties hac techna impoſuiſſet: ſemel quidẽ: vt ad cõcionandum eum redderet inidoneũ ac debile, ſpecie boni exempli præbendi, & auſterioris vitę, impulit, ea relinquere, quæ corpuſculo illius erant neceſſaria, & eũ ad maximam virium infirmitatem redegit. f Sed & alias iterum iterumque eum hoc prætextu decepit. quæ Hiſtoria, quia religioſis vtilis futura, digna eſt plurib. locis legi. ſic ergo ſcribit Leander Albertus g de illo febrib. acutiſſimis laborante, *Forte cum venerando patre, erat quidam cœnobii cuiuſdam præſidẽ*

N

e *Simeon Metaphra. in eius vita 29. Decem.*

f *Leander Albertus eius vita c. 21.*

g *eiuſdẽ vita c. 22.*

quem

quem Priorem appellant, ordinis nostri, vir discretus, solers, prouidus, litteris callens, & moribus compositus, qui aliquando medicinæ operam dederat. Is igitur Iordanis patris animum ignorãs, & sciens eum in ægrotatione sibi ipsi rigidissimum, dixit: Pater oportet ægrotum in omnibus medico se subijcere, si pristinã nanciscí cupiat sospitatem. Quapropter licet sis nostræ religionis præfectus & caput, ægrotus præfecturæ auctoritatem dimittas, mihique te subdas, & obedias necesse est. Quodsi feceris, haud vereor, quin breui incolumis hinc exuas. Annuit venerandus Pater humiliter. præter ergo ordinis nostri consuetudinem super plumas ægroto quiescenti (sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus, formam præ se ferens angelicam apparuit, dicens, veluti admirabundus. Est ne hic Iordanes, fama & opinione apud omnes tam præclarus? præfectus & pater tam insignis Prædicatorum ordinis? Essem anceps, nisi antehac te diu nouissem. O quam vilis & impudens factus es, qui veluti vnus de dominis terræ, in strato plumis & sericis ornato quiescis? O infœlix, quale ordini tuo & fratribus exemplum præbes? sed non est tui Deus in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur è grabato, terræque protinus supplex inhæreas. statimque diabolo euanescente perterritus Iordanes in terram corruit, & sic iacens, postquam illuxit, à Priore & fratribus inuenitur. Quem Prior seuere corripiens, coegit ex merito obedientiæ in strato præparato decumbere.

Sequente nocte iterum diabolus pristina forma assumpta adstitit, & durius quam antea redarguit velut sibi inobedientem, moxque in solum ipsum desilire præcepit. Quem cum mane eius diei Prior iterato super solum iacere conspexisset, apprime indignatus, dixit: miror tuam simplicitatem, ne dicam insciam, qui non solum in corporis, sed & animæ præiudicium contra obedientiam hoc facere præsumpseris. Ego enim Deum cœli, terræque Dominum testor, quod noluissem pro toto terrarum orbe sic grauiter contra Deum & ordinem deliquisse: & hæc dicens, in fletum maximum prorupit. Quod cernens venerabilis pater, & ipse lachrymans procidit ad pedes eius. narrans ei visiones, sed magis illusiones: & qualiter, vt coniicere poterat diabolum illum fuisse, qui in Angelum lucis fuerat transfiguratus. Prior vero captus admiratione ac quadam commiseratione illius, aliquantulum lenitus, iussit ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tantam membrorum debilitatem contraxerat, sicque humores indurati fuerant, vt vix spiritum ad quiescendum haberet. Tertia nocte Diabolus, vt prioribus, adfuit: quem, vt conspexit vir Sanctus (iam enim in increpationes eruperat) ait: O nequissime generis humani hostis, ô impudice canis, ô immunda bellua, quomodo meam ausus es simplicitatem deludere, ceu zelum, qualemcunq; erga ordinem præ te ferens? Et ego quidem, nisi hoc omnipotentis Dei dispensatio permisisset, sapientius aduertissem, quod multo melior est obedientia, quam stultorum victima. Et in faciem eius expuens, eum fugauit.]

En Sanctus vir deceptus inani specie boni, resipuit solido obedientiæ bono se muniens. Nota etiã vltimum illud, quod apparenti in angeli forma in faciem expuit: nam hoc etiam viri spirituales commendant, quando visio suspecta est: & noui hominem, cui hoc optime cessit. Concludẽdum hoc caput testimonio B. Meinulphi Diaconi & confessoris, qui ipse apparens hanc

regulam

regulam docuit; visiones veras esse, quæ ad pietatem & religionem duces forent. Historiam, ex Gobelino Persona, verbotenus accipe: *non longe ab obitu cuidam cubiculario suo per visum in somnis apparuit, hortans eum, vt mundo & pompis eius ocyus valefaciat, & ad regis æterni se conferat militiam. At ille visionem illam non alio quam illusionis loco habens, nihil de vitæ emendatione curauit. Sanctus autem vir, eius infirmitati se accommodans, iterum eum vt prius admonuit. Sed cum neque sic quicquam de vita rectius instituenda cogitaret, tertio ei apparuit, aitque ad eum: Nescis miser, nescis, quam immanis prædonem tibi vendicet tuam, qui tibi auctor & suasor est, vt neque mittenti Domino, neque mihi ab eo misso obtemperes. Certe cum tu male viuendo plane desipias, neque ab hac stultitia sponte recedere velis, diuina te admonuit reuelatio, vt vel sic ad frugem meliorem te reciperes. Tu autem (stulte) tibi pateris misere & pernicioſe illudi, qui veram reuelationem pro phantastica habes illusione. Neque enim quisquam fidelium ambigit illã visionem esse illusionis expertem, quæ ad Christianam pietatem & religionem inuitet: quod si quilibet faceret tibi vigilanti, nequaquam negligere deberes. sed quando tu verba non corrigunt, ad facta veniendum est. Itaque plane efficiam, vt visionem quam tu intelligere dissimulas, reipsa verissimam esse certo experiaris. His dictis, ille expergiscitur: sentit à mento barbã omnẽ auulsam, fugit procul ab oculis somnus omnis, &c.* addit quo pacto visioni obtemperarit.[a]

Secunda consideratio est, *quod quãdo in visione vel reuelatione suadentur aliqua pia, bona, rectaque, tum diligenter perpendendum est, num simul aliqua suadeantur, impia, vana & inutilia.* Multarum huiusmodi passim occurrunt exempla: ego contentus sum, eris & tu (pie lector) nonnullorum Sanctorum. Iacobus Vitriacus[b] egregie cõfirmat hoc dictum, cum ita scribit: *Quidam ex amicis eius* (B. Mariæ Oegniacenæ) *præcipuis, à dæmonio meridiano perambulante in tenebris, aliquando tanto periculosius quanto subtilius infestabatur. Callidus enim hostis, transfigurans se in angelum lucis, sub specie pietatis ei familiariter in somnis apparebat, nonnunquam eius quædam vitia reprehendens, ad quædam etiam facienda bona eum fraudulenter adhortans, vt prius tanquam antidoti cuiusdam falsa specie oblata, postea occultius venenum vistillaret, & mellita lingua blanditer exerta, postmodum dentem infigeret, & ad extremum caudam suã quasi cedrum stringeret. cum enim iam illi fides ceu veraci haberetur, tum instar sophistæ & impostoris, veris quibusdam proditor ille falsa permiscebat, bonorum intermixtione falsis quandam umbram insidiose prætexens. Tandem suis machinis eo perduxit fratrem illum, vt res eius pessimum exitũ fuerint habituræ. si non ancillæ Christi, reuelante spiritu sancto, callidi veteratoris fraudes didicisset. Cum autem diceret homini, reuelationes illas non esse à Deo, sed maligni dæmonis illusiones esse, & ille e diuerso, non sancto, sed suo spiritu obiiceret: Cum tot beneficia præstiterit mihi spiritus ille, tot vera & futura prædixerit, nullo pacto mihi vult imponere illa ad solita orationis arma confugiens* (En bonum remedium, bonum scutum.) *pedes Domini rigat lacrymis, cælum precibus instanter pulsat, nec facit finem: donec impius ille impostor, cum multo gemitu & pudore ipsi nocte in cellula sua oranti adstaret: quẽ illa commentitio præditum splendore intuens: Quisnam es tu, inquit, aut qui vocaris? Ille superbo vt erat vultu illam toruis oculis vicissim aspiciens: Ego sum, ait,*

[a] *in vita S. Meinulphi apud Surium 5. Octobr.*

[b] *li. 1. vitæ B. Mariæ Oegniac. cens. c. 9.*

quẽ tu maledicta precib. tuis compulisti venire ad te, quæ meum mihi amicũ per vim auferre conaris. Somnium autem, ego vocor. Multis enim præsertim religiosis, in somnis: instar Luciferi appareo, mihique obediunt illi, & ex meis consolationibus animis efferuntur, dignosque se putant, qui diuinis & angelis fruuntur colloquiis. Amicum illum meũ, quem pro tua voluntate mihi abstuliſti, iam erã à bono proposito retractaturus. Et id sane euentus rei docuit, sed oua aspidum rupta sunt, & maligni illius fraudulenta consilia in lucem prolata.] Quib. verbis, nobis simul & artes dæmonis, & modus, & finis, & remedium, quo in re dubia vtendum, proponuntur. Hoc remedio B. Vincentius Ferreri[c] aliam dæmonis illusionem deprehẽdit, & dispulit c. sic & B. Gurlacus insidias immoderata suadentis ieiunia, intellexit & cauit a. sic specie iuuãdarum animarum Diabolus persuasit S. Elphego, vt ex carcere, se deducentẽ, deducentemq; sequeretur, exemplo B. Petri angelum sequentis suasit & psuasit in angeli specie: sed eductũ confessorem in via deseruit. ille fraudem intellexit, doluit: & martyrio, quod fugerat, se iterum obtulit, ac coronã meruit b. Sic eodem prętextu conatus cuidam Monacho suadere vt cellam desereret, deceptus fuit à B. Arsenio. Quare diligenter notanda, fideliter retinenda est doctrina eiusdem B. Arsenii, qua, velut in speculo, simulachra pugnæ dæmoniacæ, & capita insidiarum præcipua, nobis, apud Metaphrastem, proposuit spectãda. Et quia huius capitis res ista, & in primis vtilis, ideo verbotenus exhibebo: *Hoc quoque vos non lateat, ô fratres, quod noster inimicus Diabolus, multis & varijs vtens machinis nos conatur decipere, & boni prætextu in mala impellere: vt, verbi causa, suggerẽs,* hospitalitatem, & consequenter fratrum, qui accedunt, gratam & benignam exceptionem: efficit, vt simul comedant & compotent: causa autem est, bonũ caritatis. deinde sis paullatim suffurans & attrahens, imprudentes nõ trahit, vt ventri seruiamus & deinde, ad saciatatẽ libidinis, nos polluit & voluptatib. Aliis rursus submittens in animũ eleemosynã & benignitatẽ, et in pauperes beneficentiã, immittit amorem pecuniæ, & in furorem impellit auaritia. Aliis aũt multorum vtilitatem tanquã escã porrigẽs, efficit, vt silentiũ & quietẽ relinquãt. tanquam rem inutilẽ, & vt, cũ multis quidem mundanis habeant consuetudinem, & nonnunquam ẽt cum mulierib. incaute hoc faciant, persuadet: tanquã qui iã eo peruenerint, vt sint impatibiles: et sic miseros reddit libidinosos, & seruientes animi perturbationib. Aliis nullam exhibens molestiam, & vt à nullo capiantur vitio insidiose procurans, extulit in superbiam, & sic nullo negotio præcipitauit. Non nunquam aũt faciens, vt à bellãdo abstineãt, & maxime ij, qui ad susipienda exercitationis certamina se paulo ante exuerãt: decipit efficiens, vt essẽt securi, & de nulla re soliciti. Ex quo factum est, vt cum eos iniecerit in socordiam, & vt labores negligerent effecerit: repente illos inuaderet, tanquã expugnatu faciles & inermes: & sic maxima tempestate eorũ mentem labefactaret, & conturbaret, & sæpe etiam in vitiorum profundum immergeret. Alios rursus, cum, vt sibi siderent, persuasisset, vt qui iã ad maiorem peruenissent mẽsuram: suggessit vt eis crederentur aliorum cogitationes, vitiorumque & bellorum annunciationes, Quibus cum nõdum recte sua vitia abluissent, primum quidem recordationem & informationẽ eorum, quæ audiuerant, immisit, non absq; animi perturbatione. Deinde vero etiam misere impulit ad carnis contaminationẽ c.] His enumeratis, subdit propter tot strategematum multi-

c *Pet. Ranzanus li. 1. vitæ D. Vincent ca. 11.*

a *Sur. in eius vita Aprił. 11.*

b *Osbertus Cantuar. in eius vita*

Sim. Metaphras. in Arsen.

multiplices noxas, nobis multa Nostri Custodia, & Sobrietate, Vigilātia quo que, & ad Bonū Attentione, op⁹ esse. Nōnulla his addi possūt ex Ioā. Horozeo li.1. de vera & falsa ꝓphetia ca.15.

d *li. de probat. spiritu.*

Tertia consideratio est Gersonis *d*, *considerādum an quod reuelatū fuit, id humana intelligētia quis sine relatione potuerit assequi*: tunc n. suspectam esse debere, vt superuacuam & minime necessariam. Quod si fuerit de rebus, quæ & humanam intelligentiā, & dæmonis scientiā excedunt, tunc nō poterit aliunde, quā desursum, missa fuisse reuelatio. Sed an reshuiusmodi sint, difficile est statim iudicare, quia nō pōt nisi successu temporis, quādo euent⁹ ꝓdictionis, declarat veritatē, vel diligenti discussione (quādo occulta cogitatio reuelatur) id deprehendi, sitne diuinę tantū res illa cognitionis, an ét dęmonis aut hominis? Hoc vitio prophetiæ Sauonarolę laborarunt, ipsiusmet confessione.

Quarta consideratio, videndū, an *non tam sit desumpta ex sacris literis* (tunc n. suspecta haberetur) *quā illis cōsentanea omni ex parte, & constās, cōgrua quoq; Sanctor. hominū doctrinæ & exēplis, nihil falsi & erronei admixti habēs, totaq; pertinens ad salutē hominū & Dei gloriam*. Diuinæ namq; reuelationis hęc illustria sunt documēta. Nā iuxta Glos. in Mat. ca.17. suspecta est omnis reuelatio quā non videmus per omnia conuenire cum Lege, prophetis, & Euangelio.

Quinta consideratio est, *vtrum reuelatio aliis reuelationib. andubitatis cōfirmetur*. nam si nec aliæ certæ res dubiæ manent. pōt enim Diabolus, vt semel sic sæpius. vt vni sic plurib. idem reuelare. Certarum reuelationum ex hoc capite multa supsunt in Ecclesiasticis Historicis vestigia. talis illa admirāda B. Hermanni Stenfeldensis, qui & Ioseph vocatus, eo quod B.V. Maria ab angelo paranympho in somnis ei visa desponderi, Virgineæ benignitatis exemplo clarissimo, cuius iucūda descriptio in Beati illi⁹ vita cōtinetur. *e* talis alia Eutychii Patriarchæ, *apud Eustathium in eius vita*. talis alia B. Guilhelmi Roscildensis, *apud Surium April. 6.* talis alia *S. Adalberti* sub mortem ei oblata, & à Leone explicata, *apud eundem*. XXIII. *mensis eiusdem*, tales multæ eius quem paulo ante laudaui B. Meinulphi *f*, tales multæ apud Petrum Venerabilē *in libris Miraculorum* g. Validior censenda cōfirmatio per alios, quam per eumdem, item per incognitos, quam notos, per viros, quā fœminas.

e apud Sur. 8. April. tomo 7.

f apud Sur. 5. Octob.

g lib. 1. ca. 23. & 27.

Sexta consideratio, *si pugnantes sint diuersæ de eadem re reuelationes, vt plurimum ambæ suspectæ sunt habendæ: interdū tamen sic veras conatur diabolus contrarias oblatis infirmare*: ideo non statim reiiciendæ omnes, sed illis, re mature deliberata, credendum, non quæ priores sunt, (fieri enim solet, vt cum dæmō conatus fuerit illudere per falsā, Deus alia vera immissa nebulam illā, lucis superuētu, disiiciat) sed quas plures ac probatiores sanctitate, prudētia & sacra doctrina cōfirmant, & quarū auctorib. minus causæ fuit talia contingendi v. g. in reuelationib. de Immaculata cōceptione Dei paræ Virg. Mariæ, quādo paria sunt reliqua mōmēta circūstantiarum, plus tribuēdū reuelationib. habitis (si quę sunt) ante controuersiā eadē de re natā, & post natā controuersiā, iis quas habuerūt, qui nec instituti; cuius D. Thom. nec alteri⁹ cui⁹ Doctor subtilis, fuere: hi n. ab affectu liberiores & hac sane ex parte reuelatio D. Brigittæ ꝓponderat alteri, q̄ tribuitur D. Catarinæ Senensi.

SECTIO VI.

De indiciis petitis à reuelationum circumstantiis.

DVo præcedentia indicia quasi mixta sunt, partim ex ipsa reuelatione, partim extrinsecº petita: sequitur nunc, vt quæ in circumstãtiis obseruatu necessaria indagemus.

1. occurrit, *illud à fine petitum*, quid mouerit hominem vt hanc reuelationem aliis indicaret, propalaretq; : Nã curiositas, leuitas, vanitas, cupiditas, uaritia, ambitio, vtilitas, ppria, an aliorũ; si propria, an spiritualis, aut carnalis, si aliorum, paucorum ne, multorum, an omnium: Et in hac ipsa causæ inuestigatione perpẽdendus finis, nõ tantũ proximus & apertus, sed occultus etiam & remotus. *Potest enim* (Gerson ait) *finis proximus apparere bonus, & salubris, & deuotus ad ædificationẽ aliorũ, ut tandẽ prolabatur in multiplex scandalum, dum non respondebunt vltima primis, vel alias falsum fictumq; deprehendetur in personis fauis, reputatis, magnæ sanctitatis, vt docuit ætas nostra in deceptionib. Doctorum Ioannis de Varenis, Ioann. Huss. & similium.*] Ideo Elias, quantum poterat, conabatur, amans humilitatem, à se amoliri Elisæũ, ne videret eum rapi igneo curru in cœlum. [4. *Reg.* 2.] Prudẽter Arseniº sibi factas reuelationes nunquam, nisi aliorum posceret vtilitas, narrabat, & tum narrabat quasi alteri accidissent, vt Simeõ Metaphrast. obseruauit *a*: B. quoque Hildegardis vix superiorũ iussu induci potuit, nec inducta fuit, donec Eugen. 3. Pontif. eam ad reuelationes suas scribendum animauit *b*. Idẽ fuit sensus B. Libuinæ, cui cum Christus Dominus vigilanti apparens: quinque vulnerum suorum signa luculẽter impressa reliquisset, & cerneret virgo tã hiantia vulnera homines latere non posse, timeretq; cõcursum & applausum hominum, sic Deum deprecata scribitur, *Maneat obsecro Domine hoc dignationis sacramẽtum inter me & te: sufficit n. gratia tua.*] Noli dubitare gratam sponsæ humilitatem & custodiam fuisse. magno enim miraculo confestim cute vulnera obtecta fuere, dolore tamẽ, & liuore perpetuo permanente *c*. Eadem virgo alio tempore merito quendam solitũ reuelationes suas narrare, & (quod facile accidit) narrationis calore quædã de suo adiicere, idcirco pœnis purgatorii addictum vidit *d*.

Secundo, *discutiendæ cogitationes, quæ reuelationem subsecutæ vel præcesserunt*, nã ex præcedentiũ imaginatione posset nasci phantastica illusio. Ad malis cogitationib. fluctuantem animum spiritus S. nõ accedit, nec vera reuelatio: nec tamẽ semper bonam & piam cogitationẽ vera reuelatio & diuina sub sequitur: in ipso namq; orationis feruore, plerisq; Diabolus conatus irrepere. Ad veram reuelationem semper sequuntur bona desideria, & effectus boni: ad illusoriam, aliquando per accidens, & ad tempus boni, qui tamẽ à diabolo in maius malũ dirigũtur. Notatum illud prius fuit ab Hucbaldo, qcũ recensuisset visiones S. Aldegũdis, addit: *In cunctis huiusmodi reuelationib. virgo prudẽs magis magisq; se humiliabat regno Dei propior siebat, sponso cœlesti seruẽtius inhærebat* e.] Hic profecto genuinº est effectus verarum reuelationũ: qui huic contrarii sunt, aperte docent illusoriam fuisse, quæ præcesserat.

Tertio notatum à quibusdam, *vtilissimum* quoque esse, ne decipiamus, *ipsi visioni seu reuelationi signum crucis opponere, seque cruce communire*. Confirmat

a *in eius vit.*

b *Theodori. Abbatis. 1. vitæ Hildegard. c. 4*

c *Ioã. Brug mannus, in vita S. Lidwinæ, p. 1 c. 8.*

d *idẽ Brugmann. p. 3. cap. 2.*

e *Hucbald in vita S. Aldegund. cap.*

firmat hanc doctrinam, efficacem sane & piam Senatus Brauonius. narrat enim S. Osualdum Episcopum cum dæmonis irrisis & difflatis terriculamentis omnibus, veterator ei in forma speciosa Angeli se ostentasset, *crucis signo* se muniuisse; eo quod sciret Angelum lucis id non moleste ferre, angelum vero tenebrarum illo in fugam compulsum iri. *Quod & factum est, Nam (verba sunt Brauon. S.) simul atq; signum illud malignus tentator vidit, instar fumi ab oculis eius euanuit. f)*

Quarto videndum *quomodo se Spiritus ipse ingesserit. Nam proficientibus* (vt admonet P. noster Ignatius g) *Spiritus malus se dure, implacide & violenter, quasi cum strepitu quodam, vt imber in saxa decidens, infundit: bonus vero ijsdem leniter, placide & suauiter, sicut aqua irrorat spōgiam. Illis vero qui in deterius proficiunt, experientia docet, contra euenire.*

Quinto *aduertendū an quæ initio mētē lætitia demulserat, ea sit postea in horrorē & mœrorē versa: itē nū qui cœpit à principio, sensim horror amotus non fuerit, sed constans permanserit.* duæ enim sunt hæ reuelationum falsarum notæ. *Sin autem initio quidem humo perturbetur, & horroris aliquid persentiscat, sed postmodū, hac molestia & anxietate animi detersa, dulcedine quadam interna perfundatur signum esse diuinæ consolationis*, vt nos B. Antonius docuit & notant in 1. c. Luc. Theophil. ict. & Beda & Hieron. in c. 28. Matth. Cui rei naturalis esse causa videtur, antipathia quæ est homini cū dæmone homicida, & sympathia quę homini cum angelis intercedit h. Ad illam antipathiā retulerim libens vulgarem quandam opinionem, quæ vigebat temporib. B. Petri Cluniacens. i à qua ipsemet non erat alienus, nempe eos quib. mortui apparuissent, non

A diu superuenire. fortassis orta opinio inde, ꝙ nonnullis dæmones in mortuorum specie cum apparuissent, illi, ex horrore, & vitæ mortisque antipathia, morbo contracto, mox decesserant. cæterū documentū illud D. Antonij, est accipiendū, de vera interna dulcedine, quæ famē ac desideriū virtutum adfert, & adauget, præcipue caritatis & humilitatis, q̄ limitationē

B merito B. Catharina Senensis adiecit.

Quod confirmat attestatio B. Angeli Fulginatis, sibi ex visione in animo mansisse vehemētius desiderium, cruciatus oēs & iniurias pro Deo sustinēdi. Obijciat quis fortasse Dæmonem, quem initio attulerit horrorem præsentia sua (vt solet, qñ apparet nubes tangēs vertice, aut alia simili specie terrifica) eum mox cum lætitia &

C suauitate sensus. verborumq; blanditijs commutare. *Resp.* nos agere de apparitione, quę non ratione formę, sub qua comparet, sed ratione duntaxat præsentiæ apparentis, hos affectus horroris, & anxietatis adfert. Nam qñ ratione formæ terrificæ, opus non est alio ferme indicio, si sit n. monstrifica forma, certum est dæmoniacam esse: si sit humana, tunc aliæ circum-

D stantiæ considerandę, de quibus *lib. 2. quæst. 26. sect. 3.* non indiligenter egi. Huc si lubet, licet recurras.

Sexto considerandum, *num reuelationes veris miraculis astruantur*, tunc n. nihil dubij manet. quin à Deo fuerint: vt illa Nobili matronæ facta, cui reuelatum, S. VVinvvalocū ei, quam amiserat, oculorum claritatem, red-

E diturum. Mox n. vt Sanctum adijt, visum amissum recuperauit k. Mira vero & prodigia, nō satis idoneè reuelationem confirmāt, quia potest ea dæmon efficere. Etsi tamen miracula de-

S

f Senatus Brauon. in vita S. Osualdi Vvilgorniens. c. 2.

g in lib. exercit. de dignos. spir.

h Guilhel Parisiens. 2 Par principal. de vniuerso p. 2 cap. 152

i lib. 1. de mirac. c. 11

k Sur. in vita S. VVivvaloci. 5. Mart.

fuerint, non tñ ex hoc solo capite censenda reuelatio falsa fuisse. B. Præcursor Christi ꝓpheta fuit, & plus q̃ propheta, miraculum tamen nullũ fecit.

Septima regula est, *ꝙ si, cum reuelatio fuerit absolute aliquid, & non sub conditione, prædicens* (prophetiam vocant absolutam & independentem) *& postea contrarium euenit*, vel *non euenit, quicquid prænunciatum fuit, falsa reuelatio, & non de cœlis est.* Probatio (*inquit Gerson*) spiritum respicit, nedum personã quæ visiones patitur, sed visionum qualitates, si veræ sint, per omnia, ẽt vsq; ad minimam propositionem. quoniam spiritu veritatis falsitas non est: in spiritu autẽ mendacij mille quinq; sunt viæ apertæ, vt in vnica latenti falsitate decipiat. Ideo Christus dæmoniacos & Paulus Pythonissam ꝓhibuerunt à testimonio veritatis, q̃ profitebãtur.] confirmat hanc doctrinam D. Chrys. *hom. 19. in Matth.* Ex hoc indicio probantur veræ fuisse reuelationes Catharinæ Raconisiæ. quas recensẽt Ioan. Francis. Picus *a* & Margaritæ Rauennatis apud Hieron. Rubeum *b*, & B. Aloysij Bertrandi de Societate nostra. & P. Francisco Borgia, vt ex illius vita retulit Thom. Bosius *c* hinc etiam probantur diuinæ fuisse reuelationes Ioannæ illius, virginis Lotharingicæ, quæ dicta Gallis *La pucelle Ienne*, quæ Carolum VII. Francorum Regem in regnum, vnde Anglorum fuerat armis deiectus, restituit, circiter annum 1428. q̃ pari inuidia, crudelitate, calumnia, & iniustitia, sæpe ab illa victi profligatiq; Angeli, cum in pugna viuam cœpissent, flammis feralib. quasi maleficam, combusserũt: sed postmodum an. 1456. Calixtus Rom. Pontif. eius nominis tertius causæ cognitionem Archiepiscopo Rhemensi Ioanni, Guilhelmo Parisiensi delegauit: hi vero innumeris testibus omni exceptione maiorib. de innocẽtia, modestia, castitate, & religione Ioannæ auditis, eius innocentiam, & sententiæ illius iniustitiam, declararunt: iudicij acta Parisijs asseruari, ea in vrbe natus Papyrius Masson. testatur, idque apud Victorinos canonicos Regulares iuxta Belleforestum *in vita Caroli VII. fol. 345.* fauent eiusdẽ innocentiæ nõ Francici modo scriptores (quos vt suspectos Britãni reijciũt (sed & alienigenæ Itali, Græcique *d*: sed & Belga Meierus *e*, parũ alias in Francos benignus, & Hispanus Mariana *de reb. Hispan. lib. vicesimo extremo.* Philip. Bergomensis ait, tum duos adhuc ex iniquis Ioannę iudicib. fuisse superstites, citatos, & legitime cõuictos, damnatosq; & cõbustos: duorum vero aliorũ iudicum mortuorũ ossa, effossa, & similiter concremata fuisse: & iussum Rothomagi, vbi virgo fuerat cõbusta, tẽplum cõstrui, & ex reliqs prædictorũ bonis, quæ cõfiscata per sententã fuerant, ibidẽ ad Dei honorẽ, & defunctę ꝓpitiationem, sacrificiũ quotidianũ institui. sic honor immeritæ detract⁹, tandẽ vix vicesimo post mortẽ anno, iudicio Pontificio, restitutus. Prudenter itaq; Polidorus Virgili⁹, licet Anglorum Stipendiarius, *li. 22. hist. Anglor.* nõ ausus fuit Ioann. damnare, sed rem ita reliqt ambiguã, vt innocentiæ potius suffragetur. Qui acta iudiciaria volet percurrere, legat Belleforest. *à fol. 387.* vbi sententia iudicũ delegatorum refert *fol. 393.* Hoc lapide veritatis Lydio deprehẽsæ leues & nũctæ reuelationes olim quidẽ Montanistarum *f*, & recentiori memoria Ioann. Sagi Bethyci, & Fr. Ioan. de Rupescissa *g*, & nostro tempore Monialis Lusitanæ,

quæ

a *in eius vita.*
b *Hist. Rauennatis anno 1510.*
c *lib. 6. de Notis Eccles. c. 2.*

d citat Th. Bosium *lib. de Nou. Eccl. c. vl. cui adde. Philipp. Bergomat. de claar. mulier. c. 17. & lib. 16. Annal Flandr.*

f Epiphan. *haeres. 48. & Euseb. l. 5. c. 16.*
g *Martin. l. 19. c. 3. Pet. Leyol. l. 2. spect.*

quæ forte adhuc in viuis, & Franciſci de cruce in Peruuia *h*. Ideo, mea quidē ſententia, incaſſum, quidā conati fuere reuelationes Hieron. Sauonarolæ Ferrarienſis tueri, Apoſtolico iudicio damnatas. Quam ille multa de Eccleſiæ reformatione, de Turcarū & Maurorum cōuerſione, de Florentinorū, fœlicitate, quæ mox adimplenda, & aſtantium multi erāt vſuri antequam morereturt, prædixit? addens (*in reuelationū compendio*) illas abſolutas & immutabiles ꝓphetias eſſe? attamē nihil horum fere adhuc contigit, pleraq; omnia intra certū ferme annos contraria cōtigerūt. Quare ex partiū ſtudio, & Alexand. VI. arq; Mediceorum odio factum, vt nō conſideranter Hiſtorici nōnulli defenſionē Sauenarolæ ſuſceperint, vel damnationis iuſtitiam in dubium vocarint. *i* Profecto ſicut euentus eius ꝓphetias coarguit, ſic cōtumacia in ſui ordinis p̄fectum, & cōremptus Pontificiæ (quæ, vel palam iuſta nihilominus metuenda eſt) excommunicationis, & aliē ſimiles actiones, illuſionis diabolicæ, &, quæ ſubſequi ſolet arrogantiā, obſtinationis, grata & vrgētia ſunt argumenta. Legite Raphael. Volateranum quem vera ſcripſiſſe patet ex illis ipſis quæ Fran. Guicciard. *l.* quamuis in Sauonarolæ defenſionem ꝓpendens, memorię mandauit. Nonne magis pie & cordate faciunt, *m* qui pro ſedis Apoſtolicæ indicio q̄ pro priuati hominis exiſtimatione, induūt arma litteraria, calamiſq; decertāt: Neq; id magis clariſſimi ordinis, qui vt aſtrū in hoc militantis Eccleſiæ cœlo lucet, ſplendori obfuerit, q̄ Angelorum choris Luciferi factio, vel Apoſtolico cætui Iudas impius. Et ne hęretici ſe immunes harum iactēt illuſionum: qd queſo aliud

h Ioſephus à Conſta. *l.* 2. de temp nouiſſ.

i Sabellicus Enne ad 10. li. 9. Arnl. Ferron l. 2. rerum Francicar. & alii.

l l. 5. Geograp. ſub fin. *m* lib. 3. rerum Italicarum. Pet. Ribadeneyra lib. 2. de tribulat. cap. 20.

A eſt liber ille manuſcriptus Iacobi Brocardi Caluiniſtæ *reuelationū ad Elizabetham Angliæ Reginā & præfatio in Geneſim*, aliaq; nonnulla eiuſdē opuſcula, niſi farrago quædā dæmonicarum reuelationū, quarum p̄cipuam de an. 1580. iam tempº mēdacij cōuicit? Cōtra prudenter ex ſubſecuta euentº veritate Nicolaus Sanderus Sanctę Virginis Cantianæ Elizabethæ Bartonæ,
B vaticinia à Deo fuiſſe cōprobauit, *li.* 1. *de ſchiſmate Anglicano*: ſane vitæ ſanctitas, Martyrij laurea, & clariſſimorum Synmatyrum Roffenſis & Mori conteſtatio, locū dubitationi relinquunt nullum. Quā diſſimilis in eadē inſula nata Elizabetha alia, de cuius fraudulenta ꝓphetia ſic Sanderus ſcribit, *Hæretici, inquietū & turbulentū genus hominum, ad commouendum Londinenſem populū ſeditioni tum & hæreſi valde deditū,*
C *inauditum adinuenerūt ſtratagema. Induxerunt quippe quamdā puellam octodecim annos natam, hæreſi ſimul & pretio corruptam, in eam improbā ſimulationem, vt ſe permitteret in abdito inter duos muros cuiuſdam domus angulo ad tempus concludi, & per fiſtulam ad id aptam eas voces edere, quas iſtius ſtropæ artifices ſibi ſuggererent. Nomen puellæ Elizabetha Crofta erat, doli*
D *author Dracus quidā. Ita ergo illa inſtructa & in loco ad fraudem accōmodato collocata, mirabiles emittit continuo ex antro ſuo voces, eaſque tam ſonoras, vt per omnes vicinias audiretur. Accurrunt vndique ciues, quid ſit inquirunt. mirantur, voces non mortalis hominis, ſed angeli eſſe clamabāt. vbi ac Reipubl. iſte Spiritus comminatur miſeriem, ærumnas, mala omnia, ſi nuptias*
E *cum Hiſpano aut communionem cum Papa Romano admittant. Multa item contra ſanctum ſacrificium, & reliquam fidem Catholicam, quaſi oracula fudebat: erant ex conſpiratoribus, qui data opera ſe turbis*

adſtantibus

ad instantibus semper ingesserant, qui huius Spiritus propheticas & obscuriores sententias, ad religionis euersionem & seditionem mouendam interpretabantur. Magistratus autem ad multitudinem compescendam, & quid rei sit lustrandum accedit, fraus difficillime apparuit: sed tandem, inito consilio de diffodiendo muro & vicinis & parietibus vnde voces reddi conijciebant, misera puella prodijt, ac exanimata quorum suasu & consilio hoc fecerit, confessa est statim, se à quibusdam seditiosis sectarijs, & ab eo imprimis, quē nominauimus Draco, ad istam nequitiam inductam fuisse.] *Hæc ille lib.2.* Quid autem necesse Munzeri, Lutheri & similium pseudoprophetias memorare? de hoc septimo indicio discenendi lege Ioan. Horozeū d.l.c.16.

Denique *à modo etiam reuelationis iudicium formandum*, quando aliquid in eo malum moraliter reperitur, vt puta turpe, scandalosum &c. Sed qñ nihil prędictorum, nec mali modi adest, res omnino periculi plena remanet, quantumuis multa veræ fidei ac virtutibus solidis consentanea adsint. Nam nec verarum reuelationum vnus esse modus vel certus consueuit, nec vnus alio certior aut consuetior. Scribit enim B. Angela de Fulgino, *has spirituales illustrationes & eleuationes aliter solitas ipsi accidere vna vice, & aliter alia: ita quod semper ibi nouitas contingit, & hoc est totum inenarrabile. Reuelationes enim & visiones sunt alterius modi vna vice, & alterius alia.*] Sic illa ca.56. in fine. Sane toto opere diuersos, quos experta, modos describit præsertim duos insignes, quibus se Christus Dominus præsertim eius animæ solitus exhibere. inuenies eos cap.xxvii. Claudatur hæc de reuelationib. disquisitio canone Concil. Lateranens. sub Leone.10. sess.11. cuius hæc sunt verba.

CAPVT II.

De diuinatione.

SIcut species præcedens vera, sic ista falsa, ideo illam Cōiectationi præposui, quæ quasi mixta.

QVÆSTIO I.

Quid sit diuinatio?

ESse aliquam constat, vel Cicer. teste, cui⁹ de ea duo libri supersunt. *videtur nihil aliud esse, quam significatio occultorum ex pactis conuentis cum dæmone.*] *Significatio*, inquam, quia non perficitur sola mentis intellectione siue cognitione, sed signis quoque & verbis exterioribus vtitur, qua in re differt à sententia, per vanam obseruantiam acquisita. Est autem tam præteritorum & præsentium, quam futurorum, dummodo illa sint occulta, hoc est procul remota ab humana cognitione *a*. Ideo malui dicere, *occultorum*, quam *futurorum*, Nam prophetia & diuinatio in materia conueniunt. Quæ de pacto cum dæmone adduntur, illa separant diuinationem, à prophetia, & à naturali coniectatione. hæc enim nascitur, ex disciplina & obseruatione humana: illa vero desuper à Deo infunditur. Cumq; quanta est diuinatio, dependeat ab ope dæmonis, qui *æmulatur diuinitatem furando diuinationem*, vnde & dicta diuinatio quasi diuinitatis imitatio: sequitur diuinationem non posse progredi vlterius, quā dæmonis cognitio pertingit, sequitur etiā, nec arte nec natura diuinationem perfici. Vtūtur ad eam magi diuersis instrumētis. Qui pactū expressum habent cum dæmone, quia norunt gratius illi nihil accidere hominum idololatrico cultu, ideo plerumque

a vide quid hoc sit supra c.1.q.1.

rumque sacrificium interponunt, ara statuta precibus nuncupatis, accenso thure, vestibus vere, quales sunt nostrorum Sacerdotum *b*. Neq; tamen hoc semper faciunt, sed omittunt aliquando, vel quia temporis angustia non patitur, vel quia hoc non exigit forma diuinationis qua vtuntur. sunt enim plures & diuersæ, vt post docebo. Quia tacitum pactum habent, ijs varijs vtuntur obseruationibus, pro natura sceleris: non quidem sacrificantes, sed tamen quæ faciunt & dicunt, referentes, gnari, vel ignari, in honorem dæmonis.

b fusè Grill. q. 5. n. 1.

QVÆSTIO II.

Quæ occulta possit dæmon reuelare.

A

QVædam, *non omnia, possunt*, quia non omnia norũt: quæ communis est Orthodoxum sententia, post Tertullian. & Origenem, nempe D. Augustini, Eusebij, Anselmi, Rabani, Damasceni, D. Tho. *c*. Adscribam solius verba Marci Historici, qui postquam narrauit mendaces responsiones idoli Veneris, subdit ista, *Tales enim sunt dæmones, vt qui decipiant, & nihil veri dicant. Neq; enim possunt aliquid certo præscire: sed ex verisimilibus præsefferunt se præscire apud eos qui eis seruiunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt à veritate? Quod si in aliquibus contingit eos diuinare, hoc fit ex eo, ꝙ euenit: quo modo etiam accidit in hominibus, vt sæpe quædam prædicant futura, de re quæ euentura d.*] Quæ valde obscure dicta, sic intelligenda, vt verasint: male dæmones mentiri, sed posse, si velint, verum aliquando dicere, atque adeo dicere solere, vt tamen hac ipsa veritate decipiant. Nonnulla quoq;, quę creatam scientiam non superant, scientifice posse prædicere, iuxta illa, quę mox dicenda.

c Tertullian. Apolog cap. 21. Origen. Peri. arch. l. 4. Euseb. l. 5. de præparat. c. 10 August. li. de diuinadam & 2. Retract. c. 30. Dama. lib. 2. de fide c. 4. Anselm. de casu Diaboli c. 21. Raban. in c. sciendum 26. q. 4. q. D. Th. in trac. qq. 16. q. de dæmon. & p. 1. q. 56. d Marcus in vita S. Porphyrionis. Gaza Episc.

Primo nequit *dæmon certo prædicere, ea quæ sunt omnino libere futura e*: vt sunt, primo quæ dependent absolute à voluntate Dei, cuiusmodi sunt supernaturalia mysteria, nec nõ gubernationes & mutationes regnorum ac rerumpub. quia corda Principum sunt in manu Dei, qui solus illa commutat vt lubet. 2. ea quæ dependent ex arbitrij humani libertate, vt quid cras sim facturus vel cogitaturus. 3. quæ sunt omnino & proprie futura contingentia, quamdiu illa non habent causam certam & determinatam.

e Tertull. & Origen. supra Augu. lib. 2. de Gen. ad lit. cap 17 & Anſ supra f Euseb d. c 10. Aug de diuir at dæm cap. 5. & 6. Damascen. l. 2. ae fid. cap. 4.

Secundo, *ex istis quæ certo non nouit, potest dæmon multa probabiliter tantum & coniecturam faciens prædicere f*. Summam n. diuturna obseruatione sibi experientiam comparauit, & pollet angelico ingenij acumine, & optime nouit. rerũ naturaliũ facultates, & ad quid valeant, hominum voluntatem, mediãte appetitu sensitiuo, inclinare, nouit omnium hominum tẽperamẽta, affectusq;, nouit quid ex his & illis sequi soleat. Vnde cõtingit, vt sæpe ad amussim prædicat, quid qñ homines sint facturi, vel etiam ꝙ Deus hũc vel illum populum sit puniturus, ꝙ talis exercitus gladio, fame, pestilitate affligetur, ꝙ talis à tali sit occidendus, ꝙ Princeps de solio exturbãdus. nam & hoc ex diligentia & fide coniuratorum, socordia & incuria cauendi, vel pellẽdi, potest colligere. Sic apud Nicetam, fanaticus ille Basilacius Isacio excæcationem, & de solio deiectionem, quæ mox consecuta, prædixit g. Degebat iste vates prope Rhadestum: habebatur à vulgo propheta. *Cæterum* (ait Nicetas) *nihil veri aut perspicui de rebus futuris loquebatur, sed verba*

g Nicetas Chonia. lib. 3.

cõfusa, inter se dissidẽtia & perplexa fundebat: & quamuis sæpe ridicula quadam admisceret, tamen turbam pastorum, agricolarum & remigum attrahebat. Nam mulierum ad se venientiũ mammis contractis, & talis exploratis, obscura ꝓmebat oracula, & suas diuinationes discursationibus & insanis gestibus peragebat. Astabãt ei quoq; gnatæ aniculæ vecordes & insanæ, quæ consultoribus explicabant, q̃d illi Basilacij gestus rerum futurarum designarent, & taciturnitatem, vt sapientẽ orationẽ, interpretabantur. Is igitur homo, vt dixi, vates vulgo habebatur, & futura prædicere putabatur, à mulierculis præsertim, quibus turpes quæstiones, & deformes vestiũ implexiones, pro ludo & ioco, cordi erant. Cordatis vero hominibus, ineptus histrio, & vetus silicernium videbatur. Erant etiam, qui eum Pythonico Spiritu esse præditum haud obscure iudicarẽt: quorũ ego iudicijs maxime assentior] rectissime nam & obscœna illa disquisitio, & discursationes, verbaque perplexa cuncta Satanicum fanaticum fuisse conuincunt. Vt & ea quæ sequuntur: *Imperatorem n. ad se venientem, neq; vt tanta potentia præditum excipit: neq; salutationi eius, quæ erat,* Salue pater Basilaci: *respondit, neque tacito nutu capitis gratias egit, sed huc atq; illuc, instar puelli equini, aut hominis furiosi salitans, accedentib. maledixit, nec ipsi q̃dem Imperatori parcens, vix tandem inquietis illis agitationib. omissis, scipione, quem manibus gestabat, imaginis Imperatoris, quæ in eius oratoriæ cellæ pariet, depicta erat orat oculis erasis etiam pileũ de capite illius auferre studebat. Quæ cum fecisset, Imperator eo, vt deliro, despecto, discessit.*) vaticinium mox euentus cõprobauit, quem poterat quiuis sagaci prudentia præuidere, cum & Alexius diligentissime in fratris perniciem tenderet, & Isaacius, inopportuna securitate, omnes

A delatores arceret, atque repelleret, adeo vt velle perire videretur.

Tertio *potest diabolus certo prædicere, quæcunque dependent à causis necessarijs, quæ quidem ab alijs naturalibus causis nequeunt impediri,* vt sunt motus cœlorum, eclypses, cõiunctiones astrorum & eiusmodi: *quæ vero non necessario, sed vt plurimum duntaxat eueniunt, eo quod*

B *possint ab alijs causis naturalibus impediri,* vt imbres, pluuias, nimbos, tempestatesque sonantes, & alia de hoc genere *illa per coniecturas cognoscit & probabiliter præcidit tantum. Certo quoq; potest prædicere ea quæ nouit se permittente Deo facturum.* Sicut v.g. si Deo permittente ipse pestilitatis alicuius auctor & illator fuit, vi mali cessatura certo

C die, nouit pestem cessaturam idque certius adhuc, si ex pacto, ad certi signi alicubi recõditi vel condicti sublationem morbꝰ desinet: poterit certo finẽ mali prædicere. Sic puto Turca ille: Famagustanus, qui congregata in foro concione populi, prædixit se intra horæ spacium moriturum & confestim se mortuo luem desituram:

D ꝙ & factum huic dæmon id manifestarat, *refert historiam Villa montius lib. 2. peregrin. c. 7.* Item *quæ intellexit per reuelationẽ: siue illa contineatur in sacris litteris, siue aliter dæmoni fuerint à Deo manifestata.* Hoc pacto tam multa olim maligni spiritus prædixerunt de fidei arcanis, de Christi ortu & miraculis, de idololatriæ euersione & similib. vt

E cum Hermetẽ ijdem Spiritus docuerunt Ægyptiorum superstitionem abolendam, *a* cum Appollo se cedere Hebræo puero pronunciauit, & alia quæ accurate congesta à Steucho Eugubino *b*. Hæc quo ad futura.

Quarto, *nihil dubitandum præterita dæmonem omnia memoriæ tenere, quæ vel*

a Aug. li. 8 de ciuit. Dei ca. 23.
b lib. 3. de perenni philo. a c. 14.

aliena

aliena relatione accepit, vel ipso corã gesta fuere: tũc n. actus cognitionis cognoscentis rem vt præsenté, sui speciem in mente dæmonis impressam reliquit.

Quinto. *de præsentibus res obscura non est, nam quæcunque actu exteriore prodita sunt*, vt secreta furta, res perditæ, thesauri olim defossi, metalla subterranea, quæ hominum cognitionem fugiunt, *dæmonib. nota sunt*, de solis cogitationib. in animo manentib. controuertitur, an eas dæmõ cognoscat? Experientia sæpe probauit illum nõ esse mendacem indicem, sed per energumenos veris infamiæ iaculis configere. Scio quid Scot. Durand. Ockam censuerint: sed placet cõmunior sententia Alberti Magni Alexan. de Hales. D. Tho. D. Bonau. Richardi, & Ariminens. *virtute sua naturali, nullas eum affectiones liberas, vel cogitationes spontaneas hominis, sine alicuius manifestatione, posse cognoscere*. quia hoc Deo ꝓprium c. Quo argumento sancti Patres Ambros. & alij *d* probant Christi & Spiritus sancti diuinitatem, excogitationũ secretarum cognitione. Sed & Gentiles hoc fassi, cogitationes hasce, soli diuinæ naturæ perspectas, cæteros latere *e*. *Verũ si cogitationes vultus vel mẽbri alicuius motu, aut mutatione, vel alio extrinseco signo prodantur: peritius & solertius, quã exercitatissimi medici, ex huiusmodi dæmones indicijs internas animi affectiones deprehendunt*, vt docent Aug. & Cassian. *f*. *Potest ẽt* veterator *adeo vehementer phantasmatibus immissis hominem turbare, vt vix ad aliud aduertere, vel aliud queat tũ cogitare, quam ꝙ ab eo suggestum fuit: ita fit vt videatur diuinare quæ homo cogitat*. hoc accidit in Albigeriana visione, de qua ex Aug. Cardanus *g* ita Scot. Parmensis an. 1579. Traiecti ad mosam hanc cogitationum scientiam aucupabatur. dicebat enim, cogitata quod voles, & cogitationem diuinabo, sc. dæmon importunissimã statim de re aliqua Mago nota immitebat cogitationem. & an. 1600. idem factitabat Græculus ille apud Brabãtos impostor: & hac fraude cluebat Apollonius Tyanæus apud Philistratum lib. 1.

Notandæ sexto circa hæ fraudes aliquæ Diaboli. Nã cum est ignarus rei futuræ, tum, si coram prudentioribus & doctorib. agat, exili sono, ambigue, vel perplexe & obscure adeo respondet, vt vix intelligatur. exẽpla vetera suppeditant varij *h*, recentius vnum Grillandus *i*, idemq; fieri ab eo solere testatus Psellus *l. de Nat. dæm.* Si res ipsi sit cum ignaris & simplicib. fucum nõ facile deprehẽsuris, audacter, & palã mentitur *k*. Causa tã ambigue respondendi est, vt quomodocunq; res accidat vel laudem cõsequatur, si pro cõsultoris voto, sin contra, queat prætexere ignorantiam atq; stuporem interrogantis, qui mentem responsi nõ intellexeris. Ecce Cræso respondet.

Perdet Cræsus. Halyn transgressus, maxima regna.

Si vicisset Cyrum hoc volebã dixisset: te copias oẽs hostiles depopulaturum. Vincitur Cræsus, hoc ait volebam, te amissurum regna amplissima. cor mentem meam nõ assecutus? Simile respõsum tulit Ferrantis Flãdriæ Comitis mater, cũ pro diademate carcerẽ filius sibi infœlici prælio despõdit. *lege Gaguinum lib. 7. Histor. Franc. & Bernard. Girard. lib. 10. Annal.* Solent interdum etiã diuina oracula ambigua esse, sed nõ in contrarias partes, vt dæmonum. v. g. illud redditum Henr. I. Imper. Ratisponæ, quando dormienti S. VVolphgan. apparuit, & dixit ad

c 3. Reg. 8. v. 29. Act. 1. v. 24.
d D. Amb. in Luc. ca 5. D. Hier. in Mat. c 9 D. Chrys. hom. 30. in Matth. B. Cyrill. l. 2. in Ioan. D. Aug. lib. de scientia dæmon. Anasta. q 27 ad Antioc. Didymus de Spiritu sancto.
e Xenoph. l. 4. de dict. & fac. Socra. Apolloh. Tyran. in Orat. ad Domit. Iulianus.
C Aposta apud Ammianum l. 25. Pacuuius apud Gell. li. 14. f D. Augus. d. c 5. Cassiã. collat. 7. cap. 16. Gerson to. 2. de examin. doctrinar. lis. c. in fine.
g lib. 8. de varietate rer.
h Cicero de diuina. Euseb li. 6. præpar. c 10. Socrat. l 4. Histo. Eccles. c 15 q. 6. n. 7.
k Euseb. l. 4. de præpar. c. 1 & lib. 5. ca. 6.

spice diligenter characteres in muro qui est apud tumulum meum exaratos. vidit ille, nec aliud legit q̃ post sex dubium nõ quid aliud q̃ *sex*; Sed quid illo, *sex* significaretur; an moriturus post sex dies, mẽses, annos. itaq; quod certum & tutum amplexus, quasi post sex dies moriturus, eleemosynis vacare, ijs elapsis, idẽ facere per semestre: ne fortẽ menses indicati. deniq; putãt sexennium prędij: toto illo se ad mortem parauit: quo elapso, fit Imperator. hoc ergo prædictum & non mortem intellexit. Quam vtilis fuit equiuocatio ista? (rem narrat Auctor vitæ S. VVolphigangi apud Sur. 31. Octobr. to. 5.) huc discrimen: dialogi oracula contrarios sensus patiuntur, & noxia sunt ambiguitatis; Dei diuersos, sed adferũt vtilitatẽ animæ, hoc est verũ.

Septimo, sciendum, *dæmones quæ pollent celeritate, quæ in remotis longo itinerum interuallo regionibus geruntur, ea tam celeriter denunciare posse, vt diu ante prædicta ab ignaris putentur.* Sic Apollonius, cum Ephesi esset, exclamauit, vt præsens spectaculo, Romæ interfici Domitianum *a*. aliud exemplum de quodam iuuene refert Gellius *b*. aliud de Chariberto Aimoinus *c*. aliud sui tẽporis Grillandus *d*, pura æui huius Nicol. Remigius *e*.

De his qui volet plura legat Grilland. *q. 6. a. n. 3.* Michael Medinam, *lib. 2. de recta in Deum fide c. 1.* Binsfeldium, *in rub. C. de malef. & mathemat. Notab. 10.* Horozeum cap. 14. lib. 1. de vera & falsa prophetia.

a *Philost. in vita Apollon.*
b *lib. 15. Noct. Attic. nu. 18.*
c *lib 3. Annal. cap. 22*
d *q. 6 n. 8.*
e *lib. 3. daemonolatr. cap. 10.*

QVÆSTIO III.

Quomodo dignoscatur diuinatio à prophetia & coniectatione?

QVando pactum adest expressum, nihil res debet difficultatis: in pacto tacito difficilius iudicium. Tria tñ poterunt obseruari; nempe *proportio rei*, cognoscẽdæ & causæ per quam cognitio quæritur; *natura quoq;* qua prædita est cognitio quæsita; *& intentio*, quam habet qui quærit.

Primo, si talis, *sit illa proportio, vt sufficienter vnum ex alio deprehendatur nõ erit diuinatoria, neq; damnãda, hac inquisitio.* Proportio autem huiusmodi triplex est, vna, qualis effectus ad suã causam, sic cognoscitur eclypsis ex cœli motu: alia qualis causę ad suum effectum, sic ex fumo ignis cognoscitur: tertia, qualis diuersorum effectuum cum causa communi cui vterq; effectus connectitur & sic originis ratione etiam sibi quodammodo proportionatur; sic, quia quæ causa est arcus cœlestis, eadem quoq; causa est serenitatis recte serenitatẽ ex arcu cœlesti colligemus. Si vero ex nullo horum capitum trium queat vnum ex altero cognosci; censenda inuestigatio cum tacito dæmonis pacto coniuncta.

Secundo quoad ipsam cognitionem, siue modum cognoscendi, cõsideranda Num quæratur cognitio certa & infallibilis; vel saltem firmior, q̃ par sit sperari, considerata humani arbitrij, & aliarũ similium causarũ concurrentium libertate, tunc pactũ tacitum censebitur. Hinc vehemẽtissima suspicio nascitur cõtra astrologos, onirocriticos similes, qui de huiusmodi futuris cõtingentibus aliquid absolute asserũt, etiamsi dicant, se velle id probabiliter tantum affirmare *f*. Contra ex eodem capite excusandi astrologi, onirocritæ, & similes: qui reuera non nisi vt probabiliter, & indefinite, circa humanos euentus, quædam conijciunt, ex impressionibus cœlestibus & corporeis affectionibus, quas homines vt plurimum sua sponte sequi solent *g*.

f *Sixt. 5. in bulla contr. astrolog. &c.*
g *Caietan. 2. 2. qu. 95. art. 5. &c.*

Tertio, attendendum, *velit ne quis serio quærere cognitionem occultorũ, per media ad id vana, & ex mediis istis solis, non à Deo, illam exspectet. nam & tunc præsumitur tacitum pactum subesse.* Ex hoc capite à superstitione diuinatoria excusabitur, 1. qui ioci tantum causa huic diuinationi vacaret, sciés eam inutilem esse: quemadmodum nemo superstitiosum iudicet eum, qui in cerebro gallinæ smaragdum, vel in simiæ tergo caudam quæreret, sciens se illic nõ inuẽturum. 2. qui gnarus rem ad hoc natura sua inefficacem esse, per hanc tamen, à Deo cognitionem exspectaret precibus & desideriis petitam; sic in S.S. excusantur sortes consultoriæ, de furto Acham *h*, & de causa tempestatis *i*, & de Ionatha *k*, iuxta dictum sapientis *l*, *sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur*, sic etiam excusandi, qui in graui causa, & arduo negotio, cum aliud non suppetat remediũ, signum à Deo petiere. ex cælo vel terra, vel doceri cupiunt, per aliquam vocem siue actionem humanam, præter intẽtionem dictam vel factam *m*, vt seruus Abrahæ: & Ionathas fecerũt *n*. Et hæc veniora sunt quã quæ nimis rigida Niderius posuit in Præcept. 1. cap. 9. lit. D. in fine.

h Iosu. 7. i Ioan. 1. k 1. Reg. 12. l Prou. 16. v vlt.

m D. Tho. 2. quæst. 95. art 7. n Gen. 24. & 1. Reg. 14.

QVÆSTIO IV.

Quale peccatum sit diuinatio?

IN prima, *illicita est, & superstitiosa, & sapiens hæresim*, quando quæritur cognitio rerum ipsi dæmoni incognitarum. *Illicita, superstitiosa & manifeste hæretica*: quando dæmoni cultus latriæ vel duliæ exhibetur, vel imagines vel libri baptizantur, vel pueri rebaptizantur, rerumve sacrarum abusus accedit. *Illicita tantum & non superstitiosa*, quando quæritur cognitio quæ dæmonis scire non superat o.

o Penna com. 67. in part. 2. direct. Inquisit. de quo nos plura lib. seq.

Secundo sciendum, *quod explicitum pactum semper sit mortiferum*, siue voce, siue facto dæmon inuocetur: nec inter fideles vllus videtur locꝰ esse ignorationi. Alcimus Auitꝰ, vt mittam cæteros, contra diuinationem illicitam hanc tulit sententiam verissimam, *li. 2. Carmin. c. 15.*

Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendi
Angit præscitus ductí quos terminus æui;
Cum tamen eductas inferni sedib. vmbras
Colloquium miscere putent, & nota referre:
Spiritus erroris, qui tum bacchatur in illis,
Ad consulta parat vanis responsa figuris.
Ne vero multis dicamus singula verbis,
Præsenti illusus, damnabitur ille perenni
Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.]

Sint exemplo Saul consulens Pythonissam in Endor: & vxor Ieroboami consulens Beelzebub Deum Accaronit. [1. *Reg. cap. 28. & 4. Regum capit. 1.*] *Natura quoque sua lethalis est Diuinatio coniuncta tantum implicitæ siue tacitæ inuocationi, seu quod idem est pacto; sed fit veniabilis*, 1. propter ignorantiam; si illa tanta vt difficulter vinci potuerit; hoc est nec affectata, nec nimis crassa vel supina fuerit. 2. licet materiæ leuitas ordinarie nõ excusẽt, eo ꝙ hæc est vsurpatio cognitionis Deo reseruatæ, quæ per se admodum

grauis, etiamsi à materia abstrahatur; tamen quando claris indicijs cõstaret animum & intentionẽ plane caruisse superstitione, (v. g. quia non tam cognitionem adipisci voluit, quam tali obseruatiuncula sic se p iocũ oblectare) peccatum fieret veniale vanitatis: posseque nonnunquam contingere, vt talis ioc⁹ ab omni delicto immunis esset, & adeo decenter & opportune adhiberetur, vt ad virtutem Eutrapeliæ videretur pertinere. Sic P. Greg. Valentia *a*, quem in hac q. sum secut⁹.

a 2. 2. disp. 7. q 12. p. art. 4.

QVÆSTIO V.

Quotuplex sit diuinatio?

EX D. Augustini & D. Thomæ doctrina, *b* diuinationis omnis fundamentum est implicitum vel explicitum pactum cum dęmone. *Implicitũ* censetur, quando quis quærit, cognitionem soli Deo reseruatam, aliunde quam ex Deo, idq; mediis indebitis, h. e. à diuina prouidẽtia ad hoc minime institutis. Nã hoc ipso quod quis ad has vanitates & inanias falsas respicit, vult profecto à dæmone edoceri; qui huiusmodi curiositatũ auctor est, & earum functionibus se lubentissime permiscet. *Explicitum pactum*, seu inuocatio duplex est. nã vel fit expressis & conceptis verbis, vt faciunt incantatores, qui coniurant per illicitas formulas à dæmone institutas: vel fit ipso facto & actione: quando quis facit illud, quod nouit dæmonem, pro signo seu tessera suæ opis & efficietiæ constituisse. *c*

b Aug. lib. 2. de doct. Christi. ca. 22. & 23. D. Thom 2. q. 95. art. 2.

Theologi explicitas omnes (vt & Grillan. *d*) reducunt ad *Necromantiam*: implicitas, *ad Sortilegium* & *augurium*, nimis laxe & improprie his vocibus vtentes, quarum prestior est significatio, nec satis omnes species (quæ pene innumeræ) comprehendens: de quibus iam materia & ordo me vocat singillatim agere. Diuidam in duo quasi capita oẽs quas inuenio species, priore complectar eas in quibus clare cognoscitur pactũ expressum: posteriore cæteras.

c Caietan. 2. q. 95. art 3. Nauarr. ca. 11. Manual. n. 21. d 2. q. 6.

QVÆSTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus aperta inuocatio intercedit.

HVius summa quasi genera sunt duo, *Oraculum* seu *Dæmonomantia*, & *Mangania*. In his multa coniectatio, prophetiuncula, iuxta illud verum mendacis oraculum: Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δ' ἐτήτυμοι ἄνδρες: multi calculorum coniectores, pauci vero vaticini.

Oracula vaticinia, χρησμοὶ μαντεύματα, *Dæmonomantia*, hæc omnia possunt p iisdem sumi; nam commune omnib. est, quod iis *Theomantiam*, veram siue, *prophetiam*, Diabolus conatus fuit imitari, dando petentibus respõsa vel ex antris, vel ex statuis, vel ex hominibus. Talia fuere, oracula, *Iouis Dodonæi*, quod à posteris Dodanim institutum; qui Magi fuere, & quercus cõsecrarunt, & pelues pulsari instituerũt, quæ species diuinãdi diu sane viguit: item *Iouis Ammonis*, quod Hebræum vocabulum significat veracem iuxta vnam Etymologiam. nam iuxta aliam potes cum Iosepho, *fortem*, interpretari. Nam mediæ litteræ geminatio potius ad pronunciationem, quam significatum, pertinet. Græcis, ἄμμος, harena, Ægyptiis *Hammon* Sol, quo nihil oculatius, nihil fortius, secundũ Gentiles. Item *Iouis Trophony*, de quo exstat accuratus Dialogus Nicolai Leonicenie: item *Apollinis Delphici*, *Clarij*, *Delij*, *Smynthæi*, & innumera *f* alia; *Veneris etiam Gazenxis*, paucis noti *g*. Horum causam physicã reddi posse multi cen-

e Dial. Trophonius. f Vide Theodoretum li. 10. Hierurd. Græc. affection. Calium Cal. cognit. li. de orac. Iul. Scal. li. 9. de subt. Lelyerd. de spect. g Marcian. in vita S.

ti censuerunt, nō veteres tantum, sed & recentiores viri eruditi *h*: plerisque visum est peculiarem quādam loci illius è terra exhalationem, quæ fanaticos efficiat adducere. Vtūtur similitudine petita ab illis quos, atra bilis exagitat: quos, inquiunt, nō modo sibi ignota fari solere, sed linguis etiam loqui quas, dum sani erant, nullo modo sciuissent. Verū hoc, quod de linguarum locutione addunt, atræ bili tamq̄ causæ efficiēti, nequit adscribi, quia dependet à consideratione. Præterea sanior, h. e. Christiana philosophia, hac in re cōsentit Psello; quem illi iniuria reprehendunt: qui Psellus, & cū eo Codronchus & Fernelius insignis medicus *i*, censuit effectus tales adscribendos dæmoni adsistēti, vel obsidēti hominem, specum, statuamve; per accidens tantum fieri, vt dæmon hæc, quam illa loca, vbi talis nō est exhalatio, velut accommodatiora instituto suo deligat: sicut & libentius obsidet atrabiliariorū corpora. Quare quod expurgato medicamētis corpore cesset vaticinatio; hoc inde fit, qa dæmō illa corpora deserit, in quibus non inuenit ampli⁹ amicas sibi dispositiones Quod v. prisca cessarint oracula, non tam tribuēdum vapori seu exhalationi illi deficiēti, quam virtuti Saluatoris nostri Iesu; q superueniēs fortior, forti armato hæc deceptionis vasa extorsit. Iamblichus, ipse sibi cōtrarius *k* vaticinia nec ab arte, nec à natura, nec à ratiōe, nec ab alia quapiā causa manare cēsuit, sed diuinit⁹ tantū cōcedi, h. e. à dæmonib. Dæmon autē hæc oracula pleraq; per maleficas fundebat: tales enim fuere illæ fœminæ, quę dictæ, *Dodonides columbæ*, vt docuit Pausanias in Arcadic. *l* sic dictæ, qa Thessali (teste Seruio in Bucoli.) tā vaticinatrices quam columbas, vocant, πελειάδες. Tales, *Gallicenæ* (sic dictæ mulieres antistites Gallici numinis, in Sena Britānici maris insula) quæ magici carminis vt tempestates ciebant, seq; in quæ collibitum animalia videbantur transformare, futura prædicebāt, & sanabant q̄ aliis insanabilia *m*. tales *Pythia*, Delphis, vt ex descriptione Oraculi à plurimis *n* tradita patet: talis. *fatidica Branchidarum*, quod oraculum ab Iamblicho *o* descriptum. Magi etiā fuere, *vates Colophonii, & Trophonii*, & *Seractini*, de quib. Pausan. *in Achaic.* & Strabo, *Geograph. lib. 5.* legendi. Talis Francica Pythonissa, quæ Merouеum decepit, de qua Greg. Turon. *hist. Frāc. lib. 5. cap* 14. Tales oēs, *Pythonici*, qui & *ventriloqui*, dicti, & ἐνγαστρίμυθοι & ἐνγαστριμάντεις (eo quod ex imo ventre vox prodire videbatur, vt explicant Origenes & alii *p*) & στυρομάντεις, eo quod aliquando sub pectore infra cutem se dæmon ostētet, & per pectus loqui videatur (talem se vidisse scribit Cælius Rhodiginus *q*) vocantur etiam *pythones*, à sciscitando, πανθάνεσθαι, & εὐρίκλιοι, à quodam Eurycle sic obsesso; iuxta Suidam & Aristoph. vel ab ipso dæmone obsidente, quē Euryclen vocat Plutarch. vētriloquum nobis describit ipse Apollo apud Eusebium de demonstrat. li. 5. ex Porphyrio mago, fluxum quendam ex Phœbi radiis descēdētem aeris puri substridulo flatu occultatum, delinitū cantib. & infandis verbis (*vides dæmonem aerium magica formula adiuratum descendere,*) cecidisse circa caput inculpati receptoris (*magi qui se ex ritu purgarat*) terminum velamentorum (*vittas indicat quib. caput redimitum*) mollem vero implesse tunicā, assultim per ventrē citato m[illegible] recurrentem, & tandem in h[illegible]manum

vocem,

Porphyrionis Gazensis Episco.
h *Iamblic lib. de myster. Pluta. lib. de defe oraculi Pōponat. li. de incant. Aponens. in sect. 30. problem Leui. Len. li. 2. de occult. na 2 Sirenius sup. & alii.*
i *Fernel. li. de abdit. rerum caus. 1 Codronc. li 2. de morb malef. c. 8*
k *li. de myst ca. 21. & 26*
B
l *Natalis Comes li. 6. Mythol ca. 10*
m *Pompon. Mela. lib. 1. & Cælius li. 13 antiq ca. 33.*
n *Herod. Xenophon. Strab. &c.*
o *libro de myster. Aegyp.*
p *Origen. li 7. contra Cels. Chrysost. in 1. ad Cor. ca. 12. & Oecum. in c. 16. actor.*
q *li. 8. c. 10.*

vocem, per fistulam erupisse (*quod ambiguum an de summo, an de imo gutture dicat. nam illi per vtrumque loqui soliti*) versus sunt:

Ρεῦμα τὸ φοιβείης ἀποπάλμον ὑψόθεν ἄγλης,
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ κεκαλυμμένον ἠέρος ἀγρεύ.
Θελγέμεναι μελπαῖσι καὶ ἀρρήτοις ἔπεσσι,
Κάππεσεν ἀμφὶ κέλευθον ἀμωμήτοιο θλοχίης
Γειπελίου νύμφιον. μαλακὴν δ' ἐνέπλησε χιτῶνα,
Ἀμβολαδὸν λιγέως ἀϊστοτύμον παλίουσαν.
Αὐλὴ δ' ὀμβοτόμοιο φίλῳ ἐτεκνώσατο φωνῇ.

Talem fuisse Saulis Phytonissam, 1. Reg. 19. testatur Flauius Iosephus li. 6. antiq. cap. 15. talis Brabantus impostor, nobilis, de quo Ioan. Brodæus li. 8. miscellan. cap. 19. Huc pertinent quibus dæmon ex arca respondet. operæ pretium puto adscribere, quod duo recentiores scriptores Germani de hac re commemorarunt: fuisse in Misnia rusticum quendam hunc domum retulisse pecuniam vesicę suis inclusam, & scamno imposuisse: cumque alio abiuisset, sus domestica, vt vorax & multiuorum est animal, in vesicā incidit, & vt vidit deuorauit. Rustic⁹ rediens, quam nō inueniebat, ab vxore deposcit. negat mulier vidisse se. quid agat? adit stolidus vetulam prope degentē, quam pro veratrice habebant. iubet muliercula virum in limine dom⁹ resistere, nec à linea quam creta notarat latum abire culmum: mox ingressa cubiculum, dæmonē scisciatur de fure, his verbis, arcam introspiciēs: *Quidam N. pecuniam suam domum reuersus tali amisit die, quem ais furatum?* respondit veterator ex arca (nouo suo tripode) *sus comedit domestica. Tu tamen dicito, coniugem eius, vt cum sacerdote amasio eam abliguriret, clam sustulisse.* respondet illa rustico, quod à dæmone iussa, tacet de sue. Sed rusticus cūcta sciebat, nam nihil veritus anile interdictum, pedetētim ac leniter illam fuerat subsecutus, & ante ostium cubiculi substiterat, vt quid maleficā moliretur, accurate per rimā obseruaret; Reuersus domū vxori & amicis cuncta narrat: ex eorum consilio suem mactat, crumenam potitur. Defert triueneficam vt calūniatricem, & dæmonis partiariam. magistratus portentum flammis expiauit. Vocantur etiam huiusmodi, *à dæmone afflati*, vocantur, *fanatici*, etiā à Iurisconsultis *a*, Græcis, ἔνθεοι, ἐνθουσιῶντες, ἐνθουσιάσαι differunt ab *arreptitiis & obsessis*, sola vaticinatione. Ex hoc genere fuere, Orpheus, Musæus Atticus, Tyresias Sosipatra apud Eunapium, *in vita Aedesii*. Montanistæ apud Epiphan. *hæres. 85.* & alii apud Lactant. *lib. 4. institu. cap. 25.* Ruffinum, *libr. 2. Ecclesiast. histor. cap. 4.* & Oecumen. *ad capit. Actor. 12.* & communiore consensu, *Sybillæ*, quarum nomen non est improbabile deductum à *Kibel* b, *recepit, acceptauit*: vnde, *Kabala*, significat doctrinam cælitus traditione acceptam. Sane Sybillarum antiquissima Sābethe, Noachi filia fuit. Tales etiā sunt, ἐκστάτικοι, qui à dæmone extra se rapti, motu sensuq; priuati, & mira putātes interea sese adspicere, q̄ futura postmodum, enunciant. Omnes huiusmodi phanatici, siue vates idolorum, ventriloqui, Ecstatici, & reliqui quos dixi, damnantur in S. Script. c. & contra hos Saul pœnam mortis sanxerat, vel potius à Moyse sancitam fuerat executus *d*.

a l. 1. D. de dil. cdict.

b Esdr. 4. v. 4. קבל

c Exod. 22. v. vlt. Deut. 18. v. 11. d l. Reg. 28.

SECTIO.

SECTIO II.

De Maganiæ modis variis, & primo de Necromantia.

ALterum diuinationis caput vocatur, γοητεία siue, μαγγάνεια, cuius plurimi sunt modi.

Præcipuus est, ille quem cum Iamblicho perperam nonnulli audẽt vocare, νεκυομαντείαν, rem pessimam honesti nominis pallio tegentes, vt accurate docuit Petrus Leloytherius: aliis melius dicitur, ψυχομαντεία ψυχαγωγία, ψυχοπομπαῖα, *sepulcrale carmẽ*, vocat Apuleius, communiter dicim⁹ Græca denominatione. *Necromantiã*, hanc Gentiles certis locis (quæ putabãt esse inferni ostia, vt in occiduo Galliæ littore, *f* vt apud Tesprotum, Tarentum, Auernum, Cimmerios, & Heraclæã) certe ritibus exercebant: quib. se putãt manes elicere. describitur accurate à nostris poetis, Horat. Sat. 8.

... Carminibus quæ versant atque venenis
Humanos animos, has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, simul ac vaga luna decorum
Protulit os, quin ossa legant, herbasque nocentes.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtrasq;
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram.
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
Cœperunt. cruor in fossam diffusus, vt inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea. maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cereæ suppliciter stabat seruilibus, vtque
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera, sæuam
Altera Tisiphonen, &c.

Seneca, *in Oepido*, canit in nemore obscuro densitate arborum Tiresiam hanc magicen peregisse, vt Laium euocaret;

Huc vt sacerdos intulit senior gradum,
Haud est moratus, præstitit 1. necẽm locus.
Tunc 2. fossa tellus, & 3. super rapti rogis
Iaciuntur ignes. ipse 4. funesto integit
Vates amictu corpus, & 5. frontem quatit,
Lugubris imos 6. palla perfundit pedes:
Squallente cultu mœstus ingreditur senex:
Mortifera canam 7. taxus astringit comam,
Nigro bibentes vellere, 8 atque atræ boues
Retro trahuntur 9. flamma prædatur 10 dapes,
Viuumque 11. trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde 12. Manes, teque qui Manes 13. regis,
Et obsidentem 14. claustra lethalis lacus:
Carmenque magicum voluit, & rapido 15 minax

e lib. 4. de spect. ca. 4. vide Aug. lib. 10 de ciu. Dei, cap 9.

f Claudia in Ruffin.

Melitenses etiam hodie agnum diuellum, teste Castanea lib. 1. Hist. Indica cap. 31. ego putorium fœderis feriendi esse.

Decantatore, quicquid aut placat leues
Aut cogit 16. vmbras. irrigat sanguis 17 focos,
Solidasque 18. pecudes vrit, & multo specum 19
Saturat cruore. libat & 20. niueum insuper
Lactis liquorem, fundit & Bacchum 21 manu
Laua 22. canitque rursus, 23 & terram intuens 24.
Grauiore Manes voce, & attonita 25. ciet.

Ascripsi notulas numerarias, vt intelligatis, totidem his versib. ritualia exprimi, accuratissime, vt solet poeta iste: de quibus qui plura volet, adeat Aduersaria & Commentaria nostra, quæ iam edita superiorib. annis. Statius tamẽ addidit numerum ararum, hostiarumque, & alia quædam, hoc ipsum Tiresiæ eiciam describens; copiosissime, sed parum clare: addã lucis aliquid adscribendo, quod illorum erat officium, qui commentarios politici. Primo itaq; significat Tiresiam solitum huic dumtaxat diuinationi, neglectis aliis, vacare:

Consulit ille Deos, non larga cade iuuencum,
Non alacri penna, aut verum spirantib. extis,
Nec tripode implicito, numerisq, sequẽtibus astra:
Thurea nec supra volitante altaria fumo.

Subdit solitum dumtaxat Manes elicere: idq; tum facturum, pri° Thebanum regem, qui se consuluerat, rite putificasse, & communiuisse, ne quid illi noxæ à Manib. inferretur. Sed primus versiculus, mendosus est, & forte præcedens aliquis intercidit.

Tam penitus duræ quam mortis limite manes
Elicitos potuisse refert .... mox;
.... parat ante ducem, 26 circumq, bidentum
*Visceribus, laceris, & *odori sulfuris aura,*
Graminibusq, nouis, & longo murmure purgat.

Deinde, descripta silua veteri, & tenebrosa, & horrenda, & Hecatæ sacra & spectris infesta:

Hic senior vates (Stygiis accommoda quippe
Terra sacris, multoque placent sola pinguia tabo)
Velleris obscuri pecudes armentaque fisti
Atra monet ....
Tum fera 27 cæruleis intexit cornua sertis
Ipse manu 28 tractans, notæque in limine 29 silua.
Principio largos nouies 30 tellure cauata
Inclinat Bacchi latices, & munera 31 vini:
Lactis, & Actæos 32 imbres, suadumq, cruorem.
Manibus aggeritur quantum 33 vix bibit arida tellus.
Trunca 34 debinc nemora aduoluit, mastusque sacerdos
Tres Hecatæ, 35 totidemque satis 36 Acheronte nefastis
Virgimibus, iubet esse focos tibi rector 37 Auerni,
Quamquã infossus 38 humo superat tamen agger in auras
Pineus: hunc iuxta 39 cumulo minor ara profundæ
Erigitur Cereri: frondes, atque omne cupressus
Intexit 40 plorata latus. iãq, ardua ferro

* male meus cod. odoru. Cæ rulea, cor na vocan tur ferru nea nam sor bic Dis sacr.

Imbres A Tet, mella liquor Qui) ver se isse non po det apruc denti: dicit rat fuisse modum.

Trunca ta mora, arb res decap tatas, quæ bie solemn Acheronti sata sunt Eumenid are tres, nuntur Hecare: tres Eumenid bus sed ha non infest humiles ta mes. vnica Plutoni, n fossa, sed ju per illud iam alta eminens, millis pau hæc dem sior, Proser pinæ. Cu præsum p racam vo cat: quæ

funere alicuius ambustæ Prælibabat Virgo sanguinem quem Maneis bibituri Secundus enim iste sanguis primo effundebatur quam diu terra imbiberet, posterior Manium potus ac delicia.

Signati 31 capita, & frugum libamine 32 puro
In vulnus cecidere greges. Tunc innuba 43 Manto
Exceptum pateris 44 prælibat sanguinẽ, & omnes
Ter circum 45 acta pyras, sacri de more parentis,
Semineces fibras 46 & adhuc spirantia reddit
Viscera, nec rapidas moratur frondibus 47 atris
Subiectare faces. atque ipse sonantia 48 flammis
Virgulta, & tristes crepuisse vt sensit aceruos

Tiresias .... Cuius mox subit carmen Magicum prius (nam & Papinius duo ponit) quo inuocantur, Infernus, *seu* Tartarus, Pluto, Proserpina, Hecate, Tisiphone, & iubentur Cadmeę gentis Manes libere pati exire, cæteros manere.

Tartareæ sedes & formidabile regnum
Mortis inexpletæ, tuque ô sæuissime fratrum:
Cui seruire dati Manes, æternaque sontum
Suppliciat atque imi famulatur regia mundi:
Soluite pulsanti loca muta & inane seueræ
Persephones, vulgusque causa sub nocte repostum
Elicite, & plena redeat Styge portitor alno.
Ferte simul gressus, nec simplex Manibus esto
In lucem remeare modus. tu separe cœtu
Elysios Perseia pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat. contra per crimina functis:
Qui plures Erebo, pluresque è sanguine Cadmi:
Angue ter excusso & flagranti præuia taxo
Tisiphone dux pande diem. nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat vmbras.

Sequitur tandem secunda & minax incantatio, moram vate non ferente.

Atque hic Tiresias, nondum aduentantibus vmbris
Testor (ait) Diuos, quibus hunc sacrauimus ignem,
Læuaq; 49 conuulsæ dedimus carchesia terræ,
Iam nequeo tolerare moram. cassusne sacerdos
Audior? an rabido iubeat si Thessala cantu
Ibitis? an Schyticis quoties armata venenis
Colchis agit trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor? si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis oßib. vrnas
Egere, & mixtos Cælique Erebique sub vnum
Funestare Deos libet, aut ex sanguia ferro
Ora sequi aut ægras functorum carpere fibras.
Ne tenues annos, nubemq; hanc frontis opacæ
Spernite, ne moneo. & nobis sæuire facultas.
Scimus enim & quicquid dici, fierique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te Thymbræe vererer:
Et triplicis mundi summumq; quem scire nefastum est,
Illum, sed taceo prohibet tranquilla senectus.
Iamque ego vos auide, &c.

Ecce tibi Magorum in dæmones iaci solitas minas de quibus dixi li. 2. ex Anebone Aegy. Triplicis, &c.) Dæmagorgonē describit.

Ex his Papinii ritualia præterea, pl⁹ viginti, notaui notulis: singula ꝓbare libri integri foret. Illud tantum addidero, patere hinc duos, *Necyomantiæ* modos; vnum per sacrificiū & incantationem solā, quo vtebatur Tiresias: alium Thessalicū, adhibitis funestioribus ritibus, ossibus, fibrisq; mortuorum, & aliis reb. plane feralibus, quē Lucanus describit, *libr.* 6. agens de Erichto excitāte animam defuncti militis Romani. primum itaque illic inter cadauera, nutans animo qd' caperet,

1 Electum tandem traiectum gutture 2 corpus
Ducit, &, inserto laqueis feralib. 3. vnco,
Per scopulos miserum trahitur, per saxa cadauer,
Victorum, motisq; caui: quem tristis Erichto.
Damnarat sacris, alta sub rupe locatur.

Vt illic in sua specu: quam nemus tenebrosum magis inumbrabat, vbi nulla vmquam à sole lux: cadauer habuit: assumpsit habitum artis suæ præceptis congruentem.

** pro, decolor hoc est ater.*

** Discolor 4 & vario furialis cultus amictu*
Induitur, vultusque 5. operitur crine soluto,
Et coma vipereis substringitur horrida 6 sertis

Tum opus aggreditur, & adhibet instrumenta solita, quibus corpus viuificari videatur.

Virus.) Spumam quam vocant Lunæ de qua Comm. in

Pectora tunc primum feruenti 7. sanguine supplet
Vulneribus luxata nouis, taboque medullas 8
Abluit, & virus longe 9. Lunare ministrat.
Huc quicquid fetu genuit natura sinistro
Miscetur. non spuma canum, 10. quibus vnda timori est:
Viscera non 11. lyncis, non diræ 12. nodus hyenæ
Defuit, & cerui pasti serpente 13. medulla:
Non puppim 14 retinens Euro tendente rudenteis
In mediis echneis aquis, oculiq; 15. draconum,
Quæq; 16 sonant fæta tepefacta sub alite saxa:
Non Arabum 17. volucer serpens, innataq; 18. rubris
Aequoribus custos pretiosæ vipera conchæ:
Aut viuentis adhuc 19 Libycæ membrana cerastæ,
Aut cinis 20 Eoa positi phænicis in ara.
Quo postquam viles, & habenteis nomina pestes
Contulit, infando 21. saturatas carmine frondes,
Et, quibus os dirum 22 nascentib. inspuit, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni.

Post herbas, incātatio sequitur duplex, primū vlulatu (sicut Horarii Sagana) & incondito ferarū sono: deinde cōcepto ac solemni Carmine. Hodie quoq; murmur, verbis p̄mittunt.

Tunc vox Lethæos cunctis pollentior herbis
Excantare Deos, confudit 23. murmura primum
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemitusque luporum.
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna quæruntur,
Quod strident, vlulantque feræ, quod sibilat anguis,

Senecam porro cuncta quæ hic recēsentur, habentur vt venena magica, vt terū libri commemorata.

Expri-

a corrige cantibus.

Exprimit, & planctus illiſa a cantibus vnde
Siluarumque ſonum, fractæ tonitrua nubes.
Tot rerum vox vna fuit: mox cætera cantu
Explicat AEmonio, penetratque in Tartara lingua.

Duo mox ſubdũtur carmina, prius quoque (vt ſuperiora illa Tireſiæ) deprecatorium, poſterius comminatorium. In deprecatorio aduocantur Eumenides, Styx, Chaos, Pluto, Mors, Eulyſij, Perſephone, Hecate, Cerberus, Parcæ, & Charon: & obſecratio additur, commemoratis ſuis meritis, ac cultu illis aſſiduo, necatorum infantium, & antropophagiæ;

Exaudite precis, ſi vos ſatis ore nefando,
Polluteque voco; ſi nunquam hæc carmina fibris
Humanis 24. ieiuna cano: ſi pectora 25. plena
Sæpe dedi, & laui calido 26. profecta cerebro:

vulgo male legitur profecta.

Si quis 27. qui veſtris caput, extaque lancibus infans
Impoſuit, victurus erat. parete precanti.

Demum, cum vmbra, iam apparens, ſuum cadauer ſubire vereretur, ac detractaret, quod illa iuſſerat;

. . . Miratur Erichto
Has ſuis licuiſſe moras, irataque Morti,
Verberat immotum viuo ſerpente 28. cadauer,
Perque cauas terræ, quas egit carmine 29. rimas
Manibus illatrat, regnique ſilentia rumpit:

A Idque minis illis magorum veterum, quas Porphyriuſmet irriſit commemoratis: quas apud alium neminem tam diſerte expreſſas inuenio: ſunt autem ſequentes:

Tiſiphone, vociſque mea ſecura Megera,
Non agitis ſæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam vos ego nomine vero
B *Eliciam; * Stygiaſque canes in luce ſuperna*
Deſtituam per buſta ſequar, per funera, cunctis
Expellam tumulis, abigam vos omnibus vrnis.
Teque Deis, ad quos alio procedere vultu
C *Victa ſoles, Hecate, pallenti tabida forma*
Oſtendam ſaciemque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenſo, quæ te ſub pondere terræ
Contineant, Ennæa, dapes: quo fœdere mœſtum
Regem noctis ames, quæ te contagia paſſam
Noluerit reuocare Ceres. Tibi, peßime mundi
D *Arbiter, immittam ruptis Titana cauernis,*
Et ſubito feriere die. paretis? an ille
Compellandus erit, quo nunquam terra vocato
Non concuſſa tremit; qui Gorgona cernit apertam,
Verberibuſque ſuis trepidam caſtigat Erynnim;
E *Inſpectata tenet vobis qui Tartara, cuius*
Eſtis vos ſuperi, Stygias qui peierat vndas?

* En Zoroaſtreum illud: qui dæmones vocat telluris canes, vt dotum li. 4.

Hæc imitatus Cl. Claudianus.

Minatur Dæmogorgonẽ quod imitatus fuit Statius verſibus citatis.

Neque hæc tantum, sed postquam vmbram in corpus suum impulit, illam quoque adfata, eique pollicita est immunitatem à magicis de cætero cantibus.

. . . Dic (inquit Thessala) magna
Quod iubeo mercede mihi. nam vera locutum
Immunem 30. toto mundi præstabimus æuo
Artibus AEmonijs. tali tua membra sepulchro,
Talibus exuram Stygio cum carmine siluis.
Vt nullos cantata magos exaudiat vmbra.
Si tanti vixisse iterum, nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes
A me morte data. . . .
Addidit & carmen, quo 31. quicquid cõsulit, Vmbram
Scire datur.

Denique cum cadauer respondisset, non potuit, sine venia Erichtus vmbra discedere. concedit ergo redeundi facultatem.

. . . Sic postquam fata peregit.
Stat vultu mœstus tacito, mortemque reposcit.
Carnibus magicis opus est, herbisque cadauer
Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata.
Consumpto iam iure. semel. 32. tum robore multo
Exstruit illa rogum. vadit defunctus ad igneis.
Accensa iuuenem positum reliquit Erichto,
Tandem passa mori. . . . .

Si mortuus mori quiret, vel arte Magica resuscitari, sed de vmbra, vt de anima locutus poeta, metaphorice vitam mortemque vsurpauit. Sunt autem & in his versibus triginta duæ notatæ obseruantiæ Magicæ in hac specie diuinationis. Huic secũdæ speciei, quatenus iniurij sunt in vita functos: vel deportationis, vel mortis pœna statuta in viliores *b*: & posteriore iure, in vtriusque speciei euocatores à Constantino lethale supplicium sancitur *c*: Tertullianus arcanum detegit *d*, cum docet, non vmbras defunctorum: sed earum loco dæmones apparere, dæmones operati sub obtẽtu animarum: *item*, omnem in corporalem corporum exhibitionem præstigias esse. Exempla dæmonum qui apparentes mentiti se esse animas defunctorum, noua & vetera Crespetus, *libr. de odio Satanis discur. 12. à fol. 192. in fine. refert.* Prior illa Tiresię in qua nudum simulachrum seu idolum animę exhibebatur, & sola perficiebatur inuocatione, σκιομάντεια, proprie dicebatur: posteriore vero, in qua Diabolus sæpe, cum cadauer non aderat, totius humani compositi figuram simulabat; v. g. cum quis Achillis habitum staturamque corpris videre volebat: ordinarie numquam sine sanguinis effusione ebtinebat, ideoq; Apollon. Tyanæus *e* vt se peritiorem alijs ostẽderet, negabat se sanguinem libasse, vocabatur stricte, νεκυομάντεια, siue νεκρομάντια, Glycas *f* disputans de verbo, κληδονίζεσθαι, scribit eam vocem quosdam accipere pro obseruatione omnium, alios vero pro euocatione. *Nam κληδόνα, vocari Geniorum per excantationes certas attractionem, & è sublimi deductionem: deducta voce à κλῶ, quod idem sit cum καλῶ, euoco.*] Idem alibi *g* non obscurum exemplum nobis proposuit Santabareni illius Pseudomonachi:

qui

b l. 3. §. aduersus. D. de sepulcr. viola. l. qui sepult. C. eod.
c l. multi. C. de malef. & mathemat.
d lib. de anima.
e Philostr. lib. 4.
f part. 2. annal.
g part. 4. fol. 415.

qui Basilio Imperatori filium vita functum, sic ostendisse fertur, ac si viuus adhuc foret. *Effecit enim, vt specie imaginaria Constantinus eques patri, in quadam silua, obuiam fieret, quem vbi visus fuisset Imperator, & complexus, & osculatus esse, mox euanescentem ex oculis amisit.*] fefellit Imper. sed non Leonem Philosophum Iuniorē Basilij filium; qui Santabarenum, non pro sancto, sed pro venefico, vt erat, semper habuit: vsus hac Apion Grammaticus cum vmbram Homeri suscitauit, Cicerone teste 1. Tusculana, & Plinio libr. 30. cap. 2. In ea se iactat Empedocles apud Laertium & Plinium. Sacræ Scripturæ, videntur hanc diuinationem vocare, *diuinationem per Pythonem*, h vsurpātes nimirum Pythonem, pro dæmone ex terræ profundo specu adueniente, & respondente. Periculi plena res, tum ipsi Mago, quem Diabolus interdum aufert, & vitæ aspectuique subtrahit; vt de quodam narrat Franc. Picus i; tum ipsis qui curiose consulunt, qui nonnunquam de mente abalienantur, & male pereunt, vt Rex quidam nostris temporibus. k Quis etiam nescit infelicem exitum Heliogabili, huic superstitioni addictissimi l? vtrisque consultori & consulenti, pœna mortis lege veteri infligebatur. m Non desunt, qui de his intelligant illud Regis Hymnographi n; *comederunt sacrificia mortuorum*, & illud Isaiæ o; *num requiret pro viuis à mortuis?* Hæc de Necromantia sufficiant, de qua ingeniosum opus exstat Stephan. Forcatuli I. C. quo Iuris auctores Pipinianum, Africanum, Paulum, & alios introducit sua ipsomet responsa explicantes.

h 1. Reg. 18 v. 7. 8.

i lib 4. de prænot. c. 9 k N lib 2. de Dæmonom c. 3 l Xiphilin. in eius vit. m Deu. 18. v 11. iuncto Leuit v. 6. & 27 n Psal 105 v. 28. o c. 8. v. 19

SECTIO III.

De Hydromantia.

DE hac quoq; seorsim dicam, quia nullla fœcundior imposturis. Iāblichus meminit, ὑδρυμαντείας, seu diuinationis per aquam, quę traditur Andronico Imper. in pretio fuisse, hic enim cum multiplicibus, propter crudele edictum, de necandis coniuratorum propinquis, odijs ac malis se videret obsessum; ad futura per noxiorum dæmonum cultum noscenda se conuertit: *seq́, totum* (inqt Choniates p) *permisit ijs, qui futura ex aquis, quasi per caliginem conijciunt, & imagines futurarum rerum, velut ex vmbra solariū radiorum consectantur. Ac ipse quidem ijs nocturnis sacris interesse noluit, metu famæ, vt arbitror: sed illud Hagiochristophoritæ Stephano mandat. Is Setho adhibito, qui ab ineunte ætate talibus oraculis deditus, oculos propterea Manuelis Imper. iussa amiserat, certo ritu percunctatur: quis post Andronicum sit imperaturus? Malus genius in aquis primas nominis Isaacij litteras exhibuit, sed ordine conuerso*, Si pro Is. idque secunda respōsione addidit fore; *intra exultationem crucis*, atque ita plane accidit postea; intra illud tempus, iussu Isaacij Angeli, occiso Andronico. Modum illius diuinationis Niceta addit se ignorare, nec scire velle, ad fugam tamen superstitionis scire, non est vtile. Inuenio species eius varias, vna fiebat per annulum de filo suspensum in aqua, & vasculi latera constitutus ictibus pulsantem: alia coniectis in aquam statiuam tribus lapillis, & obseruatis gyris, qui trifariam inuicem implexi, circa lapillos diffundebantur: 3. ex agitatione varia pelagi, quam olim Siculi & Euboeenses, hodie multi nautæ notant.

p Nicet. Choniates annal. li 2.

Hinc

Hinc Christianorum quorundam Orientalium nota superstitio; qui quotannis mare quasi animatum baptizāt. Alio longe pertinet, quod Princeps Venetorum annulo in mare iacto quotannis Adriaticum sibi despondet. Dominationis indicium nō magiæ argumētum est. Fit in memoriam naturalis Victorię, qua duce Sebastiano, Ziano vicere filium Federici Ahenobarbi Othonem, captumq; obtulere Alexandro III. Pontifici: qui Venetias profugerat. Tum enim Ziano Pontifex annulum de manu sua detractum obtilit, dicēs: *Auctoritate mea hoc annulo fretus, Oceanum tibi subijcies, & quotannis tibi posterisq; eo die, quo hanc victoriam, pro Ecclesiæ defensione obtinuisti, despondebis mare: vti sciant omnes, maris tibi dominium concessum, quia sedis Apostolicæ tuendæ curam & studium fideliter suscepisti. Sit hoc tibi, quasi pignus benedictionis, & secundæ sortis in futurū.* [Narrat Villamontius lib. 1. Peregrinat. suæ cap. 23. Prior illo Sabellicus Decad. 1. lib. 7.] 4. ex aquæ colore fuit, & imaginibus in ea apparentibus, sic tradit Varro belli Mithridatici euentum, multis versibus per significatum fuisse. Ad id olim fontes quidam fuere particulares, vnde & παγομάντεια, vocata: tales ex Xenagora docet Macrobius fuisse crateras Palicorum in Sicilia *f*: talis in Ægypto cisterna in templo phaceno, de qua mirabilia memorat Zozimus *g*: & vt mittam Iunonis paludem apud Laconię Epidamnum, Apollinisq; Thyrxei oraculum, prope Cyrneas ad Lycum, in fonte templo proximo *h*: videtur huc referenda Celtarum veterum, hoc est Germanorum, superstitio: qui recens natos Rheno flumini commendabant, ea mente, si spurij forent absorbendos, si legitimi innoxios supernaturos, iuxta illud Claudiani:

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Qua de re plura diximus, *Comment. in Tragœd. Senecæ.*

Quinto statuebatur cyathus aqua plenus, & verbis immurmuratis obseruabatur, num aqua sponte efferuescens effunderetur. Sextus modus est Fessanus: ibi aquam in vitreum catinum effundunt, eique olei guttulam admiscent, & sic in aqua tanquam in speculo, mira cærnere se opinantur *i*. Septimum indicat Clemens Alexandr. cum scribit mulieres Germanas, solitas sonum, vortices, ac circumuolutiones amnium notare, & inde futura prędicere *k*. Denique non sunt alieni ab Hydromantia, qui hodie adhuc in Italia, ad furtorum auctores detegendos, trium suspectorum nomina totidem pillulis inscribunt, & eas in aquam conijciunt: hisque multo sunt sceleratiores, qui ad hoc aqua lustrali abutuntur. Cæterum tempore S. Bernardini Senensis superant adhuc vestigia, παγομάντειας. Nam qui eius vitam composuit, ei contemporaneus scriptor *l*, de Aretio agens ista prodidit: *extra mœnia vrbis eius fons antiquus fuit, iam olim temporibus illis, quibus idololatria regnabat, impuris dæmonibus dicatus. Solebant eo ciues Aretini, & alij circumquaque vicini, tanquam ad oraculum Apollinis confluere, responsa petentes ad occultas quæstiones suas, & morborum suorum curationes. Id vero animaduertens Bernardinus, verus Christianæ religionis cultor & amator aduersus hunc dæmonum cultum fortissime sese erexit; & primo quidem concione ad populum habita & absoluta, magnopere omnium confirmatis animis, hortatus est*

f lib. 5. Satur. c. 19.
g in vita Aureliani.
h Pausa in Achac.
i Ioan. Leo l. 3. descr. Africæ.
k lib. 1. stromat.
l vita c. 40

eos sequi se, ad demoliendam impurissimorum dæmonum habitationem, prorsusque abolendam. Mox vero arrepta securi vel malleo, cum populo egressus est ad fontem, cumq; ad fanũ dæmonis peruenisset, primus ipse ictibus cœpit cõtundere, euertitq; aram, & fontem lapidibus penitus obturauit.] Fit mentio etiam in Concilio Antisiodorensi, tom. 2. Concilio.

SECTIO IV.

De alijs manganiæ generibus.

PRimo loco obuia, λεκανομαντεια, de qua Psellus, *c. vlt.* & Nicetas, *d. lib.* 2. Cedrenus ea testatur vsum Ioannem Magum Theophili Imper. præceptorem: Curopalates Ioannem Patriarcham Iconomachum vocat, Glycas vero scribit, *par. Annal.* 2. verum Alexandri patrem, Ægypti Regem Nectanabum, Magiæ peritissimum, hac cognouisse: Ægyptum in hostium vẽturam potestatem: hodie ea Turcæ vtuntur: nam in peluim aqua plenam injciunt cum varijs characteribus pretiosos lapides, auri argentique laminas: tum responsum ex peluis fundo auditur.

2. γαστρομαντεια. hæc fiebat per phialas vitreas ventricosas similiter aqua plenas: & inspectante puro puero, vel prægnante muliere: respõsi loco, certæ figuræ, & imagines apparebant.

3. κυλοπεδομαντεια, quæ rerum quæsitarum figuras in speculis exhibet politis: in vsu fuit D. Iuliano Imper. *a* qui imperium emit, de quo ista Spartianus: *fuit præterea in Iuliano hæc amentia, vt per Magos pleraque faceret, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, & carmina prophana incantauerunt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando, vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit. Tuncque puer vidisse dicitur, & aduentum Sueueri, & Iuliani decessionem.*] Aliud mixtum Pagomantiæ refert Pausanias *b* agens de Patris Achaiæ: ibi ante Cæreris ædem, fontem esse, qui à templo lapideo pariete secluditur. *Ibi oraculũ maxime viridicum fuisse cognoui ex eo non rerum omnium, sed morborum tantum eventa prædicebantur. Speculum* (ait) *tenui suspensum funiculo demittunt, ita librantes, vt in fonte omnino non mergatur, sed imo ambitu summam aquam contingat. Exinde vbi odores adoleuerint & rite Deum precati fuerint, inspiciunt in speculum, & ex eius imaginibus perituruſne an victurus is æger sit, de qua consuluerunt, diuinant. Neque latius omnino huius aquæ diuinatio patet.*] Sed & de Pythagora recentiores memorant, solitum speculo concauo inscribere litteras humano sanguine temperatas, & speculum Lunæ opponere, sicque diuinare *c*.

4. Non dissimilis præcedenti, χρυσαλομαντεια; nisi quod hæc in cristalli frustis fiat annulo inclusis, vel vasculo alteri, vel etiam nudis, & in cylindrum aut obelum conformatis: quibus etiam fingit se dæmon inhabitare. Quendam Noribergæ anno 1530. ferunt in cristallo thesauros vidisse, à dæmone ostentatos: quos cum postea quodam ante vrbem loco effosso quæreret, adhibito familiari vno spectatore, & iam in specu arcam vidissent, atque ad eam cubantem atrum canem: magus specum ingreditur arcam aperturus, canemque abacturus, sed Cerberi offam secum non attulerat. itaque ille cacumen speluncæ quassauit, & miserum ruina obruit:

a Spartian. in Iuliano.

b In Achaic.

c Cælius lib. 9. ca 23 Leloyer. lib 4 de spect.

qua & ſpecus terra oppleta. Vir quidam: patrum memoria Græcarum literarum Latinarumq; peritus, & fœlix ſi illotis manib. fidei myſteria contrectare non præſumpſiſſet, eruditum commentarium, in Germania, edidit, *de dæmonum natura*, eumque libello Plutarchi, *de defectu oraculorum*, præfixit, ex eo petita eſt, verbis ipſi⁹, ſequēs narratio: *Cōſulti aliqui, de reb.* (ait) *ignotis, in criſtallis conſpiciunt ea manifeſto, de quibus quæſitū fuit.* Et poſtea, *Fuiſſe aiebat ſibi notum vnum ex præcipua familia Norinbergæ. Eum quodam tempore veniſſe ad ſe, & attuliſſe in ſerico panniculo inuolutam gemmam criſtallinam, figura rotūdam, & dixiſſe: donatam ſibi illam fuiſſe à quodam ignoto, qui ſe ante multos annos de hoſpitio compellaſſet, forte in forum conuēctum, quem q; ipſe in domum ſuam adduxiſſet, & triduo habuiſſet ſecum. Fuiſſe autem ab illo diſcedente & relinquente munus hoc, ad ſignificationem grati animi, edoctum ſe criſtalli vſum talem, ſi qua de re certior fieri vellet, vt promeret criſtallum, & puerum marem caſtū iuberet aſpicere, & ex eo percunctaretur, quid cerneret? Fore enim, vt de apparentibus puero viſis omnia, quæ requireret, indicarentur. Atq; affirmarat hic, ſe nulla vnquam in re fuiſſe deceptum, & mirabilia de puerorum indicijs reſciuiſſe: cum caterorum nemo quiſquam aliud, quam nitidam & puram gemmam intuendo videret. Quodam tamen tempore, cum grauida ipſius vxor puerum marem geſtaret in vtero, illi quoq; ſpecies in criſtallo oblatas. Primo autem omnium formā viri ſeſe exhibere ſolitam illo habitu, quo tum communiter vterētur. Et ita deinceps aperuiſſe, de quibus interrogatum eſſet, cætera: explicatiſque cunctis, illam rurſus viri figuram diſceſſiſſe & euanuiſſe reliqua. Diſcedētem autem eam, quā diximus, figuram viri, viſam ſæpe vrbem perambulare, & ingredi templa. Fuerat autem fama paſſim diſſipata de illis indicijs, vt negantibus, aut diſſimulantibus ſuum delictum aliquod, vulgo minarentur: ſe relaturos de eo ad illum ſe in criſtallo oſtendentem virunculum. Quin etiam compertum eſt, fuiſſe à doctis quibuſdam, de dubitationibus ſuis in litterarum ſtudijs aliquādo neſcio quid propoſitum, & in criſtallo lectum. Sed his & alijs huiuſmodi compluribus commemoratis dixit Spenglerus, hanc aliquādo ad ſe veniſſe cum tali oratione: arbitrari ſe tempus eſſe, vt à criſtalli tali vſu tandem abſtineret. Nam & ſibi iam perſuaſum, eo ipſo non leuiter peccari, & animi perturbati cruciatus grauiſſimos, ſe diu ſane perpeſſum eſſe: itaque ſe decreuiſſe deinceps nihil cum illo experimēto velle negoty habere: & tradere nunc ipſi quod accepiſſet, de quo meminiſſe poſſet, quid ei ſæpe demonſtraſſet, neq; neſciret qui rumores in ciuitate percrebuiſſent. Permittere autem, vt faceret de eo quod collibuiſſet. Tum Spenglerus collaudato eo, accepiſſe ſe aiebat criſtallum, & in minutiſſimas partes contudiſſe, & vna cum ſerico inuolucro in latrinam abiecisse.*] Bene profecto bene, nec aptius potuit, vtinam ſic omnes hæc & ſimilia ſuperſtitionis arma abolerent. Nec verēdum quidquam eſt cuiquam, nec forte ſe dæmō vlciſcatur. impune hoc omnibus, qui cum fide fecere. Burdigalę aduocatus quidam paredrium habebat in phiala vitrea; eo mortuo hæredes nec phialam retinere volebant, nec frangere audebant: conſilium petituri, audiere Colleg. Ieſu, patres iuſſere phialam deferri ad ſe; coram ipſis ſe terræ illiſuros. attulere, ſed orarunt ne coram ipſis frangerent: iminania ſe metuere viſa recedentibus ergo illis, in accenſum tum forte clibanum magna vi phialā coniecere, & nihil aliud, quam ex vtriuſque elementi conflictu bre

item

uem ſtridorem audiuere. Mihi ipſi, cum ann. 1578. iudicis adhuc miniſterium obirem, inter rei cuiuſdam Licentiati annotatas à fiſco chartas: præter libellum Magicis plenum characteribus, oblata ſimul capſula, ſandapilæ more efformata, & in ea virũculus mandragoreus, ater & ſitu pædoreq; obſitus, largo capillitio, ſed imberbis: hunc, vulgo putant, ad diuinationes, lucra, & alia multa mire efficacem: accepi librum, capſam, & fictitium cadauer, hoc ẽt primum lacerauí abruptis auulſiſq; brachiis. dictitabant, qui aderant, magnum mihi & domui periculũ imminere: riſi & abire, qui metuerent, iuſſi: abeuntibus, in focum, qui aderat, cõieci: nec aliud quam vſtæ radicis, nidorem percepi.

5. Loco ſuccedit, ὀλεκτυομάντεια, quæ diuinat annulis ad certã cœli poſituram conſtructis vel incantatis, & ſuper tripodem ad certa verba motis: deſcripſit Ammianus libro 29. cuius verba dabimus ſect. 3. quæſt. 7. vel annulis incantatis, qualis fuit annulus Gygis, quo (teſte Herodote) fretus Candaulem interemit, tales duo illi Phocenſium tyranni, de quo Clemẽs Stromateus: qui ſonitu ſponte edito eum commonebãt de commodo rerum gerendarum tempore: qui tamẽ inſidias conſpirantium ſic euadere nequiuit: Fuit huiuſmodi annul⁹ exitio cuidam Hieronymo Cancellario Mediolanenſi: vt & alteri, qui cũ eum in ignem proiecíſſet, ſed mente non bona, ſtatim à dæmone correptus, & in furorem actus fuit. Princeps quidam, hoc æuo, alium emerat aureis viginti: promiſerat venditor, ſemper, dum geſtaret, aleæ, & chartarum luſum fore lucroſum. it, ludit primo, cedit non infeliciter: redit ad fritillum ſed magna cum nummorum iactura. Sic ſe deluſum videns, quem emi non oportuerat, annulum cõfringi iuſſit.

6. Occurrit, ὀνυμάντια ſiue, ὀνυχομαντεία, in hac oleo ac fuligine impolluti pueri vnguẽ illinebant, & vngue ſolem verſus obuerſo, certum quid ſubmurmurãtes, videbant, quæ cupierãt. Hodie vlterius progreſſum malum. Queuedum quendam Veteranũ militem Hiſpanum noui, bello & armis, quam pietate clariorẽ; qui, quo tempore Dux Medinæ Cœli ex Gallæcia ſoluebat, Belgium petens: Bruxellis. non vni in vngue ſuo claſſem è portu Corunnæ ſoluentem, & paulo poſt procellis vehementer affligtam, velut in ſpeculo clare oſtendebat. Hic ille, qui vulnera quoque ſolis verbis ſanabat aliorum; ſua ſic ſanare ipſe, vel aliis ſananda permittere, detractabat.

7. Quidam putant eſſe ἀηρομαντείαν, illam Ariſtophanicam, *in Nubibus*. Sed iſta, ſi tonitru, fulmen, oſcines, & alia ſimilia conſiderat, pertinet ad augurium, ſi planetarum adſpectus fœlices aduerſoſq;, ad aſtrologiam: ſi quędam aereorum ſpectrorum inſolita viſa, vt equitum, &c. ad πανοπτικὴν, referenda. Sola huc ſpectat, quæ ex aere coniurato dabat oracula, de qua Pictorius, *de Magica*. 10. Cardani Aëromantia de qua ibi agit, potius Hydromantia dicenda eſt.

8. Dici poteſt, φαρμακεία: qua vtuntur incantatores, ἐπῳδοὶ, qui diuinant freti ſolo dæmonis commercio: præter incantationem nihil adhibentes: vt Feſſæ faciunt quædam mulierculæ tribades *a*: & nonnullæ Ægyptiæ ſiue Zingalæ, de quibus poſtea, totam Europam percurſantes, & in Byzantino foro Turcæ, & olim: *in Apulei aſino*, quidam Diophanes.

a Vide Io. Leonem in deſcripto. Africæ l. 3.

9. Est, κοσκινομάντια; quæ vsurpata veteribus *b* (vnde & Adag. *cribro diuinare*) cribrum imponebatur forcipi, forcipem binis digitis comprehẽdebant & eleuabant, & præmissis conceptis, subijciebãt nomina eorum, de quibus suspicabantur eos furtum, vel aliud occultum crimen patrasse: reum vero iudicabant illum; quo nominato, cribrum tremebat, nutabat, mouebatur, vel cõuertebatur. quasi qui digitis forcipem tenebat, arbitratu suo cribrum mouere non potuerit. Quod formulam Pictorius ꝓponit verborũ ꝓnunciandorum, fecit inconsulte: ꝙ ea sit vsus ter, & quod euentum certum prædicet, fecit impie, & mentitur pollicendo. Ad hanc reducit vir doctus Horoscus li. 2. de vera & falsa ꝓphetia modum furti concipiendi (h. probandi) per lancẽ & licium: nẽpe lancẽ lineis funiculis illigatã, & cum murmure rotatã, ex lege XII. tabula. cum lege d. ll. 2. c. 6. quod sane verisimilius quam ꝙ post Zatium Alpinum Franc. Balouinus in li. 57. XII. tabular. & cum eo Ziracu. ad Alexan. Genial. dier. lib. 6. c. 10. Scripsit de μυτραγύρτοις prætextu religionis furantibus.

10. Ad eundem vsum erat, ἀξινομάντια: qua securi in rotundo infigebant palo, & ex eius motu furem deprehendebant. Quando autem successus futuri diuinatio petebatur, tunc gagatem lapidem securi imponebant, vt Plinius refert *lib. 36. c. 16.* Huic similis diuinatio militaris per scutum tincta aspride oleo. habes apud Suidam ex Aristophane.

11. Erat, κεφαλαιονομάντια: faciebant asini capite super prunas asso. Germanis priscis in vsu fuisse volunt. Longobardi postea vsi capite caprino, cui diuinum honorem habebant. *c.* Vehementer suspicor prius illud de Arcadico pecore genus olim ab improbis Iudæis interdum Diuinationi impensum, hincq; factum vt Apion, & reliqui Ægyptij, & illos secutus Tacitus, calumniarentur, eos pro Deo caput asininum coluisse.

12. κλειδομάντια, per clauem; cui circumdabant chartulam inscriptam nomen suspecti: deinde clauem alligabant sacræ scripturæ codici, hunc virgo sustentabat; & verbis certis murmuratis chartula ad nomen criminosi vertebatur, mouebaturque.

13. Sic quod Germanus quidam I. C. his verbis tradidit: *ex oculo quoq; excusso, hodie fur cognoscitur. Primum legũtur Psalmi cum Letania. deinde formidabilis subsequitur oratio ad Deum patrem & Christum; item exorcismus in furem, hinc in medio ad oculi similitudinem vestigio, figuræ circularis nominibus barbaris notatæ, figitur clauus æneus triangularis, conditionibus certis cõsecratus, incutiturq; malleo cypressino: & dicitur, Iustus es Domine, &c. tum fur prodetur. Rostochij quidam pecuniam in quodam loco sepositi. Cum autem eam postea inuenire tam cito non potuisset, fabrum conuenit, ab eoq; petijt vt oculus furi excuteretur. Quo facto statim ipsẽ Dominus, qui fabri Diabolica opera vsus est, oculum amisit.*] Nonne lector optime, iusto Dei iudicio iste incidit in foueam q̃ fecit, & merito pertulit, ꝙ tam iniuste, per artem pessimam, malum alteri moliebatur? subdit; *Gustronij quidam cochleum argẽteum amiserat: cum autem furem ex oculo quoq; excusso cognoscere cuperet, fabrum adijt ab eoque petijt, vt sua arte magica furem oculo priuaret; quod & factum est, & statim filiolus illius, qui cochleũ in quendã angulum coniecerat, oculũ amisit.*] Sed & aliud diuinationis diabolicæ genꝰ reperio in

Indorum

b Theocrito, Luciano, Polluce.

c Gregor. li 7 epist. 7 & in Dialog. lib 3. c. 26. & 28. & hom. 1.

Indorum historiis, in iis quę de Floridensium reb. gestis agunt. aspidomātiam vocare possum[9]. Narrant sequētia de Rege Holata Outina, eum exercitu subsistere iussō, senem magū centum & viginti annos superantem aduocasse, & quo in statu res hostiū forent pronunciare iussisse. *Tum magus locum in medio exercitu parauit, & conspecto Ottigny, quod puer eius gestabat scuto, petere illud iubet: impetratum illud collocat, orbe quinque pedum diametri circum illud ducto, additis quibusdam characteribus & notis: tum in scutum genibus flexis pedum calceaneis insedit, sic vt nulla parte humanum tāgeret: & nescio quid submurmuransvarios gestus exprimebat, tanquam in vehementem aliquam orationem incūberet: qua ad quadrantem horæ producta, illico tam horrendus apparuit, vt humanā effigiem amplius non exprimeret. nam ita omnes artus contorquebat, vt ossa dissolui exaudirentur, denique præter naturā multa faciebat. His peractis momento in pristinum statum redijt, lassus tamen admodum & quasi attonitus. deinde circulo egressus Regem salutauit, ipsique indicauit hostium numerum, & quo loco illum exspectarent.*]

Claudat seriem Salisberiensis, *lib. 2. de nugis curialium c. 11.* scribens: *Imaginarii sunt, qui imagines quas faciunt, quasi in possessionem præsidentium spiritum mittunt, vt ab eis de rebus dubiis doceantur: hos idololatras esse S. scriptura conuincit, & diuino maiestatis iudicio condemnandos.*]

In his omnibus verba magica solēt interuenire, ideo dubitari nequit, quin ad hanc quæstionem pertineant.

QVÆSTIO VII.

De manganiæ speciebus in quibus vel non est explicitum pactum, vel latens admodum est.

HÆc implicitam habentia pactionem reuocari possunt ad tria capita, *Ariolationem* siue *Haruspicinam, Augurium* & *Sortes*. de quibus nunc videndum.

SECTIO I.

De Haruspicina siue Ariolatione.

Ariolatio latissima significatione omnem complectitur diuinationem: sed hic eā stricte sumo, vt Isidorus, cum scribit: Arioli *vocati propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, iisq; celebritatibus dæmonum responsa accipiūt a.*] quibus verbis describit solam diuinationem explicitam, quæ ad oracula refertur. hoc placuit etiā Rabano *b* & Gratiano Iuoni, & Burchardo, qui in Decretum suum id retulerunt. *Haruspicinam* idem Isidorus vult dictā ab obseruādis horis, melius alii, à veteri vocabulo *Haruga*, quod (teste Donato) hostiam significabat. Ego nunc vtrumq; nomen media quadā & modica latitudine vsurpo, pro tota ἱερουργία veterum, siue disciplina diuinandi in sacrificiis Gentilium solita seruari: quare olim semper puto in his interueniisse idololatriam expressam, nō tñ semper pactum explicitum: hodie fieri potest, vt neutrum interueniat.

Haruspicum seu Gazarenorum (sic enim vocatos docet D. Hieronym. *in Esai. ca. 47.*) prima diuinatio erat ex viuæ adhuc victimę obseruatione, dum producebatur, dum ad arā sistebatur, dum attrectabatur. dum vinum ei in-

a *li. 8 Etymol. cap. 9.* b *l. de maior. præstig. c. 2. & 6. q. 3.*

fundebatur. possumus vocare *victimariam*, θυηλκὸν siue θυμηλκὸν: quæ omnia, si quis volet exemplis cõfirmata, is adeat Barn. Brissonii, crudeli certe & indigna morte absũpti viri, *Formularum li.* 1. quædam etiam nos olim in Senecæ Oedip. delibauimus, ad illa:

Appellite aris candidum 1. *tergo bouem*
Curuoque nunquam 2. *colla depressum iugo.*
Opima 3. *sanctas victima ante aras* 4. *sistetis.*
. . . Huc propere 5 *admoue*
Et sparge 6. *salsa colla taurorum mola.*
Placidone vultu sacra, 7. *& admotas manus*
Patiuntur? . . . . .
Vnone terram ac vulnere afflicti petunt?
Vtrum citatus 9 *vulnere angusto micat.*
An lentus altas irrigat plagas cruor?

Secũda vero fuit *extispicina*, qua motum & singula mactatæ hostiæ membra rimabantur, iecur maxime, vnde Græcis dicta ἡπατοσκοπία, hanc vbertim rident Lucianus *b* & Arnobius *c*, describit noster ille eadem tragœdia.

Ede certas viscerum nobis notas.
MAN. *Genitor, quid hoc est? non* 1. *leui motu, vt solent,*
Agitata trepidant exta, sed totas manus
Quatiunt, nouisque prosilit 2. *venis cruor,*
Cor marcet ægrum 3 *penitus, ac mersum* 4 *latet,*
Liuentque 5. *venæ, magna pars* 6. *fibris abest,*
Et felle nigro 7. *tabidum* 8. *spumat iecur.*
Ac semper omen vnico imperio graue,
En capita 9. *paribus bina consurgunt toris:*
Sed vtrumque cæsum 10. *tenuis abscondit caput*
Membrana, latebram rebus occultis negans.
Hostile 11 *valido robore insurgit latus,*
Septemque venas tendit: has omnes retro
Prohibens reuerti limes 13. *obliquus secat,*
Mutatus 14. *ordo est, sede nil propria iacet,*
Sed acta retro cuncta. &c.

Fuit autem nõ quorumuis, sed certorum animalium inspectio. Iuuenal. *Sat.* 6.

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato Armenius, vel Comagenus haruspex:
Pectora pullorum rimatur, & extra catelli,
Interdum pueri. . . .

Sed exsecti matri viuẽti, vt ex nefariis Iulia. Apostatæ magicis docemur.

Tertia est πυροσκοπία & πυρομάντεια in hac aliquãdo pix trita in ignem spargebatur, aliquãdo tædæ pice illitæ accẽdebãtur, & certis characterib. signabantur, & si flamma tædarum in vnũ coibat, prosperum: si lambẽs & diuisa comparebat, infelicem, si tricuspis assurgebat, glorioſum euentum: si varie disperia, in ægro mortẽ, in sano morbum: si crepitãs, infortunium: si subito exstincta, ingẽs periculum ominabantur. aliquando hostiam in ignem coniiciebant & dum taxat considerabatur flamma ignis victimarii, vtrũ in vnam coiret pyramidem, quod prosperũ: an vero diuideretur, quod aduersum.

b lib. de sacrific.
c l. contr. gent.

uersum. quis ignis color, splendor, ascensus, strepitus: an cito victimam comprehẽderet, an exstingueretur & similia, quidam putant auctorem huius fuisse Amphiaraum, alii Argonautas alios: apud Romanos vsa Tanaquil, teste Valerio Maximo *d.* de hac idem Tragicus.

d l.1.c.6.

TIR. Quid flamma? largas iamne 1. comprehendit dapes?

MAN. Subito refulsit lumen 2. subito occidit.

TIR. Vtrumne clarus ignis 3 & nitidus stetit,

Rectusque purum verticem 4 cœlo tulit,

Et summam 5. in auras fusus explicuit comam?

An latera 6. circum serpit incertus viæ,

Et fluctuante 7. turbidus fumo labat?

MAN. Non vna facies 8 mobilis flammæ fuit:

Imbrifera quales implicat varios sibi

Iris colores: parte quæ magna poli

Curuata picto nunciat nimbos sinu.

Quis desit illi, quisve sit dubites color:

Cærulea fuluis mista oberrauit notis,

Sanguinea rursus vltimum in tenebras abit:

Sed ecce pugnax ignis in 9. partes duas

Discedit. . . . . .

Immugit aris 10 ignis, & 11. trepidant foci.

Vtuntur hodie Lituani: nam ægris sivmbra, corpore igni opposito, aduersa cadat: certã spem recuperãdæ valetudinis cõcipiũt: sin auersa ceciderit: conclamant, & pro deposito ægrum habent *e.* An ab hoc vitio immunes Germani? qui in succensione pirarũ, quas pie in honorẽ B. Ioan. accendũt, veteri idololatria Chaldæorum & Ægyptiorum in sacrum morem cõmutata: peccant dum ad crepitum, fumũ, flammæ modum & similia attendunt: item quia definitis vicibus circumire vel transiliri debere putãt. sunt enim ista, vt recte censuit VVimpina *f*, reliquiæ veteris paganicæ lustrationis & traductionis per ignem, quã ex sacris litteris Patres confutarunt. Glycas, ex Theodoreto hoc docuit, ne multos cõgeram *a*, *Quinetiã* (ait) *liberos suos per ignem traiecit. Quid autem istud verbum sibi, quæso vult? Iosephus tradit Achazum quendam suorum filiorum Baali solido sacrificio concremasse. Verum Theodoritus aliter sentit: arbitror, inquit, hisce verbis significari speciem quendam erroris, qui ad nostra vsque tempora durauit. Videmus enim semel in anno rogos accẽdi, quibus iniiciantur pueri quidam & viri. Quinetiam infantes ab ipsis matribus per flammam transportantur. quæ res videtur esse quasi quædam auerruncatio & lustratio*] Sic Glycas.

e Amanias li.3. de nat.

f l. de diuin. c 2.

a 2. annal. fol. 269.

Quarta est nubila καπνομάντεια, fumi obseruatrix, eaque duplex *b.* nam vel grana sesami vel papaueris nigri in ardentes prunas iaciebant, & inde surgentem fumum notabãt: vel sine huiusmodi granis, solum obseruabãt sacrificii fumum, & interdum fumũ rogi. Huc pertinet illud Nasonis *in Ibin*, de rogo Polynicis & Etheoclis,

Et noua fraterno veniet concordia fumo,

Quam vetus accensa separat ira pyra.

b Carda. li. de vera Sapient.

De fumo illud Papinii est *libr.* 10. *Thebaid.* vbi postquam pyromantiam

Tiresiæ descripserat, addit eũ ore fumum fatidicum hausisse.

Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.

Vapor enim iste fumus est. nã quis credat flammam hausisse Tiresiam, & superuixisse? Vsos etiã Capnomantia Iudæos & considerasse an fumus, qui ex victimarum sacrificio ascendebat, rectus ascenderet, an in obliquũ vergeret, docet Theophilactus *in Osee ca.* 4. Pictorius *libr. de Magia, cap.* 11. quosdam Papinii versus de morte Menecei huc retulit, qui perspicue ad Pyromãtiam pertinent. Nõ aliam speciem, sed genus quoddam ipsius Capnomãtiæ putarim fuisse *Thurifumiam* illam in qua ex fumo thuris adoliti diuinabant. Statius,

Thurea nec supra volitante altaria fumo.

Hoc verum de ista: sed alia longe, de qua Dion.

Quincta est proprie dicta λιβανομάντεια quã proponit Dionysius Cassius c agẽs de Nymphæo prope Apolloniam, *ibi & oraculum* (inquit) *editur, idque hoc modo. Thure accepto, precibusque eius rei ergo, quam volũt, factis, ipsum thus. vt secum eas preces deferat, ad ignem proiiciunt: tum si ratum sit futurum votum, ab igni thus è vestigio corripitur: ac si thus extra ignem forte deciderit, accurrens ignis id abripit & consumit: sin irritum erit votum, neque accipitur ab igni thus, &, si in ipsam flammam coniiciatur, recedit ab ea, atque effugit. ita in vtramq; partem ignis futura prædicit, morte nuptiisque exceptis. de his enim non licet cuiquam oraculum illud consulere.*]

c l. 41 hist. August.

Sexta est τεφραμάντεια siue σποδονομάντεια, qua diuinabant olim ex cineribus sacrificiorum videtur hoc factum in ara Apollinis Ismenii, & ideo Sophocles *in Oed. Tyr.* vocasse cinerem diuinatorium, μαντείαν σπόδον fortassis tale quid etiam obseruãdum in cinere Alphæi, quem idcirco Moschus vocauit, κόνιν ἥραν vbi ex Pausania docui quondam *d*, per κόνιν, significari τέφραν, per puluerẽ cineres sicut & in Herc. Oetæ sumitur.

d in Aduersa. ad Seneca Medea v. 81.

Et cineres patrio puluere sordidos.

Hodie viget quoddam superstitionis huius vestigiũ, cum res, de qua diuinãdum, digito bacilloue cineri inscribitur, & cinis aeri puro permittitur, & attenditur ad litteras quæ in cinere agitato apparent. Itẽ cum iubent aliquẽ tres personas cogitare quibuscum matrimonium optet, vel speret contrahere, tum tres ducunt sulcos in cinere, ille autẽ iubetur singulis personis suũ sulcum deligere, tũ auersus stare ne sulcos videat, quos interea alter tamdiu forcipe ostẽdit, donec eorum vnus ab illo ter deligatur, & quã ille sulcus destinabat, ea spõdetur ipsi vxor futura, posset hoc vltimũ ad sortem diuinatoriam reduci.

Septima est ὑδρομάντεια & οἰνομάντεια qua considerabant colorem vtriusq; laticis in sacrificio. fusi Æneid. 4.

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros
Fusaque in obscœnum se vertere vino cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

Ariolationem ergo hic alii agnoscunt, ego potius diras, seu omẽ, vt in illis Thyestæ,

Vernæ capiti fluxere rosæ,
Pingui madidus crinis amomo,

Inter

Inter subitos stetit horrores:
Imber vultu nolente cadit:
Venit in medias voces gemitus,
Sed vagus intra
Terror oberrat.

Item,

Sed quid hoc? non vult manus
Parere: crescit pondus. & dextram gra-
uat.
Admotus ipsis Bacchus à labris fu-
git,
Circaq; rictus ore decepto effluit.
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
Vix lucet ignis.

Omnia tamen diuinationis sunt, sed sub augurijs comprehensæ seu auspicijs, de quib. sect. seq. Persis diuinationem ex vino tribuit Alex. Neapolit. *lib. 5. cap. 13.*

Octana forma ducitur ab edulibus varijs, vt κριτομάντεια ἀλευρομάντεια, & ἀλφιτομάντεια. De hac ita Theod. Balsam. in 5. *Syn. quæ in Trullo*, *Mulieres quædam* (inquit) *cum ordeo ea, quæ ab alijs ignorantur, enunciant. hæ dicuntur* κρίθριαι *quæ Ecclesiis & sanctis imaginibus assidentes, & se ex ijs futura discere prædicantes, non secus ac Pythonissæ futura prædicunt.* Alia posset videri ab Horatio significata lib. 1. ep. ad *Fuscum.*

Vtque sacerdotis fugitiuus liba recuso.

Nam in m. s. vetusto S. Laurentij Leodiensis eo loco adnotatum: *Cum in seruo suspicio furti habetur, ad sacerdotem ducuntur, qui crustam panis carmine infectam, dat singulis. quæ cum hæserit gutturi, manifesti furti reum asserit.*] Sic ibi legitur, quod non tam explicando carmini, quam notandæ superstitionis priscæ causa volui adscribere. In Antisiodorēsi concilio can. 4. sic legitur: *Non licet sortilegos, vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum vocant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt aspicere, sed quæcumque homo facere vult omnia in nomine Domini faciat.*] Item aliam puto quæ in sacrificijs, (quā Theocrit. describit *in Pharmaceut.*) obseruabat molas & libamenta, & præcipue triticum, hordeum, far & ex eo tosto frisoque factam farinam, & ea mox subsecutam Victimæ consperſionem. Seneca:

Et sparge salsa colla taurorum mola:

qua de re ex Dionys. Halycarnass. Suida, & alijs, multa ibi. *in Comment.* notaui τιρομάντεια perficiebatur caseo, ἰχθυομάντεια piscibus, quæ antiquissima. nam vsi illa Polydamas bello Troiano, & Tiresias Thebanus: apud Lycios à piscibus viuis non vno loco petebatur, sed in Dina fossa, & in fonte Apollinis apud Miras, & apud Syrrhum vicum ἐ ὠοθυτ κὴ seu ὠομάντεια ex signis quæ in ouis apparebant, qua Orpheum vsum vult Suidas: de eadem nonnulla Leonibus *lib. 3. var. histor. capite decimo tertio.* huc referenda præstigiosa illius nuperi impostoris scedulam in ignem coniectam, in quoduis allatorum ouorum illæsam ostentantis. Huc non est referenda superstitiosa expiatio Isiacorum per oua, de qua Iuuenal. *sat. 6.*

Nona est κυρομάντεια, qua vtuntur hodie quoque Turcæ: cum ceram liquant & aquæ guttatim instillant. & figuras inde ortas obseruant. Alsaticæ vetulæ aliud genus commentæ: cum aliquis ægrotat tot cæreos æqualis ponderis incendunt, quot Sanctos morbi immissores autumant, & cuique cereo suum sanctum appropiant, cuius cereus

d in Oed v. 334. & 335.

e Cælius l. 7. ca. 29. & Plin. l. 9 c. 16. & l. 32. ca. 2. Plut. l. de induſt. animal.

primus consumptus fuerit, eum morbi pronunciant autorem, læsoremque.

Decima ἀνθρωπομάντεια, quæ rimabatur hominum mactatorum fibras ac viscera. Vsus ea Heliogabalus, monstrũ non homo: vsus etiam Iulianus Apostata, qũi grauidarum aluos exsecabat. *a*, vt Anciochiæ & Carris deprehensum: vsus & teste Ammiano *li.* 29. quidam Pollentianus, vsæ & Arlunæ Scythicæ, vt est lib. 1. Annal. Boior. à quib. id accepere Tartari, de quibus narrat Cromerus *lib. 8. histor. Polon.* vsi & Lusitani veteres apud Strabonem *li.* 3. Hæc ad *extispicinam* commode reducerentur: vt & ad hanc, sacrificium filiorum in Topheth, vbi igne absumebantur in honorem Molochi in Sacra scriptura *b*.

a Cedren. in Annal. & Theod. l. 3. ca. 21. & 22.

b 4. Reg. 16. v. 6. & Ezc. 20 v. 31

Vndecima fuit δαφνομάντεια, ex laurei rami combustione. prosperum signum, si obstreperet cum fragore, infelix, si iuxta Propertium, taceret *extincto laurus adusta foco*. de hac multa, & ita, vt nescias quis à quo acceperit, Parrhasius ac Rhodiginus *c* vaticinabantur autem præmansis lauri foliis, testibus Lycophro, & Hesiodo, vnde laurus dicta Symbolum diuinationis, Constantino *in Geopon.* & Aphtonio, *in Progymn.*

Duodecima potest esse βολάνομάντεια, cum ex verbenæ, lunariæ, saluiæ, myricæ, ficus, & aliorum simplicium foliis ramulisue, consignatis nomine quærentium & quæstione, cognitio futuri petebatur. caue cum his confundas Sibyllæ folia apud Maronem, in his enim non quæstio, sed oraculi carmen erat inscriptum. συκομάντεια ficus folia postulabat. De diuinatione per tamaricem seu myricam, ex Nicandri Scholiaste, sic Cælius Rhodiginus *d*: *Apollo myrica vates sanxit pranunciare mortalibus futura, propterea insignem fruticem hunc Nicander* μάντιν *vocat, id est, vatem. Quin & magi item Scythæ miricino vaticinantur ligno. Sed et in Lesbo Apollo myricæ ramum tenet: qua ratione Myricæus quoque est cognominatus. Et Archaus prodit quandoque in somnu visum Deum illum myricæ ramo decorum. Et Metrodorus refert antiquissimam esse plantam myricam: nam Aegypty in Iouis pŏpa coronãtur myrica, id est tamarice, vt interpretatur Dioscorides: sicut apud Medos Magi.*]

c Ian. Pan. in Claudiani l. 2. de rap. Proserp. Cælius Rhodi. l. 5. antiq. c. 7. *d* l. antilect. ca. 29

Decima tertia ὀμφαλομάντεια, obstetricum propria: quæ per nodulos vmbilico & secundinis adhærentes conijciunt, quoties puerpera sit, postmodum paritura.

Decima quarta nouitia quoque est, ex eadem obstetricia schola, superstitio, ἀμνιομάντεια. Fœtus maternus in vtero materno tribus membranis inuoluitur: quarum prima dicitur χόριον seu secundinæ: alia vero à farciminis forma ἀλλοίδες tertia à mollice ἄμνιον. hæ duæ posteriores aliquando cum fœtu sic erumpunt, vt facies ac caput infãtis quasi galeatum appareat: Vulgus Belgicum vocant galeam (*den helm*) hæc membrana cognomen tribuit Imper. Diadumeno, & causidici Romani multa pecunia inuolucrum istud emebant, se illo ad causæ victoriam iuuari multum arbitrantes *e*. Ex huius tegminis colore rubicundo, vel liuido, fortunam infantis, aniculæ ariolantur. hęc ἀμνιομάντεια, de cuius vanitate legendus Leunius Ziricæus *f*. Sed & Iouius, ne quid superstitionis omitteret, nimis huiusmodi vanitatibus, pro Episcopo, deditus, in Ferdinandi Daualli natiuitate (*lib. 1. Piscary*) huiusmodi pelle inuolutum ex vtero prodijsse considerauit.

e Lampri. in vita Diadument.

f l. 2. de occult. nat. mirac. c. 8.

Decima quinta est æque ridicula di-

uina-

g Moses Samsonis F. in præceptum Negatiuum 8.

uinatio Iudæorum per *Ieduim*, cuius Rabbini *g* mentionem à Mose factam comminiscuntur. nempe volunt fuisse animal quoddã, nomine *Iedua* ידאה humana forma, cuius ex vmbilico medio funiculus propendebat, quo instar cucurbitæ humo adhærescebat, & quãtum funiculi lõgitudo patiebatur, circumcirca omnem terræ fructum depascebatur: capi à venatorib. non posse, nisi sagitta funis præscindatur: tunc statim expirare per eius ossa, certo ritu in ore gestata, vaticinandi donum nactos homines, indeque arrolos dictos *Iddegonim*. tales isti recutiti fabulas nobis obtrudunt, digni qui & terræ cum suo: *Iddahhonim* ידגגים affigantur, & cum eo conuiuentur. Nisi humanam illi formam attribuerent, possemus suspicari, eos allusisse ad Plant. animal. quoddam agni specie, quod nasci ferunt, sic terræ cohærens, & vicina sibi, quoad funiculi longitudo permittit gramina depasci, & pabuli post defectum marcescere, in vicina Moscouiæ Tartaria: de quo Sigismundus *in Moscouia*, & Iul. Schal. *contra Cardan.* & plenius ex professo Andr. Libauius *p. 2. singul. disp. de agno Scythico.*

b Deut. 18 & Leut. 19

L *Decima sexta* est λιθομάντεια: cuius meminit Iamblichus, & Orpheus agẽs de Siderite lapide: sed ritus eius mihi non satis perspectus. Huc spectat Chaldæorum lapis Mizoris, de quo ita Zoroaster. Ηνίκα δερχόμενον δαίμονα πρόσγειον ἀθθρήσης, Οὐε λίθυ μνίζυρον ὑπωδῶν. *Quando conspexeris dæmonem terrestrem* (tibi responsum expetenti) *accedere, incantans sacrifica lapidem mnizurim.* vbi Psell. in Scholijs rem aperit: *Dæmones* (ait) *circa terram volitantes natura sua sunt mendaces. Quod si ex his verum aliquem sermonem audire cupias, aram appara & sacrifica lapidem MNISVRIM.*

A *Habet enim hic lapis vim aduocandi maiorem dæmonem, qui occulta ratione materiali genio applicatus, rerum inquisitarum veritatem insusurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat enim nomen ipsum, quo in aduocatione vtendum est vna cum lapidis sacrificatione.*

Hæc Psellus, cui similia Nicephorus ad li. Synesij de insomnijs. fuit hæc vanissima superstitio, putantium non omnes dæmones æque mendaces, sed aliquos veraces, deinde & illud erroneum quosdam esse materiales, ἀφεγγοῦσι ὑλῆς ἀναπτλησμένους, materia tenebrosa plenos, vt loquitur. Hic ergo magicus ritus Chaldæorum. Non desunt, qui putent Iudæis in vsu fuisse lapides quosdam Diuinatores, & eos prohiberi à Mose *Leuit. 26. v. 1.* nam vbi noster vertit, *Lapidem insignem*, illi malunt vertere: *Lapidem imaginationis*, vel vt alij *Lapidem speculationis.* Sed illi nugantur cum suis, quos nimis lubenter sequũtur Rabbinis. nam *eben Maskith* vocat lapidem pictura vel artificio aliquo sic ornatum, vt aspectu suo homines capiat, & alliciat ad honorandum: ideo enim additur, non quidẽ, vt diuines per illũ, sed. *vt incurues te ei*, hoc est, vt adores illum. Non vos celabo, quid aliquando mihi de hoc loco in mentem venerit, antequã ditionem Romanam viderẽ. Suspicabar nostrum interpretem primo scripsisse, *Lapidem in signum*, inde cũ alij verba transposuissent: *in signum lapidem*, factum denique *insignem Lapidẽ.* confirmat coniecturã versio LXX. in qua diserte scriptum: χιθὸν σκοπὸν. *lapidem signum.* Et fuit illa veterum superstitio: qui Mercurios ponebant in vijs, vel alios Deos *vios* siue *viales*, itinerum indices & signa. prohibeat, ergo legislator, non lapides indices viarum poni, sed poni, huiusmodi lapides habitu Deorum, & ad adorandum. Scio q æ

B C D E

de radice שכח Sakah, prolixe hic Oleaſter adferat : ſed probare nequeo, quod vulgatum interpretem tam facile deferat, imo & de verſione loci Iob aperte ignorantiæ accuſet. Etiamſi vera ſignificatio foret, *operire*, dicere poſſem: quæ picta ſunt, coloribus eſſe contecta & operta. Poſſet quis ad hanc ſpeciem referre quorundam ſuperſtitionem, qui vt ſomnia ipſis contingant futuri, prænuncia, geſtant amethiſtum gemmam.

Decima ſeptima occurrit ῥαβδομάντεια, quæ multiplex fuit, de qua ſic Cælius Rhodiginus *d. capite vigeſimo nono.* ſcribit, *Virgas in rebus diuinis eximij cuiuſdam vſus fuiſſe veteribus, ex pleriſque coniectare licet. Nam, qui Perſicos ritus diligentius animaduerſos litteris mandarunt, illorum magos, qui ſacrificijs præficiuntur, carnes ſuper myrto & lauro poſitas tradunt ſubtilibus virgu adurere, mox, oleum lacte melleque commixtum conſpergere, ac comprecari, faſciculos ex myrica pertenues manu tenentes. In Pyrethiorum meditullio ſurrecta ſtabat ara, vbi inexſtinctus ſeruaretur ignis, fierentque itidem comprecationes non ſine myricinis virgis. Sicut in Scythia quoque, vbi vaticini traduntur plures, ſalignis virgi, diuinatio concipitur, quas diſſoluunt ac ſeparatim ſingulis humi conſtratis vaticinantur, interim virgas comprehendentes componentesque. Narees vero, quos eſſe Androgynos putat Herodotus, tiliam ſcindentes trifariam, digitoſque implicando ac reſoluendo præcinunt futura.*] & poſtea, *Etenim in pleriſque locis virga (vt diximus) præſagiunt, quod in primo compoſitionis tertiæ Dion quoque confirmat.*

Quæ ille de Perſis Magis, ab Herodoto *libro primo.* & Strabone *libro decimo quinto* mutuatus: quæ de Scythis, & Euarijs, ex Herodoti *libro quarto.* Scytharum progeniem Turcas, hunc morem retinuiſſe, colligitur ex Hiſtorijs a Collenucij. Sed illud mihi nota (Lector) ῥαβδομάντειαν non pertinere ad vnum dumtaxat caput. quædam enim explicitam continebat inuocationem, nempe quæ conceptis verbis efficiebat, vt virgula recta, ſponte ſua, in circulum coiret iunctis extremitatibus. Alia vero ad ſortes pertinet, quando regnum vel quid aliud, virgis datis, cui obtingeret, experiebantur: ſic Aaroni prærogatiua Sacerdotij, virgula contingit florente, ſic & Beatam Virginem nonnulli, ex apocryphis, tradunt Ioſepho ſponſam datam: quo adhuc tempore Diuinatoria ſors permiſſa. Aliquando ad ariolationem noſtram) quam *auſpicium* vocauit Tacitus) referenda: vt illa Perſarum, & Scytharum, Germanorum quoque, quam Tacitus deſcribit *lib. de moribus Germanor.* qua de re nos poſtea plura Sect. 3. Aliquando ad omnia, vt illa, de qua ſic Crantzius *libro quarto. Metropol. capite decimo nono. & vigeſimo nono. Memorant annales Henrici III. Imp. fabulam de Hildibrando puero, quod cum filius eſſet Fabri lignarij, ex ſarmentis ordine compoſitu, inſcius ipſe has litteras conſeruarit: quibus aſtans homo litteratus legerit ex ea compoſitione ſcindularum:* Dominabor à mari ad mare. *Vnde coniectans diuinum aliquid in puero, ſuaſerit parenti, vt eum litteris traderet. Traditus profecit, & in cancellariam Regu peruenit, & Scriniarius euaſit. Sommio admonitus Imp. de eodem, quod cornua videretur habere, quibus filium ſuum contineret, hominem in vincula coniecit: ſed ab Imperatrice vinculis exutus, Cimiacenſe monaſterium petijt. Indeque profecit primum in Subdiaconum, deinde in Cardinalem,*

A li. 1. rerū Neapoli.

nouissime in Gregor. VII.) Hæc ex annalibus illis Granzius, quæ nescio cur fabulam vocet.

Decima octaua est λαμπαδομάντεια, quando nonnulli candelam in D. Antonij honorem accendunt, sicque se res perditas confidunt inuenturos. Alia est vetus superstitio *Lucernaria*, de qua Propertius lib. 4.

Sed neque suppleti constabat flamma lucernis

& alio loco:

Seu volui tangi parca lucerna mero.

Petronius *in Satyra*, *Lucernæ humore defecta, tenue & extremum lumen spargebat*: hæc magis videtur ad hominis augurium pertinere. An etiam huc pertinuerit modus furti concipiendi per lancem & licium; quem Sex. Pomperius describit, dubium mihi: puto potius non pertinere, quidquid Acron prodiderit. vide sub q. 6. sect. 4. vers. 9.

Decimanona vocatur ὀμφαλομάντεια, nempe duplex diuinatio, qua virginitatem puellæ explorabant. 1. per funiculum, quæ res etiam hodie in vsu prauo: & videtur olim eo respexisse Catullus in nuptiis Pelei & Thetidis.

Non illam nutrix, orienti luce reuisens,
Hesterno poterit filium circumdare collo.

2. quod, auctore Guil. Parisiense, *b* solitum in Britannia redactum in pollinem tenuem, achatem in potu præberi, quem qui quæue sumpsit, nisi virgo sit, statim cogatur euomere. Referuntur & alia, quæ idem per vrinam indicium faciunt. Et referuntur vt arcana naturæ; vereor ne prorsus sint magica, certè sunt illicita, & famæ restitutioni obnoxia.

b p. vlt. de vni. c. 22.

Sunt & aliæ mille nocendi artes & nomina mille, quæ vtinam vt mihi, sic cæteris ignotæ & inexpertæ. Damnant hæc omnia Theologi & Canonistę. *vide Euseb. lib. 4. Præpar. Euang. cap. si quis 26. q. 5. Ioannem Sulisberiensem lib. 2. de nugis Curialium cap. 28. Michael. Medinam lib. 2. de recta in Deum fide fol. 29. & Iulium Sirenium lib. 9. de Fato cap. 15. & 16.*

SECTIO II.

De Augurio & auspicio.

AVGVRIVM vel dependet à natura, vt naturarum, agricolarum, &c. de quo postea (est enim commendatione dignum, vtpote naturalis coniectatio (vel hominum industria atq; artificio institutum, rebus futuris, non necessarijs, sed voluntariis conijciendis inseruiens: de quo nunc agimus, quod ipsemet Cicer. *c* vanitatis & ineptiæ condemnauit, longe hac in re prudentior, quam Plato *in Phædro*, vel Xenophon, in *Cyriped.* Quod vero & Aristoteles *d* meminit augurij, ille vel populari ex sententia loquitur, vel augurium vocauit, naturalem præsensionem auium, qua pluuias tempestatesque instantes nobis indicant cantu, volatu, vel garritu. Nobis Christianis dubitare non licet, totam Augurum disciplinam, incertam & illicitam esse: qua, quod abstineret Dei populus, etiam ab ariolo laudatur: *e* quam sciunt omnes damnatam à Mose ac Prophetis, *f* & à iuris Canonici *g* auctoribus, à quib. etiam variæ pœnæ infliguntur: quam sciunt pacti cum dæmone damnari, à B. Augustino, *h* sciunt à recta Philosophia valde alienam. *i*

Auspicij vero siue *Augurij* vocem nunc eo extendimus, vt etiam omnia

M

c l. 2. de diuin.
d l. 9. de His. anim. c. 31. & alib.
e Nu. 23. v. 23.
f Leu. 19. v. 26. Deu. 18. v. 10. Eccl. 34. v. 5. Ier. 27. v. 9.
g c. illud. c. sed & illud. 26. q. 2. c. si quis Episc. c. aliquanti. c. si quis clericus *e.* auguriis. 26 q. 5.
h l. 2. de doc. Christic. 24.
i docent hoc Cic. dl. & Fac. Picus. l. 6. de præn. c. 4.

comprehendat: ſicut & Græci ſumpſerunt, ὀρνίθειαν, ὀιωνιστικὴν, ὀιωνομάντειαν, ἠρνιοσκοπίαν, *pro obſeruatione cunctarum rerum ſubito, & inopinato, & inſolito, accidentium inſtituta ad cognitionem futurorum, vel occultorum.* Sic acceptum, reduci poteſt ad ſpecies quinque, *primum* ex cœlo, *ſecundum* ex auium volatu vel garritu, *tertium* ex tripudio pullorum, *quartum* ex quadrupedibus, *quintum* ex diris & portentis: & horum omniũ communis diuiſio eſt quod eorum quædam ſunt *Oblatiua*, quæ non poſcũtur; quædam *Imperatiua*, quæ veniunt optata & quæſita. *a*

1. ergo genus *è cœlo* captato ab auguribus proſpectu, & cœli regione deſignata (*templum b* vocabant) exſpectabat auſpicium, nempe tonitru, vel fulmen ſiue fulgetrum: quorum alia *bruta*, quæ nulla ratione naturæ nitebantur, ſed erant vana prorſus, alia *Fatidica*: & hæc rurſus vel peſtifera, vel conſiliaria, vel auxiliaria, & huiuſmodi nugaciſsima, de quibus multa Plinius & Seneca, *c* quæ ſanè eruditè refellit VVimpina *lib. de diuinat. cap.* 34. & 11.

2. *ab auibus* petebatur, vnde dictum *augurium*, quaſi auigurium. Auium aliæ *oſcines*, quæ cantu ſeu garritu; aliæ *Præpetes*, quæ volatu putabantur prædicere, & harum rurſus variæ differentiæ, *funebres, cliuiæ, arculæ, volſcræ, remores, inebræ*, & aliæ multæ. *d* Stultitia hæc refellitur bene ab eodem VVimpina *lib. eodem c.* 12.

3. de *pullorum tripudio* ſumebatur. Duo à pullarijs pulli in cauea ſeruabãtur. primò diluculò, imperato de more ſilentio, plus aut offa, cauea recluſa, pullis obijciebatur: ſi negligerent cibũ, ſiniſtrum auſpicium erat; ſi auide depaſcerentur, ita vt aliqua ex roſtro deciderent & terram ferirent, dicebatur *Soliſtimum tripudium*, & habebatur ſecundum. *pauere* veteribus idem quod ferire. inde dictum primo terripauium deinde terripudium, denique *tripudiũ*. *e* Idem & *Soniuium* vocatum à ſono, quem puls edebat cadendo. Nugaciſsimum ſane commentum, cuius tamen neglectui tribuere Romani clades P. Claudij & Lucij Iunij bello Punico 1. *f* & Flaminij bello Punico 2. *g*

4. ex *quadrupedibus*, ſumpta, teſte Sext. Pompeio vocabant *auſpicia Pedeſtria*; vt apud Germanos ex equorum fremitu, *proprium gentis* (ait Tacit *h*) *equorum quoque præſagia ac monitus experiri, publice aluntur iiſdem nemorib. ac lucis candidi, & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos, at rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnituſque ac fremitus obſeruant. nec vlli auſpicio maior fides.*] Duraſſe eam ſuperſtitionem diu poſtea, etſi paulum diuerſa forma apud Luizicos, ex Ditmaro noſter Lipſius *in comment.* admonuit. De Lupino auſpicio, Plinius & alij valde multa, & prorſus contraria tradiderant, quos habes diligenter annotatos à Tiraquello; *i* de capra, aſino, leone, vulpe, cane, muſtela, ariete, & alijs; quæ Alexander nullis auctoribus firmarat, vir idem, ſupra modum diligens, accuratè comprobauit.

5. ſunt *Omina*: quæ pertinere ad auguria vel vnus oſtendit Claudianus ſequentibus verſibus;

Nullusque dies non triſte minatur
Augurium, quoties flauentia ſerta comarum
Spontè cadunt? quoties exſudat ab vbere ſanguis,
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Iniuſſæq; manus mirantia pectora tundunt?

a Pet. Sanctiflorius Mõtepeſſul. l. hiſt. ter memorab. folio 240.
b Varro l. 6. de lingua latina.
c Pl. l. 2. c. 51. & 54. & l. 28. c. 2. Senec. in Natural. quæſtio.
d Serui. l. 2. Aeneid Feſtus in voce Oſcines, Gellus l. 6. c. 6. Pl. l. 10. c. 13. & 18
e de his Cicer. 1. de diuin. Feſtus in Puls, & in Oſcinum
f Polybius l. 1. & Valer. Maxi. l. 1. c. 4.
g Liu. l. 22.
h l. de morib. Germ.
i ad Alex. ab Alex. l. 5. c. 3.

Si buxos instare velim, ferale gemiscunt.
Tympana, si quatiam, planctum mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omnia veri.]

Vbi Ceres & exempla præbet omnium seu Dirarum, & quod vocauit *augurium*, postea vocat *omina*. Hæc solent etiam *prodigia* dici. Valer. Maximus. *b admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infusum namq; patinæ eius vinum nec semel, sed iterum, ac tertio, in sanguinem versum est. Qua de re consulti Magi monuerunt, vt ab incepto desisteret.*] b l. 1. c. 7. de Xerx.

Sed de omnibus plura diximus l. 3. vbi de vana obseruantia egimus. Huc reducenda omnia prodigia & ostenta, & monstra, quatenus quis vanam quandam ex his instituit diuinationem, quã veteres περάτοσκοπίαν vocarunt, à qua aliena est Christiana obseruatio monitorum quorundam mirabilium, quæ quibusdam Deus largitur. Duo exempla referam infrà c. 3. q. 2. & alibi aliud familiæ Estensis B. Beatricis apud Scardeonum, tale quod de monte Vesuuio & morituroru impiorum & damnandorum mox aliquorum prædictione. Pet. Damian. epist. ad B. Dominic. Loricat. supra agens de Pandulfo Capuano, his verbis; *quandocunque in illis partibus reprobus diues moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur, & tanquam sulphurea resina congeries ex ipso Vesuuio protinus fluit, vt torrentem faciat, atque decurrente impetu in mare descendat.*] miraculo ignis, addam aliud humanum. Herodotus libr. 8. scribit, quando Amphiensibus sinistri aliquid publice euenturum, solitam sacerdoti Minerua subito promissam enasci barbam. Sed redeo ad inanima. De familia Seruiliorum scribit Plinius nummum illis fuisse æreum; quem auro & argento cibarent, qui ad futuros familię prosperos euentus crescebat, ad infœlices minuebatur, lege Plinium l. 2. c. 65. De sanguinis admirandâ in Galliâ pluuiâ, quæ incidens supra carnem hominis, aut supra lapidem non poterat ablui, cadens vero supra lignum facile eluebatur; auctor ex Fulberto Carnutensi est Baronius Annal. XI. anno CHRISTI 1017. De fonte Glomuzenzi narrat Dietmarius, qui quando lætus pace & annona annus subsecuturus tritico, auena & glande refertum se ostentat, quando pestis imminet cinerib. quando bellum, sanguine plenus fluit. quod idem Erasmus Stella, & Petr. Albinus *in Chronico Misnensi* asserunt. Alibi in Germania fons est dictus Hungerbrun/ qui quando decrescit grauem annonam, quando exarescit diram famem portendit. In monasterijs non raro accidit, vt religiosi morituri, in templis vbi sedilia sua habent trunco capite adspiciuntur. Quibusdam etiam nobilium familijs quædam notata. est quæ certissima suorum mortis indicia habet, si fons quidam natura sua valde limpidus ab incognito quodam verme turbetur. alteri signum est, si terra quædam arei ipsorum vicina, in voraginem subsidit. In Bohemia spectrum fœmineum vestitu lugubri apparere solet in arce quadam illustris familiæ, antequam vna ex coniugibus Dominorum illorum è vita decedat. ita ex alijs, vt certa, refert Phil. Camerar. *operæ succesiuæ* cap. 73. vide supra in prin. lib. & d. q. 2. *Monstra* sunt naturæ valde aberrantis à consueta norma inanimantium productione ludibria. *Ostenta* vero & *prodigia* vocamus, varias & terribiles atque insolitas in aere aut alijs elementis apparitiones, ac sonos vel effe-

vel effectus, vt pluuias sanguinis, acies in cælo visas, & similia, quibus pleni Iulij Obsequentis & Lycosthenis libri, & Iosephus *libro 7. de bello cap. 44.* & egregiè VVimpina *lib. de signis*, *l* certa horum interpretatio à diuina reuelatione dependet, vt fuit concessa Danieli: *m* non licet ea curiosè obseruare ad fortuitos euentus certò prædicendos: recte tamen concionatores ex ijs imminentem Dei vindictam denunciant, vel ab instanti facinore ac vitæ prauitate homines ijs deterrent, & ad pœnitentiam hortantur. reuera enim idcirco illa solent à Deo ostendi. Plura de his pete à D. Augustino *lib. 21. de ciuit. Dei, c. 28.* & qui hos portentorum obseruatores egregiè confutant Picus, *a* VVimpina, Medina, & Sirenius.

l à c. 22. vsque ad 27

m c. 5.

a Picus l. 6. de prænot. c. 6. VVimpin sur. c. 17. Medina l. 2. de rect. fid. c. 2. Siren. d. l. 9. c. 19. & 20

Vlt. Auspicium ex acuminibus militare, cuius & Cicer. & Arnobius meminere, quidam ad ostenta referunt, cum Cælio Calcagnino, alij ad Geomãtiam, alij cum Turnebo non dissimile faciunt, ab Anxinomantia. quale fuerit, nihil habeo certi. *Lege si placet Antonium Valtrinum Comm. de re militari.*

SECTIO III.

De sortibus illicitis.

MANGANIAE tertiam partem dixi esse *Sortes*. Sors olim dicta *Phur*, vt patet ex l. Esther *cap. 9. v. 26.* quam plerique Persicam vel Susianam vocem esse volunt. assentior potius D. Hieronymo Hebræam esse, & deduci ab Hebræo פּוּר phur, cadere seu labi (etiã iuxta Furster.) quia sortes in vrnam coniectæ labuntur, vnde & festum Hebræis *Phurim*, non *Phrurim*. Iosephus in hac voce mendosus est, vel more Græco detorsit. Sors autem, teste Diu. Thoma, *b* triplex est, diuinatoria, consultoria & diuisoria.

b 22. q. 95 ar. 8.

Diuinatoria vocari potest κληρομάντια: quæ ex genere suo prohibita, *D. Greg. lib. 7. ep. 66. libr. 9. ep. 47. in Decretal. c. 1. de sortil. g. D. Thom. d. art. 8.* & talis fuit sortitio Ionæ 1. vt ibi post Lyran. & Ferum optime Franc. Ribera quæ & ipsa multiplex est, vna, eadem cum oraculo; vt fuere sortes, Deliæ, Lyciæ; Antiates, Prænestinæ & similes, sic accepit Seneca.

in Troadib. Post fata demum sortis incæsta fides.

& in Oedipo. Sorte Phœbeia excitus.

Cæteræ sortes plæreque nomen à materia sortiuntur: vt sunt κωλομάντεια πεπιμάντεια ἀσραγαλομάντεια, quæ bacillis, talis, oscillis, pilulis, aut tabellis inscriptis, in altum vel in vrnam conijciebantur.

3. his similis fuit κυβομάντεια, siue aleatoria, vt apud Propertium.

Me quoque per talos Venerem quærente secundos,
Damnosi semper subsiliere canes.

Huic dediti valde Augustus & Tiberius Impp. teste Suetonio, & Attalus Rex Pergami. Vtebantur huiusmodi sorti teste Pausania Græci, apud Buram Achaiæ: & in Apono fonte in Italia, teste Suetonio, in *Tiberio*.

4. κωλομάντεια, quam dixi, seu ῥαβδομάντεια, quam Tacitus tribuit Germanis; *c sortium consuetudo simplex*, ait, *virgam fructiferæ arbori decisam in surculos amputant: eosque notu quibusdam discretos, super candidã vestem temere ac fortuito spargũt. mox, si publice consulatur. Sacerdos ciuitatis, sin priuatim, ipse paterfam. precatus Deos, cælumque suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundũ impressam ante*

c l. de mor. Germ.

notam

nota interpretatur, &c.] frequentissima quoque Sinis hodie est fere similis quædam diuinatio duorum lignorum æqualium, quam describit fuse Gunzalus Mendozius *li.2.hist. Chinens. c.* 4. nec non Philippinensium seu Lusanorum in India, teste Martino Ignatio *Itinerarij cap.*8. In sacris litteris inuenio nonnullas huc pertinentes, vt est illa sagittarum, de qua Ezechiel, & alia virgarum de qua Oseas, & secundum non nullos Moses. Ezechielis verba sunt *d*, *Stetit enim rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas. interrogauit idola, exta consulit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem.*

d cap. 21. v. 21

Diuinationem hanc varie explicant. orta diuersitate, quia non conueniunt de significatione verbi *Kolkol* קלקל quod D. Hier, vertit *commiscuit*, LXX. verò *fecit ebullire, & virgam* pro *sagittis*, ἀναβράσαι ῥάβδον. quod tamen Polychronius docet dictum phrasi Hebræa pro *misit* seu *iecit sagittas* αὐτὶ τοῦ ῥύψαι βέλη. ταύτῃ γὰρ τῇ λέξει ἐχρήσατο καὶ ὁ ἑβραῖος. D. Hieronym. in Comment. explicat modum diuinationis: *stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare. hanc autem Græci* βελομάντειαν *siue* ῥάβδομάντειαν *nominant.*] & addit postea, LXX. hic non tam sensu, quam verbis à vulgata dissentire. Nam illud ἀναβράσαι seu *ebullire*, nihil aliud est, quam velociter exire seu ascendere. Sed alij putant eo significari genus alterum diuinationis: nempe commixtas sagittas in aërem fortiter iecisse, in quam partem caderent, dextram an sinistram, versus Rabbath, an versus Hierusalem obseruasse: sic R. Ioseph. & (vt videtur) Chaldæus Paraphrastes, eamque interpretationem optime tam nostra, quam Græca versio patitur. Denique quia *Kalal* קלל etiam significat læuigare, & polire, ideo exponunt, tersit seu poliuit sagittas, volunt enim significari genus diuinationis Catopromanticum: quo augures in splendenti cuspide, velut in crystallo vel vngue, futura inspiciebant: sed cum hoc sit recentiorum cōmentum, præstat D. Hieron. & LXX. illos sequi.

Alter locus est *Deut.*8.*v.* 11. *Vechober chaber* וחבר חבר, quod noster vertit *incantator*: recentiores vertunt *iungens iunctionem*, vt exprimant speciem ξυλομαντείας, qua per frustola lignorum iterum coēuntia diuinabatur. Sed nostram versionem confirmant LXX. φαρμακὸς ὑπαειδων ὑπαοιδὴν, *veneficus incantans incantationē*: & recte; incantatores enim, à *Chabar* כחר, quod significat, se sociare, vocantur *Chalbarim*. quasi dicas socij, nempe dæmonum, quibus se pacto seu fœdere inito coniungunt Longe ergo clarius vertit noster vulgatus, quam recentiores isti: & bene Paginus retinuerat versionem LXX. interpp.

Tertius locus est *Oseæ* 4.*v.*. 12. *Populus meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei,*] non constat, de quo genere hoc dictum. apud Hebræos, R. Moses Samsonis F. *in explicatione præcepti Negatiui.* 52. commemorat huiusmodi ritum: decorticabant bacillum ligneum vno tantum ex latere, tum in aërem proijciebant, si fortuito casu, primo iactu apparuisset superior pars decorticata, at secundo iactu superior pars adhuc vestita, prosperum successum augurabantur: sin è

contra primum pars vestita, infælicem: si vtroque iactu vestitum vel nudatum latus superius fuisset, mixtum euentum sibi pollicebantur: & hocab Osea putant significari. D. Hieronymus autem vult, de eodem agi genere, de quo egit Ezechiel. & vocat hic ῥαβδομάντειαν, quod illic βελομάντειαν, pro ijsdem enim ista accepit. Sentit hoc etiam Theophilact. *in Oseæ*, sed aliter explicat ipsum ritum: *virgas* (inquit) *duas statuentes, carmina & incantationes quasdam submurmurabant: deinde virgis, dæmonum operatione aut effectu, candentibus, considerabant, quonam vtraque earum caderet, antrorsumne an retrorsum, ad dexteram, vel sinistram. Sicque tandem responsa dabant insipientibus, virgarum casu pro signis vsi. Eundem ad modum Nabuchdonosor vaticinabatur, vt Iezekiel habet.*] His adde quæ dicta *supr. sect. 1. superst.* 17. & scito etiam in Antisiodorensi concilio mentionem fieri sortium de ligno prohibitionem can. 4.

5. *Species* est *Geomantia*, cuius laboriosa industria mentitur artem, nam sexdecim figurarum in solo, vel abaco mina, τεχνικὰ dispungit, ex sedecim additis diuersis punctorum coordinationibus, quæ nomina singulis suis astris putant respondere. hoc olim Hali, Et famosus Magus Oliuerius Malmesburius, libro edito, & postea Gerardus Cremonensis, Bartholomæus Parmensis, & Gaspar Peucerus Lutheri sectator: quorum libri prohibiti, sunt complexi scriptis. Et Peucerum miror id tam diligenter prosecutum, cum verissime fateatur, toti illi disquisitioni nullam prorsus rationem, nullam veri speciem subesse. Archimagus quoque Cornelius suam diuersam ab illa aliorum, Geomantiam, æque fallacem & mendacem, posteriore scripto fuit testatus. Picus de hac cecinit.

Atque frequens bibulam mucro cum pungit arenam.

Hanc descripsit Pictorius *in Epitome de Magia cap.* 8. Quanta ergo dementia est his vacare, quæ à suis damnantur auctoribus? Ex pijs scriptoribus & catholicis erudite refutarunt sæpe iam citati, Franc. Picus *lib. 6. de Prænotion. cap.* 3. & qui, toto clam opere ex Pico plurima, Conr. VVimpina *lib. de diuinat. cap.* 5. & Iul. Sirenius *lib.* 9. *de Fato cap.* 38.

6. Vocant σοχεομάντειαν. Fiebat primum aperto libro Homeri vel Virgilij, & attento primo, qui obuius inspicienti, versu. Sortes Virgilianas, vel Prænestines vocabant. Sic Socrates mortis suæ diem coniecit: Sic Claudius, Traianus, Alexander, Macrinus, Gordianus Iunior & alij Imp. tempus regni vel vitæ vel alia, *quæ de re Suetonius in Tiberio, Spartianus in Hadriano, Lampridius in Alexandro, & alii in horum vitis quædam Lipsius lib. 2. Elector. cap. duodecimo.* Iudæos quoque solitos in quauis ferme re inchoanda sic ex sacris biblijs apertis sortiri, docet ex Thalmudicis Iosephus Stephanus in lib. 1. Machab. cap. 3. num. 48. Huic vanitati Gentilium deinde successit apud Christianos, apertio, Veteris aut Noui testamenti: quam insigni blasphemia vocant Sortes Apostolorum seu Sanctorum: hac vsi fuere Heraclius Imp. apud Cedrenum: & Romanus Diogenes, apud Cuspianum: & Andronicus senior apud Gregoram *libro octauo.* & Chrannus filius Regis Francorum, apud Gregorium Turonensem *lib. Histor. capite decimo sexto. & vigesimo.* & B. Theodora Alexandrina, nondum bene catechisata, apud Simeonem Metaphrast. *XI. Septem.* & Meroneus

apud

apud Gregor. Turonen. *Hist. Franc. libro 5. capite decimo quarto.* vbi & alius ritus exprimitur, nam ponuntur tres codices Scripturæ sacræ super Sancti Martini sepulchro, & sigillatim singuli aperiuntur. vsus hac denique Gundulphus, apud Ranulphum *libro septimo Polychronitici capite sexto.* & sui laudator facinoris Hieron. Cardanus, *de varietate libro decimo quarto.* Damnata fuit hæc superstitio non vno concilio[a] Ecclesiæ Catholicæ decretis. Huc quidam referunt certas illas Ephesiorum notas magicis verbis iunctas: quas ferenti conatus omnes forent efficaces. harum beneficio volunt Crœsum è rogo liberatum *b.* sed hæ pertinent ad q. 6. Et ne quis obijciat vel D. August. in Confess. vel Greg. Turonens. factum, *libro quinto histor. Franc. capite quadragesimo septimo. & eq.* Nam sancti tunc libru aperiebant, non vt de futuris, certiores redderentur, sed vt consolatorium aliquid vel exhortatorium in sacra pagina reperirent, vt testatur ipsemet Greg. & sic solent hodie multi pij viri cum tentantur, aperire libellum illum aureum Thomæ de Kempis, *de contemptu mundi*, eo quod semper aliquid in eo occurrat, quo roborari se & confirmari sentiunt. quod sane expers est superstitionis: August. etiam diuina monitione ad hoc inductus, *vide lib. 9. Conf. ff. capite vltimo.* Sunt qui velint duas exceptiones esse ab hac regula, videlicet, Prim, si quis id fa iat graui necessitate compulsus, ad terminandã grauem litem, vel anceps consilium, & citant D: Augustinum, *Epist. 180. ad Honorat. & li. 1. de doct. Christiana cap. 28.* Secundo, si debita cum reuerentia, precibus ad Deum fusis, adhibeantur, vt vult *Beda in cap. 1. Actorum.* Imprimis admiserim has conditiones, non separatim sumptas, sed coniunctim; & ideo pro vna tantum. Nam puto simul requiri & materiæ necessitatem, & recursum ad Deum: nec Patres alterum excludere, sed supponere: cum alterum tantum expresserunt. vt Augustinus, qui grauitatem materiæ solius considerauit: nam de grege propter periculum mortis deserendo agebat, & ideo sortitionem fieri inter pastores, qui fugere, & qui manere deberent, volebat. *de Epist. 180. sub fin.* Beda vero vtrumque diserte exquirit. Nec leuis causa fuit D. Francisco, sua & proximorum salus, nec nullæ, nec frigidæ tepidæue preces præcesserant, cum sorte consultoria vsus, nec deerat ad hoc excitans diuina reuelatio.

Narrat D. Bonauentura *vitæ illius ca. 13.* è quo D. Antonin. *3. p. sum. hist. tit. 24. §. 7.* sed carptim & mutilate desumpsit; sed ille his verbis: *Immissum est eius menti per diuinum oraculum, quod in apertione libri Euangelici aperietur et à Christo, quod Deo in ipso, & de ipso maxime foret acceptum. Oratione itaque cum multa deuotione præmissa, sacrum Euangeliorum librum de altari sumptum, in Sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per socium, virum vtique Deo deuotum & sanctum. Sane cum in trina libri apertione semper passio Domini occurreret, intellexit vir Deo plenus, quod sicut Christum fuerat imitatus in actionibus vitæ, sic conformis ei esse deberet in afflictionibus & doloribus Passionis, antequam ex hoc mundo transiret, &c.* idem statuo de facto S. Danielis Stylitæ, apud Metaphrastem: & in vita S. Hilberti Leodiens. Episcopi apud Surium tomo 6. Duo ergo illa concurrant necesse est, vt licite quis vtatur hac sorte: reuelatio vera si accesserit, vel sola illa præcesserit, nihil neque timendum, neque accusandum. In Beat. Matthiæ sortitione omnia ad-

[a] c. aliquanti &c. si quis clericos. 26. q. 5. Antiochen. cõc. can. 4.
[b] vide Eustath. In Homer.

fuisse, & præterea morem deligendi suis vicibus Sacerdotis Summi, nondum abolitum, satis clarè docet Beda *in capite primo Actorum*. Si ergo vel reuelatio, vel aliæ duæ causæ simul, sine reuelatione, mouerunt Archidiaconum Batonien sem, vt experiretur, quod ait *Epist.* 30. post triplicem eiusdem somnij de amico recursum: quam ego facile crediderim diuinam visionem: *& curiositatis humanæ* (sine affectu curiositatis) *sortibus, & reuolutione Psalterij, visionis euentum diligentius exploraret: & oculis eius primum se versus ille obtulit: Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius, &c.* sane censuerim, cum Ioan. Buzęo nostro, Blesensem excusari posse, alioquin negari nequit, non optimi rem exempli censendam.

Longe alia quædam est sors Apostolorum licita planè, non vetita, de qua sic Cæsarius *libro octauo Miracul. capite quinquagesimo sexto. consuetudo est maxime prouinciæ nostræ matronis: vt tali cum sorte specialem sibi Apostolum eligant, in XII. candelis, XII. Apostolorum nomina singula in singulis scribuntur, quæ à Sacerdote benedictæ altari simul imponuntur: accedens vero fœmina, cuius nomen per candelam extrahit, illi plus ceteris honoris & obsequij impendit.*] Quin & in Hispania sic Ferdinando Cortezio sortienti, Beatum Petrum Apostolorum Principem Romanæ, seu verè Apostolicæ Ecclesiæ petram secundam (nam prima IESVS) obuenisse inuenio in Historia Mexicana Franc. Lopez de Gomara *capite vigesimo primo*. decebat Euangelium illic plantaturo, rigatorem fauere, quo rigante nunquam non incrementum dat Iesus Christus.

Septimo loco venit *Ludus*, qui describitur in Δωδεκαέδρῳ, & alter quem vocant *Ludum Pastorum*: qui duo noxie per Franciam & Germaniam multis solemnes, ad cognitionem matrimonij futuri, opum, dignitatū, liberorum, &c.

Neque prætermittere hoc loco possum vel debeo in discussum periculosum quoddam dictum Andr. Cæsalpini *libr. de inuestigat. dæmon. capite duodecimo.* vbi sic ait: *Sunt qui conscriptos de bona & mala fortuna libros consulunt fortuito in libelli particulam incidentes, in qua explicatur quod quæritur,* (loquitur de libris quales dixi) *sed hæc vt plurimum apud cæteros vana reperiuntur, vera apud eos quibus dæmon cooperatur.*] An ergo dæmon futurorum huiusmodi præscius, vt sciat talia, quæ saltem quo ad media, à libero ordinarie arbitrio dependent, ad certum & verum euentum dirigere? Nullus hoc veræ Theologiæ peritus concesserit. Debebat itaque dicere, quando dæmon cooperatur, tunc sæpius vera videri, propter dæmonis in conijciendo solertiam: non vero scribere. vt plurimum vera, si dæmon cooperetur, nisi cum explicatione, quare tum potius quam alias.

Octauo, venit ἁλικλῳομαντεία: quando definitus locus in partes æquales describitur, & vnicuique singulæ alphabeti litteræ inscribuntur: deinde singulis litteris granum frumenti imponitur: postea ad hoc enutritus oscen gallinaceus introducitur, qui grana comedat. denique notantur litteræ, quarum primum grana depascitur v.g. litterarum: P. E. T. tunc creditur notari, Petrus Petronius, Petrucius, & quorum simili modo nomen inchoatur. Sic deceptus Valēs Imper. de successore quęrentib. philosophis. & quia Gallina-

ceus

ceus absumpserat, grana notata. Θ. E. Ω Δ. omnes occidi iussit Theodoros, Theodosios, Theodatos, Theodulos; & tamen illi Magnus Theodos. in imperio successit. *a* Hoc cum Zonara quidam volunt factum per ἀλεκτρυομαντείαν: sed aperte Socrates dicit factũ per τετρομαντείαν: Sozomenus, per oraculum ex tripodis machinâ laureâ. quem Nicephorus sequitur. Cassiodorus autem cum Socrate sentit: sed per errorem, vult ipsemet Valentem opera dæmonis vsum inquisiuisse de successore Zonaras vero vult hoc factum ab Iamblicho & Libanio: sed hos omnes falli ex eorum temporum scriptore Ammiano patet, qui reos quidem quæsiti vaticinij nominat' FIDVSTIVM, IRENAEVM, BERGAMIVM, HILARIVM, & hos quidem conuenisse alios vaticinandi peritos, (quos non nominat. & forte fuere LIBANIVS, & IAMBLICHVS) & recitat mox verba Hilarij iam latera fodicati; *Construximus (magnifici Iudices) ad cortinæ similitudinem* Delphicæ, *diris auspicijs. de laureis virgulis, infaustam hanc mensulam, quam videtis, & imprecationibus carminum secretorum, horagijsque multis ac diuturnis ritu aliter consecratam, mouimus tandem. Mouendi autem, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Collocabatur in medio domus, emaculatæ odoribus Arabicis, vndique lance rotunda puræ superposita, ex diuersis metallicis materijs fabrefactæ: cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor scriptiles formæ perite incisæ disjungebantur spatijs examinatæ dimensis, Has linteis quidam indumentis amictus, calceatusq; itidem linteis soleis, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans, litato conceptis carminibus numine præscitionum auctore cæremoniali scientia supersistit, cortinulas, pensulum annulum librans ex carpathio filo, per quam tenui mysticis disciplinis initiatum: qui per interualla distincta retinentibus singulis litteris incidens saltuatim, heroos efficit versus interrogationibus consonos, ad numeros & modos pene concluſos: quales leguntur Pythici, vel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsenti succederet imperio, quoniam omni parte expolitus fore memorabatur; assiliēs annulus duas perstrinxerat syllabas, & cum adiectione litteræ postrema, exclamauit quidam præsentium,* THEODORVM, &c.

Subdit etiam interrogatos num quæsijssent, quid ipsismet impenderet, dixisse versus. qui responsi; quibus & ipsis capitalis sententia, & Principi exustio denunciabatur, quæ cuncta sic euenere. Nam & THEODOSIVS successit, & hi capite mulctati, & Valens viuus à Gothis igne consumptus fuit. Adeo vt suspicer, hæc omnia per Diabolum, Deo reuelante, ad tot scelerum vindictam fuisse reuelata. Ex quibus verbis Ammiani patet SOCRATEM, & CASSIODORVM, & ZONARAM incomperta sibi, & parum vera narrasse.

Nonum genus est ἐνομαντεία, quæ petitur ex nomine consulentis per elementa nominis diuersimode collocata, & quasi per anagrammatismum faustum quid vel contrarium indicantia. hoc fuit PYTHAGORICVM commentum. v.g. si *Ioannes Magnus*, resoluas in, *agnus animosè*. hac putant ab APOLLONIO Romæ puellam, quæ nuptiarum die mortua, fuscitatam.] *Philost. lib.* 4.]

Decimum dicebatur ἀριθμάντεια quæ fuit duplex, vna Græcorum valo-

a Zonaras to. 3. in Valen. Socrat. l. 4. c. 35. Sozom l. 6. c. 35. Niceph. l. 11. c. 45. Cassiodo l. 7. Tripart. c. 55. Ammian. l. 26.

rem litterarum considerantium, & futurum victorem augurantium, cuius nomen maiores numeros contineret: ideoque Hectorem ab Achille superatum. *b* Altera fuit Chaldęorum, qui alphabetum distribuunt in tres decades quibusdam litteris repetitis, & nomina petentium resoluta commutant in innumeros, & singulos numeros suis planetis attribuunt. Huc referenda Iudæorum recentiorum Kabbala, quam diuidunt in duas partes, in quandam θεομαντείαν blasphemijs refertam, & ἀριθμάντειαν hanc vanissimam, quam lege refutantem Tegnium *lib. de vero studio Christiano.* & melius Ciruelus in Paradoxis quæstionibus earum vltima, quæ est *de Cabala Iudæorum.* & à qua non abit longe Platonis Arithmeticum vaticinium, *c* reprehensum ab Aristotele *lib. 6. Polyt.* Sane APOSTOLVS & EVANGELISTA D. IOAN. in Apoc. omen Antichristi per numerum 666. significauit, *c.* 13. vt illi à Deo fuerat reuelatum: sed omnium hactenus ingenia in nomine illo eruendo frustra fortassis desudarunt: *qui multa volet, legat Riberam* in Apocalyps. *Sanderum* de Antichristo, *Feuardentium* in Irenæum, *& fusissime differentem Raimundum* de Antichristo. a. c. 20. *vsque ad vigesimum quintum.* qui Arithmantiæ tamen nonnihil amplius, quam par erat, detulit, ex Platonicorum commentis. Locus ille APOSTOLI non confirmat Arithmantiam; sed duntaxat numerorum inuolucris arithmeticis prophetiam contexit. quod & nobis liceret S. Spiritu id inspirante. Ipsis vero numeris vim aliquam diuinam, vel naturalem proprietatem tribuere; erroneum est.

b Terētiā. Maur⁹ citatus à nobis (vbi de hac re dixi plura) Opinationib⁹ in Accii Astyanacten.

lib. 8. de publ.

XI. Potest esse, quod Pythagoræ tribuit Plinius considerandum in nominibus proprijs vocalium numerum

A parem, esse prosperum; imparem vero orbitatis claudicationisue indicium. Circumfertur de his & similibus nugis, liber *Alchindrinæ*, superstitiosus plane, & flammis dignissimus; quem fingunt fuisse discipulum Aristotelis. Huc & ad præcedentem speciem communiter referenda est illa circularis figura, in cuius media inter semilunas area, varij numeri arithmetici, in proximo circulo, inscripta verba, *vita, bona fortuna, mala fortuna, mors, morbus, sanitas*, in sequenti, nomina planetarum cum certis numeris: in 3. alphabetū Latinis litteris capitalibus, in 4. certi arithmetici numeri, qua in Germania quidam vtuntur, & cuius formam si Geor. Pictorius non exhibuisset, vsumque non explicasset, fecisset longe consultius.

B

Fortassis etiam gentilib. in vsu fuit aliud quoddam Onomantiæ genus, quando ex ipsa nominis significatione, omen capiebant, vel aliquid futurum diuinabant, vt alibi (*Opinationibus in fragmenta Tragicorum*) docui Græcos fecisse in nomine Astyanactis, & Augustū in nomine Niconis, *de quo lege sup. li. 3. part. 2. quæst. 4. sect. 4.* Huc retulerim, quod refert Prudentius sic à tyranno irrisum B. Hippolytum martyrem:

C

D

Ille supinata residens ceruice, quis, inquit,
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo sit Hyppolytus, quatiat, turbetq́ iugales.
Intereatque feris deliniatus equis.

Vt enim alicubi ab Ausonio proditum, veteribus diuinationis species erat, *nomen componere, quod sit,*

E

Fortunæ morum, vel necis iudicium.

Quæ, quam sint vana, docuit etiam Ioan. Brodæus lib. 7. miscellan. c. 5.

Ab hac

Ab hac superstitione non sunt immunes, qui ex nominibus sic parentum arbitratu impositis, fortunas hominum & euentus futuros autumant dependere. indeque quid futurum sit ratiocinantur. Expertes sunt culpæ, qui sedula diligentia, quædam per angelos vel homines sanctos prophetico spiritu imposita nomina, cum eorum, quibus imposita fuere munere, virtutibus, aut exitu vitæ componunt, & ostendunt illa cum rebus consentire: quod olim fecere Patres Orthodoxi, de Abel, Enoch, Noe, cæteris: de quibus lege D. ISIDORI. *lib. 7. Origin. c. 6.* ad hoc præit nobis Angelus in Euangelica Historia *Matth. 1. vers. 21. Luc. 1. v. 13. & 14.* & ipsemet Iesus Simoni nomen, *Cephas*, imponens, *Ioan. 1. v. 42. collato cum Matth. 16. v. 18.* Aliquid simile P. Nicolaus Serarius, *in Machab. præloq. 1. vbi de hac re*, notauit ex Gorionide, de nomine Machabæi; quod sane potuit PROPHETICE à patre inditum fuisse præuidente ingens animi robur & cor, quod Iudæ futurum. Sanctorum vero nomina liberis imponere, vt illorum potissimum patrocinio se suaque commendent, & mores imitentur, pium & religiosum est; & eadem ex causa consuetudo Pontificum Romanorum, ab aliquot iam sæculis nomen pristinum cum dignitate Summi Sacerdotij commutantium, laude digna, vt quod maximè.

Vltimo loco, Ioannes Leo, diligens scriptor, *a* quandam, ὀρνιθομάντειαν, sortiariam recenset: in capsula abaculi forma constructa quasdam alij auiculas, ad has venire, qui consilium quærunt, & obolum offerre: auiculam stipem accipere, inque capsulam inferre nostro: deinde regredi, & responsum in chartula referre consultori. Hæc sufficiant de his superstitiosis sortibus partim diuinatorijs, partim consultorijs.

a lib. 8. de script. Afri.

SECTIO IV.

Quale in his peccatum?

NOTANDAE sequentes conclusiones. Quo ad sortem diuinatoriam, & auguria cætera;

Primo, graue peccatum est inquirere occultas culpas per haruspicia, vel auguria, vel sortes diuinatorias. nam hæc non possunt ita sciri, sine dæmonis auxilio. quare quidâ qui per astrolabium conatus fuerat furem occultum nosse, etiam sine intentione dæmonem inuocandi, vt grauiter peccans, ab altaris ministerio fuit per annum suspensus; *b* idque ex gratia & dispensatione: quia secundum ius commune debuisset in perpetuum suspendi. *c*

b ca. 2. de sortileg.

c c. si quis Episcpus. 26. q. 5.

2. Aeque mortale peccatum est auguriis vel sortibus conari prædicere futura contingentia: d ideoque in clericos lata excommunicationis sententia. *e*

d D. Tho. 2. q. 95. ar. 6. & 7.

e d. si quis Epis. cum seqq.

3. Quamuis non sit peccatum mortale huiusmodi obseruare, nisi, quando quis illis fidem adhibet, semper tamen maximè periculosum est, secundum illa dirigere actiones suas, etiamsi quis illis minimè credat, ratio, quia iustissime Deus solet permittere, vt tales malè pereant: Diabolus etiam per huiusmodi sæpe in maiora pertrahit, & in magis serijs decipit: &, vt minimum, per hæc homo pessimum habitum acquirit, proximè disponentem ad infidelitatem.

Aliquot exemplis hic illic sparsim ostensum, quàm pernicioso esse solitum sit consulere dæmonicolas. Addam nunc ex Adamo Chronographo, de Olaph Rege Noruegiæ. is cum inuasisset DANIAM fretus responsis

dæmo-

dæmonum, classe victus, ipse se in mare præcipitauit, vxor vero fame & inedia miserè perijt. *omnes* (ait) *affirmant peritum augurtiorum, obseruatorem sortium, & in auium prognosticis omnem suam spem reposuisse: & artis magicæ studio deditus, omnes quibus illa redundat patria, maleficos, habuit domesticos eorumque deceptus errore periit.*]

Sic Adam lib. 2. cap. 28. ex Chronico CADOMENSI, de decepto Odone BAIOCENSI EPISCOPI, pro PONTIFICIO MAXIMO carcerem perpetuum nacto, narrat Baronius tom. XI. Annal. anno 1084. Habes exemplum, *ex Chronic. Scotorum*, aliud, de Nathaloco Rege XXX. narrant illum ipsum, à quo Rex cæsus, *ad diuinos missum, vt de victoria, de vita Regis ac regno eius percontaretur: responsum à quadam anu accepisse, Regem non diu victurum, nec periculum ei ab hoste, sed à familiaribus instare. Cum ille vrgeret, à quo? anum, à te, subiecisse, Ille mulierem exsecratus, cum domum rediret, subijt animum illa cogitatio: nec responsum celari posse, nec edere tutum esse: ne se apud Regem hominem prauum, & suo timore indulgentem, suspectum redderet. Itaque tutius esse tyrannum, cum multorum gratia interficere, quam cum grauissimo capitis proprij discrimine, incolumem seruare. Statim vbi domum rediit, impetrato ad responsa diuinorum expromenda, secreto cœlo Rege, duodecimum imperij annum ingresso, [illegible] seruitio, & se periculo eximit.*] Narrat Buchananus, *libro 4. fol 35.* Sed cur fabulam magis concinne hactam, quam verisimilem vocet, non intelligo. Etsi enim anus illa, immò dæmon ipse, hoc citra reuelationem scire non potuerunt tamen malitia dæmonis sic Deus vsus fuit. Nam illa erant ingeniosissime instituta ad hoc, vt miles iste cuius ingenium præceps, & manus prompta dæmonem non latebant; ad cogitationem tollendi tyranni impelleretur; quod siue illi prosperè, siue male cessisset; vel tyranni, vel aggressi seu consultoris nece animum homicida palceret. Nonne similes æstus animi, simile tyrannicidium in Azaele Syron. *lib. 4. Reg c 8.* nobis S.S. suppeditat? In eadem Scotia Bancho maleficæ sortes regnum spondentes exitium peperere. nam occisus à Macbeto seu Maccabæo; cui etiam ipsi diuinationes ariolorum, mercedem crudelitatis, necem attulerunt, persuaserant inuictum fore, donec silua quædam procul inde remota, ad arcem, quam Macbetus incolebat, accederet: nec fœmina geniti manu occubiturum. Vt fidem dæmon similibus vaticinijs faceret; cum iam vincendum necandumque ab hoste fortiore, infestissimoque perspiceret, persuasit, vt milites ramis prægrandibus prælatis siluæ speciem præberent; & percussorem ei immisit Mackduffum, qui non natus, sed cæsus ex matris vtero. Multis hæc describit Boetius: pro fabula Milesia vel nimio ex Atellanis ridet ille alter: sed hæc dæmonis mores mire exprimunt: nec continent quidquam, quod fieri non possit, aut quod fieri non soleat, de siluarum stratagemate Olaus, & alii similia: de pseudoraculis dæmonum plenæ sunt historiæ.

Bucan. l. 1. in prin. & Hect. Boet. l. 12. ante med.

4. *Idem hodie dicendum de sorte consultoria, quæ inquirimus, quid nobis faciendum, vel iudicandum.* nam & hæc sub anathemate prohibita. *a* probatur quia non licet huiusmodi, nisi à DEO, inquirere: Deus autem non vult nos suam voluntatem per sortes indagare: sed petere illam à doctrina Ecclesiæ, S. Scriptura, superioribus nostris, ac aliis

a can. Sortes 26. q.

doctis

doctis ac pijs viris. *Mortale autem est, quando aliquid superstitiosi adhibetur, vel sorti certo creditur: si vero vtrumque deesset, & sine superstitione vlla, simpliciter quis sorte voluntatem Dei inquireret, probabiliter tantum sorti credens, foret peccatum Veniabile.*

CAPVT III.

De Coniectatione.

HAc vsque sermo fuit, de prænotione prorsus licita, *de qua est c.* 1. vel de prorsus illicita, *de qua fuit cap.* 2. Nunc sequitur agamus de ea, quæ aliquando licita, aliquando illicita est: quam vocamus *Coniectationem.* hæc vel est Physica seu Naturalis, vel Politica seu ciuilis, quæ *sortis*, nomen retinet.

QVÆSTIO I.

De Coniectatione ex astris.

IN naturalis coniectationis classem refero, quæcumque causis naturalibus vere innituntur, vel saltem eas non improbabiliter omnino prætexunt: cuiusmodi sunt agricularum, pastorũ, nautarum, architectorum, medicorũ, physiognomorum, chiromantarum, astrologorum, & oniropolarum: de quibus nunc sigillatim nobis est disserendum.

A Quoad coniectationem, siue iudiciariam ex astris mathesim, duæ possunt eius species constitui, prior licita, posterior illicita. Prima species est, *astronomia*, quæ nititur vniuersalibus, veris & incõmutabilibus principijs, & scientiam consequitur futurorum artis suæ: veluti reuolutionis annorum, cursus siderum, distinctionis eorum, item naturæ solis & planetarum, eclypsium, stationum, retrogradationum, aspectuum, coniunctionum, oppositionum, & similium: quo in genere quædam iam prodierunt vtilia, & maiora exspectantur, Tichonis Brahei, Nobilis Dani. Altera est, *Astrologia*, tam dissimilis priori, quam pellex coniugi iustæ: quæ nititur principijs communibus variabilibusque, & prædicit effecta euentuum futurorum, non necessariorum, sed contingentium: quasi ab astris necessitudine aliqua dependentium. Et ex illa priore, in hanc tandem, *Chaldæi*, deflexére. Sic vocati initio Sacerdotes Babyloniorum, teste Diodoro Siculo *libro secundo Biblioth.* eo quod Chaldæa natio in hoc genere antistabat. Sane ideo receptum postea vt simpliciter, *Cheldæus*, Astrologum significarit, sicut *Arabs*, latronem, & *Chananæus* mercatorem, sic vsurpant Daniel, *prophetiæ suæ* 2. *v.* 2. Iuuenalis, *Satyr.* 6. & Gellius, *libro primo noct. Atticar. ca.* 9.

Astrologiæ huius partes sunt quatuor, prima versatur circa, *Reuolutiones*, & prædicit totius anni bello, pace que vicissitudines, aëris salubritatem, annonæ pretium, morbos animantiũ, &c. Secunda continet, *Magisterium Natiuitatum*, docens quid sigillatim homini tota vita obtinget. Tertia vocatur, *Electionum*, quæ docet quid in singulis rebus consulto & vtiliter faciendum, quid omittendum, quando ædificandum, quando mihi nauigandum, equitandumve quando egrediendum manendumve domi, denique quando & quibus locis singula facienda, vt feliciter cedant, hac se mirabiliter iactabat, meus olim in Mæthesi Doctor. Ioan. Stadius: ipsi tamen, si de-

mas, quæ per imposturam aliquando consequebatur, omnia pessime & infelicissime cedebant. 4. est, *imaginum sculpendarum*, plane præstigiosa, & à nobis, *li.* 1. satis confutata. Trium cæterarum, nulla quidquam habet certitudinis, sed quo longius abit quæque à communibus illis astronomiæ canonibus, & ad particulares singularesque euentus propius accedit, eo à scientia & certitudine longius recedit, & mendacio vanitatique sese arctius adiungit. Vnde.

Sit 1. concl. *Astronomus non recedens à suis vniuersalibus, commensuratis, immediatisque principijs, potest iuxta canones artis suæ certo prædicere, etiam multis antequam eueniant annis vniuersales illos artis suæ euentus, nisi tamen vel supputatio, vel instrumenta eum fallant.*] Hinc ortæ Ephimerides, quæ vulgo circumferuntur. Hanc conclusionem neminem puto negaturum, quia sicut se habet res ad esse, sic ad cognosci: euentus isti necessarij sunt, & certi: poterunt igitur certo cognosci. Iuxta eandem rationem, poterit ex Lunæ & Solis vario colore & alijs phænomenis, astronomus ventorum, pluuiarum, serenitatis & huiusmodi vicissitudinis tempestatum euentus probabiliter prædicere, ratio, quia vt plurimum hæc accidunt, aliquando tamen ob peculiares aliquas causas impediuntur. Huc spectant Arati, Ciceronis, Hesiodi, Virgilij, & Germanici de Phænomenis carmina.

B. 2. Conclusio, *Astrologiæ species illa prima non est superstitiosa, si tantum profitetur opinionem cum formidine oppositi*: v. g. minantur astra annonæ caritatem, forte futura durior annona: metuo ne sit, &c. *Secunda vero non est superstitiosa, si tantum profitetur suspicionem*, v. g. suspicio est hunc puerum

A fore talem: inclinabitur ad hoc: horoscopus illi talia portendit, &c. *Tertia pars denique non est superstitiosa, si tantum dicat se æstimare, quod res bene sit cessura: & reuera animo suo non plus tribuat, quam verbis præ se fert,* (quod in omnibus his tribus notandum) *fuse hæc docet Conrad. VVimpina lib. de Fato: & alio opere de superstitione lib. 2. cap. 7.* ratio, quia propter consideratos euentus similes, ad similem astrorum posi-

B turam sæpe subsecutos, licet nobis æstimare, suspicari, & metuere similia: neque vllum peccatum in hac obseruationis cautione versatur: quæ est portio quædam prudentiæ, & ideo secundum se est bona.

Tertia conc. *Astrologia vllo istorum trium modorum vlterius tendens, & prædicens aliquid vt certo euenturum, mere illicita est, & superstitiosa: totaq; huiusmodi*

C *diuinatio incerta est ac vana, nec artis aut scientiæ digna nomine.*]

Notandum ex Caietano *a* solere hic incurri tria peccata Mortalia, secundũ tres modos excedendi. Primo quando Christianæ fidei mysteria stellis subijciuntur, & deducuntur ex astrorum influxu vel situ, qua in re peccauit etiam Petr. Haliacensis, qui diluuium

D Noë, natiuitatem Iesu, religionis fideique mutationes & alia huiusmodi supernaturalia arcana astrorum disciplinæ subiecit: Firmicus quoque, Albumazar, Aponensis, Machiauellus, & Paul. Iouius *b*. Italique complures in eundem scopulũ impegerunt: quos perfidiæ reos merito peregit Ioan. Pi-

E cus Mirandulæ *c* Comes. Refellitur hoc dogma, quia talia mysteria à libero Dei decreto dependebant solo: Deus autem, vt constituit, sic etiam potest cœlorum cursus immutare, ideoque Christiana religio cœlis supe-

a In sum. verb. astrorum obseruatio.

b l. 13. hist.

c l. 2. con. Astrolog. c. 5. & l. 1. act. 11.

rior

d Psa. 148 v. 14.

est censenda. *Confessio* enim, *eius super cœlum & terram.d*

Secundum peccatum est, quando futura contingentia, ex astris censent certo præsciri posse, hoc enim tollit libertatem humani arbitrij. Nam si certo præsciri possent, hoc foret quia actiones illæ ab astris, & non ab arbitrij libertate penderent, sicque desinerent esse futura contingentia. Contradictoria itaque sunt certo aliquid huiusmodi prædici, & tamē huiusmodi libera siue contingentia esse.

Tertio peccatur, quando interrogationes & electiones cælestibus hisce corporibus subijciuntur, vt certæ cuidam causæ, & tanquam legis decreto: ita vt quis hanc vitę actionibusque suis regulam, & normam præfigat. Hoc enim repugnat dignitati diuinæ gratiæ, quæ vincit naturam, repugnat etiam diuinæ legi, quæ talia vetat sic obseruari, repugnat nostræ mentis & consilij dignitati, qua cunctis rebus corporeis sumus præstantiores, & sublimiores.

In duo hæc posteriora peccata incidunt, quotquot plusquam oportet huic astrologiæ tribuunt, vt veteres Chaldæi, & qui in libris iuris vocantur Mathematici ac Planetarij: & ex recentioribus, ideo cauendi, Iul. Gauticus, Leouitius, Cardanus, Bellancinus, Ioannes Stadius, Iunctinus, & Nostradamus, contra quos omnes est præcedens tertia conclusio.

Quæ probari potest ratione, & auctoritate. Ratione, quia cum euentus isti non existant necessario, & certo, non possunt certo & necessario præsciri. Deinde quia hi effectus non continentur in astrorum potestate, quibus etiam nec Deus, nec humanum arbitrium subsunt. Et aliæ plures rationes peti possunt ex bulla Sixti V. contra astrologos, & ex doctissimo, prolixoque opere Ioan. Pici contra Astrologos.

Auctoritatis probatio, suas habet classes. 1. probatur Scripturæ sacræ testimonijs, quæ docet rerum futurarum præscientiam solius esse Dei *e*, & eam prorsus adimit homini *f*, monet ne quis discat astrologiam, vel ab astris sibi timeat, & has esse vanas leges infidelium *g*: ne sequamur vanitates philosophorum, κατὰ στοιλεία τοῦ κόσμου, *secundum elementa vniuersi h*, quod de astrologia D. Athanasius accepit: ridet augures, & ostendit à scientia sua Babylonios & Chaldæos fuisse deceptos, illudque ipsis studium inutile & noxium fuisse *i*. Quis Deo non credat? Ecce, clamat ipse Deus: *Ego sum Dominus irrita faciens signa diuinorum; & Ariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens, k.* Ex his locis patet errasse Salisberiensem cum *libro primo. capite vndecimo.* scribit, *viguit autem ista scientia, & forte eam aliquatenus licuit exercere donec Deum natum nunciauit stella de cœlo, magosque non reprobos, primitias fidei ad eum adorandum nouo & inaudito ducatu perduxit, exinde vero penitus interdicta est.*] Immo vt semper mala fuit, sic semper interdicta iure diuino fuit.

2. Quia concilia & canones PP. grauissimis pœnis præstitutis, eam damnant: longum foret verba adscribere. loca indicabo, *cap. illud, cap. illos, cap. sed & illud, 26. quæst. 2. cap. igitur, 26. q. 3. cap. non liceat, 26 qu. 5. c. 2. de sortileg. Concilij Tridentini Index libr. damnator. Reg. 6. & plenissime Sixtus V. P. M. bulla contra astrologos.* Equidem lego apud Epiphanium *l*, olim Aquilam Ponticum ex Ecclesia pulsum, eo quod his studijs nollet abstinere.

e Esai. 41. v. 23.
f Eccles. 8 v. 7. & c. 24. v. 14.
g Iere. 10. v. 2.
h D. Paul. ad Colos. 2. v. 8.
i Esai. 47 v. 10. & 13
k Esai. 44. v. 25.
l libro de Ponder. & mēsur.

3. Damnat eandem Ius ciuile Romanorum, *libro secundo. C. de Malef. & mathem. l. Mathematicos, C. de Episc. aud.* quibus & ars interdicta, & codices incendio, & vtentes damnantur exilio: sed alibi etiam morte plectuntur, *lib. 5. C. de malef. & mathemat.*

4. Vt omittam originem, & Eusebium, *libro sexto, de præp. Euang. capite nono.* damnant communiter Patres orthodoxi, *Basilius homil. in Genes. 6. &* [illegible] *Princip. Prouerb. D. Chrysost. in* [illegible] *capite secundo. Matth. D. Ambros. libro quarto. Hexam capite quarto. D. August. libro secundo. de Genes. ad litteras. capite decimo septimo. & lib. 2. de doctr. Christ. à ca. 21. & li. 5. de ciuit. Dei, aliquot primis capitibus, & homil. in Psalm. 61. D. Gregor. homil. de Epiphania. Ioan. Salisberiensis libro secundo. Polycratici, capit. 19. & 24. & 26.*

5. Damnant communiter Theologi, tum veteres, vt *D. Thom. 2. 2. quæst. 95. ar. 5. S. Bonauen. in Centiloquio. D. Antonin. 2. par. tit. 12. capite primo. § 6 Petr. de Tarentasia Richard. Paludan. Gabr. Mat. in 4. sent. Guilh. Paris. tract de legibus ad longum.* tum recentiores, vt opere doctissimo & vberrimo, Phœnix æui sui, Ioan. Picus Mir. & eius nepos, contra Bellancinum patrui libros defendens, Ioan. Franc. Picus, *libro quinto. de Prænot. Iulius Siren. libro nono. de Fato à capite vigesimo nono. qui tamen postea. 36. & 37. videtur aliquantulum plus æquo tribuere astrologis, item Ciruelus. Darocensis Theologus, philosophus & mathematicus bonus li. de superst. p. 2. ca. 3. Mich. Medina lib. 2. de recta in Deum Fide capite secundo. & noster Bened. Pererius l. integro de diuinat. astrolog.*

6. Damnant communiter Iurisconsulti tam Canonistæ quam Legistæ, *Ioannes Andr. Abbas, Ancaranus, Ananias in cap. ex tuarum, de sortileg. Turrecremata in d. cap. illos, & in summa de Eccles. Alberic. Rosatus in voce, Sortilegus, Troilus Maluetius tractat. de sortibus part. 1. Bal. Salicet. & alij scribentes in li. 2. & 5. C. de malefic. Grilland. de sortileg. qu. 3. num. octauo & nono. num. 13. cum seqq. & q. 11. num. 16. Pet. Eloyherius libro tertio de spectr. capite nono.* Ioan. Horoscus Episcop. Guadixiensis libro secundo. de vera & falsa prophetia capite 29.

7 Damnat huius artis peritus, ex ipsa experientia, & praxi horoscoporum, viginti schematibus & exemplis allatis Sixtus ab Hemminga Frisius recenti opere: *astrologiæ futilitatem.*

8. Damnant philosophi & medici, ex veteribus optime Bardesanes Syrus & Diogenianus, *apud Eusebium, d. libro sexto. capite sexto & septimo. & plures alij apud Ioan. Stobæum Sermo 78.* ex Neotericis, Georgius Trapezuntius, *libr. cur astrologorum iudicia vt plurimum sint falsa?* & Francisc. Vales. *lib. Sacræ philosophiæ cap. 31.* Nec omittendum dictum prudens medici cuiusdam Iudæi: qui cum Petro Castellæ Regi (cui fæuitia morum, & innoxius sanguis, vxoris, fratrum, Episcoporum, Principum, Nobilium plebeiorumque innumerorum, *Crudelis*, nomen peperit) eo quod Iudæus illi ex Horoscopo noua imperia, & montes (vt aiunt) aureos addixisset, rebus postea desperatis quærenti, & qui vaticinij fides constaret? respondisse fertur: *cælo rigente, si quis in balneo lauet, sudaturum nihilominus.* astris studia vitæ moresque plus posse significans auctor Ioan. Mariana *libro decimo septimo. de rebus Hispan. capite decimo quarto.*

9. Damnat ipsemet vanitatem cunctarum studiosissimus sectator & coryphæus, Henricus Cornelius, scribens, *hanc artem nihil esse aliud,*

quam

quam superstitiosorum hominum fallacem coniecturam: qui ob multi temporis vsum de rebus incertis scientiam fecerunt: in qua, emungendæ pecuniæ gratia decipiant imperitos, & ipsi simul decipiantur.] Hæc ille malus li. malo bonum perhibens testimonium arti non bonæ.

10. Damnant Historici, vt Tacitus, cuius illud præclarissimum exstat l. 17 de mathematicis, *genus hominum infidum potentibus, sperantibus fallax; quod in ciuitate nostra vetabitur semper, & retinebitur.*]

11. Damnant poetæ, vt Sibyllinorum oraculorum auctor lib. 3. vt Iuuenalis Satyr. 6. vt Ennius, cuius illa sunt egregia;

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somnium,
Non enim sunt ij, aut arte diuini, aut scientia:
Sed superstitiosi vates, impudentesque harioli,
Aut incertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi quæstus causa fictas suscitant sententias.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam petunt:
De his diuitijs sibi deducant drachmam reddant cætera.

Apud Laertium ab anu domestica, merito ridetur Thales; in quem Gabrię festiuum exstat epigramma; lusere, & alij, *in Anthologiæ lib.* 2. sed præ cæteris illud Leonidæ placet quo astrologiæ matrem dixit audaciam, obstetricem stultitiam: & ridet mœchæ maritum iactantem se gnarum probri alieni & infortunij. domesticum dedecus cum ignoraret. Lusit in eundem martyr Morus;

Astra tibi æthereo pandunt sese omnia vati,
Omnibus & quæsint fata futura monent:
Omnibus ast vxor quod se tua publicat, id te
Astra, licet videant omnia, nulla docent:

& quæ sequuntur pari sale ac lepore condita.

Sed non desunt astrologis quædam argumenta. *Obijciunt primo,* illud Genes. 1. *v.* 14. de luminarib. cœli: *Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos.*) Vnde quidam, etiam ex numero Theologorum; colligunt astra, etsi non sint causæ: certa tamen esse signa futurorum omniũ; quod non Plotino tantum, & Porphyrio: sed & Origeni, & Eusebio, & ipsi Augustino tribuitur â Iulio Sirenio; [a] qui hoc tenet, & cõfirmat ex Isaiæ verbis: [b] *complicabuntur sicut liber cœli*: vbi per cœlum multi intelligunt firmamẽtum, & dicunt firmamentum vocari librum, eo quod tanquam in libro sic in cœlo, cuius stellæ sint characteres, futura legantur signata.

Respondeo, astra non esse certa signa futurorum omnium. Nam illa Originis sententia, refertur quidem ab Eusebio, sed non approbatur ab eo; à D. Augustino autem expresse & clarè refellitur. *sub initium libri* 5. *de ciuit. Dei,* nec verò sibi cõtrarius est Augustinus: vel Origeni fauet, *in l. b. 2. contra Manichæos c.* 21. Nam hoc, *c.* 21. per *corpora cœlestia*, non intelligit orbes cœlestes, sed beatorum corpora gloriola, vt

[a] d. ca. 36. & 37.
[b] c. 34. v. 4

contextus manifestat. Locus autem Esaiæ nihil ad rem facit, quia similitudo desumpta ex more Hebræorum: qui libros sacros in vnico folio, siue ob longâ membranâ scribebant: & eam instar telæ textorio radio circumuolutæ, circa cylindrum, vel bacillum ligneum circumuoluebant, accomplicabant. Hinc ergo petita comparatione; sicut quando cœlum creatum primò apparuit, dicitur extensum fuisse, sicut membranaceus huiusmodi liber, quando spectandus euoluitur & exponitur, Psalm. 103. versic. 2. *Extendens cœlum sicut pellem*: sic Propheta, agens de mundi fine ac cœlorum dissolutione, comparat eam libro illi complicato, siue membranæ circumuolutæ, vt optimè aduertit Auctor Quæstion. Orthodoxor. *Respons.* 90. quod clarè explicuit B. Ioannes in Apocal. *c cœlum recessit, sicut liber inuolutus.* Quo loco Andræas Cæsariensis consuetudinem quoque illam Hebręorum obseruauit: ex quo cum desumpta sint ad verbum ferè, quæ loco illo scribit Arethas Cæsariens. & locus eius in versione Latina sit mutilus, rectè sibi consulet, qui ex Andrea locum Arethæ correxerit. Vt igitur ad locum Moysis in Genesi reuertar, dico illic agi de signis in vniuersum, siue qualibuscunque (vt vox Hebræa *Oth* denotat) nempe astronomicis, vniuersalibus, denotantibus diuersitates anni tempestatum, diei, noctisque: *d* vel etiam polyticis & forensibus: vel quandoque miraculosis: non vero agitur de astrologicis; quæ vanissima sunt, nec signi nomen merentur. Pluribus hanc Sirenij opinionem refellit, Ben. Pererius, *d. operis cap.* 4.

c. 6. v. 14

d de quib. Ps. 135. à v. 7.

Obijcitur 2. ex libro Iudicum illud, c. 5. v. 20. *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.*] Quo, inquiunt, pacto pugnauerunt; nisi quoniam Iudæis faustus. Sisaræ vero infaustus ille cursus astrorum, & siderum statio? si ergo Sisara perijt propter hunc ordinem siderum ipsi aduersum: potuit etiam hoc ipsum per astrologiam præuideri, ac metui, ac vitari. *Respondeo*, ex antiquitat. Iosephi vere huius conflictus tempore procellam magnam exortam fuisse, aquæ etiam & grandinis multum oculis Cananæorum offusum, & sic arma bellica ipsi vsui esse non potuisse. Quod auxilium cum cœlitus fuerit missum, ait S. S. *de cœlo dimicatum.* *e* missum vero fuit per angelos defensores populi Israelitici, quorum Princeps est Michael. Hi dicuntur in ordine & cursu suo fuisse auxilio Israelitis, propter ordinem malitiæ, seu hierarchiæ, in qua quisque suum ordinem & stationem seruabat; item propter continuam operationē & instantiam custodiæ cuique commissæ, in qua fideliter vnusquisque Angelus perseuerabat: quam vocat cursum; & sic eo loco stellarum nomen Angelis tribui voluere Vatablus, Vales, & alij, idque confirmant ex illo B. Ioannis. *f vbi cauda draconis traxit tertiam stellarum partem.* Sed nec Hebræum nomen positum in Cantico Deboræ, *g Haccochabim*, aliud quàm stellas seu sidera significat. nec apud D. Ioan. per stellas Angeli, sed viri Sancti ex veriore expositione, *h* sunt intelligendi, sicut & apud Danielem, cum ait, *i Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli; & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas.* Melior ergo Cantici Deboræ interpretatio est, quam video placuisse Caietano; sic aerem, cæteraque elementa, &

e Procop. in Iudic.

f Apoc. 12. v. 3.

g d. v. 20.

h Ori. tra. 30. in Matt. Greg. lib. 32. mor. c. 14.

i Dan. 8. 4. 10. sic explicat Andr. cæ. Cæsar. in Apoc. c. 12.

tempus

tempus ipsum fauisse populo Dei, vt ipsæ quoq; stellæ solitę imbres ciere, cẽseantur contra Sisaram pro Israele pugnasse. Deniq; nec consequentia argumenti valet.

a Psal. 18. v. 2.

Tertiò, obijciunt illud Dauidis: *à firmamentum annunciat opera manuum eius*, hoc est, aiunt, prænunciat ea, quæ Deus facturus est. *Respond.* non illum esse sensum, sed hunc; pulchritudinem cœlestis huius, & visibilis fabricæ nobis indicare excellentiam operum Dei inuisibilium: & cogere nos vt fateamur, non alium potuisse firmamenti esse architectum; vt Patres plerique exponunt, *b* nec dissentiunt Rabbini & Vatablus. Nam de Apostolis, haud dubie est allegorica interpretatio.

b D. Hie. & Euthy. hic D. Ambr. 12. Hex. c. 4.

Quartò, obijciunt ex Historijs, sæpe has prædictiones esse veras: vt præter cæteras fuêre quatuor. vna Theagenis, qui ex stemmate seu genitura addixit Augusto, imperium: *c* 2. Thrasylli, qui mortem sibi instare, miranti Tiberio dixit, quàm secretò Tiberius ei, re cum nullo communicata moliebatur. *d* 3. Ascletarionis, de quo ista Suetonius in Domitiano; *Hunc* (Ascletarionem mathematicum) *delatum, nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte, suscitatus est* (Domitianus) *quis ipsum maneret exitus, & affirmantem fore, vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè imperauit. Quod cum fieret, euenit, vt repentina tempestate deiecto funere, semiustum cadauer discerperent canes.*] 4. Est eorum, quibus summæ dignitates vel imperia vel Pontificatus. *b* astrologis ante prædicti: dignitas Allabio cuidam, mirè à fortuna iactato; *e* & Athenaidi; quæ postea vxor, Theodosij Iunioris: *f* Imperium Rodolph. Habspurgio: *g* Pontificatus, Leoni 10. Hadr. 6. & Marc. 11. *h* His omnibus

c Suet. in Octauio c. 94.

d Dion. lib. 55.

e Eun. in vita Æd.

f Zonar. & alij.

g Cuspin. in Cæsar.

h Iouius in Leo. li. 3. idem in Hadri. 6. Garim. li. 4. & Onuf. Panuin. lib. 2. de Genes. ad lit. in fin. & l. 5. de ciui. Dei, c. 7.

Respondeo, Quando astrologi verum dicunt, tum multo diligentius esse cauendos. quia satis clarum hoc signum foret, eos pactum cum dæmone iniuisse, vt ait D. Augustin. *i* & de Thrasyllo Dion. indicat, cum scribit solitum affirmare, quæ nuncia longinquis è regionib. adferrentur. Ideoque Iurisconsulti in tituli rubrica, *k Maleficos* cum *mathematicis*, iungunt, quia vt plurimum mathematici etiam sunt malefici, vt explicat optimè Dion *lib.* 49. cum dicit pulsos vrbe ab Agrippa, τὺς ἀστρολόγυς καὶ τὺς γοητὰς, vnde patet mathematicos dictos ipsos astrologos, & sic mathematici in illa rubrica, & passim in iure alibi, prosolis astrologis seu genethliacis ponuntur: quo sensu etiam Historici vocabulum accipiunt: *l* & sic accipiuntur in S. C. illo apud Vlpianum, *libro septimo de offic. Proconf.* quod Pythœus conseruatum edidit bono reipub. *m* Aliquando hoc nomen Chaldæos etiam, & reliquos Ariolos complectitur, vt apud Iuuenalem, Sat. 6. *Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.* & Sat. 14. *Nota mathematicis Genesis tua.* Nunquam tamen quando prohibebatur ea superstitio, legitimam coniectationem Astronomorum, nec artem Geometrarum, vel Arithmeticorum comprehendit, quorum scientiam Philosophiæ annumerabant. Aliquando Deus permittebat, & hodie permittit, astrologos etiam ignaros, & nescientes verum prædicere, in pœnã audientium: *n* sicut & permisit aliquando sortes oraculorum esse veras, & ariolum Balam prophetizare; *o* & huc lubens refero illud

i docet D. Aug. l. 4. & 7. Confess.

k C. de mathe. & malefic.

l Sue. Tacit. Ammianus, cæteri.

m Collatione, Mosaic. & Roma. leg. tit. 15.

n Nu. 23. & 24.

o

Ascleta-

Aiciętarionis, quod in pœnam & terrorem Domitiani permissum. Sæpius id permittitur ob nimiam quærentium curiositatem, teste D. August. *p* qui rectissime addit, *non quia vera sit prædictio, idcirco minus esse superstitiosam, vel sacrilegam, vel ideo magis licere prædictionibus talibus fidem dare: sed semper retinendum illud Dei præceptum; Etiamsi dixerint nobis, & ita euenerit, ne credamus eis.* *q*] Denique quod de somnijs dixit Aristoteles; hic quoque verissimum, huiusmodi diuinationem, nonnisi ex accidente fore veram. sicut enim qui assidue iacit aleam, vel talos figit. is aliquando seniones; aliquando Venerem iacit, inuenitque: sic cum isti centies mentiantur; quid mirandum. si ter verum dicant? sane si mendacia notarentur, mille forent, pro vno vero dicto: Pauca notantur, non adeo tamen: quin veris longe plura. Quis nescit Hebræos illos, qui Leoni Isauro vera quædam prædixere, ob mendaces prædictiones, Arabia pulsos fuisse, *r* cum Zitam Principem in infelicem iconoclastiam perpulissent? Quis de Pancratio non legit; eum & Constantino Irenes filio Impe. cladis maximæ, & sibi ipsi necis causam fuisse: *s* Quis Constantini Stethati nescit amentiam: qui & sibi, & Alexio Branæ, stulto vaticinio, exitium attulit? habebatur tamen Stethatus Princeps sui temporis Astrologorum. *t* Quis nescit, qua hactenus vanæ omnes prædictiones eorum, qui diem vel annum aduentus Antichristi, vel excidij mundi, prædixerunt? *u* Mitto Petri Leonij Spoletani insignis medici inanem huius Mathesis fiduciam, qua mortis Laurentio Mediceo occasionem, & sibi ipsi præbuit præcipitationis in puteum: *x* Mitto. quod Cedrenus narrat de Abrahamo, Gnethliacos coram Aegypti Rege vanitatis conuincente. Mitto Manuelem Connenum Imp. cui magno stetit, nimis addictum esse huic insaniæ: quæ illum & classe maxima nudauit, & posteritati semper ridendum propinauit. *y* Mitto Ioann. Galeacij ducis Mediolanensis factum, qui cum ei astrologus quidam mortem immaturam plane prædiceret, sibi ipsi vero longam vitam polliceretur: hominis ridens stoliditatem, statim strangulari eum iussit. *z* Mitto mendacium duplex Petri de monte Ilicino in Concilio Constantiensi, quod Aeneas Siluius narrauit. *a* Addam duntaxat duorum Principum diuersa iudicia & mores.

Alphonsus Aragonum Rex sapientiæ veræ amator, in litteratos omnes mirè munificus fuit, solos astrologos à curia sua arcebat; prudenter censens, sibi nihil opus eorum industria, eo quod sidera stultos regere, sapientes astris censeret imperare. *b* Contra Cardanus memoriæ commendauit Ludouic Sfortiam, versutum potius quam prudentem, & perfidum quam æqui bonique amantem Principem, Alfonso dissimillimum, impendiosum quendam astrologum, artis imperitissimum aluisse, in quem plus centum auri magna talenta profuderit. *c* *Astrologus pro tanta mercede tempus vnicuique negotio inchoando præscribebat, adeò ridicule: vt Principes cogerentur tempestatibus maximis equum conscendere, & cum aulico comitatu ac stipatoribus alio migrare per medios imbres, per cænum & lutum, non secus ac si hostium manus fugeret.*

Tam fœlici euentu, vt, regno tandem à Gallorum Rege spoliatus, captus, in carcerem compactus, colapho cæsus, in clathrata ferrea mortuus fuerit, verum fortuna virtusque ludibrium.] Ioan. XXI. Pont. f.

p lib. 2. de doct. Ch. ysolt c. 22. & 23

q Deut. 13

r Zonar. tom. 3.

s Paul. Di con. l. 23 rerũ Romanarũ.

t Nicetas ib. 1.

u vide cõment. nostrum in Senecæ Oct. v. 386.

x Iouius in Elog.

y vide Nicetam Chonia. f. & 7.

z Conrectus I fich. dictorũque Memorab. a lib. 4. Alfonso.

a Sylueft. ad lib. 4.

b Cardanus in Ptolom. de astrol. iud. lib. 1. text. 14.

c Cardanus in Ptolom. de astrol. iud. lib. 1. text. 14.

Pont. Max. (qui ante Petr. Hiſpanus auctor Summularum) medicus philoſophus, aſtrologus, ex ſtellarum ſitu & poſitura longam ſibi vitam in Pontificatu pollicitus coram familiaribus ſuis: quarto poſt menſe, Pontificatus octauo, ſubito corruente teſtudine recentis ædificij, viterbij oppreſſus interijt, auctoribus Valerio & Stella, *in vita Pontificum*. Sed quis aſtrologorum ſe Alphonſo Sapienti, (hoc illi nomen vanitas iſta tribuit) præferat? Quæ laudi, maiori & veriori fraudi fuit? vtar Marianæ noſtri verbis: *Emmanuel ſane patruus, ſuo & aliorum procerum nomine, Alfonſum publica ſententia in conuentu pronunciata, regno priuauit, ea calamitate dignum, quod diuinæ prouidentiæ opera, & humani corporis fabricam inſigni linguæ procacitate, ingenijque confidentia, accuſare auſus fuerit. vti vulgo hominum opinio eſt, ab antiquo ducta permanus. Vocis ſtoliditatem numen iuſtiſſime vindicauit.* [Vanæ ſapientiæ perſuaſio, huc inſipientiæ perduxerat.] *Id forte aſtra memorant portendiſſe eius artis non ignaro, ſi ars eſt, & non potius inane mortalium ludibrium, quod à prudentibus ſemper accuſabitur* [verum dictum & Tacito vſurpatum] *& ſemper tamen patronos habebit. Ex eo ferunt ſuſpicacem eſſe redditum, & ex metu crudelem, &c.*

Cernis quo illum hæc vanitas præcipitarit, & fecit vt alia ſapiens, ſibi ipſi toto vitæ decurſu (notatum id) deſiperet, peſſimeque ſemper conſuleret. Ægyptios deditos aiunt huic vanitati, maxime Alexandrinos: quod tamen prudentiorum fuerit iudicium, poſſumus ex Suida colligere. Tradit, Alexandrinæ ſolitos aſtrologos vectigal pendere βλαχερνομίον, nuncupatum: quoniam eos non niſi fatui homines conſulerent, quos Græci, βλαχὰς, vocant: ducta Mataphora ab inutili piſce, quem ne canes quidem velint attingere.

Concluſ. 4. *Si non ſuperſtitioſi, certe noxij infirmis illi medici ſunt, qui ſecundum lunæ & aliorum planetarum in ſignis Zodiaci ſtationes, de morbis iudicant, verbi gratia, quæ cuique euenerit agritudo, & quo illi pacto medendum: nec non chyrurgi, qui in vulneribus idem obſeruant, & dies conſiderant vulneris, & ſtellas eis præſidentes* (quas vocant, Centel, Neus, Dibergibel, Lachadiel, Sapiſſa, Elebra & ſimil.) *& inde prænunciant vulnus eſſe lethale, vel ſanabile.*

Hæc omnia fuſe deſcribit Conrad. VVimpina *a*. tales etiam videntur illi aſtrologi, qui generatim pronunciant, qua die pharmacis, venarum ſectione, aut cucurbitulis corpus ſit euacuandum. Merito ſuſpecta ſunt hæc omnia, quia ſtellarum non eſt tanta vis in hæc inferiora, & ſi qua talis vis foret, ea poſſet & ſoleret aliarum particularium cauſarum concurſu plane impediri. Imo & ſola materiæ indiſpoſitio, lunæ & aſtrorum omnium actiones euariare facit, teſte Galeno *b*, cui Auicenna conſentit. quare obſeruationes & effectus huiuſmodi dierum indicum, prouocantium, vel criticorum, longe magis dependent ex materiæ diſpoſitione, concoctione, & ſtatus morbi temporibus ac ſymptomſitibus, quam ex ſideribus: quæ eſt vera ſententia Hippocratis & Celſi. *d* Longius etiam aberrant iſti Aſtroiatri, quia præcipue attendunt ad quoſdam lunæ imaginarios angulos, aſpectus, & conformationes: paruifacientes vel contemnentes potius, quomodo ad cæli vel ſiderum influxus recipiendos materia diſpoſita fuerit, &

a d. l. 3. c. 8 & 9.

b lib. 2. de dieb. Criticis. *c* l. 4. Fen. 2. tract. 1. cap. 1.

d Hippoc paſsim & Celſ. l. 4. cap. 4.

quæ periodi temporum, quæve concoctiones & crises sint morborum. Hos ergo merito maxime Galenus *e* contempsit, Augustin. Niphus *f* risit, & multis eorum patefactis erroribus *g* Ioannes Langius impugnauit: & Marsilius Ficinus, qui iunior ista defenderat *h*, eadem postea fatetur se scripsisse, *i* non vt probaret, sed vt cum Plotino astrologorum ineptias rideret.

Concl. 5. *Pars illa interrogationum, quæ res occultas inuestigat, vt furta, thesauros, virginitatem, &c. plane vetita & perniciosa est omni iure.*] Prohibent sacræ litteræ, Leuit. 19. v. 31. *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini vt polluamini per eos.* Deut. 18, v. 10. & 11. *Nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones consulat, aut diuinos, & quærat à mortuis veritatem, omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.*] Iure Ecclesiastico prohibetur hoc *capite primo & cap. ex tuarum, de sortileg.* Iure ciuili plurimis rescriptis. *l. item apud Labeonem §. si quis astrologus. D. de iniur. li. 2. & l. nemo aruspex. C. de malef. & mathem. lib. 1. C. de thes. libr. 10.* Tolerantur hi sæpe in rebus publ. sed exemplo pessimo & publico malo.

e l. 12. Therapeu. *f* lib. 5. de diebus. Critic. *g* Epist. 35 *h* l. de vit. Sælitus conseruanda. *i* l. 12. epistol ad Politianū & Picum.

QVÆSTIO II.

De coniectatione, ex elementis, meteoris, plantis, arboribus, brutis.

A Stris & cœlis proximum, de quo certo constet elementum est aër satis valde enim probabile est ignis Spheram propriam esse nullam, quæ sententia valde antiqua est, & à recentioribus quibusdam strenue defenditur *k*, videtur hæc mens Ausonij in Gripho Ternarij.

Tres Charites, tria fata, triplex vox, trina elementa.

B In media regione aëris variæ valde fiunt impressiones meteorologicæ. Exhalationum copia gignit magnos & paruos ignes, diuersissime configuratos, pro exhalationum ipsarum forma diuersa: vt modo videantur flammæ, modo columnæ, modo lanceæ, modo stellæ saltantes vel discurrentes, descendentes, vel ascendentes, aliquando vero & cometæ multiplices, de quibus non est nunc C tempus agendi *l*. quibus omnibus commune est magnam temporis siccitatē denotare: signa quoque esse ventorum diuturniorum, vel violentorum: quod maxime cometis conuenit, qui si frequentes fuerint, etiam præsignificant sterilitatem, famem ac pestem: eo quod vis cometæ omnem vaporum & exhalationum humiditatem absumit: vnde consequenter mortem minantur biliosis, & qui ardentioris sunt D naturæ, quales plerique Principum & Magnatum: eadem siccitatis causa, ad bella quoque & seditiones inclinant. Cætera quæ his astrologi & Squarcialupus addunt, vana sunt & fallacia: quæ dixi, naturæ consentanea videntur. Fit tamen non raro vt cometarum causa sit, supernaturalis dum- E taxat Dei dispositio, vt quando fælicem aliquem euentum portendunt, quod sæpe numero accidisse allatis. Historiarum exemplis olim, teste Origine, *libro primo contra Celsum*, docuit

k Hieron. Cardi. l. 1 de variet. c. 2 Scipione Capicio l. 2. de Principiis. Frā. Patricio lib. 7. discuss. Peripater. to. 4. Fiā. Valesio de sacra philos. ca. 50 Villaspandeo & aliis.

l Vide Arist. 1. Meteorā c. 4 Plin. lib. 1 Nat. hist. & ibi Cōment. Melichii, Senecam li. 1. Nat. quæst. Contarem l. 2. de ele. Card. li. 4 de subt. lib. 1. & 24 de variet. Scaligerū cōtra Car. exerc. 79 Francasto, in lib. de Homoc. & Andr. Duditium tract. de Cometis & epist. ad Ioann. Cratonē.

Chere-

Cheremon, *lib. de Cometis*, qui si exstaret, fortasis deprehenderetur nata hæc inde opinio, quod quæ vni regioni seu regno fœlicia fuêre cum aliorum clade coniuncta erant: Vel sane causa est Dei dispositio hoc pacto volentis admonere homines, de imminente publica calamitate, vel morte Regum aut Principum, vt ad pœnitentiam & morum emendationem recurramus *m*. Tunc autem cometæ pertinent ad ostenta (de quibus actum) & Dei caritatem nobis egregie commendant, non ferientis nisi nos prius admonuerit: idcirco videmus crinitas stellas in eam partem comam diffundere, cui minantur. Mirificum huiusmodi commonitionis signum, narrat Gobelinus Persona *a*: nempe in monasterio Bodkensi, quod B. Meinulphus confessor exædificauit, quoddam miraculum ordinarium cõtigisse talibus ostentis annumerandum: *Timtinnabulum* (inquit) *quoddam magnum ancumbene sonorum in eodem monasterio reuerenter asseruatur. Nam quoties aliqua ex eius monasterij sororibus breui erat abitura è vita absque vllo humano ministerio, per se fortem reddebat sonum.*] Rideat hæreticus, vt lubet: sed alia duo similia accipiat, etiamsi non lubet. Scribit Leonard. Vairus *b*, *in Celtiberiæ oppido Vililla campanam esse, quam vocant incolæ*, campanam Miraculorum: *hanc per aliquot menses priusquam resp. Christiana aliquid aduersi patiatur, ex seipsa nemine pulsante, sonare solitam, cuius rei* (sic ait) *testimonium per publicos tabelliones hisce oculis egomet legi, præter fidem, quam de eadem re illius regni Proreges faciebant suis literis.*

Accedat & aliud è Gallijs, quoniam Hispaniam à testimonio arcent aduersarij. Eodem Vairo teste, ad flumen Rhodanum, in Sequanorum confinio, situm est nobile monasterium S. Mauritij. Viuarium illic visitur, in quo iuxta numerum monachorum pisces ponuntur. Illorum si quis ægrotet, piscículus quoque semiuiuus cernitur supernatare, quod si monachus è vita migraturus sit, paucis ante diebus piscis moritur. Hoc ita se Vairus accepisse scribit, tum ab Antonio Cardinale Granuellano, singulari bonarum artium patrono, teste oculato: tum ab alijs fide dignis, vt rem locis illis notã atque omni fide contestatam.

Porro cum exhalatio quoque sit venti materia, & ventorum ideo præcipuæ qualitates sint, caliditas & siccitas: facile intelligitur, cur ex ijs & sanitatis corporum, & fertilitatis anni probabilia signa queant desumi. Qui de ventis plura volet, alibi quærat *c*.

Secundo non pauciora fiunt ex vaporibus, quæ & ipsa suas adferunt probabiles prænotiones. Ex nubibus quam multa queant prædici, post quẽdam Gerardum, docet Conrad. VVimpina *d*, nec sua rustica prognostica desunt pluuijs communibus, nec prodigiosis pluuijs *e*, siue naturalia tẽpestatis anni, siue supernaturalia iræ diuinæ comminatoria. Anno superiore 1600. die 18. Febr. prope Arequipam, ex illis qui multi in Peruana sunt montes igniuomi (*vulcanos vocant*) vnus, eorum *Guyana putina*, principio candidam nubem visus pecorarijs è longinquo eructare, quam consecuta est procella fragminũ ingentium quasi auulsorum à rupibus, sed ignitorum: hæc paulum spacij progressa comminuebantur in minores lapides, & paulatim centesimo ferme passu à cratere in cinerem. Vbi saxa decidebant, cuncta reuulsa, diruta, comminuta, intererempta: vbi lapides, parci mortales euasere vel iumenta. fors H. spanus iter

m Damas. l. de fide ortod. c. 7 Bonau. in 2. d. 14. q. vltim.

a in vita S. Meinulphi mens. Octobr.

b l. 2. de fascinoc. 14.

c Vide Senecam l. 5 Nat. quæstio, Plin. l. 2. ar. c. 40 & ibi Milichium, Card. l. 1. de varie. c. 1. & 8. Valesi. de sac. phi. ca. 50 *d* lib. 1. de signisca. 5 *e* de quib. Plinius supra ca. 56. & 58. & ibi Milichius.

faciebat eques; cum vim grandinis lapillaceæ non ferret, descendit, & se sub equo locat: sed equus non valebat sub sistere præ vi ictuum. herus videns nec tutum, nec quietum sibi sub iumento refugium: ephippium aufert, equum deserit, capiti sellam imponit, sic ægre euasit canifragium. torrentes & fluuij ac fontes nonnulli penitus exaruere, & alijs lapsus facultas intercluſa cineris multitudine, idque per leucas plus trecentas. Arequipæ primum ortæ clara luce tenebræ integrum fere mensem durarunt. Interea initio cœlum fulminibus visum dehiscere, & audiri tonitrua, flammeique globi instar artilleriæ bellicæ aciebus hinc inde dispositis mutuo explosæ vicissim huc illuc discurrere, ingens globus semel decidit, & à templo in proximum ambitum, inde in viam publicam patente porta erupit, & subito disparuit relicto sulphureo nitore, terræ motus ingẽs fuit: adeo vt multæ domus conciderent, reliquæ quasi tripudiarent nutantes. Nec cessauit interea pluere terram albam, instar cinerum seu calcis tritæ, vt nemo per plateas incederet, quin mox digiti spissitudine cooperiretur. domus, quæ nimirum, tectæ essent crassitudine semipedali: sic pleræque sub onere gemebundæ subsiderunt, malum durabat, luce per interualla potius ostentante se, quam diem præbente. Mense fere exacto cessatio fuit, & nonnulla intermissio, vt nostri qui illic degunt perscripsere: sed adhuc metus manebat grauiorum. Magnam morum in melius tum timor expressit commutationem: omnes ad pedes Sacerdotum deuolui, adeo vt quies nulla daretur, & vi in cubicula pœnitentes irrumperent. Sic Deo lucrum animarum multarum accessit. Sed nec Satanas neglexit occa-

A

B

C

D

E

sionem. Nam cum Indi pagani viciniores flammis, solita superstitione Magos accessissent. & simul ad montem illum properarent, & malis cantibus, ac sacrificijs procurarent: magos & viciniores quosque flammæ consumpserunt, cæteri omnes male multati, desperabundi pars suspendio, pars aliter sibi mortem consciuerunt. Hæc narrata litteris P. Ioann. Ruizij de Alarcon scriptis Arequipæ Martij XV. anno superiore quarum hoc anno Martio mense exemplar Hispanice præscriptum legi: vnde hanc epitomen excerpsi. Vix quidquam simile lectum vel auditum. Idem de grandine & glacie dicendum, (quæ specie non differunt *f*, & Pisidas in κοσμουργία poëtice non philosophice contra Aristotelem agit) Niuium quoque copia fertilitatem anni, roris & pruinæ multitudo sterilitatem potius, prænotant. nebula descendens serenitatem, ascendens imbres indicat. Tonitru & ecnephias sunt indicia pluuiæ subsecuturæ: alii verò sonitus in aere audiri consueti *g*, magis pertinent ad prodigia. Fulmen & prester quid pronuntient, vvimpina te docebit. *h*.

Tertio maris tumor, venti: fluuiorum insolitæ eluuiones, pestis annuncia sunt: terræ motus quoque idem designant, testibus Ammiano, Procopio, & alijs.

Quarto, quoad impressiones, quæ per reflexionem lucis, circa vapores ac exhalationes fiunt (vt Iris, halo, coronæ, parelus, virgæ) naturalium præsensionum prognostica censeri possunt *i*, vt & hiatus, & quæ foueæ & fenestræ vocantur: nec non flammarum illi tractus, quibus ignis fatui est nomen, sunt enim effectus varij, exhalationis

f Vales. c. 50. de sac. philos.

g Virg. Macrob.

h d. cap. 6

i vi. Vvimpinam. d. cap. 5.

vel va-

vel vaporis superabundantis & vincentis obstantia: vel interdum luminis victi ac profligati.*k*

5. (Vt ad terrestria veniamus) ex arborum quoque prouentu prognostica colliguntur, vt *teste Tullio.*

Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu,
Terfruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Amygdalorum copia indicat messis abundantiam.*l* Trifolium inhorrescit.& folia contra tempestatem surrigit. Sine auris ludentia arborum folia, lanugines & pappi, populnei volitantes per aërem, aut aquis innatantes, tempestatem prænunciant. Si rosæ violæue sub autumnum iterum floreant. pestilitas imminet. Burdigalæ, quæ pestim illam magnam præcesit hyems, aliquas in horto nostro rosas protulit, quas & vidi. Vnum hoc non videtur vacuum à superstitione, quod quidam tradidere: sub autumnum duas vel tres glandes legendas, tum cultro scindendas, trium aliquod in his solere reperiri, muscam, vermem, vel araneum, muscam denotare discidia eo anno futura, vt vermem fertilitatem, aranea mortalitatem denotari.

Sextò, animantes etiam quædam nobis prænunciant, vt,

Cana pulex fugiens è vasti gurgite ponti
Nunciat horribiles clamans instare procellas.

Vt & acredula matutinis instans vocibus:

Fusca, nonnumquam cursans per littora cornix,

Si tamen,

Demersit caput & fluctum ceruice recepit.

Ipsi quoque alumni dulcis aquæ ranunculi,

Mollipedesque boues spectantes lumina cœli,

Et quæ talia ex Arato Tullius, *a* & ex Hesiodo Virgil. Quid contemptius musculo, vel passerculo? tamen domos illi ruituras; hi aëris contagionem fugâ præueniunt, quorum etiam causas Franciſc. Picus inuestigat,*c*

Ex obseruatione huiusmodi Phænomenorum, emersere canones, prænotionum, quibus vtuntur nautæ, pastores, & agricolæ, de quibus non contemnendum opus extat Antonij Mizalpi Monluciani, *Ephemeridum rusticarum.* illa quidem ipsa animalia præsagij sui sunt ignara; sed impetum quedam natutalem solummodo sentiunt, mouente phantasia per humores concitata ad petendum quæ commodo, & fugiendum, quæ noxæ sunt futura. Quod sigillatim idem Picus ostendit, de ciconijs, cypselis, mergis delphine, cæteris longum nimis & lentum foret mihi, singulis inhærere. Veniamus ad nobilius animal, hominem, & ex eo quædam præsagia.

QVÆSTIO III.

De coniectatione medicorum.

EGIMVS *d* de quadam falsa & illegitima, imo ludibriosa; nunc de vera, seriâ & gnesiâ dicendum, hanc medicorũ, σημειωτικὴν, veteres, recentioresq; Doctores integris tractationibus sunt prosecuti; *e* quos legere poterunt, qui plenos sitiunt crateres: mihi hoc vnum videtur vniuersim posse statui.

Signa proba sunt, quæ naturalibus principijs, & veris experientijs cõprobantur: cætera sunt vana, & ab arte medicorum aliena. Proborum, quædam sanam integramque valetudinem

k vide Senec. l. 1. Nat. q. Plin. l. 2. c. 28 Contarèn. l. 1. de elemen. Pernumiã. l. 3 Phys. & Card. l. 4. de subtil. / Vide Panegyr. nostram de Natiuit. Deiparæ Virginis.

a l. 1. de diuinat.
b l. 1. Georg.
c d. l. 3. c. 3. cum seqq

d q. 1. conclus. 4.
e Hippoc. l. de Prog. & in eum commen. Galeni. Arist. sæpe in Probl. Celsum l. 2. de Medici. & horum sequentes vestigi Frãc. Picũ d. l. 3. c. 7. Vvimpin. libr. de

testantur; quædam degenerantem vel iam affectam; quædam succumbentem, & iam victam: quædam se recolligentem & victricem: quædam denique sunt ambigua, etiã ipsis magistris. Nec vlla tam certa, quin fallant aliquando, ideo vetus sermo verus, præstare à sexaginta medicis, quam à scabinis sex damnari, & morti addici.

ignis c. 8. & à c. 13. vsque ad 21. Ioan. Guintherum Andernacvcer. & nouæ medicinæ commen. 1. Dial. 7.

QVÆSTIO IV.

De prænotione Physiognomica.

A PHYSIOGNOMVS ex pilorũ & membrorum corporis colore, habitudine; & proportione; de temperie, valetudine, quædam etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus putat se scire: præcipuè frontem considerat faciemque, quia hæc solet esse speculum virtutum intellectualium; & tum vocatur hæc μετωπτοσκοπία. Huius mẽtio apud Iuuenalem, *Sat. 6.* cum scribit frontem vati à muliere præbendam. Aristot. & Polemon confundunt cum, *Chiromantia*, quæ propriè manuum cõsiderat lineamenta, quasi quoddam virtutum actiuarum speculum: ac si considerat etiam reliqua membra totiusque corporis habitum, *Physiognomica*, vocatur.

Hanc Physiognom. veteres medici Hippocrates & Galenus diligenter excoluerunt, vt & Arist. integro libro, & qui extat Polemon. Athenienſ. *lib. de Naturæ signis*: quorum scripta laudantur, eo quod naturæ vestigia calcarunt. Sed recentiores Barth. Cocles, *in Anast. Physiogn.* Luc. Gauricus & alij fere plura miscent superstitiosa, præter vnum fortè Pet. Motium; cuius librum *de multiplici temperamento & cognoscendi. hominibus*, laudat Michael Medina: *f* quia primo complexionis modum, deinde medico & philosophico ratiocinio propensiones & ingenia gẽtium prouinciarum, & singulorum hominum describit: methodus hæc vera & recta, sed scriptorem illum nondum potui noſci. visus mihi non infœliciter Conrad. vvimpina *g* Galeni & Aristotelis ferè omnia in compendium redegisse.

Artis fundamenta varia sunt, primum petitur à quadam cum animantibus similitudine v. g. qui paruis sunt oculis inuidi censentur, quia simiæ tales; qui magnis, stupidi; sicut boues & asini ratio est: quia cum Deus auctor naturæ gnarus esset, qua quodque animal indole dotasset, singulis etiam ea addidit instrumenta, quæ huic indoli sorent quàm aptissima, ferocibus, vt leoni, apro, tauro, vngues, dentes, cornua; timidis ac fugacibus, vt lepori & ceruo, artus celeri fugæ necessarios; fortib. araturis, vel onera baiulaturis, toros, gibbum, dorsi, humerorumque robur; vt camelo, boui, equo & reliquis veterinarijs. Idcirco quasi ex signo & à posteriori (vt loquũtur scholæ) animantium indolem ex ipsis instrumentis corporeis; quibus à natura sunt prædita, colligunt.

g l. de signis c. 8. 9. & 10.

Secundum fundamentum à moribus gentium atque prouinciarum desumitur; quæ cum certo sint corporis habitu, vt plurimum quoque ingenijs, moribusque discrepat. v. g. physiognomi definiunt fuscos, stupidos ac pertinaces esse, quoniam Æthiopes sunt huiusmodi.

Tertium à sexu, v. g. quia mulieres candida vt plurimum & molli sunt cute, eædemque sunt pauidæ ac leues: ideo candidos & molli cute, moribus obnoxios ijsdem censent. Huius secundi & tertij fundamenti ratio ducitur à com-

fl. 2. paræ Christ. c. 2.

plexione,

plexione, cum enim eadem temperies simul causa sit cutis huiusmodi & morum huiusmodi: ratiocinantur, in quocunque cutis sit, talis talem esse temperiem, quare ab eodem, eiusdem temperici ratione, similes mores exspectandos.

Quartò rimantur affectus animi, à motu membrorum & corporis affectionibus, tale illud Hippocratis, *Oculi non nictantes sunt iracundi: quoniam irati fixis & immotis oculis intuentur.*] Sed ratiocinabatur Salomon *b* dicens; *Homo Apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* Et Esaias; *i agnitio vultus eorum respondit eis*, hoc est, vultus exterior eorum, secreta cordis patefecit. sic argumentatur Martialis *k* (quem vetusta exemplaria, nescio cur vocent Martialem Cocum.]

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Matthiam Coruinum Hungariæ Regem haud illaudatum Principem. nimis deditum diuinationi. adeo vt nihil nisi consultis astrologis soleret suscipere, *a* tam studiose accepimus *b* huic vacasse physiognomicæ diuinationi, vt ex primo aspectu liniamentorũ faciei, de temperamento & moribus hominum solertissime iudicaret: ita, vt, magiæ speciem æmulis præbuerit.

Quintum fundamentum petunt ex collatione signorum cum signis, & ex quibusdam alia colligunt, v.g. inuidiã ex iracundia, cui tristitia & animi prauitas sit adiuncta.

Sit concl. *Physiognomica consistens intra cancellos naturalis Philosophiæ, licita est, & habet aliquid probabilitatis.*]

A Probatur primò. quia positorum fundamentorum aliqua sunt probabilia, quædam minus. quædam amplius.

2. Probatur ex sacris litteris, in quibus, *virorum robustorum facies dicuntur similes faciei leonum.* *c* Item quod, *in facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ.* *d* & alibi; *sapientia, hominis lucet in vultu eius.* *e* item: *cur hominis immutat faciem illius,* *f* & quæ iam citata. *g*

3. Ex iuris interpretibus, quorum communiore calculo receptum, quando plures de aliquo crimine sunt accusati & capti, primum quæstioni subijci debere illum, qui facie deformior: quoniam credendus sit animo quoque prauior, *h*

4. Probatur sententia Philosophorum, Pythagoras enim ad huius disciplinæ regulas, discipulos vel admittebat, vel repudiabat. Socrates hac indicina deprehendit Platonem fore, qualis postea laudatus. *i* Maximi hanc fecere Plato, *k* Aristoteles & Sext. Philosophus: quorum primus ea vtitur in Dialogis, Secundus accuratè tradidit, tertius idcirco corpus vocat animi imaginẽ. Cicero hinc petitis iaculis aduersarium mirè lacessiuit. *l* Velleius Paterculus, veteres ea multum vsos testatur. *m*

Dixi non *certitudinis*, sed *probabilitatis*: quia solent quidem corporis dispositiones affectionibus animi præire, quod integro libello Galenus demonstrauit: sed præire, non trahendo vel cogendo, verum leniter & assidue inclinando: ita vt bona consuetudine & freno rationis, haud difficulter illa propensio superetur. Quod de se testari Socratem non puduit, cum Zopyrus Physiognomus ex lineamentis corporis eius, bardum, stupidum, & mulie-

rosum

b Prou. 6. v. 12.
i Esa. 3. v. 9
k l. 12 Epig 54.
a Bonfini' l. 8. Hung hist. dec. 4.
b Ioachim Cureus in Annal. Sil.
c c. paral. 12. v. 8.
d Prou. 17 v. 24.
e Eccl. 8. v. 1.
f c. 13. v. 31.
g Pro. 6. v. 12. Esai. 3. v. 9.
h Bald. in l. 2. n. 5. C quorum appell. nõ recip. patris de Syndicatu, Hippolytus, Marsi & alij.
i Siren. l. 9 de Fato c. 39.
k in Tim.
l Orat. pro Roscio Comæd.
m l. 2. hist.

rosum illum iudicasset. *n* Sic intelligendus Casius medicus, *o* cum quæsijsset, cur prodigiosæ formæ homines, plerumque etiam emota sint mente? respondet, *quia corpori consentit anima, vt animæ corpus.*]

n Cic. l. de fato. Alex Aphrodis. l. 4 de fato *o* Probl. 51

Vnde sequitur 1. longe certius iudicium ferri de brutis, quàm de hominibus. quia bruta, propensione sola trahuntur, homo propensionem arbitrij habenis moderatur. Sequitur 2. quod Physiognomo non licet iudicare, de facto, siue de actuali hominis vita, scilicet hunc esse talem: sed de pronitate tantum ac inclinatione, vt optime censuit Proclus, *p* v. g. talem propendere & inclinari in auaritiam, mulieres vinum, &c. 3. sequitur, non posse hanc facultatem iudicare, de donis diuinis & gratuitis, quia Deus hæc distribuit cuique, prout vult, nec de extrinsecis planè homini, vt morte violenta, opibus, honoribus & cæteris fortunæ bonis malisve: nec de nuptijs, statu vitæ, & alijs negotijs, quorum electio est merè voluntaria, talibus nugis plenus est liber *de neuis* Melamphi. Ratio est, quia nihil istorum dependet à corporis habitu, vel constitutione. Permittit quidem Deus, vt quædam diuinationes istorum euentu comprobentur: sed simul eos sinit falli, in ijs, quę magis ipsis necessaria. Scribit Pauius Iouius in Elogijs, de Antiocho Tiberto Cesænate, qua Physiognomns excellens suo tempore habebatur eum *Guidon. Balneo prædixisse, quod ab intimo amico necaretur: Pandulfo item Malatestæ Arimenensium tyranno, quod ex Patria pelleretur, & exul in extrema egestate periturus esset. Paulo post Pandulfus Guidonem ob spectatam virtutem & suspectam obtruncat: Antiochum ipsum custodiæ mancipat, euentum præsagij exspectaturus. Antiochus custodis arcis filiam, ita flexit: vt resti. ab ea impetrata in fossam demitteretur: sed compedum sonitu produtus, & à fuga retractus, cum puella percutitur. Pandulfus tandem exsul, & egens ab omnibus desertus, in hospitali diuersorio senex perijt.*] sic dum alijs cauit; sibi non cauit Antiochus. Potuere etiam illa per humanam prudentiam conijci. quid enim inexspectatum aut mirandum, si familiaris tyranno vir fortis, ob suspicionem; ab eo necetur? quid verisimilius. quam tyrannum inuisum, vel necari, si sit audax vel compelli fugam, si timidus: & semel pulsum, ad egestatem redigi? His poterunt adijci nonnulla ex Horozco lib. 2. de vera & falsa Prophetia cap. 8. & 9.

p in Alcibi. ad Platon

A B C D E

QVÆSTIO V.

De Chiromantia.

CHIROMANTIAM diuidunt in Physicam, & Astrologicam.

Conclus. 1. *Physica Chiromantia licita est, & physiognomiæ pars, & ideo de illa idem, quod de hac iudicium.*]

Ratio est, quia per lineas & partes manus, considerat ipsam corporis temperiem, & ex temperie corporis probabiliter indagat animæ propensiones hanc probat autem Aristoteles *l. 1. Histor. animal. c. 5. & 30. ac 34. problem. sect.* 10. & prolixè eam exsequitur. Conrad. Vvimpina *l. de signis c.* 10. 11. & 12. incautè verò Petr. Primodaius; dum inter duas has species non distinguit, omnem chiromantiam videtur damnare, *Academiæ Franciæ p. 2. die primo ca. 4.*

Concluſ. 2 *Chiromantia astrologica prorsus vana & illicita, scientiæ nomen non meretur.*] Scientiam esse nititur

probare

q l.7. var. lectio.c.6 probare Anton. Verderius *q*. nam loqui illum de hac etiam, non de physica tantum patet, tum quia coniungit cum astrologia: & vtramque scientiam cõtendit esse; tum quia, in responsione penultimæ obiectionis, dicit harum manus linearum significationem ab astris infallibiliter dirigi, &c. quæ sane Ecclesiasticã mererentur censuram. quia Papa Sixtus V. edita contra astrologos & Chiromãticos bulla, definiuit. neutram esse scientiam, & vtrosque pariter damnans, grauibus subiecit pœnis cuius doctissimi & maximi Pontificis sẽtentia præponderat omni contra sentientium temeritati: tum etiam quia in Cathalogo Romano librorum, quorũ vetita lectio omnes qui Chiromantiam docent, aperte sunt annumerati prohibita est ergo.

Vanam esse, docet optime Franc. Valesius *r* doctiss. medicus, meritissimo illam detestans. primum namque laborant væsania mathematicorum de astrorum influẽtijs, quam improbauimus *sup. q.* 1. Addunt de suo; quod stultius est, hanc areolam esse Iouis illam Mercurij, tertiam Veneris, atque ita porro. Superaddunt tertio tales areola lineas hoc prẹnotare: alias illud: quorum nihil ratione vel auctoritate confirmant, sed nudo suo delirio, & prætextæ experientiæ postulant nos manus dare. Cumque tam inania sint artis huius principia, fuere tamen semper, qui hoc quoque mendacium paruuli diligerẽt. Olim prosa oratione Chiromantiam tradidit Helenus Syracusius libro, quem nominat χειροσκοπικὸν ὁ ᾠνισμα *mans inspectorum augurium* carmine vero comprehendit Eumolpus quidam. vtriusque meminere Pollux & Suidas. Recentiores scripsere Ioannes de Indagine (Lutheranus, alius à Carthusiano nominis eiusdem) Ioan. Taisnerus Athensis, Antonius Cermisonus, Bartolomæus Cocles, Michael Sauonarola, Petrus de Arca, Marcellus, Saya, Andreas Tricassius, Michael Scotus, Ioan. Teukesberg, & alij: quorum libri scatent superstitiosis. Ars ista palmam manus primo in certos colliculos, areolas, & lineas diuidit: areolis planetas singulos, lineis astra quædam præficit: horum denique astrorum atque planetarum vulgo creditos effectus ipsis areolis ac lineis manus ascribit, vt breuiter VVimpina *a* ostendit, addens se horum non approbatorem, sed narratorem esse nudum: suo iudicio cuncta nænias esse detestatur hos, & impugnat vehementius antiquus scriptor Ioannes Salisberiensis *lib. 2. Policratici c. 27.*

a sup. c. 11

Contra hos libratum illud Iuuenalis Sat. 6.

.... frontemque manumque.
Præbebit vati cre r im popisma roganti.

quorum prius ad metoscopum, posterius ad chiromantem referendum bene Britannicus obseruauit. Solent hanc vanitatem profiteri vxores (si vxores) ex illa colluuie, quæ totam peruagatur Europam, Vulgo *Zingaros* seu *AEgyptios* nuncupant, de quibus multa collegit Crespetus *libro primo de odio Satanæ discur. 12 fol. 176. cum seq.* Sed hi scriptoribus Germanis, quam Gallis vel Italis notiores: ideo hos audiamus. conditionem eorum & originem sedulo perquisiuit extra res fidei non despicabilis, Sed. Munsterus l. 3. cosmagraph. *f.* 257. *Cum ageretur* (inquit) *annus post Christum natum.* 1417. *primum per Germaniam apparere ceperunt homines nigredine deformes, excocti sole, immundi veste, & vsu rerum omnium fædi, furtis imprimis intenti: præsertim fæminæ illius gentis. nam viris ex furto fœminarum victus est. Tartaros aut Gentiles vulgus*

r Sac. philoso. ca 32

vocat, in Italia * Cianos appellant. Ducem, comites, milites inter se honorant veste præstantes: canes venaticos pro more nobilitatu alunt: sed vbi venentur, nisi furtim non habent. Equos sæpe mutant, maior tamen pars pedibus graditur. Fœminæ cum strato & paruulo iumento inuehuntur. Litteras circumferunt Sigismundi Regis & aliquorum Principum, vt transitus illi per vrbes & prouincias & incolumis permittatur innoxiusque. Ferunt ipsi ex iniuncta sibi pœnitentia mundum peregrinantes circuire, atque ex minore AEgypto primum emigrasse. Sed fabellæ sunt. Hominum genus, quod vsu compertum est in peregrinatione natum, ocio deditum, nullam agnoscens patriam ita circuit prouincias, furto (vt diximus) fœmi-arum victitans, canino ritu degit: nulla religionis cura, etiamsi inter Christianos paruulos suos baptizari curet; in diem viuit, ex prouincia demigrat in prouinciam: per aliquot annorum interualla redit: sed multas in partes scinditur, vt non ijdem in eundem facile redeãt, nisi per longa interualla locum. Recipiunt passim & viros & fœminas volentes in cunctis prouincijs qui se illorum misceãt contubernio. Colluuies hominum mirabilis omnium perita linguarum, rusticæ plebi grauis imminens: vbi foris illa laborat in agris, hi spolijs inuigilant casellarum. Anus eorum chiromantiæ & diuinationi intendunt: atque interim quo quærentibus dant responsa. quot pueros, maritos, aut vxores sint habituri miro astu & agilitate crumenas quærentium rimantur & euacuant.

Hæc de illorum moribus verissima. Vnde sæpe animum subit admiratio, quo iure, vel iniuria in quibusdam prouincijs hoc genus flagitij à Principibus toleretur: non sine maximo scãdalo; & damno rusticorum. Nam scelerum impunitatem permittit, qui scleratos tolerat. Si hos fures liceat tolerare certe & alios. Si horũ chiromantia & maleficia reliqua tolerantur: non id est niti contra diuinæ legis, & Ecclesiasticorum canonum auctoritatem? Notoria sunt flagitia quæ Munsterus memorat & ijsdem plane verbis Albertus Krantzius *lib. 11. Saxoniæ c. 2.* vt alter ab altero, vel ambo à Tertio acceperint. Quod attinet ad maleficium docet experientia. nam si quis illis ex sacco vel capsa vnicum nummum largiatur, omnes nummi, qui in eadem capsa vel sacco inerant, migrasse quo vnicus ille, non raro deprehenduntur: quod apertum maleficium est. Quoad diuinationes illas, nequeunt excusari à superstitione, aut hæresi (si sic sentiunt) aut impostura scandalosa. Quod alios passim recipiant, ex nationibus per quas transeunt, id nullo pacto illis cõcedere deberent respub. sed tales qui se ijs aggregant, & ipsos receptatores, condignis pœnis coercere. Nam contrarium est otiosos & vagabundos fouere in reip. perniciem: quod vel stolidum, vel improbum plane. Notæ sunt contra otiosos leges Ægyptiæ, & Atticæ apud Athæneum l. 4. & Pierium li. 34. Notum hodie, vbi iustitia viget, magistratus solere in tales inquirere, vnde victitent, nam nemo de vento præsumitur viuere) *l. fin. de alim. pupil. præsta)* & merito semper commendata fuit lex Corinthiorum, quam ex Diphili comædia retulit Athæneus lib. 6.

Est optime hic statutum apud Corinthios:
Si quempiam obsonare semper splendide
Videmus, hunc rogamus: vnde viuat, &
Quid faciat operis? si facultates habet.
Vt reditus harum soluere expensas queat:

Perpeti-

* corr. cindano:.

Perpetimur illum perfrui bonis suis.
Siu forte sumptus superat ea quæ possidet:
Prohibemus huic ea ne faciat in posterum,
Ni pareat, iam plectitur multa graui:
Si sumptuose viuit, is qui nihil habet.
Tradunt eum tortoribus. Prob hercules?
Nec enim licet vitam absque malo degere
Talem, scias: sed est necesse aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros aduim
Aut in foro agere Sycophantam; aut perfidum.
Præbere testem. Nos genus hoc mortalium
Eÿcimus ex hac vrbe, velut purgamina.

Cingaros credo toleraſſent, quos nõ præſumptio eſt, ſed res docet, clependo, harpagando, ſutelis, maleficijs viuere.

Verum excuſant illos Patroni, calamitoſum eſſe genus hominum, miſeratione dignum. cur? Ex Ægypto oriundi, luunt maiorum à fide Chriſtiana apoſtaſiam, & pœnitentiam obeunt, ſeptennalem locis incertis vagationem. Summa defenſionis hæc eſt. Quam diluunt alij: quem dixi Sebaſtianus: *Sunt anni (inquit) plus, minuſue viginti ſex ab hoc tempore quando ego Munſterus iſta ſcribo, quod Heidelbergæ agens iſtius gentis primoribus me adiungens vix extorſi litteras quaſdam, quas gloriabantur ſe habere ab Imperatoribus. at illæ mihi oſtenſæ erant. Vidimus quoddam quod aiũt Lindoræ à Sigiſmundo Imperatore impetratum: in quo mentio fiebat quomodo maiores eorum in minori Ægypto, olim ad aliquos annos, abiecto Chriſtianiſmo ad Gentilitatis errorem relapſi fuiſſent, & reſipiſcentibus eis pœnitentia iniuncta, quod tot annis ex ſingulis eorum familijs aliquot per orbem peregre proficiſcerentur, diluerentque in exilio perfidiæ ſuæ crimen. Sed iam dudum euanuit tempus huiuſce ſuæ peregrinationis, & tamen colluuies illa non ceſſat circumuagari, furari, mentiri, augurare, & diuinare.*

Cur ſi pœnitentiæ terminus effluxit pœnetentiam adhuc prætexunt? verũ falſum etiam, quod de Ægypto iactãt. Nam interrogati nec ſciunt quidem quid Ægyptus, aut vbi minor vel maior. Vnde ergo emerſerunt? Mira varietas eſt ſententiarum. Quidam *Cincalos* dictos putant, quaſi ἀνεζίους, penatium expertes & mendicos. Sane γ. & κ. commutantur facillime, & Menander in Thaide quendam ait, πλωχοτέρου λεβερίδος καὶ κιγκάλου, mendiciorem leberide & ſincalo. Leberis ſignificat ſpolium ſerpentinum: *Cinclus* auem cui etiam nomen, σιτοκύγις: ſi caudæ demas ornatum valde implumis: inde ruſtici egenos & errones, *cinclos* dixere, vt ex Æliano & Suida docet Adagiographus *chiliad. 2. cent. 2.* hæc ſententia placuit Pierio Valeriano *libro vigeſimo quinto. Hieroglyphicor.* Sed ad rem non facit. Polydorus Aſſyrios & Cilices putat: Volaterranus Vxios è Perſia: hoc eſt ariolari. Nomen indicat, Belgæ *Egipteners*, Galli *Egyptiens*, Hiſpani *Gitanes* Itali *Cingaros*, vel *Cianos* vocant: Germani ſuperiores, *Zigeuners*, quæ omnes voces ab *Aegyptio* deductæ: & hæc vltima, quaſi *Chuſener*, à Chus Chami filio patre Ægyptiorum & Æthiopum. Hi quia vident tempus pœnitentiæ præfixum effluxiſſe: nunc duo quædam commiſcuntur: vnum eſt ſe non poſſe ad patriam redire interceptis itineribus: cogantur ergo diuidi, & certæ alicui nationi aſcribi, & legib. ibi receptis

viuere: vel pellantur. Alterum est, etiam post illud septennium, sibi ex patrijs sedibus subinde necessariam esse migrationem: si secus fecerint, & non quotannis mandras vel hordas suas (id est hominum multitudinem vtriusque sexus) exulatum miserint calamitatem & sterilitatem omnibus certo præstam esse. Digna hæc causa, inquam sedulo inquiratur: quod si fiat statim apparebit impostura. Quæ vel vbi hæc gens, quæ quotannis tantopere multiplicatur? hæc quidē in peregrinatione sua, nisi adultos vndecumque colligeret: cito interiret. Deinde satis isti ostendunt falsum fuisse primum illud de iuncta pœnitentia. Quod de fonte horum verisimilius comperi, est quod *in Annalibus Boiorum* his verbis ab Auentino perscriptum fol. 826. libro septimo. *Eadem tempestate furacissimum illud genus hominum colluuies atque sentina variarum gentium: quæ in confimo Imperij Turcarum atque Hungariæ habitant* (Zigenos *appellamus*) *rege Zinkelone, nostras peragrare capere regiones, furto, rapina diuinationibus, impune prorsus victum quæritant. Ex AEgypto se esse mentiuntur, extorresque domo à superis cogi se, maiorum delicta; qui Deiparam virginem cum puero Iesu hospitio excipere recusarint, septem annorum exilio expiare impudentissime confingum. Experimentis cognoui eos vti venedica lingua & proditores, atque exploratores esse. Cum alij tum imprimis Maximilianus imp. Cæs. Aug. & Albertus parens Principum nostrorum publicis edictis testantur: adeo tamen vana superstitio hominum mentes, velut lethargus inuasit, vt eos violari nefas putent, atque grassari, furari & imponere impune passim sinant.*]

Tria hinc collige, primum origine Sacluos esse ex ditione VVinden: sane, quod peculiare ipsis idioma, in Sclauonicum vergere significat Auentinus loquens de natiuo. Scio namque præterea fictitium quoddam habere ipsis solis notū: quod Hispani vocant *Zinguenca*: Germani teste Munstero, Rotvvelsch hoc est Rubrū Barbarismum. Norūt interea cunctæ fere Europæ idiomata. & apud Germanos Germanice, apud Gallos Gallice, apud Italos Italice, &c. loquuntur: quod necessarium ad finem explorandi. Secundo vides hos septennem illam priorum pœnitentiā, iam ad singulos posterorum porrigere, vt prætextus sit vagandi. Tertio compertos Principib. prudētissimis de proditione merito damnatos, sed quadam imprudentium superstitione foueri. Dicā quod rem valde confirmat: cum adhuc in Hispania anno 1584. versarer Legione, magna tum multitudo istorum per pagos illos inundarat. festum corporis Domini tum celebratur. petierunt aditum in Ciuitatem, vt (honoris caussa) præsultarent, quod illic consuetum. fecere, sed à meridie propter furacitatem fæminarum ortus tumultus, fugere in suburbia, & ad S. Marci (D. Iacobi equitum magnifica est habitatio & hospitale) se conglobarunt, & iustitiæ administros militari vi repulerunt. mox tamen, nescio quo pacto, dissimulata omnia. Huic hordæ Comes erat; sic appellāt: in turba multi recepti Hispani, etiam ex Graiales. Villabraxima & pagis nonnullis Castellæ. Comes tam perite Castellanum idioma loquebatur; quam si Toleti natus. Sciebat omnes Hispaniæ aditus terrestres. (*Tuertos* vocant) omnes regionum anfractus & difficultates: quid roboris esset cuique ciuitati, qui præcipui in quaq;, & quæ cuique opes. Nihil fere ad rempub. pertinens, tam arcanum, quod eum lateret. nec clam hoc, sed gloriabatur.

batur. Quo aut cui rei hæc curiosa exploratio? Nonne compescenda vagabundorum hæc curiositas, etiam si solum peregrini, & inculpatæ vitæ? Bene tibi, bene sit, Maxime Carole, qui in constitutionibus Comitiorum habitorum Augustæ Vindelicorum anno 1549. cap. 26. hanc fecem mortalium, hos errones periculosissimos, *Zyngemeros* seu præstigiatores Teutonica terra excedere, veluti exploratores & proditores Christianæ Ecclesiæ missos à Turcis sanciuisti. Commemorat hâc constituit Petr. *Gregor. lib. 34. Syntagm. tur vniuers. c. 16. num. vlt.* inuehitur in eosdem Crespetus *d. loco*, & (cui meliorem opto religionem) Philipp. Camerarius I. C. *opere horar. succisiuarum cap. 17.*

Sed obijciuntur nobis duo, vnum S.S. auctoritas, alterum exempla certa huius diuinationis. Auctoritates sunt duæ: prima est *Exod. 13. vers. 4. Et erit quasi signum in manu tua.* Respond. hoc explicari sequentibus verbis: *& quasi monumentum ante oculos tuos.* loquitur enim de solemnitate azymorum: cuius celebrationem vult Hebræis esse signum memoriale liberationis ex Ægypto; sumit autem metaphoram à more hominum, qui quando volunt alicuius rei recordari, solent digito annulum indere, vel filum alligare: quia cũ manum sæpe ante oculos eleuemus, fit vt recordemur eius, quod verebamur ne obliuisceremur.

2. Iob. 37. v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, vt noverint omnes opera sua.* Depinxit ergo Deus in manu singulorum vnde queant prænoscere, quid dicturi, facturi, passuriue sint.

Respond. Cum Olympiodoro & Philippo presbytero ibi, verbis istis significari, hanc temporis vicissitudinem, de qua loquitur, serenitate & procellis

A niuiũ imbriumque à Deo contemperatam, vt & Dei fortitudo fiat manifesta; & homo videns se tam facili negotio à Deo quauis tempestate impediri à proposito manumque suam sic quasi quibusdam vinculis astringi, & ab opere arceri: cognoscat se, sine Dei adiutorio posse nihil, suamque confiteatur imbecillitatem. fauet huic expositioni versio LXX. quæ habet; B *vt cognoscat omnis homo imbecillitatem suam* · nec non Hebræus contextus, in quo ad verbum, sic; *in manu* (siue in vehementia) *omnes obsignabit, ad sciendum omnes homines opus eius.* Vbi ex more Hebræorum, *Ver. ad* בְּיַד noster vertit, *in manu*, pro in vehementi atque admirabili signo, sicut Isaias & Ezechiel *a Iad* posuere pro visione prophetica non vulgari: sicut & Moses *b manum Dei* vsurpauit, pro potentia C & magnitudine Dei. Lege longe aliam explicationem loci Iob, apud Francisc. Valesium: quæ quamuis ingeniosa sit, cum præcedentibus verbis non cohæret.

3. Certant exemplis prædictionum, quas euentus roborauit Bartholomeus Cocles ille, qui tot chiromantiæ libros edidit, Antiochi Cesænatis, de quo *q. præcedenti* scripsi, discipulus, Lucæ Gaurico astrologo fuit auctor fugę, vt, qui instabat, cruciatum violentũ euaderet. Gauricus cõtemnens monita: eo quod Ioannem Bentiuolũ Bononiensi tyrannide deficiendum in Ephemeridibus prædixisset: iussu violenti Principis, ex alta trochlea suspenso fune quinquies quassatus, & astrologiæ suæ iactatæ, & chiromantis contempti pœnas dedit. Alexandro Medici Græcus quidã ex manus inspectione prædixit mortem, & signa edidit percussoris: fore ex eius intimis, habitu gracili, vulticulo buxeo, suspenta taciturnitate, cæteris insociabilem: quæ in vnum Lau-

a 2. Reg. 3. v. 25. Esai 8. v. 11. Ezechi. 1. vers. 3. & c. 33. v. 22. & a. 37. ver. 1. *b* Exo. 14. v. 31.

C

ueniebant. Sed idem ille Cocles, prædixerat Copono cuidam, eum breui scelesto homicidio manus cruentaturum: & Hermeti tyranni filio, futurũ, vt exul in acie cæderetur. Hermes igitur fatali metu perculsus Copono clam imperat, vt Coclitem, nerum sibi Agamemnoni Calchanta, necet. Nec Cocles discrimen nesciebat. Ideo secreta galea caput munierat, ingenti gladio, quem peritissime ambabus manibus regebat, semper armatus. Verum à Copono baiuli personato, dum seræ ostyculo iniecto, præpeditæ, clauem insereret, adacta in occipitium securi, interfectus est: nullam aliam patrati facinoris causam adferente Copono, quã quod ipse Cocles breui homicidam futurum asseruisset. Vnus ista omnia narrat Iouius *c*, nec vsquequaque indubitatæ fidei Historicus, nec satis, à superstitiosis & gentilium, ne dicam opinionibus, saltem locutionibus, alienus: cui vt ea contigisse concedamus, idem tamen, quod astrologis talia iactantibus, cum D. Augustino respondendum. vide supra quæst. 1. respons. ad 4. obiectionem. vt digitus manus, sic chiromantiæ pars quædam est, diuinatio ex vnguibus: non illa de qua superius actum *cap. 2. quæstio 6. Sectio. 4. nu.* 6. Sed alia nouitia, vt suspicor ab aniculis ad colum inuenta: hæc conijcit ex maculis albis atrisue in vngue apparentibus, & singulis digitis suos canones attribuit: alios mulieribus, alios viris destinatos, nec valetudinis prosperæ vel aduersæ notas prodens; (quod aliquo tenus tolerandum foret) sed excurrit ad fortuitos effectus ab alienæ voluntatis arbitrio libero dependentes, quod temeritatis & vereor ne superstitiosæ sit impietatis. Exstat tamen (si Deo placet) hæc menia artis in opere de Physiognomia Hispanico cuiusdam Hieronymi Cortesij. si vt nugas ediderit, minus male: Sed minus caute, cautius nugari in minus periculosis alijs, nam nugandi copiosa vbique materia.

c in Elogijs.

QVÆSTIO VI.

De coniectatione ex somnijs.

GRAECI vocant ὀνειροκριτικὰ, de qua Senariorum libellus à Iunio Hornano editus habetur. *d* Cæterorum onirocriticorum veterum, non magna reipub. iactura omnes libri interierũt, præter vnum Artemidorum Daldianum, delirum senem, qui libris quinq; cuncta ab alijs tradita complexus fuit. Breuior est Astrampsychus Græce & Latine his annis editus: sed æque nugax vt & alius ille Arabs, qui Græce barbarizans vna cum Artemidoro in lucem prodijt in Gallia. Hodie in pretio habent Apomasaris Arabica Aporelesmata, ex recentioribus Conra. VVimpina, vellem ne tam multa sine antidoto congessisset. *e* Auorum quoque memoria, hanc in Italia vanissime profitebatur artem Iunianus Maius *f*: cuius exstant epistolæ & libelli quidã Grammatici. Ex insomnis prophetiam fingebat Thomas Munzerus Anabaptistarum parens vnus Brasileenses Indi in expeditione somnia obseruant: si se hostium carnes torrere somniarint prosperum somnium censent, & victoriam spondent: sin contra suas, ab hostibus vinci metuunt. *Ioann. Stadius lib. 2. Hist. Brasileens. c. 27.*] Legi, cum vtilitate tantum illi de hac materia videntur qui cum D. Thoma & Antonino *g*, quibus liceat attendere, quæ & quibus interpretari permissum sit, expenderunt *h*, hos imitabor.

A. *d* Inter antiquos Macrobius lib. 1. c. 18.

e l. de diuin. nat. c. 14. & l. de insomnijs per decem capita. *f* de quo Alex. ab Alex. l. 1. c. 11. g D. Th. 2. q. 95. a. 6. Anton. 2. part. tit. c. 6. 7. *h* Tum. circa illud c. non observetis 26. q. 7. Med. de 2. Valer. Sup. cap. Pitseus de l. 9. cap. Ioan. Nider. de pr. 10. de lib.

Macrobius c. 17.

Macrobius, *lib. 1. de somn. Scipion*: quem sequitur *Salisber. l. 2.* somnia diuidit, in ἐνύπνιον φάντασμα ὄνειρον ὅραμα χρηματισμόν, *insomnium, spectrum, somnium visum, & oraculum*: sed Artemidorus 1 ea quinque ad duo reuocauit, *insomnium*, nempe & *somnium*: sub insomnio, spectrum: sub somnio, comprehendit visum & oraculum, quoniam hæc illud consequuntur. Gentiles consentiunt species primas, insomnium & spectrum, ἀσήμαντους esse, nihilque significare vel prænonere. *Somnium* igitur stricte sumptum, vt opponitur insomnio, definiunt, motum aut figmentum animæ multiforme, futurorum bonorum vel malorum significatiuum. Huius vero prædictionis fundamentum statuunt experientiam, & quandam proportionis similitudinem rei somniatæ ad euentum. Experientiam vocant, si vnus vel plures, cum hoc vel illud somniassent, talem vel talem postea fortunam sunt experti: similitudinem vero illam proportionis longe quoque putidius inuestigant. Primo ex quodam more ac consuetudine. v. g. radi caput honestum & religiosum est monachis, quia mor. ipsorum & regulis id consentaneum: ergo si monachus id somniet sibi accidere, prosperū erit somnium. Sin vero id somniet, aliquis coniugatus; præsagium dicent esse infaustum quia coniugatis dedecorosum, sic raso vertice incedere 2. ex vocabuli significatione: veluti audit quis vel legit Serapidis nomen, morietur: quia Serapis idem qui Plutō. & Orcus. 3. ex rei significatu Hieroglyphico, vt si quis sibi visus sit cathena ad templum alligari: fiet Sacerdos, & illi templo seruiet æternum. 4. à fabulosis narrationibus: veluti visus est sibi aliquis vagus in Isthymo filiolum suum quærere? peribit filius mersione, iuxta fabulam Melicertæ. 5. de aliqua ratione astronomica vel physica, longe petita, veluti somniauit se Lumen à Luna petere? cæcus fiet, quia Luna proprio caret lumine. item videtur quis in somnis manus vrsæ habere? damnatus ad bestias, & ad palum deligatus, ab vrso deuorabitur. cur? quia vrsus intra speluncam latitans ori manum inserit, & veluti adedens exsugit, indeque sumit nutrimentum. Hæc artis sunt fundamenta, quam genioſa, tam puerilia: mireque ridiculus in his est Artemidorus, quia quod vni aliquando casu accidit, in consequentiam trahit, & canones constat stuppeos, quibus mere fortuiti casus ad similes euentus prædicendos pertrahantur.

Vnde apparet primo, nihil huiusmodi Oniropolicis libris deferendum, meritoque damnari eos, qui ad huiusmodi scripta animum adijciunt, nominatim ad legendum fictitios hac de re libros Abrahami, & Salomonis, & libellū somnialem, qui Danielis Prophetæ nomine falso circumfertur, de quo agitur in Decreto Gratiani *a*. Apparet 2. superstitiosum esse consilium Synesij *b*: quo suadet, vt quisque sibi suis ex sōnijs, cum eorum quæ postea perpessus collatione, artem quandam coniectādi conficiat; quod inutile studium, vanumque commentum accurate iampridem Franc. Picus confutauit *c*.

Sit tamen 1. Concl. *Quædam somnia verum euentum prænunciant, quædam nullum, vel illusorium. quare etiam quædam licet obseruare, quædam non licet.*]

Concluſ. hæc egregie confirmatur à Prudentio *in Hymno ante somnum*, his verſibus:

Sed dum pererrat omnes
Qui es amica venas,
Pectuſque feriatum
Rigat placente ſomno;

a d. c. non obſeru. *b* l. de ſomnijs.

c l. 6. de prænot. c. 8.

Liber vagat per curas
Rapido vigore sensus,
Variasque per figuras
Quæ sunt operta cernit.
Quia mens soluta curis;
Cui est origo cœlum,
Purusque fons ab æthra,
Iners iacere nescit
Imitata multiformes
Facies sibi ipsa fingit,
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed sensa somniantum
Dispar fatigat horror.
Nunc splendor intererrat,
Qui dat futura nosse:
Plerumque dissipatis
Mendax imago veris
Animos pauore mœstos
Ambage fallit atra.

Canonica hæc incerta; non æque quod subdit, etsi plerumque contingat:

Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter,
Hunc lux serena vibrans
Res edocet latentes:
At qui coinquinatum
Vitiis cor impiauit,
Lusus pauore multo
Species videt tremendas.

Verum conclusio multis repugnat. nam est contra Xenophontem Colophonium, & Epicuræos, qui cuncta somnia volebant contemni: est contra Stoicos, Protagoram, Artemidorum, Tyanæum, & similes, qui si somnium sit, necessario quoque aliquid volunt significare (vt ex eorum supra posita definitione patet) & ideo nolunt vlla omnino negligi, vel præteriri, Vtrumque extremum condemnat S.S. Stoicorum dum ait *d: vbi multa sunt somnia, plurima sunt vanitates, & sermones innumeri. tu vero Deum time.* Item *e; somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.* Epicuræos autem damnat, dum tot exempla diuinorum somniorum & interpretationem, passim suppeditat *f*. Rectius ergo Homerus *g* & Virgilius *h* commenti sunt fabulam, de duplici porta somniorum, per eburneam falsa, per corneam emitti vera; vt indicarent quædam vera & significatiua, quædam falsa & inania ducenda.

d Exod. 5. v. 6.
e Eccl. 34. v. 1.
f Sup. c. 1.
g Iliad. 1.
h Aenei. 6.

2. Concl. *Tam certa sunt somnia, quam eorum certa causa, si hæc effectum certum certo producit, etiam somniorum prædictio certa, si probabiliter, probabilis, si fortuito, fortuita & fallax.*]

Explicatione hæc tantum indigent. Synesius prædicto commentario comminiscitur Spiritum quendam phantasticum, quem vult esse animę vehiculum, auctorem & fabrum omnium somniorum: quod Platonicum figmentum est, fabulis æquale poëtarum: Porphyrius duas causas agnoscit vnam, dęmones bonos, malosque, quam nos admittimus esse causam quorumdam somniorum: aliã notiones quasdam, quas animus ex alia vita secum allatas in corpus intulerit: quod est à fidei dogmatibus alienũ. Nec enim animus hominis corpore antiquior aduenit aliunde, nec quando infundebatur à Deo, vllas secum creatas species: attulit. Aristoteles *i* negat vlla à Deo immitti somnia, quod S. S. prorsus repugnat. Contra Plato *k*, cuncta somnia dæmonibus ascribit, quod rectæ & Philosophiæ & quotidianæ experientiæ refragatur. Melius Hippocrates *l*, vera sõnia, partim Deo, partim naturalibus causis adscribit. Rem acu tetigisset, si tertium membrum addidisset, non prætermissum à D. Gregor. *m*: qui rectissime somnia trib. auctorib. adscripsit, Deo, Naturæ, Dęmoni: vnde posteriores Theo-

i l. de diuinat. per in somn.
k in Sympos.
l l. de in somn.
m l. 8. Moral. c. 13. & l. 4. Dialog. c. 48.

logi

logi ea diuiserunt, *in diuina, Naturalia, & Dæmoniaca.* præcipua difficultas est de Naturalibus.

C. *Naturalia* proficiscuntur vel à causa intrinseca somnianti, vel à causa illi extrinseca. *Intrinseca* nascuntur; quædam potissimum ab anima, & tunc dicitur *causa animalis*, aut (vt quidam loquuntur) *moralis*: quædam potissimum à corpore, & vocatur *causa corporalis*, & ab alijs, stricte loquendo, *naturalis*. *Intrinseca causa animalis* est, quando somnia obueniunt de rebus, quibus cogitatio vigilantis valde fuit intenta, iuxta illud Salomonis *n*.

n Eccles. 5. v. 2.

Multas curas sequuntur somnia de hac causa, Attius;

Rex quæ in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quæq; agunt vigilantes, agitantq;, easi cui in somnis accidant.

Minus mirum est.] idem censuere Lucretius, & plurimi, quos *o* alibi citaui: nunc non repetam. D. Greg. Nyssenus acutissime scripsit *p*, huiusmodi somnia similia censenda citharæ; cuius fides cessante manus impulsu, adhuc modicum extrema motione trepidant ac tinniunt.

o In Com. & Auers. in Senecæ Octonia. p libr. de hominis opificio.

Corporalis intrinseca causa nascitur à præsenti dispositione ac temperamento corporis, quod vel inedia exhaustũ, vel crapula repletum, vel humore aliquo nimis prædominante ægrescit, vel alio interiore vitio laborat. Ex his causis vel pacata vel turbida, vel multiformiter varia somnia nascũtur. Quib. sanguis est copiosior, rosas somniãt puniceas, crocũ, hortos, conuiuia, choreas, complexus, aërem volatum, & læta omnia Phlegmatici, mare, aquas, balnea, nauigationes, submersiones, onera grauantia, tardam, & impeditam à noxijs fugam. Cholerici colores flauos, rixas, pugnas, incendia. Melãcholici fumos, caliginem, tenebras, vagationes per loca sola, nocturnas oberrationes, tetra spectra, mortes, tristiaque cuncta. Quibus vesica humore plena, somniant de lacubus, fluuijs, imbribus, & somniando nonnunquam impluunt ipsi in sauanas. Quibus dominantur sinceri puriq; succi, putant in somnis volutari se inter odoratos suauesque flosculos: contra in sordidis, cœno, cloacis, cadauerib. versari sese, quorum in corpore humores fœtidi putridique coaceruantur. Quib. viscido humore affectæ obstructęque sunt partes cerebri posteriores, illi cõ primi ac suffocari sibi videntur in sõnis ἐφιάλτην Græci, Latini *Incubum* morbum, Hispani, *la pesadilla*, Galli *la coquemare*, vocant.

A B

Naturalis extrinseca somniorum causa est, quando dormientis imaginatio ab agente extrinseco mouetur. huiuscemodi agens est duplex, alterum est aër ambiens, alterum impressio siue influxus corporum cœlestiũ. Sicut enim corpora cœlestia suo in materiẽ corpoream influxu varias formas lapidũ, metallorum, plantarumque gignunt: sic influendo in phantasiam, quæ organis corporeis est immersa, posse à cœlestibus corporibus produci species imaginabiles, effectui à corporibus illis cœlicis promananti conformes, non est negandum: De his.

C D

Sit 3. concl. *Somniorum ex naturalibus causis deriuatorum, eatenus licita est obseruatio & interpretatio, quatenus causæ naturales effectibus causæ suæ coniunctis sunt adæquatæ.*) D.

In hac conclusione medici, Hippocrates & Galenus, & Theologi consentiunt, eaque deducitur ex iã dictis. Indiget vero tantum explicatione. Quãdo causa est *intrinseca & animalis*, possumus somnium obseruare, vt in posterum studia vitamque nostram meliu[s]

E

& securius instituamus. Est, quem lectio vel cogitatio diurna, fœdis illusionibus tempore nocturno, inquinet? excludat quanta potest cura similes cogitationes. Territant alium crebra somnia, & in pusillanimitatem, desperationem, vel quod aliud adigunt vitium? causas debet somniorum inquirere, & remedia procurare, quibus liberetur. Contra somnijs alius vrgetur in bonũ vt religionem, cælibatum, pœnitentiã? probet iste, num hæc, vt videtur, à Deo sint. Somniorum huiusmodi naturalium interpretatio pendet ab experientia, & ingenij solertia, cognitione studiorum, morum & propensionum, quæ sunt in singulis.

C.

Quando causa *intrinseca est corporalis*, potest quis instantes morbos metuere, seque præmunire. Scribit Galenus *a*, quendam cum somniasset alterum crus sibi factum lapideum, mox ea corporis parte paralyticum exstitisse. Eadem caussa tam vehemens quandoque est & accelerata, vt quando quis somniat aliquid sibi accidere, id reuera tunc illi accidat. exemplum Cornelij Ruffini petere licet à Plinio secundo.

a lib. de præsag. quæ ex somn. ducunt.

Quando *naturalis* causa est *extrinseca*, tunc videndum, an effectus sui principiũ aliquod in nobis habeat, vt si somnianti ipsi agendum vel patiendum aliquid sit ab illa causa, (exẽpli gratia, si somniẽ me iturum Romam, vel cõflicturum.) an vero euentus principium somnianti sit prorsus extraneum, veluti quod largus imber erit, quod nauale prælium futurum, quod Turcæ profligandi. Et hęc extrinseca rursus in duplici genere sunt, quædam non adeo sunt à somniante remota, quin possit ab illis naturaliter affici & pati, v.g. possum hodie pati à causis futuræ crastinæ pluuiæ, vt experiuntur podagrici & hernioſi: quædam tam procul remota

b lib. 7. Nat. hist. c. 50

A

B

C

D

E

sunt à somniante, vt nihil corpus eius ab illis naturaliter pati queat, v. g. non possum hic pati à causis futuri hic imbris post bienniũ, propter temporis distantiam, nec futuri statim imbris in Iaponia, propter loci intercapedinẽ: nec à causis, propter quas modernæ reginæ Anglorum successor ad solium euehẽdus: quia causæ huiusmodi nihil pertinent ad corporis mei temperamẽtum. Hoc igitur dico; Extrinsecas causas, quæ in nos possunt operari probabilitatis aliquid præbere ad huiusmodi sõniorum interpretationem, iuxta probatorum medicorum & philosophorũ morem, similitudines in somnis visas inter se comparantium, & quæ quarũ rerum sint similitudines, & ex quibus causis proficiscantur perpendentium. Verè tamen hæc probabilitas valde tenuis est, & minuta. Extrinsecorum vero, quæ in nos agere nequeunt, penitus incerta & fallax est obseruatio: si quando respondeant euentui, id à casu fit, vel ab intelligentia quapiam reuelatur.

Vnde infertur corollarium, *eum peccare, qui ex naturalibus somnijs, etiam intrinsecis, futura contingentia diuinat, vel quæcumque ab arbitrij manant libertate siue somniantis, siue alterius, multoque magis, qui de ijs, quæ sunt gratiæ dari à Deo gratuitæ.* ratio est, quia hęc non dependent à causis naturalibus, aut temperie corporis. Hæc de naturalibus.

Diabolica somnia sunt, quæ malispiritus insidiosè dormientibus immittunt, vel ad perturbationes animi ciendas, vt libidinem, iram, odium, desperationem; vel ad occultorum aut futurorum significationem: de quibus verum illud Penelopes Homericæ, minime curanda somnia: & illud sapientis *c*: *multos errare fecerunt somnia, & exci-*

c Eccles. 34. v. 7

derunt

ciderunt sperantes in eis. De hoc genere fuerunt lecti sternia gentilium in fano Serapidis, Æsculapij, Podalyrij & aliorum, quibus incubantes somnia captabant, quorum mentio etiam apud Maronem in Æneid. de quibus iam egi *d.* Minus notum illud, quod de Venere Gazea scribit Marcus Historicus testis oculatus *e*; *In loco* (ait) *qui vocatur tetramphodos (hoc est quadrivium) stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Veneris. erat autem supra aram marmoream: statua vero effigies erat nudæ mulieris, quæ palam ostentabat verenda sua, statuam autem in honore habebant omnes ciues, maxime vero mulieres lucernas accendentes & thure suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere ijs, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se inuicem mentientes. Sæpe vero iussi à dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit, vt id recte eis procederet, vt inter eos fierent diuortia, aut male cohabitarent, &c.* addit enim de mendacibus responsis plura, & de statuæ *ad signum crucis* deiectione, dæmonisque fuga. Huiusmodi sunt somnia Anabaptistica, & fuere olim Enthusiastarum; & admiranda quædam Gentilium, quæ ad naturales causas vel nullo modo, vel ægre possunt referri. notabo loca, vnde petet qui volet. tale fuit somnium Epithelis Messenij de anu liberanda per humi effossionem inter myrtum & similacem, tale Ædesij philosophi apud Eunapium *f*, tale matris Attilæ *g*, de filio: tale Ptolomæi apud Tacitum *h*, tale Nestorij Athenien sis apud Zozimum *i*, & Iuliani Apostatæ, apud eundem, & Ammianum, *k* & multa alia apud Valerium Maximum *l*, sed omnibus admirabilius, quod de Odati & Zariadre refert ex Charete Mitylenæo, Athenæus *m*.

d sup. ca. 1 q. 2. sect. 2 et in vita S. Porphyr. Episcopi, mēs. Feb.

f Pausan. in Messenia. *g* in eius vita. *h* Anton. Bōfin. rer. Hungar. li. 3. de c. 1 vii. 4. h st. l. 4. Anna lib. 21. li. 1. c. 7. *i* lib. 13. Dypnos. c. 13.

A Tale meo iudicio fuit nostris temporib. somnium Lud. Borbonij Principis Condæi: qui Hucnotorum hæreticorum & perduellium, contra Regem Christianiss. Carolum IX. copias ducta-
B bat, si vera sunt quæ de illo Richardus Dinotus scripsit: nam vt de alienis dubitem facit, quod, cum bis mei meminerit, *in Historia tumultus Belgici*, bis (deceptus puto non sponte) veritatis cum iniuria id factum: video deceptū in meis, & alienis quibusdam, quorum testis oculatus fui: decipi potuisse credo etiam in reliquis: hæc dubitandi causa. Sed is *lib. 2. de bello Gallicano* acturus de prælio prope Druidarum vrbem commisso; *Cum Condæani* (inquit) *subsignis starent aduentum hostium & prælium exspectantes, inter duas acies duo lepores exciti sunt, qui innumeris sclopetorum glandibus petiti, intacti in diuersa abierunt. Prognosticon crastinæ pugnæ, in qua hostiles acies inter se congressæ, campum prælij vacuum reliquerunt in diuersa abeuntes* (primum
C hoc ad ōnia pertinet, & hi lepores duo dæmones videntur fuisse.) *Pridie eius diei quiddam non minus prodigiosum ipsi Condæo accidit, quod futuram etiam pugnam prænunciare visum est. Cum ad riuum quendam, per quem ille cum equitatu transibat, multus populus congregatus esset, vt transeuntes equites spectaret: ecce anus in*
D *Mediam aquam se conijcit, Condæumque arreptæ illius ocreæ sistit, atque eum attente respiciens hæc verba protulit, Princeps vade, tu patieris: sed Deus est tecū.*) Quis adeo obesæ naris, cui non suboleat Satanę cōmentū, vt in hæresi Zuingliana, pro qua tuēda hoc bellū gerebatur, miser, & comites cōfirmarētur: Erat hæc vel de eodē grege; vel fluminearū Nympharū
E vna, hoc est cacodæmon. Certe bonus Spiritus non diceret, cum hæretico ad hæresim propagandam esse Deum: Sed pergit Caluinista) *Narrabat etiam*

ipse præterita nocte somnium habuisse, quo sibi videbatur ter diuersis temporibus in prælium descendisse, penes ipsum victoriam stetisse, tribus præcipuis hostibus cæsis: sed post lethale vulnus accepisse. (Et somnium, fors an à pincerna narratum? audi accommodantem rebus iam præteritis, & ideo non tam Prophetam, quam narratorem) *Hoc Condæi somnium fatidicum fuisse postea tempus ostendit. Nã in Druidico prælio Sanctus Andreanus Marascallus occubuit, Guisanus Dux obsidione Aureliarum, Comestabilis in pugna Sandionysiana lethaliter vulneratus est, Condæus post in Bassacensi prælio trucidatus.*

Pulchre. nam inter Poltrotum & Guisium quem occidit, tum prælium fuit: & Princeps Condæus in Poltroto erat, cum scelestissimus latro Guisium sclopo inopinus traiecit, quod se factũ auctore Condæus numquam fateri voluit. Quid etiam vetet tale somnium à Cõdæo militari stratagemate confictũ ad suos animandos, & de tribus victorijs certos securosque reddendos dices euentus respondit. adi Aristotelem, docebit à casu hęc fieri posse, & quia facile est accõmodare visis euẽta, cũ præteriere. Huc pertinet quod Blesensis scribit; *Non ignoramus*, inquit Apostolus, *astutias Satanæ, Mentibus hominum phantasticas illusiones immittens, nunc auium volatu, nunc incursu hominum, nunc ferarum somnijsque aut alijs modis promittit scientiam futurorum: & sic rerum euentus lætos, infaustosue denunciat, vt quietem cordium vana curiositate solicitet, atque ad aliquid paulatim de fidei sinceritate incrustet*, & paulo post, *verumtamen vt fidem habeam somnijs, nulla me somnia inducent. Non inficior, quin anima frequẽter ex reliquijs cogitationis, vel ex innata sibi perspicacia*, significat præsagium illud & solers quod ex præstantia spiritualis naturæ nascitur,

A sed valde imperfectum, cum homo post euentum vt plurimum collatione somnij & contingentium facta deprehendit) *quasdam futurorum præfiguret imagines: sed crebro decipitur. Nam sicut per experientiam didici, ex ea visione, quæ mihi gaudium quandoque nunciauerat, postea contrarium reportaui. Somnia itaque ne cures amice carissime.*] Sic ille epist. 65. editionis optimæ Buseianæ.

B De his sit 4 Concl. *Dæmoniaca somnia obseruare, vt fraudem dæmonis caueas, licet: ad occultorum scientiam, vel euentus futuros, nec licet, nec expedit.*] Prior pars patet, quia hoc animæ salutare est, & aliquando necessarium. posterior pars probatur, quia hoc lege Dei prohibitum *b. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia.* Item quia non potest horum interpretatio, citra miraculum haberi, nisi ex pacto cum dæmone; quod prorsus illicitum. Nec etiam hoc expedire potest. quia sic accepta occultorum cognitio, curiosa & superstitiosa est; futurorum vero contingentium, non nisi fallax, vtpote ipsi Diabolo incerta. *vide Salisberiensem, d. c. 17.*

Diuina insomnia nobis à Deo, mediantibus bonis Angelis, suggeruntur, quorum iam causæ & modi sunt explicati *c*; exempla, qui volet, ea passim reperiet, vt Theodosij Imp. *d*, Arnobij Rhetoris *e* Mauritij Imper *f*, & Bardęgi, & fortassis tale fuit Alex. Magni de sanitate restituenda Ptolomæo *i*, & de Castrioto matris apud Barletium li. 1. & multa apud Fulgosium lib. 1. Exemplor. c. 5. Sit

Concl. 5. *Diuinorum somniorum obseruatio licita est: sed interpretatio solis conuenit illis, quibus à Deo facta interpretationis reuelatio.*] Prior pars patet, quia immittuntur à Deo vt ea obseruemus, eaque nos doceant, moneant, corri-

b Leuit. 19. v. 26. Deu. 18. v. 10.

F

c Sup. q. 1. q. 2. in fin.

d Theodore, li. 5. histo. c. 6. & 7.

e apud Hiero. in Chron. Euse. c.

f apud Glyfam. p. 4. Annal.

g apud eũdẽ Glycã.

h D. Aug. l. de cura pro mort.

i Diodor. Sicul. l. 17

gant.

gant. posterior pars probatur verbis Danielis *k*: *Mysterium quod Rex interrogat, sapientes, magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: sed est Deus in cœlo, revelans mysteria, quia indicauit tibi, &c.* & postea *l*, *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me, plus quam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc revelatum est: sed vt interpretatio Regi manifesta fieret.* Paulus quoque, *m*, *quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.* Sic Hildebrandus interpretatus est somnium Petri damiani, de quo quidam cum somniarat excæcatum; non id, sed amissurum amicum, qui illi tam carus quam oculi. Narrat ipse Petrus agens de B. Dominico Loricato.

Discernere dæmoniaca à diuinis somnijs pertinet maxime ad cõfessarios, & qui medicinam faciunt animarum, qui discretionis spirituum dono præditi sunt. pendet hoc iudicium à causis & circumstantijs reliquis, ad eum modum, quo visa & reuelationes expendendas docui *n*. In summa hoc obseruandum, si constet neque ex animali, neque ex corporali causa somnium fuisse natum, dubitetur vero vtrum sit à Deo, vel à diabolo, tutissimum fore; si, vt à diabolo immissum caueas & contemnas. probatur hæc regula, tum ex Sapiente Syracide, qui docet extrinseca somnia esse contemnenda, quæ non constat à Deo immissa. Nam iste est sensus horum verborum *o*. *Nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne des insomnijs cor tuum*. 2. probatur ratione, qua curiosa somniorum obseruatio, ad hoc discrimen agnoscendum est superuacua, quia Deus solet, quando somnium mittit, simul hominem certum reddere, hoc somnium à se profectum, & cœlitus immissum fuisse. 3. docetur experientia. nam eos qui curiose ad somnia attenderunt; somniorum interpretatio subsecuta, in grauissimas calamitates & interitum præcipites egit, vt Agamemnonem Homericum in Iliade. Cyrum Persarum Regem, *a* Xerxem *b*, Onomarchum *c*, Antigonum & Pompeium *d*.

Atque hic de somnijs finem facerem, nisi veniret in memoriam frequens illa, & mihi gratissima cum V. CL. Iusto Lipsio familiaritas, cum Louanii degerem: quæ, quam tunc grata & iucunda mihi frequens de rebus, quę & illum & me dicebant, hoc est litterarijs, moribusque formandis, collocutio; tam nunc molesta est, acerbaque priuatio. Incidit quadam die de somniorum vaticinijs sermo. Tum ille retulit fuisse Bruxellæ furoris cuiusdam vxorem annis præteritis viginti, quæ plurima prædicebat varijs, ab euentu ad vnguem comprobata; Spellũ (præfectus ille viarum erat, vocamus Brabanti, *de Royroe*,) agendum in crucem Requesenium gubernatorem, ex morbo mox obiturum, concilium supremũ Regis vim passurum, & plerosq: carceri mancipandos consiliarios: & similia non pauca. Hanc se non semel vidisse & audiuisse. Solitam dicere in somnis sibi spiritum quendam se ingerere, specie diffusi corporis candidi, cuius nequiret lineamenta discernere: ab eo se doceri omnia: cumque appareret, sẽper se tanto tamque continuo horrore percelli, vt animo linqui sibi videretur; hunc cogere postea, vt vel cum vitæ periculo, denunciet alijs quæ in somnis edocta, nec sinere quietam, dum iussa peragat. Fuisse mulierculam satis alioqui contemptibilem & simplicem, non quidem diffamatam: sed nec compertæ sanctitatis. Varia subit animum de hac re cogitatio. Quam certum, hæc somnia supernaturalia fuisse, tam mihi dubium: Vtrum diuina, vtrum dæmoniaca

k c. 2. v. 27

l v. 30.

m 1. Cor. 2. v. 11.

n l. 2. q. 6. & hoc l. 4. c. 1. q. 3.

o Eccl. 34. v. 6.

a Sabelli. l. 6. Ennea. 2.

b Herod. lib. 7.

c Diodorus Sicli. 16.

d Plutarc. Demetrio & in Pompeio.

niaca fuerint? Solent diuina mulieribus non minus, quam viris contingere, nec obstare vel vilitas, vel paupertas personarũ. Solitus horror quidam diuinas etiã apparitiones comitari. Solita accedere ad dicendum coactio. Verum pellucent mihi in hac narratione plura, cũr potius suspicer ab atro, quam ab candido spiritu ista profecta. Primũ illa species diffusi candoris, informis semper; & continuum adferens horrorem, non cumulatum sequenti mentis lætitia & tranquillitate, indicium facit non obscurum auctoris sui candorem mentientis. Sexus suspectus, & conditio nihil commendans, quam nec sanctitas, nec prudentia, aut deuotio, vel alia signa huiusmodi comitabantur. At lucrum illi nullum hinc, vel quæstus, sed sæpe verbera, conuitia ferè semper. Sic solet sagis accidere, & suis hanc dæmon mercedem pendit. Deinde quæ prædicebat, de publicis quidem rebus erant; sed eorum cognitio in publicum parum erat necessaria. quia tum prædicebantur, quando vix præcaueri poterant. nempe exiguo paucorum dierum antequam contingerent tempore: frustra etiam prædicebantur, à sola mulierecula, cui fidem adhibere, nullius prudentis viri fuisset. Non consueuit autẽ Deus, quæ præsciri, & præcaueri vult, sic nuda à persuasionum momentis omnibus indicare. Denique quæ prædicebat, huiusmodi erant, vt non dico dæmonis, sed etiam humanæ prudentiæ & cõiecturæ subiacerẽt. Spellij supplicium, quia sciebat dæmon, eum iam reum esse, & propter crebras accusationes occultarum delationum serio & sedulo in eius actiones, vitamque inquiri. Ludouici Requesenij morbus, anthrax erat in corpore simul obeso & admodum bilioso: quis eum seruatum fore non præuideret? iudicant medici, ex indicijs externis, non queat Æsculapius ille fulminatus, cui patent corporis interna? Ordinum molimina contra Concilium status, iam diu coquebãtur: Hesij audaciam & conatus non ignorabat, qui stimulabat: ex consiliarijs qui inuisi, qui magis, qui minus, tenebat Sathan omnia, videbat coniuratos vigilare, alios vel non credere, vel contemnere, vel stupere: quid futurum, & quæ ex similibus (vt dicunt Dialectici) præmissis consequentia, non erat magnæ, neque supernaturalis sagacitatis odorari. Sed saluo hæc meliore iudicio.

A B C D E

CAPVT IV.

De coniectatione politica, siue de sortibus.

POLITICAM sortem voco, quæ iure ac legibus probis aliquando recepta: vt est *sors diuisoria*, *sortium contractus*, *canonica purgatio*, & fuere olim permissę, nunc vero damnatæ, variæ quædam *vulgares purgationes*, de quibus singulis agendum.

QVÆSTIO I.

De diuisoria sorte.

Diuisoria sorte Romani olim in iudicibus legendis, prouincijsque sortiendis vtebantur, nec non in familia herciscunda, militarib., alijsque negotijs. Iudicum illam sortitionem e Romani ab Athenienſibus accepere, vbi iam olim in AREOPAGO iudices, coniectis in vrnam varijs litteris, sortiebãtur f; quod & Siculos imitatos Plutarchus, cum de augurio, quod ex littera

e de qua ex Alcoranio Sigo... L. 2. de re... dic. c. 11. f ex Lucia... no, De... mosthene... & Schol... Aristoph... bene Sig... L. 3. de re... Athenie...

M. ipsi

M. ipsi obtingente cœperat Dionysius, ageret, *in Apophtegm.* aperte docuit. Sed de gentilium sortitione, ceteris plura & meliore methodo Iunius Hornanus tradidit *g*. Addam quæ I. C. & THEOLOGI censuerunt. Si dubium sit, qui primi causam in iure dicere debeant *h*: si de hæreditate & bonis diuidendis *i* si de optime pluribus relicta *k*, de seruis manumittendis, liberis diuidendis, & similibus *l*, eam permittunt iura: prohibitum duntaxat sortiri EPISCOPVM *m* vel aliam quamuis dignitatem, aut beneficium ECCLESIASTICVM *n*. In cæteris ergo dignitatibus, & officijs; actionibus, pœnis, rebusque alijs, diuisoria sors, qua quid cuique tribuendum, quæritur, prohibita non est, vt patet ex *capite primo vigesimo sexto q.* 2. qui canon de hac diuisoria tantum, debet intelligi, vt patet ex ipsomet D. AVGVSTINO *o*: vt tamen in his nullum peccatum intercedat, seruandæ sunt quatuor conditiones *p*. Primo debet euentus à Deo exspectari, & non à casu vel fortuna, vel astris. quare & DEVS inuocandus iuxta illud *q*; *In manu tua sortes meæ*. Si quis certo euentum exspectaret ab astris vel fato (sumpto vt sumunt Stoici & Astrologi) mortaliter peccaret, si à casu vel fortuna fortunam non vt gentiles, nam tunc esset mortale & tale idololatricum, sed vt CHRISTIANI sumunt PHILOSOPHI, accipiendo *r*) in re graui foret, veniale; in re leui, vix esset peccatum. 2. debet adhiberi simplex sors, sine vlla superstitione, vel abusu rerum sacrarum aut Scripturæ sanctæ *s*; non tamen est Mortale peccatum, nisi magna adsit irreuerentia. 3. necesse est, vt illi qui sortiuntur, æquali iure nitantur. alias enim esset iniusta sortitio: & quidē grauior, si de bono publico ageretur. v.g. si de officijs publicis digni & indigni sortes mitterent. Sors enim posset indigno fauere, cum damno reip. & iniuria dignorum. 4. vt principalis intentio mittentium sortes, non sit inquirere voluntatem Dei modo extraordinario *a* (quia talis modus omnino est incertus) sed præcipua intentio debet esse, vt auferantur lites, discordiæ, quærelæ, inuidiæ: quod nos docuit Salomon *b*. *Contradictiones (inquit) comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat*. quare si aliter concordia posset iniri, res sorti non esset committenda: sin aliter nequit discordia sopiri, bonum pacis sortem permittit seruatis his conditionibus. Hinc praxi receptum in militia, vt quando plures sunt rei, sorte experiantur, quis necandus, quis liberandus: tum vero seruandum, vt sit par sortientium reatus, alioqui iniqua est sortitio, quoad minus nocentes. Sic tempore tempestatis licet sortiri ex omnium consensu quis naui eijciatur: & tempore pestilitatis sortiendum, quis parochorum in vrbe remanere debeat *c*: eadem ratione, quando dubium cui cedere debeat eleemosyna, potest sortione res decidi *d*.

Porro ne quem fallant, quæ in S.S. leget de sortib., rectissime post D. Hier & Bedam *e* monuit Gratianus, ea nihil ad nostra pertinere tempora. Nam in veteri lege, Deus inter alias cærimonias, hanc quoque instituerat, qua in sortitione vterentur, eamque sorti præmitterent; quæ qualis fuerit, non satis constat, videtur fuisse quædam ad DEVM mentis eleuatio cum oratione ad hoc instituta. vt colligitur ex Leuitico: *f*: vbi de capri emissarij sortitione, sic legitur; *duos hircos stare facient coram Domino in ostio tabernaculi testimonij mittensque super vtrumque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario,*

g li. 2 Animadu c. 5

h li. 14. D de iudic

i li. 2. c quondo & quibus quarta, lib. 10. kl. 3 C. de legat.

l Mynsinger 4. obser. 37.

m l. 47. C. de Episc.

n sin. de sortileg.

o in ps. 30. cōc. 2. pro pe fin.

p D. Tho. o. q. 95. ar 8. & caie. in Sum. v. Sors.

q l. ps. 30.

r vide Veracruziu 2. Physic. specul. 5. Sot. & Tolet. in eund. Physic. lib.

s D. Aug. epist. 119. ad Ianua. c. 3. 36 q. 2

a c. 2. & 4. 26. q. 2.

b Prou. 18 v. 18.

B.

c D. Aug. epist. 180. ad Honorat. & li. 1. de doct. Christ. c. 28.

d arg. l. 3. C. cōmu. de lega.

e d. ca. 2. C d. c. 4.

f c. 18. ver. 10.

cuius exierit sors domino. offert illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum & emittat in solitudinem.] & D. LVCAS de sortione APOSTOLATVS ita scribit; postquam narrauit duos ab APOSTOLIS coram Deo statutos; Barsabam & Matthiam. Et *orantes, dixerunt, Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius* APOSTOLATVS, *de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam g.*] Primum igitur statuebantur sortituri coram DEO, mox oratio fundebatur, tertio sortes singulis dabantur, eæ miscebantur, in sinu, vrna vel alio vase cuius sors exibat, super eum cadere dicebatur. Certe missas aliquando in sinum, testatur Salomon *h*; *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* interdum in calicem, quē sinu continebant: vnde & calix in S. Scriptura sæpe significat sortem, vt secundum nonnullos, his verbis, DOMINVS *pars hæreditatis meæ & calicis mei. i* Totum ergo hoc negotium cærimoniale fuit: quare legis veteris cerimoniarum abrogatione, etiam hęc sortitionis cærimonia cessauit. Vnde Venerab. Beda *k*, obseruat APOSTOLOS ante S. S. acceptum in electione D. Matthiæ adhuc legali cærimonia vsos fuisse, post Spiritum vero SANCTVM acceptum non amplius sortem adhibuisse, sed sola vsos oratione ad DEVM, & ieiunio adiuncto: sic enim leguntur elegisse Septem DIACONOS, & Præsbyteros *l*. Sanecum SALVATOR, qui fallere nō potest nec falli cuncta promittat orantibus *m*, stultum & absurdum est, relicta oratione, quæ promissionem habet; confugere ad sortem, cui se adsuturum Deus in nouo testamento non reprobauit. Nonnulla de sortibus etiam Ioan. Arboreus l. 13 & commentar. in Ca. 1. Prouerb.

g Actor. 1 v. 24.
h Prou. 16 v. vlt.
i Psal. 15 v. 16.
k in c. 1. Actor.
l Ac. 6. & c 14. v. 22.
m Matth. 7. v. 7. Ioā 14. v. 13.

QVÆSTIO II.

De contractu sortis, siue Loteriæ,

EST in vsu frequenti Europæ contractus quidam, quem vulgo vocant *Lotheriam*; iste vel priuatim fit, vel publice. priuatim, pro arbitrio cuiusque, quando aliquis equum vel quid simile statuto pretio (v.g. pro Laureis) exponit sortiendū cui obtingat, & deinde in hāc summam plures symbolam quisque conferunt, & aleam iaciunt, quis equū sit habiturus: vel etiam priuatim plures annuli, libri, specula, vel alia suppellex proponitur, inter familiares eodem modo collatis symbolis (quæ vocātur, *Lotā*) sortienda. vulgo vocant *la raffe*, aut, *riffe*, Quidam vocant *ludum oliæ*: opinor propter vrnam seu ollam, in quam sortes iaciuntur.

Publice vero cum instituitur, opus est Principis vel Reip. consensu. suntque hoc in contractu, siue publice siue priuatim fiat, multa consideranda, vt iustitia contractus, & perfectio illibata maneat.

Concluſ. 1. *hunc contractum esse licitum.* hanc probat bene Briard *n*, quod sit licitus patet, quia nullo iure, nec naturali, nec diuino, nec humano prohibitus: Non naturali, quia celebrari sic potest, vt nulla in eo interueniat iniquitas, si seruentur conditiones mox dicendæ. Secundo quia cedere potest in publicam vtilitatem. 3. quia secundum se, nihil est aliud, quam sors quædam diuisoria, instituta ex beneplacito concertantium siue consortientium. Quod diuino iure non sit prohibitus, probatur, quia nec per sacram Scripturam,

n Quod s.

nec

nec per vllam traditionem Ecclesiæ: quod nec iure humano, probatur. quia nec ciuilis, nec canonica lex vlla profertur, quæ de hoc contractu expresse egerit. Et fallitur Conrad. *o* putans prohiberi legibus quæ vetant ludum alearum. Nam imprimis hoc dici non potest de Loteria publica, in qua non iacitur alea; & quoad priuatam illam *riffam*, in qua intercedit alea (licet iure Castellæ prohibita sit iure nouo:) ea quoque non est prohibita dictis legibus, de aleæ prohibitione agentibus. quod probo, quia ludus aleæ prohibitus est, non quia fortuna in eo dominatur; sed quia perdentes in ludo aleæ solent blasphemare, & etiam solent homines suas opes omnes breui tempore sic consumere, & depauperari, vt patet ex ipsis rescriptis iuris *p*. Nam si in fortuna fundaretur dicta prohibitio: certe numquam, nec pro parua summa liceret ludere alea, tunc enim id prohibitum foret; quia per se malum. Nunc vero videmus iura permittere lusum aleę pro re modica seu causa conuiuij *q*: & sententia est magis consona rationi & legibus, hoc interdictum solummodo pertinere ad solitos ludere, siue ad frequentantes aleam, siue ad deseruientes aleæ *r*. ideoque censenda alea non esse prohibita, quia per se mala, sed malam factã quia prohibita, & quatenus prohibita: prohibitã vero, propter geminũ blasphemiæ & decoctionis periculum. Quorum vtrumque cum subsit nullũ in hoc, raftæ cõtractu, crediderim, sicut Briard. defendit posterius genus sortis in vrnam coniectæ; à ratione similitudinis; eodem modo defendendũ prius illud per aleam. Præterea quæ ad iustitiam vnius, eadem ad alterius iustitiã sufficient: & sicut lucrum in vno factum licet retinere, sic etiam licebit in altero.

o de contract. tra. 3. q. 71. concl. 2.

p l. fi. C. de tel. & sũ. fun. Palu. in 4. d. 15. q. 3. a. 5. Silu. verbo. ludus §. 4.

q l. quod in conuiuio. D. de aleat.

r hoc volunt Aug. sup. & Briard. su. & vide, tur esse gloss. in c. episcop. verb. deseruiens. 35. d.

A Notandum vero in hoc contractu duos contractus virtute misceri: primum, respectu eius qui iocale, vel suppellectilem exponit, & est vera quædam, sed implicita venditio; qua pro tali summa pecuniæ ipse, omnibus illis qui summam simul conficiunt vendit rem illam; puta equum, quinque sortientibus, quorum singuli decem aureos conferunt, vendit pro quinquaginta aureis. Secundum vero respectu emptorum inter se, sic enim contractus quidam sortis diuisoriæ, censentur enim sic inter se cõuenire, vt cui sors fauet, ille pro suis decem aureis totum equum habeat, & tota ipsi merx cedat, ceteri vero dispendium ferant singuli suæ symbolæ. Nec aliud requiritur ad iustitiam contractus vtriusque, quam vt tota summa simul adæquet, non excedat valorem mercis, & ipsi ementes omnes æqualiter subijciantur vtrique fortunæ, lucri & amissionis. Licitũ vero hoc esse probat Fran. Garcias. *a* quia reuera contractus iste in idem recidit. quo omnes isti sortientes inita societate simul rem vel res illas, quæ sorti exponendæ, emissent: tunc enim possent si vellent inter se cõuenire de sorte diuisoria iacienda, quid cuique rerum illarum obtingeret, quod licitũ esse nemo vnquam negauerit.

a li. 3. de contract. c. 20.

2. Concl. *conditiones ad iustitiam lucri in hoc contractu considerandæ sunt pro ratione personarum, quæ hic adsunt variæ.*] Hanc asserit & optime explicat Franc. Garcias, & illum nullo addito sequitur Lud. Lopesius *b*.

E Notant quinque personarum genera in hoc contractu lucrari posse. Primo dominos mercis seu venditores: his licitum est tantum accipere pro mercibus quantum possent lucrari alio quouis contractu licite illas distrahentes, Quod tantum possint accipere, proba-

b de contract. 1. c. 33.

tur;quia quoad ipsos intercedit cum sortientibus contractus venditionis. venditor autem posset consequi quantum merces illi iusti lucri adferre valent,hoc est quanti sunt ipsa merces. Si ergo amplius acciperet venditor iste, iniustum foret lucrum , & teneretur restituere.Si tamen quod amplius permittitur conferri vltra mercis pretium, id non cederet domino seu venditori mercis;sed pauperibus , vel officialibus seu ministris, licitus foret excessus, vt patebit ex modo dicendis. Hæc exceptio solet contingere, in publicis sortitionibus , quæ conceduntur Ciuitatibus vel Communitatibus, vt hoc pacto se liberent ære alieno: tunc enim solet Princeps hanc licentiam, considerata publica necessitate , pretium sortis aliquando paulo liberalius statuere: neque fit iniuria sortientibus, qui hoc sciunt. Cauenda vero fraus venditorum , ne sortitionem facere morentur,postquam sufficientes symbolæ sunt collatæ;item ne merces mutent,vel diminuant. Item ne, quando simul facienda sortitio, aliquas merces prius patiantur sortem subire. Pro quo sciendum .ordinariè certam diem præfigi,qua simul sortes omnes trahantur, die ac nocte labore non intermisso: interdum tamen instituitur sortitio, hoc pacto:primum proponuntur omnes partes siue suppellex sortienda tota; & statuitur singularum sortium pretium,verbi gratia,quinque stuferi, tum statim singularis volentium sortiri sortitio instituitur, quo quisque cõfert ordine,v.g.venio & offero decem stuferos, duæ sortes pro me extrahuntur statim,si venit statim alius , qui adfert quindecim stuferos,tres sortes pro illo extrahuntur, quodque mihi vel illi obtingit,hoc auferimus. Hic modus periculosus est,nec deberet à principibus permitti,quia multis fraudibus est obnoxius.Nam primo, cum non intercedant in sorte ducenda solemnitates, quæ solent in altero genere , facilius est, vt fiat aliqua collusio.2.,non potest constare facile de æqualitate pretij: tum quod si certum tempus præfigatur,fieri potest, vt tunc non satis multæ symbolæ sint collatæ:si tempus liberum permittitur,fieri potest,vt venditor nimis diu hanc exercens sortitionem,lõge accipiat vltra pretium mercium, Nec sufficit dicere, fieri etiam posse,vt infra hoc accipiat, & sic communem aleam subire. *respon.* enim, non debere vllum fortunæ periculum hic interuenire inter emptorem & vẽditorem, quia ipsorum ad inuicem respectu,est contractus venditionis, sed inter ipsos tantum emptores: respectu enim ipsorum mutuo est contractus sortis, Denique cum sic merces subtrahantur , quæ sortito contigerunt, semper vilior fit nota merx,& ideo iniustum est durare idem singularũ sortium pretium. Si dicas semper alias æque bonas merces suffici ablatis:neque hoc est satis credibile , neque sufficit. nam nimis diuturna permittitur sic licentia venditori hunc exercendi contractum. Longe itaque tutius est & securius,tum Reipub. tum priuatis, hoc secundo genere dicto, prius tantum exercere.

Secundò poterunt lucrari ipsi emptores siue sortientes. quia poterit,qui vnam forte drachmam contulit, mille accipere. nã quicquid illi citra fraudem sors obtulit , id potest auferre & retinere,ratio est, quia omnes sortientes in hanc conditionem consenserunt, vt quisque auferat, quod illi sors detulerit:atque ita omnes æquali subsunt periculo.Nam qui multas symbo-

las coi

las colligit, vt multis potest frustrari, sic multis potest lucrari, qui paucas, paucis & lucrari, & pauci iacturam potest facere. Cauenda hic collusio sortientium & eorum qui sortes extrahunt, leguntque. Quod si quis per huiusmodi collusionem aliquid fuerit consecutus, tam ipse, quam collusores tenentur ipsam rem illâ restituere, non domino priori siue venditori sortis (quia iam illam ipse vendidit) sed consortientib. qui emerunt dubium euentum: & ideo res illa debet vendi, & pretium inde redactum, inter socios sortitionis iterum sorti subijciendum: vel si res exstet, ipsamet. In hac vero sortitione an sit admittendus fraudator? certe si fraudem non adhibuisset, sors illa ipsi non aduenisset: & pœnam peccati sui æquum est eum sustinere: tamen quia fieri potuit, vt alia sors æque bona illi fuerit obuentura, & nulla lex eum priuat iterata sortitione, ideo mihi res dubia est, nec auderem eum arcere.

Tertio ministri & officiati, qui adsistunt sortioni, tum in scedulis scribendis, tum in sortibus extrahendis, tum ne quid fraudis vel doli committatur: licite stipendium aliquod pro labore suo recipiunt, ita tamen si nec plures, quam necesse sit, ministri huiusmodi adhibeantur, nec æquo amplius stipendium ferant, nec diutius quam necesse foret; rem extrahant. Quæ vera, tam respectu venditoris, quam emptorum: scilicet si nolint plus æquo tribuere, vel nolint rem sic extrahi. vel nollent tot ministros adesse. Nam si consentiant, non video cur minus hic operetur consensus emptorum, quando ipsorum expensis ministri adsunt: quam venditoris, quando ipsi expensæ soluendæ. Neque mihi hoc satis perpendisse videtur Garcias, dum putat has exceptiones tantum locum non habere, quando ministri à venditore sunt alendi. Si quæras à quo ordinariè alendi? cum lucrum ipsius sortitionis, hoc est, quod sortiendo contingit, omnino pertineat ad emptores, neque huius lucri pars vlla cedat venditori: & impensæ ministrorum fiant ratione ipsius sortitionis, hoc est, ratione secundi contractus virtualis, non ratione primi: sequitur impensas eorum esse debere, inter quos lucrum ipsum partiendum est, & inter quos celebratur secundus contractus. quæ est communis sententia *a*.

Sed alcocerius vnum excipit casum, quando scilicet venditor aliter sine impensis in proxenetas, aut institores, non potuisset illas merces distrahere: cum enim ipse tunc per sortitionis compendium euitet illas impensas, æquum videatur, earum loco, subire partem impensarum sortitionis; Nihilominus Garcias & Lopezius contendunt etiam hoc casu, rationi illi communi locum esse: quia ad venditorem iam sortitio illa nihil pertinet. Æquior tamen (vt puto) est sententia Alcoceri. quia commodum illud, quod percepit venditor, reuera dependet, & prouenit virtute ipsius sortitionis; nec sine sortitione illud consecutus fuisset: & sic quoad hoc negotium non debet considerari venditor expers commodi ex sortitione. Deinde in praxi receptum, vt venditor soleat hæc omnia subire, & omnes expensas facere, non tantum factas in taxatione & valore mercium constituendo, sed etiam factas in ipsa sortitione: verum in ipsa taxatione sortium (verbi gratia summæ totalis, ad quam numerus & valor sortium pertingere possit,

a Alcocer de ludo c. 49. Garciæ d. c. 20. Lopez. d. c. 23.

habetur ratio probabilis omnium istarum impẽsarum:& sic Domini in se totum solent recipere. Alioqui si emptoribus aliquid propterea decederet,tum locum habet,quod dicit Molina *p. 2.de iust.disp.* 509. nempe,id à principio publicandum esse.

Quinto licite deducitur & accipitur ex tota summa pretij emptionis illa quantitas pecuniæ,quæ assignata fuit à Principe ad opera pia vel eleemosynas: siue illa deducatur à portione venditoris seu pretio,siue à lucro, quod cedit sortientibus,siue ab vtroque: præsertim si ab initio hoc promulgetur.

Pia enim &religiosa est cõsuetudo, qua Princeps vel Respub. talem licentiam contractus sortiarij concedens, aliquam partem sic reseruat:nec iniuriã facit contrahentibus; non venditori, cui non tenetur aliter licentiam dare: non emptoribus, qui hac conditione pecunias suas sorti subijciunt: Quod de causa pia dictum, idem tenendum de publica necessitate, quare posset aliquid reseruari ad soluendum debita Principis vel Reip. si tamen vere talis necessitas subesset. Ideo quando conceditur in remedium Ciuitati vel cõmunitati,vt posset Princeps aliquid segregare, ad necessitates illius Ciuitatis, sic etiam posset taxare liberalius summam pretij.Sic bene Garcias.

Vltimo *potest is, cui merx aliqua cessit,quia symbolas contulit plures omnibus alijs,vel certo numero intra tot dies,mercem illam recipere & retinere.*

Intellige quandocumque acceperit, dummodo non sit res ex numero illarum, quæ iam expositæ sortioni: quod si ex earum numero sit, non potest eam accipere,postquam aliqui iam symbolas cõtulerunt.statim enim, vt contulerunt, in hanc mercem ipsis ius fuit acquisitum, sic fit vt venditor alteri addicere nequeat;quod iam alteri venditum. Hæc ratio satis indicat, hoc intelligendum, quando instituta iam sortione,vel acceptis symbolis,fit promissio.Si enim promissio facta foret vt solet, ante symbolarum collationem, hoc est initio,quando sortis diuisoriæ siue Lotheriæ fit publicatio, tũ enim sæpe additur, qui primam symbolam contulerit, is habebit hoc vel illud, qui intra tot dies tot symbolas cortulerit, habebit illud, qui numero vicerit reliquos intra tale tempus, illi hoc cedet; tunc isti omnia etiam post inchoatas sortes acquirerent, quæ ipsis promissa fuerunt ante sortionem, & antequam res ipsa venderetur: & tunc sortientes in hanc conditionem consensisse sunt censendi. Sic intelligendi Garcias & Lopezius.& sufficiãt ista de hoc cõtractu. *Lotheriæ.* de quo vide Molin. d. loco & P. Zaa in Aphorism. verbo venditio. n. 15.

QVÆSTIO III.

De purgatione Canonica.

Canonica purgatio dicitur, quæ regulis Ecclesiastici iuris consentanea est: quæ duplex est, vna *per iusiurandum*, in qua nihil est sortis: hanc soli improbant hæretici, qui contendunt numquam licere iurare, ne in iudicio quidem:contra quos legi potest Alf. à Castro *b*, Cochlæus contra Anabaptistas & Gregor. Valentia *c* Probatur etiam hæc purgatio quoad Laicos in Concilio Triburiensi *d*,sicque testatur Cromerus *lib.19.histor. Polon.* ic Sophiam Reginam de stupro accusatam, [illegible] septem honestarum ac nobilium fœminarum iureiurando purgasse. Probatur vero quoad presbyteros & Episcopos, constitutione Gregorij Magni, qui varios Episcopos sic se iussit

purgare

purgare *e* idem statuere ALEXANDER *f*, Innocentius *g*, & LEO *h* PONTIFICES idem sancitum in Concil. Agathensi *i*, & Ilerdensi *k*: id ipsi fecere SIXTVS *l*, & Leo III. *m* & Pellagius PPn.

Altera purgatio est, *per venerabilis Sacramenti Eucharistici sumptionem*, hanc CATHOLICI contendimus esse licitam, quando iniungitur ab Ecclesiastico iudice competente. In veteribus Germaniæ concilijs hæc purgatio fuit probata. statutum enim illis, si furtum in monasterio committatur, tunc fratres se ita expurgent. missa celebretur, in eorum præsentia, & ea expleta *omnes in hæc verba communicentur; Corpus* DOMINI *sit tibi hodie ad probationem o.* Item; *si* EPISCOPO *aut presbytero aliquod maleficium imputatum sit, pro singulis missam celebrare debet, & communicare: & de singulis imputatis se, innocentem ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur p.* Nec desunt exempla PONTIFICVM optimorum, qui hanc expurgationem exegerunt. LOTHARIVS REX pactis cum NICOLAO Pontifice non steterat, sed adulteram iterum in thalami partem reduxerat, profectus Romam absolui petit à Pontifice HADRIANO, dicens se promissis NICOLAO factis stetisse, PONTIFEX *pro comprobatione innocentiæ* (ait SIGISBERTVS *q*) *ad examinationem corporis & sanguinis Domini tam regem quam optimates regni inuitauit. illi nihil Deum veriti, corpus Domini nostri, temere & perperam acceperunt*: sed rege in itinere Placentiæ statim moriente, & omnes intra annum reliqui perierunt. Malus erat Imp. Hericus, sed tamen simile sacrilegiũ cõmittere exhorruit, inuitãte illum ad similem sacramenti Venerabilis purgationẽ Gregorio VII Pontifice tam Sancto, quàm malis cũ-

e c. presbyt. cum 4. seqq. d. q. 4.
f ca. super causad. q. 4.
g c. quoties ibi.
h c. omnibus ibi.
i c. si legitimi ibi.
k c. presbyter si à plebe ib.
l c. mãda tis ibi.
m me auditum ib.
n Sigeber in chron.
o c. sæpe contin i bid.
p c. si Epis. ibid.
q anno 870. in Chron.

A ctis inuiso, tam religioso, quã hæreticis semper odioso. Narrat historiã Lãbertus Scaffnaburgensis his verbis *a*; *Ita absoluto eo* (Nempe Henrico Imp.) *excommunicatione, Papa missarum solemnia celebrauit, confectaque sacra oblatione, Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine ad altare euocauit, præferensque manu corpus Dominicum: Ego, in-*
B *quit, iampridem à te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse, & alijs quibusdam tam ante Episcopatum, quã post acceptum Episcopatum criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerunt, Et licet multorum idoneorum certe testium adstipulatione crimen refellere queam; eorum scilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate in-*
C *stitutionem integerrime nouerunt, & eorum qui meæ ad Episcopatum promotionis, auctores fuerunt. Ego tamen ne humano potius quàm diuino niti videar testimonio, vt satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam; ecce corpus Dominicum quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus, suo me hodie iudi-*
D *cio vel absoluat obiecti criminis suspicione, si innocens sum; vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc & alia, vt solenne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum iudicem, & innocentiæ assertorem adesse precabatur partem Dominici corporis accepit & comedit. Qua liberrime absumpta, cum populus in laudes Dei, innocentiæ eius congratulatus, ali-*
E *quamdiu acclamasset, tandem impetrato silentio, conuersus ad regem. Fac ergo fili, inquit si placet, quod me facere vidisti. Principes Theutonici regni, suis in dies accusationibus aures nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum pu-*

a anno 1077.

blicarum administratione, sed ab Ecclesiastica etiam communione, & ab omnimoda vitæ secularis conuersatione vsque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant. Petunt etiam magnopere diem & locum statui, audientiamque præstari canonice discutiendis, quæ aduersum te adferant, accusationibus. Et nosti optime humana plerumque vacillare iudicia, & in publicis disceptationibus nonnunquam falsa pro veris persuaderi, dum pro diserto rum hominum ingenijs & dicendi copia & suauitate falsitas verborum phaleris adornata libenter auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. Cum ergo tibi bene consultum cupiam pro eo, quod in calamitatibus tuis supplex Apostolicæ sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti, & existimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falsis criminationibus impeti, libera compendiose & Ecclesiam Dei scandalo, & teipsum longæ concertationis ambiguo & sume hanc residuam partem Dominici corporis: vt comprobata Deo teste innocentia tua, obstruatur omne os aduersum te iniqua garrientium: & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementissimo assertore, Principes, tibi reconcilientur, Regnum tibi restituatur, omnes quibus iam diu respublica diuexatur bellorum ciuilium tempestates in perpetuum sopiantur. Ad hæc ille inopinata re attonitus, æstuare, tergiuersari, &c.]

C Sequitur quo pacto experimentum hoc innocentiæ suæ facere detractarit. Vidisti (lector) indici huius formulam, vidisti causas. Hæ nonne veræ: quod Deus fidelissimus veritatis sit testis: quod in humanis disceptationibus fallaciæ sit locus, diuinam verò disquisitionem nec falli posse, nec fallere? in formula, quid nisi pium, quid nisi consentaneum sacris litteris, præceptisque diuinis? verba quæ rem deceant: res ad honorem Dei, pacem Ecclesiæ, concordiam iustitiamque sanciendam, scandala schismataque tollenda instituta & peraccommodata. quid igitur Legleius vilis *b* summis Ecclesiæ Antistitib. obstrepit (quid rana conatur in elephantum intumescere? cur hanc vocat; *furiosæ explorationis speciem*? cur Episcopos *Sacramentales*, per ludibrium homo *Sacramentarius* appellat? vnicam adfert rationem, rationis expertem. Quia in exsecrationem sic & perniciem conuertatur, quod ad salutem institutum putabatur. Putabatur ergo, & non erat? iam CHRISTVS mendax, qui hoc aperte professus? Nonne eius sunt ista *c*? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo.* Si salus in me & ego in Saluatore, putabor tantum saluus & non ero? Quid illa *d*? *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Falla promissio, si viuere putatur duntaxat. Quid denique illud clarissimum? *Non sicut patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum e.* viuet, plane, viuet, ad salutē que veram & perfectam hoc institutū non putatur fuisse tantum, sed scitur: sed fide creditur. Nonne dixerat veritas *f*: *Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,*] Credat non esse salutem, qui non credit sub panis specie esse carnem. Nos carnē credimus, salutem credimus: nō tamen omni sumēti.

Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen inæquali
Vitæ, vel interitus.
Mors est malis, vita bonis.

b Hotomā caluinista Cōment. de Feud.

c Ioan. 6. v. 56.

d vers. 57.

e vers. 58.

f vers. 59.

Vide

Vide paria sumptiones,
Quam sit dispar exitus.

Sed D. THOMAE non credit tabulæ: an nec Apostolo *g. quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne : reus erit corporis & sanguinis* DOMINI, *Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus* DOMINI. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus non vtiq; iudicaremur.* Igitur indigne sumentibus pernicies semper, & exsecratio fuit, nō institutione, vel instituentis voluntate, sed sumentium peruersitate, qui quod ad salutem eorum datum, in mortem malunt abuti. Institutum initio ad vitam æternam digne sumentium, sic sume: nullus Pontifex, in perniciem, aut exsecrationem conuertet, nullus voluit, nullus potuit. Ac qui sumit in testem innocentiæ, cum sit nocens, digne sumit? ô iuris Sacerdote dignum iudicium! sed eo, qui iustitiam nobis Deam, pro habitu seu virtute iustitiæ, definiens nouum Iustitiæ sacellum erexit. Quid aliud in tota forma purgationis proponitur, quam quod à B. Paulo sancitum? Nonne hoc purgatio indicit? Dei testimonium optimum & certissimum est, illud adducatur & dubium tollat, Si reus es, noli eum testem aduocare; si innocens es, aduoca. Proba teipsum prius, diiudica, reus es? caue accedas, damnationem manducabis, & exitium adferet tibi sacrilega audacia: abstine, moneo, & edico. At, nil conscire tibi, nulla te mortali culpa pallescere, postquam conscientiæ arcana scrutatus es, deprehendis; adesdum securus, innocentiæ non deerit, qui pro nocentib. obijt, vt eos ad innocentiam reuocaret. Quid in his mali? quid falsi? Non

g 1. Cor. 11. v. 27.

Commen in Iustin. Iustit.

A

B

C

D

E

defuit Deus innocentibus, & hoc indicio eos expurgauit, nocentes vero necauit. Absoluit Gregorium VII. damnauit Lotharium, Absoluit, in Morinis virum nobilem Erkimbaldum de Borban, quem Comitem vocat Cantipratensis. hic lecto affixus intellexità Nepote (filium alij contendunt) vi virgini vitium oblatum. Domini hæredem nemo accusare, multo minus punire audebat. Quid faceret æger? iustitiam negligat? gladium illi in vindictā malorum DEVS tradiderat. Nepotem qui occidat, non reperitur. Si faciat ipse? fraude opus, & parricida vocabitur. Vocabor (inquit) sed ab hominibus carnifex futurus sanguinis mei; sed iustus vltor, sed iustitiæ defensor in oculis Domini. An quia Nepos, non nocens? successore carebo, prouidebit Dominus, cui seruio, cuius gloriæ affectus meos postpono. sic animatus, pugionem abscondit sub ceruicali, vocat Nepotem, tanquam vltima ei monita & mandata daturus. Venit adolescens, quinto post die, placatum sperans auunculum. Accedit, postulantis capiti aurem admouet. Ille pro osculo, pugionem condit in gutture, nec desinit premere, donec videt exhalasse. Hanc accipe victimam iustitiæ Deus (addit) tibi immolatam. scis quæ in animo & visceribus meis doloris magnitudo obuersans lancinet paternum amorem: sed vicit amor tui. Paulo post vires cernens deficere, obit exomologesim: tacet de cæde nepotis: quæ in ore omnium recens. Quærit EPISCOPVS silentij causam. si oblitus: num saltem nunc se accuset, & animo pœniteat? respondit Burbathus, se iustam credere, &, quod meritoriū putet, id nolle infectum. Episcopus eius pertinacia detestata (sic putabat) redit ad templum. De via reuocat æger. tum ait redeunti.

Vt, pater, quam diuersa Dei sint & hominum iudicia intelligant, qui tecum præsentes, aperi (quæso) hierothecam, in qua signus salutis asseruatum adfers. recludit ille, nec hostiam reperit: hanc admiranti æger se in ore, mediatore angelo datam, ostendit habere. Historia notissima est toti Belgio, non elegãtis modo & accurati artificij picturis vetustissimis in Bruxellensi ciuica domo exornata, sed etiam historiarum monumentis contestata. *a* Sic Deus etiam absoluit Sibichonem Episcopum Spirensem coram Henrico III. adulterij accusatum *b*. Sic sæpe nocẽtes & culpæ reos indigne sumentes, vel Deus pœnis corripuit, vel non permisit sumere, & transmittere *c*. Interdum tamen permisisse Deum hoc scelus impunitum in præsens, dilata in posterum digna vltione, nos docet Andronici Imp. perfidia apud Choniatam *d*. Sed occulta iudiciorum abyssus à nobis non scrutanda. Sublata tamen aliquando hæc purgationis forma, eo quod suspectis non est danda Eucharistia *cap. dilecti de purgat. canon. cap. tribus de consecrat. d. 2.*

a Cantipr. l. 2. c. 36. par. 6. Fu. gos. lib. 1. c. 6. sed nelius Cæsarius l. 9. c. 38. b Crantz. .4. Saxo. c. 43. Ad. .3. c. 31. & hron. Hirsaugi. nic. Cypriar. erm. de lapsis Greg. T. onens. l. . de glo. mart. cap. 88 Petru. Cluuia. l. A de mirac. c. 242 5. 3. Cæsar. l. exemp. c. 59. 60. 6. Surius in vita S. G. defridi, l. 3. c. 12. d l. 1. Annal. in fine vitæ Manuel. Conneni.

QVÆSTIO IV.

De vulgaribus purgationibus.

IN fortium Politicarum numero censeri possunt miræ quædam iudiciariæ disquisitiones, quib. fortuito euentui veritas culpæ vel innocentiæ decidenda permittitur. *Vulgares* vocãt *purgationes*, idque rectissime: vt nomen nobis indicet nullo ipsas legitimo vsu, sed vulgi quodam vsurpatione & obseruatione superstitiosa fuisse introductas: pleraque etiam iure canonico expresse vetitas. Solet ijs Deus tentari potius, quam voluntas eius explorari. Vnde *exploratoriæ probationes* Latine dicuntur Barbaro vero vocabulo in Constitution. Neapolitanis. *paribiles leges*, eo quod rem non sciri, sed apparere tantum faciant. In his plerumque peccari, tentando Deum, probabitur postea.

Talis purgatio est, quotiescumque poscitur, vt Deus miraculum faciat: veluti si quis confisus innocentiæ suæ, peteret se septies percuti gladio, ad innocentiam suam probandam, vt factum in fœmina septies icta *e*, aut in ignem intraret, de quo postea.

e de qua est epist. D. Hier.

SECTIO I.

De prouocatione ad diuinum iudicium.

SÆPE fit, vt qui se iniuria affici ab alijs putãt, nec hominum præsidium vel auxiliũ superesse cernunt, ad Deum confugiant, non quidem malis vt illos eripiat, sed vt sumpta de persecutoribus vltione tali indignos supplices iniuria fuisse, cunctis faciat manifestum: interdum illos ad tribunal Dei sisti intra certum tempus, interdum nullo tempore addito iubent: *citationem ad comparendum coram Deo iudice* vocant, de hac merito dubitant plerique quid tenendum: metuendane citato sit, nec ne? item licita citanti, an illicita?

Quoad citantem & quiritantem, ob iniuriam, *Dico primo, si citra odiũ, aut vindictæ cupiditatem, vel impatientiam, iram, desperationem, vanitatem, aut aliam vitiosam affectionem, per iniustitiam oppressus quis, hoc faciat, bono fine (puta vt innocentia eius appareat, nec infamia grauetur familia aut vt liberetur mũdus tali tyranno, aut vt resipiscat, & terrore perculsus, pœniteat, desinat que ab oppressione & concussione miserorũ) licita est talis citatio.* fatetur Feuard. *f* se tale non audere damnare, equidem

f extrem. c. 13. Ellib.

cum

cum res sit indifferens, & finis bonus, puto actum esse meritorium. nec desunt exempla Sãctorum hominum. Sic enim Sara dixit Abrahæ *g*: *Iudicet Dominus inter te & me*, Sic Dauid ad Saulem *h*, *Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te.* & Zacharias filius Ioiadæ, cum iussu Ioas regis interficeretur, similia protulit: *i videat Dominus, & requirat.* Nec alia mens septem Machabæorum Martyrum *k*, quorum prophetia vim habuit imprecationis & citationis, vt illæ priores duæ; quæ ambo exitio persecutorum paulo post fuere comprobatæ. Nonne Apostolus Alexandro ærario impunitam esse non debere censuit iniustitiam eius, cum diceret *l*? *Reddat illi Dominus secundum opera sua.* *h* malum magnum pro multis malis, quæ illi ostenderat. Nonne Sancti martyres, etiã noui testamenti, clamant ad Deum *m*? *Vsquequo Domine non iudicas, & non vindicas, sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?* Legimus etiam de Beato Eustachio Abbate, cum hæreticus quidam Agrestius, B. Columbanum iam mortuum conuitijs & calumnijs laceraret, sic vltum esse calumniatorem, idque in concilio Matisconensi. Ita namque scribit Ionas Abbas, eius contemporaneus *n*: *cum sic ille* (Agrestius) *friuola garriret sagax Eustachius, vt erat virtute patientiæ & scientiæ insignis, respondit. In horum præsentia Sacerdotum te ego; eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & instituta damnas, ad diuinum iudicium illo intra præsentis anni circulum disceptaturum inuito, vt iusti iudicis examen sentias, cuius famulum tuis obtrectationibus maculare conaris*] Scire vultis euentum citationis? post aliqua media, sequenti capite subijcit Ionas: *Sed cum ille* (Agrestius) *sæpius sibi datum pœnitentiæ locum non agnosceret, vt Beati Eustachij*

g Gen. 16. v. 5.
h 1. Reg. 24. v. 14.
i 1. Paral. 24. v. 23.
k lib. 2. Mach. 7. v. 17. & 9
l 2. Tim. 4 v. 15.
m Apoc. 6 v. 10.
n vitæ S. Eustach. seu Eustasii c. 6. mense Martio

A *sententia, ad diuinum iudicium ipsum vocantis præualeret, ante triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni meta compleretur, à seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interijt.*

Accedat & aliud tempore legis gratiæ. Gualterus Burgensis, vir doctrina & sanctitate clarus, per iniuriam pulsus Episcopatu Pictauensi, à Clemente V. quamdiu vixit, iniuriam patienter tulit: moriens iussit, credo ad exemplum B aliorum sepulchro inscribi: *Ad iustũ Dei iudicium appello.* Legit eloquium Clemens, & iniuriæ, quam intulerat, memoria, expauisse ferunt: addunt *a* alij, non diu post obijsse: sed, quem citant Voleterranus, id non addit, & fabulosum puto.

a Raphael Volaterr. anthropo. lib. 21.

Memoratu dignissimum est, quod legitur apud ætatis illius scriptorem doctum, eruditum & veracem. his verbis: C *Monasterium D. Iacobi apud Leodium notum multis est & acceptum, Istud quidam adolescens, consobrinus maioris Præpositi causa deuotionis & religionis intrauit, quod vt audiuit Præpositus, indigne tulit: mox forti manu collecta satellitum, intrat violenter cœnobium, rapit iuuenem, & nudatum sancto habitu, sæculari induit. Abbas ergo monasterij, collectis primoribus ciuitatis, Episcopo conqueritur, & totum clerum pro tantis iniurijs interpellat.* D *Hoc autem cum indignanter audire vix vellet Episcopus, & Abbatem potius duris verbis impeteret, flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum dixit: Iudicem contra te (ô Præposite) in terra habere non possum: & ideo contra te Deum summum iudicem interpello, vt intra quadraginta dies vterque nostrum compareat coram illo, sententiam* E *promeritis accepturus. Ad hoc Præsul cachinnans cum suis irrisit hominem, atque spreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? quadragesimo die circa nonam mortuus est dictus Abbas: & cum pro eo solemniter*

Pulsaretur, sedens in balneo Præpositus, quæsiuit à circumstantibus, quid hoc esset? moxque quidam ingrediens respondit, Abbatem D. Iacobi modo esse defunctũ, & pro eo pulsationem fieri tam solemnem. Ideò ergo recordatus Præpositus quadragesimum diem esse, quæ se citatum audierat ab Abbate, consternatus animo, dixit suis, cito videte quid faciam? mortuus ego sum, comparere me hodie summi iudicis adspectibus oportebit. Nec mora. post verba hæc, cum balneum egredi festinaret, in adstantium manibus cum diro eiulatu & vocibus exspirauit: ibi proculdubio respondere compulsus, vbi causarum strepitus cessant, iurisperitorum aduocatio conticesceret, vbi nec preces, nec precium liberabunt.

Hactenus Thom. Cantipratensis alias Crabantinus *in libr. Apum.* Cestrensis etiam *libro septimo.* tradit Innocentium quartum à Rob. Grosseteste dicto Lincolnienſi, famigerato illa ætate Philosopho, quem excommunicarat, & ille ad Deum iudicem prouocarat, Pontificem ad Dei tribunal citans, mortuum quo die mortuus est Robertus, auditamque hanc in Pontificia aula vocẽ: VENI MISER AD IVDICIVM. repertumque sequenti die Papam in lectulo exanimatum, ac liuidam in eius latere cruentamque plagam, ac si fuste percussus fuisset, & id accidisse an. 1253. cui consentiunt Matthæus Parisius. Ioan. Burienſis. & alij Britannici scriptores, quorum hoc commentum puto ab hæreticis vel schismaticis eorum operibus fortasis insertum. Nam Neapoli hunc Innocentium in expeditione contra Manfredum mortuum scribit Naucletus, parum Pontificibus addictus *chronic. fol. 2. generat. 42.* & non meminit talis citationis, vt nec Platina, (nõ reticiturus) nec Monachus Paduanus, nec Paulus Langius Cygnolus Monachus Bozanienſis, sed perfidus hæreticus: nec alter hæreticus Mutius in chronic. Germanorum, Nec ex Catholicis quod sciam Gentium aliarũ quisquãm, non Onuphius, nec Massonus nec Ricordanus, nec Episc. Nebienſis, nec Volaterranus, nec Flauius Blondus, qui accurate de morte & anno mortis eius consentiunt; & omnes fatentur eruditione iustitia, sanctitate Innocent. 4. excelluisse. Relinquat igitur prudés lector fabellam de Innocent. 4. Britannis, vt ad Arturi rotundam mensam suauiter eam fruatur Balæus, non tam ingeniosus, quam impius similium dogmatum fabricator.

Dico 2. *Periculosum est hominibus non compertæ sanctitatis has citationes imitari.*] Nam facile fallit amor proprius & persuadet nos iniuriam perpessos, cum non simus: facile etiam latens aliqua gloriolæ, vel vindictæ, vel alterius perturbationis animi nebula se immiscet, vt veritatem non videamus.

Dico 3: *lethaliter peccant, qui scienter iniuste alios citant.* probatur quia nocent iniuste & grauiter. sic enim fugillant eos quos citant, vt oppressores Innocentiæ. minus etiam constantes graui terrore percellunt, ita vt ex metu mortis possint in morbũ incidere & mori. Quod fortasis aliquado cõtigit.

Quoad eos vero, qui citantur, existimo duas regulas posse statui. *Prima est, si constet eos iuste iudicasse, nec vllum esse dubium de sententiæ aut facti, propter quod citantur, æquitate: tunc posse huiusmodi citationem abillis contemni.*] ratio est, quia iusto iudici præmium à Deo, cuius vicem fungitur, non supplicium est exspectandum. Sciebat hoc magnus ille Imperator militum Gundizaluus Ferdinandus de Corduba: *Qui cum Tarentum obsidens maleficum quendam seditionum q.* (inquit Iouius *b*) *militem ad supplicium duci iussisset: illeq. multũ reluctatus se*

b in vita Gonsalui

im-

iniquissime damnari vociferaretur, & proinde Gonsaluum ad dicendã causam, ad Dei maximi tribunal magna voce citaret: vade, inquit Gonsaluus, festinaq; confessu optimo iudici, & causam instrue. Nã ibi pro me aderit. qui oportune respondeat Alfonsus frater: qui nuper, ex Serra vermegia, in cœlũ contẽdit. Tum enim Gonsalue nunciatum fuerat, fratrem à Mauris circumuentum, dignam forti pioq; duce mortem oppetisse.] Sic ille merito nebulonem iniuste prouocantẽ contempsit.

Altera regula sit, *Quando iudex aliquã animi perturbationem sensit: quæ ad damnandum, vel mouit omnino, vel ad citius dãnãdum mouit: vel etiam nõ vsq; adeo certa est sententiæ iustitia, vt non supersit probabilis contrarij metus: tunc male facit iudex, si contemnat huiusmodi citationẽ: recte facit, si diligentius iterũ omnia momenta & quacunq; ad veri indagationem pertinent, examinet ac perpendat, & reum interim in custodia seruet, vt vel retractetur prior sententia, vel maturiore consilio cõfirmetur.*] probatur hæc conclusio. (quæ Feuardentij quoque fuit.) tũ quia iudices non possunt nimis circũspecte procedere in re tanti momenti, cum non hominis, sed Dei iudicium iudicent *c*: tum quia, qui videbantur nocentes ex allegatis & probatis, eos tẽpus postmodũ sæpe docet fuisse prorsus innoxios. nõ opus est exempla proferre, sunt ad manum nõ pauca, nec obscura, tum denique, quia sepissime accidit tales citationes nõ esse irritas, Scribunt Historici Hispanorũ Ferdin. III. Regẽ, iussisse duos nobiles perduellionis reos ex turri vel rupe altissima præcipitari: illos constãter crimẽ negasse, quod quia videbant se frustra facere, tandem ad diuinũ tribunal prouocasse, regique denũciasse, ibi, vt se ante diem tricesimum, sisteret: Ferdinandum postea ipso die tricesimo satis subita morte arreptũ *a*. Germania sola multa præbet exempla. Menuercũ Paderbronnens. Episc. gra[illegible]ontumeliaCorbeiensis quidam mo[illegible]nus affecerat: cui Episcopus : REDDITVRVM ALTISSIMO FACTI RATIONEM prædixit. Monachus floccipendus risit Episcopũ Ecce moritur antistes: & nihil mali sentiens ante monachus, in ipsa hora mortis Episcopi expirauit *b*. Paucis annis postea Henric. Mogunt. (vel secundũ alios V Vormacien sis) Episc. falso, & per calumniam Arnoldi: accusatus, & per prꝛuaricationem Cardinalium duorũ à Pontif. Eugenio. 3. ad causæ cognitionẽ delegatorũ, depositus ipso Arnoldo suffecto, fuit: sed ad iustũ iudicẽ Deum interposita appellatione, sequenti anno mortuus fuit. Eius audita morte; ambo illi Cardinales obiere subito: alter digitos propriosarrodens: alter in latrinis, Arij morte *c*. Tempore Henrici quarti, Buchardus Halberstad. Episcopus, & Meginherus Abbas Herfeldẽs. de iurib. Ecclesiarũ litigantes: inuicem ad Dei tribunal euocarunt, & ambo die dicta repente ex hoc sęculo migrarunt. Sic olim ex Auentino li. 4. scripseram; sed commentum inueni additum ab Auẽtino, quod inuicem citarint, solus Meginherus Episcopum citauit, qui solus iniuria fuerat affectus, vt patet ex eius ætatis scriptore Lamberto Saffnaburgens. quem vide, & ab Auentino caue. In vicina Germaniæ Gothia, memorabile accidit illud Ioannis Tursonis, de quo sic scribit Olaus *d*, *quendam capite plecti iusserat. Is genibus innixus, en morior iniuste*, inquit, *teque voco hac hora ante tribunal Dei, vt respondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autem miser carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam iudex de equo corruit exanimis.*] Liguriæ pars nota Italiæ. ibi Genuensium triremes aduersus pira

b crãtzius li. 4. Metropo. c. 4

c Conrad. in Chr. Mogun tino.

c 2. Paral. 19. v. 6. & 7.

d lib. 14. hist. Aquilon. c. 20.

a Ritius l. 3 de Regib. Hisp. Mariana in Hispan Annal. li. 15. c. 11.

b in vita Gonsalui

tas emissæ biremem Gotholanam accepere; & in Siculorum Gotholanorumque contemptum, extra Drepanum, furcæ noctu rectorē biremis affixerunt. Miser ille diu frustra questus, nihil vnquam se Genuensibus nocuisse: vt vidit plus gentis odium illos, quam æquitatem mouere: præcipuāque mortis suæ causam esse trierarchum Genuensem, iussit vt se ille intra sextū mensem ante Deum iudicem sisteret. nec irrita vocatio fuit. condicto Ligus tempore mortuus fuit e. Armoricis Franciscus Dux præfuit: is summa crudelitate fratrem ex Anglia redeuntem de medio sustulit; sed vicissim fratris citatione intra annum de medio sublatus, principatum cum vita amisit f. vix est quisquam cui non sit audita damnatio Templariorum: ex his vnus Neapolitanus eques traditur ad diuinum iudicium appellasse, & Clementem V. ac Philippum Pulcrum Francorum Regem, anni spacio cōcessō, coram tribunal illud supremum citasse: addit Fulgosus g intra id tempus Clementem repente mortuum, nec multo post Philippum quoque interijsse. Hoc alij ex calculo temporis conantur refellere. Sed idem, confirmant Christianus Massæus, & Meierus h, qui Papam & Regem eodem anno 1314. tradunt obijsse, illum 20. April. hunc 29. Nouembris. fuerunt quidem Templarij Anno 1312. in concilio Viennensi, tertia Aprilis condemnati: sed non omnes eodem Anno comprehensi ac occisi: sed quidam sequenti, vt Neapolitanus ille; scilicet anno 1313. cumque 1314. currente mortui sint Iudices illi duo, dicuntur non immerito eodem anno obijsse, quo citati fuere: imo Gaguinus & Æmilius mortuum volunt regem Anno 1313. quem constat Pontifici superuixisse.

e Fulgos. lib. 1. c. 6.

f Aeneas Syluius Europeæ hist. c. 43

g d. ca. 6.

h Meierus l. 2. Annal. & lib. 17. Chron. Matth. cōsentit Cuuphr. in PP. Rom. histor.

SECTIO II.

De purgatione Monomachiæ.

NVlla fuit quondam frequentior purgatio ista; quotiescumque criminis notoria seu probatio obscura; vel actor reum prouocabat; vel reus ipse offerebat se, aut suo loco alium: inuentionem quidam Martinæis tribuunt; alij volunt antiquiorem esse i. constat etiam Palæstinis in vsu fuisse, ex Goliē prouocatione, quem Dauid superauit. Fuit maxime in vsu post Barbarorum in Italiam irruptionem apud Longobardos k, & apud Germanos l, & Francos m & etiam Hispanos n, non ex homicidij tantum causa (*iux. c. vni. § si quis hominem § si quis alium. de pace Constant.*) sed & ob aliud quoduis graue crimen, vel magni momenti causam, vt post Bald. communiter DD. censuere. *Bald. in d. cap. vni. Alciat. & Oroz. c. ad l. ex hoc iure. D. de iust. & iur. Iulius Ferret. cons. 6 de duello in prin. & cons. 9 nu. 6. cons. 11. num. 3. & 4. & Menchaca libr. 1. illust. qq. cap. 49*] Et sanè in iurisiurandi locum propter crebra periuria hoc fuit introductum, coram Ioanne XIII. per Othonem 4. in Romandiola o: sed prius apud Francos iam Carolus Magnus hoc statuerat, quoad causas criminales p, postea ad ciuiles quoque extensum q. vt & apud Moschos r & Danos s, olim in vsu. Ritus duelli possunt colligi tum ex Annal. Boiorum *libr.* 4. tum ex Tiernēnsis Hist. Bern. Sacci. *l.* 9. Sed in moribus, & armorum genere præsertim, non idem obseruatum apud singulas nationes: plerūque receptum, vt armis militaribus regionis eius vterentur; Carolus Magnus voluit vt fustibus: postea receptum, vt rei sit optio, & ius armorum præscribēdorum. In celebri illo

i Alcia de singula. certa c. 2.

k Lege Lōgob. tit. qualiter ise quisque defē. d. b. ti. de purgatione tit. de homicidio libri hominis.

l Lamber. Schaffnaur. sæpe.

m docet Guido Pa. da decis. 92. Horoman. l. 3. obseruat. c. 15. Charondas de cis. 607. n. 4. part. 7. & pal. tim Mariana, n. hist. Hispan. o Laurent. & Lit. lib. 2. lege Lōb. t. 54. p. mēnio. tit. 54. q. l. vlt. & l. j. leg. Francic. tit. 4. r Olaus l. 1. c. 20. s Saxo d. p.

illo duello Cambronensi inter Iudæum, qui imaginem Deiparæ vulnerarat, & paralyticum, Lex Carolina seruata.

Anno enim 1326. Guilh. Tertio Comite Hannoniæ, Verpa quidam se finxerat sincero animo Christianis sacris baptismo initiari. suscepit ex fonte Comes, & Guilh. filiolum nominauit, & apparitorem Curiæ Montēsis esse iussit. Non diu post, homo impius ingressus ædem monasterij Cambronensis, actus furijs, blasphemias in Deiparæ imaginem multas effudit, & (horrendum) venabulo quatuor plagas inflixit, vnde sāguinis statim riui manarūt; videre faber asciarius quidam, & Monachus laicus Matthæus Lobbius. faber ascia caput findere Iudæo parabat; sed à monacho prohibitus, rem detulere igitur ad Abbatem Ioannem de Montibus: is ad Comitem. Iudæus pertinaciter tormenta elusit. Sic dimissus: quadriennio postea ab Angelo apparente, quidam senex nomine Ioannes Flander Estinnensis, & septennio iam ex paralysi clinicus iubetur Iudæum accusare, & duello prouocare. Bis monitus, Parochi iussu senex rem adhuc differebat. Tertio illi ipsa Virgo quinque illis plagis consauciata se vidēdam præbuit; & imperat monomachiā. Plenus spe ac fide senex adit Cambronem, cernit in imagine vulnera, quæ in viso, accedit Comitem, accusat recutitum, dies pugnę dicitur, arma rudes fustes & scuta lignea, supersunt hodie. Iudæus vesco corpore, ferox viribus tibiales fascias tintinnabulis cinxerat, & sic senem ridebat. Sed iuuit athletam suum Deus tam impar commissus, æger sanum, debilis fortem, senex iuuenem prostrauit: & horrende blasphemantem, conuictum, sed non pœnitentem: comes iussit caudæ equinæ alligatum

A trahi ad patibulum, & capite deorsum, duobus ad latera molossis eum rabide laniantibus, appensum subdito igne fumo interire. [*narrat fuse Robert. Hau portius duabus ea de re libris carmine conscriptis.*] Hispani semper militaria arma retinuere, vt ex cunctis eorum Annalibus patet. Duellorum tum inter Principes pro regno, vt inter Corben &

B Orsuan Hispanos apud Liuium; & Edmundum Anglum & Canutum Danum Reges apud Polydorum, Hundingum & Roheum Daniæ reges apud Crantzium, Petrum Aragonium & Carolum Andegauensem apud Antonium *a*, & pro principibus inter priuatos: vt Charellum & accusatorem reginæ Gondilbergæ *b*; pueri quoque pro vxore Henrici tertij contra gigantem *c*; & Burchardi contra Conradum

C iactantem se cum regis nepte concubuisse, anno 950. apud continuatorem Regionis: item inter priuatos, vt coram Othone I. quando disceptatum, vtrum in successionibus auorum essent nepotes cum patruis, vt patrem suum repręsentantes, admittendi, & vicere, qui pro nepotibus pugnabant *d*. Mira sæpe in his accidere duo tantum narrabo. V-

D num ex fide Dubrauij *e*; Radislaus, Curimensis Princeps Mistibogij filius, per iniuriam inuaserat Bohemiæ fines, coactus à suis tandem optimus rex VVenceslaus militem collegit. cum iam dimicaturæ essent acies. *Si aliter, exclamat VVenceslaus, nisi prælio res componi nequit, cur non potius sine insontium sanguine: ipsi inter nos singulari certamine decernimus?*

E *Nulla fit mora, loriculam super cilicinam vestem indutus, paruoque censiculo succinctus VVenceslaus in arenā prodit: at Radislaus cataphractus hastatusq; cum ingenti machæra se infert. VVenceslaus signo crucis frontem pingens subito angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, au-*

a Liuius l. 28. & Plutar. in vita Scipionis Polydor. Virg. l. 7. hist. Angl. Crantzius l. 1. c. 21. & 22. Daniç. D. Anton. p. 3. tit. 20 c. 4. §. 8. hist. sum. & Ricius l. 3. hist. Neap. Froissar. Chron. l. 1

b Paul. Dia. hist. Longob. l. 4. c. 16.

c Nauclerus gene 35.

d VViti chindus l. 2. Vincentius l. 24. speculi c. 70.

e l. 5. Hist. Bohem.

dit: Ne feri. & repente Radislaus humi procumbens, veniam audaciæ poposcit, seque testati victoris permisit. Alleuans prostratum VVenceslaus monuit, data venia & dignitate ei restituta, vt contumaciam in obsequium debitum verteret, ne post grauius ab irato numine plecteretur.] Hic Deus miraculo iustitiam causæ declarauit; quando miraculo Deus non fauet, fieri solet, vt vel maneat dubia res; vel iustam fouens causam succumbat. Prius in pugna duorum Hispanorum Nobilium accidit tempore Alfonsi Regis: qui Petri Regis Castellæ pater. Hi fuere Ruy Paez de Viedma, & Pay Rodriguez de Auila, ille hunc proditionis accusauit: hic illum sceleris grauioris vicissim recriminatione pulsauit. cum ventum esset ad duellum, tribus continuis diebus ab ortu solis ad occasum pugnarunt, multisque se vulneribus affecerunt, & dubia prorsus: nec in vnum alterumue inclinante victoria: vtrumque rex innocentem pronunciauit, & æquali virtute præditos amicos esse voluit, Narrat fuse Pet. Maxia *f*. Sic etiam dubia mansit Zamorentium causa, quos proditionis accusabat Did. Ordonius de Lara, innocentes contendebant Ariæ Gonsalij filij: quorum cum duos iam Ordonius occidisset, tertioque vulnus lethale inflixisset; saucius cadens equo habenas aberrante gladio præscidit, equus Ordonium inuitum extulit extra monomachiæ septa, quod victi indicium. Sic ille non victor, equi culpa: non victus, propria virtute. Iudices sibi N.L. pronunciarunt. *Marianal. 8. Histor. Hispan.* Multos quorum causa iusta erat in monomachia sæpe succubuisse docent post Innocentij III. rescriptum, *cap. 2. de purgatione vulgari* & Regis Rotharij l. 1. lege LONGOBARD. titu. de monomachia, etiam IOANN. BAPTISTA SVSIVS *g*, & VRREA HISPANVS *h*.

f Silu. var. lect. p. 2. ap. 10.

Hęc vt est, repugnat omni iuri, quæ est communis DD. sententia, contra Paridem à Puteo, vt docent recentiores scriptores non pauci, *nempe Lancellotus Conrad, libro 1. templ. iudic. capite 1. §. 3. vers. duellum prohibere, & tractatu. de duello, in præfat. Menchaca libro 1. illustrium quæstionum c. 12. & cap. 49. Vtuius lib. 1. comm. Opinion. lit. D. vers. duellum. Petrinus Bellus p. 19. de re militari. titu. 2. á num. 128. Iulius Ferrettus consil. 1. numero 3. & 6. consi. 2. numero 4. cum seqq. cons. 8. numero 4. consi. 20. numero 10. & idem sæpiss. in tractatu de duello. Alciat. l. 5. resspons. cons. de duello.* Quod repugnet iuri naturæ, docent optime SVSIVS *d. opere.* & Antonius Bern. Mirandulanus *libro suo contra Possevinum de expugnatione singular. certam.* & PETRVS MESSIA *p. 4. variar. lect. cap. 9.* Quod iuri ciuili: probant communiter DD. *ex l. 1. C. de gladiator. libro. XI.* quamuis ea lex hoc non conuincat, sufficit tamen, quod nulla ROMANORVM lege sit hæc monomachiæ purgatio approbata: cumque iuri naturæ repugnet, constat omnem consuetudinem in cõtrarium inualidam esse, vt recte Canones dicunt *i*. Quod iure diuino & sacris litteris prohibitum sit duellũ, probant ex omnibus locis, quibus prohibemur Deum tentare, & quibus prohibemur occidere *k*. Apertior est probatio iuris Ecclesiastici seu diuini positiui. Nam & olim hoc canones prohibuere, & apertissime Concilium Trident cuius hæc sunt verba; *Detestabilis duellorum vsus fabricante diabolo, introductus vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex* CHRISTIANO *orbe penitus exterminetur: Imperator,* REGES, DVCES, PRINCIPES, MARCHIONES, COMITES, *& quocunque*

g li. de iniustitia duelli
h l. de duello. F.

i cap. 1. de cleric. pugn. in duello. Alciat. decis. sponso de duello. & DD. citati. & Pet. Matthæus in Notis ad Bullam. Gregor. XIII. mor. laudat. 42. Tamẽ tenuera loc. illa scripturæ parũ vrgent proter. uos. c. toto tit. ferme de purgatio. vulgari. tit. de cler. pugnã. in duello. c. monomachiam. 2. q. 4.

alio

alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter CHRISTIANOS *concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione & dominio ciuitatis, castri aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, priuati intelligantur: & , si feuda alia sint directa* DOMINIS *statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ, iuxta sacros canones puniri debeant, & , si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores, excommunicationis, ac perpetuo maledictionis vinculo teneantur: non obstante, quocunque priuilegio, seu prauaconsuetudine, etiam immemorabili.*]

Damnarat eundem abusum sub excommunicationis pœna, quoad subditos tantum Romanæ sedis, Iulius II. anno 1508. mense Aprili, & rationes addiderat damnationis bene multas & graues, primo quia hoc fiat humani generis inimico instigante. 2. quia hinc hominum mortes repentinæ, & animarum perditiones, & noua inter adstantes amicos pugnantium odia & altercationes, & ex vno inconuenienti plura oriuntur, in animarum & corporum periculum, generisque humani iactu-
ram pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum. 3. quia CHRISTVS docuit DEVM non esse tentandum. 4. quia hominem homini insidiari nefas. 5. quia gladiatoria munera, & huiusmodi purgationes vulgares à religionis nostræ pietate damnantur. 6. quia cruenta huiusmodi spectacula à canonibus PONTIFICVM, & imperialibus legibus sunt prohibita. Denique GREG. XIII. laudatissimus PONTIFEX ad omnes CHRISTIANOS voluit pertinere hanc probationem, vt & Concilij Tridentini patres eam extenderant; & quod illi de solemni, siue publico duello sanciuerant, hoc ipse prudentissime ad priuatas, & non solemnes duellationes, propter easdem causas, quę in ijs quoque cernebantur, porro producendum sibi censuit *a* anno millesimo quingentesimo octogesimo secundo nona Decemb. his verbis; *crescente hominum malitia facinorosi non desunt, qui quod publice prohibitum est, priuatim exsequi non dubitent, dum sic pœnas prædictas eludere se posse arbitrantur. Nos ad hæc euertenda plenius euidentiusq; prouidendū esse rati considerante sq; duellum priuatum, non minus cruentum, & animæ & corpori noxium esse, quā quod publice perpetratur: auctoritate Apostolica statuimus.* (1.) *illos, qui ex condicto, statuto tempore & in loco conuento monomachiā commiserint, etiamsi nulli patrini socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, censuris & pœnis omnib. à dicto concilio propositis teneri, perinde ac si publico & consueto abusus singulare certamen misisset.* (2.) *volentes etiam locorum dominos, si certamen ex condicto huiu modi permiserint, aut quantū in se fuerit non prohibuerint,* (3) *omnes sq; illud fieri mandantes, instigantes, consilium vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut* (4) *ex composito spectatores vel socios quouis modo se præbentes eisdem censuris & pœnis subiacere, etiamsi illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserint, impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit quo minus illa committatur. Non obstantibus, &c.*] Ex quibus sane apparet, qui hodie priuatis prouocationibus in hanc

a Bulla quæ incipad tollendum detestabilem.

excommuni-

excommunicationem, nulli reseruatam, incidant. Videor autem mihi ex verbis vtriusque prohibitionis quædã colligere non vtilia obseruatu. Primo illos quoque incidere, qui dicunt, *Veni ad talem locum: ego te illic exspectabo*: nam isti certum tempus constituunt, illud ipsum præsens; sicut crastinum, qui dicunt cras tali hora, &c. Secundo Principes non prohiberi hanc licentiam concedere infidelibus; tum quia sunt extra curam Ecclesiæ, tum quia Concilium expresse dicit; *inter Christianos* 3. non prohiberi iustum bellum gerentes Principes, quam possunt causam prælio decidere, eam paucis committere per duellum definiendam, hoc enim tunc in belli locum succedit: Nõ tamen liceret illis animi causa, vel gloriæ solius ad ostendendum robur militum facere; sicut olim fecerunt Ioab & Abner *b*: nam vox, *ludere*, illic significat prolusionem pugnæ. Instituebatur enim hoc, vt arbitror, quasi diuinatorium quoddam victoriæ præiudiciũ, quo Germanos olim vti solitos Cornel. Tacitus testatur *c*. Quæ ipsa diuinatio est prohibita: Et sicut pro sola gloria humana bellum non licet suscipere, sic nec duellum licet permittere. 4. Quoad consulentes, ex Gregorij verbis intelligitur, eos dumtaxat incidere, qui suadent affirmatiuam, non vero qui duellum dissuadent; & ad hoc consilium conscriberent, vel darent, hi enim non peccant. 5. quoad spectatores; non incidere, qui illac transeuntes obiter adspicerent certamen: vel subsisterent ad dirimendũ; immo nec illos, qui ex instituto eos fuissent comitati; vt certamen impedirent: ideo enim additur, *si per ipsos non steterit*, *&c.* ipsos scilicet spectatores & socios, &c. vnde 6. infertur, eos qui comitarentur vel sociarent, incursuros, etiamsi non sit pugnatum; quando conati sunt efficere, vt pugnetur, vel saltem si poterant, non impediuerunt ipsi, sed maluissent pugnam conseri. Hæc saluo rectius sentientium iudicio, de re quotidiana. Quidam asserunt etiam à Sanctissimo Domino nostro Clemente 8. hodierno P. M. bullam quandam de Duello editam quam nondum potui nancisci. Habes in compendio bullarum nuper Venetijs edito.

b 2. Reg. 2. v. 15.

c libro de moribus Germ.

SECTIO III.

De purgatione vulgari per ignem.

HÆc triplex fuit, per rogum, per prunas, per ferrum, hoc est vomeres seu lateres, seu cõticulas vel chirothecas cãdentes. Innocentia probabatur, si illæsus quis abiret: sin, nocens habebatur, hanc inuenio aliquando sponte susceptam, aliquando iniunctam prouocato. De ferro candente obtinet hodie apud Laponios, vt docent epistolæ nostrorum, vna P. Luisij Froes scripta anno 1595. narrat illustre miraculum, quod accidit Omuræ, in hanc sententiam. *Fuerat Christianus quidam degens inter ethnicos accusatus furti: & quia hoc crimen seuerissime castigatur in Laponia, Sic vt de eo, quantumuis minimo, conuictus, morte cum nulla venia spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum vere conuincere, ecce mox gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, importune compellunt, vt ritu ipsis consueto iuramentum edat, qui erat, vt in folio chartæ subscripto scriberet, quod erat iurandum, deinde folio in palmam manus deposito, imponeret ferrum candens, manumque constringendo, in suum caput vindictam & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si manus forte amburatur. aiunt experientia probatũ*

eum

eum noxæ esse reum, si vero à læsione cum folio maneat immunis, esse innoxium. Cum igitur hic Christianus in has angustias adductus esset, quippe vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat vitæ discrimen adeundum, innocentiæ suæ confisus dixit: fas sibi non esse, vtpote Christiano, per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per verum. Consentiunt gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo crucis in folio expresso, ferroque candenti imposito, quia id facere cogebatur, magna animi præsidentia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec folium amburitur. Itaque non solum solutus est pœna, quam gentiles illi minabantur, verum etiam culpa, quam falso illi impingebant.

Hactenus epistola Latine edita Moguntiæ anno millesimo quingentesimo nonagesimo octauo. plane vetus hæc purgatio & celeberrima fuit. Sed in Francia tantum licita in causis sæcularibus, vt colligitur ex epistol. Iuonis. 91. & 251. Inuenio ferrum istud ignitum vocatum, *Iudicium*: quod nomen arbitror commune fuisse instrumentis omnibus harum vulgarum probationum. Petrus de Loyheyr. *d* formulam nobis proponit ex sancti Mauritij Andegauensis archiuis istam: *Nostra men sufficienter munita denarrationem & discussionem istius causæ nostræ sæpius in audientia omnium illic adstantium offerebamus & paratos nos semper esse ad omnem iustitiam præferebamus: cum ecce quidam de hominibus, quos Belaÿus reclamabat, Tetbaldus Peletarius nomine, de parte sua surrexit, nobis nescientibus & iustitia nullatenus dicente, & non per consilium nostrum, qui sponte sua se Iudicium portaturum manu sua obtulit. Quod Rainaldus Popardus auunculus suus dixerat sibi, & quæ vere partitio illa facta fuerat de antecessoribus suis, inter canonicos Sancti Mauricij & antecessores illius Berlaÿ, sicut in chartis nostris continebatur. Et sicut Tetbaldus obtulit, sic paratus fuit, & per manum suam in Ecclesia sancti Dionysij apud Duadum, videntibus multis, tam de parte nostra, quam de parte Domini Berlaÿ (quorum nomina subternotata sunt) Iudicium portauit. Post Iudicium portatum Tetbaldus ille, Deo propitiante, illæsus & sanus omnino apparuit. Viderunt autem vel Iudicium portari, vel manum tertia die de more regardari, fere vniuersi homines & mulieres de Doado, & plures de hominibus Domini Berlaÿ testes Iudicij portati, & hominis, Deo miserante, saluati & liberati.*

Vbi cernis solitos causam addere, quæ illos moueret, siue id exprimere, quod probare per Iudicij lationem volebant: vides etiam clericos protestantes, vt irregularitatem & censuras euaderent incurrendas: si hominem ipsi ad hoc adhortati, & mutilatio vel mors subsecuta fuisset. Meminere huius variæ leges Septentrionalium, omnes occupata à Barbaris Italia & Galliis latæ: apud Radeuicum *a* fit mentio legis militaris, qua seruus non deprehensus in furto, sed accusatus, iubebatur vel Domini iuramento, vel igniti ferri iudicio se expurgare.

Leges Francicæ & Longobardicæ iubebant per nouem vomeres ignitos, homicidij accusatum se expurgare. *b* Slaui postquam veram amplexi sunt religionem, in arboribus, fontibus, lapidibus iurare desierunt: recepto vsu, examinandi per Sacerdotes suspecti, adhito ferro vel vomere candenti. *c* In Flandriam quoque hanc legem, Philippus Comes tulit. anno millesimo centesimo sexagesimo

d lib. 1. de spect. ca. 7.

a li. 1. rerũ Fran. c. 26

b Lõbard. l. 1. tit. 11. de patric. Francica lex, l. 4. c. 56.

c Helmol Hist. Slauorum. c. 84.

d Meier. in Chron. Flandr.

quarto.d Si quis vulnus in nocte acceptum alii imputauerit, si scabinis dignum videtur ferro candenti se excusabit accusatus: si aufugerit, manum perdet. Item: *si fur vocatus accusatus fuerit ferro candenti se excusabit, si culpabilis permanserit, suspendetur.*] In hoc iudicio non fuit certus vomerum numerus, vt nec formæ ferri certa species vel pondus præscriptum, vt ex varietate Iudiciorum patet. vt plurimum Francica consuetudine vsos puto in ferri consecratione siue imprecatione, quæ fuit talis, *Deus iudex iustus, qui auctor es pacis, & iudicas aquitatem, te supplices rogamus, vt hoc ferrum ordinatum ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam benedicere & sanctificare digneris, ita vt si innocens (de prænominata causa, vnde purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus acceperit, illæsus appareat: & si culpabilis atque reus, iustissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarandum, quatenus iustitiæ non dominetur iniquitas, subdatur falsitas aquitati. Per Dominum nostrum e*] In *Antigona*, Sophoclis, custodes corporis polynicis, accusati negligentis custodiæ paratos se dicunt innocentiam suam comprobare, & ferri candentis contractatione, & per pyram ambulatione, & iureiurando.

e Annas. Boior. l.

χὴ μύδρους αἴρειν χερσὶν,
χὴ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὀρκωμοτεῖν.

In concilio Triburiensi docemur *f* hanc probationem in Germania non fuisse nobilium, quibus iuratoria duodecim ingenuorum contestatio sufficiebat: sed ignobilium. Verum historiæ testantur etiam nobiles eam sæpe subiuisse, aliquando per laminam, aliquando per chirothecam, aliquando aliter. Anno millesimo ducentesimo decimo quinto. vel circiter *g*, Conrad. Marpurgius inquisitor Apostolicus, si accusati de hæresi negabant, iudicio ferri candentis experiebatur, & si amburebantur, eos porro committebat rogo. Quod ab illo contra Canones perperam factum: si factum, fuit. Iam enim id Stephanus V. prohibuerat, vt postea dicemus. Caroli tertij Imper. vxor Richarda fuit insimulata adulterij, sed candenti ferro crimen diluit *h*, sic Kunigundem Henrici II. vxorem se expurgasse constat: in eo tamen dissentiũt historici, quod quidam velint eam calcasse pedibus nudis *i*, alij vomeres sex manibus tulisse *k*. Quare nisi dicas eam successiue manibus tulisse, & pedibus calcasse: Crantzium à seipso dissentire necesse est. Nonnullos alios de iuuene Georg. Pachymeres massam candentem manibus inuocuis gestasse commemorat. Emmam quoque Angliæ reginam nudis pedibus super ignitos vomeres ad contestandam pudicitiam ambulasse scribit Polydor. *Angl. hist. libro octauo.* Plus est, quod scribit Saxo Danus *l.* in Rugia ad fidem conuersa, matronam quandam, per iniuriam à coniuge adulterij insimulatam: *cum purgandæ infamiæ gratia admouisset candenti lamia: subito ferrum, quod erat exceptura, perinde atque innoxiæ manus contactum fugiens, neglecto pondere, sublime se extulit, penduloque motu gradientis fœminæ incessum comitans, cum ante aram tactandum esset, inter religiosam adstantium admirationem proprio impulsu humi decidit.*

f ca. Nobi li. 2. q. 4.

g Trithe. in Chron. cap. 22.

h Annal. Boior. d. lib. 4.

i Fulgos. l. 8. ca. 1 & Crantzius li. 4. Saxo. ca. 12.

k Crantzius li. 4 Metropol. ca. 3. iunct. d. cap. 12.

l l. 14. hist. Danor.

Exempli vero memorabilis & fidei coniugalis specimen, nobis duo coniuges, Mutinenses Comites, æterna dignum historia, Othone tertio imperante, exhibuerunt. Mariam erat hic nactus vxorem lubrica fide, con-

scientia

scientia nulla: hæc, vt noua Phædra, Comitem Mutinensem in amplexus trahere conata, repulsam vertit in furorem, & odio eius quem impotenter amarat inflammata; crimen suum in innocentem regessit. Nec latuit dolus Comitem. hinc amor in Imperatorem, inde vrgebat honor proprius, cessit honor amori: quia Cæsaris honorem vitæ suæ proponebat. Coniugi tamen suæ, mulieri prudentissimæ, &, quod rarum, forti, conatus Augustæ, responsum suum: calumnias illius, periculum suum aperuit, decretumque sibi dixit, mille mortes oppetere potius acerbissimas, quam tantum Imperatoris sui, de incontinentia & perfidia Augustæ natum, dedecus in lucem proferat. Proinde illam se, si quid de ipsa bene vnquam meruerit, obtestari: virili constantia sexus & coniugij oblita, sententiam, quæ impendebat, mortis ignominiosæ vt perferret: se necato coniugis animum & memoriam resumeret, & animo imperterrito nomen mariti ab ignominia liberaret. Non diu post Comes culpam Augustæ, suo capite, luit, creduli Proeti iudicio condemnatus. Cóuentu deinde Imperiali apud Roncalias instituto, quo die viduis ius dicebatur: Mulier prodit, & coram consessu ex lege Imperatorem ad talionis pœnam vocauit, eo quod maritum suum iniuste de medio sustulisset. Otho admirabundus: *At tu quonam pacto*, inquit, *viritui, quam tactas innocentiam, comprobabis, Candenti*, inquit illa, *lamina*, adfertur Othonis iussu ferrum bene ignitum: adlatum vidua sine noxa cunctis intuentib. apprehendit manu, & tenuit: Externauit miraculum Imperatorem, adeo vt se quidem supplicijs dignum profiteretur, sed moram polceret aliquam subeundi. *Triplex vadimonium differo*, (illa respondit) *reginæ supplicio solum posco*, cuius nefaria calumnia me marito, te fidissimo milite, remp. ciue strenuo spoliauit. Cunctis æquissimum visa petere. Augustus eam collaudat, & prodilatis sibi vadimonijs, quatuor in Hetruria castris donat: Augustam vero, quæ Veneris igne male arserat, carnificis manu in rogum coniectam, iustis flammis absumi iussit *a*. Carolo Caluo Francorum Rege, Ludiuici Germanorum regis terras, nepotibus suis per nefas eripere conanti: Germani primo deprecari vim, & Francis adferri igniti iudicium vocatis, cum illæsi Germani redissent, nec ab ambitioso Rege, quid quam æqui bonive impetrare valeret, sumptis armis illum re infecta, multis amissis vltra Rhenum iterum compulerunt *b*. His fauit, contra, idem Iudicium duodecim vomerum, interfectores Christiani Comitis de Oldenborg in Saxania, prodidit, & in rotam misit *c*.

In Saxoniæ quoque oppido Vittenbergo, excitati publici incendij crimen, impactum fuit cuidam: ille & iureiurando, & Iudicio se innocentem probauit, cum enim longo itinere ferrum candens manu retulisset, illudque illæsus in terram deiecisset: ecce tibi ferrum ex omnium oculis fugit: sed eo ferme anno exacto, quum quidam alius, qui incendij conscius erat, silicibus viam publicam in oppido pauiret, ferrum in arena abditum prodit; manumque valide amburit. mirantur omnes, & vomerem illum recognoscunt, & reum ad iudicem abripiunt: qui quæstione admota verum exsculpsit, & cruribus fractis noxium rotæ imposuit *d*.

a Gothift Viterb. in Chronic Cranzius lib. 4. Saxon. 26.

b Paulus Æmyl. Annal. Francor. lib. 3.

c Alb. Crãzius lib. 7 Metropo cap. 14.

d Crãzius l. 8. Vand. ca. 30.

Aliud æque mirandum apud Cæsarium, *libro decimo. miraculor. capite trigesimo quinto*: his verbis descriptum reperitur: *Referre solet Dominus Bernardus de Lippia, quandoque Abbas, nouisse se piscatorem in Episcopatu Traiectensi, qui cum quadam femina multo tempore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum nimis erat notorium, tempore quodam in Synodo imminenti accusari timens statim ad Sacerdotem veniens, magis, vt post patuit, timore pœnæ, quam amore iustitiæ peccatum confessus est, consilium quasiuit & inuenit: Si habes (inquit Sacerdos) firmum propositum, numquam peccandi cum illa, candens ferrum secure poteris portare, ipsumque peccatum negare. Spero autem, quod virtus confessionis liberabit te. Quod ita factum est cunctis stupentibus, quibus factum innotuerat.*

Læsus tum ab igne non fuit: sed cum postea peccati iterandi in recidiuam voluntatem incidisset, & gloriaretur se non magis adustum fuisse à ferro illo candenti, quam ab aqua fluminis in quo tum nauigabat, aquamque manu hauriret; candentis ferri vicem egit aqua algida, & manum adussit pelle tota detracta. Sequenti etiam capite, idem narrat de quodam pessimo hypocrita, qui peregrinationis pallio scelera contegebat, is ab alio quodam nefario homine nummis conductus hospitis à quo benignus habitus ædes incendio absumpserat, bis exceptus, bis pro gratia incendium immisit. Territus Dominus multos detulit, de quibus suspicabatur: qui omnes expertes culpæ candenti ferro illæsi se expurgarunt. domo tertium ædificata, ferrum in quendam domus angulum abiectum iacebat. Venit post aliquod tempus pseudouiator ille, tertio humane excipitur, videt ferrum, rogat, Cui vsui? Audit ab hospite, quid illo actum. Quin, inquit, illo deinceps ad alios vsus vteris ne iaceat otiosum? Simul manu comprehendit: sed illud repente incanduit, & manum valide adusit, ille cum eiulatu abiicit. Hospes admiratione perculsus, merito suspicatur hunc bis exustarum ædium reum, ergo comprehensum sistit iudici, iudex eculeo, fassus omnia incendiarius in rotam agitur. Tam admiranda sunt Dei iudicia.

Verum quærat aliquis an numquã hæc purgatio fefellerit? Immo memini S. Iuonem pro incerta habere. Nam Epist. 74. agens de hac ferri igniti proba, negat conuictum adulterij militem, cuius manus inusta fuerat. *Cauterium* (inquit) *militis nullum tibi certum præbet argumentum, cum per examinationem ferri candentis occulto Dei iudicio multos videamus nocentes liberatos, multos innocentes sæpe damnatos. Præterea cum talis examinatio fit in Deum tentatio, non est mirum, si diuino iudicio deseritur, cum incaute & sine iudiciali sententia ab aliquo suscipitur.*

Sed habuit Iuo pro incerta, tum demum, quando priuata auctoritate susciperetur, tuuc etiam illicitam credidit, vt docet aperte *Epist.* 254. quando fit, *sine consilio*, vt ait, *& non præcedente iudiciaria accusatione*: licitam vero esse volebat, quando præcedente ordinaria accusatione omnino humana desunt testimonia, nec aliud ad veri indagationem quis habet quod faciat: & hoc casu se iudicem illa vsurum aperte profitetur *Epist.* 251. Sed aperte Canonibus Iuo repugnat, illis ipsis quos citat, qui absolute asserunt tali inuestigatione abstinendum, & delicta tantum ex confessione rei & assertione testium punienda: nec de

multis

multis præsumendum iudicium, sed ea Deo iudici relinquenda. Sed obijcies argumentum Iuonis à simili: *Iurare omnino prohibitum lege: tamen à D. Paulo terminandis litibus permitti. Sic quod canonibus prohibitum, eadem ex causa, & exigente incredulitate humana posse fieri.*

Respondeo disimilem esse causam. Nam iusiurandum in iudicio fieri lex nunquam prohibuit, imò vetus diserte præscripsit. Sed omnes superstitiosas adinuentiones, vt per se malas, diuina lex semper prohibuit: tales autem esse has purgationes STEPHANVS Pont. clarissime definiuit, vt seq. q. ostendemus. Illud etiam miror Iuonem *Epist.* 91. in causis Ecclesiasticis eam non recipere, quasi in laicis causis seu sæcularibus non eadem subsit tentationis DEI, vna ex parte periculum; & prætensa illa veri indagandi necessitas, non æque in Ecclesiasticis occurrat: plane hæsitanti similior & dubitant hac in re, quam docenti aut definienti fuit. Pergamus ad reliquas narrationes.

Aliud ergo adscribam ex eadem, è qua pleraque reliqua, admirandorum fœcundâ Cranzij vrna, de Rollone Normannorum duce, qui Robertus postea vocatus. Nouerat suos in latrocinia, furta, rapinasque properandere: idcirco seueras de his leges tulit; quarum metu pollicens sibi securitatem omnium iussit rusticos intrepide rusticani operis instrumenta in agris relinquere.

Quidam ex agricolis domum reuersus, ab importuna vxore rogatus, cur instrumenta non apportaret, ducis præceptum obiecit. At illa furtim ex agro instrumenta subduxit, & absondit, vt maritum redderet cautiorem, reuersus vir in agrum, vbi non reperit, quæ reliquerat, rem ad loci præfectum defert, Ille ad ducem, vocatus à Duce rusticus, pretium accepit amissorum. Iubetur præfectus ignis purgatione adhibita furem explorare. Primus conatus irritus fuit, nam ignis furem non prodidit, licet omnes rustici subissent scrutinium. Tum Dux, versus ad Episcopum, Deus inquit, Christianorum, si est conscius secretorum, cur furem non prodit? Episcopus necdum bene firmatum in religione non corripuit: sed causam prætendit, quia ignis nondum furem attigisset. Iubetur diligentius inquirere præfectus etiam apud vicinas villas. Nec sic quisquam repertus est. Vocatus à Duce rusticus, an cui indicarit, rem in agro esse rogatur: ille nemini, præterquam vxori dixisse respondit. Vxor quæstionibus admota furtum fatetur. Tum dux marito clam vocato, Sciebas, inquit, vxorem furacem esse, an non? Ille sciebam, inquit. Cui Dux, cur ergo aut non puniuisti, aut non indicasti? ergo iussit ambos suspendio necari. Et hac seueritate legem sanxit. a

al. 2. Norueg. c. 27.

Memoriæ etiam occurrit factum Catholici Hispani Arianum Gothum tempore LEOVIGILDI ad probationem ignis prouocantis, cum enim verbis & rationibus nihil proficeret, *Est*, inquit, *anguis meo annulus aureus: ego eum in ignem iacio, tu candentem collige. Proiectum igitur inter prunas annulum ita ignis permisit, vt eis similis cerneretur. Conuersus ad hæreticum ait, si vera est professio tua, sume eum abigne. Illo autem resistente, at, Immensa Trinitas Deus, si quid indignum te credo, ostende: certè si recta est fides mea, nihil mihi prævalebunt hæc incendia sæua. Et ablatum abigne annulum diutissimè palma sustinuit, & nihil est nocitus.*] Hæc Greg. *l. de gloria confess. c.* 14. verbotenus. Sed hic contestatio fidei sinceræ fuit, non

iudiciaria inquisitio. Verum enimuero non immerito hæc expurgatio semper bonorum & Deum timentium conscientias punxit. Legimus enim de Roberto Cantuariensi Episcopo, cum Regi Eduardo persuasisset, vt Emmam matrem adigeret; ob suspicionem stupri cum Aduino Vintoniensi Episcopo commissi, ad hunc se modum expurgaret, & ea igne maneret illæsa; timore correptum in continentem ex Anglia fugisse, ibique animi mœrore breui contabuisse. *b*

b Polydo Virg. l. 8. Hist. An.

Non dissimile fuit iudicium per brunas, quas vel in sinum conijciebant, vel manu ferebant, vel calcabant. De monacho quòdam, qui vt meretricem, Porphyriam seruaret, & monasterio alicui commendaret, nihil veritus fuit eam secum abducere, & propterea in omnium irrisionem, & execrationem incidit, quas; cum meretrice consuesceret; narrat Leontius *e*, eum cum ægrotasset, & mortem præsentiret propinquantem, coram plurimis iussisse adferri thuribulum plenum candentibus carbonibus, & eos accepisse carbones, & infudisse in sinum, & omnibus audientibus dixisse; *Benedictus Dominus, qui olim rubum seruauit incombustum, is mihi fuerit testis fidelis, quod quomodo meas vestes non attigit hæc, quæ est in igne vrendi vis, ita nec ego attigi mulierem toto tempore vitæ meæ, &c.*] Iudicium idem in Gallia subiuit B. Briccius D. Martini in Turonensi sede successor. Hunc enim populus reum peragebat stupri cum muliere religiosæ professionis commissi, quæ linteamina Episcopi lauare solita, ex aliquo improbo pepererat. Briccius iussit ipsum infantem nondum menstruum in medium adferri: & coram populo interrogauit, num ipse pater eius foret?

e in vita B. Ioã. Eleemosyn. mense Iu.

respondit infans, eum non esse, sed aliũ quem non nominauit. Fiebat id virtute diuina, sed plebs dæmonis operę adscribebat, Prunis itaque candentibus bitrum implet Briccius, & tota defert vrbe illæsus: sic se à libidinis carnalis flagitio alienum professus, quemadmodum flammis vestimentum intactum. Nec tamen furentibus persuasit: sed ab Episcopatu fuit deturbatus. *d* HARALDVS etiam HYBERNVS, se Magni Regis Noruegiæ, qui Hyberniam bello vexauerat, filium probauit incedens nudis pedibus super ardentes prunas. *e* Nec humano in corpore tantum hæc exploratio obtinuit; sed alijs quoque in rebus. Nam Eulalium monachum fiscella palmea in ignem iniecta, & illæsa permanens, suspicione criminis absoluit. *f* Rossis vero fidei Catholicæ veritatem, missus ad eos à Basilio Imper. Episcopus persuasit; cum ipsis postulantibus, liber Euangeliorum in caminum ardentem missus, & per multas horas ibi relictus, tandem igne exstincto integer, nec vllo afflatus ardore fuisset repertus. *g* De Missa D. Isidori, siue, vt vocant MOZARABVM, memorant non dissimilia Toletani Annales. *h* Qua de re ita IOAN. MARIANA; *Communi consensu de Gotthica pretium ratione antiquanda actum. Tentatum id quidem aliquoties erat, neque tamen successerat*, & post nonnulla. *Visum est controuersiam ignis iudicio permittere: sic eius sæculi mores erant rudes & agrestes, neque satis expensi ad* CHRISTIANAE *pietatis regulam. rogo in platea accenso, liber vterque* ROMANVS *& Gotthicus in ignem proiecti. Et Romanus quidem continuo ex igne prosilijt, id populus victoriam interpretabatur: nam liber alter sub flammis & igne diu permanens, illæsus inuentus est. Rege arbi-*

d Gre. Turon. l. 2. hist. c. 1. Sabelli exẽp. l. 10. c. 2. Fulgos. & Marulus & alii.

e Saxo lib. Dan. hist. 13. Crãtzius l. 5. Noru. c. 6.

f Marulus l. 1. exemp. c. 4.

g Zonaras o. 3. & Cedrenus.

h vide Villegam in dispens. hac de re post Hispanicas eius Sanctorum vitas.

tro, ni

tro, nihilominus populo persuasum, vtramque precandi rationem superis placere: quando vterque liber ex incendio euasisset incolumis, &c.] *lib. 9. cap. 18. de rebus Hispan.*

M Qui pyram ingressi probandæ innocentiæ causa, multos inuenio. Nam & Sophocles, vt dixi, agnoscit morem. *Petrus Massiliensis presbyter, suspectus de hæresi, Antiochiæ ipso die Parasceues, Sacrosanctam Christi Domini lanceam manu gestans, nudus corpore, per coaceruatorum late lignorum strumẽta ardentẽ; mediosq; ignes illæsus euasit* i] Poppo Danus presbyter, in fidei Christianæ probationem, vestem prius cera copiosa illeuit, eamque indutus, in medio populi circo, sic se in flammam intulit, & persistit sine vllo doloris sensu (quod sancte affirmabat) donec vestis tota corpori circumfusa, intacta flummis cute, in fauillas redigeretur k, eo permoti miraculo Dani l, duelli purgatione sublata, ignis purgationem introduxerunt, fortassis etiam eos mouit iteratum aliud eiusdem Popponis factum, nam alio tempore, cum verba Danis persuadendis, vt Christiani serio fierent, non satis haberent efficacitatis, percunctatus est: *quid si ad candentis ferri tactum manus eius cernerent intactas, essentne consensuri crediturique? cunctis succlamantibus, Velle: in chirothecæ formam iussit ferrumque cudi, idque ignitum ad ferri. Rubebat igne ferrum ille tamen intrepidus manum immisit ad cubitum, deportauitque ad locum constitutum, Ibi cum ad pedes Regis Suenonis proiecisset, victa manus dedit concio, sponte subiens lauacrum regenerationis.* m] A Theodoro Lectore n historia refertur huiusmodi tempore: Martiani duos Episcopos, vnum Catholicum, alterum Arianum, principio verbis disputasse de fidei dogmate controuerso: deinde

i Pauli AEmyl. hist. Fran l. 4.

k Crãzius l. 3. metropol. c. 43.

l Saxo Hist. Danor. l. 10.

m Saxo d. l. 10. VVitichindus l. 3. Cranz l. 4. Dani. c. 24.

n l. 2. Collectan.

A Catholicum, conditionem concertatori proposuisse, vt vanis disceptationibus prætermissis, rogum ignis secum ingrederetur, & fidei suæ veritatem vterque hoc indicio, DEO comprobaret teste: denique ARIANVM detrectasse ingredi; Orthodoxum nihil moratum, ingressumque ex ipso rogo multis disseruisse, & nec minimum vstulatum egressum

B fuisse.

Vera narratio: sed res non sub Martiano, verum sub Anastasio accidit, vt melius à Cedreno & Nicephoro, *lib. 15. c. 23.* proditum. Iactabat Sauanarola se hoc iudicium subiturum; cum ad rem ventũ, substituit alium pro se: neque hoc detrectabat Minorita accusator; sed hoc tantum, ne ille Sacrosanctam secum Eucharistiam deferret: quod reuera diffidentiæ non obscurũ

C erat signum. a Fulgos. auctor est à Ioanne Gualberto Petrum Archiepiscopum Florentinum, prouocatione ad iudicium piræ accensæ, Simoniæ condemnatum. b Sed verius est id à Petro Albanensi Episcopo factum, qui propterea, *igneus*, fuit vocatus, teste Vrspergensi, *in Chronic.* prius tamen, quam ille Episcopus adhuc crearetur.

D rem totam adscribam, ex vita ipsius GVALBERTI, vt creditur à BLASIO Melanesio fide integerrima conscripta is postquam narrauit sæpe à D. IOANNIS GVALBERTI monach. PETRVM illum Flor. accusatum simoniæ, & eius fautores ad ignis iudicium prouocatos, subdit tandem; *Præfigitur itaque locus & dies, quo istud fieri debebat, vt si qui velint, possint coram intueri. Locus*

E *præfixus est in monasterio Septimi, quod tunc erat ordinis memorati, nunc vero Cisterciensium est. Dies fuit quarta feria primæ hebdomadæ Quadragesimæ.*

a confer eaq; scripsit Guicciard. l. 3. & Volaterran. in Antrop. cum iis quæ Phil. Comin. l. 8. hist. c. 19. qui tẽpore illo vixit.

b l. 8. c. 1. eodem fere modo narratur ex S. Attone Pistoriensi à Cæsare Baroni. to. 11. Annal. anno Christi 1063.

Modus probationis fuit eiusmodi, vt in loco publico duæ lignorum strues iuxta se fierent, quæ obtinerent in longum decem pedes, in latum quinque, in sublime quatuor & dimidium, inter viraſque vero strues semita interesset longitudine brachij prunis ardentibus constrata, per quam vnus ex monachis transiret. Vbi aduenit statutus dies & hora, inuitatur Episcopus Petrus a suis, vt accedat visurus tantæ rei experimentum, ne ciuitas Florentina tam diuturna vexetur altercatione. At ille prorsus renuit. imò si qui charum eum haberent, eos eo accedere vetuit. Sed plebs omnis vtriusque sexus, & cleri maxima pars illuc properarunt. Pollicentur fautores Episcopi, si ea probatio suo potiatur effectu, vt quisquam è fratribus per ignem illæsus transeat, se ipsis suffragaturos, & ab Episcopo defecturos. Itaque sunt Litaniæ & alia preces à monachis, sacrificium solemniter celebratur ab Abbate illius instituti, clericis & monachis adiuuantibus. Vbi ventum est ad agnus Dei, vnus ex monachis fert aquam sacratam ad aspergendum, alius thuribulum, thuris incendendi causa, tertius faculas ad ligna inflammanda, quartus imaginem crucifixi. Inuocatur à cunctis Dominus noster Iesus Christus, & Sanctissima Virgo Maria Mater eius pleno ore, vt rei veritas declaretur.

Sacrificio peracto deponit casulam, cruceque manu gestat Abbas, qui sacrificauerat. Petrus is quoque dicebatur. Litaniis absolutis, vnus ex Abbatibus eligitur, qui clara voce populo exponat petitionis & sponsionis conditionem. Deinde Abbas Petrus, cum cruce, quam manu gestabat, S. Ioanne interim coram adstante, & orante, ingreditur per medios ignium globos, flamma in sublime ascendente, calcatque ardentes prunas, quæ erant in via inter lignorũ censas instructas. Sed prius quam ingrederetur ignem cunctis audientibus, ita precatus est: Domine Iesu lux vera omnium in te credentium, peto misericordiam tuam, oro clementiam tuam, vt, si Petrus Ticinensis, qui dicitur Florentinus Episcopus, pecunia Florentinam sedem occupauit: tu æterni Patris Filius, tu mea salus, in hoc tremendo iudicio, ad me aduuandum festines, & me illæsum sine vllo adustionis vestigijs conserues: sicut olim tres pueros in fornace Babylonica seruasti.

His dictis per medios penetrat ignes, neque corpori, neque vestimentis vllo adustionis vestigio inhærente. Cumque vellet vertere sese, & eadem via per flammas reuerti, à populo retinetur, quippe tam perspicue rei veritatem edocto.

Vide mihi sis Lector, quam admirabundus Deus in sanctis suis, & quomodo diuina sapientia varios ac multiplices, quasi ludos edat, vt admirationem ac venerationem in cordibus nostris excitet. Volat ferrum & in aere penlet, sequiturque manus innocentis vnus, fugit alium, & candentia seruata multis post mensibus inuenit reum ac punit. Popponi chiroteca est ferrea ignita, quod foret ex leni corio suauibus imbuta pigmentis: circa corpus positas eidem adurit vestes, corpore illæso, edax vis flammæ; sed in Abbatem Petrum (qui postea Episcopus Albanensis) vt simonia detegatur, ne hoc quidem valet, sed Babylonium renouat spectaculum. Idem contigit S. Bonifacio: qui simili miraculo ad Tyranni petitionem per medias ignis strues, illæsus ambulauit; & sic Tyrannus, cum Russorum magna multitudine, impulsus, vt Christiano lauacro ablueretur. lege PETRVM DAMIANI in vita SANCTI ROMVALDI capite vigesimo nono & trigesimo. Confer hunc hæc, cum ijs quæ hæreticis accidere. Tam

procul

procul ab eis hæc Dei virtus, quam remota ab eorum mente vera fides.

Duas historias nrrat Cæsarius Cistercien. c. li. 3. mirac. 6. 16. & 17.

in Cameraco (inquit) ciuitate Episcopali infra hoc quinquennium plures hæretici comprehensi sunt, qui omnes timore mortis suam perfidiam negauerunt. Missus est ab Episcopo clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, aductos hæreticos esse sententiaret. Examinati sunt omnes, & combusti sunt omnes: qui cum traherentur ad pœnam, vnus ex eis vir nobilis sanguine, reseruatur à clerico ad vitam, si forte illum quoquo modo reducere posset ad pœnitentiam, cui sic dixit: Homo nobilis es, miseretur tui, & compatior animæ tuæ: rogo & moneo, vt adhuc de tanta perfidia resipiscas, & de errore ad veritatem redeas, ne, per mortem temporalem, mortem incurras æternam. Ad hæc ille respondit: Experimento didici me errasse. Si sera pœnitentia mihi prodesse posset, non renuerem confiteri. Cui cum ille diceret, pœnitentiam veram nunquam esse seram, vocauit Sacerdotem, confessus est homo errorem suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfactionem. Vt autem pius Dominus vim ostenderet confessionis, mox, vt pœnitens cœpit peccata sua confiteri, cœpit & ipsa combustura in manu pœnitentis paulatim minui, quæ in tantum, eo aspiciente, decreuit, in quantum confessio profecit. Medietate confessionis peracta media pars plagæ est sanata: vt autem confessionem totam compleuit, & virtus ipsa confessionis, combustura tam in colore, quam in dolore deleuit, & manus pristinam sanitatem recepit. Vocatus est vir à iudice ad ignem: ad quē clericus. Quare eum vocatis? Vt ardeat, inquit, eo quod in examinatione combustus sit. Tunc clericus, ostendens manum eius sanissimam, liberauit eum à pœnis, cæteris igne consumptis.

A

Hæc cum audisset magister Conradus, respondit Abbati. Et ego dicam vobis simile, quod ante paucos annos apud Argentinam recordor accidisse. Decem hæretici in eadem ciuitate, scilicet Argentina, quæ & Strasburg comprehensi sunt, qui cum negarent, per iudicium candentis ferri convicti, sententia incendij sunt damnati. Die statuto, cum ducerentur ad ignem, quidam ex comitantibus, vni illorum dicebat: Miser damnatus es, age vel nunc pœnitentiam, peccata tua confitendo, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt, animam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret: considero quidem me errasse, sed timeo pœnitentiam tantæ necessitatis, minus acceptam esse Deo: Respondit, ex corde tantum confitere. Deus est misericors & pœnitentiam suscipiet. Mira res, mox enim, vt homo confessus est perfidiam, manus eius plenam recepit sanitatem. Tardante eo in confessione, cum à iudice vocaretur ad pœnam, confessor eius iudici respondit. Non iustum est vt homo innocens damnetur iniuste. In cuius manu dum nullum vestigium combustionis reperiretur, dimissus est.

B

C

D

Habebat idem homo vxorem non longe à ciuitate manentem, horum quæ dicta sunt, prorsus ignaram, ad quam cum venisset gaudens, dixisset que Benedictus Deus, qui me liberauit hodie, ab interitu corporis & animæ, causam ei exponens: respondit illa: Quid fecisti o miserrime? quid egisti? vt quid propter momentaneum dolorem recessisti à fide tua sana & sancta? magis debueras, si fieri posset, centies corpus tuum incendijs subijcere, quam à tam probata fide semel recedere. Sed, quem non seducat vox serpentina? Immemor ille beneficij sibi diuinitus collati, immemor tam euidentis miraculi, consilio vxoris acquieuit & errorem pristinum resumpsit.

E

Deus vero non immemor vindictæ, pro tanta ingratitudine, manum plagauit vtriusque. Renouatum est incendium in manu hæretici, & quia coniux auctrix exstitit restimpti erroris, consors facta est reditui doloris. Tam vehemens erat incendium, vt ossa manum penetraret, & cum vti non auderent clamoribus in villa, quos vis extorsit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic vt lupi vlulantes. Quid verbis immorer? proditi sunt, in ciuitatem reducti sunt simulque in ignem nondum plene exstinctum missi, & in cinerem redacti.

Quid hoc quæso rei? an hæresi flamma, quod vmbra corporis adeone hæresi debita flammarum exustio, vt cum fuga erroris vis recedat ardoris, & errorem redeuntem ardor inseparabilis comitetur?

Quid? quod altero quoque stupendo plane euentu Deus comprobauit, & arreptitio vsus carnifice in hæretico puniendo? stet in ore duorum testium veritas, hi sunt Bernard. Luxemburgius, *in Cæsa. hæret. lit. Z.* & illo vetustior, Thomas Brabantinus, cuius adscribam verba: *Erat circa Cameracum quidam hæreticus astutus valde, qui metuens inquiri & comburi à fratribus Prædicatoribus, qui in dicta ciuitate eo tempore plurimos comburebant, finxit se arreptum à dæmone, & ob hoc ad Sanctum Aicardum in Aspera, obsessos curare potentem ligatus ab amicis deductus est, vt in eo non hæresim propalatam, sed furiam putarent. Et vt audiuit quidam clericus obsessus à dæmone & ligatus quod Eligius Boogris* (sic enim vocabatur ligatus) nempe hæreticus ille, vt patet ex Bernardo) *poneretur in loco: subsequente nocte idem clericus obsessus diuino nutu solutus est, & aggregans mattas & stramina atque Ecclesiæ scamna super ligatum hæreticum* (Eligium) *cumulauit. Ludum autem & furias credens ille dissimulat, quoadusque clericus ignem de lampade sumens comburere hæreticum cœpit, & tunc hæreticus exclamauit. Ad cuius vocem expergefacti custodes, cum ignem exstinguere niterentur, clericus arrepto gladio, quem casu iuxta lectum inuenit, omnes violenter abegit, & hæreticum in igne combussit. Nec mora diuino exacto iudicio, clericus à dæmone liberatus & plene sospes apparuit.*] Sic ille boni vniuersalis libro secundo cap. vlt.

Plane miraculi plena hæc olim purgatio fuit, & ideo non iniuria sublata fuit, quia miracula poscere non necessaria, Deum est tentare. Sed quis vetuit? constat vetuisse FRIDERICVM II. *lib. 2. Neapolit. const. cap. trigesimo primo.* Ex Decreto etiam GRATIANI *a*, videatur GREGORIVS MAGNVS. Caue fallaris, facinus hoc GRATIANI est, vel inscitia scriptorum. Nihil tale GREGORIVS rescripsit, lege totam illam epistolam ad BRVNICHILDAM Reginam Franciæ, quæ superest *b*, videbis purpureę chlamydi assutum stramineum limbum: quem nec Iuo CARNOTENSIS agnouit *c*, nec antiquior GRATIANO, quod sciam. Sed prohibuit STEPHANVS V. ad Moguntinum ARCHIEPISCOPVM scribens: *Ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri à laico libet, sacri non censent canones. Et quod Sanctorum Patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum. Spontanea enim confessione vel testium approbatione, publica delicta, habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare.*

a c. Nem. nama. q. 1

b li. 11. registri, ep. 8.

c pa. 1. decreti post medium.

Occulta

Occulta vero & incognita, sunt illi relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. d

d cap. cõsuluisti 2. quæst. 5.

Quibus verbis subdit Gratianus, non hæc duo tantum purgationis genera quæ hic nominantur, sed & quælibet similia inhibita *e* videri, eo quod in quibuslibet talibus ratio quam pontifex addit æque procedere intelligatur. Quod aperte dictum, *vers. vlt. d. cap. Mennem*, vbi legimus, *Vulgarem denique ac nulla canonica sanctione fulcitam legem, feruentis scilicet aquæ, siue frigidæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricantes hæc sunt omnino facta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmißime.*]

e c. i lib. nanq; in fine 2. q 4

Quæ sane vltima verba indicant duorum alterum, vel si Gregorius ista scripsit, quod non puto, ipsius hodie registrum mutilum exstare, & Iuonem quoque in mutilum exemplar incidisse, in quo nempe tam magna pars epistolæ illius desideretur: vel (quod placet amplius) cum hoc fragmentum alterius Pontificis alicuius rescripti portio esset, id Gratianum confudisse cum Gregorij verbis, vel temporum iniuria ex Gratiani libro titulum, quem huic præfixerat rescripto secundo, totum interijsse, sicque librarios de duobus vnum fecisse desumpta enim hæc vltima verba sunt ex Epistol. Alex. II. ad Ranialdum Cumanum Episco. & subiungenda videntur in fine, *cap. super causa, ead. 2. q. 5.* prohibitum ergo hoc ab Alex. II. sed & prohibitum quoque iterum Apostolica auctoritate ab Honorio III. qui diserte testatur ferri candentis iudicium, penitus esse interdictum: vtpote in quo Deus tentari videtur: & mandat Templarios, qui Liuones hoc iudicium subire compellebant, per censuras Ecclesiasticas cogi eo abstinere f. Fusius hæc paululum prosequi visum, quia postmodum sequenti sectione ijs vtendum erit contra Nouicios quosdam, *aquæ frigidæ*, defensores.

f c. dilecti filii. de vulg. pur

SECTIO IV.

De purgatione vulgari per aquam.

P g Lomba n. 1. tit. 1 Speculi Sax. lib. 1. tit. 39. Leges Ethelonum. ti. 5 & ti. 14. c. nobilis 2. quæst. 4 h num. 5 v. 14 cuius ritum ex Hebr. cõtextu facilius colligas, quã ex Latino videndi quoque Cyril. l. 4. de adorat & Theo. in n. q. to. & Ioseph. l. 3. antiq. c. 19. Phil. li. de special. legib Xist. Senens. l. 2. ver. zelotypia.

IEBAT adhibita vel calida, vel frigida, de calida seu feruente constat receptam legibus Longobardorum, Saxonum, Rhehariorum, & Frisiorum *g*, & irrepsisse per malam imitationem poculi Zelotypiæ, quod Moyses introduxerat apud Iudæos *h*, sed hæc feruens suasu diaboli introducta, illud vero poculum herbarum amaricantium à Deo fuit institutum: qui solus occulta cordis nouit, & iudicat, & nequit cum indicat ea mentiri, & veritatem sic se indicaturum promisit Moysi: qualis sponsio, cum in aquæ iudicio nulla habeatur, prauo more, & præpostera imitatione, per abusum, fuit introducta.

Nam quod Beat. Hieronymus, *in 1. Reg. cap. 6.* memorat his verbis, hauseruntque aquam & effuderunt in conspectu Domini. *Hebræi tradunt, quod coram Domino in eandem aquam maledicta congesta sint: & sicut in lege mulier zelotypa hausta aqua probatur, ita & idolatræ hac aqua probati sunt. Hi videlicet qui se idola coluisse penitus denegabant. Traditur etiam quod quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhærerent, vt nequaquam ea ab inuicem idololatra separare posset. Hoc indicio idololatra*

deprehendebatur, & interficiebatur. Quod & sequentia demonstrant in eo quod ait: Iudicauitque Samuel filios Israël in Masphat. *Iudicare in hoc loco idololatras, secundum legem morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam quod Moyses hoc modo idololatras, qui sibi vitulum fecerant, probauerit, quando arripuit vitulum & combusit, & contritum vsque ad puluerem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel.*

Totum hoc, quia nititur sola Iudæorum affirmatione: nec D Hieronym. affirmat: libertatem nobis reliquit credulitatis. possem vno verbo dicere, non credo recutitis. Si factum, Deo iubente factum à Moyse, de aquæ frigidæ proba, qua isti vtuntur, nullæ nec reuelationes, nec testimonia aut indicia sunt diuinæ iussionis, Quare iure optimo canones eam sustulere[a] nominatim. Superiore sectione de Carolo Caluo breuiter perstrinxi, vt hic fusius & clarius narrarem verbis Caroli Sigonij & Aimoini *b Ludouico Germaniæ Rege Francofurti mortuo, Carolus Caluus Imperator & Franciæ Rex, propere Aquas, Coloniamque contendit, vt Lotharingiam, quæ fratris & filij eius Lotharij fuerat, occuparet: Ludouicus tres filios reliquerat, Carolumagnum, Ludouicum, & Carolum cognomine Crassum. Ex quibus Ludouicus, qui paterno funeri interfuerat, vbi patruum paterni regni fines ingressum castra ad Rhenum posuisse audiuit, ira incensus, quod paternum regnum inuadere esset ausus, Francofordia copias mouit, atque ad alteram Rheni ripam è regione consedit. Ibi iure primum, deinde gratia per legatos petita, cum neutrum impetrasset: decem homines cum aqua calida, totidemque cum frigida, decemque alios cum ferro candente misit, iussos experiri iudicio, vtri regnum illud conueniret, quod cum ipso pater suus Ludouicus sacramento interposito diuisisset. Qui re tentata, cum detrimentum nullum cepissent, nihil tamen æqui obtinuerunt. Ob id Ludouicus, &c.*

Sed quomodo, *tentarunt?* Iane iecta manu in feruentem, & non adusta, docet ritualis adhiberi solita oratio huiusmodi[c], *Deus Iudex iustus, fortis, & patiens, qui es auctor & amator iustitiæ, qui iudicas æquitatem, iudica Domine, quod iustum est, quia recta tua iudicia sunt, qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per aduentum Filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum saluasti, & per eius Passionem genus humanum redemisti: tu hanc aquam per ignem feruentem sanctifica, qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, iussione Regis Babylonis missos in caminum igneum seruasti: tu clementissime præsta, vt si quis innocens in hanc aquam feruentem manum mittat, sicut tres pueros supradictos de camino ignis eripuisti, & Susannam de falso crimine liberasti: ita Domine manum illius saluam, & illæsam perducas. At si quis culpabilis, vel incrassante Diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere: tua iustissima pietas hoc declarare dignetur, vt in eius corpore, tua virtute manifestetur, & anima illius per pœnitentiam saluetur.*

Non igitur ore bibebant, sed manu immittebant. Docet hoc etiam historia quam narrat Gregorius Turonens. de Diacono Catholico cum presbytero Ariano disputante, & ad fidei veritatem comprobandam sic prouocante, *Fiat rei veritas approbetur, succendatur igni aneus, & in feruenti aqua annulus aliquis proijciatur, qui vero*

[a] d. c. Mēnā in fin. & d. c. cōsuluisti.

[b] Aimoin. lib. 5. Hist. Fran. c. 34. & Sigonius li. 7. Regni Italiæ.

[c] Annales Boior. l. 4.

sum sustulerit ex vnda feruenti, ille iustitiam consequi comprobetur. Conditionem hæreticus accipit. Interea Diaconus, diffidentia quadam tentatus, vnguentis quibusdam brachium manumque illinit. hæreticus negat periculum subire: cum Catholicus brachium exsereret, hæreticus vidit vnguentis delibutum, exclamat aduersarium magicis præfidijs confidere, non fidei, oritur altercatio. *His itaque litigantibus superuenit Diaconus alius ab vrbe Rauenna, Hyacinthus nomine, scisciteansque quæ esset hæc altercatio, vt veritatem cognouit, nec moratus extracto è vestimentis brachio, in æneum dexteram mergit: annulus autem qui iniectus fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda, quam vento ferri posset vel palea. Quem diu multumque quæsitum infra vnius horæ spacium reperit, accendebatur interea vehementer focus ille sub dolio, quo validius feruens, non facile posset assequi annulus à manu quærentis: extractusque tandem. Nihil Diaconus sensit in carne sua: sed potius protestatur in imo esse frigidum æneum, in summitate vero calorem reporis modici continentem. Quod cernens hæreticus valde confusus iniecit manum audax in æneo, dicens: Præstabit mihi hoc fides mea: mox ecta manu: protinus vsque ad ossium internodia omnis caro liquefacta defluxit, & sic altercatio finem accepit.*] Hæc ille. *libr. 1. de glor. mar. c. octogesimo primo.*

Exactiores duas formulas, quàm sit illa Auentini, post primam huius operis editionem nactus sum. si duæ, & nó vna potius. Eam quæ plenior est mihi suppeditauit, vir eruditione & religione clarus, & de litteris bene meritus Petrus Pantinus Decanus Bruxellensis, quam in Hispania ex codice quodam Bibliothecæ regiæ, litteris Gothicis ante sexcentos, vt minimum annos exarato, diligenter exscripserat.

A De altera me monuit vir Generosus Marcus Velserus, omnis antiquæ, & nouæ historiæ callentissimus; quam Iuretus ex Cod. M. S. cum Notis in epistol. Iuonis vulgauit, quæ in fine adscribitur cuidam D. Eugenio, his verbis; *Hoc Iudicium autem petente Domino Ludouico Imper. constituit B.* EVGENIVS, *præcipiens vt omnes* EPISCOPI, COMITES, ABBATES, *omnisque populus Christianus, qui infra eius imperium est * hoc iudicium defendat innocentes. & examinentur nocentes, neque periuri perdant suas animas malum consentientes.* Quæ verba non mendosa modo, sed & mutila valde. Suspectum etiam hoc totum, nec enim credo Ludouicũ sanciuisse quidquam tale, cum in capitularibus Caroli Magni parentis eius, aquæ frigidæ probatio disertè prohibeatur. Deinde quis iste S. Eugenius? aut quando vixit? Nam de Toletano, non est quod suspicere: licet formula videatur eadem cum ea, qua Visigotthi sunt vsi: Iureti etiam formulæ desunt aliquot primæ orationes & alia nonnulla, quæ exstabant in illa Gotthica, ideo eam hic tibi exhibebo', ascriptis in margine variationibus ex Iuretina.

INCIPIT EXORCISMVS VEL BENEDICTIONES AQVAE calidæ, in qua manus ad iudicium Dei mittitur.

CVM homines vis mittere ad comprobationem iudicij aquæ calidæ, Primum fac eos intrare cum omni humilitate in Ecclesia & prostratis in oratione dicat Sacerdos has orationes.

Prima oratio.

A

Vxiliare Domine quærentibus misericordiam tuam, & da veniam confitentibus: Parce supplicibus, vt qui nostris meritis flagellamur, tua miseratione saluemur. Per.

Secunda Oratio.

B

Qvæsumus Omnipotens Deus afflicti populi lachrymas respice, & iram tuæ indignationis auerte: vt qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus, tua consolatione liberemur. Per.

Tertia Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi: vt & C *ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitationib. mundemur in mente. Per.*

His orationibus completis surgatur pariter, & coram hominibus illis cantet presbyter Missam, & faciat eos ad ipsam Missam offerre. Cum autem ad communionem venerint; antequam communicent, interroget eos Sacerdos cum adiuratione, & dicat: D

Adiuro vos homines per Patrem & Filium, & Spiritum S. & per vestram Christianitatem, quam suscepistis, & per Vnigenitum Dei Filium, quem Redemptorem creditis, & per S. Trinitatem, & per S. Euangelium, & Per reliquias, quæ in ista sancta Ecclesia sunt reconditæ: vt non præsumatis vllo modo ad istam sanctam Communionem accedere, nec sumendo communicare, si E *hoc vel illud fecistis, aut consensistis, aut aliquam veritatem inde scitis, seu qui hoc egi nostis.*

Si autem tacuerint, & nullam inde professionem dixerint, accedat Sacerdos ad altare, & communicet more solito: postea vero communicet illos. Cum autem communicant ante altare; dicat, Sacerdos:

Corpus hoc & sanguis Domini nostri Iesu Christi, sit vobis ad comprobationem die.

Expleta Missa descendat Sacerdos ad locum destinatum, vbi ipsum examen peragatur. Deferat secum librum Euangeliorum & Crucem, & canat modicam Litaniam, & cum compleuerit ipsam Litaniam, exorcizet, & benedicat aquam ipsam antequam feruescat, ita dicendo:

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi Filij eius, Domini nostri: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & contrarietatem eius, & ipsum inimicum, ne valeat a contendere iustitiam Dei vllo modo, nec manifestationem eius, ipso præstante, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Item alium.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris Omnipotentis, & in nomine Iesu Christi Filij eius, Domini nostri: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & omnem phantasmam diaboli: vt si hic homo manum suam in te miserit, & innocens exstiterit de huius culpa, vel vnde accusatus est, pietas Dei Omnipotentis liberet eum. Et si, quod absit, culpabilis est, & præsumptuosus in te manum mittere ausus fuerit eiusdem e Omnipotentis Dei virtus hoc declarare in eo dignetur: vt

omnis

omnis homo timeat & contremiscat nomen sanctum gloriæ Domini nostri: qui viuit & regnat Deus per omnia sæcula.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, *qui es Iudex iustus, fortis, & patiens, & multum misericors, per quem facta sunt omnia: Deus Deorum & Dominus dominantium, qui propter nos homines & nostram salutem de sinu Patris descendisti, & ex Virgine* Maria *Carnem assumere dignatus es, & per Passionem tuam mundum in Cruce redemisti, & ad inferos descendisti, & diabolum in tenebris exterioribus conligasti, & omnes iustos, qui pro originali peccato ibidem* f *detenti erant, magna potentia tua exinde liberasti: tu Domine quæsumus mittere digneris Spiritum tuum sanctum ex summa cœli arce super hanc creaturam aquæ,* g *quam nos igne feruescere, atque calescere præsumimus, vt rectum iudicium per eam super hunc hominem (nomine illo)* h *comprobes ac manifestes. Te Domine* i *Suppliciter deprecamur: qui in Cana Galileæ signo admirabili tua virtute ex aqua vinum fecisti. & tres pueros Sidrach Misach & Abdenago, de camino ignis ardentis illæsos eduxisti, Susannam de falso crimine liberasti, cæco nato oculos aperuisti, Lazarum quatriduanum à monumento suscitasti, & Petrum* k *mari mergenti manum porrexisti, ne respicias peccata nostra in hanc orationem: sed tuum verum & sanctum iudicium coram* l *omnibus manifestare digneris, vt si iste homo* m *pro hac reputationis causa (videlicet illud vel illud) ad præsens modo manū suam in hāc aquā igne feruentem miserit, & culpabilis* n *ex hac reputationis causa non est, hoc ei præstare digneris, vt nulla læsio,* o *nulla malitia in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrat. Iterum te Deus Omnipotens nos indigni*

A *& peccatores* p *famuli tui suppliciter exoramus, vt* q *secundum verum & rectum iudicium tuum nobis in eodem loco etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac* r *reputationis* s *causa (IL) si per aliquod maleficium diabolo instigante, aut cupiditate vel superbia incitante culpabilis est in* t *facto, vel in consensu, &* u *huius probationis iudicium, subuertere aut violare* x *voluerit, malo confisus* y *ingenio, manum in hanc aquam præsumptuosus ausus fuerit mittere, tua pietas* z *hoc declaret: vt in manu eius dignosci queat, quod iniustè egit,* a *& ipse deinceps per veram confessionem pœnitentiam agat, & ad emendationem perueniat: vt iudicium tuum sanctum & verum in omnibus gentibus declaretur: per te Redemptor mundi, qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen.*

Item alius exorcismus.

TE *autem creaturam aquæ, adiuro te per Deum viuum, per Deum sanctum, qui te in principio separauit ab arida. Adiuro te per* Deum *viuum, qui te de fonte Paradisi* b *manauit, & in quatuor fluminibus exire iussit, & totam terram* c *rigari præcepit. Adiuro te per eum, qui te in Cana Galileæ sua potentia conuertit in vinum: qui super te suis sanctis pedibus ambulauit, qui tibi nomen imposuit Siloha. Adiuro te per* Deum, *qui in te Nahamam Syrum sua lepra mundauit: dicens, Aqua sancta, aqua benedicta, aqua quæ lauas sordes & mundas peccata. Adoro te per* Deum *viuum, vt* d *munda exhibeas, nec in te aliqua phantasia retineas, sed efficiaris fons exorcizatus ad effugandum, & euacuandum, & comprobandum omne mendacium, & inuestigandum & comprobandum omnem veritatem: vt isti,*

causa culpa modo ad præsēs manum.
o vel macula. al.
p famulitii. al.
q al sanct.
r al. reputatus.
s est nota criminis valens. illud.
t al. factu.
u hoc cōprob. iud. al.
x volās al.
y puto dispescendū ingenio.
z alta liter hoc declarare dignetur.
a vt & ipse al Reliqua hæc rursus desunt in Iureti m. s.
b Pāt manare.
c Pant. rigare.
d Pāt vt te mundam exhibeas nec in te aliquam phantasmam vt supra.

qui in te manum miserit, si veritatem habuerit, nullam læsionem in te accipiat: & si mendacium habet, & iustitiam, appareat manus eius igne combusta, vt cognoscant omnes homines virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est cum Spiritu sancto iudicare viuos & mortuos, & saculum per ignem, Amen.

A

Post hæc exuat eum vestimentis suis, & induat eum, vel eos vestimentis mundis de Ecclesia, id est, indumento de exorcista, aut de Diacono, & faciat eos vel eum osculari Euangelium & Crucem Christi, & aspergat super eos de aqua ipsa, & ipsi qui intraturi sunt ad Dei examen det illis omnibus bibere de ipsa aqua benedicta, cum autem dederit vnicuique dicat.

B

Hanc aquam dedi tibi (vel vobis) ad probationem hodie. Deinde imponatur ignis subter caldaria, & dicat Sacerdos has orationes, quando ipsa aqua calescere cœperit.

a Pant. ligna. ego, gnes.

In nomine S. Trinitatis, Deus Iudex iustus, fortu & patiens, qui es auctor & creator clemens & misericors, & iudicas aquitatem, tu iudica qui iussisti rectum iudicium facere, & respicis super terram, & facis eam tremere, Tu Deus Omnipotens, qui per Aduentum vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum redemisti, qui per eius passionem genus humanum subuenisti & saluasti: tu hanc aquam feruentem sanctifica, qui tres pueros, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago sub Rege Babylonis Nabuchodonosor in camino ignis accensa fornace saluasti, & illæsos per Angelum tuum eduxisti. Tu clementissime Dominator præsta. vt si quis innocens ab huius b culpa vel causa sui reputationis, homicidij, adulterij, latrocinij fuerit, & in hanc aquam manum miserit, saluam & illæsam inde educat, qui tres pueros supradictos & Susannam de falso crimine liberasti. Ita Domine Omnipotens, si culpabilis fuerit, & increscente Diabolo cor obduratum; manum in huius tui elementi feruentis c miserit, tua veritas hoc declaret, vt in corpore manifestetur, & anima per pœnitentiam saluetur, & si ex hoc scelere culpabilis fuerit, & per aliquius d maleficij, aut per herbas, aut per Diabolicas incantationes hanc peccati sui culpam occultare voluerit, vel tuam iustitiam contaminare, vel violare se facere posse crediderit, magnifica tua dextera hoc malum euacuet, & e omnium rei veritatem demonstret, Per te clementissime Pater, qui viuis & regnas in Trinitate perfecta. Per omnia.

C

b for. culpæ vel causæ suę reputatione, vel

D

E

ALIA.

ORemus. *Deus qui beatam Susannam de falso crimine liberasti, Deus, qui beatam Teclam de espectaculis liberasti, Deus, qui sanctum Danielem de lacu leonum liberasti, & tres pueros de camino ignis ardentis eripuisti, tu libera innocentes & consigna factores. Per Dominum nostrum.*

Et qui manum mittit in aquam, ad ipsum examē dicat orationem Dominicam, & signet se signaculo crucis, & festinè deponatur ipsa aqua feruēs desuper iuxta ignem, & iudex f perpendat ipsum lapidem inligatum ad mensuram. N. infra ipsam aquam more solito. Et sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse, qui intrat ad examen iudicij. Postea cum magna diligētia sic fiat inuoluta manus sub sigillo iudicis signata vsque in die tertio, quo visa sit viris idoneis & æstimata.

En formulam totam & ritualia, in quibus multa, propter quæ meritò

Sedes

q valde suspicor, hic aliquoties reputatio scripta pro barbara voce reptatio. ais, à voce reptare, acculare seu procedere, q adhuc hodie Hispani retinent, e Pāt. reflet deesse vocula, creaturā fors etiā paulo ante deest alia obdu tatum habuerit. d Pant. pro tat deest vocula ingeniū vt sup. e Pant. o mnem.

f Forte pellatres lapidē ligatam ad mē vel sic expressa lic accepta mensura lapidis deprimis tis seu de trahentes manū de funiculū à quo la pon depē

debat mihi hæc sententia pellucet. Nisi dicas ipso lapide inuoluto exhorasse quamferuens esset aqua ima.

Sedes Apostolicæ prohibuit. Quod hic in fine de obuoluta in tertium diem manu dicitur, hoc eo retulerim: quia si præstigio aliquo manus læsa vel illæsa, interea, euanescente præstigio rei veritatem apparituram, credebant.

Quoad frigidam puto illam eodem modo in vsu probationis versatam: videlicet Deus, vt in feruenti innocentis manum seruabat ab adustione innoxiam, ignis actione prohibita: sic in frigida aliquando nocentis manum amburebat, contrariam aquæ actionem tribuens, frigiditate naturali in supra naturalem ardorem commutata. Ad hanc me coniecturam ducit scriptor vitæ S. Gangulphi Martyris, per hæc verba: *Interim ad quendam veniunt fontem* (Gangulphus videlicet, vxorque) *vbi hu vxorem vocibus compellat. Multa quidem de te coniux passim feruntur fœda & indigna natalibus tuis, & adhuc mihi quidem certo non constat, verene an falso illa dicantur. Tum illa, etiam intrepide iurando, falsos de se rumores sparsos, ait, nec se vnquam alieno concubitu pollutam. At Gangulphus: diuina, inquit, prouidentia, quam nihil fugit, vt se res habeat, tam certis declarabit indicijs. En fons hic propositus est, nec frigidus valde, nec immodicæ calidus. In hunc igitur immitte, manum, & è fundo lapillum extrahe: & si quidem à culpa es aliena, nihil mali patieris, sin autem pollutæ es, non sinet Deus latere scelus tuum. Illa Beati viri, sicut alios omnes, ita hos quoque sermones vecordia ascribens, incunctanter manum iniecit in fontem. Ecce autem, simulatque lapillum secum retrahere conata est, membris fere omnibus obrigescit, & in digitis & brachio, quousque aqua pertigit, abstracta cute, nuda caro cernitur, nihilque aliud misera illa; nisi repentinum interitum exspectat g.*

A

B

C

D

E

confirmat idem Sigebertus, & significat hunc illum fuisse fontem, quem miraculose ex Campania VVarenas Gangulphus transtulerat, conuictam adulterij vxorem deseruit: nec diu post vxoris hortatu ab adultero fuit necatus. Non igitur hac purgatione spectabatur, an aquis mergerentur: confirmat, quod retulidelegatis Ludouici Regis: quo enim pacto decem viri secum aquam tulissent, in quam toti mergerentur? missos tamen cum frigida, narrat Aimoinus. Sic capio quod leges Alsaticæ habebant, vt plebeij & minoris testimonij rustici, aquæ frigidæ se iudicio expurgarent *h*.

gapud Sutium 11. Maii.

Alia tamen quoque fuit aquæ frigidæ proba, qua quis in aquam totus mergebatur: si emergeret tertio, vt innocentem absoluebant, vt docet Abbas *in c. licet in fin. extra ne cler. vel monachi*, &c. Afflictus *ad Constituit. Regni Neapolit. l. 3. tit. 31.* vbi eam consuetudinem merito Frider. II. Imp. ridet, quam etiam Lotharius Imp. iam ante prohibuerat in Legibus, Longobard. *i* statuens, vt examen aquæ frigidæ per legatos & commissarios imperij vbique interdicatur omnibus, vt vltra nō fiat, & illo prior Carolus Magnus in capitularib. l. vlt. Prohibuit etiam Pōtifex, quisquis ille, apud Gratianum *k* & inualidam iudicauit Lucius his verbis: *Ex tuarum intelleximus continentia litterarum, quod cum H. presbyterum: quia infamabatur de homicidio: à sacerdotali officio suspendisses, prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ, suam innocentiam purgauisse, & Episcopum suum eum litteris absoluisse. Quia vero peregrina iudicia sunt inhibita purgationem quam præstitit, sufficere*

h Rhen. German. lib. 2.

i l. 2. tit. 45

k d. c. mēnā in fin.

lc. ex tuarum. de purgat. canon.

non putantes: mandamus l &c.]. admittit accusationem de nouo, & præscribit purgationem Canonicam iuratoriam. Vocat autem *iudicium peregrinum*, quia alienum à canonibus & more iudiciorum ab Ecclesia recepto. Et quia solebat aqua huiusmodi, per clericos benedici, ideo ad ipsam probationem hoc pacto tollendam: dum non inuenirentur clerici ad hoc munus: sanxit in conc. Generali Innocent. 3. ne vllus clericus purgationi aquæ seruentis aut frigidæ, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat. *c. sententiam sanguinis ne cleri, vel monachi sæcu. &cat.*

A

Entibi formulam benedictionis ex dicto libro Gotthico, vna cum collationibus formulæ editæ à Iureto.

B

INCIPIT EXORCISMVM aquæ Frigidæ.

C

**al.* omn. **al.* vnigenitū Dei filium & 9. 5. T. q. 5 ** al. deest* locuistis *sed additur* & per sanctum Euangelium & per sãctas reliquias, quæ in ista Ecclesia sunt, vt nõ præsumat vllo modo cõmunicare, neque accedere ad altare, si hoc feceritis, aut consensistis qui hoc egerint.

VM hominem vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquam. Adduc eos in Ecclesiam, & coram omnibus illis cantet presbyter missam & fac eos ad ipsam missam offerre, cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos Sacerdos cum adiuratione ista, & dicat.

*Adiuro vos * homines per Patrem & Filium & Spiritum S. & per * Christianitatem quam suscepistis, & per S. Trinitatem quam * docuistis, & per istas sanctas reliquias vel sanctam veneration em, quæ in ista Ecclesia sunt, vt non præsumatis accedere ad hoc sanctum altare, nec istam sacram communionem accipere vllo modo, si hanc causam vestra reputationis (hoc est illa vel illa) fecistis aut consensistis, aut scitis quis hoc egit.*

*Si autem tacuerint, * aut nullam professionem inde dixerint, accedat Sacerdos ad altare, & more solito communicet. postea vero cõmunicet illos, qui in aquam mittendi sunt.*

D

*Cum autem communicat, dicat sacerdos * ad altare, * corpus hoc & sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad probationem hodie *.*

*Expleta missa * accipiat Sacerdos crucem & Euangelium & incensum, & pergant ad locum destinatum cum aspersione aquæ benedictæ vbi probentur. Et cum venerint ad ipsum locũ * det illis hominibus bibere de aqua benedicta. cum autem dederit vnicuique dicat. **

E

** al.* nullo hoc dixerit. ** al.* ante ** add. al.* ad laudē & gloriā nominis sui & ad Ecclesiæ suæ vtilitatem *al.* expl. missa faciat aquam benedictam ipse Sacerdos.

& pergat ad locum vbi omnes probantur. Cum autem venerit ad ipsum locum, det illis hominibus bibere de aqua benedicta.

** al:* Litaniam faciens omnibus pro eadem causa Dominum deprecantibus, det examinandis bibere *de aqua benedicta, & cum dederit.*

** In libro Iureti magna hæc in seqq. est confusio, & vt sup. quædam inaniter repetuntur. Ex quibus tamen videntur quædam posse explicari.*

** al.* Hæc aqua sit tibi ad probationem hodie. Per Dominũ nostrum Iesum Christũ qui venturus est & iudicare ** quia segregantur abiquis in penitentia? & sic ff. de lectio. nec al. * te ecce per inscrutabile & ineffabile nomen Christi. & sub quo omnipotētis tuba*

*Hanc * aquam dedi vobis ad probationem hodie:*

Postea coniuret aquam, vbi illos mittere debet dicens ita.

Nota in seqq. mutilum esse nostrum exemplar Gotthicum, supplendum ex m. s. Iureti: quare ex vtroque cõcinnabo, quasi vnam formulam, Iuretiana tamen lectione in marginem relata, ne confundam.

*Adiuro te aqua in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creauit, * & te iussit ministram humanis necessitatibus, qui etiam iussit te segregari ab aquis superioribus. Adiuro * te per ineffabile nomen Domini, videlicet Iesum Christum filium Dei viui, sub cuius pedibus elementum se calcabile præbuit: qui etiam baptizari se in te elemento aquæ*

*rum voluit. Adiuro etiam te per S. Sanctum, qui super Dominum in te baptizatum descendit * Adiuro te per sanctam & indiuiduam Trinitatem, cuius voluntate aquarum elementum diuisum est, & populos Israel siccis vestigijs transire fecit: ad cuius etiam inuocationem Helias, ferrum quod de manubrio exierat, super te natare fecit, Vt nullo modo suscipias hos homines, nomine I. L. illo si in aliquo sunt culpabiles, de hoc quod illis obijciunt, scilicet aut per opera, aut per consensum, aut per vllum ingenium, sed facias eum supernatare super te: & nulla possit contra te facere aliqua causa maleficiorum, nullaque præstigia dæmonum concinnari, vt inuestigatio Dei vel manifestatio possit occultari. Adiurata autem. Per nomen Dei Christi præcipimus tibi, vt nobis per nomen eius obedias, cui omnis creatura seruit: quem Cherubin collaudant, dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: qui etiam regnas & dominaris per infinita sæculorum sæcula, Amen.*

A

B

C

D

E

*& Matthæum, Lucam & Ioannem, & per duodecim Apostolos, & per duodecim Prophetas, & per omnes sanctos Dei Martyres, & per sanctos Confessores & sanctas virgines, per Principatus & Potestates, per Dominationes, & virtutes cœlorum, per Cherubin & Seraphin, per omnia cœlestia Angelorum agmina, Adiuro te per tres pueros, Sidrach, Misach, & Abdenago, & per centum quadragrinta quatuor millia Martyres, qui pro Christi nomine passi sunt, & per S. Mariam matrem Domini nostri Iesu Ghristi, & per populum sanctum Dei, & per illum baptismum qui te regenerauit per manus sacerdotis. Adiuro te * vt si de hoc furtum aut homicidium aut adulterium aliquem fecisti, aut consentaneum exinde fuisti, & sic habes cor incrassatum & induratum, vt hoc approbationis Dei iudicium, per aliquod maleficium euacuari vel euertere te posse facere credideris, si culpabilis es euanescat cor tuum, & non suscipiat te aqua ista, neque vllum malum possit * inimicus contra hoc elementum præualere, sed manifestetur vel declaretur Dei virtus in isto loco per inuocationem Domini nostri Iesu Christi. Propter hoc obnixe te deprecamur Domine fac signũ tale in homine isto, vt si culpabilis est reputationis causa, declaretur per hoc iudicium tuum, rei veritas & nulla tenus eum recipiat aqua ista. Hoc autem fac Domine ad laudem & gloriam tuam, per inuocationem nominis tui, vt omnes cognoscant, quia tu es Deus noster bene dictus & laudabilis. Per immortalia sæcula sæculorum. Amen.*

Iesu præbuisti, qui etiam in te bapt. dignatus est. al.

*al. qui te inuisibile sanctificatione sacratũ, ad animarum purgationẽ inenarrabile instituit sacramentum. Per quem olim & pop. Israeliticus s. pedibus transiuit, & ex aqua ferrum quod casu ceciderat, Heliseus diuina virtute contra naturam natans in suo manubrio redire fecit: vt n. m. s. hũc hom. si in al. culp. est ex hoc q. i. obijcitur scil. aut opere aut consensu, seu conscientia, vel quolibet ingenio. Sed per virtutem Domini nostri Iesu Christi re ijce ex te & fac illum natare super te quatenus cognoscant fideles Christi, nullum præstigium diuinæ virtuti posse resistere, quod non detectum fiat & omnibus manifestum. Adiuro etiam, te per virtutem eiusdem D. N. Iesu Christi, vt ad laudem illius, cui omnis creatura seruit. & cui cœlestis exercitus famulatur clamans S. S. S. D. D. & vt nobis adiurantibus & eius misericordiam obsecrantibus obedias, Qui regnat & dominatur per 1. s. s.

*al Adiuro te & cõtestor per patrẽ & filium & S. sanctum, & per sanctã & indiuiduã Trinitatẽ & per oẽs Ang. & Arch. & per oẽs Principatus & Potestates Dominationes quoq; & virtutes, & pro Dei sedilia. Cherub. & Seraph per dien tremendum iudicij Dei necnõ & viginti quatuor seniores, qui quotidie laudãt Deũ, & per quatuor Euãgelistas, & per sãctos Apostolos quoque Martyres & Cõfessores, nec non per sanctã Dei genitricẽ Mariam, omnesq; virgines, & per cunctum populum sanctum Dei, vel per sanctum baptismum in quo renatus es. Si tu hoc malum fecisti, ex quo culparis, vel assensum aut baiulasti, aut in domum tuam recepisti, aut inde conscius, aut consentaneus exstitisti coram omnibus dicito. Quod si diabolo suadente celare disposueris, & culpabilis exinde es: euanescat cor tuum incrassatum & induratum, & non suscipiat te aqua incredulum & seductum: vt dicat populus, quia Deus noster iudex est, cuius potestas in sæcula sæculorum, Amen. *Hæc forma verbis breuior & succinctior est, sensu tamen conuenit cum Gotthica. * seqq. mutila & mendosa * inimici Panti-*

In Gotthico exemplari immediate sequitur alia oratio: sed rectius exẽplar Gallicum titulum interserit.

Hominis coniuratio.

*Adiuro * te homo N. per inuocationem Domini nostri Iesu Christi, per omnes Angelos & Archangelos, & per omnes Sanctos Dei, & per tremendi diem iudicij, & per viginti quatuor Seniores qui quotidie laudant, & per quatuor Euangelistas Marcum*

()d. in al * al. ſanctum Eu. & ſanctã cr. & ſanctificatis omnibus aqua benedicta, cum timore, & reuerẽtia Dei fiſus de eius clemẽtia proijciat in aquã. Et nihil amplius habet eo. loco Areti.

*Poſt coniurationem autem aquæ exuat eos veſtimentis ſuis, [& induat eos veſtimentis de exorciſta, & alliget in eis ſingulariter ſinus rectæ conſuetudinis] faciatque eos oſculari *Euangelium & crucem, & poſt hæc aſpergat ſuper vnumquemque ex ipſis de iſta aqua benedicta, & dicat adiurationem ſequentem, & proïciat eos ſtatim ſingulariter in ipſam aquam. Hæc autem omnia facere debet ieiunus: & neque illi antea comedant, neque ipſi qui eos mittant.*

A

Sequitur exorciſmus.

Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis & in nomine Ieſu Chriſti filij eius Domini noſtri, qui regnat cum Patre & Spiritu ſancto: vt fias aqua exorcizata ad effugandã & euacuandam omnem poteſtatem, & omne phantaſma diaboli, vt ſi iſte homo deſcenderit in iſtam aquam, & innocens eſt de huius reputationis cauſa, pietas Dei omnipotentis liberet eum, & recipiat eum tuum elementum. Et ſi culpabilis eſt & præſumptuoſus in iſtam aquam deſcenderit, non eum recipiat, ſed declarari dignetur virtus tua in eum, vt omnis homo timeat & contremiſcat nomen gloriæ tuæ ſanctum. Per cuncta ſæcula ſæculorum. Amen Domine libera innocentes & conſigna factores. Amen.

B

Habes (Lector) ritum vniuerſum huius probationis per aquam frigidam, qui olim in vſu, & quem canones Pontificij vetant: non propter verba vel ſolemnia ritualia, quæ pleraque pia, etſi non deſint aliqui in his næui: ſed propter ipſam rem, & quia hæc à vulgo paulatim recepta fuerant Pontificibus tamen Romanis reclamantibus: Nam Pontifices merito damnabant hãc Dei temerariam tentationem, & miraculi quaſi Iudaicam poſtulationem. Et obſeruatione dignum eſt obtinuiſſe paulatim vbique Pontificiam prohibitionem, primum quo ad reliqua crimina: deinde poſt Diui Bernardi tempora etiam quo ad hæreſim: abuſum denique hæſiſſe in ſolo crimine Maleficij ſeu Magiæ: ita tamen hæſiſſe in hoc crimine, vt ſine vlla Dei inuocatione, ſine vllo ritu pietatis aliquid præferente, quaſi per ludum Iudices hac proba abutantur quibuſdam dumtaxat in regionibus. Nam hodie in multis Germaniæ locis maxime VVeſtphaliæ circulo, vtuntur hac proba, in maleficis indagandis: quas enim fama, vel aliarum depoſitione, ſuſpectas habent: eas ſtatim abſque vlteriore inquiſitione capiunt, captaſque extra vrbem deducunt: & in aquam frigidam ita conijciunt, vt dextra manus ſiniſtro pedi, ſiniſtra vero dextro pedi ſit alligata: & ſi ſupernatat, veneficas vehementius ſuſpicantur, & idcirco duriori ſubijciunt quæſtioni: ſin ſubmergantur, innocentes eſſe credunt. De hoc genere purgationis ſeu potius probæ, hactenus inter Catholicos, quibus illibata canonum auctoritas probe conſtitit, illicitam eſſe: ſed Nouatores, qui à Romana Eccleſia deſciuerunt, mire digladiati. Licitam eſſe mordicus defendit, Arnold. Scribonius Philoſophus Marpurgenſis: illicitam contra oſtenderunt prolixe, non VVierus ſolum & Bodinus: ſed inſuper libellis ex profeſſo, Ioannes Euuichius, Hermannus Neualdus, & Auguſtin. Lerchemerus, & ex I. C. Oldendorpius, Hotomann. Ioann. Borcholt. Venatorius & alij, quos citat & ſequitur Godelman. *lib. 3. de Lamijs cap. 4.* quos ego, vt eiuſdem ſectæ homines non magni facio, ſed hæreticos hæreticè Scribonio obijcio, vt ſaltem intelli-

C

D

E

gant

Excusus liber Coloniæ Gymnicum an. no 1568. Defensio probæ aquę frigidæ &c.

gant Nouatores: hanc esse suorum communem opinionem, à qua in iudicijs non tam temere deberent recedere. Postea prodijt libellus cuiusdam Iureconsulti: qui, ex Catholicis vnus & solus, hucusque (quod sciam) scriptis hunc iudicum abusum defendere conaretur. Res magni est momenti: & proinde diligenter, non obiter tractanda & disquirenda veritas, non verborum copia, sed rationum momenti. sit ergo.

QVÆSTIO V.

De proba (vt vocant) aquæ frigidæ, qua strigib. explorandis in Germania quidam vtuntur.

SECTIO I.

Discutitur opinio & rationes Adolphi Scribonij.

A WILH. Adolphus Scribonius, huius sententiæ, & praxis iudiciariæ acerrimus defensor, conatur eam stabilire rationib. partim physicis, partim hyperphysicis, ad physicam enim pertinet, quod dicit de dæmonis leuitate, sagarum pŏdus super aquas sustinente: ad Theologiam vero, quod de ŏdio & antipathia aquæ ac sagarum. Sed vt hoc commodiŭ intelligatur, accipite dicta illius, vt sunt à Richio *a* repræsentata: cui & alij ea referentes, hac in re, consentiunt: *b* non ea contraho etsi possim facile, ne quis me calumniari suspicetur. Dicit ergo ille, hanc supernatationem Sagarŭ prouenire ex Satanica leuitate, vt causa efficiente. Satanam enim esse natura leuissimum, vt pote plus de aĕre, quam de aqua participantem, & ideo posse illas sustentare super aquis: duobus

a c. 4. nu. 129.

b Godelm dict. c. 4. & Binsfeld. de confess. mulefic. p. 1. conc. 2. dub. 1.

B modis, vel se supponendo sagis, & eas quasi dorso eleuando: vel etiam se ijs vniendo, & toti illarum corpori, occupatione & possessione quadam, infundendo: non quidem hypostatica vnione, aut mixtione physica intrinsecè coadunando; sed leuitate sibi connata illis quodammodo, per præsentiam suam, data & quasi communicata. *cacodæmon ergo* (inquit) *substantialiter in sagis diffusus, eas retinet, quantum scilicet ad ipsum spiritum, qui sine sua essentia eas inhabitat, non quantum ad substantiam partium corporis sagarum. Leuitas ergo ea non est, quæ à forma corporis immediatè prouenit: sed aduentitia, externa, & aliunde accepta.*

C Hæc ille, vt obscurè, sic sane mendosè. Obscurissimè: quia vel hoc tantŭ voluit: sagas à dæmone sustentari, prærogatiua leuitatis. quæ ex aerea natura in eo vim habet aquis emergendi: idq; subingresso corpus dæmone, vt solet subingredi energumenas: tuncque illas emergere more vtriŭm inflatorŭ: vel, si hoc non voluit, certe falsitatem sententiæ nŏ intellectæ his inuolucris verborum perperam coaggeratorum contexit & obruit. Mendose vero, quia vterque modus ille supponit dæmonem aereum habere corpus: quod alibi refutatum. igneum potius haberet, & sic ab aqua extingueretur, vel aquam, excalefaceret, & ebullire cogeret: quæ ambo experientiæ, & rectæ rationi repugnant:

D Illa etiam secum pugnant: cacodæmonem substantialiter in sagis diffundi: &, spiritum sine sua essentia eas inhabitare. Quis, etiam credat sagas omnes esse à dæmone possessas, vt sunt arreptitij seu energumeni: & vt fuere Gergezenorum sues? hoc ipsæ sagæ negant, & experientia refellit. Si obsidet, quomodo apparet foris illas ac-

E

cedens? an duobus tum est in locis ? an vero exit & redit, cum lubet ? posset credo: sed sic facere non credo. Deinde si hoc facit eius leuitas : cur cæteri energumeni non æque leues , cur subsidunt in aquis? cur mersi porcorum illi greges; quia noluit eos sustinere? iam ergo non leuitas illa naturæ dæmonis, sed voluntas hoc operatur. Hoc verum est , & eo redit res , cum addit Scribonius: Satanam , vt Dei lictorem eas sustinere: & quia lictori non licet præscriptum iudicis excedere , ideo fieri, vt nec fontes mergere , nec insontes sustentare dæmon queat : ne insontes periclitentur, euadant fontes impunitæ. Sed hoc iam ad hyperphysicam refugium est, de quo statim. Contra illam leuitatem fortiter etiam vrget, quod grauitas & leuitas proprietates sunt rerum corporatarum : quare non magis conueniunt dæmoni , quàm animæ rationali. Sed audio, nescio quam spiritualem leuitatem. Si quia dæmon spirituali leuitate præditus est, hoc potest: certe & anima poterit , quæ ipsa quoque spiritualis tota, & proinde leuis tota; & tota in toto corpore , & in singulis corporis partibus substantialiterque diffusa , non inhabitat modo, sed informat etiam. Hoc vero non posse animam norunt , qui natare non norunt , & aquas aliquando ingressi. Si animæ leuitas hoc non potest : ratio clamat , nec dæmonem corpus ingressum posse , ratione suæ leuitatis. si sustinet , sustinere : quia corporea illa mole potentior eam loco potest mouere , vt doctum libro secundo.

Confugit tandem Scribon. ad Dei voluntatem & prædestinationem : *Quid, si,* inquit, *dicerem Deum ipsum sagarum , quæ scilicet vere reas nouit , corpora singulari quadam & specifica leuitate induere , quain superficie aquarum ferantur? inde certe non sequeretur , Deum ab operibus creationu non cessasse. Ita enim prædisponere potuit , vt si quæ sagæ futuræ sint, speciali quodam modo in aquis nequaquam submergi debeant. Vtrum vero hoc omnipotentiæ diuinæ contrarium esse dicetur? vtrum etiam voluntati, quia non expresse significatum est in sacris literis? minime.*

Nos vero illud fatemur Deum posse cum lubet. dubitamus an vnquam libuerit, indicia nulla inuenimus , cur credamus voluisse? multa habemus argumenta, quæ noluisse, & nolle doceant. ideo petimus probari, quam affirmant, Dei voluntatem: & experientiâ, quam adducunt testem , vt fallacem non semel, mox refutabimus. Quæ vero de noua creatione addit, non extra chorum modo sunt saltantis , sed etiam delirantis. quid enim ad rem illa?

Addit, Aquam ipsam sagas in se ferre non posse. cur putas? *quia* (inquit) *Deus Opt. Max. suo prudentissimo iustissimoque iudicio ab omnibus inde sæculis elementum aquæ prædestinauit salutari hominis lauacro , vt qui à peccatis abluendi essent, & Christi Ecclesiæ initiandi, huius baptismate vterentur, & per hoc medium noui homines facti, quia per tanuam in Christi regnum ingrederemur, qui prius reiecti fueramus. Quandoquidem , inquam Vatinano quodam odio eas accusat , & reijcit : vt si maxime pro viribus tentent , non tamen submergi possint.*

Ecce iam (Lector) non à dæmone petitam causam efficientem , sed ab aquæ natura. Quia insitum illi odium in maleficas. insitum autem ab auctore naturæ: qui cum aquas creabat, iam mente cunctorum præscia statuerat aquas fore salutis nostræ instrumentum.

itaque

itaque insevit odium aquis, illarum, quæ salutis & suæ & aliorum olores, & vexatrices. Sic enim mox explicat. *Et quodnam* (ait) *est illud odium? aquæ Deo placuerunt, quibus vsurpatis peccata hominum ablueret, atque purgaret: in baptismate Christo Dei filio nomina nostra primum damus, & eius albo incorporamur, adeoque in ciuitatem Dei vt germani ciues recipimur: ideoque omnes, qui salui modo fieri volunt, sacræ huic aquæ baptismali immergi ac purgari oportet: at sagæ spreto isto diuino lauacro: toti Trimulati, Deo Patri, Filio & Spiritui sancto, scientes volentes renunciant, & nihili Dei & creatoris opera, nihili ordinationes, & creaturas facientes; peccatores, & apostatæ omnium aliorum fiunt pessimæ. Cum autem hoc scelere in toto mundo nullum scelestius vnquam definiri aut reperiri possit, quid dubitem dicere? si sagæ non submergantur aquis, id fieri ob peculiarem istam antipathiam, videlicet quod elementum aquæ nolit illas intra alueum suum recipere, sed omnino respuat, & omnibus modis fugiat: hunc scilicet in finem, vt peccatrices eiusmodi manifestentur. Nam & creaturæ inanimatæ seruiunt prædicationi, & gloriæ nominis diuini: vt scilicet cœli, ita quoque elementa enarrant gloriam Dei, tum alias, tum in hoc: si peccatum & iniustitia ab illis reuelata puniatur. Aqua in baptismate est sacramentum, est signum, est sigillum initi inter Deum & hominem baptizatum nouii fœderis. Quid ni igitur eodem modo, signum aut indicium esse possit, dissoluti illius, & fracti iterum fœderis? Et hanc rationem siue causam facillime dixerim esse verissimam: vt si aliæ nullæ admittendæ esse videantur, vna tamen hæc recipienda sit.*

Hactenus ille: in cuius verbis quædam sunt verissima, sed non aptè allata ad id probandum de quo ambigebatur. in quibus facile agnoscas spiritum illum, qui scripturæ testimonijs gaudet abuti, & semper summa vi adnisus, vt mendacio veritas ancilletur. Spirituales illas aquæ prærogatiuas, regenerationis ratione illi competentes agnoscimus, Catholici. Sed quid si dicerem cum Principibus nouatorum, quorum summam puto Marpurgi esse auctoritatem: prærogatiuam hanc aquæ singularem non esse: nonne corrueret huius antipathiæ fundamentum? At ecce Lutherus cum ab eo quæsitum fuisset: num, deficiente aqua liceat baptizare in lacte, aut cereuisia? principio quidem inopinata forte perculsus interrogatione, hæsitans, dixit: id diuino iudicio committendum: recollecto post spiritu, & illo suo afflatu entheo, subiunxit: quicquid balnei nomine nuncupari posset, id censendum minime ineptam baptismi materiam. [a] Neque Martin. alter, Kemnitius ille, Leiseri oraculum, satis certò credidit, num elementum hoc aquæ necessariam baptismo materiam præberet: hoc enim si Christo Domino affirmanti, [b] & Apostolis magistrum sequentibus, [c] credidisset: nunquam quæstiones illas: an hic vel ille liquor, sit naturalis & vera aqua, otiosas vocasset: [d] cum ijs, de necessitate aquæ ad baptismum siue de necessaria sacramenti huius materia, inquiratur. Nec etiam CALVINVS id credidit: qui apertissimam CHRISTI DOMINI locutionem *Ioannes* 3. allegorico sensu accepit: &, per *aquam*, intelligi voluit, non elementum illud aquæ: sed ipsum SPIRITVM SANCTVM, qui dicatur aqua, eo quod animos nostros abluat: quia sine baptismo saluari hominem posse putauit: atque ita præiuit, clarumque

[a] In colloqui cõuiuia, c. 17.

[b] Ioã. 3 v. 5
[c] Act. 8. v. 36. & Act. 10. v. 47. Ephes. 5. v. 26.
[d] Examẽ Conc. Trid. c. 2. sess. 7.

signum

signum Anabaptistis sustulit ad gehennam. Sed nos hæc omnia Lutheri, Kemnitij, Caluini, deliria detestamur. viderit Scriboniustamen, quid illis sit responsurus, si hæc sua dogmata torqueant, in imaginariam antipathiæ chimæram. Habemus Catholici, Deo laus, habemus arietes fortiores. *e* Miramur interea, & Caluini strophas atque tropos: & Lutheri vecordiam iuxta ridemus, vt enim de hoc nunc loquar cum & lacte, & iusculo carnium siue herbarum, & vino, & similibus liquidis abluipossimus, negari non posset illa balnei vsum præbere posse, & quo quidque ad abstergendum aptius: hoc etiam efficaciorem baptismo materiam præbiturum. an ergo id, quod Hebræi vocant, *aquam pedum*? pax aurib. quæso, & naribus sit, sordet, fœtet que Luthero soli, eiusque delirium hoc proterue tuenti, tale lauacrum, tale balneum contingat: sed ea lege, vt, pro honesta strigilecula, illi scopæ taxeæ, quibus strigmenta deradantur, & amurca nitro cõdita. pro ceromate, adhibeantur: sicque stringatur toto enixè corpore, pumicetur, leuigetur. nihil illo mundius, nihil bellius, nihil augiæ stabulis dignius inuenietur.

Quid ais Scriboni Vatinianum aquæ in sagas odium est; an ergo aqua prædita ratione? ideo enim irasci belluas & odisse negant Philosophi, quia ratione carent. Metaphoricum, inquies, odium intelligo: & quale in plantis cernimus, sed etiam talis in plantis amor, qui tamen in aqua, & alijs elementis nullus cernitur, nisi quædam ad locum suum, quoniam is ad eorum conseruationem putatur facere, propensio. Si sagas odit aqua, cæteros amet. vnde hoc probabis? fateris video naturalem hunc amorem non esse vllum nec odium sanè: sed vis supernaturalem hunc affectum esse. quæro, an eius sibi conscium elementum aquæ, an ignarum? non dices conscium. Quid enim absurdius? quia nec sensu quidem præditum, quanto minus cognitione? & hoc necessarium foret, vt sagas à cæteris discerneret, sed non discernis etiam, cum & hæreticos alios & hypocritas sic, Diui Bernardi tempore, expuerit. Eius verba postea recitabo *ex serm. 66. in Cat.* Ignarvm est ergo, & sic mouetur à Deo. Nouone motu quoties saga aquis inijcitur? non hoc satis explicat: & videtur velle semper hoc operari decretum Dei, ab eo tempore, quo Devs aquæ elementum creauit: & ex hoc Dei decreto semel sancito, vim hanc aquas accepisse. sicut herbæ nimirum vim illam sibi similis per semen producendi, lege illa primitiua, qua iussæ Geneseos primo. *Germinet herbam terra virentem & facientem semen, &c.* Nihil dubito, si hanc legem Devs ab initio posuisset aquis, hanc illis in perpetuum vim competituram. Sed vt hoc credam à Deo factum, necesse sit alias adferri probationes, vel ex scripturis, vel ecclesiastica traditione. in re tanti momenti solis niti coniecturis; hoc vero nec sobriæ, nec sanæ mentis est, vel sapientiæ. Omnes nos salutari lauacro abluinecesse est, vt salui simus: quid tum? nemo hoc Catholicorvm negat: negant nonnulli Nouatores. Huic sacro baptismati, totique sacratissimæ Trinitati sagæ renunciant: hoc quoque fatemur, & ideo cunctis supplicijs dignissimas, & scelus earum atrocissimum profitemur. quid inde consequitur? Odere idcirco illas aquæ & exspuunt onus molestum, credo, vt aquæ viuæ cadauera: sed fors hoc propter aquæ & aeris copiam, quæ in ca-

cadauera

e vide infra sect. 3

dauera se insinuauit. Viua corpora mergerentur: non supernatarent. Verum audio hoc fieri, quia sagas aqua prodere mauult, quam celare crimen: & sic quasi præconem agit. Scio creaturas omnes laudare Deum, & gloriã Dei enarrare: sed hoc non faciunt, eo modo, quo Iosue iussit Achanum dare Deo gloriam. non quo Pharisæi id à cæco nato exigebant: sed sua pulchritudine, ornatu, vtilitate, & efficacitate, quam ipsis Deus tribuit, opificis & creatoris sui bonitatem, sapientiam, diuitias & potentiam hominibus annunciant. Illa vero confessio & indicatio, & vt ita dicam præconium, siue mauis accusatio: quam confingit Scribonius: sacris litteris, concilijs, Patribus, & Ecclesiasticis monumentis noua est, & inaudita: quare nec vero similis, nec credibilis, nec tuta. scilicet alia nobis media Deus non reliquit, ad explorandam veritatem. Signum est initi cum Deo fœderis: hoc scimus & credimus dicenti. Deo signum vt credamus eandem esse fœderis violati, postulas? da simile testimonium, & credemus. Das nullum? non credimus istud, qui illud confitemur. Deinde non aquæ quatenus est aqua, vt instrumento, neque vt sigillo, salutem tribuimus nostram: sed quatenus ad aquam accesit forma baptismalis. salubriter illa abluit, quando verbum accesit ad elementum: tunc enim factum est Sacramentum, quod nudum prius erat elementum. Tolle verbum: nec sacramentum, nec sigillum agnosco, tunc dicam aquæ laudem Dei & gloriam nobis annunciari per terram, per aërem, per ignem: & quæram cur non hæc aquæ sagas prodant? cur illis aër spiritum non reddit difficiliorem, & lenta prodit præfocatione? cur non subsidit terra, & medias haurit, vt sic prodantur? cur nõ aër illas solo allidit, & vicissim resultu, vt pilas, terra in aërem repercutit? cur ignis illis communem se cum ceteris præbet creaturis? Equidem si odio sunt vlli elemento, igni erunt odio: nam ignem illæ præ cæteris elementis odêre: & mutua solet esse antipathiæ ratio. Sunt & alia plura, de quibus sequenti Sectione.

SECTIO II.

Excussa sententia & rationes I. C. *cuiusdam Catholici.*

I. C. quem dicebam, & cuius parco nomini, primum dictum Scribonij de Diabolo sagas sustentante reijcit, censet enim nullum hic esse factum, nullum ministerium, neque operam vllam dæmonis, sed Dei omnipotentis solius, per suos ministeriales angelos bonos, id exsequêntis *a*. Qua in re, quam minus securam sit ingressus viã mox ostendetur: illud autem ab eo consultè fuit additum his verbis *b*: *licet sæpe holitor sit opportuna locutus, tamen multum intererit* Dauusne loquatur ad hæros: *ideo ne scientiæ vel sensuum altitudine potius, quam exercitij Christianæque charitatis pondere hæc scripsisse videar: totum dependere me à sanctæ matris Ecclesiæ auctoritate profiteor, nihilque quod eidem in vllo aduersetur, determinate, multo minus obstinate, defendere velle.*] Salutarem profecto clausulam exosculor, & hanc illi mentem gratulor, speroque futurum, vt, cum Ecclesiæ sententiam Canonibus priscis luculenter expressam viderit, cum rationum suarum & imbecillitatem, & communis sententiæ vim, atque momenta diligentius

a c. vlt. n. 238.

b supra n. 239.

perpendit, liberaritque: sese illi sit adiuncturus, prudentis sane est, communem potius Theologorum & Iurisconsultorum Catholicorum sequi orbitam: quam recentium & Nouatorum ratiunculas, prima specie fucum aliquem acuminis præferentes, ampleCti. Maiorque apud sinceri iudicij homines auctoritas, est traditæ à summis Pontificibus praxis & doctissimorum totius Europæ virorum scriptis consignatæ: quam aliquot latrunculatorum, vulgi opinionem sequentium, periculosæ experientiæ, & vsurpationis. Ego nihil in hac tractatione scientiæ exquisitoris vel sensuum altitudinis profiteor: sed tamen studium veritatis, & diligentiam, & lucem nonnullam, pro ingenij mei tarditate, & imperitia scribendi, spondeo. Spero concertatorem, vt vult alios ipsum ab omnibus ferme dissentientem benigne ferre: non ægre laturum, si soli ipsi non consentiam, vt cum tot viris clarissimis & doctissimis conspirem & sentiam.

In primis quod supponit plerosque iudices hac hodie vti proba: id scio verum non esse: nisi fortassis de sola loquatur Germania. Nam in Italia, Hispaniaque (vbi illibata Canonum auctoritas) penitus nulli ea nunc vtuntur. In Francia & Belgio, vel nulli omnino: vel adeo pauci, vt eorum ratio habenda non sit: ijque non nisi indoCtiores, & rurales iudices. In ipsa Germania, doCtiores quique hunc vsum improbare cœperunt: & illi ipsi, qui nondum deseruerunt, cum scrupulo & anxietate, metuque erroris id faciunt: vt patet ex epistola VVestphalorum ad Godelmannum missa, & eius operibus inserta. Plerique etiam, vt I.C. illi Germani quos citaui *quæst. 4. sect. vlt.* testantur, iam paulatim in desuetudinem multis in locis eam abire. Hoc ergo sensu vera est inscriptio operis illius: *hac proba plerosq; hodie iudices vti.* Hoc promisso.

Sententia scriptoris illius (vt eam non minus fide, quam compendiose totam ante oculos proponam) in summa hæc est: *Quando indicia sufficientia ad comprehensionem adsunt, tunc comprehendi debere:* (quod certum est) *quando vero contra incarceratum vehementiores præsumptiones (etiam species facti) accederent, tales vt communiter ad torturam sufficientes esse possent: tunc non esse confestim quæstioni subijciendos, sed ad firmius robur præcedentium indiciorum, probam hanc aquæ primitus adhibendam: non ad reum per hanc conuincendum: sed præparandam & muniendam torturæ viam, & momentum faciendum tanto confidentius.*

Considera (*lector*) iuxta hanc sententiam duo, primum concedere auctorem, ad pœnam siue supplicium inferendum non esse adhibendam hanc probam: sed tantum ad torturam. Deinde quoad torturam: ea non vtendum iudicibus ad supplementum quando desunt sufficientia ordinario iure indicia: sed tantum ad confortationem præcedentium indiciorum, alioqui satis validorum ad torturam: idque duntaxat, vt iudex sic confidentius possit ad torturam procedere. Ex quibus patet primo, quam exigua sit & quam non necessaria ad iudiciariam inquisitionem hæc proba. solum enim prodesset ad torturam, idque non nisi quando iam ad torturam sunt indicia sufficientia. si sunt sufficientia: iam non necessitatis res est, sed abundatioris tantum cautelæ, & quasi curiositatis. Rursus, si certum à Deo missum signum est: cur non vt ad torturam, sic etiam ad condemnationem

a sicille n. 24.

tionem quoque adhibeatur, eodem modo? verbi gratia, vt confidentius iudex condemnet. Immo maior videretur esse necessitas huius probæ: quando testimonijs conuicta sufficienter saga, torturam tolerantia elusit: quam in casu, quo probam aduersarius requirit: adeo, vt nisi omni tempore prohibita hæc foret, tunc potius ea vtendum videretur.

A

Illud etiam non capio, quod subdit, B *pleraſque è leuioribus indicijs comprehenſas vbi generali inquiſitione facta, nulla qua adminicularentur indicia ſuperuenirent, aut ante aut poſt aquæ probam: purgatione canonica indicta, ac eiuratione ſolemni præmiſſa, per ipſos dimiſſas eſſe & reſtitutas (ſic aiunt numer. 28.)* bene quod dimiserint: non bene, quod probam tunc instituerint. Nam si tantum erant indicia ad capturam sufficientia: ius illis non erat, (ex ipsorum-met sententia) cogendi ad hanc probã: tunc enim dumtaxat asserunt probę huic esse locum, quando ad priores illas pro captura, vehementiores aliæ præsumptiones accederent & insurgerent, quæ communiter ad torturam sufficerent (vt dictum ab ipsis *numero vigesimo quarto*.

C

Deinde si hæc legitima probę species est: ad canonicam purgationem veniẽdum minime fuit. cedo enim, vel mergebantur, vel non, si mergebantur: cur vt innoxias non soluis? cur adigis ad vlteriora? nonne sat expurgata, quæ Deo iudice expurgata? certe conditio hæc vulgarium huiusmodi purgationum semper fuit: vt quibus euentus fauisset, ei se iudex fautorem exhiberet: absolueretque, quam vel aqua vel ignis absoluisset. Si supernatabãt: quid adhuc testimonijs egebatis? certe non nisi, quia probæ vestræ in omnem partem incertitudinem noueratis. non ergo hæc Dei miraculum est: si incerta, si dubia. Vos ipsi præiudicio vestro causam præuaricamini.

D

E

Sed addunt *b* experimenta innocentium quorundam, qui, cum vellent probare sponte sua, mergebantur, sicque fassi sunt cognatos affinesque suos, quos videbant immersabiles, vere culpæ reos esse: immo & ipsi se accusatores ac vindices præbuerunt. Vnumque narrant exemplum his verbis. *E diuerso contigit vetulam quandam ſtipite arundineo nixam (quæ ante complures annos maleficij, vna cum marito & ſorore, inſimulata & comprehenſa, his ſupplicio abſumptis: illam quod & leuiores tum contra ſe quam contra ceteras præſumptiones militarent, pariterq; grauida & partui proxima eſſet: in exilium fuerat relegata, vbi contra idem idem geminatum ac ſub pœna Magiſtratus interdictum, prouinciæ ac habitationi ſuæ ſe intuliſſet) comprehenſam ac aquæ ad ſubmergendum hoc an. 1594. adiudicatam, carnificique traditam, tanta potentia aquis ſeſe ſapius, interdum & vſque ad humeros videndam extuliſſe, & quaſi ebuliſſe, & proſiluiſſe, vt demergente, & obtrudente eam ſæpius conto carnifice, ſub aquis vix contineri potuerit: exſtitit itaq; tum multorum ſermo, ipſam niſi tanta vehementia conto per carnificem fuiſſet depreſſa, ac in aquis detenta, facili & quidem celeriori negotio, quam homini eſſet poſsibile, enatauram ac euaſuram fuiſſe.*] *b* nu. 29. & 30.

Hanc scriptor, hoc indicio fretus *c*, nihil dubitat maleficam, & comburendam fuisse potius, quam submergendam. Ego hic rursus hæreo. si comburenda: ergo vult indicium sufficere ad mortem, & contradicit suæ positioni: qua ad torturam duntaxat eo vtendum censuit *d*: Item, si conto eam sub aquis carnifex potuit detinere & mergere: non igitur Deus hoc per suos ministeriales angelos *c* num. 31.

d nu. 24.

bonos exsequitur, & sagas arcet ac repellit ab aquis, vt postea dicet ipse *nu.* 138. Nam quis hominum robur vincat angelorum? si angeli expellebant: qui fieri potuit, vt conto carnifex, angelis contranitentibus, eam potuerit submergere,& aquis præfocare? Non igitur erat cur dubitaret, & tam multa scriptor ille meditaretur circa hanc facti speciem *e*: sed paucis poterat concludere. hic effectus à vi naturali non manat : nec à Deo manare putandus: non enim Dei voluntas, & ministrorum eius efficacitas, in hac vna maleficа irrita foret: restat , vt vis enatandi extrinseca sit,& ab illo: qui hominum gaudet interitu ac deceptione : cuius tamen conatus omnes à ministris iustitiæ Deus, vt plurimum, patitur superari.

e n. 32. 33. 34.

Video hic dæmonem conantem pactis conuentis stare, & sagam vndis expellentem : video vinci à conto carnificis:qui id fieri potest? certe digitus Dei hic est , carnifici victoriam tribuentis , quia iudicium Dei exsequitur. Si hæc & consimilia verissima meditatus fuisset , non confugisset ad illam regulam, qua putat difficultates omnes decidi & exhauriri *a. Iudices indicijs quæ ad torturam de iure sufficiunt præcedentibus , posse in supplementum plenioris & legitimæ probationem, sine conscientiæ læsione , ita facere , vt dilucido , & stricte lictori mandato , sufficienti interuallo interiecto , apparere ipsis ac omnibus circumstantibus, de natatione vel submersione delata , sufficienter posit.*] addit & alias cautelas circa modum. primo hoc interuallum vnum esse debere, & aliquanto laxius, saltem ad solius iudicis non carnificis arbitrium distinctum & temperatum: debereque iudicem aduigilare,vt omnis fraus,collusio , fucus,indiligentia , vel implicatio absit. Cautela hæc bona est, si res ipsa licita foret.

a n. 15. cũ seqq.

Solent enim omnes mergendi & natandi imperiti,sed & periti, dum merguntur : ante quam aquis præfocentur,aliquoties supra aquas capite & interdum humeris efferri, conante quãtum potest natura hominis conseruationem. diligenter itaque videndum ne quid tale hic eueniat, quod Magiæ asscribatur,vel miraculo Ideosuspicor addi ab auctore:iudicẽ omni cura prospicere debere, quid naturæ : quid miraculoso indicio sit tribuendum. Sed frustra sunt cautelæ omnes nec vlla humana prudentia vnquam poterit sanctum efficere, quod,quia illicitum est: vitandum erat. Neque nunc disputamus,quid iudici faciendum vt hoc indicium exerceat cautè & circumspecte?sed an vllo id ei modo liceat exercere?

Quod postea *num.* 38. requirit, non accedere iudicem ad hoc experimentum,nisi vehementissima, & plusquam ad torturam sufficientia præcesserint indicia:id pugnat cum ijs quæ *numer.* 24. *& num.* 35. dixit, sufficere præsumptiones vehementiores , quæ ad torturam communiter sufficerent. si sufficiunt , quæ ad torturam sufficiunt. cur non requirit , pluspquam sufficientia ? si præcesserunt pluspquam sufficientia:quid hac opus proba?sicut enim ad condemnationem , vbi reus legitimè conuictus, vel, ipsa facti notorietate, res luce meridiana clarior est : hæc proba foret superflua *b*: Sic etiam, ad torturam superflua erit: quando sufficientia ad eam habentur indicia. Nec enim superfluæ inquisitiones iudicibus permissæ sunt,*vt docebitur lib. seq.*

b ca. 1. de proba.

Quod addit *n.* 39. discrimen esse inter

malefi-

maleficos & alios criminosos : & in maleficis , propter difficultatem probandi, maiorem licentiam iudicibus concedi , vt scilicet hæc aquæ probatio admittatur;in criminibus cæteris non admittatur, sed in ijs canonicæ & ordinariæ purgationes sufficiant. item, peculiare esse hoc in maleficio , quod licet Panormitan. (quem DD. alij veteres sunt secuti) censuerit in aquæ frigidæ purgatione supernatationem esse documentum innocentiæ : tamen in solo crimine maleficij contrarium notandum.id vt gratis dicitur,gratis posset negari,& ex dictis D. Bernard. *Sermon.66.in Cant.in fin.* vbi idem hæresi & hypocrisi tribuitur , falsum apparet.Nobis nunc tamen, id est, minime negligendum. ex eo enim pellucere potest vanitas vel probæ , vel defensionis eius. Et enim si hæc proba ad condemnationem institueretur post torturam,aliquid forte ad rem pertineret , quod de difficultate probationis in hoc crimine prætexitur. Nam difficultas tota , quæ in hoc crimine peculiaris iudicibus occurrit: inde nascitur,quod sagæ plerumque tormenta eludant per somnum vel indolentiam: ante tormenta vero,ad indicia quæ pro tormentis sufficiant , longe plura inuenias momenta contra sagas, quam contra adulteros , vel nefariæ veneris reos. plures enim correi sunt sagarum , & hoc crimen non occultius admittitur, quam ista quæ dixi: in quibus vnicus duntaxat est concius,& secreta thalami quæruntur, quodque dici solet, etiam soli & astris reliquis ea occuluntur.

Cum itaq; velit auctor hanc probam ad torturam duntaxat præmitti : non est,quod in hoc sagarum crimine peculiare ius introducat. Cæterum, quod à cæteris criminibus non modo hoc excipit, sed etiam contrariam illi quandam ab extrinseco conditionem appingit:scilicet etsi criminosi alii iuste accusati mergantur , tamen in hoc crimine sagas mergi non posse. hoc certè, si ratione criminis fieret : consequeretur eas mergendas:quando de alio crimine (puta furti) accusatę,iuxta ritum illum veterem , de quo Panorm. egit, aquis inijcerentur,si noxię forent:quęro igitur,mergentur, necne ? Si mergendas dicat:contra , sed illam quam narrauit *num.* 30. patet , mersam non fuisse vi ponderis sui,sed violentia cõti deprimentis : & tamen sagam fuisse dixit,& damnatam dixit , quia exsilij mandatum bis infregerat , atque ita non propter maleficium.nec enim ratione maleficij ad aquas damnassent, vbi moris est ad rogum mitti iuxta leges Imperij. Si dicat non mergendas: certe iam sequitur,hanc supernatationem non esse introductam, duntaxat à Deo ad dirigendum iudicem , in eius criminis iudicio, de quo disceptatur. tunc enim non ageretur , nec iudex inquireret,an esset rea maleficij , sed an esset rea furti, puta , vel adulterij. In quibus criminibus deciperetur tunc hac proba iudex. Nam dum de furto quærit , si non mergitur (quia saga) certe absoluet eam, quæ verè furti rea sit,quia non demersa : & ideo à furto immunis censenda. Nec ad rem facit, quod hinc indicium capiet maleficij.

Quid si enim nulla cõcurrerint alia, eo quod etsi saga sit,nulla tamen de ipsa suspicio habebatur ? certe iudicis officium erit dimittere:quàm miraculo Deus sagam esse docuit. Si non dimittit , iniquus erit iudex , qui furti ream,diuino expurgatam iudicio, non dimittit. vides in quot se stimulos conscientiæ inijciant: qui has Nouitatum

superstitiones, vulgariaque sequuntur opinamenta. Nunc videamus, quibus rationibus suam probam defendat, & singulis ordine respondere conabor, habentur *eius cap.* 2. & toto postea *cap.* 4. vbi excursionem vnam prolixissimam addit, qua narrat & describit Dei prouidentiam suauissimè omnia regentem, & mortalibus optimè, ne dęmon illos decipiat, prouidentem: & per Angelos custodes etiam singulorum elementorum omnium satagentem. hanc quidem probam peragere per eum, qui aquæ præest elemento.

Multa in ijs deducendis accumulat, non certa, nec probata. Et quamuis omnia forent certa & probata, nihil tamen nos ea premerent. Esto enim Deus impedit, ne dæmon nos opprimat, vt vult & posset: ergo nullum lædit? vbi Iob? impedit Deus ne nos, ac ac iudices & magistratus præcipuos ad lubitum decipiat? ergone semper & omnes? vbi Achabore deceptus Pseudo prophetarum? vbi Susanna falso crimine damnata? Quod denique dicit, *num.* 223. pauciorum miraculorum hodie causam esse, fidei inconstantiam & teporem; ea quidem vna est; sed melior alia, quia stabilita iam semel fide, minor est, vel nulla necessitas eorum. Et quod *n.* 226. addit opera omnium rerũ creatarum siue bona, siue mala Deo esse attribuenda, id nisi sane explicetur, catholicum non est. nam culpæ mala seu opera, quibus peccant homines, Deo, qua mala sunt, tribus fides vetat. Sed puto eum de actu naturali tantum: & non morali sensisse.

Primum argumentum eius, pro hac probâ, est, inter alia multa, id quoque à iudicis arbitrio pendere, vt probationibus ijs pro arbitrio vti possit quas adhibendas iudicat, & ijs credat, quantum ijs probatum existimet, vt Hadrianus Imperator censuit. *a Respond.* Probationes iudicis eatenus esse arbitrarias, vt ijs ex legum præscripto sic vtatur: vt nullas assumat, quę iure prohibitæ sunt, qualis est ista, de qua agitur: nullas etiam, quas Deum offendere vel putet, vel putare debeat, qualem istam esse postea ostendam. hoc sane, quod de arbitraria iudicis licentia in criminalibus sæpe iactatur, suis cancellis, & Iurisperitorum sanctionibus, postea lib. seq. includam, & licentiosam proteruiam voluntate, pro ratione, abutentium, frenis velut infrunitum animal constringendam moderandamque docebo.

2. *Argumentum* præsupponit, iure Canonico non prohibitam esse hanc purgationem in crimine maleficij. quia ius canonicum non dicit expresse, non licere in hoc crimine hac proba vti; & quæ expressè prohibita non sunt, illa stare non prohibentur. *b* tum quia crescente delicto modus pœnæ & tormentorum debet crescere. *c* Ex hoc fundamento sic argumentatur. Hoc crimen quotidie augescere videmus: licet igitur iudici genera veritatis inquirendæ inuenire noua, non prohibita. quod probat multis DD. dictis generalibus. *Respon.* Fundamentum præsuppositum esse vanum, falsumque. Quia sic posset probare in maleficij crimine ad eruendam veritatem, etiam duellum indici à Principe posse. Nam nec duellum in maleficij crimine indici, est iure prohibitum, expresse facta mentione maleficij. sic posset de ferri candentis probâ hoc idem inferre. Sed cum in his pateat illationem huiusmodi non esse faciendam; satis apparet, nec de aquæ frigidæ proba, hoc dici posse. Sicut ergo duellum fieri nõ potest ad pro-

a l. 3. §. eiusdem D. de testib.

b arg. 1. nec non 8. §. quod eis in verb. sed si leges non prohibeant D. ex quib. cau. maio. in integ.

c l. releg. D. de pœn.

batio-

bationem maleficij, idcirco duntaxat: quia duellum fieri generaliter prohibitum fuit: non poterit etiam hęc proba adhiberi, propter eandem generalem prohibitionem. Nec enim solent leges purgationem aliquam prohibentes addere, vt non liceat ea vti in tali, & tali crimine: sed simpliciter vetant ea vti. quia qui generaliter prohibet, omni in re id prohibet: qui furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari: qui candente ferro experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu, quo ratio prohibitionis procedit.

Qui ergo prohibet canon vti iudicem probatione aquæ frigidæ, prohibet ea vti in omni crimine. quia nullum est crimen, in quo prohibitionis ratio æquè non militet-ea enim hic est, quia superstitiosum, & incertum, & cum Dei tentatione coniunctum est hoc genus probationis: vt ipsimet Canones indicant, citati superiore *quæst sect. 3. in fin.d.& sect.4.e* ex quibus disertè, & annullantur tales purgationes aquæ frigidæ, & prohibentur litigantes eas præstare, & iudices prohibentur postulare: Et Doctores omnes tam Theologi quam Iurisconsulti ad vnum, hanc accepere, vt generalem prohibitionem, neque putarunt sibi vllum crimen excipiendum, neque vnquam de maleficio excipiendo, in hunc vsque diem vel somniarunt: quia videbant prohibitionis rationem æqualem in maleficio, atque in cæteris criminibus. Generaliter & sine criminis vllius exceptione (nullam enim addunt) locuti sunt Theologi, iurisperitique. *Diu. Thom. in 2. 2. q. 95. art 8. an add. 3. & ibi Caietan. D. Anton. 4 p. tit. 15. cap. 34. §. 2. Binsfeld. 2. part. de confess. maleficor. quæst. 1. post vlt. conclus. Petr. Tyræus lib. de dæmoniac. edition. 2. Petr. Gregor. lib. 48. Syntagm. cap. 19. Abbas in cap. licet in fin. ne cleric. vel monach. Matt. de Afflict. ad lib. 2. Constit. Regni. tit. 31. Turrecrema. in d. cap. consuluisti. Abb. & Ancaran. in cap. fin. de purgat. vulg. (vbi bene loquitur) Andr. Alciat. in Compend. Iudiciarij processus. Iudoc. Damhauderius in pract. crim. cap. 43. Nauarr. c. 11. Manual. 36. Nicola. Remig. li. 3. Dæmonolat. cap. 9. Andr. Gail. lib. 2. de pace publica cap. 7. num. 24. (vbi sicut & Ancaran. expresse addit, esse Mortale peccatum) Ioan. Althuz. admonit. ad Iudic. idem tenuere Ioachimus à Beust, Boreholt. Venatorius & alij citati à Godelmanno dict. cap. 4. num. 23. & num. 27. qui addit hanc, communem Do. sententiam, approbari quoque ab omnibus facultatibus Iuridicis Academiarum Germaniæ.*

Sane cum Canones sic expresse loquantur, & generatim ab omnibus Dd. intelligantur (nec enim vel vnum Theologum Catholicum, vel vnum Iurisconsultum pro se adducunt aduersarij. Cuiacius enim in Feudis tantum meminit moris prisci, non vero eum laudat vel probat) nonne ab Academiarum & Doctorum recedere communi consensu, canonum innixo & menti & verbis, propter leuiculas rationes, temerarium & inconsultum est admodum? frustra igitur sibi hoc effugio blandiuntur. satis enim expressa est prohibitio canonum. Quia negatio malignantis est naturæ & vniuersim destruit, quicquid eam subsequitur.

Modus pœnæ augescit cum delicto: quando legibus ille modus non aduersatur: hunc aduersari iam palam est. Hac vite tractâ, cedo alteram.

3. *Argumentum* simile est sequentibus, quæ omnia multum habent ver-

borum

dc. Mennam. in fi. 2. q. 5. iunct. c. in l. namque in fin 2. q. 5. & in c. consuluisti 2 q. 5. ec. ex tuarum de purgat. Canon c. sententiã sanguinis Ne clerici, vel monach. sæcul.

borum,sed parum stringunt: reducam analyticè ad sua enthymemata vel syllogismos. sic enim vis ratiocinationũ optime intelligitur,& fucus omnis remouetur. tertij ergo argumenti summa hæc est. Iudices possunt & debent eam adhibere pœnam, quam rei maxime metuunt , & propter quam ipsi alijque exemplo territi efficacius à delicto deterrebuntur : huiusmodi quo ad maleficas , sunt ignis & aqua. ergo his elementis, iudicibus in hoc crimine potissimum vtendum. *Respon.* primo si quid hoc argumentum valeret , probaret etiam de ferro candenti : de quo tamen id nec ipse aduersarius asserit: quod si asserit:nonne Dd. omnibus Canonibus , & alijs quoque *f* manifeste se opponit. quod cuius modestiæ sit,ipse viderit. Si quid etiam valeret; probaret non in maleficis tantum : sed & in homicidis , & in alijs criminibus: quod tamen aduersarius in alijs negat. Ignis enim tormentum maximè metuendum est,tam latroni,quàm Lamię. Præterea quæro , cur aquam magis metuant Lamiæ,quam fidiculas, & eculeum : quia (inquiet) illi queunt resistere,huic non queunt. Sed cur huic nequeunt ? Deus (inquit) non permittit. Vnde nosti ? experientia. sic semper principium petitur. *Secundo respondeo.* Maiorem absolutè falsam esse,si sit propositio vniuersalis, adhiberi enim non possunt à iudicibus pœnæ, quibus iura vel legitimæ consuetudines non suffragantur : hæc vero aquæ frigidæ vsurpatio. Dei tentatrix est,& iuri aduersatur , ac proinde vsus eius corruptela est , non consuetudo. Si negat vniuersalem. esse propositionem:corruit syllogismus , quia peccat in modo.

Quartum argumentum. Ad veritatem indagandam vti debent iudices modo,qui magis fauet vtilitati publicæ, talis est hæc proba. igitur ea vtendum. Min. probatur : quia tendit ad conseruationem publicæ vtilitati , ad salutem ac reconciliationem humani generis , omniumque terræ fructuum prouentum. *Respond.* Minorem falsam esse: probationem vero eius supponere, quod erat probandum. Non enim quæritur;an maleficas , quæ veræ maleficæ sunt, & quas esse iudici cõstat,puniendæ ? item an iudex modis legitimis quibuslibet vti possit ? constat enim affirmatiua horum pars, sed quæritur, an iste modus sit legitimus,& in hoc fallitur scriptor ille, quia putat, vt actus aliquis sit legitimus,& bonus; sufficere,si per eum quis ad bonum finem tendit, Nonne bonum,ægro sanitatem conferre , sane si finem spectes? sed si per maleficium conferas , vel vt per fornicationem , aut aliud peccatum eo tendat,actus erit malus , & lethalis,cur? nonne ad finem bonũ tendebat?ita, sed per medium non bonũ. Idem hic assero bonum ad finem tendere iudices hos:sed peccare, quia per mala media, nempe superstitionem & & tentationem Dei. Præterea hoc quoque argumentum laborat vitio , quo præcedens,dum plus probat, quam intendit;nihil probat ad eundem enim finem tẽderet iudex per duelli, vel feri candentis purgationem : & tamen hoc ei non licet.

Quinto , constat experientia sagas probam aquæ maxime vereri & detestari, eo quod sciant se sic detegendas: verisimile ergo est illas tali indicio cõuictas;nõ ausuras subire eculeũ , vel saltem in eo non negaturas , quod ante in aquis coram omnibus palam fecerunt. *Respond.* consequentiam hanc

nihil

f c. Mẽnam in fi. d.c.consuuisti.d.c. ex tuarũ d. c. sentẽtiam & c. fin. de purg. vulg.

nihil valere Deinde, si hanc maxime deteſtantur; quomodo ſolent ſe illæ huic probæ offerre tam frequenter? Item, vnde ſciunt certo, ſe ſic detegendas? niſi quia pacti ſibi talis conſciæ ſunt. Si pacti conſciæ; fit hoc igitur dæmonis opera quod aduerſarius negat. Denique potius crediderim, illas tunc libentius eculeum ſubituras, & tormenta pertinacius laturas, vt tolerantia diluant præcedens aquæ indicium, ſic enim caſſum reddituræ conatum illum improbi iudicis.

G *Sexto.* Indicia depoſitionis & denũciationis ſociorum & complicum, incerta ſunt & fallacia: ergo poteſt iudex ad eorum robur hãc probam adijcere. Anteced. probatur tum quia malefici potentiores ſolent ſe laruis obtegere: tum quia Diabolus poteſt innocentium vultus in conuentibus exhibere; tum quia conuentus tales incerti, & imaginarij ſunt. *Reſpond.* Primo nec conuentus eſſe imaginarios & incertos omnes, contrarium docui, *ſupr. libr. 2.* nec omnes ſemper laruati interſunt, vt etiam illic docui, nec diabolus à Deo in hoc crimine permittitur innocentes exhibere, vt etiam docui, *eodem lib. 2.* ſic falſum antecedens. Sed ſi illud concederem, & nunc pro confeſſo haberem; inde tamen non ſequeretur illatio illa. Poſſunt enim illa indicia, alijs legitimis indicijs roborari (de quibus agetur *libr. ſequenti:*) &, vt nulla forent indicia legitima alia, præſtaret reum nocentem abſolui, quam ex prohibitis indicijs & illegitima probatione condemnari, teſte Stephano Pontifice *a.* Denique hoc argumentum etiam probaret, de omni vulgari purgatione.

a in d. ca. cõſuli iſti

Septimum argumentum, ex verbis D. Binſeldij contra eius mentem, non dicam calumnioſè, certe non omnino candide detortum & contextum eſt; quibus, vir ille & doctus & pius, iudices ad puniendum maleficium iſtud hortatur; & probat in hoc crimine plus deferendum teſtimonio complicum, quam in ceteris criminibus: ex his concludit aduerſarius, hanc ergo probam recipiendam: quia hæc proba eſt certior illis teſtimonijs. *Reſpond.* nec eſſe certiorem, ſed incertiorem; quia nullus homo tam mendax, quam Diabolus, cuius hæc proba pacto nititur: nec ad rẽ pertinere certior ſit, nec ne. Ratio enim diſſimilis valde eſt harũ probationum, teſtimoniorum probatio diuino naturali, & poſitiuo iure nititur: proba hæc vt iam ſæpe dictum; ſed ſeq. ſectione probandum, omni iuri repugnat.

Octauum argumentum, teſte Binſfeldio, indicium homicidij ex cadauere ſanguinante coram occiſore petitum, videtur ſoli diuino miraculo adſcribendum: ergo ſentiendum ſimiliter de ſagis ſupernatantibus. *Reſpond.* quid de antecedente ſentiam, hoc opere non ſemel me indicaſſe: ſed eſto, ſit adſcribendum miraculo: an eadem ratio huius probæ? dicis, non probas. Ego qui nego, diſcrimen dabo. Nulla in ſanguinis illa miſsione cauſa ſubeſt ſuſpicionis, de pacto cum dæmone: nihil illic miſcetur ſuperſtitioſi: non quæritur illic à DEO ſignum & proinde, nec Deus tentatur: quæ omnia reperiri in proba frigidæ docebit ſequens ſectio.

Nonum argumentum, ait inconuincibile eſſe, ſi diligenter aduertatur: aduerte igitur quæſo (*Lector*) mecum, & herbam para, quam victi victori porrigamus. Sed quid hoc? an montes parturiuere? certè nihil hic reperio *à nu.* 65. vſque ad *numer.* 70. quod vim habeat argumenti, niſi iſtud: Iudices à

maleficis, in ijs, quæ ad iudicium eiusque ordinem pertinent, nec lædi, nec impediri possunt. Dæmon ab initio mundi semper omnia conatus fuit & conatur, ne malefici puniantur, & vt amasios suos eripiat iudicibus: ideoque persuaserat olim omnia, quæ fatentur, illusarum mentium esse somnia: sicque consecutus diu fuit, vt impunitate & contemptu iudicium, mire numerus creseceret reorum. Eadem ex causa tam maleficæ, quam dæmon summopere vellent lædere, & exterminare omnes iudices: quod nequeant, fit, quia Deus non sinit; cuius potestas est infinita, dæmonis finita, si ergo tantopere Deus potestatem suam ostendit in defensione & tutela iudicum in hoc crimine; qua re non idem plane volet, & operabitur Deus, *circa executionem huius aquatilis probæ, qua quasi index est, & minister ad huius maleficialis hæreseos veritatem retegendam ac agnoscendam?*] Sic enim ille concludit, ex præmissis quas narraui, breuiter, hoc ait: Deus potentiam suam ostendit in tuendis iudicibus contra dæmonum & maleficiorum insidias, vult igitur eam ostendere quoque in crimine eorum detegendo. *Respond.* Quid si negem consequentiam, & dicam argumentum à pure particularibus procedere? Deus hoc facit, ergo & istud vult. Si dicas probari consequentiam: quia: vt decet Deum iudices tueri ne lædantur; sic decet eos dirigere, ne fallantur. *Respond.* nunquam illos falli, quando vsi sunt modis & mediis à iure comprobatis. Non enim fallitur iudex, qui nocentem absoluit, quem acta docent innocentem, vel non docent nocentem. Nunquam falli, solius Dei est, neque hoc iudicijs humanis competit. Præterea multa crimina sæpe Deus vult in sequenti sæculo in solidum puniri: ideo ea permittit hic latere. At reipubl. melius consultum si deprehendantur: sane, sed an Deus semper quod singulis reipubl. vtilius; id facere tenetur? Quid si illas punire velit? Possim etiam dicere, vtilitatem illam reipub. honori diuino cedere; hunc sæpe, expoſcere, vt crimina quædam futuro vltimo iudicio seruentur expianda. Nonne eodem argumento idem de furibus probem & sicariis? Deus potentiam suam ostendit in Iudicibus & ministris alijs iustitiæ tuendis, vt exiguo numero aliquando & plures & ferociores comprehendant, eorumque vitent gladios: ergo etiam volet hanc prouidentiam suam extendere ad criminis eorum detectionem. Denique non semper iudicia hæc sine omni impedimento procedunt, vel læsione iudicum, aut ministrorum iustitiæ, *vt docui lib. 3.* Ecce, quam leui manu & breui falcicula, stupeus arietis tam inuicti funis discissus, machinam exarmauit.

Decimum, sors consultoria permittitur; quatuor conditionibus concurrentibus: hæc proba est quædam sors consultoria, & in ea inueniuntur conditiones quatuor illæ, nam non fit in electionibus Ecclesiasticis: sed fit in rebus Spiritualibus & ad animæ salutem pertinentibus; & fit cum reuerentia, & ex necessitate, defectu aliarum probationum, poterit igitur hac iudex vti. *Respond.* Hanc sortem non esse consultoriam, sed diuinatoriam, nam consultoria sors quærit, quid agendum vel iudicandum sit; hocque de futuro: diuinatoria, quid euentum sit, vel quid factum, latens. In hac proba vero non quæritur de futuro, neque de eo quid faciendum;

dum; sed tantum de præterito siue de culpa & commisso non aperto. Diuinatoria igitur hæc sors foret. Prohibita ergo hæc proba, vt cæteræ sortes diuinatoriæ. Immo & consultoriæ sortes hodie prohibitæ sunt, nec permittit nos Deus voluntatem suam per extraordinaria; & iure Ecclesiastico vel S. S. non approbata media inuestigare *a*. Vide quæ dixi suprà capite secundo quæstio. 7. sect. 4. Neque hic adsunt quatuor illæ conditiones, nam deest necessitas *b*.

Vndecimum c, mallei malef. auctor ex Scoto dicit licere vti absq; Mortali ad tollendum maleficium remedijs vanis & superstitiosis, dummodo sine alio maleficio fiant: & desit omne pactum cum dæmone, etiam implicitum: quia hoc est destruere opera diaboli, quod est laudabile. Hubertinus & Goffredus putant maleficia posse per eandem artem destrui, per quam facta sunt. Imp. etiam *in l. eorum*, C. *de malef. & mathemat.* permittit maleficia quæ in bonũ finem diriguntur, nempe ad salutem hominum, &c. Cum igitur in hac proba desit pactum omne, desit etiam maleficium: licebit iudici ea vti, etiamsi aliquid superstitiosi admisceretur. *Resp.* imprimis hic non agi de maleficij destructione, sed tantum de probatione maleficij commissi: & proinde hic opus Diaboli non destrui, sed tantum indicari. Deinde pactum hic nõ abesse. Imper. quoque illam constitutionem (nisi dicas eam tantum toleranter loqui, non vero approbatiue (iniquam esse, & diuino iuri contrariam; quia ius diuinum omne maleficiũ prohibuit, nec enim facienda sunt mala, vt eueniant bona. Hubertini vero Goffredi, & vt videtur Mallei malefic. opinionem; nos lib. 6. copiose refutaturos, quæ sane, quo ad destructionem maleficij per maleficium, est erronea *d*: quo ad destructionem per superstitiosa tantum media, temeraria est, vt minimũ: quia superstitio semper est in vitio & peccato, nec vnquam licite *e* dicenda. Nec Scotus aliud dixit, *in 4. d. 34. q. vni.* vbi hæc tractat, quam licere maleficia, signum tollendo, destruere: quod vero superstitiosis & vanis vti remedijs liceat Scot. non dicit, sed de hac re dicẽtur alias plura lib. 6.

Duodecimum, est, omnia quæ ab hominibus fiunt, ab intentione eorum ita iudicanda, vt si intentio bona sit & doli expers, peccato vacua sit actio, quia peccata non sunt, si voluntaria non sunt: ideo si iudex putans hoc sibi licere, bona intentione & citra dolum, ad veritatem inueniendam hoc vtatur remedio, vel nihil, vel parum peccare. Confirmatur 1. quia in rebus, quæ ad fidem non pertinent falli, vel nullum vel paruum est peccatum. Confirmatur. 2. hoc argumentum, quia iudices, teste Menochio *f*, duplex arbitrium habent, vnum astrictum, & ligatum: alterum liberum & plenum; quod dici potest, *concessio ab homine vel lege facta, qua possit iudex semoto iure, æquitate & ratione, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere.* Confirmatur 3. tum quia alioqui facile sagæ, sine hoc probæ genere, iudicia eludent: & experientia docet illas nulla Canonica purgatione meliores fieri: tum quia iudicibus adimitur vnica ratio certi aliquid statuendi, & sic molestijs & scrupulis innumeris inuoluuntur. Ex his omnibus, *à numer. 82. vsque ad 91.* concludit. *vix vllum vel neglectæ legis, canonisue, vel temeratæ religionis piaculum pertimescendum esse illi iudici, qui proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, ac pleno illo*

a tex. in c sortes. 26. quæst. 5. & vt docui sup. sect. 1 cpa. 2. q. 2

I.

d art. Paris. 5. & 6.

e Vide D. Tho. 2. 2. q. 95. & quæ diximus. lib. 1 c. 1. & d. art. Paris. 5. tex. Leu 19. & 20. & cap. admoneant 26. q. 2. ccp. nec mirum 26 q. 5.

f de arb. iud. q. 6.

illo arbitrio vtitur, cognoscendæ per hanc probam veritatis.

Respond. Plurima hic occurrunt discutienda, quorum iam pars explicata, pars fusius explicabitur lib. seq. Imprimis illa regula, vt sit Theologicæ doctrinæ consentanea, sane est intelligenda; quæ à sola intentione, peccati petit rationem. Nam cum peccatum sit triplex, infirmitatis; malitiæ, & ignorantiæ *g*; illúd quod ex ignorantia committitur, bona cum intentione committi potest; & peccatum tamen esse *h*, vt accidere certum est, quando vincibilis ignorantia est: tunc enim bonam intentionem, non prorsus excusare eum, qui facit, quod scire debuit, sibi non licere; certius est quam vt probari nunc à me debeat *i*. Solum quod ab ignorantia omnino inuincibili fit, caret omni peccato; quia censetur omnino inuoluntarium: vincibilis solummodo minuit peccatum, affectata vero auget, efficit enim, vt sit peccatum ex malitia, considerandum: itaque qualiter ignoret iudex, sibi hac proba vti non licere. Si hoc scire, & discere expresse noluit, tunc gnorantiam directe affectauit: si vero aduertens, vel facile potens aduertere, se discere posse ac teneri, occasionem tamen discendi oblatam neglexit; indirecte tunc laborat ignorantia affectata: & sicut prior est expresse reus ob peccatum malitiæ: sic posterior implicitè, & interpretatiue eodem recidit, totiesque sic peccabit, quoties vel directe, vel indirecte, quando se discendi iterum occasio obtulit, discere vel expresse noluit, vel neglexit *k*. Quæ in Iudicibus locum habent, quia hoc addiscere tenentur: eo ipso enim quod iudices sunt, tenentur scire, quæ officium iudicandi exigit: tenentur quod, qui rudiores sunt,

g D. Gre. li. 26. moral. ca. 26 D. Thom. 2. q. 76 *h* Act. 3. v. 17.

i Vide D. Tho. & in Medin. 1. 2. q. 74. art. 5. & de qu. 76 art. 2. Scho. in 2. d. 22. Valen. d. sp. 2. q. punct. 6. & q. 5.

k Ban. Medin. 1. 2. q. 94. art. 8.

A consilium petere à doctis & pijs viris quare cũ hoc negligunt, à supina ignorantia excusari non possunt, cũ tam facili negotio, consulendo Academias, Facultates, hoc queant discere. Quod si tamen aliquis contenderet rem hanc esse difficilem cognitu, (quæ mea quidem sententia facilis est cognitu, quia sufficienter à summis Pontificibus decisa) & iudex adhibuisset aliquam diligentiam ad sciendum, non tamen omnem quam adhibere poterat & ratione difficultatis rei, & status sui, tenebatur: adhuc ignorantia erit vincibilis, & proinde cum peccato, quia talis ignorãtia non tollit voluntarium. Quando autem quis diligentiam sufficientem dicendus adhibuisse, hoc alterius & prolixæ disputationis est *a*. Nobis sufficit illud fundamentum subuertisse, quo supponebatur ab aduersario solam intentionem bonam sufficere, ne quis peccet faciendo, quod facere non oportuit. *Ad Confess. 1. Respond.* eam esse falsam. Quin etiam falli in ijs quæ pertinent ad mores, & præcepta Decalogi, potest esse Mortale, si quis fallatur propter ignorantiam rerum, quas sub M. tenebatur scire; vt tenentur iudices ea, quæ ad officium eorum spectant, & graue continent præiudicium, vt in nostro casu: cumq; omnis error voluntarius quarumcunque rerum, semper sit peccatum ex communiore & veriore sententia, cõtra Durandum; sequitur, quo error periculosior fuerit & maioris detrimenti, hoc futurum peccatum erroris grauius, hic autem detrimenti est maximi, quia fouet superstitionem, tentat Deum, & proximo grauissimam infert iniuriam. *Ad 2. Respond.* Iudices qui tali arbitrio libero & pleno vtuntur, non iudices esse, sed tyrannos, vtpote quibus in corde illud:

a Videantur Victor in Rel. de Iudijs n. 9 Vega li. 6. in Conc. Trid. ca. 18. Sot. in 4. d. 5. art. 2. q. vni Bannes 2. 2. q. 10. a. 2. dubio. 10. Vale. sup. pum. 1. Angl. in 2. d. 22. q. 2. art. 2.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas:

Et qui iubent potius, quam cognoscũt; ideoque regnant potius, quam iudicãt. Vlline vnquam ab illo homine vel à lege facta hæc tam laxa concessio, vt ipsi liceat solo vacare dolo; cæterum, se ponere ius, æquitatem, & rationem; proprium vero sequi appetitũ, & sic quodcumque placuerit in iudicio statuere? Deus bone, quod talia iudicia decident? hancne licentiam tribui ab hominibus Christianis? qui ius & æquitatem remouet, nonne iustitiam tollit; quæ omnis vel benigna æquitate, vel rigido iure fulcitur? æquum bonumq; naturalis est iuris; hoc tollis, si ab æquo bonoque & iure simul iudicem permittis abire. Non hominis, sed Dei iudicia iudices iudicare Rex ille Israëlis; vere dicebat; hominis est arbitrium sequi rationis, quæ nos à belluis discriminat, & ratiocinatione præcedente imperare humanis affectibus, qui quod contra legis præscriptum sæpe nituntur; ideo iudices nolebat humanum sequi iudicium, sed diuinum: quia iudicandi leges acceperant à Deo Iudæi, ideo qui secundum illas iudicabat, memor erat se Dei iudicare iudiciũ. Aduersarij ne hominis quidem iudicium amplectuntur, sed belluarum: hominis est rationem nunquam semouere, belluarum est appetitum sequi, qui ergo iudici, semota ratione, proprio duci appetitu, permittunt; nonne bestiam, non hominem iudicatorio tribunali imponunt? Non, non, qui legibus contemptis iudicat, à Deo iudicabitur. Princeps es, & legis condendæ habes auctoritatem? iustis quas tulisti legibus, pare; non metu pœnæ, quam præfixisti (hanc nemo à te exposcet) sed metu legis diuinæ, metu legis naturæ, amore honestatis & decoris, & laudis. Nullus est Princeps, qui Dei lege aut iure naturæ absoluatur; aut hoc ius, hanc æquitatem possit, sine peccato transgredi iudicando. Principe iudices inferiores, supremi quidem illi & qui Principis immediate gerunt vicem, dum contra legis mentem non tendant; possunt verborum proprietatem extensione, vel restrictione labefactare alij his inferiores, & à quibus ordinaria solet appellatio, saltem in ciuilib. esse, illi verbis etiam legis astringuntur: si contra ea iudicant, peccare censendi, ex communi Theolog. sententia *b*. Notari digna sunt illa D. Augustini; *Inestu temporalibus legibus, quamquam de ijs homines iudicent, cum eas instituerunt; cum tamen fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudicibus de eis iudicare, sed secundum eas dem c.*] D. Gregor. etiam scribit, à iudicibus iura diuina humanaque reuoluenda, & cum reuoluerint, secundum id quod illis constitutum est, iudicandum *d*; & addit exemplum Moysis, qui querelas populi semper ad Domini tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat iudicia proponebat. *Nimirum* (ait) *nos instituens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino sententiam proferamus.*] Hoc tenebantur sequi præcepto Dei iudices Israelis, qui iudicare iubẽtur, iuxta legem eis à Deo per Moysem datam *e*, immo & Regi ipsi eadem necessitas incumbebat *f*. Sane apud Romanos testatur Asconius solitos iudices iusiurandũ in leges præstare, quod illas solemni formula præiretur. Nihil autem perniciosius, nihil periculosius semper iudicatum, quam si affectui indulgere iudex permittatur appetitus vero semotus à ratione, nihilo passione & affectu melior est. Absit ergo à Deũ timentium mentibus, absit à Christianis subsellijs, talis arbitrij pleni-

b D. Tho. 1. 2. q. 69. Med. 22. q. 6. ar. 5. & ib. Bãn & Aragon & Sot. Itẽ Caiet. in sum. verb Iudex Nauar. Man. ca. 25, n. 5. & 13. cl. de vera religione c. 31.

d ca. sum mopere. 11. q. 3.

e Deuter. 17. v. 10.

f p. cap. 17 v. 19.

nitudo, qualis in 2. confirmatione proponebatur *Ad 3. Conf. Respond.* Præstare sagas centum nocentes absolui, quam vt per talem probationem innocens vna mulier condemnetur, vel periclitetur, præstare eas absolui sine iudicis peccato, qui licita omnia expertus; quam cum peccato & superstitione veritatē deprehendere, & crimen punire: Quid tibi (ô iudex) proderit si prouinciam criminosis liberaris, animæ tuæ dispendium facias? quid tibi prodest bene consulere alijs, si tibi per peccatum male consulueris? At illa deterior fiet dimilla; tibi non nocebit, sed sibi, consequetur illam Nemesis sua. De scrupulis quod additur, dicerem lubens, *Trepidauerunt vbi non erat timor.* Eximatur semel hic error ex eorum mentibus: erronea conscientia cessabit. doceantur timere superstitionem, doceantur quā graue peccatum sit Deum tentare. Doceantur mortale peccatum esse, non obedire Ecclesiæ, quæ vniuersim prohibuit vulgares purgationes. Non puto me hac in re falli. vnam ex causis cur canonicis & ciuilibus medijs veritatem non assequantur, præcipuam esse credo, quod huic superstitiosæ probationi confidant; cæteris, hoc est iustitiæ & Deo, diffidant, & ideo eas obeunt negligentius. Nonne hoc meretur decipi & illudi?

Nauarr. sup. n. 15. n si ve. 6 nec. mortaliter.

Vlt. argumentum, petitur ex verbis D. Bernardi, *in Cant. cant. ser. 66. in fin.* ex cuius narratione colligunt, hunc morem miraculosum, & apud veterem Ecclesiam in more positū. *Sed Respond.* verba D. Bernardi hoc non probare, & D. Bernard. post Longobardorum & Barbarorum in Italiam & Gallias irruptiones ac imperia diu vixisse, nempe post annum 1100. vt antiquior illi auctoritas quærenda fuerit in re, quam ante Bernardum Stephanus Papa, & tempore Bernardi Lucius 3. & mox post Bernardum Honorius. 3. damnarent. Sed S. Bernard. hanc consuetudinem probat, nec laudat, nec Ecclesiasticum morem, sed quorundam tantum priuatorum fuisse docet: notandum quoque illos hæreticos, de quibus loquitur, fuisse Apostolicos, & pauperes de Lugduno, & de Barulo dictos, verba Bernardi hæc sunt; *Probatum est, mori magis eligunt, quam conuerti. Plerumque fideles intectis manibus aliquos ex eis ad medium traxerunt. Quæsiti fidem, cum de quibus suspecti videbantur, omnia prorsus suo more negarent, examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cumq; iam negare non possent, quippe deprehensi aqua eos non recipiente arrepto, vt dicitur freno dentibus, tam misere quam libere impietatem non confessi, sed professi sunt, palam pietatem astruentis, & pro ea mortem subire parati. Nec minus parati inferre, qui adstabant. Itaque irruens in eos populus, nouos hæreticis suæ ipsius perfidiæ martyres dedit. Approbamus Zelum sed factum non suademus.*] Hæc ille, ex quibus patet hoc vulgi factum fuisse, & abs Bernardo illud factum non approbari. Quomodo approbaret Canonum & peritus & obseruantissimus? Si dicas Bernardum loqui duntaxat, de præcipiti nece illis illata, & hanc damnare; non iudicium aquæ. *Resp.* D. Bernardum necessario de vtroq; intelligēdum. Nam si examen illud licitum erat, etiam licita mors ex illo subsecuta. Nā post culpam ita deprehensā solebant statim supplicio tradi. Deinde B. Bernardus nō approbat illud examen, sed solūmodo narrat quid vulgo factū; quando adhuc in causa hæresis vigebat hæc probatio de facto. Principib. dissimulantib. nec satis promptis ad parendum Canonicis decretis; quæ proæui barbarie plerique ignorabant. Respondi argumentis scriptoris illius Catholici,

lici, & excepti haſtas eius amentas: nunc viciſsim, communis & veræ ſententiæ tela torquebo.

SECTIO III.

Proponitur & probatur vera ſententia Negatiua.

t

EGi de ijs qui ignari ſunt prohibitionis Canonum: de alijs ſit Concluſ. *Peccant iudices, qui ignari prohibitionis Pontificiæ, proba hac aquæ frigidæ in maleficij crimine vtuntur.*]In concluſione hac ſuppono prohibitam eſſe probam; quod probatum à nobis ſupra *a*. Nec valet ſolutio aduerſarij, non eſſe mentem Canonum de hoc crimine loqui. Vis enim negatiuæ indefinitæ prohibitionis, eſt vniuerſalis, ideoque præcepta negatiua ſemper, vbique, & omnes ligant: vt docent quotquot Decalogum explicant, ideo qui dicit, *Non licere vti proba aquæ frigidæ*; intelligendus eſt, de purgatione cuiuſlibet criminis per talem probam. Neque hactenus, quod ſciam vllus, hanc limitationem canonem illorum ſomniauit; vt de purgatione leuium tantum criminum loquerentur, nec modernus iſte ſcriptor tantæ adhuc eſt auctoritatis, vt eius interpretatio contra receptam hactenus ſententiam ſit admittenda; cum nec vera ſit. Nam canones illi de furto, immo & homicidio loquuntur, quod graue crimen eſt. *Concl.* communis eſt, vt ſuperius probauimus.

Probatur primo. *Quia peccatum eſt factum, vel concupitum contra legem æternam*, vt ait D. Auguſtinus *b*, ſiue vt ait D. Ambroſius, *c*, *Peccatum eſt legis diuinæ prauaricatio, & cœleſtium inobedientia mandatorum.* Inter cætera autem legis diuinæ ſiue æternæ mandata eſt, vt oues paſtorem ſuum audiant, & Eccleſiæ capiti obediant: conſtatque Catholicis omnibus: ad hoc viſibile caput Eccleſiæ, pertinere deciſionem rerum fidei; & eorum, quæ à fide dependent. Horum ex numero eſt iudicare, quid religionis virtuti repugnet, quid non; ſiue quid ſuperſtitioſum ſit, quid non ſit. Cum itaque Pontifex Romanus, viſibile caput Eccleſiæ (fremant hæretici, vt lubet) declararit probam ſeu purgationem aquæ frigidæ ſuperſtitioſam eſſe *d*; illi non credere, & contrarium contendere; eſt non audire Eccleſiam, & proinde peccare, dignumque ſe præbere, vt habeatur, ſicut Ethnicus & publicanus: & proinde eſt incidere in cœleſtium præuaricationem mandatorum. Si dicas, Stephanum Papam meminiſſe tantum feruentis aquæ, & non frigidæ. Vrgebo, eandem frigidæ & feruentis eſſe rationem; quia generaliter ibi ſubdit pro ratione. *Quod Sanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum.* Igitur Stephano Papæ idcirco hæ probationes ſuperſtitioſæ, quia non repertæ in canonibus, non ſancitæ ſanctorum patrum documento: ſed ab hominibus vulgo præſumptæ. Promant aduerſarij vnum vnius patris documentum hanc probationem approbans; & videbuntur non penitus auctoritate veterum deſtituti. Solus Iuo videtur quodam caſu ferrum candens probaſſe: ſed aduerſarij ferri candentis probationem æque atque ego improbant: & Iuonis rationem ſupra Sectione confutaui. Præterea Pontifex alios e aquæ frigidæ & feruentis ſimul mentionem faciens, vtramque vocat, *popularem inuentionem*, vtramque dicit factam, *fa-*

bricante

d c. conſuluiſti 2. q. 4.

e c. Mennan. in fine 2. q. 5.

a ſect. præced. in reſpon. ad 2. arg.

K

b l. 22. cõt. Fauſt. D. Th. 1. 2. q. 71. ar. 6. Schol. in 2. d. 35. *c* De Paradiſo c. 8.

bricante inuidia. (*h.* diabolo hominum saluti inuidente) vtramque æqualiter detestatur. Aquæ etiam huius frigidæ purgationem Lucius III. vocat, *f peregrinum iudicium* (nempe alienum ab Ecclesiæ moribus.) & declarat inualidum. Sed & Innocenc. 3. iudicauit eandem esse aquæ frigidæ, aquæ feruentis, & ferri candentis prohibitionem *g.* Est ergo summorum PP. iudicio hæc proba, *inutilis, plebeia inuentio, peregrinum iudicium, fabricatio inuidiæ, superstitiosa adinuentio, destituta patrum documenta.* Canonibus improbata. Quædam adfert aduersarius, *à num.* 156. vt probet diuersam esse rationem aliarum probationum, quæ prohibitæ. 1, (ait) illæ subibantur sponte & vltronea oblatione: hæc à iudice iniungitur. Hoc ipse vidit non esse verum; nam ex *d. cap. Mennam, &c. vlt. de purgat. vulg.* patet etiã solitas iniungi à iudice alias; & exempla superius allata docent etiam aquæ probam sponte susceptam. Ideo dicit 2. adustionem naturalibus remedijs posse per dæmonem impediri: & ideo hanc probam esse incertam. Quasi vero non possit etiam, vel ipse sustentare in aquis maleficam, vel aliquid ei supponere quod sustentet. 3. adfert ex malleo maleficar. quod si duellum alicubi potuit permitti, multo magis posse probam ferri candentis: item etiamsi peccent duellatores, iudices tamen excusari posse. *Respond.* hæc omnia iam ostensum euidenter esse falsa. vltimo dicit experientiã huic fauere probationi (quod nec semper verum, & etiam olim illis alijs fauebat) & propter Sacram. Baptismi hanc aquæ esse prærogatiuam; quod est gratis conijcere. & somniare vigilantem, & declinare post Scribonium. Confes. hæc probatio, quia Diuinatoria sors est superstitiosa; sed huiusmodi probatio est quædam species sortis est diuinatoriæ, vt docui sect. præced. ergo est superstitiosa. Maior est omnium Doctorum, & certa: quia diuinatio est vna species superstitionis. Minor probatur. ratione D. Thomæ *a*, quia ordinantur ad iudicanda occulta Dei scientiæ & iudicio reseruata, præsupponit enim contraria sententia, nisi per aquam frigidam non posse crimina deprehendi: At si aliter quam per vulgares purgationes, inuestigari nequeant Stephanus V. Papa *b* definit relinquenda illi, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et sane temerariũ est, laicos iudices occulta peccata scrutari velle, de quib. nec Ecclesiæ licet iudicare; sed ei tantũ, qui corda & renes scrutatur. Hanc confirmationem cum. 5. loco insinuasset aduersarius, *cap.* 1. certe *cap.* 3. suo loco non dissoluit. non enim de secretis illis prouidentiæ diuinæ, & maiestatis gloriæve Dei agitur in argumento; sed tantum de peccatis, quæ via licita, omnibus tentatis, iudex nequiuit deprehendere. Sed videtur eam velle soluere *nu.* 173. dicendo, diuersam esse rationem priuatorum sic occulta inquirentium, & iudicum, nam iudices faciunt, vt vicarij Dei, & ex officio, priuati ex mera curiositate. Hæc responsio euertitur, eo quod canones diserte etiam de iudicibus loquantur, idque tam quoad magistratus, quam quoad priuatos prohibent, *d. cap. consuluisti. d. cap. tuarum. d. cap. Mennam. d. cap. vlt.* & sane æqualis vbique est superstitio, & Dei tentatio, & in magistratu hæc sunt minus ferenda, minus excusatione digna. Confirmat. 2. hæc probatio: Iure Canonico vulgares omnes purgationes sunt improbatæ, vt patet ex dd. canonibus & communiter Canonistæ sentiunt; sed aquæ frigidæ proba est vulgaris probatio; vt patet, quia non est

f c. ex tuarum de purgat. cano.
g cap. sententiam sanguinis ne cleric. vel monach.
a 2. 2. quæ 95. art. 8. ad 3.
b d. c. consuluisti.

canonica,

canonica, neque legalis, ergo est prohibita. Dicent forte, eam esse miraculosam. Sed tunc contra eos procederet argum. sequens.

L

2. *Probatur concl.* Tentatio Dei est peccatum repugnans religioni & primo præcepto Decalogi; sed qui vtitur huiusmodi probatione, tentat Deum, ergo hæc probatio est peccatum repugnans religioni. Mai. probatur, ex communi sententia DD. *c* Minor vero probatur auctoritate Honorij Pontific. qui vulgari purgatione ferri candentis dicit Deum tentari *d*, & quod ille de vna specie asseruit, de cæteris quoque vulgaribus probationibus communis DD. schola intellexit, eadẽ enim in omnibus est ratio, quia vel potest illud delictum aliter deprehendi, & tunc nulla adest necessitas: & ideo miraculum petitur à DEO citra necessitatem, quæ est aperta DEI tentatio: vel si non potest sciri alijs medijs illud peccatum, tunc iudex est iniustus, qui de quibus iudicare non potest, eo quod diuino throno sunt reseruata, iudicium vsurpat. Sed, si bene consideres sententiam contra sentientis scriptoris; semper hic adest Dei tentatio. Etenim vult iudicem non deuenire ad hanc probam, nisi habeat sufficientia indicia ad torturam; nec ad alium finem, quam torturæ hanc probam tuetur. *vide quæ de hac re dixi præced. sectio. in princ.* Conatur hoc crimen tentationis Dei euadere, quia signa & miracula sæpe legimus in S.S. petita, ab Abrahamo, eius seruo, Gedeone, cæteris: *Resp.* cum Alexandr. de Hales, hæc non facta ad imitationem posterorum, sed in significationem & figuram futuri, iuxta illud Apostoli, 1. *Corinth.* 10. *vers.* 11. *omnia hæc in figura contingebant illis.* Quod si figuram non recognoscas; dico, speciali Spiritus sancti instinctu vel iussione seu reuelatione ea fecisse; nec aliter licere à Deo signum petere *e*, iuxta D. Thom. aut magna & euidenti vtilitate, vel necessitate id exigente, v.g. ad gentis alicuius conuersionem certo inde subsecuturam; vt Apostoli & alij Sancti fecerunt. In nostro vero casu, quia Deus satis multa dedit media legitima veritatis explorandæ, necessitas ista cessat: vt supponit Stephanus Pontifex. Quod attinet ad Achaz: ille per Esaiam reprehensus fuit, eo quod Dei signum oblatum respuerit, ne Deum honore hoc afficeret: quod, quid ad rem quæso?

c D. Tho. 2.2. q. 97. Summistarum in verbo Tentatio Dei, vel Tentare Deum. Nauarr. c. 11. n. 39. & seq. Galen. Vvestcapell. Catechesi 61 de ca. vlt. de purg. vulg.

e D. Tho. d. art. 8. ad 3. & summistæ & Nauar. Petrus Anchard. in l. ca. vlt. & Binsfel l. q. 1. Alexand. de Hal. par. 3. q. 45. men. 3. Valen. 2. 2. dis. 6. q. 4. prin. 1. Turrecrema. ad 2. q. 4. in prin. 3. & ca. cõsuluisti ad. q. nu. 1. & 3. d. 2. 2. q. 178. art. 1.

3. *Probatur conclusio*, quia hic non est miraculosa Dei operatio censenda, sed pactum Magicum cum dæmone, ergo illicitum iussione sua ad hoc cooperari. Probatur antecedens, quia hoc promiscue contingit ad proiectionem in aquam, quam faciunt iudices Catholici, & hæretici, vt cõstat? quia maxime hæc proba viget inter hęreticos: sed hęretici non faciunt vera miracula. Si dicas hoc ad confirmationem fidei ipsorum non fieri. *Resp.* nulla illos vnquam facere ad confirmationem fidei, tã ordinaria vero & continua eos facere, ad aliam rem probandam, id nũquam auditum, nec credibile. 2. probatur, Deus per nullos facit miracula sine necessitate: hic non esse necessitatem idoneam, ostensum est. 3. vera miracula Deus alijs miraculis numquam eneruat, quia veritas nequit impugnare veritatem. Ergo si sagas non demergi foret verum miraculum, numquam hoc alijs miraculis euerteretur. Sed legimus aliquando per miraculum hanc immersabilem Magorum vim sustulisse, adeo vt de facto sagę aquis demersæ & absorptę fuerint. Ergo illa vis immersabilis non est miraculosa. Quod subsumpsi, id pro-

batur ex Hiſtor miraculorum quam Cæſarius collegit; vbi *libro nono.* narrat, maleficos quoſdam, qui, freti malefi-cijs, ſupra flumen ambulabant, proiecta in flumen ſacra Euchariſtia, ſtatim demerſos fuiſſe. Si dicas illud, nec in iudicio, nec à iudicibus actum: Inferre poſſum, igitur hæc virtus immerſabilitatis non eſt à Deo tributa maleficis, pro ſigno certo criminis comprobanni. Nam hi vere malefici fuere, & tamẽ demerſi ſunt, vi ſacri panis Euchariſtici. Ergo miraculoſe demerſi, miraculo poſteriore deſtructum prius miraculũ foret, etiamſi coram iudicibus eorum iuſſu id actum fuiſſet. Nam vis miraculi non reſtringitur ad iudicum præſentiam. Vrgeo quarto, miracula Dei numquam fallunt, ſed ſunt certiſsima & infallibilia: hæc proba fallit aliquando. *Reſpond. f* hoc fieri fraude & dolo carnificis, vel quia non bene abuertũt iudices, & fidem non habent, nec ſatis confidunt Deo; quod tamen erat neceſſarium ad miraculi patrationem. *Sed contra*, ſi ſit ſaga (ſecũdum vos) mergi non poteſt vi humana adhibita: quia nullæ vires humanæ Angelis bonis miniſterialibus poſſunt reſiſtere: Et tamen, *numero trigeſimo primo.* faſsi eſtis eã, quæ malefica erat, vi à carnifice demerſam: tibi ergo ipſi reſpondeas. Item Godelmannus ex litteris cuiuſdam Nobilis Boruſsi, ſex ſagas diuerſis vicibus, cum vere conſtaret eſſe reas, in aquam gelidam colligatis artibus proiectas, ſubmerſas fuiſſe ſcribit *g*: & de pluribus hoc idem affirmat Ioann. Althuſius. *a* Confirmat ſagas aquis ſubmergi poſſe & ſolere Dubrauius Epiſcop. Olomucenſis, *libro octauo. Hiſtor. Bohem.* agens de Vratislao Rege; *Idem Vratislaus Gerardo Præſuli ac fratri ſuo auxilio fuit in abolendis tollendiſque magorum portentis, artibuſque maleficis, quas tunc multi viri mulieresque nimis licenter exercebant, mentes hominum faſcino turbantes, boumque & pecudum lac, ſegetemque alienam pellicientes atque ipſa interdum elementa dæmonum violentia concutientes, per quæ imprudens vulgus à ſincera in Deum fide euertebatur. Nec tamen aliter Gerardo malis obuiam ire, quam per ceuſuram Eccleſiaſticam licebat: eam illi pluris, quam plumbeum gladium æſtimabant. Ergo non ferrum tantum, ſed ignem quoque & aquam Vratislaus maleficis admonuit, alioſque ſecuri feriri, alios flammis exuri, ſagas nonnullas aquis ſubmergi iuſſit. Atque hac animaduerſione in auctores amplius centum diſtracta, reliquos deſinere artem vetitam, damnatamq; metu ſimilis coegit.*

Audit ſubmerſas aquis ſagas Bohemiæ, vbi tum miraculi vis, quam prætendunt, Effugium vnum video, ad inquiſitionem à Deo ſubueniri, non ad ſimplicium, quaſi non illa ad hoc dirigatur, quaſi diploma de illa his noſtris aquarijs vllum ſit peculiare. Quod etiam additur: de iudicum parua ſeu modica fide; plane impertinens eſt, illa enim dictis ſcripturæ locis exigitur fiducia in miraculis, quæ ad fidei confirmationem edenda erant, non quæ ad Iudicum inquiſitiones, & notitiam pertinebant. *Matth. 17. verſ. 20. Marc. 9. verſ. 23 & 24.* Quod autem de Scæuæ filijs *Actor. 19.* Adfertur, id vel eodem referendum, vel ad rem nihil omnino facit. 4. probatur hic pactam interuenire, quia cum naturali hoc vi contingat, nec miraculoſa Dei operatione; reſtat fieri ex vi pacti cum dæmone; non quidem expliciti vel expreſsi, tale enim iudicibus nullum nunc puto intercedere (neque aliud probant, quæ multis dicit auctor ille, *libri ſui capit. 3. à numero 91.* & quod dicit eſſe pactum implicitum cum DEO, id iam proba-

tum

a Nu. 122

g lib. 3. de lamiis c. 4 n. 35.

a Admonit ad Iudicem.

tum est esse explicitam Dei tentationem. Sed dicimus cum primo aliquo iudice pactum explicitum intercessisse dæmoni, vt dæmon ad tale signum proderet occultum & latens crimen; nempe vt, quæ sagæ essent, eas sustineret, ne mergerentur: postea (vt contingit in omnibus huiuscemodi rebus) alij iudices hoc edocti, vi illius primi pacti, idem obtinuerunt, atque ita iam, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. Pactum hoc vero, implicitam intercedere patet, quia superstitiones omnes nituntur pacto implicito [b], vt docet Beat. Augustin. (& cum eo omnes Theologi.) Lege D Augustin. loco illo & seqq. cc. & deprehendes hic, & superstitionem, & pactum implicitum versari: quia effectus nec est causæ naturali adæquatus; nec talis, vt à DEO debeat merito per miraculum exspectari. Cum ipsis sagis non intercedere quoad hoc vllum dæmonis pactum non male sentit, nec inualide probat ille scriptor *numero nonagesimo septimo*. Nam illo exemplo quod ibi narrat clarissime id cernitur, referam eius verbis; *Quemadmodum hac adhuc æstate in præfectura Lunensi, Diœcesis inferioris Colonensis, accidisse dicitur, quod vetula quædam videns duas mulierculas aqua tentatas non subsedisse, ipsa ad præfectum loci accurrens, & interpellans, eosque tam ipsum quam cæteros ministros iustitiæ præsentes permouet, volens ac acerrime instans, vt & ipsa aqua tentaretur: se licet apud populum suspecta admodum sit de hac maleficiali hæresi, iam tamen innocentiam suam per hoc coram populo testatam facere, indignamque hoc suspicione publice se eximere, velle. Annuit importune efflagitanti præfectus & cæteri: sed hanc in aquam proiectam euidentius supernatasse, neque vt demergeretur, vel fundum peteret (quamuis id studiose*

[b] lib. 2. de doc. Christ. c. 20. 22. & 23. & docui ea. 2. q. 5.

A *suo motu super aquas tentans*) *efficere vlla ratione potuisse dicitur. Extracta, ecquid carnifex suorum membrorum ipsa esset, interrogatur: potuisse insimilatam hoc effugisse periculum, donec producto accusatore, necessitas adesset huic tentamini. Tandem confluentibus iudicijs contra eandem compluribus, ipsa ante torturam quærentibus respondit amasium suum sibi suasisse, vt hoc aquæ periculum subiret: se illam liberaturum. & in ipsis aquis, famam vitamque eius æseruaturum esse. Hac confessione sponte prolata incineranda eadem fuisset, nisi se ipsam in carcere pridie suspendio suffocasset.*

B

Cernitis in hoc exemplo, tacitum pactum operatum in tribus mulierculis, & quoad tertiam præualuit pacto expresso cum tertia inito, quia volebat dæmon hanc rogo tradi, vel saltem necari, moraliter certus impœnitentem obituram. Iudices autem isti non sunt secuti scriptoris illius sententiam, quia non sufficientia habentes indicia, ad solas mulierculæ importunas preces, ad hanc purgationem processerunt; atque ideo ex duplici capite grauiter peccarunt. Primo quod vsi illicita probatione. Secundo quod præcipitanter ea vsi. Sed hinc colligo scriptorem ab alijs iudicibus; qui similiter praxi illa vtuntur dissentire, dum ipse vult, præcedere ante probam debere indicia ad torturam sufficientia: illi vero putant, à proba cum aliqua diffamatione? posse incipi. Qua in re fortasis loquuntur magis consentanee praxi ordinariæ illi, sed reproba, 5. probatur hoc pactum, ex moribus Diaboli conatur ille Dei miracula effingere, habere conatur suos martyres; qui sunt hæretici, & inter hos sagæ: ideo sicut Deus plerisq; suis Martyrib. miraculose concessit; vt aquis mergi

C

D

E

non possent, in veræ fidei confirmationem: sic diabolus præstigioso miraculo conatur persuadere hominibus etiã suos Martyres esse immersabiles : & hoc pacto duo consequi conatur. 1. vt illa Christi miracula falsa reputentur. vt saltem ipse æqualem cum Deo potestatem habere videatur : & præterea confirmétur in pertinacia pseudomartyres sui, quibus sic persuadet se eos seruaturum in igne, sicut seruauit in aquis. Confirm. hæc ratio, quia si aliqua saga sic iniecta in aquis vere pœniteret & animo eiuraret, statim mergeretur: quia pactum cessaret.

4. *Probatur*, nostra concl. Non obedire in spiritualibus (cuiusmodi est id de quo agimus) Pontifici maximo, est non obedire Deo, iuxta illud ; *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit , me spernit.* Sed non obedire voci & iussioni Dei, est graue peccatum : ergo vti hac proba est grauiter peccare, cum Pontifex eam prohibuerit, vt probatum initio huius sectionis. min. probatur verbis Samuelis, *nunquid vult Dominus holocausta & victimas* (quæst. d. numquid magis gaudet Deus cæde & supplicio nocentium: nam & hi vocantur à prophetis hostiæ & victimæ, vt docui alio loco) *& non potius, vt obediatur voci Domini?* (vt non tendatis , ô iudices, contra Dei prohibitionem) *Melior est enim obedientia quam victimæ: & auscultare magis, quam offerre adipem arietum.*) Suauior est Deo odor obedientiæ, & humilis sensus vestri submissio, quam odor adustarum ex vetitis probationibus lamiarum , puras manus vestras & mentes amat Deus submissas præceptis vicarij sui; non rogos, non pyras, nó missas miserarum contra canonú præcepta examinatarum , dãnatarumq;.) *quoniam quasi peccatum est ariolandi, repugnare , & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.*] Quid accommodatius ad probandum, hanc probam canonico iure vetitam , ad ariolationem sortis diuinatoriæ, & manganicam diuinationem pertinere? Non dicimus illic Samuelem de sagis, aut hac probatione locutum, non ita desipimus : sed dicimus hoc ab eo probatũm ; inobedientiam, quæ fit prætextu alterius boni, Deo ingratam & ariolationi similem esse, hinc inferimus, cum hæc sit inobediétia valde similis illi Saulis, inobedientiæ, vt ostendi: idem quod illa mereri nomen, & in eandem classem reduci. Addimus hoc argumentum ab aduersario visum, sed non depulsum, lege quæ scripsit, *à numer. 123. vsque ad 127.* & videbis me verum dicere. Quæ vero mox sequuntur de dæmonum potestate in corporibus deferendis & similibus , ad rem nihil pertinent. Nam conari negare , vim dæmonum in corporibus mouendis , vel in eleuandis, & sustinendis in aqua, id sane foret in philosophiam, quod solœcismus in Priscianum, egimus de his, *lib. 2. vbi* etiam docuimus, vera per Satanam edi miracula non posse; & hæc eadem omnia D. Binsfeld. breuiter, sed solide docuerat, ideo contra illum, qui hic miraculum nullum agnoscit (vt nec ego) tota illa disputatio & λογομάχια, *à num. 128. vsque 149.* & quæ porro subduntur; à Deo talem potestatem eludendi iudices dæmoni nó permitti, ea plane non probantur satis. Cogit me aduersarius hic extra chorum nonnihil, vt eum subsequar. Multis enim conatur hic suadere, dæmonem hoc in aquæ elemento non posse: quia dæmon est ex elemento aëris compactus, non aquæ: sed facilius in inuicem operãtur & possunt , quæ sunt ex eodem elemento compacta : ergo facilius

dæmon

N

1. Reg. 15. v. 22.

dæmon operatur in aere, quam in aqua, ergo non quia potest, corpora sustinere in aere, ideo potest in aqua. *Respond.* hoc tantum probare posset, quod difficilius faciat in aqua. Sed neque hoc probat. nam maior argumenti, dæmonem esse compactum ex corpore aëreo; est erronea, vel saltem prorsus temeraria, & ideo moneo scriptorem, vt retractet, & legat quæ Scholastici ea de re, vel quæ ex illis & ex PP. optime Molina, & valentia *a*. Nec ad rem pertinent, quibus fuse agit, vt ostendat dæmones in aqua nihil miraculi hactenus ostendisse. Non enim sequitur, alias nõ fecerunt: ergo nec tunc poterant, nec nunc possunt. Et quod dicit, Priscos martyres idcirco diuina virtute supernatasse; id iam nos docuimus sententiã nostram roborare. Sed neque est verũ, nullos Martyres Christi submersione necari potuisse. Legat Suriũ, legat Baronij Martyrolog. & Annales, inueniet complures aquis suffocatos, nolo immorari: quia hoc est, τοπάρεργον.

5. *Probatur concl.* quia Iudex sine causa sufficiente, & prægnante recedens à communi sententia iuris interpretum. perperam iudicat *b*, & proinde peccat, vt & Doctor consulens sine idoneo fũdamento contra illam *c*. His addimus Corollaria quæ sequuntur ex prædictis, primum iudicem qui hac proba fuerit vsus, posse conueniri actione vt possunt, iniuste aliquem carceri manciparũt *d*. 2. Si, cũ non adsint alia sufficientia indicia ad torturã, propter adminiculum huius probationis vulgaris reũ subdat torturæ iudex, peccabit, & tenebitur actione iniuriarum, vt supra, etiamsi reus in tortura non fateatur, quia iniuriã fecit indebite torquendo, vi indicij à iure improbati *e*, Quod si reus tormentorũ vi confiteatur; confessio erit nulla, quia vi extorta: & iudicium ex ea subsecutum nullum, & sententia irrita *f*. Et per consequens Iudex talem supplicio mortis afficiens: homicidij reus est, coram Deo, quia occidit, quem non habebat ius occidendi. Notandum tamen confessario, vt diligenter personam iudicis consideret. Nam si casu aliquo fieret, vt laboraret ignorantia inuincibili (quod vix puto posse hodie contingere) immunis esset à peccato in foro poli: si laboraret vincibili, pro magnitudine & probabilitate ignorantiæ decresceret peccatum. Hanc puto & veram & securam de hac aquæ frigidæ purgatione sententiam.

a in 1. part quæst. 55. *b* l. 1. de offic. quæst c. 1. c. ne innitaris. 5. & ibi Ab. & Dd de Const fuse Ias. in auth. Nouissima n. 22. C. de inoff. test. *c* Anton. Maria Gorat. in tracta. de Cõmun. Dd opin. l. 3. Inspect. 1. & 2. *d* l. nec magistratib. 32. de iniur. Kirch commun. opin. Cẽt 5. concl. 30. Godel sup. n. 30. *e* d. c. sententiam sanguinis & d. c. ex tuarum. *f* l. pen. D. de quæst. est comm Dd. testib Viuio, & Cla. quos

sequitur Binsf. sup & dicam de hac re lib. seq.

QVÆSTIO VI.

De quibusdam alijs vulgaribus probis.

QVAEDAM est probatio per pondera & lancem, nam in eadem Germania appendũt sagas, & aiunt eas vltra certum pondus (nempe librarum 14. vel 15.) deprimere non posse quantumuis sint proceræ vel obesæ, hoc etiam Reckius damnat, *lib. de proba aquæ frigidæ à num.* 41. Ego idem de illo dicendum puto, quod de alijs vulgaribus purgationibus, nempe niti pacto dæmoniaco, superstitiosum esse, & cum Dei tentatione coniunctum. Canonibus expresse non prohibetur, quia est inuentum plane recens.

2. Est quoddam sortis seu purgationis genus per crucem, de quo fit mentio in Constituit. Caroli Magni *g*, vbi iubentur litigantes, *cruce*, aut *scuto*, & *fuste*, decertare, & in Capitulari, vbi habes, *campo vel cruce contendat*. Ex his locis crucem fuisse genus armorum quidam volunt. Ego non assentior, sed puto fuisse genus purgationis per sortes, quibus se ad crucem aliquam ei manus imponens, vel eam amplectens,

g l. 3. fol. 62.

quis expurgabat. Sane illis locis cruci, campus hoc est duellum opponitur, & in testaméto Caroli Magni apud Nauclerum. *si accusator contendere voluerit de ipso periurio stent ad crucem.*] Cruce, ergo, *contendere*, non aliud, quam *ad crucem stare. Stare*, vero *ad crucem*, quid sit nescio. nisi id quod dixi. Crucis iudicium etiam Frisones superstitiose exercebãt, vt docet lex eorum 14. *sortes tales esse debent, duo tali de virga præcisi, quos tenos vocant: quorum vnus signo crucis innotatur, alius purus dimittitur, & lana munda inuoluit, super altare seu reliquias mittuntur; & præsbyter si adfuerit, vel si presbyter deest puer quilibet, vnum de ipsis sortibus de altari tollere debet, & interim Deus exorandus, si illi septem qui de homicidio commisso iurauerunt, verum iurassent, euidenti signo ostendat. Si illum qui cruce signatus est sustulit, tunc vnusquisq; illorum septem faciat suam sortem, id est, tenũ, de virga, & signet signo suo, vt eũ tam ille, quam cateri qui circumstant, cognoscere possint, & obuoluantur lana munda, & altari seu reliquijs imponantur, & presbyter si adfuerit, si vero non, vt superius puer innocens, vnumquemque illorum sigillatim de altari tollat, & ei qui sortem suam esse cognouerit regat, cuius sorteu extremã esse contigerit, ille homicidij compositionem persoluere tenetur, cæteris, quorum sortes prius leuatæ sunt, absolutis.*] Si ritus etiam communis Francis fuit, *certare crnce*, non foret aliud, quam sic iudicio crucis contendere; *& stare ad crucem*, foret, conuenire cum aduersatio; vt stent ambo crucis iudicio, quod forte verius.

3. Huc pertinet sortio illa quatuor Constantinopolitani imperij candidatorum, Alexio Murgziphlo superato; quam, Bonifacius Comes Montisferati, Balduinus Flandriæ Comes, Ericus S. Pauli, & Dandulus Dux Venetorũ, pacti; vt in æde Apostolorum, pro numero candidatorum, quatuor calices ordine collocarentur: quorum vnus solus hostiam sacram contineret, cæteris vacuis; eosque totidem Sacerdotib. traderent, vt ad cuiusque Principis nomen vnum tollerent, & eis redderent; imperium vero illi deferretur, cui calix obtigisset Christi Domini corpus & sanguinem continens. Sed merito post illis pactio ista displicuit, & ius designandi quem vellet, communibus suffragijs in Dandulum contulerunt, narrat Nicetas, *in fine Annal.*

4. Huc pertinent quidã olim, qui res aliquas ábiecere, vt ex earum recuperatione cognoscerẽt, sibi delicta sua dimissa à Deo, hoc enim est Deum tentare; nec licet, nisi habita reuelatione ad hoc faciendum: quod credendum de S. Attilano Zamorensi, de quo Marincus Siculus, *lib. 5. rer. Hispan.* & de S. Arnulpho ex Lotharingiæ Principe, Eremita, & Metensi Episcopo, de quo Fulgosus, *l. 6. capite 9.*

HAEC DE CVNCTIS MAGIAE GENERIbus dicta, & terminus sunto Tomi Secundi.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM TOMI II.

A.

A

Aronis virga. 156.2.B
Abbates tres philtro necati. 571.1.E (2.C
Aborsus per maleficia. 398.
Abortiui excisi à magis. 386.1.B
Abraham an propheta. 485.1.A
Abraham Genethliacos conuicit. 576.1.B
Abraham humilitas. 517.2.D
Abrahæ seruus signum petijt. 533.1.C
Abstracta pro concretis. 491.1.A
Achaz quo liberos modo per ignem lustrarit. 551.2.B
Achatis potus. 575.1.D
Achanti furtum. 533.1.B
Acredulæ prænotio. 581.1.D
Acu punctura. 392.2.B
Acus per curem prodeuntes: &c. 413.A
S. Adalbertus. 453.1.B
S. Adalberti Anathema falsum, quod est Adalberti hæretici. 496.2.A
Adolphi Scribonij probationes reiectæ. 637.1
Aduocatorum veterum superstitio. 554.2.F
Ædesij somnium. 595.1.D
Ægyptiaci dies qui fuse doctum. 456.2.B
Æromantia. 547.2.D
Æsculapij templo cubabant. 497.1.B
Æternitatis participes propheta quomodo 487.2.C 555.1.C
Agamemnon. 597.2.A
Agnus castus. 373.1.D
Agnus Scythicus.
Agrestij hæretici calũniatoris mors. 609.1.D
Alatoides membrana. 554.2.C
Albigeriana visio. 531.1.E
Alemenæ partus. 399.1.E
Alchindrinæ liber nefarius. 566.2.A
S. Aldegundis. 424.2.D
Alea cur prohibita. 601.1.B
Alectryomantia. 565

A

Alexander & Hymenænus. 432.2.C
Alexandri Magni somnium. 596.2.D
Alexandri Magni visio. 492.2.B
Alexandri Medicis percussor præsignificatus. 589.2.D
Alexandrinorum βλαχηγνομιον 577.1.E
Alexius Brana. 576.1.D
Allabius. 579.1.D
B. Aloysius Bertrandus. 526.1.C
Alphonsus rex Aragonum. 576.2.B
Alphonsus sapiens Rex Castellæ per astrologiam deceptus. ibid.
B
Alphonsus 1. rex Neapolitanor. 482.1.B
Alphitomantia 553.1.B
Alsatica superstitio. 593.2.D
Altheæ stipes fatalis Melagro. 401.2.D
Aleuromantia. 553.1.B
Amasis maleficiatus. 419.2.C
Amatorium maleficiorum quam noxium menti & corpori, & quare. 370.2.B
Amatorij veneficij materia, & exempla. 362.2.E
Amatorione solo maleficio aburantur rebus sacris? imo & alijs maleficijs Sacramenta prophanant. 368.
C
Amatoriorum veneficiorum huius æui descriptio, & sacrilegia varia. 365.2
Amatoriorum maleficiorum ingredientia, seu materia. 371.1.A
Amatorijs veneficijs voluntas cogi non potest, bene turbari concupiscentia, & languis efferuescere, &c. 266.1.2
Amethisti gestatio superstitiosa. 345.2.A
Amniamantia. 287.1.E, eius origo & causa. 554.2.B
Amoris præses quidam Dæmon. 417.2
D
Amoris remedia naturalia, superstitiosa, & diuina. 373.2
Amphiarai templum vaticinum. 497.1.B
Ana, quid Cabalistis per Aleph, finale, & quid per Ain. 463.2.D

Ana nisapat quid, & vnde ductum, fuse discutitur. ibid. 2. A
Anabaptistarum somnia. 595.1. C
Andronicus Imp. 161. sacrilegus. 608.1.B
Angela Bohema. 509.2.E
B. Angela de Fulgino. 409.1.A
Angeli populorum custodes. 574.2.B
Angelica ars. 449.1.C
Angelis data Prophetia cur.
Anguilla perfecta ejecta per posticum, & postea inuolucra fæt⁹ solita omnia. 407.1.a
Animalia an ipsa prænoscant, quod significant. 581.2.A
Animalium noxiorum exorcismi & coniurationes quæ licitæ. 460.1.
Animantium præsagia. 381.1.A
Annos & tempora qui colant. 456.1.a
Annulo quodam empto Princeps deceptus in ludo. 547.1.D
Antichristi nomen cur per 666. significatum 566.1
Antichristi tempus vane prædixere omnes. 570.1. C
Anthropomantia. 555.2.B
Antigonus. 597.2.A
Antiochi Tiberti Cesenatis diuinatio. 554.1.D
Antipathia hominis cum dæmone. 425.1. D
Antonius Cardinalis Granuellanus. 579.2.A
S. Antonij regula ad discernendas reuelationes explicata. 415.1.C
D. Antonio consecrandi porcos origo & ritus. 461.2.B
Antonio Verterij error. 585.1.A
Apollo Myricæus. 554.1.E
Apollo Ismenius. 553.2.C
Apollinis varia oracula. 154.2.A
Apollonius Tyanæus. 532.2.C
Apollonij Tyanæi iactantia. 542.1.D
Apostasia a fide. 432.2.C
Appa & Gela vt tutatæ castitatem. 375.1.C
Apparitiones Angeli, & Deiparæ. 613.1.A
Aqua an oderit maleficas; quod non. 368.2.c
Aquæ ascensus maleficus. 404
Aquæ rarefactio & condensatio facillima. 421.2.
Aquarum præsagia. 580.2.D
Aquila Ponticus cur pulsus ab Eccles. 416.2
Aquilæ Britannus. 295.2.B
Arabs significat latronem. 569.2.C
Araoeæ specie dæmon. 494.1.C
Arbitrium liberum absolutum Iudicibus nõ competere. 653.1
Arborum herbarum & florum prognostica.
Arcarius dæmon in Misnia. 440.2.E (581.1
Arequipanum prodigium. 550.1.B
Aretinorum fons. 544.2.C
Argentinenses quidam hæretici. 625
Atiobaldus Dux Longobardorum. 431.1.B
Atiopharnis Thracũ regis iudicium. 481.1.D
Atiolatio quid, & vnde dicta. 549.2.B
Arithmantia duplex. 565.2.E
Arlunæ Scythicæ. 554.1.a
Arma maleficio imbuta, gladius, annulus, &c 400.1.E
Armorici Baronis infanticida. 427.
Arnulphus Lotharingiæ dux. 665.2.D
Arnobij somnium. 596.2.D
Aronenses energumenæ quomodo à dæmone vexatæ & quædam liberatæ. 516.1.A
Arreptitij seu obsessi. 430.2.B
Arreptiorum reuelationes falsæ. 504.B
B, Arsenius. 424.1.D
S. Arsenij doctrina de dæmonum luctæ & varijs insidijs. 522.1.C
Asceterionis prædictio & mors. 575.1.C
Asini veneratio. 548.1.D
Aspidomantia. ibid.
Assassini qui. 407.1.D
Assumere quid. 405.2.A
Assyriorum sortitio in bellis. 560.2
Astirites lapis. 362.2.C
Astra non sunt certa omnium euentum signa. 574.1
Astragalomantia. 560.2.B
Astroiatri. 577.2.D
Astrologi qui excusandi. 532.2.D
Astrologi quæ nequeant prædicere. 572
Astrologi sæpe habent pactum cum dæmone. 575.2
Astrologorũ peccata quæ & quanta. 560.2.D
Astrologorum diuinationes cur aliquando veræ. 575.1.C
Astrologis vera dicentibus minus credendum. 589.1.2
Astrologiæ quatuor partes discussæ. 569.2.D
Astronomia & Astrologia discrepant. ibid.
Athenais electa ad imperium. 575.2.E
Atheismus ex Galunismo pullulat. 428.2.C
Attilanus. 665.2.C
Attilæ mater. 595.1.D
Augurum quid & quotuplex. 557.2.B
Auguria & oblatiua & imperatiua quæ. 558
Aurium respectu augurij nomina diuersa. ibi.
Aurium tintinnatio. 452.1
Augurinosi morbi curatio. 386.2.A
Auspicium militare ex acuminibus. 560.1.C
Auspicia pedestria. 558.1.

Auſpicia pedeſtria. 558.1
Auſpicia quid & qualia. 558.1.A
Axinomantia. 480.1.A

B.

BAbyloniarum fœminarum conſuetudo ſe aduenis proſtituendi, & funium quę tendebantur & rumpebantur, mos explicatus. 369.2.D
Banchus rex. 568.2.A
Baptiſmi aqua quo pacto cauſa ſalutis. 641.1D
Baptiſmi ritus defenſi. 463.1.B
Baptiſmali oleo & aqua abutuntur malefic. 365.1.A
Bardæſomnium. 596.1.D
Bartholomæi Coclitis prædictiones. 589.2.C mors ibid.
Baſina Franc. regina ſaga. 503.1.B
Baſilacius fanaticus qualis. 530.1.C
Baſilius Imp. 543.1.A
Baſilius Pſeudomonachus. 367.1.A
Batauus Miſſam irridens. 439.1.A
Begardi. 502.2.E
Begini & Begardi. ibid.
Belomantia. 561.1.D
Benedicere animalibus ſuperſtitioſe non licet. 460.2.C
Benedictionis menſæ omiſſio noxia. 433.
Berlinenſes maleficæ quo pacto glaciem procurent. 392.2.B
D. Bernardinus Senenſis fontem diuinatorium obſtruxit. 544.2.C
Bernenſium maleficorum ſumma impietas. 392.2.B
Brigitta Suetica & eius reuelationes defenſa. 509.2.E
Brigilenſis dæmon. 429.1.A
D. Biaſij patrocinium animalium. 461.2.A
Blaſphemorum pœnæ & exempla. 437.2.D
Bohemici Magi præſtigiæ. 401.1.D
Bohemiæ ſpectrum mortis præſagũ. 559.2.E
Bohemæ faſcinatæ viros occidere. 393.2.E
Bohemæ ſagæ demerſæ. 338.1.B
Boleslaus à canibus deuoratus. 432.1.B
Bonnenſis vetula combuſta per indicium probæ aquæ. 643.2.B
Bonum hominis rei quod. 466.1
Bonum iudicantis quod. ibid.
Boni cur à dæmone vexentur. 417.2.C
Boni minoris ſuaſu Diabolus ſolet impedire maius. 519.1
Bonis nocere poſſunt, ſed raro malefici. 425.2.B
Botomantia. 554.1.D
Boum præſagium. 581.2.D
Brabantiæ ſuperſtitiones duæ. 467.
Branchidarum oraculum. 535.2.B
Braſileenſium oniropolia. 590.2.B
Brauo miles Hiſpanus aleator à dæmone in altum ſublatus. 435.2.C
B. Bricij miracula duo. 622.1.D
Brigida Scota. 510.1.A
Bruta fulmina. 518.
Bruxellenſis mulierculæ diuinatio per ſomnium diſcuſſa. 592.2.D
Burchardus Halberſtadienſis Epiſcopus. 611.2.D

C.

CAdauera quomodo lancinent ſiue in patibulis, ſiue inhumata. 395.1.
Cœlorum influentiæ poſſunt ſpecies in phãtaſia producere. 593.2.C
Caietani quædam ſententia explicata. 447.1.A
Caietani excuſatio reiecta. 453.1.E
Calix pro ſorte. 600.1.A
Caligulam Cæſonia ſuſtulit. 371.1.B
Calliæ templum in Gargano. 497.2.C
Calumniatores Sanctorum puniti. 430.1
Caluini error de baptiſmo. 639.2.D
Caluiniani amici dęmonum, eorum parcunt imaginibus, varia exempla. 639.2.D
Caluiniani oſores virginitatis. 431.2.a
Caluiniſtæ præcurſores Antichriſti. 495.1.B
Caluiniſtarum reuelationes. 527.1.D
Caluiniſtarum vexillum effigie dæmonis inſigne. 429.1.C
Cambronenſis Deiparæ imago, Duellum, & miraculoſa Clinici victoria. 613.1.A
Cameracenſes quidam hæretici. 625.1.A
Campanarum oſtenta mira. 579.1.B
Cananæus ſignificat mercatorem. 569.2.B
Canoniſtarum quorundam error. 649
Capnomantiæ ſpecies. 551.2.C
S. Carilephus. 443.1.E
Carnium eſus. 374.1.B
Carolus Magnus Imp. 482.2.C
Caroli Regis Franc. morbus ex maleficio. 397.2.B.
Caroli Calui auiditas. 619.2.B
Caroli Manſfeldij Comitis mirus morbus ex maleficio. 412.2.C
Carnifex à malefica læſus in ipſa iuſtitiæ exſecutione. 394.1
Carnifex à malefica iam rogo mandãda læſus afflatu. 416.2.B

Carthaginensis mulier ex falsa reuelat. causa schismatis. 560.2.A
Catharinæ Raconisiæ reuelationes. 527.1.
Catharinæ Hualtheri mirus morbus ex maleficio. 406.2.D
Catharinæ Senensis reuelatio de concept. B. Mariæ virginis discussa. 511.1.E
Catharina Bononiensis decepta. 501.1.A
Catholici & Ariani Episc. certamen. 623.2.A
Catopromantia in cuspide splendēti. 561.2.A
κάτοχος, & κατοχή. 496.1.C
Cautelæ pro aqua frigida reiectæ. 744.2.B
Celtæ dicti Germani. 544.1.D
Ceriti & Cererícti. 409.2.C
Ceromantia. 553.2.D
Certamen duorum veneficorum mirabile. 393.2.A
Chabar quid, vnde Chabar in. 561.2.B
Chaldæi qui dicti. 569.2.B
Charibertus. 532.1.C
Charichrist. Hiberniæ. 455.2.C
Childericus rex Franciæ. 503.1.B
Chiromantia quotuplex, & quæ licita, quæ contra. 584.2.C
Chiromātiæ scriptores, prohibitæ lectionis. Chorion. 554.2.B.C. (585.1.A,B
Chosen seu essen. 488.1.E
Christus quo sensu Propheta. 486.1.B
Christi Domini factum cæcum sanantis. 463.1.A
Christianus Comes de Oldeborg. 619.2.C
Chrismatis vis. 439.1.A
Cineraria diuinatio. 552.1.E
Circi Byzaceni statuę fatales. 403.2.B
Cisterna in Aphaceno templo. 544.1.E
Citatio ad comparendum coram Deo, & varia eius exempla. 608.2.B
Clementis octaui bulla. 615.
χληδονισική. 630.1.C
χληδονίζεσθαι quid & χλήδων. 542.2.D
Cluniacenses monachi Alphonsum Regem Aragoniæ expurgatorio educunt. 441.2.
Cogitationes an notæ dæmoni. 541.2.E
Cogitationes quo pacto Magi diuinent. ibi.
Cohobæ semen. 504.2.C
S. Coletæ prudens humilitas. 501.2.C
Colonien sis virgo. 443.2.B
Colophonij vates. 535.2.B
Cometarum significationes. 578.2.A
Comitissa sectæ Caluinianæ venefica & adultera iussu mariti occisa. 412.2.D
Conceptio B. Virg. Deiparę immaculatæ defensa contra quandam prætensam reuelationem. 512.1
Condæi principis præsagia. 596.1.A
Confessionis vis. 411.2
Congelatio. 496.1.D
Coniectatio quid 255. quotuplex. 596.1.C
Coniectatio iudiciaria ex astris quatenus licita. 569.1.D
Coniugibus vitanda philtra. 372.2.B
Coniugum intemperantia. 431.1.C
Conrad. Wimpina multa sublegit clam ex Pico. 562.2.A
Conradi Marpurgij inquisitio. 618.2.2
Constantini Stephani astrologi diuinationes. 576.1.C
Constantinopolitani Circi maleficæ imagines. 403.2.B
Contagio quomodo hauriatur. 376.1
Corporis sicarius. 590.1.A
Contradictiones defensoris probæ aquæ frigidæ. 643.1.A
Cōtumaciæ inobedientiæque pœna. 492.2.D
Corinthiorum lex. 586.2.2.D
Cornicis præsagium. 581.1.D
Corpus imago animi. 583.2.C
Corporis dispositio quam exposita illusionibus. 506.1.B
Corpori naturaliter ferrum & alia metallica certo conformata artificio innasci non posse. 412.2.D
Corpori humano ex malis humoribus interdum dura vt trophos, spinas, cōchylia, &c. innasci. ibid.
Coscinomantia. 547.2.A
Crassus. 433.2.C
Cratetis impium consilium. 373.2.A
Creaturæ quomodo laudem Dei nobis proponant. 641.1.B
Cribro diuinare. 480.1.A
Critomantia, & Crithriæ mulieres. 553.2.D
Crucifixi imago sanguinē fundens. 400.2.C
Crucis signum quam vim habeat. 515.1.B
Crucis signum contra illusiones. 515.1.A
Crucis signaculo discernuntur illusiones. 519.1.B Ctioni. 424.2.E
Crucis signum opponere visioni seu reuela-
Crucis signum prætermissum noxiū. 434.2.2
Cubabant olim in templis ad somnia captāda. 497.1.C
Cubomantia. 560.2.C
Cultrum excernens deglutitum. 415.2.D
Curiositas. 463.2.A
Cyaneæ ad Lycum. 544.1.B
Cyrus. 497.2.A

D

DABAR. 494.2.A
Dactylomantia. 547.1.C
Dæmon pro anima apparet euocata. 542.2. C. idem solet mentiri se animam. idem solet. 544.
Dæmon cur vtatur ætate puerili ad diuinationes. 506.1.D
Dæmon quædam per se non æque potest ac per alios. 444.2.A
Dæmō cur potius per alios quam per se, maleficio noceat. ibid.
Dæmon non habet corpus æreum nec aliud. 637.2.C
Dæmon alligatus loco per Magum. 416.
Dæmon maleficas sustinet, ne mergantur. 638.1.A
Dæmon somnijs deludens. 416.
Dæmonis fraudes in oraculis reddendis. 530 2.B
Dæmoni permittit Deus aliquando lædere, & iudices decipere. 645.1.A
Dæmoni se deuouere vel eum inuocare quã periculosum. 433.2.A
Dæmoni homines tradendi potestas. 414.2.D
Dæmones quæ occulta queant reuelare. 529. 1.C
Dæmonum conuiuia sunt calamitates hominum. 353.1.A
Dæmonum ministerio non licere vti, nec ad bonum. 462.1
Dæmoniaci obsessi & possessi quomodo differant. 415.1.D
quomodo inter dæmon. 458
Δαιμονιάτες. 409.2.C
Danielis liber somnialis. 591.2.B
Daphnomantia. 554.1.B
Deus cur maleficia permittat. 427.2.A
Deus cur permittat homines à dæmone possideri. 416.2.C
Dei gloria resultans ex maleficijs. 427.2.C
Dei prouidentia intuendis & dirigendis iudicibus maleficij quanta & qualis. 650.1.
Dei prouidentia quæ in tolerandis scelerib⁹ maleficorum. 462 2.D
Dei suauitas, clementia, sapientia, potentia, iustitia. 427.2.C
Defuncti poscunt eleemosynas, & spiritualia remedia. 444.1
Dementia breuis ac ridicula per maleficium. 409.
Depositi negatio. 436 1.C
Desidia seu segnities. 373.2.D
Desperatio. 443.1.C
Desputio in sinum superstitiosa. 367.2.C
Detractionis pœna. 429.2.B
Deuotionis seu execrationis maleficium. 414.2.D
Diabol. quomodo inducat in gulam & libidinem. 522.1.E
Diabolus in iudicio militis patronus & liberator. 436.1.A
Diabolus vnumquemque decipit per ea, quę quisque amat. 505.1.C
Diabolus quo modo mundi rex secundum Lutherum. & quomodo secundum Catholicam veritatem. 390.2.D
Diabolus quomodo Dɛvs sæculi dicatur. ibid.
Diadumenus vnde dictus. 554.2.C
Didaci Ordonij duellum cum Zamoranis. 614.1.D
Didius Iulianus. 541
Dies SS. Pauli Vincentij, Vrbani, Ioannis, Annunciationis. 456.1.A.B.C.D.E
Dierum fastorum vel infaustorum obseruatio. 456.2.A.B. & seq.
Dina fossa. 553.2.C
Diophanes magus. 547.2.E
Diræ. 559.1.A
Discretio experimentalis, quid, & quæ nomina eius. 499.1.E
Discretio spirituum doctrinalis quæ. ibid.
Discretionis spirituum donum quid: & de duplici modo. ibid.
Diuinatio quando & quale peccatum. 567. 2.B
Diuinatio quotuplex. 534.1.B
Diuinatio quale peccatum, siue, quæ hæretica, quæ non. ibid.
Diuinatio in Sacra Scriptura an semper in malum sumitur. 302.
Diuinatio qualis permissa. 532.2
Diuinatio malefica per plumbum liquefactũ & aquam. 406.1.D
Diuinationis definitio explicata, & quomodo differat ab vana obseruantia, prophetia. coniectatione. quarum sit rerum. vnde dicta, solemnia, instrumenta. 528.2.B
Diuinationis à Prophetia & coniectatione discernendæ canones. 532.2.A
Diuinationi recipiendæ quæ dispositio apta. 484.1.E
Diuinationem explicitam illicitam esse, nemo Christianus potest licite ignorare. 534. 1.D

Diuinationes cum pacto expresso seu explicito. ibi.
Diuinatores astrologi ex republica reijciendi. 578.1.C
Diuinatores consulere non licet. 533.
Diuinatoria sors illicita. 556.
Diuinatoriæ sortis species. 560.2.A
Didonides columbæ quales. 535.1.E
Donatistæ Sacrilegi. 439.1.B
Dracus Londinensis. 527.2.B
Dubium quid, & quomodo in dubijs mitior sententia sequenda.
Duella omni iure prohibita docetur. 614.2.a
Duella quãdo Principes possint permittere. 616.1
Duellorum causæ. 613.1
Duellorum incertitudo & iniustitia. ibid.
Duellorum variorum exempla. ibid.
Duffus rex. 401.2.C
Dulcinistæ. 505.2.A
Dunstanus ignita forcipe nasum laruæ comprehendit. 517.1.A
Dura & crassa quo pacto dæmon queat vero aut falso corpori inserere. 414.2.A

E.

Ecclesiæ precationes quam vim habeant malas repellendi. 462.1.A
Ecclesiæ non obedire est mortale peccatum.
Ecclesiasticas cæremonias superstitiosis ritibus conferre blasphemum & impium est 463.1.A
Electione astrologicæ. 471.2.A
Eleemosyna data lagis an periculosa. 438.1.
Eleemosynæ vis. ibid.
Eleemosynam denegantes fascinati. ibid.
Eleemosynæ defunctis prosunt. 441.1.B
Eleemosynę impetratæ an efficaciores. 458.
Eliæ humilitas. 424.1.C (1.B
Elisæus cur psalten requisiuit. 484.1.E
Elizabetha Croftha. 527.2.C
Elizabeth Barthonæ vaticinia. ibid.
Elementa tantum sunt tria: nullum ignis. 578.2.A
B. Eleutherius. 391
S. Elisabetha Sconaugiensis defensa. 510.1.B
S. Elphegus. 522. 1.C
Elymas magus. 444. 2.B
Elzana malefícus. 392.1.D
Emma regina. 618.2.C
Energumeni tot cur tẽpore Christi. 428.2.B
Energumenorum corpora an possit dæmon subingredi. & quo id pacto. 416.1.A
Energumenos veros reperiri, & qui tales sint ibid.
Enguerrani Marignani vxor malefica. 402.
Enthusiastæ hæretici. 591.1 C. (1.D
Epachij pœna. 439.1.C
Emphemerides pastorum, & rusticorum, & nautarum vnde natæ. 581.2.B
Ephesiorum notæ quæ. 563.1.A
S. Ephrem. 500.3.C
Ephialtes, seu incubus morbus. 593.2.B
Ephod. quid & quotuplex. 488.1.D
Epileptici apti maleficio. 404.2.D
Epitheles Messenius. 195.1.D
Erichus magia. 340.1.B
Erkimbaldi de Burban. factum & miraculosa Eucharistiæ perceptio. 607.2.A
Error iuris quis peccatum. 614.2.A
Euangelium. 494.1.B
Euangeliorum liber incombustus. 624.1.
Eucharistia quo modo exitium sit sumẽtis. 607.2.
Eucharistia vere ad salutẽ instituta. 606.2.B
Eucharistia contẽpta, & formidata. 605.1.D
Eucharistiæ sacramenti forma à Deo instituta. 464.2.A
Eucharistiæ miraculum. 365.2.B
Eucharistiæ sumptæ purgatio, defensa exẽplis & ratione contra Hotomanum Caluinistam. 605.1.E
Eucharistiæ vis. 412.1.2.
Eucharistiæ contemptæ vltio. 432.2.D
Eucharistiã indigne sumentiũ pœnę. 606.2.C
Eucharistia abutuntur malefici. 418.
Eucharisticæ purgationis formula & causæ. 606.1.
Eucheræ infanticidæ. 355.1.C
Eulalij fiscella incombusta. 622.2.B
Eulogij somnium. 590.2.C
Eustachius Abbas. 609.1.C
Eutelidas. 377.2.B
Excommunicationis contemptus. 439.2.E
Execrationum seu Dirarum in seipsos exempla. 333.2.A
Exorcismorum formulæ quæ licitæ. 461.2.
Expuere in faciem visi. 921.1
Ecstasis seu raptus Prophet. 496.1.C
Exstatici. 496.1.A
Extispicina. 550.1.C

F.

Facies index animi. 583.2.A
F. magustani Turcæ vaticinia. 530.2.C

Fanatici seu ἐνθεοι. 436. B. exempla & nomina. 278.2
Fascinationis species tres. 375.2.C
Fascinatio quid late, & stricte. 377.1.A
Fascinatio quid secundum vulgus & hæreticos. 390.1.A
Fascinatio illa vulgaris quam erroris originem habeat. 377.1.B
Fascinatio vulgi fabula & superstitio est. 377 1.A
Fascinationis vera causa, refutatis falsis. ibi.
Fascinationis remedia quædã superstitiosa, 391.A
Fatui & furiosi cur sæpius diuinent. 484.2.C
Faustina quomodo amore liberata. 373.2.B
Felicis Malleoli liber pro superstitiosis orationum formulis discussus & confutatus, 260.1.A. cum seqq.
Fœminæ faciliores decipi. 506.2.B
Fœminarum reuelationes quomodo examinandæ. ibid.E
Ferdinandus III. Castellę Rex. 611.2.E
Ferd. Cortezius. 564.1.E
Ferdinandus Daualus natus galeatus. 554.2.E
Ferrantis Comitis Flandriæ matrem dæmon decepit. 531.2.D
Ferri candentis miracula. 618.2.
Fessanæ tribades. 547.2.D
Fessanorum Hydromantia. 544.2.A
Festorum violatio. 443.1.D
Fides quæ operetur in sanatione. 465.1.D
Fides remedium contra maleficium, 411.
Fidei vis contra illusiones. 516.
Fiducia & custodia sui. 521.
Filum collo commensuratum. 557.1.C
Fila malefici amatorij qualia. 368.1.C
Finis bonus solus non facit actum esse bonum aut legitimum. 648.2.B
Finni malefici balistarij. 401.1.B
Fontium miracula. 559.2.A
Florentina mulier. 411.1.D
Floridensis diuinatio. 549.A
Forma nocet pudicitiæ. 374.1.B
Forma probæ aquæ frigid æ in maleficijs. 637.2.A
Forma ferri consecrãdi ad iudicium. 618.1.B
Formæ verborum quæ permissæ quæ non in medicinis. 464.2.C
Formula probæ aquæ feruentis. 627.1.B
Formulæ curationum superstitiosæ multæ. 468.1.B
Franciæ aula superstitiosa in dierum obseruatione. 457.2.A
Franci vsi ferri candentis indicio. 618.1.A
Franciscus Dux Armoricorum. 612.
D. Franciſci exemplo se virgo volutat in niue. 516.1.D
S. Francisci sortitio. 563.2.A
Francisci Borgiæ reuelat. 526.1.B
Frãcisci de la cruz delusio, hæresis, falsæ prophetiæ, supplicium, & historia. 503.2.A
Fresaia seu strix auicula. 355.1.E
S. Friardi prudentia. 518.2.B
Fridericus III. Imp. 482.2.C
Fridericus Dux Austriæ. 371.2.C
Frumenti aduersio per maleficium. 400.1.B
Fulicum præsag. 581.1.D
Fulminis vis in penetrandis solidis. 414.1.D
Furi oculus quo pacto excutiendus, vt cognoscatur. 469.2.C
Furtum concipere per lancem & licium. 557.1.B
Futurorum sciẽtia quo pacto reseruata Deo. 571.2.B

G.

GAgates in diuinatione. 348
Gaianus minus. 433.
Galea nascentium. 554.2.C
Galeciua vicecomes maleficiatus. 420.1.A
Gallicenæ fœminæ. 535.2.A
Gandensis virginis propter superbiã illusio. 517.2.E
S. Gangulphi vxor adultera detecta & punita. 933.2.A
Gastromantia. 545.1.D
Gazareni qui. 549.2.D
Geilæ mors. 432.1.B
Gelo quæ Mauritio insidiata. 355.2.A
Genebaldus Laudunensis lapsus, & pœnitẽs, & quam obediens D. Remigio. 517.1.B
Geneuenses venefici. 393.
Geomantia. 562.1.E
Germani proba aquę vsi. 627.2.B
Germanorum mos quidam discussus. 551.2.a
Germanorum superstitio. 544.1.D. 480.1.E. 529.2.B. 560.2.D
germanarum fœminarum diuinatio. 539 2.a
Gertrudis. 510.1.a
Gladij mucronem tres digitos longum excernens. 413.2.E
Glãdium trium præsagium superstitiosum. 581.1.C
Gnostiorum Magia & viscerationes & infanticidia. 397.1.A
Goestorum iconoclastia. 429 1.B
Goninus magus Parisiensis, illusit iudici ipso supplicio, vicaria sibi mala in patibulo relicta. 426.2.B

Goduini Comitis mors. 437.2.B
Gotfridus Schlussel. 433.2.E
Gotholanus Nauarchus. 612.1A
Græcorum nomine qui significentur in Sacra Scriptura. 494.1.B.& C
Grando & glacies eadem specie. 580.2.B
Gratiani error. 627.1.A
Grætiensis pseudoprophetæ. 497
S.Gregorius Agrigentinus. 432.2.B
Gregorius VII.Papa. 605.1.E
Gregorij XIII.laus & bulla. 615.2.A
Gualtherus Burgensis. 609.2.A
Guilhelm.Aquitaniæ Dux delusus. 500.
B.Guilh.Roscildensis. 523.2.A
Gula etiam leuis religiosæ punita. 444.1.C
Gunda mulier viri teste assumpta monasterium ingrediens punita. ca.1.B
Gundizaluus Fernandez de corduba. 610.2.E
Gustronensis faber magus. 480.2.D
S.Gudlacus. 522.1.C
Gygas annulus. 547.1.D

N.

HAbitus optimus periculosus,& nitor solito maior suspectus. 390.2.C
Hadrianus VI.Papa. 575.2.A
Hæretici fictores reuelationum vt fuere. Cherinthus, Marcus Magus, Montanistæ, Donatistæ, Archontici, Manichæi. 503.1.C (2.E
Hæretici dæmones expellere nequeũt. 428.
Hæreticorum prophetæ mente capiebantur, exemp.prob. 495.2.D
Hæreticus mire ignis semper vlciscitur,exẽplis duobus id confirmatum, 623.2.E
Hæreticos reiecit aqua.653.2.B (628.629.
Hæresi fãma quod vmbra corporis. 626.2.D
Halitu & afflatu maleficæ fascinant. 364.2.B
Hannoniæ energumenæ quæ fingens se sacerdotissam & consecrans exemplũ. 509.1B
Haraldus Hybernus. 622.2 B
Haruga. 549.2.D
Haruspicina vnde dicta,& quid. ibid.
Hebræi astrologi causa idololatriæ & iconoclastiæ. 576.575.2.A
Ab Hecate vel Heroibus infestati. 409.2.D
S.Helenæ falso ascripta oratio. 469.1.C
Heliogabalus. 550.1.A
Helisæi gestus puerum suscitantis. 463.1 B
Heluetia saga. 404.2.C
Heluetia obstetrix puericida. 355.1.C
Helueticæ duæ maleficę afflatu lepra infecere. 593.2.C

Henricus Imperator. 608.1.B
Henricus Moguntinus Episcopus. 611. 2.2.
Herbæ & festucæ maleficæ, quas supergrediendo quis fascinatur. 352.2.A
S.Herebertus. 500.2.D
Hermetis Malatestæ mors. 590.1.A
S.Hermannus Steinfeldensis. 437.2.c
Hiberniæ superstitio. 455.2.C
D.Hieron. crucis signum adhibuit sanationi. 465.1.C
Hieron.Cãcellarij Mediolan.annul? 547.1.D
Hieroscopiæ descriptio accurata. 549.2.& seqq.
D.Hilarion dæmonem quem Magus immiserat è virgine expulit. 416.1.B
Hildebrando puero omen oblatum mirum.
Hildegardis. 524.1.D (556.2.D
Hippe. 362.2.B (621.2.c.628.1.E
Hispani Catholici contra Arianum certamẽ
Hispanorum militum oratio superstitiosa vulnerum curandorum. 458.2.E
Historis filia Tiresiæ. 399.1.B
Homicidij pœna. 432.1.B
Homicidia magica. 539.2.A.B
Hominum generi ex maleficiorum scelere vtilitates natæ. 428.1.A
Horror & lætitia ex reuelatione. 524.1.B
Hotomanni temeritas castigatur. 606.2.A
Humilitas necessaria cõtra illusiones. 500.1.B
Humilitas vis contra illusiones. 518.1
Humilitatis vis contra dæmones. 502.1.E
Hydromantiæ species variæ. 552.2.C
Hypatiæ prudens facinus. 375.1.B

I.

IAcobi Richij libellus confutatus. 637.1.D
Iacobi Brocardi Caluiniſtæ reuelatio. 527.1.E
Iad.495.2. e colloquiũ cũ Alexand. 249.2.B
Iamnes & Mambres. 444.2.B
Iannes seu Iannes Theophili præceptor,Patriarcha,Magus. 545.1.B
Iaponij furtum valde detestatur. 616.2.C
Ichthyomantia. 553.2.B
Iddegonim. 555.1.B
Ieduim diuinatio.& quid Iedua. ibid.
Ieiunium necessarium ante Missæ celebrationem. 439.2.B
Ieiunij violatio punita. ibid
Ieroboami vxor. 533.2.D
Iesv nominis virtus liberat puerum à dæmonum potestate. 436.2.D
Iesv nominis efficacia. 464.2.B
Ignorantia quæ in Diuinatione excusat. 533
Ignorantia quæ a peccato excusat. 652.1.C

Illu-

Illuminati hæretici. 503.1.B
Illusorũ per reuelationes excusationes discutiuntur. 502.1.C
Imago malefica. 406.1.A
Imagines maleficæ amatoriæ. 569.
Imagines vel statuæ maleficæ, & varia exẽpla. 401
Imagines maleficæ ex cera, terra, &c. 364.2.C
earum baptismus, & alij ritus. ibi.2.C
Imagines astrologicæ. 570.1.A
Imaginarij magi. 549.1.D
Immisericordia. 438.1.A
Impedimentum perpetuum quod. 419.2.D
Imprecationum mala & vlriones. 429.2.C
Incestuosus Satanæ traditus. 431.1.C
Incendi solita maleficis. 369.1A
Indi adiuratores tempestatem. 577
Indicium complicum. 649.1.B
Indolentiam seu patientiam tormentorum quomodo procurent maleficæ. 425.2.A
Infans tutus inter dæmones. 446.2.C
Infantes proprij occisi & comesti à maleficis.
Infantium cædes. 355.2.B (397.1.A
Infantibus cur sæpius noceant malefici, maxime non baptizatis, quæsitum, & cur Deus hoc permittat. 425.1.B
Infanticidium. 395.2.D
Inferni ostia varia. 538.1.2
Inferrationis maleficium. 411.1.2
Iniuriæ quomodo remittendæ ex Dei præcepto. 463.2.A
Innocentij VI. mors fabulosa. 619.2.A
Intentio quæ excuset à peccato. 465.2.C
Inuidia & odium proximi. 431.1.A
Inuidi an visu noceant. 376.1.B
Ioannes Morochazarius maleficus. 492.2.E
Ioan. de Varenis. 528
Ioã. Flãder Estinnẽ. Deiparę defensor. 613.1A
Ioannes Galeacius astrologum strangulari iussit. 576/1.C
S. Ioannes Gualbertus. 624.1.D
Ioannis XXI. mors. 577.1.A
Ioannes de Rupescissa. 596.1.B
Ioann. Sagus, & Ioan. de Rupescissa. 526.2.E
Ioannis Stadij vanitas. 569.8.E
Ioannis Tursonis mors. 611.2D
Ioannis Bentiuoli sæuitia. 589.2.D
B. Ioã. die succesæ pyræ, & vnde mos. 551.2.A
Ioanna Potiere saga causa vexationis totĩ monasterij vbi degebat. 504.2.A
Ioannæ virginis Lotharingæ reuelat. defensæ. 526.1.D. contra illam acta. ibidem
Ioannes Ballus. 503.2.D
Ioannes Ballæus notatus. 510.1.B
Iob à dæmone plagatus 404.1 E
Ionathæ sors, & petitio signi. 533.1.B
Ionæ tempestas. ibidem
S. Iordanes illusus non semel. 526.1.A
Ioseph sortitio & virga. 556.2.B
D. Iosephi nomen cur datum cuidam. 523.1.E
Iouis Dodonæi, Ammonis, Trophonij oracula. 534.2.D
Iouius notat° 557.2.D. scriptor superstitios°. ibid.
Iprensis Episcopi sententia defensa. 459.1.D
Ira etiam leuis. 444.1.B
Iridis & similium præsagia. 580.2.D
Irrisio virorum Sanctorum. 443.1.B
Isaacius Imp. de imperio deiectus. 598.2.D
Isaacius Angelus. 543.2.C
Isiacorum superstitio. 553.2.
Italus veneficus Cathar. Medicęæ. 394.1.B
Italorum hodierna hydiomantia. 444.2.B
Iudæi perfidiæ, duellum & suppliciũ. 613.1.B
Iudæi crudele pactum fœnoris. 483.1.A
Iudæi dictum acutum de astrologia. 572.2.C
Iudæi vnde dicti adorare caput asini. 548
Iudæorum idololatria in captandis somnijs. 497.1.A
Iudex sine causa idonea non potest recedere à communi opinione. 542.1.C
Iudex improbus damnatus. 441.1.2
Judici nõ licet quã vult pęnã infligere. 645.1
Iudices peccant bona intentione proba aquę frigidæ vtentes fuse doctum. 651.2
Iudices quæ sub mortali facere & scire teneantur. 552.2
Iudices ac ne Principes quidẽ lege plane soluti. ibi A. quo pacto legibus astricti. 693. A
Judices cur veritatem non assequantur in sagarum iudicis. 654.2.B
Iudices non possunt inquirere in plane occulta. 357
Iudices non possint vti plenitudine arbitrij. 653.1
Iudices isti aqnarioli quæ docendi. ibid.
Iudicis hac proba aquæ frigidę vtentis pęnę. ibid. potest conueniri actione iniuriarum. eius sententia est nulla. est homicida. ibid.
Judicum iusiurandum in leges. 653.1
Iudicibus & iustitię administris an malefici possint nocere. 425.2.D
Iudicibus quibus noceant malefici. ibid.
Iudicium qui in sacra Scriptura. 488.2
Iudicium, qualis purgatio. 617.1.C
Iudicia humana cur sint incerta. 606.1.B
Iudiciarius processus contra vermes noxios. 460.2.E

Iuger, & Lauffkaffer, vermes. ibid.
Iulij II. bulla. 615.1.C
B. Iulianus ex parricida Sanctus. 223.1.D
Iul. Strenius nimiũ tribuit astrologis. 572.1.c
Iulianus Apostata. 503.1.D
Iuliani Apostatæ Magia. 554.1.2
Iuliani calumnia in vigilias Christianorum. 497.1.C
Iunianus Maius. 590.2.C
Iunonis palus Epidamni. 544.1.D
Iurisiurandi purgatio defensa. 632
Iusti Lipsij narratio & amicitia cum auctore. 597.2.B
D. Iustina & Cyprianus magus. 266.1.D
Iustitia Dea Hotomanno. 607.1.B
Iyngis varia nomina. 362.2.A

K.

KAbbala duplex Iudæorum. 566.1.a
KALAL quid. 561.2.2
Kalendarum Ian. superstitiones. 454.2.D
Karentinienſium maleficiatorum discussa Historia. 420.2.A
KIBEL. vnde Kabala. 436.2.D
S. Kiliani & sociorum cædes. 432.1.B
Kunigundis Imp. 618.2.A

L.

LAcertulas in vrina quidam eiecit. 412.2.c
Lactis exsiccandi, aut furandi maleficiũ, & ritus, nec non remedium lepidum. exempla singulorum. 299.2.D
Læstrygones cur strigæ. 355.1.C
Lamia vnde dicta. ead.
Lampadomantia. 557.1.2
Lapis insignis & diuinatorius Iudęis. 555.2.A
Lapis quomodo radat & subintret aquæ superficiem. 414.1.D (493.1.C
Lapidum rationalis fulgor, quando desierit.
Lappones malefici sagittarij. 401.1.B
Laurentij Medicei mors. 576.1.E
Lauri vti à maleficis solebant. 194.2.B. & à diuinationibus symbolum diuinat .369
Lecanomantia. 545.1.B (1.B.55 4.1.
Lectisternia Gentilium in fanis ad somnia cantanda. 595.1.2
Lemniæ fœminæ cur maritis inuisæ. 417.2.D
Leo Imp. philosophus contemptor Magorũ. 281.2.D
Leo Isaurus. 576.1.C
Leonardo Hasselio restituti libri sui. 388.1.c
Leuenstetensis puella. 411
Libanomania. 552.1.A
Liber dictus reuelationes prophetarũ. 303.1.D
Librorum scribendorum & complicandorũ apud Hebręos consuetudo. 547.1.2
Liberos dæmoni offerunt malefici. 425.1.B
Libidinis irritamenta vndecim ex Helinando explicata. 373.2.D
Libidini quæ spiritualia arma depellẽdæ optima. 374.1.
B. Libuina. 424.1.D
Licitum non est vsurpare sacram Scripturam ad sensum ad quem non prolata. ibid.
Ligamina & nodi amatorij. 268.1.C
Ligaminis maleficium quam frequens, quotuplex, &c. 417.1.A
Ligaminis causæ præcipuæ. ibid.2.
Ligaminis modi. ibid.
Ligaturæ Pecuariorum. 458.1.c
Ligentur cum sæpius viri. 417.B
Lilith. 355.2.C
Lithomantia. 555.1.C
Lituanorum superstitio. 551.1.B
Λῆμμα. 495.1.B
Loca vbi maleficia solent reponi vel recõdi. 364.1.B
Locutio linguarum ignotarum non procedit ab atra bile. 535.1.A
λόγιον & λόγια quid. 488.2.A
Lollardi. 503.1.A
Longobardi capræ caput adorarunt. 480.1.E
Lotharij Franciæ Regis sacrilegium & pœna. 305.1.C
Lotharię contractus, quid quotuplex, & quas conditiones requirat vt sit licitus. 600.2.A
Lothariæ cõtractu quæ personæ lucrari possunt. 601.2.D
Lucas Gauricus infœlix diuinator. 589.2.C
Lucernaria diuinatio. 557.1.A
Lucretij insania & mors. 371.1.D
Luculli mors amatorio. ibid.
Ludouicus Rex Germanorum. 628.2.C
Ludouicus Sfortia. 576.2.C
Lugdunobatani iconoclastæ. 492.1.C
Luizici populi. 558.2.C
Lumẽ propheticum ad quam qualitatis speciem pertineat. 487.2.D
Luminis prophetici certitudo, nomina varia, & an idem sit cum lumine fidei. ibid.
Lumini prophetico non credentes peccant, & puniti. ibid.
Lunaticorum plures species. 404.2.B
S. Lupi libum. 458.2.A
Lusitana monialis. 526.2.B
Lutherus nimis liberalis in dæmonẽ. 391.1.A
Lutheri funeri dęmones interfuerũt. 429.1.B
Lutheri pseudoprophetię. 528.1.B
Lutheri & sequacium de baptismi materia errores plane vesani. 639.2.D

Luthe-

Lutherum in angustias olidas redegit demon. 428.2.E
Luxuria punita. 431.1.C
Luxus vestium punitus per dæmonem. ibid.
Licij pisces arioli. 553.2.B

M.

MOestitia & iocus. 374.1.E
Magdalena de la Cruz. 509.1.B
Magiæ, hæresis, luxuriæ cognatio. 431.2.A
Malchuth & Malki. 494.2.B
Maledici in Martyrem pœna. 437.2.A
Maledici in Sanctos. 432.2.B
Maleficus cui malefico possit nocere. 423.2.B
Malefici intentionē cur dæmon exigat. 354.1.B
Malefici quib⁹ personis nocere queāt. 424.2.A
Malefici excommunicati. 401.1.A
Malefica curatio. 412.2
Maleficæ sunt possessæ ab inhabitante dæmone 637.2.A
Maleficarum supernatatio vnde proueniat. 637.1.E
Maleficium ? sse. 353.1.B
Maleficium quid, & quotuplex. ibid.
Maleficium soporiferum. 396.2.A
Maleficium hostile & qualia ingredientia. 375.2.B
Maleficium per inhalationem omnium pessimum. 393.1.E
Maleficium per cibum & potum. ibid.
Maleficium per iniunctionem, & vis eius. ibid.
Maleficium maleficio repellere non licet. 461.2
Maleficij efficientes causæ. 353.2.B
Maleficij inhalatorij causæ contra Bodinum & alios. 393.2.E
Maleficij intrinseca materia. ibid.
Maleficij extrinseci modi varij. ibid.E
Maleficij crimen quoad probam aquę, nihil habet peculiare. 465.2.B
Maleficij species per introsumptionem, vel per applicationem exteriorem. 393.1.A
Maleficio maxime cur dæmon delectetur. 353.1.A
Maleficia quæ ab extrinseco. 363.1.2
Maleficia quæ interius operantur. 362.1.2
Maleficia tantum nocent, quibus volunt malefici. 354.1.B
Maleficiorum instrumenta, seu materia. 355.2
Maleficijs multos lædi & occidi probatur. 391.2.E
Maleficiandi præsegmina vel quid aliud eius exp etuntur à sagis. 364.1.B
Maleficiatus quid. 353.2.A
Maleficiati & frigidi qui, & hos per maleficos o sse fieri. 417.1.B
Mandragoreus virunculus, & de hac impostura 547.1.A
Manganiæ species 537.1. A in quibus pactum latens. 537.1.A
Manuel Cōnenus decept⁹ ab astrologis. 577.1.B
Manus Domini facta super me, quid. 496.1.D
S. Marcellus. 519.1.D
M. Antonius Triumuir. 2.662.D
Marcus hæreticus & Magus. ibid.
D. Marcus sutorem sanauit 240.1.A. eiusdem præsagium. 463.1.B
Mare baptizantium superstitio. 544.1.A
Margaritæ Rauennatis reuelat. 526.2.C
B. Maria virgo visa cuidam in somnis desponsari. 523.2.A
B. Maria virgo se vlta. 433.1.D
Marię Deiparę fauor in tuēda castitate. 374.2.D
Mariæ virginis Deiparæ deuotio quam vtilis. 411.1.B
B. Mariæ Dei matris inuocatio quam salutaris. 443.2.C
S. Mariæ de Oegenies amicus illusus, sed à Sancta seruatus. 521.2.A
Mariæ Imperatricis scelus & supplicium. 618.2.E
Marioni aduocati prophetiæ. 503.2.L
Massa quod genus prophetiæ. 494.2.C
Mathematici qui in iure & Historijs. 575.2.B.C
Matthias Coruinus Hungar. Rex. 583.2.C
Matisconensis comes sacrilegus. 440.1.A
Matrimonium solemni ritu contrahere ante lucem vitandi ligaminis causa an superstitiosum. 396
S. Matrona. 519.1.C
S. Maurus. 500.2.C
P. Mauritij Abbatia. 579.1.E
Medici astrologi superstitiosi qui. 577.1.A. eorundem Medicorum coniectatio, quousque probabilis. 581.2.D
S. Meinulphus. 523.2.B
B. Meinulphi monasterium *Bodkense.* 579.1.B
S. Meinulphi doctrina dignoscendarum verar reuelat. 520.2.E
Melindensium superstitio. 537.1.E
Menses qui colant. 456.1.A
Menstruata quomodo inficiat speculū. 380.1.D
Menuercus Paderbornensis Episcop⁹. 611.2.A
Mercurij lapidei indices. 555.2.E
Meroneus rex. 535.2.B
Merouei Regis sors. 362.2.E
Metamorphosis sagarum in feles, mures, &c. 396.1.B
Meteorologicorum prænotiones. 578.2.A
Metonymiæ. 490.1.B
Metoposcopia. 584
Mina Dei magnum munus. 495.1.

Miraculo se excusare nemo potest petere. 608.2.A
Miracula cur hodie rariora. 646.1.C
Miracula fiebant à delusо. 518.2.C
Misericordiæ mater, quando cœpit vocari Bea. Virgo. 498.1.C
Missæ vis 556.2.D.E, contra maleficia. 412.1.A
Missæ S. Isidori miraculum. 222.2.D
Missas malefici curant celebrari super varijs. 363.1.A
Mitior sententia quæ. 465.2.D
Mola adurebatur, & cineres post tergum spargebantur. 370.1.B
Moguntini Episcopi mors. 438.1.A
Moloch Idolum. 424.1.E
Monachus à diabolo assatus. 421.2.A
Monachorum expurgatio de furto. 605.1.A
Monomachiæ purgatio & eius origo. 613.1.B
causæ, & amorum genera. ibid.
Monstra. 559.1.E
Montanistrum reuelationes. 526.2.E
Morborum sæpe causæ efficientes sunt dæmones, & quo id pacto faciant, contra medicos quosdam. 404.1.B
Morbos quomodo inferat dæmon. 410.1.A
Morbos curare cum superstitione non licet. 460.1.B
Mortuos qui vidissent cito mori, opinio vulgi. 525.2.A
Moses quo pacto prophetarit. 486.1.D
Moses Abbas. 444.1.C
Mulier & malleus à molliendo. 375.1.B
Muliercula ablata quæ se dæmoni deuouerat. 433.2.A
Mundis corde Dei, immundis visio dæmonis debita. 431.1.E
Munzeri pseudoprophetiæ. 528.1.B
Mures præsagi. 581.2.A
Murmurante verba magica 450.2.A
Musicæ in specie dæmon. 434
Musica. 575.2.A
Mutinensis comitis factum insigne. 619.2.E
Militta Assyrijs Venus. 368.2.E
Myræ fons. 553
Myricariæ diuinat. variæ. 554.2.A
Myricinæ virgæ. 556.1.B

N.

NAbi, & Nebua, à qua radice. 525
Napelo nutrita puella. 394
Narees Androgyni. 556.1.D
Nathalocus. 568.1.B
Natiuitatum magisterium. 569.2.D
Necromantia quę & qualis. varijque ritus eius. 537.1.A
Necromantia proprie dicta. 542.2.D
Necromantiæ modi duo Thebanus, & Thessalicus. 540.1.A
Nectanabus Magus Alexandri Magni pater 540.1.A
Negariui præcepti vis. 648
Nicolaus Papa. 605.1.C
Nicopolis vnde dicta. 452.1.B
Nuujum, pluuiarum, gelu præsagia. 581.2.C
Noe an maleficiatus à filio. 417.1.C
Nominum impositio & mutatio. 560.2.B
Norinbergensia exempla duo diuinationis infaustæ. 545.2.D
Notoria ars. 474.2.B
Nouatus. 439.1.A
Nouendiales pulueres. 594.2.D
Nouitij faciliores decipi. 585.
Nuditas membrorum & inspectio punita. 431.2
Numerorum quæ vis. 566.1.D
Nymphæi oraculum apud Apolloniam. 352.1.C

O.

OBedientiæ vis contra illusiones. 525
Obliuiones maleficium. 470
Obseruantię vanę alexicacę, & medicę. 458.1.B
Obstetrices maleficæ. 392.2.B
Occulta facta non licet explorare per astrologiam. 578.1.B
Ocium. 373.2.E
Oculo excusso diuinare quid, & quo fiat modo 548.2.C. exempla infelicis conaiminis. ibid.
Odatis & Zariadres somnium. 595.1.D
Odij maleficium 410.2.A. exempla. 521.1.B
Oinomantia. 552.2.C
Oliuarum ossa incendendi maleficium. 397.2.A
Ollæ ludus. 600.2.C
Ominandi genera varia. 451.1.B
Omnis nomen in sacra Scriptura. 452.2.E
Omina. 558.2.D
Omina ex nominibus. 452.1.B
Omina ex verbis fortuitis. ibid.
Omnia vialia seu τὸ ἐνοδίον. ibid.
Omnia domestica. ibid.
Ominum ab animatis & inanimis petitorum tabula. 453.1.A
Ominum obseruantissimæ gentes. ibid.2.A
Ominum vanitas. 451.1.B
Omphalamantia. 554.2.B
Omuræ miraculum de Christiano falso accusato. 616.2.C
Oniropoliæ authores. 596.2.B
Oniropolitarum fundamenta. 591.2.C
Onomantia. 565.2.D

Onomarchus. 597.2.A
Onus. 494.2.E
Onychomantia 547.2.A
Oomantia. 558.2.C
Opera culpæ non tribuenda Deo. 646.1.D
Oraculum ex arca. 536.1.A
Oracula & vaticinia, & eorum genera varia. 534.2.B
Oraculum ceſſatio vnde. ibid.
Oraculorum cauſæ inueſtigatæ. ibid.
Orationis vis contra illuſiones. 515.1.B
Orationis tepiditas & diſtractio punita. 444.1.C
Orationis mentalis periculoſus quidam in praxi lapſus & illuſio. 506.1.E
Ornithomantia. 567.1.E
Orpheus fanaticus. 536.2.C
Oſſa oliuarum quid apud Baruch, & oſſis, nomine quid ſignificent Hebræi. 367.1.D
Maurici ſomnium. 596.2.D
S. Oſwvaldus. 525.1.A
Otgerus œconomus ſacrileg. 440.1.E
Ottho 3. Imp. 618.2.E
Otho filius Imp. captus à Venetis. 544.1.B
Oua diei paraſceues aſſeruantium ſuperſtitio diſcuſſa. 457.2.D

P.

PAgomantia. 457.2.C
Paiuoti imago malefica. 402.2.B
Palicorum crateres in Sicilia. 544.1.D
Palomantia. 560.2.D
Palumbi maleficium & pœnitentia. 418.2.C
Pancratius aſtrologus & alijs infelix. 576.1.C
Pandulphi Malateſtę crudelitas & pœna. 584.1.D
Parentum percuſſores puniti. 430.1.A
Parentum execrationes quam formidandæ probatum, ibid. quam periculoſæ. 506
Pariendi difficultas per maleficium. 399.1.A
Parricidia ſtrigum. 395.2.D
Parthenomantiæ ſpecies duæ. 557.1.A
Paſiphaes templum. 497.1.B
Paſſeres præſagi. 583.2.B
Patrenſium Achaiæ diuinatio in fonte. 545
Pauire pro ferire. 558
Pauperes de Lugduno ſeu de Batulo. 654.1.A
Peccatum quid. cad.A
Peccatum triplex, infirmitatis, malitiæ, ignorantiæ. 652.1.B
Peccatum ſunt cauſæ maleficiorum. 429.2.B
Peccare quis poteſt faciendo rem licitam, & non peccare faciendo illicitam. 466.1.A
Peccare quis poteſt, faciens bona intentione, quod ei facere non licebat. 653.2.C
Pedis offenſio men frequentiſſimum. 487.
Peditus omen. ibid.
Penetratio corporum ſolidorum Diabolo impoſſibilis. 414.1.C
Peregrini hypocritæ pœna. 620.1.D
Pergamenus virginea maleficorum qualis. 365.1.D
Periaptorum ſuperſtitio. 448
Periri Pœna. 435.1.C
Peſtus tempore parochi ſortiri debent, quis in vrbe remaneat. 599.2.C
Petrus de Fraxineto. 412.1.C
Petrus Bernenſis iudex fagarum. 334.1
Petrus Deioca propter eleemoſynas ſaluus. 441.1.E
Petrus Maſſilienſis. 623.1.A
Petrus de monte Ilicino. 576.2.B
Petri Sartoris fraudulenta hypocriſis. 505.1.D
Petri Primedaij error. 584.2.E
Petri Leonij aſtrologi exitus. 576.1.C
Petri Ignei Alban. Epiſcopi miraculũ. 623.2.C
Petri Tarentaſij miraculum. 411.2.A
πῶλυρα quid. 368.2.D
Pharmacia. 547.2.D
Pharmacidæ Thebanæ. 556
S. Philaſtrij feſtum. 443.1.E
Philippinenſium diuinatio. 561.1.A
Philippus Pulcher Francorum Rex 612.1.C
Philtrum ex infante. 393.2.D
Philtra propinantium pœnæ humanæ diuinæ 362.1.C
Philtra omnia noxia, adigunt in furorem, exempla. 370.2.D
Philtrorum remedia, quę apud Gentiles, & quę proba. 372.1.B
Phocenſis tyranni annuli 547.1.C
PHVR. 560.1.E
Phyſiognomica diuinatio vnde nata, & quę habeat fundamenta, & quæ poſſit prædicere. 584.1.B
Pictauienſes Magi. 438.2.E
Piſcatoris Traiectenſis exempl. 620
πίτυρον. & an hinc Epytirum, & quale hoc 369.1.C
Platonis diuinatio. 566.1.B
Pœnæ modus quando augeſcit cum delictis 648.2.E
Politica coniectatio. 598.2.C
Pollentianus Magus. 504.1.A
Pontifex Romanus viſibile caput Eccleſiæ. 655.2.A
Pontificis eſt declarare, quid ſit ſuperſtitioſũ. ibi.
Pontifices declararunt probam aquæ frigidæ illicitam. ibid.
Popponis Dani miracula. 623.1.C
Pori an multum dilatari queant. 414.1
Prophyria meretrix. 612.1.B

Posterum pro aduerso. 457.1.B
Præfiscini. 376.1.C
Prædictio & prænotio quomodo differant. 486.1.C
Præmonstratensium initio energum. quidam faridicus. 515.1.B
Principis superstitiosi quæstio. 471.1.A
Proba aquæ frigidæ olim diuersa ab hodierna. 633. 2. C. eius formulæ duæ collatæ. ibid. & quam sæpe à Pontificibus & Imperatoribus sit prohibita. ibid. & an hodie licita sit, fuse disputatum, vsque ad libri finem. ab eadem pag.
Proba aquæ frigidæ parum habet vtilitatis, & quasi superflua, prout illam recipi vult Richius. 645.1.A
Proba aquæ frigidæ est tentatio Dei. 656. & inobedientia similis aviolationi vetitæ. 338.2.E
Proba aquæ frigidæ apud paucos in solo Germaniæ in vsu, alibi exposa. 644.2.A
Proba aquæ frigidæ non est miraculosa: sed ex pacto dæmoniaco, probatur. 338.1.C
Proba aquæ frigidæ qualis olim fuerit. 360.1.A
Proba aquæ frigidæ necessario fallax, si capra sit maleficia ob aliud crimen aliquod. 645.
Proba aquæ frigidæ in maleficij crimine prohibitæ canonibus & communi sententia ostenditur. 446.1.A
Proba aquæ non est sors consultoria. 650.2.C
Probæ aquæ frigidæ & aliarum vulgarium ostenditur nullum esse discrimen, confutatis quæ adferebantur. 656
Probæ aquæ non præficitur à Deo Angelus. 646.1.A
Proba aquæ frigidæ per bonos Angelos Deum non adesse. 648.2.B
Proba vulgata per lancem & pondera. 339.2.B
προβασχανία. 383.C
Probationes vulgatæ omnes iure Canonico prohibitæ. 656
Probationibus quibus vti liceat iudici. 646.1.E
Proculus Arianus. 439.2.A
Prodigia. 559.2.E
Prodigia quatenus liceat obseruare & proponere. ibid.
Prohibitio generalis quam longe porrigatur. 647.1.A
Promissi matrimonij violati pœna. 437.1.B
Propheta vnde dictus. 483.2.B
Propheta verus intelligit, & denunciat alijs. 487.2.C
Prophetæ definitio. 483.2.E
Prophetæ quam certi de euentu, & de Dei reuelatione. 487.1.A
Prophetæ nomen quã multa significet. 483.2.A
quibus competat. ibid.
Prophetæ non mente, vt fanatici. 495.2.C
Prophetia per somnium & genera eius. ibid.D
Prophetia quibus dari à Deo solita. 484.2.D
Prophetia quædam sententiæ seu præscientiæ, & quædam comminationis siue consilij, & discrimen. 486.2.C
Prophetia an semper in bonam partẽ. 482.2.A
Prophetia quomodo voluntaria & inuoluntaria. 485.1.B
Prophetia quorum præsentium vel præteritorum sit. ibid.
Prophetia an semper hominibus mediante angelo detur. ibid.
Prophetiæ genera duo per Sacerdotes & per prophetas. 488.1.C
Prophetiæ infallibilis veritas quomodo. ibid.
Prophetiæ gradus, & dignitas. 498.1.E
Prophetiæ donum quod teste D. Paulo. 483.2.B
Prophetiæ definitio tradita & explicata. 483.2.E & 484.1.A
Prophetiæ causa efficiens solus Deus, confutatæ variorum aliæ causæ. ibid.
Prophetiæ infusio an requirat aliquam in homine dispositionem, & cuiusmodi. 484.1.E
Prophetiæ materia quæ res sint. ibid.
Prophetiæ influxus mediante angelo quo pacto fiat. ibid.2.E
Prophetiæ nomen, quotuplex significatio: & definitio, singularumque particularum explicatio. ibid.1.C
Prophetarum oraculum. 494.1.A
Prophetice inspirationis species, cum Dialogo, vel sine. Item imaginaria & intellectualis, & quid singulæ. 585.2.C
Propherare quo sensu dicantur mortuus, insanus, vel Paganus. 483.2.A B
Prouidentia Dei. 583.2.B
Prouocatio ad diuinum indicium, quando licita, & quantum ei deferendum. 608.2.C D
B. Pruminius. 460.2.C
Prunarum ardentium proba qualis, & eius exempla varia. 622.1.B
Psychomantia. 497.1.D
Ptolomæi somnium. 595.1.C
Puerorum familiaritas periculosa. 374.2.D
Pueros necant sagæ varijs modis. 355.1.C
Pulchritudinis corporeæ examen & vanitas. 375.1.A.B
Pulueres maleficí, eorum color & vis. 354.1.D 401.1.A
Punelerus maleficus. 604.2.D
Purgatio Canonica quid. & varia eius genera proponuntur à pag.
Purgatio vulgaris per crucem, quæ. 339.2.C
Purgatio vulgaris per aquam qualis. 627.2.B

Purgatio vulgaris per ignem, qualis & quotuplex & eius exempla. 616.2.B
Purgationes vulgares damnatæ. 614.2.C
Purgationes vulgares vbi in vsu, & exempla. 618
Purgationes vulgares à quo prohibitæ. 626.2.C
Pyræ accensæ probatio & exempla. 623.1.A
Pyrethia. 556.2.C
Pyromantiæ species. 550.2.c
Pythagoras deditus Physiognomiæ. 582
Pythagoræ speculatia magia. 535.2.c
Pythagoræorum diuinatio. 545
Pythia Delphica. 535.2.A
Pythones siue Pythonicorum varia nomina. ibid.
Pythonissa Francia. ibid.

Q.

Quercetēsiū monialiū prophetię. 504.1.C
Queuedi Hispani diuinationes, & vulnerum curatio. 547.2

R.

Rabdomantia. 560.2.D
Ranæ oscillum. 361
Ranunculorum præsagium. 581.1.E
Rasis, & aliorum medicorum praua remedia. 373.1.A
Ratio contra omnes orationum superstitiosarum formulas. 462.1.A
Rationes dignoscendi superstitiosas formulas orationum. 458.2.E
Ratipnale iudicij. 488.2.C
Regibus & Iudicibus solertia quædam diuinandi à Deo data, & eius exempla varia. 481.2.B
Relapsi in hæresim pœna. 535
Remedijs vanis & superstitiosis vti non licere. 651.1.C
Remora. 361.2.C
Rerum magnarum & solidarum in corpus ingestio, probata exemplis, & examinatum quomodo ingerantur & egerantur. 410.1.E & seq.
Retractio & absconsio genitalium an naturali & vera. 419.2.B
Reuelationis veritas ab euentu quo pacto dignoscatur. 526.1.B
Reuelationi vigilantis an plus tribuendum quam dormientis. 514.1.A
Reuelationem vt quis diiudicet, quæ illi necessaria in genere. 499.1.B
Reuelationes sedulo discutiendę ant equam approbentur. ibid
Reuelationes Sanctarum quanti faciendæ. 510 2. & seq.
uorumdam sanctorum. 490.2.A
Reuelationes à Deo petere an liceat quæritur. 500.2.B
Reuelationes alienæ quomodo discutiendæ. 500.1.E. & seq.
Reuelationes miraculis confirmari. 525.2.E
Reuelationes propriæ non propalandæ, sed tegendæ. 528.1.A
Reuelationes alijs confirmari. 527
Reuelationes vnde appareant esse à Deo, vel à dæmone. 523.1.D
Reuelationes quorum non credendæ. 504.1.C
Reuelationum discernendarum præcepta qui tradiderint. 498.2.c
Reuelationum finis perpendendus. 524.1.B
Reuelationum falsarum indicia respectu personæ. 505.1.C
Reuelationum qualitates quæ considerandæ 514.1.B
Reuelationum pugnantium considerandarum regula. 323.2.6
Reuelationum præcedentia & subsequētia perpendenda. 524.2.B
Reuelationum prætextu olim hæretici & hodie se insinuant. 503.1.C
Reuelationum de immaculata concept. B. M. quæ certiores. 523.2.D
Reuelationum circumstantiæ quæ perpendendæ. ibidem
Reuelationes non eodem semper modo contingunt. 514. & seq.
Reuelationibus assueti, sæpe opiniones suas putant reuelationes. 517
Reuelationes proprias tuto quis potest repudiare, probatum exemplis. 501.1.C
Reuelationes. 560.1.E
Reuolutionum quæ certitudo. ibid.
Rhabdomantiæ species. 556.1.B
Rhenani Incendarij. 470.2.c
Rhenns explorator liberorum. 544.2.A
Rhombus magicus. 368.2.C
Rythmi aut versus an superstitiosi. 464.2.B
Rutibergeri exitus. 438.1.A
Richarda Imperatrix. 612.2.A
Richardi Dinothi historia. 596.2.A
Richij sententia proponatur & examinetur. 641.2.A
Riffe vel raffe. 601.1.B
Ritus & gestus absoni, damnandi. 463.1.A
Robertus Abbas. 517.1.A
Robertus Episc. Cantuariensis. 602.1.A
Rudolphus Haspurgius. 575.2.A
Rollunis Normāni contra fures, rigor. 621.1.D
Romani iuuenis cum Venere desponsatio. 618
Rostochiensis faber magus. 480.2.C
Rugia matrona 618.2.c

Ruy paez de Viedma dissellum. 614.1.B A

S.

SAccidarij. 398
Sacerdotes Diabolus calumniatur. 536
Sacerdotum impuror um pœnæ. 427.3.C
SAKAH quid. 556.1.A
Sacrilegorum pœnæ. 440.1.B
Sacrorum & Sacramentorum irrisio, abususque. ibid.
Sacris rebus cur patiatur Deus maleficos abuti. 427.1.B
Sacris rebus abutuntur malefici ad necandum. 355.1.B
Sadducæi athei. 428.2.B B
Sades necessitas nocendi. 538.2.D
Salassiorum malefici venerarij quid conati, & quo modo deprehensi. 392.2.D
Saligneæ, virgæ. 556.1
Salissatio & salissator. 431.2.C
Salmacis fons qualis explicatum. 420.2.D
Salomoni sapientia in somnis data. 497.2.E
Salutatorum quædam superstitio. 458.2.E
Sambathe filia Noe. 536.2.D
Sancij Hispani & aliorum milieum sacrilegorum pœnæ. 441.1.A C
Sanctorum statuas incidendi superstitio. 470.1
Sanguinis libatio magica. 541
Sanguisugæ venenatæ. 460.2.D
Sanguinatio cadaueris quale indicium: dissimile vulgari probationi ostenditur. 649.2.c
Santaberenus. 542.2.E
Saphat, quid. 463.2.E
Saræ Sponsi. 431.1.C
Sartor quidam Anglus à dæmone occupatus. 432.2.E
Sauonarola 487.1.c. detrectat probam ignis. 623.2.B
Sauonarolæ reuelatione & causa damnatioque. 527.1.A D
Saul inuitus propheta 485.1.B. à spiritu malo cur obsessus 431.1.B. consulens Pythonissam. 533.2.D
Scæuæ Sacerdotes filij. 428.2.D
Scelerus Sethus. 367.1.A
Scinci. 371.1
Sciltachij incendium. 423.2.E
Sciomantia quid. 542.2.C
Scopelismus. 397.2.D
Scotus defensus à calumnia. 631.1.B g
Scotus Parmensis. 531.1.E
Scytharum diuinatio. 556.2.A
Scythici magi. 554.2.A
Sebast. Scianus. 544.1.A
Secundelli illusio. 518.2.A
Semen humanum, & stercora præbent maleficij. 364.1.A
Senna insula. 555.2.A
Senes & pueri facile illuduntur. 506
Sepulchra violant sagæ. 395
Sepulchrales anus. ibid.
Serapis quis. 591.1.B
Serapidis templum. 496.1.A
Serpentes sublati ab Apostolis concepta verborum ad hoc forma. 464.1.B
Sethus Magus. 543.2.C
Sexus fœminei reuelationes, quanti faciendæ. 507.2.E
Significat quia, vero. 462
Sibillæ quales & vnde dictæ. 536.2.D
Sibyllæ folia. 554.1.E
Sibyllæ & Balaam prophetæ. 483.5.A
Signum petere à Deo quando licitum. 533.1.A
Signum à Deo poscere differt ab omen accipere, probatum ex Sacra Scriptura. 453.1.B
Signum maleficij amotum feliciter. 403.1 B
Signi amotio felix. 204
Signa à Deo petere exemplo veterum quomodo licitum. 655.
Silesius nobilis dæmones conuiuas iratus vocat & illi venere specie equitum, &c. 426.1.C
σημειωτική. 583
S. Simeon Treuirensis. 514.2.D
Simon Augustæ dæmonem eiecit, quem nequiuerant Lutherani ministri. 429.1.A
Simon magus dæmones in alios immittebat. 416.1.D
Simonis Magi pulueres. 354.2.A
Simonis mira non fuisse omnia præstigiosa contra Baronium. 416.1.D
Simonis Bulgarorū ducis mors mira. 403.1.D
Simoniacus Episc. cōuictus perignē. 624.2.D
S. Simphoriani pagi inquilinæ mulieris maleficium. 411.1.E
Simplicitatis vis contra illusiones. 514.515
S Bicho Episcopus Spirensis. 608.1.B
Slauorum lex de purgat. vulgari. 617.2.E
Sobrietas. 523.1.A
Societatis Iesu Burdegalæ factum. 546.2.D
Socrates Physiognomus. 583.2.E
Socratis diuinatio. 565.1.B
Soham & miluim. 489.1.E
Solymanus Imp. Turcarum. 482.2.D
Somnium quid. 591.1.B
Somnium dæmonis nomen. 522.1.A
Somnia quædam licet obseruare, quædam nō: item quædam vera, quædam falsa, quædam à Deo, quædam non. 593.2.D
Somniorum species ac diuisio. 591.1.A
Somniorum causæ quæ. 591.2.E

Somniorum porræ duæ. ibid. A
Somniorum diuinatio. 590.2.E
Somniorum diuinorum causæ finales variæ quæ. 497.2.A
Somniorum diuinorum examen. 596.2.E
Somniorum naturalium examen. 593.1.A
Somniorum Diabolicorum examen. 594.2.D
Somniorum certitudo vnde. 591.1.B
Somniorum naturalium causæ intrinsecæ & extrinsecæ quæ. 593.1.A
Somniorum propheticorum multa exempla. 497.11.
Somniorum curiosi obseruatores calamitosi fuere. 596.2.B
Somnificum maleficium quale. 356.1.D. exempla varia. 356.2.D
Soractini vates. 535.2.B B
Sorcinum auspicium. 454.2.B
Sors quotuplex. 560.1.A
Sors pro oraculo, vt Delia, Lycia, Præneſtina ibid.
Sors consultoria hodie quale peccatũ. 568.2.D
Sors diuisoria vt licita quæ concurrere debeãt. 599.1.A
Sortis diuinatoriæ & consultoriæ discrimen. 650.2.E
Sortis contractus. 600.2.A
Sortis contractus duo genera: & periculosum C id in quo statim sortiuntur singuli collata pecunia. 609.2.D
Sortes cõsultoriæ in S.S. excusatæ quæ. 535.1.A
Sortes Apostolorum. 562.2.D
Sortiens fiaudator an iterum admittendus. 603.1.A
Sortitio Gentilium qualis, & quæ iure ciuili canonico permissa. 599.1.A. Sortitio veterum Christianorum hodie abolita, & quomodo illa peragi solita. 599.2.C
Sortitionis ministri & impensæ cui ferendæ. D 603.2.A
Spannacensis hospes à dæmone visibiliter ablatus. 435.1
Spatulomantia. 452.1.A
Spectra militaris exercitus proficiscentis ad locum delicti, pœnitentiæ causa. 442.1.A
Spicam excernens quidam. 413.2.D
Spiritus quo pacto ingerant, doctrina P. N. Ignatij. 525.1.B
Sponsa à dæmone ablata, restitutaque eius vestimenta. 437.1.B
Sprengeri & Nideri quanta in his auctoritas. 405.11.E
Stadeleiu maleficus. 398.2.C E
Strampani Comitis maleficium. 403.1.E
Stephanus eques Neapolitanus. 371.2.C
Stephanus Hagiochristophoritamagus. 543.5.C
D. Stephani reliquiæ. 430.1.C
Stethæus. 576.1.D
Sternutationis omen. 454.1.D
Stiradij mors. 409.1.D
Stoichiomantia. 562.2.B
Strenarum initio anni consuetudo an licita, disceptatum. 454.2.D
Strigatio puerorum. 393.1.D
Striges infantes an necent, & quomodo. 256.1.A
Stygis aquæ venenum. 397.1.C
Sudes per cutem prodeuntes. 412.1.A
Superbia exposita illusioni. 518.2.A
Superciliorum spectio. 451.2.D
Superstitio in verbis aut orationibus sacris. 447.1.A
Superstitionum instrumenta tuto perduntur. 446.
Superstitiosæ medicinæ. 449.1.D. eis vti non licet, nec ad sanitatem quidem fusissime. 169.2.D
Suspendiosi lanea vitta. 368.2.E
Suspendiosorum lipsana in magicis. 394.2.B
Sycomantia. 554.1.E
Syngrapha pacti extorta dæmoni. 443.2.F
Synesti consilium cauendum. 691.2. D. reprehensus. ibid.
Syrhus vicus. 553.2.C

T.

TAnaquil veratrix. 251.1.A
Tartarorum diuinatio. 554.1.A
Telchines qui. 389.1.E
Telephũ denasatus à maga dormiens. 396.1.B
Temixitani Indi filios immolabant. 425.1.D
Temnia saga Athenis nncata. 271.2.D
Templum augurum. 558.1.B
Templariorum de damnatione. 612.1.D
Temporarium superstitiones. 455.2.E
Tephramantia vetus & noua. 552.1.E
Teratoscopia. 559.1.C
Ternarius numerus in maleficijs. 368.1.C
Tertulliani lapsus vnde natus. 362.
Tetbaldi Peletarij expurgatio per ignẽ. 617.1.D
Thallus. 405.2.
Theagonis prædictio. 575.1.C
Thedas magus. 366.2.D
Theodoricus Rex Gotthorum. 482.1.D
Theodoricus maleficiatus. 450.1.A
Theodosij somnium. 596.2.D
Theophilus Oeconomus pœnitens. 443.2.B
Theurgia. 537.1.B
Thomas Munzerus. 590.2.D
Thomæ Anglici libri tributi D. Thomæ Doctori Angelico. 487.1.C

Thomæ

omæ de Kempis apertio contra tentationes. 563 1. c.
Tophet sacrificium. 554.1.B
Thrasyllus astrologus. 575.1.C
Thummim quid, & cur nostra doctrina & Sacerdotes. 489.1.A
Thurifumia. 552.1.B
Thyrxeus Apollo. 544.1.D
Tiberius Gracchus. 453.2.C
Tiresiæ Magia. 536.1.C
Tiromantia. 553.2.B
Torquendus prior quo dorformior. 583.2.B
Tridentini concilij Canon de duellis. 615.2.A
Tripudium solistinium somnium 558.2.A
Turcarum diuinationes. 544.1.B. 556.2.A
Turcarum superstitio. 553.2.E

V.

VAlazcæ venefilicum. 417.2.E
Valentis diuinatio. 565.1.E
Vana obseruantia quid. 445.1.A
Vana obseruantia, quando lethale peccatum & veniale. ibid. C
Vanæ obseruantiæ quatuor species. ibid.2.C
Vanæ obseruantiæ dignoscendæ canones. 464 1.B
Vanæ obseruantiæ exempla. ibid.
Vaporum præsagia. 579.2.B
Vaticinium quid significet. 418.1.B
Veneficia quædam naturalia, quædam etiam malefica esse seu dæmoniaca contra hæreticos. 393
Venetijs maleficus animas dæmoni emens. ibid.
Veneti cur mare despondeant. 544.1.A
Ventorum præsagia. 579.2.C
Ventriloqui. 535
Venus dæmonis succuba. 417.2.D
Venus Gazæa somniantium. 535.1.A
Veneris Gazææ oraculum. 555.1.A
Verbum quid. 491.1.B
Verbis maleficiari nonnullos. 354.2.E
Veritatis agnitæ impugnatio 432.2.C
Vestis virilis mulieribus non induenda. 443.1.B
Victimaria diuinatio. 550.1.C
Videndi vis quanta 379
Videntes vnde dicti prophetæ. 484.1.A
Vigilantia & attentio ad bonum. 523.1.A
Vij siue Viales Dij. 555.2.B
Vililla in Aragonia. 579.1.D
Vinum. 574.1.D
S. Vincentius Ferrerius. 25.2.C
Virginum an coniugatarum reuelationes pluris faciendæ. 569.
Visio & Verbum quo pacto differant, & quid singula. 494.1.C
Vlricus Neusesser 441.1.B
Vnguentum Paganum, quid vocent. 428
Vnguentis quibus & quomodo vtantur maleficæ. 354.2.B
Voti violatio. 431.2.B
Votum castitatis ex pacto exorcistæ. 434.2.A
Vox leuis repugnat vitæ grauitati. 374.2.B
Vrim & Thummim, quid rei, & quæ forma, disputatum fuse. 488.1.D
Vrim & Thummin vnde dicta, & variæ opiniones de nomine. 488.2.E
Vrim & Thummim significatio 490.2.C. nominum ratio, & vsus prophetiæ. ibid.
Vrim & Thummim responsio duplex. ibid.
Vrim & Thummim prophetia quando desierit. ibid.
Vsura pœna. 430
Vsuras licitas esse vnquam, error. 462.2.A
Vires lactis furaces. 399.2.A
Vulcani Indici. 979.2.C
Vulgares purgationes, quomodo vocatæ, & cur parabiles leges. 608.1.D
Vultricoli qui. 365.1.E

W.

VVArenis fons. 633.1.D.2.A
Wenceslai cum Radistao duellum. 632.2.D
Wilhelmus Lausanensis Episcopus. 260.2.C
S. Winy valocus. 429
Wittenburgense exemplum Iudicij. 608

X.

Xerxes. 597.2.A

Z.

ZAbernensis mulier. 411.1.A
Zelotypiæ poculum. 627.2.B
Zingalæ seu Ægyptiæ. 547.2.E
Zita Princeps Arabum. 576.1.C
Zophyri iudicium de Socrate. 583.2.E
Zoroastris libri. 397.1.A

S. SCRIPTVRAE, ET VARIORVM SCRIPTORVM LOCA HIS LIBRIS EMENDATA VEL EXPLICATA.

Ex veteri testamento.

Genesis 1. vers. 14. 573. 1. A. & 49. ver. 13. 569 2. D
Exod. 13. ver. 1. 253. 2. & 13. v. 9. 589. 1. B. & 28. vers. 15. & 30. 488. 1. c. 488. 2. D
Leuitici. 19. vers. 26. 306. 2. & 26. vers. vlt. 557 1. D
Numerorum, 5. v. 14. 627. 2. B, & 12. v. 6. 497. 2. c, & 27. v. 21. 488. 2. c
Deuteronomij. 18. v. 10. 306. 2. v. 11. 536. 2. B. v. 15. 486, 2. D. 28. versic. 56. 386. 2. c. & 33. v. 491. 2. D
Iudicum. 5. v. 20. 574. 2. c
Hist. Regum l. 1. c. 6. 627. 2. D. c. 10. vers. 12. 483. 2. c. c 28. v. 7. & 8. 536. 2. E, 543. 1. B. l. 2
Regum c. 2. v. 15. 116. 1. c. l. 3. Re. c. 18. v. 44. 483 2. D. v. 29. ibid. B, & c. 20. v. 33. 432. 2. E. l. 4. Reg. c. 3. v. 11. 469. 1. D
Paralipomen. lib. 1. c. 24. v. 23. 609. 1. A. c. 15. v. 3. & 5. 253. 2. A
Iudith 8. v. 33. 235. 2. B. 454. 1. B
Esdræ lib. 2. c. 7. v. 65. 491. 2. B
Iob. 4. v. 13. & 7. v. 14. & 33. v. 15. 497. 2. A. & 37. v. 7. 589. 2. E. 589. 1. B
Psalmorum 15. v. 16. 600. 1. c, & 53. v. 9. 569. 2 B, & 103. v. 2. 335. & 105. v. 28. 543. 1. D
Prouerbiorum. 1. v. 3. 488. 2. c, & 6. v. 12. 583. B, & 16. v. 10. 481. 2. B, & 30. v. 17. 430. 2. E
Ecclesiast. 5. v. 2. 593. 1. B
Sapientiæ 4. v. 12. 387. 1. B
Ecclesiastici. 31. v. 25. 386. 2. E. & 34. 6. 397. 1. A. v. 7. 592. 1. E. & 48. v. 14. 485. 2. E
Esaiæ 3. v. 9. 583. 1. B. & 34. v. 4. 573. 2. c, & 34. 356. 1. B. & 65. v. 4. 260.
Ieremiæ 23. v. 33. 475. 1. B
Baruch. 6. v. 42. 367. 1. c
Thren. 4. 188. 2. c. 356. 1. B
Ezechielis 11. v. 21. 496. 1. c, & 21. v. 22. 561. 1. A, & 40. v. 149. 61. E
Danielis 2. v. 496. 2. D, v. 27. & 30. 597. 1. A. & 8. v. 10. 564. 2. E
Oseæ 2. 374. 1. D. & 4. v. 12. 367. 1. c
Ioel. 2. v. 28. 260. 2. A. 497. 2. D
Nahum. 3. v. 4. 367. 1. c
Machabæorum. li. 2. c. 7. v. 17. & 19. 609. 1. B

Ex nouo testamento.

Matthæi. 17. v. 14. 211. 2. c. c. 20. 203. 1. A. 386. 2. D
Marci. 9. v. 17. 404. 2. A
Lucæ. 1. v. 29. 501. 1. E. & 8. v. 27. 404. 2. E, & 9 v. 39. ibid. c, & 13. v. 11. ibid. E
Ioannis. 12. v. 11. & 14. v. 30. 391. 1. E
Actorum. 10. v. 10. 496. 1. E
1. Cor. 2. v. 11. 597. 1. D, & c. 14. v. 13. 4. v. 254. 2. D, v. 5. 253. 2. B. 483. 2. D
2. Corinth. 4. v. 4. 391. 2. A
Galat. 4. v. 10. 230. 2. D. 456. 2. A
Ephes. 6. v. 12. 391. 2. A
Colossens. 2. v. 2. 271. 2. A 483. 2. B
2. Timoth. 4. 15. 609. 1. B, 483. 2. E
Titi. 1. v. 12. 253 2. A
Apocalypsis 1 v. 10. 495. & 2. vers. 24. cad. 1. A & 6. v. 14. 523. 1. B

Loca Iuris Canonici.

c. sententiam sanguinis. Ne clerici vel Monachi sæcular. &c. 656. 1. A
c. ex tuarum. de purgat. Canonica. 656. 1. A
Rub. de frigidis & maleficiat. 417
c. vni. de sagittarijs. 400. 1. E
c. 2. de sortileg. 567. 2. B
Assassini. de homicid. in 6. 401
Concilium Antisiodorense. c. 1. 455. 1
Gregorij VIII. bulla de duello. 172
c. Nobis. 2. q. 46. 18. 1. E, c. cõsuluisti. 2. q. 5. & 671. 1. A. 655. 2. A
c. Mennam. 2. q. 5. 626. 2. c. 655. 1. A
c. super causa. 2. q. 5. 5. 627. 1. D
c. 1. 26. q. 2. 599. 1. B
c. illud. 26. q. 2. 649. 2. A
c. 26. q. 3. 549. 2. c
c. sortes 26. q. 5.
c. siquis Episcopus 26. 9. 5. 567. 2. c
c. aliquanti. c. si quis clericos. 26. q. 5. 563. 1. A
c. non obseruetis. 26. q. 7. 450. 2. A. 591. 2. D
c. quis existimaret. 26. q. 7. 456. 2. B
c. non licet. 26. q. 6. 450. 2. E

Ex Iure Ciuili.

l. 3. §. eiusdem de testibus. 646.2.A
l. 1. D. de ædilit. edicto. 546.2.C
l. 3. §. aduersus. D. de sepulc. viol. 542.2.B
l. cum quædam & l. saccularium de extraord. criminib. 379.1.A
l. final. C. de religios. & sump. funerum. 601.B
l. qui sepulchrum. c. de sepulc. violat. 542.2.B
Rub. c. de malefic. & mathemat. 577.2 B
l. eorum. c. de malefic. & mathemat. 366.1.C. 461.2.D. 657.1.C
l. multi. c. de malefic. & mathemat. 542. 2.B
l. 1. c. lib. XI. de gladiator. 614.2.E

A

Loca Patrum & Eccles. Scriptorum.

B

Anastasij Nisseni. 354.2.A. 416.A.D
Antonij Magni. 525.2.D
Arethæ Cæsariensis. 574.1.C
Auctoris libri de spiritu & anima. 496.1.A
Augustin. 452.2.B. 456.2.A. 457.1.C. 485.2.D 489.1.A. 563.1.B. 573.2.D
Bedæ. 563.1.A
Bernardi. 654.2.B
Burchardi. 455.1.B
Cassiodori. 454.1.A. 565.1.B
Damasceni. 486.2.D
Dionysij Areopagitæ. ibidem
Epiphanij. 360.2.E. 367.1.A
Eusebij. 563.2.D
Gregorij Magni. 485.2.D
Gregorij Turonensis. 562.2.E
Helinandi. 374.1.A
Hierony. 482.1.B. 485.2.D. 488.2.A. 495.1.C
Hildegardis. 415.1.A
Isidori. 549.2.B
Marci Historici Græci. 529.1.C
Nicephori. 565.A
Petri Blesensis. 453.1.A. 564.B.1
Petri Cluniacensis. 525.1.E
Simeonis Metaphrastæ. 562.2.E
Socratis. 565.1.A
Sozomeni. ibid.
Synesij. 591.2.C
Theodoreti. 496.1.E
Theodori Lectoris. 614
Theophylacti. 495.3.C. 496.1.E

C

Loca Prophana Philosophia, Historia, Poeseos Scriptorum.

D

Acronis. 557.1.B
Ammiani Marcellini. 565.1 B
Apulei. 404.2.B
Aristotelis. 357.2.C. 591.2
Artemidori. 591.1.2
Ausonij. 451.1.D. 573.2.A
Cassij medici. 584.1.A
Catulli. 451.2.E. 557.2.D
Cedreni. 403.1.E.D
Claudiani. 558.2.D
Constantini Geoponici. 469.2.E
Firmici. 416
Gellij. 569.2.C
Glossarij vet. 355.1.C
Glycæ. 403.1.D. 414.1.B
Heliodori. 387.1.E
Hippocratis. 593.2.D
Homeri. 591.2.B
Horatij. 394.2.B
Ioannis Curopalata. 402.2.E
Ioan. Meteri. ibid.
Ioannis Salisberiensis. 364.2.E
Ioan. Zonaræ. 403. 565.1.B
Iosephi. 488.2.B. 490.2.B
Iuuenalis. 569.2.C
Lucani. 540.1.B
Macrobij. 591.1.A
Martialis. 583.1.C
Moschi. 552.2.A
Nemesiani. 372.2.E
Nicetæ. 523.1
Ouidii. 354.2.E. 395.1.A. 401.2.D
Petronij arbitri. 556.
Philonis Heb. 488.2.A
Pisidæ. 580.2.B
Platonis. 592.2.D
Plauti. 398.1.E
Plutarchi. 389.2.C
Prudentij. 591.2.D
Porphyrij. 592.2.C
Propertij. 418.1.C
Sapphus. 452.2
Saxonis Dani. 420.2.2
Senecæ. 530.1.B. 553.2.B
Sophoclis. 552.1.D. 618.1.C
Statii Papinij. 538.1.C. 552.1.A
Strabonis. 420.2.D
Taciti. 548.2.A
Theocritij. 553.2.A
Tibulli. 376.2.C
Valerij Flacci. 357.1.A
Virgilij 354.2.D. 365.1.A. 376.2.E. 398.1.E. 400.1.C. 505.1.B. 552.2.D

E

FINIS.

MAGICARVM DISQVISITIONVM TOMVS TERTIVS,

SEV,

METHODVS IVDICVM CONFESSARIORVM DIRECTIONI, COMMODA.

Hac vltima cura emendatior, auctiorque.

AVCTORE

MARTINO DELRIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERO, SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE, ET, IN ACADEMIA GRAETIENSI S.S. PROFESSORE.

SERENISSIMO PRINCIPI

ERNESTO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI

ET S. R. I. ELECTORI, EPISCOPO Leodiensi, &c.

MARTINVS DELRIO SOCIETATIS IESV Presbyter S.

HIPOCRATI DARVM More, quibus prima cura morbi Originem, secunda noxæ vim & modũ, tertia remedium, scrutandi: primo quoque tomo fascinariæ luis scaturiginem; secundo cladis magnitudinem acerbitatemque, tertio medicamenta mali proposui: quem laborem non diffido bonis omnibus placiturum, imprimis C. T. quæ tanta cura hactenus à ditione sua funestam pestilitatem admittitur profligare. Quam optandum foret cæteros Principes, quibus similis dignitas est, in pari munere non disparem solicitudinem præstare! Macte animi PRINCEPS ERNESTE, insiste victoriæ. Lerneam excetram ne siueris rediuiuis capitibus repullulare. Nemini magis decet filij perditionis anteambulonibus, in quibus mysterium iniquitatis iã operatur, bellum indicere, quam legitimis successoribus Apostolorum. Petrus Simone, Paulus Elima, Iacobus Hermogene, Ioannes Cynope victo, de Magia triumpharunt. Monet Apostolus non temere illis à Deo gladium datum, sed vt Dei ministri sint, vindices in iram eis qui male agunt. T. quidem Celsi. ambo gladij crediti, & vtriusque fori tribunal commissum. Magis nefarios, aut noxios Ecclesiæ aut Reip. fascinarijs, nullos arbitror existere, cædes & parricidia illis conuiuia sunt, elementa turbant, soli pernicies, cæli iniuria, Dei odium: quorum indulgentia & remissio numerum auget, perfidiam acuit, malitiam indurat.

2. Thess. 2. v. 7. Narran. B Lucas. D. Clemens. Abdias. & Prochorus. Ro. 13. v. 4.

durat. Quem non hæc irritent? me quidem percussere, & Zelus honoris diuini impulit hoc quidquid est operis aggredi, & Deo bene iuuante, nō segniter studij in Catholicam Rempubl. & erga C.T. obseruantiæ meæ monumentum exigere, & ALEXICACO ALCIDÆ me Iolaum adiungere, animo quam viribus maiore; ab illius propensione, non ab horum merito, munusculum velim æstimari. Louanij, 5. Kal. Mart. Anno Sæculari Sextodecimo.

CATHOLICO LECTORI, S.

QVÆ tibi videbuntur deesse, si monueris, curis secundis supplebuntur; quæ credes errata, si suggesseris, corrigentur; quæ superflua merito censebis, tollentur, cum causſam docueris. Nihil enim mihi optatius, quam moneri, doceri, iuuari: nihil æque displicet atq; pertinacia, & ingratitudo, illud à te, quisquis ad hæc legenda animo puro, mente candida, accedes, cupio impetrare beneficium non occulam, neq; obliuiscar, condet memoria. sed stilus profundet. Vale.

ΜΑΡΤΙΝΩ ΔΕΛΡΙΩ.

τοῦς Μαγείας

ΑΠΟΤΡΟΠΑΙΩ.

ΕΙΔΟΣ ΠΙΝΔΑΡΙΚΟΝ.

Στροφὴ ά κῶλων ιγ'.

ΤΑΣ μὲν εὐφραίνει μερόπων πρὰ πίδας
Αμερᾶν αὐγᾶς τε πατὴρ λυποφεγγεῖς
ἀχλύας κατυλάδος Ορσας.
Διοφερὰν δὲ Σοφίας κλυτὸς ἀμπλακιᾶν
Οτ' ἐρυκακέει αἴγλα ὁμίχλαν.
Δήν γε μὰν πλυτεὺς ἄθεμιν,
Κθόνα τυφλώσας ἔπαφε βροτολοίγῳ ψευδέ-
ων νυκτὶ, δολοῤῥαφέα σὺν γοητείαις Μαγεί-
αν προσσνέων. Αλλὰ νέος παλίνοστον φοῖβος
αὐγὰν.

Ανήστροφὴ κώ ιγ'.

ΔΕλριος δέλτῳ προσάγει τριτάτα
πάντα μαστεύσας ἀπαλάνορα δόλον,
κ' νοωστυγὸς πέλωρ, ἀτάν τε πολύφθορον ἐλαυ-
νέμεν, ἀτρεκίᾳ.
Πρέπει ὧν χάριτας φιλησίμολποι
τρίξυγας Μοῖσαι πλεηέμεν,
χ' ὕμνον ἀπύειν μελίγαρὺν
τ' ἄποιν' ἔργων καλὰ φωτί.
Δότ' ἄρ στεφάνας χρυσοπάστους μᾶλλον ἢ
Ηρακλέει. Πλείονα γὰρ τεράτων νίκησε
Μαρτῖνος.

Επῳδὸς κώ ιε.

ΘΕΟΥ μὲν σὺν παλάμᾳ ὄγεμὴ μοῦνον
ἐς φέγγος ἐκ Κωα υτοῦ τρικάρηνον
ἐξεῖλε Σκύλακα.
Τοι γᾶρ ὀῤῥωδοῦσα τρεῖς Αλίους σέθεν μάλα,
Δέλριε, ὄρφναις ἀμμένα εἰν Ερέβους κλέπτει
τρίμοφον
Περσεφόνα λόχον.
Ευμενὶς ἃ δ' ἠπάρτε τριττα, καὶ λαφύσσει
νιν ὀδὰξ, σὲ τε δριὰ μβευέμεν ἄψ νεμεσᾷ.
Αλλὰ μαιμᾶται τίς ὅσον
Φύρυβος; μῶν τίς κεραυνὸς:
Φυγνυ, οἶδά γε μὰν,
Τὰν σευ ἱδρείας ἀστραπὰν.

A

MARTINO DELRIO

Magiæ.

AVERRVNCO

ODE PINDARICA.

Stropha I.

OBlectat quidem mortalinm mentes Dierum locisque Pater (Sol) vbi luce cassas noctis opacæ tenebras dispulit: At vero sapientiæ inclyta lampas (tum lætat animos) quum caliginosam errorum nubem detergit. Diu porro exlegem terram, cæcitatem effundens, mortalibus noxiali mendaciorum nocte oblimauit, dolis consutam cum præstigijs Magiam adhalans. Enimuero reducem Solaler lucem.

B

Antistropha.

DElrius libro tertio pandit, omnem mente perscrutatus deceptorum dolum, ac Stygis monstrum, noxamque perniciabilem (vt ea omnia potis esset) exterminare per veritatem. Quapropter addecet, Musæ cantibus gaudentes, viro huic gratias plectere triluges, & hymnum mellifluum pangere, quæ sint elucubrationum præmia decentia. Date igitur corollas auro, vibrantes & discriminata (quæ hunc) magis (decebunt) quam Herculem. Plura siquidem portenta edomuit Marti,

C

Epodos.

DEinamque hic adiutrice manu haud ex Cocyto tricipitem duntaxat in lucem attraxit canem (Cerberum) Etenim multum etiam reformidans tres Soles tuos, Delri (tres inquam Disquisitionum Tomos) infernalibus desidens in vmbris triformes Hecate occulit insidias. Quin & Erinnyum tertia iecur, ac semet mordicibus exest tibique (imposturas eius) Triumphati post inuidet. Sed enim quis derepente multus citur? num aliquod (Diespiter) fulmen (vibrat?) Nimirum, haud me fugit, tua deuitat Sapientiæ fulgetrum.

D

E

Στροφη

Στροφὴ β'. κώλ. γ'.

ΠΑΝ Στυγὸς σμερνὰς ὀλεσίμβροτον ἐθνος, βλάβαν, σύντ' ἀσεβείαμανίαν, τέρθρευμα, καὶ γοητικῶν ἴλαν κακόχαρτον ἄγαν.
Εἰκεῖ ἅπας τε δόλος,
Ἰδὲ λώβη ἀλαθείας.
Δαμασθεὶς ἐφθάρη ἰσχὺν τ' Ἄιδας δυνάμει ταυτᾶν σελίδων ἐριφεγγῆ.
Εἰτ' ἐπεί μαπέμψῃ ἄρξεται
ἐυγγα Κίρκη, καὶ ζατῶν ἀνδρὰς, σε δείδιξεν' ἀλεξίκακον δείξαν λαμῶλυ.

Ἀντίστροφὴ κώλ. γ'.

ΕΙ τι μὰν Μήδεια μιγεῖν φθόνιον,
Εἰ τι φαρμάσσειν χαλίμα πονέσει
Ἢ φίλτρον, ἤ τι τοξικὸν,
Εὐώπιδα ἢ τε Σελάναν,
ἀφελεῖν ἐπὶ γᾶς,
Τρίποδός τ' ἐρέσειν
Μάντευμα πεύσεται φλογὸς
Ἑρμᾶς δολερᾶς, ἀτομένυς
Κάλχας τε χρόνυς προΐδειμ.
Οὔς τε μηδεὶς ἔσεται τελετᾶν,
Ὁππόκ' ἂν ὀρθᾶ ἐρύκειν μαγγάνων
Ἀρχὰ ἀταθαλίαν γνώμα διδάσκειμ.

Ἐπῳδὸς κώλ. ιε'.

ΕΣελέγξας ψευδῆ ἐπωλημία, Ἀμφίτε θναλῶν κρεμώσας καρδίας
Μωρίας τέμνεις θεόφρων.
Οἷον εἰ Θησεὺς μίτῳ Ἀζατᾶς πομπᾶι, ἕδνῳ Ἀριάδνας,
Ἐσπόμενος, Λαβυρίνθυ πίφνε δυσπενθὲς τέρας κεκροσσίπων τε λύων, κἠπὶ ἅδα.
Πλείονας ἀλλὰ σάεις ψυχὰς βερέθρῳ ἀφελόντας.
Ἔροτας ἀγακλεέστι, χάριν εὐζώας, ἀεὶ σεπεράνευμι Χρῶν Μοισᾶνα' εἰρύσας πέρας.

A

Stropha II.

VNiuersa Stygis horrida mortalibus exitium molitaturba, secum detrimentum omne, cumque impietate insaniam, præstigias, ac impostorum cateruam malum exultatam agens. Cedit vna omnisque fraus, pernicies omnis veritati (quam luces) Edomitus vires deperdidit Tartarus fortitudine harum paginarum late coruscante.

B

Ac etiam si post amorum illicia parare. Circe aggredietur, vel hominibus varias inducere formas, reformidabit te, qui demonstraris moly malorum depulsorium.

Antistropha.

QVod si autem Medea miscere venenum: vel si impudens venefica non nulla incantare laborabit philtrum, aut toxicum quodpiam, Phœbemque pulchro aspectu præsignem deducere in terram: vel si è Tripode vaticinium scitari deproperabit Mercurius aliquis flammæ falsidicæ: aut etiam si Calchas quispiam de insequentis æui futuris hariolari volet, horum omnium voti compos reddetur nullus, quando solerte animo impostoram declinare malitiam auspicaris edocere.

C

Epodos.

D

ARguens vanitatem veritate, circumque mentes hominum dependentes stultitias dia sapiens resecas. Qualis Theseus secutus filum viæ ducem, dotem iugalem Ariadnæ, obtruncauit Labyrinthi luctificum portentum. Athenasque vrbem seruans, &

E

Pubis septem flores. At vero, tu plures animas seruas Barathro eximens, quæ illæsæ præquam illustribus, causa sospitatis (à te receptæ) æternum pergent doctarum te Musarum extollere pinnis.

TERTIVS BOVLLIVS.

SVMMARIA LIBRI QVINTI SIVE DE OFFICIO IVDICVM.

RAtio scriptionis.

Sect. I. An in hoc crimine seruandus ordo & processus ordinarius? A

De natura criminis & eius grauitate. Iudex arbitrium suum quomodo debeat moderari circa iudicandum grauitatem huius criminis. Septem circumstantiæ hoc crimē aggrauātes. Quādo iudici liceat pœnā legis excedere vel minuere. Post sententiam in crimine maleficij licet pœnam minuere, exemplo hæresis. Quid semper iudex ante oculos debeat habere. Non arctatur iudex ad antiquum ordinem iuris, sed ad receptum suæ regionis.

Sect. II. Quomodo in hoc crimine inquisitio instituenda? B

Quid ista & quotuplex, cōditiones requi- D sitæ vt sit valida. Quomodo debeat cōstare de corpore delicti. quæ pacto necesse vt præcedat accusatio. Quod debeat esse certa, specifica, & clara. quando necesse tēpus ascribi? Quę indicia debeant eam præcedere. Quando sit necessarium famā præcedere. E Quando absolutus semel de eodem crimine quis fuit, vel gratiā obtinuit, vel pœna non condigna penitus, quid iudici faciendum. Quando transactio F impediat inquisitionem. Qui Principes possint gratiam delicti concedere. Quib. casibus hoc principi liceat facere. An maleficis Princeps possit gratiā concedere. Exēpla Caroli V. Imp. & Caroli IX. Franc. Regis. An inualida gratia concessa inhibeat omne iudicium an primum duntaxat? praxis quædam DD. explicata. Qui competentes in hoc crimine iudices. G Inquisitorum fidei, quanta in hoc crimine sit potestas. Quanto temporis spacio in H hoc crimine inquisitio excludatur : siue quæ hic præscriptio possit opponi. An contra absentem possit institui inquisitio. C

Sect. III. De optimis indicijs, ex quibus tuto iudex potest procedere.

Ad quos act⁹ iudiciarios requirātur, clariora J indicia. quid singulæ indiciorū species operētur. Iudex quomodo possit arbitrari, quæ leuia, quæ grauia, quæ grauissima sint. An generalis aliquando sine indicijs formari possit inquisitio. Quando sufficiant leuia indicia. quæ requisita ad torturam. K De indicio per testes. de nominatione facta per socium criminis. hæc exigenda à iudice nec potest eam omittere. Iniungenda iudici per confessarium restitutio damnatorum, An denominationi socij credendum iudici. quantam L & quando fidem adhibere teneatur. Si mancæ sententia reiecta, communis defensa. Quando subijciendus iterum torturæ nominans, vt ratificet dictum suum. De minorennium & fœminarum testimonijs. Non licere de socijs in individuo rogare. Quomodo interrogand⁹ nominans de circumstantijs, & de diffamatione. De nominans debet esse constans & perseuerans. De iurefurando quod nominans tenetur præstare. M Quæ indicia requisita ad torturam, plene tradituṁ quę sufficiāt, præsertim de fama. conciliata pugna DD. de fuga. de amicitia. de collocutione de superstitione. & repertis instrumentis. & similibus vrgentissimis. & horum exempla quædam de confessione extraiudiciali. Conditiones requisitæ, vt vnum ex talib. indicijs cum nominatione complicis, sufficiat ad torturam. Explicatæ quędam cōmunes N opiniones & praxes discussæ. Qualis debeat esse fama, vt valeat pro iudicio. Quæ sit vis bonæ famæ. Quam difficile O sit famam exacte probare. quæ ad hoc sint requisita. primum de fama in specie, deinde de fama in genere. Quale debeat esse indicium fugę, vt valeat ad torturam, vel ad pœnæ P condemnationem : traduntur aliquæ regulæ. Quale debeat esse indicium minarum, Q vt sit sufficiēs. Discrimen inter minas & iactantiam. Quid considerandum in æquiuocis ambiguis minis. Ex indicijs remotis nunquam licet procedere ad condemnationem. D

Sect. IV. De alijs indicijs minus vrgentibus & minus certis.

De non impediente maleficium. Cōciliantur dissidia DD & q̄ꝫ hinc obligatio restituēdi nascatur. De patrocinante maleficis. exemplum Wieri, Edelini, & N. cuiusdāmelegæ de defensoribus, occultatorib⁹. Quādo deferendi sint, an seruandus ordo fraternę charitatis

charitatis quãdo incurratur obligatio restituendi. Indiciũ ex mendacio rei. ex variatione, ex vacillatione, titubatione & vultꝰ mutatione. Si visus cũ instrumẽto S. maleficij in loco, &c. Explicatur sentẽtia communis, & reijcitur sententia volentiũ hoc indiciũ sufficere ad condemnationẽ. Indiciũ conuersationis. Indiciũ postulat ę inquisitionis, & nimiæ solicitudinis. Item sponte denunciãs, cũ non teneatur. de indicio inuẽti in domo cadaueris. Itẽ inuẽti in via prope domũ. Itẽ de indicio vicinæ, vel inuentionis in loco. Itẽ de transeũte per viã illã. Itẽ de eo, *cui bono*; siue qui causam habebat cur illud factum vellet. Item de eo qui ad clamorem inhabitantiũ vel vicinorũ visus ex domo fugere. Indicium cadaueris sanguinantis Indiciũ malę physiognomiæ, despectꝰ in terram, mali no- V minis. Locꝰ directorij inquisitorum. Indicium ex mala patria, vel parentib. prauis. Indicium taciturnitatis. Indicium iurãdi, blasphemandi, exsecrãdi, scurrilia loquẽdi, vel aliter peccãdi, consuetudo. Jndicium, non posse lacrymari. Indicium ex muta X tione crebra domicilij. Indiciũ, ex singularitate in pietatis vel religiositatis ostẽtatione. De indicio eradicati chrismatis, & de stigmate. multa de hoc stigmate imprimi

Sect. V. De denunciatione & testibus. (solito.

Eædem testificationes & probationes recipiuntur quæ in hæresi. Receptio testiumaY quibus tacienda? item quando faciẽda ratificatio item, & publicatio. testes non sunt nominandi. Cogi possunt quilibet ad testimonium de testibus auritis, locus Chrysostomi, Quæ exceptio hic valeat contra testes. Quibus modis testes cogi possint? Ex multiplicatione testium & de positionum quas fecere complices vel personę aliter infames nunquam licet venire ad condemnationem. Z

Ex debilium & dubiorum indiciorum multiplicatione, nõ potest nasci vnum indicium indubitatum. Quid quãdo post sentẽtiam latam complices testimonium suum retractant iudici faciendum? Nunquã post latã sententiam iudex patiatur partes siue denominatos ad denominãtem accedere. Quid faciendũ iudici quando testes variant. Huius criminis & Hæreseos praxis & ratio eadem In hæresi, cui standum primę an secundæ depositione. Simancæ quædã sententia discussa. (*Sect. VI.* De accusatione.

A Accusatio quid. hodie in eius locum successit quærela. quæ personæ hic admittantur ad accusandum. Solum repelluntur inimici capitales, an & excommunicatione maiore? Quomodo proponenda accusatio. de pœna calumniatorum. AA

Sect. VII. De apprehensione & carcere. BB

Quando cuilibet licitum capere maleficos, expli c. li. vlt. C. de malef. & mathem. Quouis loco, & tempore capi possint. *In* quẽuis compingi possunt carcerem, etiam in quo breui morituræ. quãdo hoc sit verum Quales probationes seu informationes debeant præcedere, priusquam capi possint. Si manca sententia quædam nimis laxa reiecta. Sententiarum varietas, & explicatio Gomezianæ. Denominatione testis infirmi. An liceat capere ad solam extra iudicialem informationem. CC

An relaxãdi sub cautione fideiussoria, vel iuratoria. *An* malefici capi in Ecclesia, & ab ea possint extrahi. & an irrequisito Episcopo. Bulla Gregor. 14. hac de re. Quis iudicare debeat de immunitate. Quid cõsequatur ad iniustam carcerationem. An peccet fugiens ex carcere iusto? Postquã reus captꝰ quæ sint iudici obseruanda. DD

Notantur superstitiosa quædam, 1. vt sublimes tollantur, ne terram contingant. 2 detractis vestibus inducere certi generis interula. 3. ne iudex patiatur se tangi super nudam manus & brachij iũcturam. 4. producẽdas coram iudice, obuerso tergo. Refelluntur rationes quædam Danæi & Godelm. cur nequeant iudici nocere post captiuitatẽ. discuritur an sit verũ maleficas iudicibus post captiuitatẽ nocere non valere Historia Stabulensis de ore accepta Petri Oroni. Cautelæ quædã. legitimæ seruandæ cũ incarceratis. Cur ex carcere nõ eripiat captas diabolus. Grillandi opinio. Exẽpl. magi Põpeiopolitani permissione iudicis se inungẽtis, & abuecti. Curiositas iudicum in talibus exprimentis vitanda.

Sect. VIII. De Accusatione. (

Sect. IX. De quæstione seu Tortura. (EE

Quæ interrogationes licitę fiãt. quo ordine. Non nisi necessario veniendũ ad tormẽta. Modus torturæ quis adhibendus. quando deferẽdum appellationi. de grauitate tormentorũ adhibendorũ. Bulla Pauli 3. abstinendũ inusitatis tormẽtis. Quoties FF reꝰ torqueri possit, an plꝰ quã ter. & quãdo liceat iterare. cõciliatę sententiæ de sẽper

post torturam negante, quod in ea cõfessus, exemplũ facinorosi Mediolanensis. Reijcitur sæua quædã praxis Sprengeri, de sẽtentia ferenda ad cõtinuandam torturam. An conuictus reus subijciẽdus quæstioni. an quæstione sic se purget, vt nequeat cõdemnari. an liceat torquere plene à testib. conuictum? Nauarri dictũ explicatũ. Personarum torquẽdarum in hoc crimine, an sit aliquod discrimen faciendum. de maleficio Taciturnitatis. modus, causæ. GG variæ dæmonis ad hoc technæ. Exemplũ de Lycanthropo Westphalico. Exemplũ maleficæ Oenipontanæ. Quæ remedia cõtra hoc maleficium iudices adhibere soleant. quæ ex his licita, quæ vero non. de infusione aquæ profanæ frigidę. de infusione benedictæ. Examinantur multæ praxes Sprẽgeri, an deceptorijs verbis inducãdę. de exspoliatione. de explicatione seu abrasione, & quiddam circa eam obseruandum. de experimento lachrymarum & modo eas coniurandi. de prębita ter aqua benedicta & infusa ei guttula ceræ benedictæ. an liceat per alias maleficas tollere maleficiũ.

De facto quodã Episcopi Ratisbonens. HH Deuotæ preces cum ieiunijs & operibus misericordiæ. de peripatis appendendis collo sagarum. de mensura longitudinis Christi Domini. de obseruatione sextæ ferię ad torquendã. An in Paschalib[a] liceat torquere? de submisse dicendis nominib[a] testiũ. An liceat interrogare nũ velit subire probationem ferri candentis? an relaxandi ad meliorem custodiam sub cautione? Godelmanni superstitiosus modus.

Sect. X. De alijs medijs veritatẽ perscrutandi.

Contra Bodinum, non licet iudici dolo, falsis promissis, II. mendacioque veritatẽ a reo expiscari. Licere mẽtiri, est hæresis. Maruli error. Iudici licet vti æquiuocatione & ambigua promissione liberationis. Multa Sprẽg. dicta discussa. Quæ vis cõfessionis sic extortę. Quãdo iudex ex ea condẽnans mortaliter peccet. Quædam aliæ cautelæ excusſæ. KK Historia rei quæ accidit prope Argentinã. De experimentis sumendis reprehenditur factum quorũdam: De cõ-

Sect. XI De confessionibus. (fiontatione.

Ex quali confessione reus possit damnari. LL Ex quali non possit. Confesso & conuicto semper adhuc dandus terminus ad se defendendum. De confessione per signa surdi & muti. De eo qui maleficium confessus, negat se mala intentione fecisse.

Sect. XII. De abiuratione criminis.

De suspicionum diuisione & generibus. MM quomodo differant suplicio, opinio, & præsumptio. Iudicis arbitriũ in his, quale. Exempla suspicionum huiusmodi. quãdo quis propter abiurationẽ factam dicatur esse relapsus. Quomodo facienda abiuratio. Quãdo cogatur iudex admittere pœnitentiã præmissa abiuratione. quando & quomodo reus possit adigi ad abiurandũ. Quando ab Ecclesia ad pœnitentiã receptũ, laic[o] iudex adhuc possit capere & punire. c. ad abolendã. §. in præsenti vero. de hæret. An iudex Eccles. teneatur tunc eũ eripere. Variæ formulæ abiurationum.

Sect. XIII. De purgatione Canonica.

Quid sit Quando deferenda. Simancæ NN sententia perpensa & cribrata. Iudiciũ siue arbitrium iudicis hoc totũ habet sibi cõmissum. Qui cogendi, qui non admittẽdi ad eam. Quid operetur negatio ei[o], quid defectus. Solemnia & ritus.

Sect. XIV. De absolutione.

Quando reus possit absolui. Absolutio OO diffinitiua, quid. Absolutio ab obseruatione seu instantia iudicij quid. Quando hic habeat vim illius. quomodo cognoscatur an sit ab obseruatione iudicij, an vero sit definitiua sentẽtia. de praxi quotidiana nõ absoluendi, nisi ab obseruatione iudicij, ostenditur vnde orta, & quæritur quando ea vtens iudex excusetur, quando non. Non satis punitus in vna curia potest in altera iterum puniri, & quo pacto? Distinctio Marante superflua. Formula absolutionis.

Sect. XV. De sortilegiorum qualificatione, siue quæ sint hæreticalia, quæ non.

Quæ sint sortilegia hæretica. distinctio inter PP. hæretica & hæreticalia. Clari. Farinacij & Iuristarum quorundam hac in re lapsus. aliud est hæresis, aliud factum hæreticum, aliud factum sapiens hæresim, declaratæ singula suis exẽplis. Qualitas criminis eius qui inuocat dæmonem ad sciẽdum vel faciendum id quod est in dæmonis potestate. Discutitur controuersia inter Barbariã & alios Iurisconsultos. Quãdo ad inquisitores fidei pertineat de huiusce modi iudicare. Quæ sint sortilegia, hæresim sapientia. De Sacramenta sacramentalia, reliquias vel alias res benedictas miscentibus. De baptizantibus. De

mis-

miscentibus res non sacras super quibus dicta est missa, & hic de Sacerdote hoc faciente. De inuocantibus dæmonem per modum sacrificij vel adorationis. de aliquid à dæmone petentibus.

Sect. XVI. De pœna & supplicio maleficorũ.

Lamiæ, venefici, maleficij, ſagæ nomina in hoc tractatu. QQ. pro ijſdem ſumenda. Wierus, Godelm. & alij Nominales reprehenſi. De pœna ſortilegiorũ quæ hæreſim ſapiunt. Quid in foro cõſcientiæ. Quid in foro fori ſecũdum canones. quid de laicis. quid de clericis, Peccata Sacerdotum hac in re 1. ſi aras RR. ſpolient, lumina exſtinguãt, & c. vt noceant. 2. miſſas defunctorũ pro viuentibus celebrant. Grillandi error. 3. Imagines Sanctorum conculcantes aut deijcientes. 4 celebrantes ſuper rebus profanis. 5. abutentes vaſis & veſtibus ſacris. 6 Miſſæ admiſcentes orationes nõ præſcriptas in Miſſali officio. Pœnæ SS. communes omnibus, clericis laicisq;. De docentib⁹, diſcentibus, conſulentibus. De amatoria præbentibus. De Serpentum incantatoribus. de aſtrologis. chiromanticis, & reliquis diuinatoribus. De præbentibus poculum abortionis. Epiſcopi an poſſint cõuictos, morte dignos, etiam pœnitentes, tradere brachio ſeculari. qui ſortilegi tradenti brachio ſæc. T T. Formulę condemnationis Pœna ſortilegorũ morte minor. & quorum. Qui aliquem occiderint morte mulctandi. An etiam Lamiæ ſiue ſtriges, quæ nullum occiderint, comburendæ ſint? Fundamenta negantiũ diſiecta ordine. In atrocioribus etiam conatus puniendus. Senectus quando idonea cauſa pœnæ minuendæ Delicta ſagarum non ſunt inſomnia. Credenda earum confeſſionibus. Auctores Theologi, iuriſtæ, medici & philoſophi agnoſcentes pactum dæmonis & Lamiarum.

Auctores qui affirmant Lamias dæmonibus commiſceri. VV. Auctores qui affirmant ab ijs excitari tempeſtates. Auctores affirmantes translationem corporalem de loco ad locum. Nauarrus explicatus. fuſiſſime docetur iudices teneri ſtare Lamiarum confeſſioni. Quo pacto poſſit iudex colligere an Lamiæ deluſæ, necne. Quid interſit inter abnegationem B. Petri & omniũ peccatorum, & abnegationem Lamiarum. Lamias, eo quod Lamiæ ſunt, occidendas XX probatur. Ex iure diuino explicatur locus Exod. 22. v. 19. Ex lege Eccleſiaſtica locus Exod. 22. v. 19. Ex lege Eccleſiaſtica. Lege ſæculi ſcripta & non ſcripta. Per rationes breuiter oſtenditur immanitas & atrocitas ipſius ſceleris, cõparatione graviſſimorum aliorum. Locus Exod. 22. v. 18 probatur etiam à cauſis propter quas ſolet quis morte damnari. Explicata Carolina conſtitutio. Defenſa ignis pœna. Vtrum iudici liceat pœnam pro lubito ſuo minuere. quãdo YY peccetur remiſſione. cõmentar. in c. epiſcopi. 26. q. 5. vnde deſumptus canon & cuius auctoritatis. Explicatus oſtenſus nihil pertinere ad ſtriges noſtras.

Sect. XVII. de libris magicis.

Quomodo & quib. prohibiti, & ad quos deferendi. Non abſoluendi, quæ retinent. Quæ pœnæ retinentium. Epiſc. an quia tales, licet legere. Cui competat dare veniã legendi. Quid de auctoribus ſeu ſcriptoribus eorum.

Sect. XVIII. De Euchariſtia merituris præbẽda.

Conſuetudo multorum locorum, non dari: quando tolerabilis. Nauarri ſententia explicata. Iure communi receptum vt præbeatur. Cautelæ quædam circa hoc. Confeſſio nunquam deneganda. Vnctio extrema non danda damnatis.

Sect. vlt. An corpus ſepeliendum?

Quid de ijs qui in carcere ſe occiderunt? quomodo intelligendum quod crimina & criminum pœna morte exſtinguãtur, cõtra communem. Quomodo non peccent qui arma vel inſtrumenta necis reo ſuppeditãt, quibus ſe interimat. De ijs qui moriũtur ſine culpa ſua ante ſententiam. Ius cõtra mortuum agendi quot annorum ſpatio præſcribatur.

MARTINI DEL-RIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERI.

DISQVISITIO-NVM MAGICARVM

Liber V.

DE OFFICIO IVDICVM CON-TRA MALEFICOS. SIVE DE PROCESSV iudiciario in crimine Magiæ.

VERE Comicus.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui, Aliquid semper moneat, vt quod.

Nunquá te facturum putabas: id post facias tamen. quis credidisset me, post annorũ viginti felix à Tribunalib. ad Religiosam vitam transfugium, ad hãc Masuri rubricam rediturum? redeo tamẽ, non vt coram me reus palleat, nõ vt Quęsitor sedeam. vel vt Quadruplator aures præbeã: sed, vt iudicib. cõsulam, quib. ex librorum confusa congerie, aut vsu nimis arbitrariorum hodie iudiciorum ista minus libuit, vel licuit ad crimen de quo nũc agimus accommodare. Nam quib. nec ocium deest, nec voluntas, fateor de fontib. ista hausuros non difficulter: haud scio tamen an ea methodo, & ad conscientiæ sæcuritatem directione. Certe confessarijs, quorum plerique nudi Theologi sunt, in re, ne iuris quidem peritis plane peruia non inutilis opera mea fuerit: quorum potissimum gratia, me diebus aliquot antiquo iterum ludo passus sum includi.

Sequar ipsum iudicij ordinem, qui ordinarius: & rem in sectiones partiar:

& legam & vestigia eorum, quos æquius melius, & prudentius de latrunculatorijs hisce locutus arbitrabor, Clarum, Bossium, Simancam, & alios præcipue Prosperum Farinacium insignem, non lectione tantum, sed & vsu, Iurisconsultum.

a vide Bar. Tægeum pract. cri. p. 1. n. 2. & Tib. Deci anũ tract crim. p. 1 l. 1. c. 1. & l 2. c. 3.

SECTIO I.

An in hoc crimine seruandus ordo & processus ordinarius.

A. CONSTAT inter delictum, crimen, maleficium à iuris interpp. differentiam aliquã statui quæ tamen nostro instituto parum idonea est, ideo, vt solent etiam alij DD. *b* ista pro ijsdem nunc sumo & præsuppono sortilegij siue maleficij crimen esse publicum, mixti fori & commune: de quo, si à laico committatur, vterque iudex potest cognoscere, Ecclesiasticus & laicus: item esse crimen nominatum, siue ordinarium: eo sensu, vt habeat nomen certum, & etiam pœnam certam iure præfinitam: esse tamen crimen extraordinarium, & exceptum: eo sensu, quod in eo quædam obtinent peculiarias & quod sub generali legis dispositione continetur, vt crimen læsæ Maiestatis, aut hæresis; ad quod cõstat maleficium pertinere, quæ est sententia DD. communis *c* verissima: esse quoque crimen enormissimum, grauissimum, atrocissimum, quia in eo cõcurrunt circumstantiæ criminum enormissimorum, apostasiæ, hæresis, sacrilegij, blasphemiæ, homicidij: immo & parricidij sæpe, & concubitus contra naturam cum creatura spirituali, & odij in Deum, quib. nihil potest esse atrocius. Pendet quidem à iudicis arbitrio pensare grauitatem delicti, vtrum sit atrox, vel atrocissimum *d*: sed tamen debet iudex hoc arbitrium suum moderari ex circumstantijs delicti, quas optime explicat Prosper Farinacius *e*: hic vero concurrunt non paucæ, primo quod delictum est mali exempli & cuius noxa & cancer serpit, attestante experientia. Secundo solet nocturno committi tempore, quando minus sibi homines cauere possunt. Tertio committitur clam & proditoriè, siue per industriam insidiosam: cuiusmodi homicidia sunt grauiora. Quarto solent lædere eos, quibus sunt coniunctissimi: dominos, fratres, patres, liberos, coniuges, sodales, collegas, familiarissimos quosque. Quinto peccant ex consuetudine quadam delinquendi. immo quasi assidue: nã semper malũ aliquod machinantur, Diabolo incessanter eas stimulante, & quotidianum pensum exigente. adeo vt vel poculum vnum, vel vas aliud, si plus nequeunt, frangere cogantur, vt testantur Remigius & alii. Sexto quia delicto huic infligitur pœna atrocissima, nempe incendij. Septimo quia delictum hoc committunt animo plane deliberato, dolo manifesto, & (vt loquuntur practici) *appensate*: quod indicat perseuerantiam complacentiam in crimine.

b vide DD in l. 1. C. si ad. delict. & Blãchũ in pract. crim. §. vi sis indic.

c vide DD. in l. vlt. C. de accusa Prosperum Farin praxi crimin. q. 18. n. 60.

d ex communi sentẽtia iux. Clarum prac. crim §. 1. Villall & Soar. in The. com opin.

e pract. crim. d. q. 18. à n. 63.

Secundo sciendum est, quod licet in pœnis irrogandis ampla sit arbitrandi potestas iudicibus concessa: tamen, sine grauissima causa nõ licet iudici pœnam à lege statutam excedere. (ratio quia iudicem magis commendat misericordia, quam seueritas, vt varij canones & leges docent *a*) nec etiam illi licet eam minuere, sed debet iuris rigorem hac in re sequi *b*. hanc esse Diui THOMAE sententiam, & communem Iurisconsultorum indubitatam bene probat FARINACIVS. *pract.*

a c. disciplina c. nã que c. vera iustitia c. licet 45 d. c. rex. c. regum, 22 q. 5. l. respiciendum l. hodie D. de pœn.

b §. oportet. Auth. de iudic. c de causis. de offic. de leg. c. licet de pœn.

crim.q.17.num.5. qui *n.7.* etiam docet ex sufficienti causa posse iudices pœnas à legibus indictas non solum minuere; sed etiam pro suo arbitrio augere: & hoc sensu omnes pœnas delictorũ hodie, iuxta facti & personarum qualitatem; ab arbitrio iudicis dependere: idque etiam obtinere, quoad pœnas consuetudine vel statuto introductas: & quando iudices iurarunt statuta obseruare: & quoad pœnas omnes tam principales, quam accessorias; & in quouis crimine, etiam hæresis. Quod intelligendum ante sententiam: post sententiam enim non potest iudex pœnam augere vel minuere, nisi consulto Principe: (excipitur crimen hæresis in quo solo, reo ad fidem reuerso, potest sententia mitigari *c.vt cõmissi.§. necnõ.de hæret. in 6* & puto hoc obtinere etiam maleficio, & praxis docet. sæpe enim Iudices quas damnarunt viuas exuri, iubent strangulari vel decollari (vt factum annis superioribus Stabuleti, in causa Ioan. de Vaulx). Intelligẽdum secundo, de iudicibus ordinarijs & maioribus, & non prohibitis hoc facere, & quando id non vergit in partis præiudicium. dico *ordinarijs*, quia delegatis hoc non licet: nisi ex causa delegatis principium, vel maioris magistratus, quia delegato suũ tribuit arbitriũ. dico *maioribus*: quia minoribus magistratibus id non permittitur, nisi consulto principe, vel nisi causa quæ mouet sit intrinseca & cohærens delicto. Dico *non prohibitis*: quia si statutum expresse id prohiberet, vel verba statuti pœnalis imperatiue ad iudicem dirigerẽtur, vel statuto alio caueretur: verba statutorum, vt iacent seu ad litteram accipienda: non liceret pœnã mutare. Dico. *quando id non vergit in præiudiciũ partis*: quia quãdo pœna est applicãda parti læsæ, vel denuncianti, &c. non potest de hac pœna iudex detrahere.

Denique iure communi hæc potestas pœnæ arbitrariæ, sic limitatur: vt, licet ex causa iudex possit pœnam mortis ordinariam commutare in aliam mitiorem, tamen non possit mutare, in aliam mortis vel corporis pœnam (vt puta pœnam ignis, in pœnam laquei, vel flagellationis, vel mutilationis mẽbri, vel triremium, aut similes corporis afflictiuas pœnas) sed debet commutare in pœnam carceris; exilij, pecuniariam aut similes: de facto tamen & consuetudine plerisque in locis contrariũ contrarium constat obtinere, vt etiam in alias corporis afflictiuas: & quascumque mitiores pœnas, ex causa, commutare soleant. Secuti in his sumus communiores DD. sententias, vt patet ex Farinacio *d.q.17.*

In his autem semper iudici velim ante oculos esse illud extremum iudicium supremi tribunalis, de quo sunt sequentes rythmi veteres.

Iudicabit iudices iudex generalu,
Neque quidquam poterit dignitas Papalu:
Siue sit Episcopus, siue Cardinalu,
Reus condemnabitur, nec dicetur, Qualu?
Ibi nihil poterit quidquam allegare.
Neque quid excipere, neque replicare,
Neque ad Apostolicam sedem appellare.
Neque codicillos Cæsaris citare.
Reus condemnabitur, nec dicetur, Quare?
Cogitate miseri, quid vel quales estu,

Quid

Quid in hoc iudicio dicere poterstis.

Hic non erit Codici locus, nec Digestis,

Idem erit Dominus, iudex, actor testis:

His suppositis ad quæstionem respondetur, non arctari in hoc crimine iudicem ad priscas solemnitates, neque ad ordinem illum publicorũ iudiciorum antiquum, quem exoleuisse scribit Paulus I.C. *d* sed tamen teneri sequi eum ordinem iuris, qui æquitati naturæ consentaneus est: eum præterea, quem in criminibus priuilegiatis siue exceptis, iura communia & particularia locorum præscribunt: quem quiturbet aut negligat, eius iudicialia acta nulla forent *e*: licebit tamen iudici recedere à communi aliorum criminũ praxi, in hoc delicto vindicando: quatenus peculiaria quædam hoc crimen exigit, de quibus postea. atque ita censeo conciliandas contrarias quorumdam Iuristarum *f* sententias, non satis distincte loquentium.

d l.8 D. de pub. iudic. l.16. C. de pœn.

e Bodini in Dæmonom. l. 4. & Godelman. de lamijs l. 3.

SECTIO II.

Quomodo inquisitio in hoc crimine instituenda?

INquisitionem voco (vt solent I.C.) delicti informationem iudicis officio & auctoritate factam *g*: ea vel est generalis, quando iudex in genere, quærit quis sit delicti commissi auctor vel socius: vel specialis, quando inquirit in personam certam, de cuius delicto certior factus fuit per accusationem, vel per denunciationé, vel alium modum. Vtautẽ valida sit inquisitio specialis (nam vt generalis sit valida, sufficit commissum esse crimen tale, quod sine socijs committi non soleat) docet Farinacius *h* (qui optime hanc materiam prosequitur (requiri sequentia: primo, vt in genere saltem constet delictum esse commissum quod intellige quoad ea peccata: quæ in actum & perniciem externam eruperunt, debet enim constare segetes corruptas, infantem occisum &c. quoad peccata vero intellectus: vt hæresim: vel voluntatis, vt pactum cum Diabolo, comessationes, concubitus cum diabolo & huiusmodi difficillimæ indagationes, non solum potest inquiri contra eas, licet non constet de corpore delicti: sed etiã sunt condemnandæ, si duntaxat dicãt se ad conuentum delatas, *vt bene Annal. Albert. de agnos. assert. Cathol. & hæret. q. 25. & Farinac. q. 2. num. 26.*

Secundo vt præcedat aliqua saltem accusatio, quod etiam iure Canonico obtinere verius est *i*: sed huic hodie conditioni, generali consuetudine derogatum est. reputatur enim inquisitio remedium ordinarium, & in omnibus delictis potest ex mero iudicis officio citra accusationem vllam instituti *k*: semper tamen necesse est, vt adsint alia aliqua loco accusationis, vt puta denunciatio, fama, vel indicia. de quibus statim.

Tertio requiritur quo ad formam vt inquisitio sit certa, specifica & clara, ita continens delicti qualitates & circumstantias, vt per eius incertitudinẽ: generalitatem, vel obscuritatem non tollatur reo defensio *l*. ideo debet in ea explicari locus & tempus scilicet non dies nisi citra calumniam, ex iusta causa, id reus petat, & iudex diẽ sciat (sed annus ac mensis, commissi delicti, ex sententia veriore & communiore *a* quo ad inquisitionem specialem: nam quo ad generalem verius est, hanc expressionem loci & temporis non requiri:

f Iul. Clar. pract. crim. q. 3. Dam. haud. tit. de inqu. f. ca. 8.

g pract. crim. q. 1. cum seq.

i c. forus 6 iudicium de verb. signi. Clarus d. q. 3. Men. cons. 160.

k Gomez. variar. resol. t. 3. de delict. c. 1 n. 49. Clarus d. q. 3. § sed certe Decia. cons. 18. & alij.

l libellorum. D. de accus. Vulpellus resp. crim. 1. Bosuius de inquis. n. 75.

a Menoc. cons. 10. Osascus cons. 64. & 66. Decian. cõs. 18.

quiri: in speciali quoque hoc locum tãtum habet de criminibus, quæ temporis momento committuntur: non vero ijs, quæ successiuo tractu, in quibus locus & tempus non potest ita designari, vt sunt crimen læsæ Maiest. hæresis & similia *b*: & ideo idem de crimine magiæ dicendum, hanc additionem in eius inquisitionem non esse necessariã. Quod si aliquæ qualitates expressæ in inquisitione non probarentur: tunc si additæ fuerint clausulæ, *de omnibus & singulis*, vel, *se non adstringens*, vel *meliori omni modo*, vel crimen sit non iterabile, (vt homicidium in eandem personã) vel constet ex confessione rei de crimine, vel quando qualitas illa vere delictum non aggrauabat, nec alterabat: his casibus reus adhuc esset condemnandus: alias foret absoluendus.

Quarto requiritur præcedere indicia ipsam inquisitionem: quæ sententia communior & æqua est contraria vero quorumdam, *c* est periculosa & iniqua prorsus *d*: etiamsi iudex habeat liberum arbitrium, & licet inquisitio ex mandato Principis fieret: nisi tamen Princeps, non ad partis postulationem, sed motu proprio, mandasset contra aliquem inquiri, & assereret eum deliquisse, idque ad suam notitiam peruenisse. Qua tamen in re cauendum valde Principibus, ne facile talia mandata dent: facillime enim circumuenitur à delatoribus Principum bonitas atque credulitas, eosque sæpe ex nimis credulis facit crudeles, quæ vero sint legitima indicia mox videbo.

Quintó requiritur diffamatio seu fama: non ab accusatoribus rei, sed ab alijs quoque hominibus fide dignis, nata. Sed magna hic difficultas oritur circa istud quintum requisitum, an semper necessarium sit famam præcedere, etiam quando alia suppetunt indicia. Nam DD. videntur nimis generaliter loqui, & consuetudo eorum dictis parum consentanea videtur. Putarim posse illos conciliari, vt dicamus: si sint alia indicia sufficientia & legitima, non opus esse diffamatione, ne in speciali quidem inquisitione: si desint illa, omnino requiri diffamationem, quando incipitur ab inquisitione speciali *e*. Sed si incipiatur ab inquisitione generali formata ex mero iudicis officio, tunc non videtur necessarium vt præcedat diffamatio: sicut solet practicari, (teste Claro *f*.) quia commisso aliquo delicto, hodie iudices non procedunt à speciali contra aliquem inquisitione incipientes, sed à generali informatione & inquisitione, quis illud delictum commiserit? & tunc sic in genere primum interrogantur testes, an sciant quis commiserit, si negent, an sciant aliquem diffamatum de delicto illo commisso? & si aliquem huiusmodi testes nominent, tunc contra hunc specialem instituunt inquisitionem, si aliqua adsint nominationi legitima indicia ad inquirẽdum, (quæ indicia sunt loco diffamationis.) si sufficiant indicia ad capturam, capitur nominatus: si capi non potest, monetur & citatur ad comparendum, & se expurgandum: si non comparet, in contumaciam bannitur: quæ omnia esse praxi recepta & iuri rationique consentanea docet optime Prosper Farinac. *g* Et sic posset iudex etiam in crimine magiæ procedere per inquisitionem, non attenta diffamatione, in casu quidem proposito. Requiritur autem præterea diffamatio quando iudex procedit ad partis querelam atque accusationem: quæ est communis sententia. Non tamen improbabiliter,

b Menoch. cons. 100. Decianus d. cons. 18.

c Tiber. Deciani cons. 18. n. 55. in 1. col. *d* vt post Ang. Plo Aymo. Ruin. Cl. Cephal. Rolan. a Valle, Mcard. & alios docet Prosp. Farin. p. 1. nu. 89.

E

e sic intelligendi Dd. communiter loquentes, quos refert. Farinac. q. 90. maxime Rolandus a Valle cons. 17. vol. 1. Clarum reprehendens. *f* pract. in quæ. 6. ver. præterea scias.

g de oper. q. 9. circa fin.

liter, quis defenderet tum accusationem supplere defectum diffamationis, vt videtur velle Clarus *h*. Debet autem hæc fama primo esse orta à fide dignis, & non maleuolis personis, vel futilibus: debet esse vehemens, & quasi procedens ex ore partis populi maioris: debet de ea constare per testes, saltem duos omni exceptione maiores particulariter super fama receptos & examinatos. Hæc certa sunt ordinarie in criminibus cæteris. Nam in hæresi & læsæ maiestatis crimine, quidam limitant: & famam dicunt non requiri *i*: sed reuera existimo, etiam in his criminibus idem obtinere, vt fama requiratur, nisi eius loco adsint indicia & præsumptiones: quod satis aperte indicat Simancas *k*, à Prospero in aliam citatus sententiam. idem ergo censuerim de crimine Magiæ. Super infamia autem inquiri potest ad solam denunciationem viri probi. & cum reperta fuerit infamia, tunc potest procedi ad inquisitionem de crimine *l*.

Sexto requiritur, vt is, contra quem instituitur inquisitio, non fuerit alias de crimine hoc eodem per iudicem fori externi absolutus, vel à Principe gratiam delicti obtinuerit: vel etiam de illo non fuerit condemnatus pœna condigna delicto, & non leuiore. idemque dicendum etiam si absolutus esset à iudice propter defectum accusatoris crimen non probantis, si sit tamen diffinitiue absolutus, & non dumtaxat (vt faciendum hoc casu prudenti iudici) ab obseruatione iudicij. Limita hæc primo: nisi qualitas, quæ in secunda accusatione vel inquisitione de nouo additur diuersificet delictum *m* (verbi gratia, ex homicidio in parricidium.) item nisi sit crimen mixti fori (vt est crimen Magiæ) nam

A in hoc, si fuit punitus à iudice sæculari non poterit iterum puniri à iudice Ecclesiastico: nisi iudex sæcularis minorem imposuisset pœnam, quam par erat, & quam iudex Ecclesiasticus potuisset imponere. Si vero ante fuit damnatus à iudice Ecclesiastico tunc quia in tam granibus criminibus Iudex Ecclesiasticus non potuit punire pœna condigna delicto, vt potest sæcularis iudex: ideo semper in his poterit iterum conueniri, & damnari abs sæculari iudice *n*: quæ verissima, etiam quando loquimur de pœna ordinaria & principaliter ad puniendum delictum irrogata. 3. nisi collusio & præuaricatio accusatoris, vel primi iudicis interuenerit: tunc enim iterato poterit inquiri. 4. si fuerit absolutus vel condemnatus probabiliter & verisimiliter ignorante eo, qui suam vel suorum prosequitur iniuriam: quod procedit dumtaxat si sit graue crimen & magna causa. 5. nisi sit absolutus; non diffinitiue, sed ab obseruatione tantum iudicij: vel relaxatus sub fideiussione de repræsentando: vel si purgauit indicia per torturam. his enim casibus poterit, superuenientibus nouis probationibus aut indicijs, iterum in ius duci *o*, id tamen intra tempus à iure ad hoc vel consuetudine præstitutum, & iure quidem ciuili non distinguitur inter eundem & alium accusatorem: ius vero Canonicum id alteri permittit, veteri vero siue eidem accusatori hoc non permittit *p*.

Quæri solet etiam de transactione, quando illa impediat nouam inquisitionem vel processum? breuiter ex eodem Prospero respondetur *q*. Si remissio delicti publici sit habita per transactionem (suppono licitam) cum parte:

h d. p. 6. ver. sed certe ex quo talis postulatio.

i vid. Pros. Farinac. supr. n. 14 *k* in prax. hær. tit. 12. de inquis. ord. nu. 6. & 7.

l Duenas reg. 298. Clar. sup.

m Gomes to. 3. de delict. c. 2. n. 26. Foller praxicri. Can. c. 35. num. 8.

n c. felicis § per hoc de pœn. in 6. optime hoc docet Gomes. d. c. 1 n. 40. & post plurimos Farinac. q. 4 in. 7.

o vid. Prosper. d. q. 4. pros. n. 26

p vid. Prosper. supr. nu. 30.

F

q sup. à n. 31. & q. 5. per totam

poterit non ab illa, sed ab alio auctore, iterum impeti iudicio (quia sententia facit ius quoad omnes, non autem transactio) multoque magis à fisco, & eo requirente poterit iudex adhuc eundem processum prosequi, vel iterum de nouo procedere (aliud enim est ius partis læsæ, aliud ius reip. læsæ) & in criminibus atrocibus hæc transactio nihil debet diminuere de pœnæ ordinariæ grauitate. Cæterum si transactio vel compositio facta fuisset cum ipso fisco vel iudice, tunc quia pecunia soluta successit in locum pœnæ: non posset iterum retrahi in iudicium, vel conueniri reus iste, etiamsi noua superuenirent indicia. hæc regula procedit, 1. nisi alias constaret omnimode de delicto commisso per reum, vel ex facti notorio, vel confessione rei, vel ex probatione iudiciaria: tunc enim non valeret ista per iudicem laicum facta compositio, & esset omnino illicita iudici si sit facta post sententiam. dico, *constaret*, quia nullæ præsumptiones ad hoc sufficerent. dixi *per iudicem laicum*, quia Ecclesiastico iudici permittitur pœnam sanguinis in pecuniariam commutare. licebit etiam hoc iudici sæculari, quando reus exciperet de nullitate processus, vel quando iudex aliquam iustam haberet causam recedendi à pœna ordinaria, & illam commutandi, Dixi *si sit facta post sententiam*: quia si ante sententiam, tunc iudex id faciens ex causa non iusta, peccat, sed valida est compositio: si ex causa iusta faciat, transactio valida est, & iudex non peccat. 2. limitatio est, si reus primum hoc delictum commiserit, poterit iudex sic componere: non vero si sit homo facinorosus, solitus hoc delictum vel alia patrare. tamen si de facto ante sententiam iudex cum tali facinoroso componeret: verisimilius est valituram compositionem: licet ipse tum peccaret. 3. limitatio, dummodo prius cum parte inierit reus concordiam, alioqui hanc præcedens concordia cum fisco iniqua est, & non valet. immo consensus ille partis debet esse expressus & euidens, non tacitus tantum vel dissimulatus. Non valet inquam respectu partis, sed bene respectu fisci transigentis. 4. limitatio, si hæc transactio foret inita in criminibus, super quibus transigi non potest, vt sunt læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ, raptus virginum & similia. super quibus vt valeat transactio consulendus primo est ipse Princeps: & his criminibus annumero sortilegium hæreticale. 5. limita fore inualidam compositionem reo, si iudicis fraus, dolus, collusio aut corruptela interuenisset: vel si metu eam à reo extorsisset.

Quoad gratiam delicti factam à Principe, Prosper fuse admodum, sed in hanc sententiam *a*: differre abolitionem ab indulgentia Principis. abolitionnm non exstinguere crimen, sed tantum iudicij instantiam, ideo transacta lætitia publica, propter quam Princeps eam concedit, infra triginta dies potest accusator de nouo accusare: & ideo hanc non trahi ad crimina enormissima, nec ad omnes personas. Indulgentiam vero Principis fieri cum causa, & crimen exstinguere, quare si princeps alicui gratiam faciat de omnibus delictis, vel generaliter omnibus delinquentibus, de omnibus delictis indulgentiam concedat: talis indulgentia comprehenderet etiam grauissima crimina, & notoria & liquida, & extenderetur ad carceratos quoque & condemnatos.

a q. 6. per to. & Oddo Perusinus optime l. 2. de restitut. in integr. q. 91. & seqq.

Sit re-

Sit regula. *semel à principe gratiam criminis consecutus, non potest amplius ab vllo iudice molestari.* hæc facultas gratiam criminis faciendi competit principibus superiorem nō recognoscentibus, aut saltem habentibus regalia iura: item Baronibus & feudatarijs, si fuerit illis in inuestitura expresse concessa: quo ad Duces & Marchiones, & Comites, quicquid dicant alij; *b* non puto hanc potestatem accipere, nisi cætera regalia iura ijs concedantur: & sic practicatur in Francia & Hispania, vbi hoc ius soli Regi est reseruatum. Non tamen licet supremo Principi pro lubito has gratias concedere.

Non potest enim nisi prius parti læsæ sit satisfactum. *c* Non potest in homicidio deliberato, hoc enim diuino repugnat iuri: *d* ideo licet in foro externo non sit qui absolutam hāc Principis potestatem impedire possit, in conscientiæ tamen foro hoc faciens peccat: nisi id faceret pro bono pacis publicæ, vel ob aliam vtilitatem reipu. maximam; quod cum de assassinis etiam DD. *e* concedant, existimem ad veneficos quoque pertinere, vt in ijs idem ius sit Principi.

Rarius tamen potest contingere, vt iusta causa huic gratiæ suppetat: rarissimè quoque legimus bonos Principes hac vsos potestate. Carolus V. Imp. Agrippæ pœnam mortis non indulsit, sed, cum is effugisset, exilium irrogauit, & in Francia ille obijt. In eadem Christianissimus Rex Carolus IX. eius nominis, qui vltimus fuit, Triscalino, vt socios proderet, vitam & libertatem permisit: non sine bonorum offensione. Fateor si Princeps aliquam huiusmodi inualidam gratiam concessisset, licet illa foret nulla: tamen deberet reus illa vsus à iudice absolui & relaxari: ne sub fidei publicæ prætextu decipiatur, & sic practicari in Italia & Hispania docent grauiss. scriptores, apud Prosperum Farinac. qui illos sequitur. *f* quod puto intelligendum, quoad primam apprehensionem. nam sic semel apprehensus, & tunc relaxatus deberet commonefieri de nullitate gratiæ, itaque vt sibi caueret imposterū vel impetraret gratiam aliam, manere enim punibilem & pœnæ obnoxium: quod si negligeret, posset à iudice capi & puniri.

Tunc enim vnica illa ratio praxis huius planè cessaret, neque iam dici posset sub fide publica deceptus. Equidem cum lex nulla (quod sciam) huic dicto repugnet, & DD. illi *g* non satis clare proponant, an quo ad primam tantam apprehensionem, an quo ad seqq. quoque loquantur, & publice interfit delicta puniri: omnino arbitror conscientijs iudicum, quod dico tutissimum fore. Hæc de sexto requisito.

Septimò requiritur in hac inquisitione: quod in omnibus actibus iudiciarijs, vt fiat à iudice competente: quem constat in hac materia esse tam Ecclesiasticum, quàm sæcularem iudicem, item fidei inquisitores: quibusdam tamen casibus: quos bene Simancas ponit. *h* In primis quia solent venefici, & Striges fidem Catholicam abnegare, vel saltem ea dicere & perpetrare, quæ sapiunt hæresim, *i* ideo ab Innocent. 8. Iul. 2. Leone, 10. Hadr. 6. Pontificibus hoc negotium inquisitoribus fuit demandatum. *k* De sortilegijs proprie dictis (hoc est diuinationibus illicitis) non debent inquisitores fidei cognoscere, nisi sortilegia hæresim saperent manifestè: videlicet si quid impium & hæresim præ se ferens admisceretur, vel si crederet sortilegus ali-

f Boss. Clar. vulpell. Lud. Peguer. Farin. n. 27. q. 6.

g in prax. inquisit. c. 11. & c. 8.

h Silu. l. 3. de Strig. & dæmō. admir. c. 1 Ioan. Picus l. 3. Dial. Strix. *i* Bullas horū edit. simul Binsf. in tertia edit. libri de confes. malef. Bulla Iul. 2. meminit Picus sup. *k* accusatus. §. sane de hæret. in 6. c. 1. 26. q. 5. illud 26. q. 2.

quid diuini ineſſe ſorti. *l* Idem dicendum de coniectoribus ſuſpectis reliquis, qui facilè in infidelitatem incidunt, vel dæmonem adorant, vel cum eo fœdus habent, vel credunt eum futura contingentia certò ſcire, vel abutuntur ſacramentalibus. In cæteros ſuperſtitioſos inquiſitores fidei, ſiue facta ſint atrocia, ſiue ſint leuia, non inquirunt: niſi quando ſapiunt apertè hæreſim: vt baptizare ſcienter iam baptizatum, vel baptizare imaginem: quoad ſuperſtitioſos vero magos *a* quia (vt ait Cyprianus *lib. de duplici martyrio*) *qui magicis artibus vtuntur, tacitè Christum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus:*] vixque fiat, vt non vel hæreticum quid credant, vel hæreſim ſapiens faciant; ideo vix vnquam incidet vllus talis, quin contra eos Inquiſitores poſſint procedere; & poterunt quoſcunque iudices compellere, vt ad ſe mittant acta contra hæreticos huiuſmodi magos facta. *b* In omni vero iudice illud commune hic quoque eſt; vt reus debeat eſſe ſubditus iuriſdictioni inquirentis ratione delicti, domicilij, vel originis. *c* vel etiam ratione conuerſationis per decem annos in aliquo loco, *d* & non minoris ſpacij, idque de delictis tantum commiſſis alibi durante hoc decem annorum ſpacio: quia tam longa conuerſatio domicilij electi rationem habet: operari tamen hoc non poteſt, quo ad delicta prius commiſſa. Sunt & aliæ multæ cauſæ tribuentes iuriſdictionem, quæ in noſtra materia minus conſiderandæ ſunt, quia vix vnquam, vt dixit Sortiariæ noſtræ carent hæreſi: hæretici vero coram pluribus iudicib. ac diuerſis iudicijs poſſunt conueniri, *e* & vbicunque locorum reperiãtur, poſſunt à loci iudice puniri ex communi ſententia praxi recepta: *f* habet enim hæreſis crimen cauſam in ſe continuam & ſucceſſiuam, & ideo vbicunque hæreticus verſatur ibi delinquere cenſetur: *g* quæ ratio in ſortiarijs efficaciſsima eſt, quæ vix pedem, ſine loci damno & nouo crimine vſpiam figunt.

Octauò requiritur in ſortilegijs & maleficijs non hæreticalibus nec enormibus, vt intra 20. annum à crimine deſito, inquiſitio inſtituatur. nam ſpacio 20. annorum reus præſcribit ex communiore & veriore ſententia: *h* ſed quando maleficium vel ſortilegiũ coniunctum eſt cum hæreſi, nulla temporis præſcriptio reum poteſt iuuare, immò & poſt mortem, hæreſis poterit inquiſitio inſtitui, *i* immo etiam quandocunque tam graue eſt maleficium vel ſortilegia ſuperſtitio, vt exceptum, vel enorme crimen cenſeri debeat, poterit quamdiu viuit reus inquiſitione pulſari: *k* & quando fuerunt apoſtatæ vel hæretici, tunc etiam pœna pecuniaria, quam defunctus debebat, ab hæredibus eſt luenda; *l* vt puto, vſque ad annum quadrageſimum, nec minori tempore præſcriberent hæredes, *m* quantumuis in crimine læſæ maieſtatis humanæ quinquennio præſcriberent. » Ex his ſequitur, diuturnitatem temporis octo, vel decem, vel amplius annorum, ſiue à delicti commiſſi, ſiue à reatus die ſumas, in his criminibus nihil prodeſſe ad pœnæ diminutionem, de ipſo delinquente ſumendam, ratio eſt, quia in his criminibus, nulla præſcriptio poteſt eo ſuffragari, vt bene Farinac. *dict. quæſt. 12. num. 90.*

Nonò requiritur, ſecundum ius cõmune, vt contra abſentem non fiat inquiſitio: ſed regula iſta fallit in crimi-

nibus exceptis; imò de conſuetudine,

etiam

/ dic §. fa ne H. dẽi p. 2. q. 184

rgl. & OD. in c. ccuſatu §. ſane d. iæret. in §. Oldr. onſ. 210.

c præſi- entes c. rt offici- m §. de- iqs c. vt commiſſ de hæret. n 6. c. cũ Berthol. le re iud. cl. 1. C. v- oi de crim. agi oport. c. ſi diligent. de foro comp. vi- ce Coua. pract. qq. c. 11. n. 3. *d* Boſſ. de foro cõp. n. 72. Fa- in. q. 7. n 5. & ſeqq. *e* c. per hoc 1. §.

de hær. in 6. Gab. l. 1. tit. de rob. cõd. t. li. 19. f Duen. reg. 378 Nouel. reg. 150 H g Anan. tract. de agn. il- ſert. Ca- holi. & hæret. 25. Pen in direct. inquiſ. Schol. a poſt mo- tos. Fam q. 7. num. b videſis ma q. no- n poſſe q. diſſim e viuẽ- ſe. num. & 37. & Mar. l. qui ſi fam. n. D. ad Corn. fal. Cau tract. de homic. 5. n. 8. n poſt Pa

i. 4. Pan d. q. 1. 7. n. m cõ- præſcript l. 4. n. ap Gom ff. de ca. n. 8. Farinac

etiam in alijs criminib. potest formari inquisitio contra præsentes, & contra absentes, siue sint contumaces siue non. *o*

SECTIO III.

De indicijs optimis, ex quibus iudex in hoc crimine tuto potest procedere.

I. ONSTAT eò clariora & verisimiliora & propinquiora requiri indicia, quò actus iudicialis maioris præiudicij fuerit reo; vt ad condemnationem, quàm ad torturam: ad torturam, quam ad capturam; ad capturam, quam ad inquisitionem. hoc suadet naturalis æquitas, & receptum est communi consuetudine, & probatum Bruno *tract. de indic. 1. 2. part. quæstion. 6. num. 4.* & Bossio *titul. de inquisit. num. 61.* quod etsi improbetur alijs, *p* tamen reuera est consentaneum plane rationi, nec video cur corruptela vocari debeat. docet hoc benè Farinac. *dict. quæst. 1. num. 47.*

Constat secundo quod indicia quædam sunt leuia, quædam grauia, quædam grauissima, & leuia, suspicionem gignunt tantum, vel ad summum simplicem præsumptionem; grauia vero, gignunt, aliquid vltra simplicem præsumptionem, minus tamen semiplena probatione; grauissima vero gignunt semiplenam probationem: vt minimum *q*.

Constat tertio quæ sint leuia, quæ grauia, quæ grauissima hoc ordinarie pendere à iudicis arbitrio: eumque iudicare debere, personarum & rerum circumstantijs trutinatis, quæ indicia ad quid sufficiant; *r* quod arbitrium debet ille dirigere ad normam iuris scripti, vel consuetudinarij, & receptas interpp. opiniones, & praxim patriæ. *s*

Inquisitio generalis potest aliquando formari non præcedentib. vllis indicijs, sed puta duntaxat ex notificationibus seu informationibus extraiudicialibus: in qua si vocati & examinati testes aliquem particularem nominant, tunc contra nominatum posset formari specialis inquisitio: *t* sine indicijs vero vllis, non liceret incipere à speciali contra aliquem inquisitione: si tamen iudex procederet, posset reus opponere de nullitate inquisitionis, ob defectum indiciorum: si reus non opponeret, tunc adhuc valeret processus. nam hic defectus non inualidat, nisi reus opponat. *u*

Ad assumendas ex officio informationes super delicto sufficiunt indicia leuia; sed ad transmittendâ reo inquisitionem, siue ad eum citandum pro delicto, necessaria sunt indicia grauia. *x* Quoad capturam, si fiat tantùm, ne reus fugiat, interea dum fit inquisitio: sufficiunt leuia indicia: si vero fiat, vt specialiter contra eum procedatur, necessaria sunt grauia. Ad torturam meâ sententia sufficiunt indicia plus quàm grauia: & arbitror à Claro grauia vocari, quæ communiter grauissima: sanè vt docet Farinacius *y* ea deberent esse indicia tam vrgentia, & certa, & luce meridiana clariora: vt iudex sit, quasi certus de delinquente: & vt nihil aliud ipsi delit, quam rei confessio: quod intelligendũ nõ in genere probationis, sed in genere indicij; hoc est, quæ sint apta ad plene persuadendum animum iudicis, non tamen ad plene probandum. stat enim iudicem esse persuasum de culpa rei, & reũ esse noxium, etiamsi hoc non plenè probatũ. quia deest confessio rei, vel aliqua

alia pro-

o post Clarum Farin. q. 1. n. 69. & n. 11.

p Claro q. 10. n. 1. Rol. a Val. & alijs.

q Clar. sup. n. 1.

r Conrad Lancellin. pract. tit. de inquis. n. 33. Farina 8. n. 46

s Fari. sup. Binsf. in l. vl. C. de malef.

t Clar. q. 5. ver. si scias etiam.

u Fran. Bec. cons. 70. n. 26. l. 2. Ioan. Mar. Mõ. tract. pract. crim. reg. 1. Farin. sup. n. 49.

x Clar. n. 2. & 3. Farina. n. 48. Osascus consil. 64. n. 5.

y q. 16. n. 3.

alia probatio. quando ergo iudex sit putat se habere plena indicia, potest procedere ad torturam: sed si haberet plenas probationes, tunc deberet procedere ad condemnationem. z

Hæc indicia volunt Dd. debere ad torturam esse proxima delicto, & non remota (v.g. quod testes deponant de ipso delicto, vel de visu) sed intelligendi sunt, quando vnicus testis deponit, & indicium non est confirmatum alijs indicijs. ordinariè enim debent indicia remota grauia probata esse per duos testes, etiam in crimine hæresis. a nec sufficeret vnus testis omni exceptione maior, sed debent esse duo omni exceptione maiores: ad inquirendum vero sufficerent non omni exceptione maiores. præterea ad probandum indicia hæc remota (de quib. tantum agimus) testes debent isti esse non singulares, sed contestes, siquidem indicia sint plane remota: si vero sint non multum remota: sed quasi adminicula quædam delicti, plurium singularia testimonia virorum bonorum sufficient. b maxime quando hæc testimonia omnia sub eodem crimine; quasi subordinantur, vt si dicat vnus se vidisse aliquid ponentem sub ianuæ limine: & equos postea mortuos: alius quod vidit tangentem puerum, & hunc mortuum: tertius quod vidit proijcientem puluerem & subsecutam tempestatem. hæc enim omnia in vnum tendunt finem, & ideo hæc singularitas adminiculatur potius, quam obsit, *Alex. consil. 13. lib. 7. Gomes. 10. 3. c. 12. num 12. Minsing. obseru. 100. centur. 2. Andr. Gail. lib. 2. obs. 66. optimè loquitur hac de re Simancas in prax. tit. 35. 4. num. 34.*

Proxima indicia etiam requirunt duos testes, quando non sunt immediatè de ipso delicto, sed de adminicu-

z l. fin. l. aditos, C. de proba. l. qui senten. C. de pæn. l. fin. C. de custoreor.

a Clar. q. 22. in pr. Far. q. 37. n. 13. & sequ. Gomes. l. 3. de delict. c. 13. n. 18. & 19.

b vide Farin. n. 36

A lis proximis: sed si sint de ipso delicto, ad torturam sufficit vnus exceptione maior. *Farinac. optime nu. 41. qui etiam seqq. numeris multa ponit dignissima obseruatu.*

Sed nunc veniamus ad singula indicia. *Primum* ergo est indicium per testes. Sufficit autem in hoc crimine vnus testis ad inquisitionem particularem instituendam, etiamsi sit alias inhabilis: sed si sit testis legitimus & exceptione maior est sufficiens ad torturam, iuxta Clarum *quæst. 21. num. 2.* cuius dictum nimis indistincte vsurpat Godelmann. *lib. 3. cap. 3. num. 13.* tu explica. iuxta iam à nobis dicta ex Farinacio.

C 2. *Indicium* est Nominatio Socij Criminis: hoc etiam indistincte ponit I. C. ille Francofurt. more suo: sed accurate punctum istud tractauit Dominus Binsfeldius, quem, qui plura volet, poterit legere: vt & Prosperum Farinacium insignem I. C. c Sciendum communem esse DD. sententim, maleficos & mathematicos de consocijs interrogari & torqueri posse: quod & iure ciuili cautum, d & omnium praxi receptum est: e immo & iudicem teneri interrogare, & reum in conscientia teneri denunciare socios: quos nescit, immo præsumit non se correxisse, nec destitisse à crimine: est sententia Theologorum. f Iudex hoc facere, omittens peccat grauiter: contra iustitiam, quia non occurrit & impedit mala reipublic. & priuatis inde imminentia, quæ tenetur impedire: & idcirco tam priuatis; quam reipubl. eum teneri ad restitutionem omnium damnorum inde redundantium, vult communem esse sententiam Theologorum (vt est) Binsfeldius: g qui addit

c Binsf. de confess. malef. memb. 4. Farinac. de indic. & tortu. 43.

d l. fin. C. de malef.

e vide Far. d. q. 43. n. 67.

f D. Th. 8. 2. q. 70. a. 1. ad 2. Cajet. to. 1. tract. 31. resp. 5. ad Cherub. & ad dict. a. 1. Cast. Sot. Arg. Nau. contra Binsf. g sup. l. 284. cum seqq.

ex So-

ex Scoto & Nauarro, teneri etiam confessarium huiusmodi reos admonere, vt socios non correctos denuntient, quod si nolint facere, non debere eos absoluere, si absoluat peccare. Quod si reus sciret aliquem ex sociis esse conuersum, neque periculum esse, ne ad vomitum redierit, vel sit rediturus: tũc non posset illum nominare, nec confessarius, volentem talem nominare, posset absoluere.

Sed quædam circa hanc rem (nempe circa nominationem factam ab vno complice, de hac enim hac sect. disputo: non de facta à pluribus, de qua res est certior) sunt explicatius tradenda. fuse docet Binsfeldius iudicem debere credere reo socios casus excepti denũcianti: frustra enim astringeretur ad interrogandum, si non deberet ei fidem habere. Certum est aliquam habere debere, sed quantam & ad quid? nunc videamus. Gignit denunciatio idoneam præsumptionem contra socios *h*, si sequentia concurrant. nempe si non sit defectus in persona, qui eleuet fidem. huiusmodi autem defectus raro cõtingit. Admittuntur enim infames: tales sunt omnes complices: ideo minus fidei meretur eorum testimonium, quam virorum bonorum: admittuntur tamen ad denunciationem & testimonium, quia vix possunt alij haberi, & malefici non solent hoc crimen nisi coram complicibus committere & solis illis detegunt: & infamiæ hoc impedimentum, est iuris positiui: ideo lex potest in eo dispensare ex iusta causa, vt fecit. debet tamen iuxta nonnullos *i* hæc complicis denunciatio esse facta in tortura, eo quod cum sint infames, parum illis extra torturam credendum: reprehendit hanc sententiam, quæ tamen communior videtur, Simancas *k*, & ait eius auctores sine lege & ratione loqui. rationem iam dixi, & fauet *c illi qui 5 q. 5.* & hoc satis colligitur ex Carolina constitutione, quæ in imperio seruanda est. Nec Simancæ opinio alibi locum habere potest, nisi forte, vt ex dicto socij extra torturam procedatur ad inquisitionem: numquam, vt ad torturam: immo non sufficeret, si reus statim ac à tortura depositus erit, hoc diceret: sed debet tortura specialiter adhiberi pro confirmatione suæ depositionis: nec sufficeret prima tortura, in qua reus suum delictum confessus est, *sic Clarus §. vlt. q. 45.* Antequam vero specialiter torqueatur pro confirmatione depositionis illius in tortura, in qua suum crimen fassus, factæ, debet eandem depositionem spõte ratificare, non secus ac ipsam principalem delicti confessionem, *Marsil. §. diligenter. numer. 153. Carrer. de indic. & tort §. octauum indicium. numer. 17. & 22.* postea poterit coram nominato, ad confirmationem suæ confessionis: & vt socios magis afficiat, & vt defectum infamiæ expurget, & ad omnem alium bonum effectum, iterum subdi tortutæ, sed admodum leui. *Sic post Boer. Boss. Vulpel. Clarum, Farinacius quæst. 43. numer. 139. qui testatur sic Romæ practicari.*

Item requiritur vt nominator nihil iræ vel rancoris habeat vel odij cum nominato: quod iudex debet diligenter attendere: & quærere; nam inimici nominatio, nullam fidem faceret *l*: ita sane si sit grauis inimicitia. tum enim hoc impedimentum est iuris naturalis, nec lege vel statuto posset tolli *m*. Minorennium testimonium ad inquirendum potest vsurpari, non ad torquendum, nisi meliora & plura accedant indicia *n*: fœ-

h est communis Dd in l. fin. C. de accus. & c. 1. de cõfess.

i Camillus Campegius ac Zanch. de hæ. c. 9 Menoch. de arb. cas 474. n. 50 Mascard. de probat. vol. 3. con t. 311. n. 36.

k Annot. in Zanchi cap. 2.

l Gigas de crim. læs. maiest. c. 7. n. 6. Gramma. cons. 38. num. 3.

m Anchara, in c. pastoralis de re iud. Barbat. de testib. num. 41. Phil. Frãc & alii.

n vide Clar. §. fin. q. 14.

minarum, propter ſexus infirmitatem & leuitatem, plures denunciationes ſunt neceſſariæ, quam virorum, puta: exempl. gra. trium vel quatuor pro vno viro. Et hæc omnia locum habent in hoc crimine, etiam quoad coniuges parentes & liberos *o*. *Secundo* requiritur ex parte iudicis, vt non interrogarit veneficum *de ſocio* aliquo in indiuiduo, ſed in genere, *de ſocijs*, non de hoc vel illo: quia hoc foret ſuggerere, non inquirere *p*, & hoc cauet Carolina conſtitutio: ſed alij Dd. volunt hoc procedere, quando non concurrunt alia indicia vel præſumptiones contra ſingularem perſonam: nam ſi aliqua indicia, vel indicium, aut præſumptio contra perſonam in ſpecie, ſiue in ſingulari concurrerent: tunc volunt licere iudici interrogando deſcendere ad ſpeciem: vt fuitne tecum P. in conuentu malef. quando hæc vel illa feciſtis *a*? quod tamen explicandum ex Farinacio. ſcilicet duobus caſibus tantum, etiam in exceptis criminibus, poſſe in ſpecie interrogari deponentem de cõſocijs.

Nempe quando reus dicit ſe cum ſocijs deliquiſſe, ſed eos non nominat: tũc enim monendus eſt, & cogi poteſt, vt eos in ſpecie nominet. Item quando contra certam perſonam ad eſt præſumptio legitima & valde clara, ſiue indicia tam manifeſta, vt vere per illa dicatur conſtare ipſum eſſe delinquentem. *Sic* (ait Farinac.) *vidi ſeruari à iuſtis & bonæ conſcientiæ iudicibus. d. q. 43. num.* 133. *Tertio* requiritur ex parte criminis vt nominans diligenter ſit interrogatus de omnibus circumſtantijs: *quis, quid, quando, vbi, cum quibus, quomodo?* nec enim aliter poſſet procedere ad inquiſitionem & torturam ex tali nominatione, *eſt omnium & d. Carolinæ. Quarto* requiritur vt inquirat à vicinis an nominata perſona fuerit de tali crimine à fide dignis vmquam diffamata vel ſuſpecta habita, *ſic Conſtitutio Carolina*: & ſane eſt ex adminiculis neceſſariis, vt poſt docebo. *Quinto*, vt reus in ſua nominatione non vacillet aut variet, ſed conſtanter perſeueret, etiam in ſpeciali tortura, vt docui, & ſtatuit conſtitutio Carolina. nam deponens varius non modo ad torturam, ſed nec ad inquiſitionem ſufficiens indicium præbet, vt ex communiore ſententia receptum *b*, & merito. quia deponens varius periuro non abſimilis eſt. *Sexto* requiritur vt nominans iuſiurandũ præſtiterit ſe vera fateri, & vere nominare *c*, qua in re tuta & receptior praxis eſt, ſufficere principio factum iuramentum generale de veritate dicenda & poſtea iterum oblato in ratificatione, aut in confrontatione cum nominatio: nec opus eſt alio ſpeciali, vt ſentiunt nonnulli *d*, quos merito refellunt Menochius, Clarus, & Farinac. *e*

Ad torturam denunciati ſeu nominati ab vno complice ſufficient hæ conditiones, ſi aliæ confeſsiones plurium reorum concurrant, vel etiam adminiculentur alia indicia: quod ita intellige. Quia verſamur in caſu excepto, & Dd. hoc negantes *f* loquuntur de criminibus non exceptis, ideo ſi plures teſtentur de eodem ſuo conſocio, faciunt indicium ſufficiens ad torturam, vt in praxi obſeruatur *g*: idemque obtinet quoad alia indicia & præſumptiones adminiculantes. Putant quidem Dd. etiam ſine vllis adminiculis alijs ad torturam ſufficere nominationem vnius ſocij. ita Gomez. & Blanchus, ex male intellecto Salyceto, ſed eos optime refellunt Menoch. *d. caſ.*

o eſt communis. vid. Bins. d. 2. mem. in princ.

p ſic poſt Gomeſ. & VVeſenb. Godelm.

a plurimos citat & ſequitur Bins feld. ſup. in conc. 1.

b Farinac. ſup. 87. & ſeq.

c Marſil. in pract. d. §. diligenter à n. 6.

d Marſil. ſup. Ant. Gomez. to. 3. ca. 11. num. 18. Blanch. & alii.

e vide Far. ſup. n. 44. & Lud. Peguer decis. cil. 5. n. 28. & 34.

f Bal. l. quoniam liberi n. 1. C. de teſt. Graam. con. 21. & con. 35. Nat. con. 298. vol. 2.

g Poſt Boer. Pap. Boſſ. & alios Clar. §. final. q. 21. & Far. ſup. n. 41. Menoch. de arb. iudic. caſ. 474. bene Binsfeld. ſup. con. 6.

474.*numer.*46. Bertazz. *in consil.* 341. *numer.*8. & 25.*fol.*2. Farinacius *supr. numer.*39.*iunctis numer.*147. & 155. & ideo timoratus iudex semper requirat indicia, non leuia, sed magna & vrgentia, vt bene monuit Mascardus *lib.* 3.*de probat.concl.* 1311.*num.* 14.*iuncto numer.*35. quæ cum vno solo complice: Non nullam harum conditionum me exigere si sint nominationis plurium complicum : & quando tantum est vnius, requirere aliquam istarum, non omnes, non auderem facile alia vsurpare: quàm à iure suggesta, & bene commemorata per Farinacium *h.* 1. si accedat vnus testis oculatus maior exceptione, poterit iudex procedere ad torturam valde grauem, quia tunc habet plusquam semiplenam probationem, non tamen facit iste testis plenam tunc probationem, vt male putarunt multi recentiores secuti Calcaneum, hoc temere affirmantem *i.* nam non potest dici plene probatum, vel reus conuictus, nisi per duos saltem exceptione maiores, talis autem nunquam est socius criminis. 2. si accedat non vnus testis auritus, sed vt minimum duo *k*: hi enim faciunt præsumptionem aliquam *l.* 3. si accedat inimicitia grauis nominati cum occiso, vel damnificato *m.* 4. si accedat fama contra nominatum *n.* Sed hoc indiget explicatione.

Nam fama vehemens: si fuerit orta à personis honestis & fide dignis : sola sine alijs adminiculis facit indicium ad torturam : vehemens autem censetur, non ex numero testium (qui impertinens est ad hoc) sed ex cautis suis, nam si causæ seu coniecturæ vnde orta: sunt verisimiles, graues, & vrgentes: censebitur esse vehemens, secus si non orta sit nisi ex leuibus friuolis & non probabilibus, neque tum sufficerent ad torturam *o* si non sit vehemens fama: tum si non est orta à personis honestis & fide dignis, (verbi gratia, ortum habuit à complicibus) scio variatum sententijs: existimo tamen si fama orta sit post incarcerationem, vel accusationem, famam non adminiculari, vt bene Farinacius docuit: sed si orta fuisset ante accusationem & incarcerationem, probabilius puto (saltem vbi non viget Carolina constitutio, quæ repugnet) famam huiusmodi adminiculaturam: vix enim potest in hoc crimine famæ initium ab alijs, quam complicibus oriri: & sic intelligo atque recipio sententiam Binsfeldij. *in l. fin. C. de malef. inducio* 6. & hoc obtinere in omni re turpi, de qua non solet nisi inter infames personas tractari, vt de meretricio, alea, lenocinio & simil. fatetur Farinacius *d. quæst.* 47. *numer.* 160.

Quæ autem requirantur vt dicatur vere esse fama, post videbimus. 5. si accedat, cũ dicto socij criminis fuga nominati ob metũ non iustũ, vel suspicionem non vehementẽ *p*, inquisitionis contra eum formandæ ante accusationem formatam, vel antequam ad actũ iudicij aliquem sit processum coram iudice non inclementi, aut solito procedere non temere, neque præcipitanter: his enim casibus, si iudicium deferat, neque citatus, compareat, vel absentiæ iustas causas adferat: vehemens oritur suspicio: sicut etiam quando seruato debito iudicij ordine carceri fuit mancipatus, & sine effractione aufugit: nam si indebite carceratus fuisset, & etiam carcere effracto fugisset, non tamen fuga hæc eum faceret pro confesso haberi *q*. Sed de fuga mox plura. 6. si accedat stricta amicitia & assidua conuersatio nominati eum

o egregie Farin. hoc docet q. 47. à n. 28

p And. Gail. l. 2. obs. 109. n. 8. Mynsing. cẽt. 5. obs. 98.

q Couar. var. resol. c. 2. Rola. à Valle cons. 7. n. 47. t. 1.

cum nominante tanta[r], vt faciat valde verisimilem præsumptionem participationis in crimine *r*. 7. si accedat secreta collocutio nominati & nominātis, ante crimen commissum habita: verbi gratia, antequam segetes destruerentur, puer necaretur, &c. *s* 8. si accedat superstitio nominati: vt si vsurpauerit res facta, vel verba, quæ sapiāt incantationem *t*: exempla sunt, si artem magicam alios docere sit conatus *u*, si olla cum vnguentis magicis vel cum buffonibus, vel alia instrumenta huius perfidiæ in ædibus eius, sint reperta: maxime si liber magicus in domo eius repertus sit, cui superior potestatem habens & in bonum finem id non concesserit *x*: item si quis alteri fuit interminatus maleficium, cuius effectus fuit subsecutus *y*, maxime si qui minatus consueuit minas exequi *z*, sed necesse est quædam hic concurrere, vt dicam postea. Item si nominatus inueniatur in stabulo aut domo alterius, tempore, & loco quando non debet, & maleficium postea subsecutum fuit.

Item si quis feram vulnerasset, & in eodem membro mox vulnerata inueniatur persona de hoc crimine infamata: vt in Lycanthropis sæpe accidit & nuper hic in Belgio mihi retulit eueniisse quiddam permirum Nob. & spectatæ fidei vir, Vanderburchtius Decanus Ecclesiæ Mechlinien sis. Municeps bombardam gerens deambulabat extra municipium, cui ecce obstrepunt multæ aues ex obscænis corui & picæ, in arbore prope viam. Sclopum collimat, & displodit: visus sibi vnam certo ictu perculisse, & decidisse de ramo, reperit solam ferream clauem de cingulo muliebri delapsam. capit, & domum rediens narrat amico, & num norit clauem: quærit? respondet alter, se nosse, clauem vicinæ domus N. Itur ad domum, reperiunt ianuam clausam: inserunt in seram clauem recludunt, ingrediuntur pro familiaritate, quæ illis cum Patrefamilias. ingressi Matremfamil. inueniunt glande latus ictam Cape (*Lector*) & aliud certissimum. versabatur anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo. Caleti, (quando fælicibus auspiciis Sereniss. Archiducis Alberti vi expugnatum, à *Catholici Regis* militibus tenebatur) ad Pontem Nuleti duo signa VValonum præsidio posita limitem, contra Bolonienses, tum hostes, tuebantur. sub vesperam sudo cœlo Prospitores duo vident nubem sub nigram aduolare, & in ea videntur sibi audire confusas voces multorum, quos nulli videbant. tum alter audacior: quid hoc rei est: satin securi? Si videtur. librabo arcubuziam in ipsam nubem. assentitur socius. cum tonitru sclopi decidit ex nube ante pedes mulier ebria, nuda, bene obeso corpore & media ætate, femur traiecta duplici vulnere. capta, se mentis impotem simulabat: nec fere aliud adloquentibus referebat: quam: *Hostesne, an federati?* quid ad hæc, qui negant transferri? negabunt credere sese. maneant increduli, quia nec oculatis, quos possem plurimos adducere, credent: non credent. cur? quia nec viderunt, nec audiuerunt: & quosdam interrogauerunt, qui se nihil scire responderunt. Si quæ quis nescit, quia nescit, ideo non vera: vere illi, & recte. An audeant profiteri se quæ in domestico conclaui gesta scire omnia, nescio. Non ideo tamen minus gesta. Capiant & alia quæ alij oculati testes, non auriti tantum, in Actis iudiciarijs. Sacramento Veritatis adacti professi fuere. verbis ipsis Nicol. Remigij Quæsitoris proponam.

Est Gi-

r Sic. sent commu. explicat. Parin. q. 43. n. 174. & nu. 177 & hanc probat bene Binsf. sup. indi *s* Farina. a n. 176. *t* Carolina const. a. 44. *u* ibid. *x* Lud. Rō ing. 323 Menoch. & alii quos sequitur Binsf. ind 8. bene ed dens hoc indicium esse vehementissimum. *y* exēplum rei iudicatæ adfert Bapt. Zilletus con tim. 79. *z* Binsfel. indic. 4.

Est Girumcuriæ (inquit) in Vogesorum prouincia castellum satis firmum, è cuius summa arce cum tegularum aliquot ordines fulmine essent deiecti, Sebastiana Picarda non multo post (nempe X. Kalendas Nouembr. millesimi quingentesimi octogesimi) in eo pago sortilegij rea forte, & id apud iudicem professa est dæmonis suaque simul opera esse patratum. Cum enim (inquit) è nube vna in illam prouissemus, eo consilio, vt funditus eam euerteremus, non fuit tamen in nostra potestate id ex se: sed tantum pauxillulum id ruinæ attulimus, vt esset, quod eius conatus nos non omnino pœniteret: Simile huic est, quod sequitur, Cuninus quidam nomine, magistratum in Diui Clementis fano Roncaij, vbi commorabatur obtinens, Kalendis Decembribus millesimi quingentesimi octogesimi sexti. cum rurisanum inter domesticos curaret, cœlumque tam magnis tempestatibus commotum cerneret, domum fugam parabat: sed dum ad eam se instruit, subito fulminis ictu proxime se quercus sex radicitus vidit euersas, ac eam quæ septima loco adhuc stabat, totam, seu vnguibus laceratam ac discerptam. Cum tam multo magis properaret, amissis etiam præfestinatione pileo ac instrumentis ijs, quæ tum manibus gestabat: ecce, de integro audito fulminis fragore, illi visa est in summa quercu, quæ in propinquo erat hærere mulier, quam (vt credibile est) nubes se eo impetu exonerarat. Eam igitur confideratius intuens, cognouit è vicinia esse vetulam, quam ilico sic cœpit verbis increpare: Tune pestima es Margareta VVarina: ad quam quantum nunc comperio non immerito ante hac sortilegij suspicio apud omnes pertinuit? vnde tu nunc nobis ades isto habitu? Cui illa: Ignosce mihi hoc quæso, ac celatum habe, quod nunc vides? faxo, si hoc tu a de me promeueris, vt numquam à me tibi, tuisque vel minima oriatur iniuria. Ac ne quis de istis addubitet, sciat, non modo esse probata Cunini illius testimonio, quod iureiurando apud Quæstorem sanctissimæ firmauit: sed etiam ipsius VVarinæ agnitione, & extra tormenta sæpius repetita, & in ipso vitæ vltimo momento multis audientibus confirmata.

Huc etiam pertinet, quod ex alijs quæstionibus capitalibus, eorumque qui eas exercuerunt fida renunciatione compertum habeo. Coorta enim magno fragore, tonitribusque tempestate, qui armenta, reliquosque pecorum greges in collis Alemanni iugo custodiebant (is ad vicino. Huecariæ campos, quæ est in Vogesorum præfectura, pertinet) se, vt in operto essent in proximas siluas abdiderant: ecce vero illis ex improuiso visi sunt duo rustici, summis arborum, quæ proximi stabant ramis hærentes ac velut implicati, adeoque animis consternati, vt facile indicarent illuc non consilio, sed casu atq; inauspicato aliquo impetu eo deuenisse. Tum autem vestitus fœditas atque deprauatio, quasi per lutum, sentesque omnes fuissent raptati suspicionem adaugebat, eo loci à magistello suo exactos detrusosque fuisse, postquam is eos hac atque illac more suo traxisset. Confirmabatur & id eo magis, quod cum illic tanto temporis spacio consedissent. quantum satis esset ad probandam asserendamque oculorum fidem: momento tamen, aduertente quenemine dilapsi apparere desiissent. Tandem & dubitationem omnem amouit, quæ non longo post tempore subsecuta est illorum ea de re spontanea, atque armentariorum verbis confirmata confessio, cum ad interrogata ex vinculis responderent.

Est etiam villa, quæ se Bellimonte Vitellium contendentibus sinistrorsum ostendit: ibi in summum tectum cum forte & ijsdem è procellosa nube præcipites decidissent:

magnaque difficultate Rotarius (id erat alteri nomen) afficeretur, quemadmodum ex tam arduo loco se incolumes possunt in terram demittere (nam & earum rerum adhuc erat rudis & insolens, hæcque illi ad insanas huiusmodi nimborũ molitiones periclitata primum fuerat ambitio.) Amantius, qui à prima pubertate in dæmonis seruitutem a parentibus abductus maturè se ijs assuefecerat, ridens ibi insit : Bono animo es stulte, nam qui nos habet sua potestate ad difficiliora habiles atque idoneos Magistros, hoc etiam negotium facile ac sine vllo negotio expediet. Nec dictum res diutius morata est. Nam subito turbine vna correpti, sine vlla noxa in terram sunt depositi. Ipsa tota sic contremiscente domo, vt à fundamentis reuelli videretur. Hocque ipsi diuersi totidem tamen verbis recensuerunt. Imo & cum villaticis commissi, de die, deque tumultu ac trepidatione omni, inter eos libere, ac constanter conuenit. Ac tandem, quos viuos criminis societas coniunxerat, eosdem mortuos, flamma iudicu condemnatione, absumpsit.]

Hucusque Remig. Idem *l.3.c.12.* cum hanc deuectionem multis exemplis egregie adstruxisset, sic concludit. *Quid nostris temporibus vulgatius, quam sunt tum frequentes & assiduæ sagarum, de earum confessionibus: tum ijs consentanea hominum testimonia: qui, non per somnium, qui magicis artibus auersos sensus, sed oculis suis vidisse se illas nubibus excussas, vel summis arboribus ac tecti perplexas hærere, vel humi attonitas iacere, constanti sermone affirmauerunt ? Nec id quidem in triuio confabulantes, sed in iure sacramento Sanctissimo rogati atque adacti, vt in superiore disputatione non semel est demonstratum.*] Nonne similia accedere in Italia, quo ad Grillandi Lucretiam? nonne in Heluetiæ Schiltachio quoad Sagam illam Erasmi *in Epistolis* ? nonne in Batauia, quoad incaute curiosum illum adolescentem Ronssei ? Cur (dic Sodes) quod in Italia, Heluetia, Hollandia accidit, non potuit in Morinis contingere ? Hoc ergo iudicium satis firmatum.

Pergo ad alia. His annumero ossa, vel testas locis plane alienis corporis eorum, quos oderunt insertas; vel quid simile patratum præter naturam ; vt mirificum illud quod Valfracuriæ anno 1589. contigisse refert Remigius, de Iana Blasia; eam cum, quem vlcisci volebat, Claudium Girardum inuitasset, *vt vna secum ad focum pauxillulum sedere non dedignaretur, atque ex pomis, quæ recens ibi cocta videbat, sibi quæ vellet haberet : & Girardus id facere non semel recusasset, causans sibi non esse diutius ibi morandi ocium; & omnino nullum eius cibi, quem offerebat tum esse desiderium : ex pomis illu vnum eius volæ manus cum tanto ardore adhæsit, vt alteram ei excutiendo statim admouere cogeretur. verum dum id facit, vtraque sic conglutinantur, vt in vnum coalusse viderentur, medij pomi ardore interim sic increbrescente, vt res illi parum abesset ab insania. Inclamat igitur obuios quosque obtestans, vt sui misereschrent. Adferre quisque pro se ei malo quod poterat remedium: hic aquam restinguendo ardori : ille instrumenta dirimendis separandisque manibus: sed cum nihil horum quidquam prodesset, & iam palam esset id illi mala aliqua arte confectum esse negotium, ex vicinis accurrens consideratior vnus monuit: vti eo reduceretur, vbi illum id malum primum inuasisset.*

Quod cum factum esset, cœpit bona illa Blasia, ceu ridiculum quid contigisset, hominem ludibrio habere: nihilominus que à superiore brachio ad manum vsque quod intererat tantisper demulcere, dum id pomum

vide l.2.q 16.

mum illi excederet: quo facto confestim sedatus est dolor: cœperunt que ei manus libere vt ante facere officium.

Quibus indicijs annumeratim, aliud satis frequens, & quod accidit anno isto 1509. in Brabantiæ oppido primario : cum maleficiatæ clarè & sæpius obuersatur figura (suppono esse aliàs mente sanam , nec imaginoso morbo laborantem) seu species ipsius maleficæ, ei minantis , vel eam vexantis. Quamquam hoc indicium solum non sit tam efficax, quam præcedens. Item quam foret , si vnus testis exceptione maior deponat se vidisse sagam propinantem equo , qui mox mortuus, potionem : aut si duo testes legitimi deponant nominatum exercuisse actũ aliquem , qui ex communi maleficorum praxi solet ad maleficium dirigi, v.g. quod stans in aqua , retrò tergum aquam proiecerit in aërem , vel quod, ante exortam mox grandinem, visus sit lapidem ferire bacillo: vel flores de varijs arboribus lectos in ollam conijcere : vel virga aut manu percutere, vel inungere animal , quod paulò post mortuum. hæc ait Binsfeld. *a* esse indicia vrgentissima , quorum vnumquodque per se sufficiat ad torturam: quanto (si hoc verum, de quo dubito) certius est sufficere, quando accedit ad nominationem complicis? 9. Si , cum capiuntur, aliqua dicunt vel faciunt, quibus significent se sibi timere à morte, actum esse de se, neque se viuas manus iudicum euasuras. *b* 10. Confessio extraiudicialis rei siue accusati, duobus probata testibus , nisi error probetur, ita Binsfeldius. *c*

Sed hoc verum est tantum in confessione huiusmodi speciali de certo facto: non de generali , vt de incantatione tantum vel magia : item de facta: seriò non iocò , nec non de verisimili atque possibili , vt postea docebo de confess. iudiciali.

Hæc sunt indicia maximè verisimilia & legitima, quando, quę ad naturam atque plenitudinem eorum requisita sunt, concurrunt : & hæc haud dubiè non tantum faciunt cum nominatione complicis concurrentia semiplenã probationem: adeo vt sic semper vnũ istorum indiciorum cum nominatione tali, talem requisiuimus, sufficiat ad torturam: sed etiam ex multorũ sententia, quædam ex his sola sufficiunt : quod tamen non libenter practicarem : sed semper vellem vnum ex vrgentissimis; cum alio leuiore; vel plura semper leuiora concurrere.

Conditiones autem requisitæ: vt vnum ex his cum denunciatione complicis ad torturam sufficiant etiam in exceptis, sunt sequentes, additę ijs, quas superius iam posuimus suis locis: *primo* vt talis nominatio complicis, adeò verisimilis sit , vt vltra adminicula illa, iudex ex ipso quoque testium numero, & qualitate deponentium, & persona eorum, contra quos deponitur , & alijs facti circumstantijs, quasi certo credat nominantem non mentiri. *d* 2. quod socius criminis socios nominans non patiatur, nisi hunc vnum defectum: nãsi plures habeat, etiãsi tantum duos (v.g. quod non tantum, sit infamis & criminosus, sed etiam sit vilis, abiectus, aleo, vel alias inhabilis) tunc ne in exceptis quidem facerent indiciũ ad inquisitionem specialem, nedum ad torturã. *e* etiamsi in tortura suam nominationem confirmasset, *f* quia hæc vnicum supplet defectum tantum: quod procedit, multò fortius in nominante socio criminis inimico, periuro, vel vario, & sibi contrario. *g* 3. secundum quosdam

nomina-

a Iudic. 8.

b Carolina d.c. 44

c Indic. 9. ex comm. vt ait sententia.

d de in fidei fauorẽ, de hær. in 6. plurimos citat. Far. q. 43. n. 177.

e post Mar Carrer. Boer. & alios. Far. sup. n. 178

f Burs. cõs. 69. & cõs. 275. Bona cons. Kirchou. Mascar. qui omnes testãtur esse cõmunẽ.

g vide Farin. aa. 179.

nominatio vnius contra eum, qui est bonæ famæ & existimationis non valebit cum adminiculis, ad torturam: sed valebit, cum bona fama duntaxat debilitaret indicia contraria, *h* ideo considerandum potius quot & quanta sint ista indicia adminiculantia: vt si non superent bonam illam famam, tum vera sit hæc communis Dd. limitatio, si illam superent, nō debeat propterea nominatus torturam euadere, 14. si deessent alia adminicula, non valeret ad torturam nominatio spōte ad nullam iudicis interrogationem à reo facta: quia hæc, ne iudicij quidem vim tum haberet: sed si adsint alia adminicula, vult omnino Farin. *k* eam æquè valere ad torturam, ac valeret si ad interrogationem iudicis emanasset; & ita intelligendam communem Dd. dientium: si reus nulla præcedente interrogatione complices nominet, non facere indicium. Et sane hæc distinctio, quæ etiam Claro placuit, & Peguero. *l* quoad inquisitionem, non minus æqua videtur in foro conscientiæ quoad torturam, in foro externo quia durat præsumptio, quod testis, vltrò se offerens exanimi suspectus est, ideo tutius illic iudex faceret sequendo communem. Porro quo ad duplicem casum, quem addit Farin. n. 192. scilicet procedere illam communem primo quando quis nec carceratus, nec à iudice requisitus sponte iudicem adit, & reuelat crimen complicis, secundò, quando quis sponte reuelat delictum, de quo sibi impunitas promissa à iudice ratione hac, quia 1. casu tunc præsumitur denunciator siue accusator, secundo casu præsumitur corruptus promissione impunitatis. Equidem, quia vtrumque fundatur in præsumptione iuris, potius quam in facti veritate putarem in conscientiæ foro, vbi veritas tantum attenditur posse iudicem hac nominatione, re bene perpensa vti ad inquirendum saltem: nam ad torquendum, non censeo. Sciendum 5. non prodesse adminicula quando tortura, in qua nominatus fuit socius, non fuit legitime peracta seu decreta, puta sine præcedentibus indicijs. *Farinac. post alios num.* 193. *& seqq.* Denique non valeret dictum socij criminis ad torturam, etiam cū adminiculis, si potuit veritas actu vel habitu aliter haberi, quidā putant: sed eos merito refellit Menochius *cas.* 474. *n.* 62. quem sequitur Farin. *nu.* 195. *d. q.* 43. Ex quo restant quædam breuiter addenda, de indicio famæ fugæ & minarum.

Quartum indicium est Famæ Indicium, de quo sciendum, vt fama sit idonea pro indicio, debere ortam esse à viris, nisi sit de re melius vel æque perspecta fœminis, hoc est, quando factum amplius vel æque fœminas tangit; *a* verbi gratia, de maleficio aborsus. vel sterilitatis, vel infanticidio & simil. ideo in strigarum delictis potest fama originem ducere à fœminis æquè ac viris. Item debet esse fama solida, non leuis, non vaga aut varia, aut decrescens, aut contraria; sed constans, crescens, & vniformis ac eadem in toto populo: *b* alias, quando famæ sunt contrariæ, si simul sunt ortæ, & testes vtrimque sint pares: vt & verisimilitudines æquales, negatiua tollit affirmatiuam, bona malam, & censetur negatiua, etiam quando testes aliqui dicunt se nihil scire, quia per hoc satis indicant non fuisse famam in toto populo. Si famæ simul non sint ortæ, posterior tollit priorem, nisi prior nitatur meliori testimonio, vel verisimiliori causa; tunc enim prior nō tol-

leretur:

h bene docet Farin. p. 47.

Farin. q. 43. n. 188.

sup. n. 90.

Clar. p. 2. Pegue. de t. crim. n. 30.

a Farin. q. 27. n. 161.

b post Rot. conf. 3. vol. 1. Mascar. de proba. t. 1. Farin. n. 163.

leretur *c.*3. debet fama orta fuisse tempore delicti commissi, vel statim post, non ex longo interuallo, nedum post accusationem, inquisitionem, vel incarcerationem *d*: nisi tamen causa, ex qua fama sumpsit originem, superuenerit post longum interuallum, accusationem, inquisitionem, vel incarcerationem, quia tunc quandocumque superuenerit famæ causa, validum indicium fama præbebit *e*. ratio est, quia non potuit ante initium sumere, cum effectus causa sit posterior. 4. vt fama aliquid operetur, debet esse fama in loco delicti commissi, nec sufficit si sit alibi, locus autem delicti iuxta qualitatem & facti exigentiam latius prorenditur, vel in vicinia tantum, vel in parte oppidi, vel in toto oppido, vel in tota prouincia *f*. 5. Debet fama nec esse procurata nec affectata *g* ratio, quia hæc non est fama, sed hypocrisis & fictio. 6. Debet fama hæc mala per bonam famam non fuisse deleta. magna enim sunt bonæ famæ priuilegia. nam paribus momentis iudex debet inclinare in bonam famam *h*, testes non multo pauciores deponentes de bona fama præferuntur deponentibus pluribus de mala *i*. Fama bona in genere tollit malam in genere & in specie *k*, est communis, & vera, quando mala in specie non est adiuta alio indicio: tunc enim puto tantum, illam debilitaret, vt colligo ex dictis Vulpelli, Clari & Bossi coniunctis prout illa posuit Farinac. *numero centesimo nonagesimo septimo. & seqq.* tollit etiam omnem aliam delicti præsumptionem & indicium, adeo vt reum torquendum ex indicijs legitimis specificis præcedentibus, eripiat torturæ: secundum nonnullos, quorum sententia à quibusdam communis vocatur *l*: attamen contraria est

A multorum melius rem discutientium, & praxi, & rationi magis consentanea, vt dumtaxat bona hæc fama, quando ad malam famam accedit aliquod aliud indicium: minuat & debilitet indicia, non vero plane tollat *m*, idque adhuc solummodo; si indicia leuia *n* & qualia qualia, non vero si sint particularia *o*, aut grauia: & ideo adhuc posse tunc reum torqueri *p*: sed tamen (vt aliquid etiam bona fama operetur) delebit leuius torqueri, quæ videtur sententia Casoni *q* & Farinacius addit hanc esse veritatem, & secundum eam indistincte semper se vidisse iudicari. Plura etiam idem de mala fama (*à nu. 186. vsque ad fin. q.* 47.) quæ sic breuiter cape commodiori ordine & clarius tradita.

C Mala fama in genere alicuius facti facit delicti præsumptionem *r*, dummodo mala fama sit in eodem delicti genere, de quo quis inquiritur *s*, & si accedant alia adminicula, sufficiet ad torturam *t*, siue sit persona vilis, siue non, & siue sit delictum difficilis probationis siue non: nam Dd. *u* qui quo ad personam vilem, & in delictis quæ sunt difficilis probationis, putant non requiri ad torturam alia indicia, præter famam malam in eodem delicti genere. sæui nimis sunt & adferunt non admodum consentanea iuri, quare Farinacius *x* eos merito reprehendit: ideo nec in maleficijs quidem putarim iudicem absoluendum, qui hanc crudelitatem amplecteretur.

E Famam exacte probare, quam necessarium, tam rarum est in iudicijs: adeo vt Grammat. Senator Neapolitanus scripserit, se numquam vidisse processum, in quo repererit famam publicam legitime fuisse probatam,

e vide Far. à n. 165.
d Carrer. tract. de indic. & tort. n. 12. & 17. Foller pract. crim. ver. détur capitula q. suffocauit vxor. n. 28.
e Post Bar. Alex. Sal. Bos. & Mars. Farin. n. 178
f Bald. & Saly. in l. 12. quidē C de accu recte cōt. Bar.
g Foller. sup. n. 35. post Bal. & Masca. 1. de probat. conc. 748. n. 8.
h Peguer. decis. crim. 7. nu. 13. Hector. Æmil. tracta. de testi. ver bo testis bonā vel malam n. 7. & 9.
i Æmil. sup. n. 14. & seq.
k Bursat. cons. 315. vol. 3. fac Arnono soli lo. 37. & Bursat. cons. 166. vo. 2.

m Vulpel. cons. 105. Ludu. Peguer. deci. crim. 7. n. 13.
n Vulp. cons. 10. n. 4. Merē da cōs. cr 88. nu. 77 lib. 2.
o post alios Hector Æmil. sup. nu. 17.
p Clarus q. 60. v. frequens etiam.
q de indi. & tor. tra. 1. c. 2. n. 5. Farin. 192
r Masc. de probat. l. 2. cōcl 831 n. 10.
s Masc. su. Frāc. Personalis de indic. & tort. n. 56
t Cason. d c. 2. nu. 2. Clarus q. 21 v. fama sola. Fari. 23. nu. 22.
u Person. & ab eo allegat. sup. n. 55. & 56.
x d. q. 47. n. 206. q.

quod & Iulius Clarus, & Vulpel. & alij egregij partim iudices, partim aduocati asseruerunt *y*. quare cum in nostra materia, plerumque contra sagas & striges ex famæ indicio procedatur, pergam eos iuuare, quibus deest larga suppellex libraria, vel ocium ingentia illa volumina Farinacij, Bossij, Mascardi & al. percurrendi. Ad famã probandam requiritur 1. vt testes ad minus sint duo, nec sufficit vnus omni exceptione maior: sed *z* vt minimum duo esse debent spectatæ, integræ, & optimæ opinionis ac fidei *a*: atque idipsum, quod sint tales, articulandum & probandum in processu, iuri communi magis consentaneum est: quando agitur ad inquisitionem particularem vel torturam, immo non bene faciunt iudices, qui communiter hoc solent prætermittere, licet aliquos pro se habeant DD. reuera enim fundamentum istorum quod vnusquisque præsumatur idoneus & omni exceptione maior testis in re tanti momenti, leuiusculum est *b*. 2. *requiritur*, vt etiam non interrogati testes de fama exprimant causas, indicia, & coniecturas, quibus orta est fama, nec sufficeret, quod dicant se audiuisse à multis, vel publice, vel ita esse publicam famam *c*: nisi & causas & illa alia adderent: quibus additis, sufficeret dicere se ita audiuisse publice dici: de quo statim amplius 3. *requiritur*, vt testis sciat saltem rudi Minerua describere (non enim opus est exacta definitione, quam vix iuristæ & aduocati possunt dare) quid sit fama, de qua deponit: saltem sic, vt appareat iudici eum satis intelligere: quare reijci deberet, qui diceret se nescire *d*, vel diceret esse id quod per plures personas dicitur, vel quod publicè dicitur, vel

y vide Far. n. 207.

z Masc. sup. conc 749 Hip Rim. cõs. 59. vol. 1.

a c. qualiter & quãdo de accusat.

b vide Far. à n. 211.

c opt. Sin de hæret c. 65. pol n. 37. Vulpel. cons. 30. n. 12.

N

d Clarus § fi. q. 6 n. 18

A quod per istum aut illum dicitur *e*, sufficeret autem, nec de hoc interrogandus esset, si ex præcedentibus iudici constaret testem satis intelligere, quid sit fama *f*. *requiritur*, vt specifice deponat de fama illis ipsis articulis, in quibus fama est articulata: nec sufficeret quod in fine poneretur generalis clausula de fama præced. omnium, &c. *a* 5. *requiritur*, vt debeant B exprimi auctores, à quibus fama est orta: & quidem probabilius est id obtinere, etiamsi interrogati de hoc non forent: & quod nominati isti debeant esse alij, quam contestes: nec sufficeret dicere, se audiuisse à maiori parte populi, si postea diceret se non recordari, à quibus, nec vllos posset nominare. nam si aliquos nominaret, & diceret se reliquorum non tenere nomina, hoc sufficeret: immo si fama foret orta ex probabilibus coniecturis & C causis, hoc quintum requisitum cessaret *b* 6. *requiritur*, vt dicant testes, se audiuisse à maiori populi parte, vel ita dici à maiori populi parte *c*, (si addant illius ciuitatis. *d* vel etiam si id nõ addant, quia satis hoc intelligitur *e*) à maiori (inquam) parte populi id publice dicentis, vel priuatim *f*: nec necesse est addi, & ita maiorem populi D partem sentire *g* sufficit etiam si dicant, se audisse sic dici per totam ciuitatem *h*. non sufficeret si dicant, se audisse à mille personis, vel à diuersis personis, vel à multis personis, vel à pluribus & pluribus personis, quia nihil istorum significat maiorem partem populi. *i* Sed quid si dicant se ita E audiuisse publice dici, vel ita esse publicam vocem, seu famam? tunc distinguendum. nam in criminalibus quando agitur dumtaxat ad habendam semiplenam probationem (v.g.

e Rol. cõs. 54. vol. 1. Natta cõs. 473. viu. in l. commun. opi.

f Mascar. sup. d. cõs. 749. n. 36

a Mascar. sup. conc 752.

b multis Farinac. n. 228. vsq; 236.

c Bar. in l. de minore §. plurium D. de quæ.

d Fra. Herculan. de nega. 312. in fin.

e Bart. su. n. 20.

f Bald. in c. præterea n. 19. de testibus.

g Clarus sup. q. 6. v. 15.

h Capel. Tolo. de 380. n. 5.

i Salyc. in l. eaquis n. 119. C. de accus.

ad tor-

ad torturam) hoc sufficeret, quando testes simul adducerent causas & coniecturas verisimiles, vnde orta esset fama: in ciuilibus vero hoc non sufficeret: & sic conciliat Bald. & Bart. contrarias opiniones Prosper Farinacius. *supr. numer. 259. cum seqq.* *k Septimo requirunt* nonnulli plures hos testes non esse singulares: sed verius est, hoc non requiri & famam siue bonam siue malam posse probari per testes singulares, dummodo non sint conteſtes in specie famæ irrogatæ *l. 8. fama* probatur per decem testes, etiamsi non sint vniformes, dummodo causas & auctores famæ bene exprimant, & alias sint testes habiles: tamen non sufficient ad torturam, nisi concurrant alia adminicula *m 9. probari* potest fama etiam per scripturam, vt litteras bonorum virorum, per priuilegia, & instrumenta antiqua & alias scripturas authenticas: scripturæ autem non possunt esse pauciores duabus, imo saltem tres, & debent habere originem à diuersis personis. *n* Hæc de probatione famæ in specie.

Bonæ famæ in specie probandæ *o* hæc est regula, quod vnusquisque præsumitur in suo artificio vel statu (etiamsi carnifex foret) bonus, donec probetur malus: maxime si sit natus, ex bona patria, vel ex bonis parentibus, vel si sit nobilis & diues, vel bene educatus: & ideo eum quis præsumitur bonæ famæ: tamen adesset sceleris aliqua præsumptio specialis, quia hæc excludit præsumptionem generalem. Fallit etiam regula illa, quando agitur de præiudicio tertij, tunc enim huiusmodi bona fama est probanda, item quando hæc præsumptio bonæ famæ redundaret in in præiudicium eius pro quo præsumitur (de quo vide Menoch. *li. 5. de præsumpt. 1. à nu. 20.*) item fallit in eo, qui alias fuit malus malæque famæ, item in eo, qui dat operam rei malæ siue illicitæ. *Ad probationem famæ bonæ vel malæ in genere*, requiruntur eadem, quę ad probationem eius in specie: vnde valet argumentum à fama in specie, ad famam in genere.

Quintum est Indicium Fugæ. de hoc regula prima est, quod fuga ante inquisitionem formatam vel accusationem porrectam, contra fugientem gignit ordinarie suspicionem & præsumptionem non leuem doli & delicti commissi *q*: non tamen sola, sine adminiculo alio, facit semiplenam probationem: quare neque sufficit sola ad torturam, quicquid multi dixerint: & loquor de fuga, quoad ipsum fugientem: nam de fuga complicis, non arbitror vmquam illam facere indicium contra complicem inculpatum, hoc est contra quem non sunt alia indicia, fugientem autem intelligo, etiam illum qui occulte latitat in ciuitate aut loco vbi habitat: eum quoque, quem ex signis euidentibus constat fugam adornare, idque magis, si accesserit contumacia aduersus citationem: vel etiam fugerit per locainuia & insolita, puta per saltus aut nemora, quæ non sunt in transitu: vel si inuentus in delicto aut præparatione, clamore populi fugatus fuit: quo casu etiam denegatis defensionibus posset torqueri, si clamor populi sit ortus ex probabili & verisimili causa, ad opinandum quod volebat delictum committere, sed clamore fuit impeditus. *r* Quod si metuit subito, & ex improuiso se conijciendum in carcerem. antequam capiatur: fugiens vel se occultans non præbet fuga indicium

k fuse Far d n. 238.

l de quib⁹ g. fin. d. q. 6. n. 14.

m Far. su. n. 265. & 304.

n vide Prosp. Farin. sup. à nu. 267.

o Mascar. su. concl. 751. & cõl 911. *p* vide Far. an. 277.

p vide prosp Far. q. 48. per tot. & Clarũ n. 2.

q Mascar. de proba. multis l. conc. 819 & con. 531

r vide Far. n. 12.

idoneum ad torturam: multo minus, si iam captus ex manibus satellitum & ministrorum iustitiæ se eripiat, quantumuis iuridica & legitima sit captura, quod diligenter notandum cõtra multos *s*: & verissimum est, quando quis etiam ex interuallo postquam elapsus fuit, vel sponte iterum comparet, vel inuitus iterum captus fuit: quod maxime obtinet in ijs, qui vel propter debilitatem carceris incommoda ægrè possunt ferre, vt de se testatur Demosthenes *t*: vel quibus admodum verecundum sit incarcerari, propter genus vel dignitatem, vel professionem. Sponte dicitur redijsse: qui, cum possit iterum fugere: permittit se capi vel citatus comparet. Est autem hæc spontanea comparitio (si ante bannum fiat) adeo potens, vt fugam plane expurget, cetera vero indicia omnia debilitet: ideo si propter illa antea poterat torqueri, iudex eum iam non poterit torquere, ex plurimorum Dd. sententia, vel non poterit nisi leuius multo torquere; iuxt. Farina. *num.* 55. Reg. 2. & post accusationem vel inquisitionem fuga in criminalibus causis, quando agitur de pœnâ luenda in corpore, adhuc non præbet indicium sufficiens ad torturam: etiamsi accederent alia adminicula. nam adminicula hæc tantum ante inquisitionem operantur & non postquam fuit inquisitio cæpta, quia post inquisitionem cæptam fuga non præbet vllum indicium *u*: & ideo alia indicia huic non possunt adminiculari, quod nullum est. Quod si alia indicia sint multa, & vrgentia, ac grauia: illa vim suam habebunt: non vero huic, quod nullum est, adminiculari sunt dicenda. Reg 3. Hæc obtinere puto, etiamsi iudex non habeat

s hoc cõtra Carre. & Foller bene Farina. à n. 14. docuit.
t epist. 2.
u Bart. & cõmuniter oẽs Peguer. decis. cri. 7. nu. 31. Clarus q. 21. nu. 23. Far. n. 27.

A famam crudelis, neque comminatus sit se male tractaturum, ratio; quia molestiæ iudiciales, & grauissima caussarum criminalium incommoda, reuera sunt iusta metus & fugæ caussa, quando vero illorum duorum alterum accederet, fatentur omnes fugam nullum indicium præbere *x* Reg 4. Fuga cum quantumuis multis adminiculis aliis, non sufficit ad condemnandum B pœna corporali vel ordinaria: si vero esset iuncta cum vno teste exceptione omni maiore & oculato, tunc posset sufficere ad condemnationem pœnæ pecuniariæ, & extraordinariæ *a*. Reg. 5, Causa probabilis fugæ probatur, per iusiurandum fugientis, quando constat de causa probabili: etiamsi præsumi aliunde possit eum non propter hanc causam, sed propter delictum discessisse: verbi gratia, dicit quis se C discessisse: quia timebat accusari vel incarcerari: si constet hæc comminata vel præparata fuisse, statur iuramento quod ob eam causam discesserit *b*. Sextum est Indicium minarum. circa quod nota differre iactantiam à minis. Iactitare se dicitur, qui dicit se posse vltionem sumere, offendere, delinquere, &c. si vellet: minari vero, qui dicit se velle facere, siue se facturũ. hæc duo perperam nonnulli confundunt: etiam D in alijs rebus. Sit conclusio, *quoad minarum indicium*, quando damnum vel delictum est subsecutum, communis sententia est, siue iactauerit quis se, siue minatus fuerit, efficax hoc indicium esse ad torturam: quando minans vel iactans est persona potens malæ vitæ, & solita minas exsequi *c*: intellige si sit dubium, quis delictũ cõmiserit, & minator in hoc ipso delicto E sit malæ famæ *d*. ratio est: quia in hoc casu idem est animus iactantis &

x Fa. c. 47
a Farinac. num. 69.
b Fa. n. 44. & seqq.
Q
car. l. metum C. q. met. caus. Far. q. 50. n. 7. & 9.
d recte cia q. 21. n. 37 Pegue. de deci. cri. 18 num. 11.

minan-

minantis hoc verum in foro externo, quia talis illic præsumitur: in interno tamen foro, puto inter minas & iactantiam distinguendum confessario; & diligenter quærendum, an iactitarit animo adimplendi, necne, Nam grauius longe est peccatum eius, qui iactitauit, vel minatus cum desiderio exsequendi & exsecutus: imo duplex est peccatum.

e Far. n. 8.

Similiter in foro *e* externo idem est, si quis expresse vel tacitè siue ænigmaticè minetur occidere, aut vulnerare (verbi gratia, faciam ne doleat tibi caput: extraham tibi pennam de ala, &c.) sed in foro interno in æquiuoca seu obscura locutione scrutanda est mens loquentis. Et hoc quod diximus de homine malæ famæ & solito exsequi: locum habet, quando non accedunt alia adminiculantia indicia: nã si accederent alia, tunc ex solis minis. & mox subsecuto delicto posset subijci torturæ etiam non solitus exsequi. *f* Hæc limitanda, primo si offensus haberet, alios etiam inimicos præter minantem: tum enim debet iudex esse valde circumspectus, & considerare an sufficientes sint minæ, & an forte alius inimicus hoc tegmine fretus offenderit, vt narrat accidisse Paris de Puteo, & ex eo alij *g*. Secundo limit. quando delictum non esset subsecutum in continenti, sed ex interuallo: hoc autem decernere permittitur iudicis arbitrio: qui considerare debet qualitatem personarum, & an ante habuerit opportunitatem delicti committendi. nam si statim non habuit, & fecit statim ac eam nactus est, interuallum nihil eleuat indicium. *h* Tertiò fallit, quod diximus esse indicium sufficiens huiusmodi minas, si sint ambiguæ, & quæ possunt significare vindictam legitimã siue iuris, & licito modo (verbi gratia,

f Menoch de præsumpt. l. 1 q. 89. n. 62 Far. n. 11.

g vide Farinã n. 12.

h vide Farin. à n. 14

A vlciscar, solues, pœnitebitte, non sic abibit & talia) *i* quod certe verum est, si minator solitus sit via iuris se vlcisci: verum si consueuit se vindicare via facti (vt solent sortiarij) in his iudex potius debet sequi sententiam Parid. de Puteo volentis etiam tum fore indicium ad torturam. *k* 4. minæ debent fuisse specificæ, seu de eodem, quod subsecutum fuit delicto. sic nonnulli post Spec. & Dec. quorum doctrina (vt recte FARINACIVS) tantum est admittenda, quando minæ prolatæ fuere in aliqua certa specie & subsequitur delictum plane alterius speciei, quod non continetur sub specie comminata, neque est præparatio seu gradus quidam ad illud (verbi gratia, quando quis minatur occidere, & secutum est domus incendium. *l*)

B

Sed si minæ fuerunt in genere prolatæ (verbi gratia, dolebit tibi caput, faciam ne hic intres, ne loquaris, &c.) & delictum illa generali significatione continetur; vel si delictum plus nocuit, vel minus quam minatum fuit, sed effectus tamen est, quid ordinatum ad minas; tunc adhuc locum habebit regula (verbi gratia, si in quem minæ occidendi prolatæ, inueniatur tantum vulneratus, vel è contra. quia vulnera nequeunt ad certam mensuram dari. *m*) 5. limit. procedere regulam, quando minæ non fuerunt reuocatæ, & quando erant prolatæ animo sedato, & post interuallum à prætensa iniuria: sic, vt queant dici processisse ex animo deliberato; non ex calore iracundiæ. *n* 6. limit. vt minæ sint absolutæ. Nam si fuerint conditionatæ (verbi gratia, faciam si tu adhuc transieris hac, &c.) tunc nihil operantur, nisi sufficienter probata conditione, in minis apposita. *o* 7. debẽt minæ apparere, hoc est, probari per duos testes efficaciter, quos

C

D

E

i Osasc. conf. 64. n. 55.

k Far. n. 22

l vt bene Natta conf. 42. num. 2.

m Farin. à num. 24.

n Fa. n. 27

o Fa. n. 32.

oportet saltem esse concordes in qualitate minarum, licet discordent in loco & tempore : *p* aliàs si essent omnino singulares, vel esset vnicus tantum testis, minæ non facerent indicium ad torturam; sed tantum ad faciendam inquisitionem generalem sufficerent. 8. ad torturam sufficerent minæ hominis soliti exsequi, cum causa præexistente minarum, vtpote honor læsus, odium, vtilitas, aut quid simile : quod si ad consuetudinem exsequendi, & causam accederent alia adminicula præsumptionum (vtpote inimicitia) tunc etiam ad condemnandum sufficere tales minas censet Farinac. post multos, quos allegat, *q* non quidem ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam & pecuniariam, non corporalem quod fateor. quando concurrunt minæ inimicitiæ, delictum, & consuetudo exsequendi : idque facilius in excepto & occulto difficilisque probationis crimine nostro sortilegij admiserim, quã in alijs : tamen semper propenderem in sententiam negantium *r* vnquam in vllo crimine licere ex huiusmodi indicijs tantum remotis ad condemnationem procedere.

p Farina. à nu. 40.

q vide nu. 0.36. & 9.

r Frã. Cason. de in. dic. tra. 7 c. 1. n. 17. Diaz reg. 370. Ana Gomez. to. 3. c. 12. n. 15. Sarmen. epis. Geenent. l. 1. Select. c. 1.

SECTIO IV.

De alijs indicijs minus vrgentibus & minus certis,

Primum est, quando quis potuit maleficium impedire, & non fecit: si tenebatur nõ lege tantum caritatis (qua omnes homines tenentur) sed etiam lege iustitiæ, vt puta ratione officij: tunc puto vrgentem præsumptionem occultæ societatis induci; *s* & talem nõ prohibentem esse plectendum pœnâ saltem extraordinaria, *t* quando aliqua adhuc adminicula accedunt: intellige primo posse torqueri: &, si post torturam necessaria reliqua adsint ad condemnationem iuxta dicta paulò ante in fine præcedentis sectionis etiam posse procedi. Quod notandũ est procuratoribus, & aduocatis fisci, & similibus officiatis iustitiæ. Sed, si quis tantum tenebatur obuiare ex præcepto caritatis; tunc non puto istud indicium sufficere ad torturam, si alia nulla cõiectura concurrit, maxime si postea non associauit se sic delinquenti. *u* Et hæc limitant DD. quidam in crimine læsæ Maiestatis, quos sequitur Iul. Clar. & non est dubitandum de foro externo: ibi enim non reuelans hoc crimen punitur : sicut & serui, qui non defenderunt Dominum occisum. *a* In foro cõscientiæ, neque hos seruos, neque alios illos, ne in crimine quidem læsæ Maiestatis, putarim ad restitutionem damnorum teneri. *b* Hinc patet indicium & præsumptionem induci contra iudices: qui omittunt vel negligunt maleficos punire, ad quod tenentur ratione officij, vt dixi. vt & belli dux ratione militum: & prælatus, subditorum. quæ est communis sententia, *argum. c qui potest, 23. q. 3. cap. negligere, 2. q. 7. Simanc. in praxi tit. 15. Capic. decis. 130. nu. 67. Praz. a epit. delict. c. 28 n. 30. & 31. Nicol. Moron. de fide treug. & pac. q. 138. n. 41.* & hi omnes, quia iure ad hoc tenebantur, ad restitutionem damnorum ex omissione hac ortorum, parti læsæ tenentur: neque obstat COVAR. & Med. citati: loquuntur enim de ijs, qui tantum tenebantur obuiare ex caritate ; quoad seruos Domini occisi aliud est, quia licet puniantur in foro externo id fit propter præsumptionem, & ideo in foro conscientiæ non tenentur ad restitutionem.

R

s c. sicut dignum § qui etiam de hom. c qui potest, &c.

t quãtæ de sen. excõmun. c. nõ in inferẽda c. 23. q. 3. cũ sim.

t Gandin. tit. de præsũpt. & in d. in du. n. 24. Meno. de arb. ca. 355. nu. 7. quos sic interpret. *u* sic intelligo sententiã cõmunem, quam seq. Anton. Gomes. d. l. 3. tit. de hom. n. 4. & in ti. de læs. maie. n. 8. Clar. § fin. q. 87. n. 3. & Far. q. 51. n. 6. *a* l. 1. § sed & in eon. ad Syllan. *b* sic bene clarus sũ post Ioã. Medin. & Coua. ibi citatos.

2. Est,

2. Est, quando quis patrocinatur sponte maleficis, & conatur criminis enormitatem eleuare, & contendit: non esse credendum ijs, quę de illis certò narrantur, & ea omnia vana esse & delira aliaque huiusmodi, sicut fecere VVierus hæreticus, & nostris temporibus quidam Calidius Losęus Theologus, cuius animæ Deus parcat: qui dum viueret fuit eo nomine suspectus insinceræ fidei, & Bruxellæ incarceratus, & Treuiris expulsus, quia libellum parauerat, & conabatur clanculum Coloniæ, (quod hic inserendum duxi, vt, si forte infœlix iste partus postumus, cum noxa publica, lucem aspexerit: vel scripta exemplaria, vt solent opera tenebrarum, clam distribuantur, sibi quisque caueat. ne specie pietatis impietatem hauriat) parauerat inquã, & conabatur libellum edere in hanc sententiam, coactusque fuit abiurare huiusmodi dicta, scriptaque, & merito. sic enim natura comparatum est, vt quæ quisque libenter & proterue defendit, ea non fugiat, neque se illis facilè abstineat: à quibus vero se abstinet ea non multum laboret, cum inuidia & molestiã, tueri. Deinde vt plurimum tales postea deprehenduntur occultæ societatis rei. Estque hæc persuasio diligenter vitanda. cum omnibus, tum maximè procuratoribus, aduocatis iudicibus. VVierus, si credimus Crespeto *discurs. 3. de odio Satanæ* hanc defensionem suscepit, quia ob Magiæ crimen pœnam mortis verebatur. Ex Iaquerij *flagello Fascinariorum* constat per EDELINVM DOCTOREM SORBONICVM hoc diabolum conatum persuadere mortalibus Iaquerij verba sunt; *non immerito creditur, quod dæmones, qui hæresim & sectam abominabilem fascinariorum erexerunt, induxerunt asserto-*

A *res ad credendum, & pertinaciter asseuerandum: quod ea, quæ per maleficos fascinarios fiunt in cultu dæmonum, non sunt nisi illusiones dormientium. hoc autem luce clarius patet ex processu facto cuidam magistro in Theologia* [addit MONSTRELETVS p. 3. Chronic. eum fuisse Priorem S. GERMANI in loco, quem vocant Galli en l'haye: & ante fuisse monachum ordinis D. AVGVSTINI, & prius B etiam aliorum ordinum. vnde hominis inconstantiam facile notes.

Super huiusmodi hæresi & secta deprehenso: qui sponte confessus fuit & detexit, quo modo in cultu dæmonis ipse cum pluribus alijs complicib. realiter & pluries conuenit, quem dæmonem inter eos vidit, & coluit apparentem, quandoque in forma hominis, quandoque in forma hirci, vbi abnegauit DEVM *& fidem Catholicam, Beatamque virginem & crucem. Prædictus autem Magister vocatus Mag.* GVILHELMVS C *Adeline anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio die duodecima menſis Septembris.* [MONSTRELETVS vocatus GVILHELM. EDELIN, & dicit hanc sententiam latam mense Decembri, in Vigilia Natiuitatis Dominicæ: in ceteris conueninnt, de loco, de anno, de confesione, de pœnâ,] *in capella* E PISCOPALI EBROICENSI D *iudicialiter coram iudicibus fidei, cum lachrymis in terram prostratus, exhibuit quandam scedulam continentem sua commissa contra fidem in dicta hæresi & secta, offerendo prædicti iudicibus abiurationem. Ipsa autem schedula continebat inter cætera, quod quando ipse fuit introductus ad dictam sectam Diabolus asserebat, quod ipse Ma. Guilhelm bene posset si vellet, augmentare eiusdem dæmonis dominatum, præcipiendo eidem Mag. Guilhelmo prædicare, quod eiusmodi secta non erat nisi illusio, & quod hoc prædicaret, ad conten-* E

uandum

tandum populum patriæ, vbi tunc morabatur ipse Magister Guilhelm. Hunc Magi Guilhelmum ego, qui hæc scribo noui, & frequentissime vidi antequam esset de hoc crimine suspectus.] Hæc Iaquer. *flagelli hæreticor. fascinar. cap.* 4. Nostris temporibus summa ope & vi Doctor Vlaet, vnus ex PRINCIPIS ELECTORIS TREVIRICI Consiliarijs, hocidem contendebat; sed ei se fortiter erudite cõscriptâ confutatione erroris. Petr. Binsfeldius opposuit, *edita Disputatione de Confessione Maleficar.* Captus ille Vlaetius, crimen tandem, fraudemque confessus: vt & EDELINVS; flammis feralibus consumptus fuit. Indicium hoc nititur aperta iuris præsumptione, *l. vni, C. de priuat. carcerib. & c. error. 84. d.* & *docent* Pet. Loyherius *libro. 2. de spectris fol.* 526. LVDOVICVS RICHEAVMVS noster. *in libr. trium Discursum*, Iaquerius Michael. Remig. Bodinus, Crespet. & alij. Oratos velim Iudices (quos ego talia perperam effutire intelligo) vt dignentur has Disquisitiones nostras legere, & in singula inquirere: quę displicebunt, refellant: quæ refellere nequibunt ijs, fastu, & obstinatione seclusis, assentiantur. Irridere, contemnere, nec legere, intelligereue velle: vanitatis, non grauitatis est, inscitiæ, non sapientiæ, scurrarum, non iustitiæ Sacerdotum. Solo autem Canone illo, *Epist. opt 26. quæst.* 5. niti; & verba vrgere. non sententiam: nec ad ipsa quidem verba satis attendere, totamque canonis seriem: sed frustulatim eum discerpere: nec explicationem Theologorum, & Canonistarum doctissimorum admittere; nec iudicium suum communi omnium Europæ Catholicorum sæcularis & Ecclesiastici fori Tribunalium praxi, rerũque iudicatarum auctoritati submittere: sed vnum malle VVierum, aut alterum, reprobæ religionis hominem, sequi, & cum scandalo audientium publice ista iactare: quid aliud est, quã Tribunalia omnia Catholica inscitiæ, iniustitiæ, crudelitatis damnare? quam maleficis & eorum sceleri habenas permittere ad nocendum? quam reipubl. & humano generi toti, & Deo Optimo Maximo tali conniuentia patrocinioque teterrimæ apostasiæ, atrocissimam iniuriam inferre? *vide dicta supr. lib. 2. q. 16. & dicenda infra hoc eod. lib. 5. sect. 16. litt. VV. vbi c. episcopi fusissime explicabo.*

3. Est, cum sortiarij, vt plurimum etiam sint hæretici: eos qui scienter defendunt ipsos & errores eorum esse ipsis deteriores, proque socijs habendos, *c* qui nesciunt esse sortiarios, hi puniendi non sunt, vt tales: nisi sua defensione iudicis officium impediant. *d* Qui scientes esse sortiarios, non defendunt errorem, sed personam tantum: illi se valde suspectos reddunt, & contra illos specialiter inquiri potest, & ob defensionem hanc sunt puniendi *a* vt & aduocati & notarij: illi, si scienter & sponte in iudicio patrocinantur, venia nõ petita, vel ad hoc à iudice non deputati; hi, si instrumenta scienter illis confecerint. Quod si iudices, vel Domini eos in suis iurisdictionibus, aut terris defenderint: primo sunt excommunicandi, & post pertinaciam officijs, dignitatibus, & bonis priuandi, & in exilium mittendi, *b* vt regijs Hispaniæ & Siciliæ constitutionibus iustissimè cauetur. fallit hæc 3. regula, quando sortiarij non sunt hæretici.

4. Quod de defensoribus dictum, idem de fautoribus obtinet: qui verbis, factis, consilio, vel pecunia eos iuuant. *c*

a c. excõmunicam° 3. credentes de hær. Bin. lib. de hæret. c. 13. Sim. in prac. tit. 14. b c. fin. de vsur. de hæret.

ca. qui sortilor. 24. q. 1. c. qui cõsentit. 26. quæst. 5. d c. accusatus 5. vl. de hæret. in 6.

es. paral. 9. v. 1. Turrec. Sum. de Eccles. 2. p. lib. c. 21.

5. Ma-

5. Maiorem etiam præsumptionem de se præbent occultatores siue receptatores, eorum *d*: si scienter hoc fecerint *e*, vel non vi coacti. Quod, si contra occultatorem occurrat alia pręterea præsumptio, cogitur ipse vim vel ignorantiam probare: vt si sit amicus *f*, vel consanguineus: neque hic cognatio excusat à pœna in totum *g*, sed tamen causa est lenioris multo punitionis: maxime si sit valde arcta necessitudo, vt confugium, filiorum, fratrũ *h*. Hæc quoque locum tantum habent, quando maleficium est iunctum cum hæresi.

6. Tenentur omnes, si maleficium sit coniunctum cum hæresi, maleficium denunciare (quod extra cognouerint) & iudicibus iudicare *i*: &. qui hoc non faceret merito præsumitur socius, argumento fautorum ac receptatorum. Sed quæritur V. *debeat hoc casu præmitti correctio fraterna*: si constaret maleficium non esse coniunctum cum hæresi, nemo dubitat esse correctionis fraternæ seruandum ordinem: sed quia hoc est de plane raro contingentibus, quoad striges & sortiarias & veros magos dæmoniacos: ideo quoad hos, omnino censeo hac in re idem dicendum, quod de hæreticis, quibus Dd. sollicite disputarunt *k*. *Imprimis*, si hæreticus est dogmatista: protinus debet iudicibus deferri, vt cautum lege diuina *Deuteron. capite decimo tertio, & decimo septimo*. ratio. quia nulla moraliter spes suppetit tales admonitione corrigendos: & iuxta D. Paulum: *mali homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes*. (2. Timoth. 3.) vnde consequiter quotiescumque probabiliter constat non redituros admonitione ad sanam mentem, statim

A denunciandos *l*. quia periculum est, ne sermo eorum, vt cancer serpat. quare commune bonum præferendum est vnius priuatæ famæ: & cum talis iudicio suo plusquam iudicio Ecclesiæ tribuat, stultum sit sperare quod priuati hominis admonitionem auscultaturus & crediturus. Et hoc verum de omnibus, quos constat malitia errare: nam hi solent esse pertinaces. huiusmodi

B ergo tenetur quisque sub mortali deferre.

Secundo si constat aliquem ex ignorantia errare, & certum sit moraliter siue firmiter creditur post admonitionem emendandus, & correctio profutura: tunc præmittenda est admonitio fraterna *m*,

Tertio, si dubium sit vtrum correctio profutura necne, & vtrum ex ma-

C litia an ex ignorantia peccet: hoc est si dubitetur probabiliter de eius pertinacia: tunc res est dubia. quidam censent tunc prius legitime admonendum *n*, quam denuntiandum: & legitime admonere vocant, quando quis admonetur ab habente auctoritatem prælationis, iudicij & eruditionis: ita vt teneatur illi credere. nam non est dicendus admonitionem contempsisse, qui non credidit ei, cui credere non tenebatur. hæc sententia est valde æqua. Resp.

D tamen videtur vtilior sententia contraria, nempe hoc casu deferendum Ecclesiæ *o*, argumenta pro sententia hæc sunt. tum quia in re dubia non est respons. Christiana in discrimen adducenda, semper enim subest periculum moræ & subuersionis aliorum: & lege naturæ bonum commune particulari præponendum, tum quia si reus ille nõ

E erat bonæ famæ, parum refert eam iuste lædi? si vero erat, hoc ipso magis nocere reip. potuisset, cuius bonum præferendum eius existimationi. tum

d l. 1. & 2. de receptat.
e Bart. ind l. 1. text. in li. 1. C. de receptat.
f cũ oporteat de accusat. l. si vicinis. C de nupt.
g c. leg. 23 q. 8. c. infidelis 28. q. 1.
h l. vlt. de recept. cũ simpl.
i Deut. 13. & 17. Plato. lib. 10. de legib. D. Leo, homil. 4. de collect & hom. 4 de ieiun. D. Thom & Caiet. 2. 2. q. 33. a. 7.
k Bernard Areualus l. de frater correct. concl. 6. propos. 6. Alf. à Cast l. 2. de iust hær. puni c. 25. Sot. lib. de rat. reg. secre. memb. 2. q. 4. & l. 5. de iust. & iu. q. 5. a. 1. Can. l. 12. de loc. Theo. c. 9 Dõ. Banez 1. 2. q. 33. a. vlt. dub. 2. Simanc. sup c. 23.
l est communis sententia citatorum & præterea Dd. in 4. d. 19.
m est Durand. d. 19 & citatorum communis.
n Ban. supra.
o sic post Areual. & Sot. (quos citat) Simanc. numer. 12.

quia vel errabat ex mera malitia, & tunc iustissime delatus fuit: aut errabat ignorantia, & tunc iudices vel eum non comprehendent, vel comprehensum absoluent, & vtroque casu salua erit eius fama. Ex his infero *in Magiæ crimine* (* quia lamiæ semper sunt valde pertinaces, & vix fieri potest, vt ex ignorantia peccent: & semper mora est damnosa alijs) *ideo semper sub mortali vnumquemque teneri confestim eas denunciare, etiamsi cum hæresi non sit coniunctum earum crimen: & ideo qui non reuelant hoc crimen, extra confess. sacramentalem, acceptum indicium contra se, saltem ad inquisitionem etiam specialem præbere*, quod miror Dd. non obseruasse. Opinor omisisse, quia comprehendebant sub crimine hæresis, vt Sancta Inquisitio facit in Hispania. Deinde sagæ reuelandæ sunt, quia delictum earum non censetur commissum, sed committendum & damna impendent proximo, & reipublicæ, ideo in conscientia quis non potest tacere: hoc enim in genere Doctores communiter de conscientiæ foro recipiunt in quouis crimine committendo *p*: Peccabit ergo hoc non faciens, sed contra charitatem, non contra iustitiam, idque omittendo non committendo: ideo non tenebitur ad restitutionem, ad damna & interesse partis *q*, nisi sit talis qui ex iuris præscripto reuelare tenebatur *r*.

*NOTA

p fuse Pe. Plazt. Epit. delict. .z.2.a.17 Ant. Gomez. d. tõ 5. ti. de homic. nu. 4 & tit. de æs. maiestat. nu. 9 Menoc. supra cas. 355. nu. 2. & post Med. & Couar. bene Clarus.

s d. q. 87. & Farin. supra nu. 25

r Sot. quem refert & sequitur Meno. supra n. 3. melius loquens Per Nauarra de restit. l. 2. c. 2. n. 11. & 17.

s post. in nu. fere Fari. q. 52. n. 6. & 8.

t Angel. de maleficiis in ver. fama publica, 105. & est Marsil. Bart. & aliorum commu. vide Fari. nu. 25. 31. & 36.

u Cephal. cons. 164. lib. 2. Personal. de indic. & tortur. n. 86.

x Farinac. nu. 33.

7. Indicium sumitur ex mendacio rei, quod semper sufficit ad inquirendum: non vero sufficit ad torturã, nisi sit adiutum alijs præsumptionibus *s*. Intellige mendacium facere indicium, si concurrant sequentia, nempe si sit circa qualitates & circumstantias substantiales, siue, proximas delicti (vt circa tempus vel locum delicti) non circa remotas, (vt locum originis rei:) & circa ea, quæ, si vere dixisset, reo præiudicassent in hac causa: & reus non habet pro se vllum indicium innocentiæ, vt puta vnum testem, bonam famam, vel quid simile: & mendacium euidenter est probatum.

8. Est rei variatio adiuta aliquo alio præiudicio, idque circa qualitates & circumstant. proximas delicto (vt dictum de mendacio) & ea quæ immediate rei defensionem respiciunt. Reus variat, qui modo dicit vnum, modo aliud: hæc variatio facit indicium ad torturam, cum emanat ante torturam in examine: & ad vlteriorem torturam, cum contingit in tortura: & ad nouam, quando post præcedentem contingit *t*, dummodo præcedens tortura facta sit ex indicijs legitimis: & dummodo præcedentia indicia non sint satis per torturam expurgata: nam si forent expurgata sufficienter, non posset amplius interrogari super delicto, *u* non noceret etiam variatio si nata esset ex obliuione, vel alia causa probabili, verbi gratia, si se corrigendo reus variasset: his enim causis deest doli omnis suspicio *x*.

9. Est vacillatio & titubatio, quando quis loquitur tremens, trepidans, timens, vel pallens, vel sudans præ angustia timoris: & notarius illud indicium scripsit: tunc volunt hoc esse idoneum indicium ad torturam cum variatione præcedentis numeri, Bart. & alij fundamentum huius sententiæ est, quia oculus & vultus solent esse animi indices, vt ex sacris litteris & prophanis scriptoribus probat Simancas *a*: sed adhuc existimo istud indicium non esse sufficiens cum variatione, quia nimis est fallax & dubium & debile, quia multis hoc contingit, dumtaxaxat sollicitis de proprio honore, & metuenti-

a de hæret. q. 65. n. 31. & seq. & Binsfeld. indic. 10

bus po-

bus potentiam aduersariorum, aut iudicum asperitatem, quamuis innocétissimi sint: adeo, vt plerumque nesciant præ perturbatione, quid dicant, vt bene Nouel. Paris, & alij apud Farinac. *b*

10. Si cum instrumento magicæ noxæ visus esset de loco exire fugiens, pallensque, in quo loco inuentus est aliquis læsus vel res maleficiata: hoc indicium omnino puto esse propinquum & sufficiens ad torturam per se solum, vt in simili fatentur omnes de exeunte timido & pallido cum gladio cruento, & ex domo vbi occisus inuentus *c*: immo communiorem & veriorem sententiam esse volunt *d* hoc sufficere ad condemnationem, maxime si alia accedant indicia. *e* Sed quidquid hi dicant, ego sequor Gandin. Boer. & Ioann. Andr. contrarium volentes *f*, nempe nec sic quidem esse sufficiens indicium ad condemnationem. Miror autem Farinac. fateri hoc non esse verum de domo habente duo ostia, & tamen putare verum de via publica vel agro: cuius haud dubie plures sunt loci egrediendi & ingrediendi. *g* Facilius autem admiserim sententiam illam communem in pœna dumtaxat pecuniaria, non vero in ordinaria, vel extraordinaria corporali: nihilominus etiam quoad pecuniariam, quia Farinacius *h*, cum Claro, fatetur iudicem non teneri eam infligere, sed tantum posse si velit: semper sim auctor: ex hoc indicio ne procedat ad vllam condemnationem.

11. Est conuersatio cum malis hominibus infamatis de eodem delicti genere, eaque stricta & continua: sed hoc indicium est valde generale & remotum, tendens potius ad diffamationem, quam vt per se sit indicium. egimus de illo præced. sectione.

12. Si commisso maleficio quis cõfestim veniat ad curiam: vt sollicitet inquiri & procedi de auctore criminis, cum hoc ad eum non pertineat sollicitare. hæc enim ingestio & sedulitas suspectum facit: & sæpe exemplis hoc deprehensum *i*, sed hoc etiam est leue, & debet bonis præsumptionibus alijs roborari vt sufficiat ad torturã. Quod multo magis tenendum de illo, qui sponte cum non tenetur malefactorẽ denunciat: nam qui tenetur denunciare, & non denunciat, vel tarde denunciat, hic præbet suspicionem contra se taciturnitate sua *k*.

13. Si inuentus fuerit veneficio occisus vel læsus aliquis in hospitio seu domo, posset esse indicium contra hospitem seu dominum domus, argumento eorum quæ censent doctores de inuento mortuo in domo alicuius. nam delictum in domo factum, præsumitur factum per existentes in domo *l*: qui poterunt torqueri tanquam testes, si non probatur eos in domo tum non fuisse: idque nullo alio indicio concurrente: tanquam rei principales autem, alijs præsumptionib. concurrentibus: intellige nisi sint bonæ vitæ ac famæ, tunc enim non poterunt torturæ subijci vt rei principales, nisi si tacuerint & cælauerint mortuum, vel nisi constet homicidium non potuisse committi ab alijs, quam in domo existentibus: hoc autem difficulter potest constare, & in eo facile iudex potest labi (vt patet exemplo pulchro quod narrat Farinac. *numer.* 111.) quare non facile hoc credendum iudici, nisi sint personæ viles & de crimine simili suspectæ, *vide Farinac. à num.* 98. *vsque ad numer.* 119. qui *numer.* 120. bene addit

b Nouel. reg. 43. Paris de Put. de tortura c. 5. n. Farin sup. n. 48. Clarus q. 21. nu. 38.
c vide Far n. 50. & 55 cum seqq
d Farin. & alij n. 52. & 54.
e idẽ n. 61
f vide Far. n. 53. & 60
g confer. c. 55. cum n. 64.
h nu. 67.
i narrant Marsil. in pract. crimi. n. 150. §. diligenter Nouel. in pract. crim post prin. nu. 110.
T Carrer. tract. de indic. §. 13 indi. Ant. Gomez p. 3. c. 13. n. 14.
k vide Far à nu. 94.
l Paris supra c. 3. n. 14. Nouel supra nu. 102. & 103 Foller. in practic. cri. & alii

hoc indicium numquam sufficere ad condemnationem.

14. adhuc leuius indicium est, si mortuus reperitur in via prope domum alicuius: eadem enim tunc suspicio est de domino & inquilinis domus illius: hoc sufficit ad torturam, si sit repertus valde contiguus domui, & dominus vel domestici habuerunt inimicitiam cum defuncto, vel alias sint malæ famæ in similibus: vel si concurrant aliæ præsumptiones fortes. *Farin. à.nu.* 120. Sic memini processum Madriti an. 1573 contra quandam famosam meretricem, prope cuius domum repertus asininus pullus excerebratus: quæ confessa in tormentis se vsam cerebro ad philtrum, & flagellata in exilium missa.

15. Est indicium vicinię, quia in prędictis casibus etiam est præsumptio contra vicinos: quæ idem operatur quod præcedens, & etiam eliditur: si vicini sint bonæ famæ, vel mortuus extra viciniam habebat inimicos, à quibus potuit occidi. *Farinac. à n.* 127.

16. si quis tempore maleficij, vel incontinenti post, inueniatur in loco delicti, vel loco propinquo valde, & quasi contiguo cum armis seu instrumentis maleficij: tunc etiam si alias fuisset bonæ famæ, quia duo concurrunt, (locus & instrumentum) posset subijci torturæ, sine alijs adminiculis: quia tunc est indicium valde propinquum, si vero sit inuentus sine instrumentis, tunc ad torturam necesse est concurrant aliæ præsumptiones. *vide Farinac. à num.* 133.

17. est quando quis frequentat locum vel viam, vbi maleficium commissum, vel visus est immediate ante in illo loco vel via ambulare: tunc si ille malæ famæ in similibus, poterit statim subdi torturæ: si sit bonæ famæ, non nisi accedentibus alijs præiudicijs. Intellige de eo qui alias non erat solitus locum vel viam illam frequentare, nec tunc habebat aliam iustam causam illac transeundi, vt quia volebat accedere domum suam, Ecclesiam, vel quid aliud. *Farinac. à nu.* 138.

18. desumitur ex illo Casi, Cui Bono: nam præsumitur deliquisse, qui causam habuit delinquendi grauem, & deliberatam, non subitam tantum vel leuem: & sufficit hanc causam fuisse existimatam talem à reo, maxime si sit pronus in illam causam (vt in amorem vel odium) & dummodo appareat alium neminem hanc causam habuisse: & hæc causa sit in specie iudicialiter probata: neque hæc omnia sufficient ad torturam, nisi mala fama aut aliud indicium accesserit. *Farinac. num.* 144. *cum seqq. ex Casono optime de hoc loquente, libr. de Indic. tract.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 3.

19. Acclamatio aut vociferatio in domo iniuriam patientium, & tum fugiens seu exiens ex domo visus: nam tunc quasi duo concurrunt indicia, quorum prius indicat delictum, posterius delinquentem, & vnum iuuatur ab alio: vt sufficiat ad torturam, est indicium remotum, & per duos testes legitime probandum: *Farinac. à num.* 157.

20. Ex communi opinione Doctorum & Iudicum, si cadauer positum coram reo sanguinem emittere inciperet, vel ex vulnere, vel ex ore, vel ex naribus: hoc indicium quidam magni faciunt, & de eius causa alias à me disputatum hoc eodem opere *a*. Ego istud indicium numquam existimarem sufficere ad torturam, quidquid graues, Dd. quidam in contrarium

a lib. 1. q. 12. n. 3. vide lexico in fauer.

dixerint

di xerint. *b* Moueor quia verè est indicium remotum, & quasi prodigiosum: de cuius causa non constat, & incertissimum, quod nullo iure vel causa iudice probata nobis constat, & tortura maximi est præiudicij, quare nisi accedant fama, minæ, inimicitiæ vel simile adminiculum, numquam ad torturam ex hoc indicio Deum timenti iudici procedendum, affirmauit. *Farina. n.156. post Anton. Gom. 2. fuse & prudenter hoc discutientem d.tom.3.c.13.à n.15. & Marsil. in pract. §. diligenter n.181. Masc. & alios.*

21. Sumunt quidam ex mala physiognomia & malo nomine, item si oculos in terram defigant: de malo nomine, est sententia Marsilij Bruni & multorum; *c* sed hæc meo iudicio prorsus est inanis præsumptio, quando nomen impositum puero à parentibus; si impositum viro aut adolescenti à moribus, vt solent malefici nomina inuicem mutare, tunc haberem pro idoneo indicio ad probandum esse malũ hominem in genere, non vero ad probandum speciale delictum aliquod, nisi ipsum nomen delictum illud significaret, sed tamen ad torturam solum hoc non sufficeret. Quoad oculorum in terram defixionem; hoc leuius adhuc est, potest enim ex pudore oriri: nec est proprium vnius in specie delicti, ac ne in genere quidem delicti sufficiens argumentum. Vt nec physiognomia mala: quare de his omnibus indicijs prudenti iudici parum curandum est, quod non aduertunt duo I.C. hæretici, his nimium tribuentes, *d* vt fortasis etiam Martin. de Arles. nec obstat, quod directorum inquisitorum, *in 3. part in cap. de signis exterior. per quæ Nicromantici hæretici dignoscuntur & magi hæreticantes*, scribit, eos communius habere toruum visum & obliquum, ex visione & apparitione, & collocutione malorum spirituũm: non enim illic ponit indicia sola ad torturam, sed etiam generalia quædam ad dignoscendum personas, in quas formãda inquisitio; & hæc ponit tantum, vt præambula quædam indicia ipsorũ indiciorum ad torturam.

22. AEque leue indicium est, si quis natus sit ex mala patria, & in qua multi tales criminosi: hinc enim nimis generalem suspicionem gigni patet, vt opt. docet Simancas. *e* idem censeo de parentibus, quamquam sit indicium nonnihil propinquius, & magis immineat periculum ab his, quàm à patria, & faueat suspicioni experientia, maximè quando mater est malefica, & magis adhuc, si etiam auia fuit, hoc, vt certum admisere Godelm. & Bodin. *f* sed hoc etiam indicium, vt incertum reijciunt, nisi iuuetur vehementibus præsumptionibus alijs, Catholici & prudentiores scriptores: *g* magis vrgeret hac in re conuersatio & educatio, cum tam malis parentibus, ad quam reduco præcedentem suspicionem: puto enim, si à talibus parentibus ortus, & ab his educatus fuerit, gigni suspicionem ad inquirendum, quando non est bonæ famæ reus: si aliud indicium præterea accedat, posse torqueri.

23. Si quis inimicorum obiectione, vel amicorum admonitione insimulatus taceat, & quasi contemnat silentioque eludat, quidam putant idoneum indicium; quos citat Binsfeld. *h* sed merito eos non sequitur, est enim leue & incertum indicium, indigens adminiculo aliorum, etiam ad specialem inquisitionem.

24. Si quis consueuerit scelerata iuramenta, vel blasphemias, vel obscœnissima

b post Angel. & Paul. Boer. decis. 166 Blanc. de indic. ad l fin. D. de q. n. 408. Car. tract de indic. Indici. 27 n. 2 Noue leg. 184. Menoch. de arbitr. cas. 170. n 16. & de præsum. l. 1. q. 89. n. 18. & alii

c vide Menoch. de præsump. l. 1. q. 89. Far. a n. 165.

d Bodin. in dæm. 6. & Godel. l. 3. c. 3. Marti. de Arles de superst. à n. 100.

e Inst. Cathol. c 50. n. 8. & 9.

f d. c. 3. Bodin. l. vlt. c. 4.

g Cyril. in sum. crim tub 29. de q. §. 4. n. 1. & 2. Simã sup. d. c. 50. n. 10. & 11. Far. q. 47. n. 279. Binsfel. indic. 16.

h Ind. 16.

nissima verba proferre, aut dæmonem
sæpe nominare, seque aliosque illi fre-
quenter deuouere; verbi gratia, do te
dæmoni, auferat te diabolus, &c. si
quis alia grauissima scelera specie diffe-
rentia à Sortilegio committat; eum sor-
tilegij suspectum censet Binsfeld. *indic.*
11. eò quod graues scriptores tradant
huiusmodi suspectos esse de hæresi. *i*
Sed obserua hoc indicium ad malam
famam reduci, & dum taxat solum suffi-
cere ad inquirendum, ad torquendum
non, nisi præsumptiones aliæ admini-
culentur.

i Vt post Carrer. & Sim. Menoc. l. 5. de præsu. præt. 6. & l. 1 q. 12. Cast. d. 1. le iusta hær. puni. c. 10.

25. Si dum torquentur, nullas emit-
tant lacrymas, nam censent DD. qui-
dem eas flere non posse, si velint, & id-
eo hoc indicium ponunt Spreng. Grill
Bodin. Sed hoc merito alii *k* inane &
friuolum signum reputant: nam si lo-
quuntur de lacrymis ex pœnitentia vel
deuotione, illæ non sunt spontaneæ,
sed à Deo cui lubet dantur: si de lachry-
mis propter sensum doloris, fieri po-
test, vt sit talis quarundam constitutio
corporis; noui pueros, quos citius fla-
gris discidisses; quam vel vnam lacry-
mulam excussisses: è contra Picardo-
rum hæreticorum genus in Bohemia,
quod *Flentes* vocant, aiunt vbertim fle-
re quandocunque lubet. An ergo hi ne-
queunt esse striges?

k Godel. & Binsf.

26. Si vagæ sint, sæpe habitationem
& domicilium mutantes: maximè post
diffamationem, vel complices captos:
l hoc indicium est bonum indicium,
sed commune omnibus criminosis, vim
habet ad torturam, quando alia acce-
dunt indicia: fallit si sit bonæ famæ,
quia hæc illud purgat; item si migrandi
iustam causam probet.

l Binsf. in lic. 18.

27. Si singularitatem quandam præ
se ferant impietatis vel religiositatis os-
tentatione, quod diuturnas in tem-
plo moras, habitum, &c. sic Binsfeld.
m vt verum tamen fatear, hoc indicium
valde lubricum & leue est, hypocrisim
potius probans; sortilegium vere non
nisi remotissime.

m Indic. 17

28. Quidam sagas volunt dignosce-
re ex eradicatione chrismatis in fron-
te; alij ex stigmate impresso: sed vtrũ-
que merito improbat Binsfeldius; *n*
nam quoad eradicationem illam, ridi-
culum hoc est, chrisma enim nihil vi-
sibile vel sensibile relinquit in vertice
vncti, quoad stigma non omnibus il-
lud inurit. sed ijs tantum, quib. diffidit
eos constantes fore: vt iam alij obser-
uarunt: *o* præcipuis non inurit; aliquã-
do etiam delet cum capti sunt: & quan-
do nõ delet, id relinquit, vt hanc super-
stitionem iudicum foueat, & sic non-
nunquam innocentes plectantur, nec
enim facile verum signum dignoscas à
macula, vel næuo, vel clauo, vel impe-
tigine naturali, tum quia non eadem
est forma signi: aliquando est simile le-
poris vestigio, aliquando bufonis pe-
di, aliquando araneæ, vel catello, vel
gliri, tum quia non idem locus, in vi-
rorum enim corpore sæpe visitur sub
palpebris, sub labijs, sub axillis in hu-
meris, in sede ima; fœminis etiam in
mammis, vel muliebribus locis, tum
etiam quia non omnium stigma est in-
sensibile, vt docet experientia. Et si ad-
uertant se pungi, fingere dolorem pos-
sent, etiam quem non sentiant. Quam-
obrem Michaelius, *Pneum. dog. schol. 5.*
monet Iudices cum acu vel pugiuncu
lo iubent stigma pungi, id tam cautè
fieri debere, vt striges non aduertant,
solere enim illas cum aduerterũt finge-
re, se vehementer stimulatione hac cru-
ciari.

n indic. 14.

o Danæus Bodin. Godelm.

Plerumque etiam alijs ex causis sunt
cicatricosæ, quia sic in suos non rarò
dæmon sæuit, vt ostotum lacerum ac

dilania-

dilaniatum relinquat, & perpetua inhæreant vestigia, vt de Rosa Gerardina testatur Remig. *c.* 13. Quamquam ex his ipsis cicatricib. aliud rursus, sed incertum nascitur indicium.

29. Longe certius indicium est sequens; in Hallo villa Diœcesis Traiectensis, fœmina quædam misera, die quadam pedes suos pelui imponens, & extra illam retrorsum saltans, sic ait: salto de potestate Dei, in potestatem Diaboli: quam Diabolus mox rapiens, & in aëra sustollens multis qui aderant in villa, siue extra villam videntib. vltra altitudines nemorum transtulit, ita vt vsque in hodiernum diem nusquam compareat. *sic Cæsar. lib.* 11. *cap.* 60. *& præcedenti capite*, apertè indicauit hanc magicis artibus institisse. Sane huiusmodi dictum factumue, indicium vrgentissimum & proximum putarim. Hæc de indicijs, quædam addamus de denunciatione.

SECTIO V.

De denunciatione & testibus.

Y QVID operetur denunciatio siue testimonium complicis ostensum luculenter *Sect.* 3. Nunc tantũ addenda breuiter quædam de denunciatione & testimonio aliorum, qui teneantur denunciare, & testari, iam vidimus *Sect. superiore.* Nunc addo praxi receptum; per regulam, qua leges dicuntur spectare ea, quæ frequentius contingũt; vt quæ in hæresis crimine testimonia probationesque recipiuntur, eadem locum habeant in crimine Lamiarum; ratio, quia Lamiæ semper suspectæ sunt de hæresi, & raro hæc suspicio fallit: semper enim earum facta ferè sapiunt hæresim manifestam.

a Plur. astrol. 1. de iusta hær. pun. c. 12. & Siman. in praxi tit. XI. Spreng. Silu. Spinæus laquer alii.

A 2. Receptio testium debet ab ipsismet iudicibus seu inquisitoribus fieri; nec est deleganda, nisi magna ex causa, & prudenti ac probo viro. *b* recipi possunt etiam ante litis contestationem, *c* & etiam ratificatio testimoniorum fieri poterit extra tempus præstitutum ad probandum, *d* si iusta & probabilis aliqua causa id exegerit; semper autem erit ratihabitio testium adhibenda, etiamsi reus se habere illos pro ratificatis profiteretur. Publicatio quoque testimoniorum reo præbenda est, vt contra queat excipere; nomina testium vero non sunt in hoc crimine simul publicanda, quia periculum ferè euidens hinc imminet variis ex causis testi, & negotia fidei sic retardarentur, metu perculsis testibus: *e* consultum tamen, vt (quod fit in Hispania) iudices diligenter exquirant à reo, num quos habeat inimicos, & testes suspectos in genere, quibus credi nollet, & quare? confrontatione ergo testium, & rei in hac materia non vtendum nisi magna ex causa, & omni periculo cessante; *f* vt cessat quando complices deposuerunt. Et possunt testes super ijsdem articulis etiam prorsus contrarijs, facta iam publicatione, audiri. *post multos Simanc. supra num.* 3.

b hodie contrariũ in prax. obtinere scio. vide Gall. l. 2. obser. 96. n. 10 ben. post alios Sim. ti. 35 n. 7. ex quo deinceps addemus & alia.

c c. quoniam freq. §. sunt & alii, vt lite non contest.

d c. vlt. de hær. in 6. DD. in d. c. quoniã freq. & c. 2. de test.

e sic statuit Innoc. 6 vide Dir. inq. fol. 52

f Sim. sup. n. 17.

3. Possunt in hac causa à iudicibus, maximè Ecclesiasticis (vt sunt inquisitores) quælibet personæ egregiæ, etiam quilibet consanguinei, compelli, vt se coram ipsis sistant, & testimonium perhibeant, quod fidei fauore receptum. *g* Vt autem in hoc crimine illustres coguntur, sic etiam infames alias personæ, vt complices (de quibus actum) excommunicati, & similes, non vt plena eis fides, sicut alijs non famosis sed quanta prudenti iudici videbitur

g gl. c. 1. de test. cog. Rom. nota. 401. Ias. in l. ad egregias. D. de iureiur. Aimo cons. 120

circum-

circumstantijs consideratis, præbeatur, *h* valet etiam testimonium auriti testis, qui se ex ipsomet reo dicit audiuisse, *i* non qui ex alijs sic intelligendus D. Chrysost. *hom.* 30. *in Gen.* cum negat ex auditu iudicandum, nec exceptio in hac causa contra testes admittitur, nisi quæ testem penitus refellat, vt capitalis inimicitia, coniuratio, suborna-tio: cæteræ tantùm eleuant fidem, non tollunt.

Sed isti testes inhabiles, infames & non integri; tum demum admittendi, quando alij haberi nequeunt, vt in crimine isto ex natura rei & actus, vt plurimum contingit. *k* Coactio autem illa fieri potest, non per incarcerationem (etsi quidam iudices hoc perperam faciant,) sed exacto iureiurando se testimonium dicturos, semper excommunicationem; denique inducta multa, & captis pignoribus, *l. si quando, C. de testibus cap. 1. 2. & vlt. de testibus. og. Franc. Vnius in comm. opin. verbo test. citatus.* Et cogi potest etiam qui iurauit se non reuelaturum. *cap. inuenit. de testib. & dic. c. vlt. Vnius l. 2. verb. confessionem.*

4. Quantumuis multiplicentur depositiones personarum infamium & complicum, non est procedendum iudici ex his solis ad condemnationem; scio contrarium communius teneri & in praxi obtinere; *l* saltem vt pœna puniatur extraordinaria, argumentum eorum est, non lex aliqua aut ratio vrgens, sed generale brocardicum, ex multiplicatis indicijs debilibus resultare indicia indubitata. Sed hoc argumetum valde debile est; nec in rigore verum, nunquam enim quæ natura sua sunt dubia, possunt rem facere indubitatam; sicut nec multa venialia peccata vnum mortale: nec multa ægra vnum sanum, nec multa nõ alba vnum album, nec multa tepida vnum calidum, &c. quando res non sunt subordinatæ ad vnum finem natura sua, sicut vna depositio naturâ suâ non subordinatur alteri. Deinde totum illud, nihil fundamenti habet, nisi præsumptionem. Præterea quis neget; quamuis rarum id sit, fieri tamen nonnumquam posse, vt vno casu plura concurrant indicia ad crimen non verum, quam ad verum? Esto sic probatio criminis admodum laboriosa, progrediatur hoc ergo ad torturam: si ad necem insontis extendis; nonne durus & sæuus meritò dicare? sit crimen atrox natura: quid tum, si reuera non commisit? sic aliqui noxij elabentur, præstat decem elabi, quam vnum innoxium condemnari; si tortus fuit innoxius, potest ei solatij aliquid impendi: si damnatus & necatus, quod tu mortuo præbeas cataplasma? Denique ratum illud & receptum, etsi ad torquendum minora probationũ adminicula sufficiant; ad damnandum necessaria esse luce meridiana clariora, nonne hoc illi ipsi fatentur DD. quibus Bodinus & alij contra sentientes sententiam suam confirmant; *Marsil. pract. crimin. §. diligenter. num. 3. Choss. ad Gabriel. d. concil. 7. num. 7. Iul. Clar. quæst. 21. n. 9. vbi hoc confirmat arrestis Burdegalens. & Parisiensibus Blanch. de iudic. num. 384. Monticella reg. crimin. 4. num. 6. Osasc. con. l 65. lib 5. Farinacius quæst. 43. num. 34. 92. & 71.* Quos omnino hac in re puto iudici sequendos.

5. Si testes isti complices, postquam aliquem, in tortura & concurrentibus cæteris necessarijs, denunciarunt, & confessionem denominationemque hanc ratam habuerunt, & confirmarunt ad bancum, vt oportet, & ante

sen-

h c. in' fidei & ibi DD. de hær. in 6. Condisal de hær. q. 25. Corras. l. 5. miscel. c. 20. 15 man. bene sup. n. 20. & 21. seq.

k post plurim. Ant. Gab. b. 1. com. co l. rub. d. resc. concl. 9. v. de oj me loquentem insf. pa. te cõ. m. cf. territ. à fol. 20.

l vid. Bins d hoc fu e allegan em mẽbi 2. concl. 7. fol. 356 & add. An. Gõto c. 12. n. 8. Aymõ. cons. 178. Decis. cõl 8. l. 1. Lud. Peg. dec. crim. 17. n. 44.

vide sup. sect. 1. lit. L. vbi dictũ quib. concurrẽtib. vale aut ad tortam.

sententiam: postea post sententiam, in loco supplicij morte instante, innocentiam denominatorum à se protestati iudici populoque fuerint; vel ipsis denunciatis coram omnibus dixerint, se illos habere pro probis & inculpatis: sententia receptior est, iudici parum curandam esse huiusmodi palinodiam, tum quia raro sub mortem æqui sibi mente constant, vt ante illud tempus, quando confessio ratificatur; tum quia solent importunitate eorum, qui denũciati fuere, vel admonentium de animę salute, vehemeter rei sollicitari, & perturbari in extremo illo vitæ puncto, tum quia hæc recantatio non est facta adhibitis solemnitatibus, quæ adfuere primæ cõfessioni, ideo præualet prior. tum quia ista est extraiudicialis, prior iudicialis. Confessio quidem non perseuerans habetur pro nulla: sed demum, quando reuocatur ante sententiam latam, non postea. Moriens præsumitur memor salutis; quando est animo imperturbato, & sibi bene præsens: nec tamen omnes morituri, maxime sortiarij, sunt Sancti, quare hæc præsumptio leuior est, quam qua nititur prior confessio, his argumentis hoc tenuere nõnulli *a*. qui vero in terminis contrariũ scripserit; scio nullum. Confirmant, qui docent rectissime, dictum morientis non esse idoneum testimoniũ, vt alius torturæ subijciatur, nec in homicidio *b*; nec iudice dicente se tulisse, falsam sententiã *c*, nec in furti crimine *d*; nec in alijs vllis *e*, ex communi & in praxi recepta sententia. Cauendum ergo iudici, ne post denominationem factam, & lata iam sententia vmquam permittat partes ad reum accedere: hoc enim ad nihil vtile fuerit, nisi vt reum molestent, frustra quidã, si is non reuocet: si reuocet, damnosum id futurum, quia gignitur præiudicium

A non exiguum iudicio, quod sacrosanctum & indubitatum esse diceret; & ipsi quoque reo, qui falsum dixisse, vel falsitati consensisse sese in iudicio, vbi veritas dicenda, fatetur.

6. Quando malefici isti complices suos produnt, & postea ex interuallo variant; idem seruandum, quod in causa hæresis solet seruari; est enim eadem ratio huius criminis, & eadem praxis *f*. In

B hæresi res non est certa, nam sunt qui censeant standum illi testimonio quo hæresis reuelatur; & ideo si primo testimonio hæresis reuelatur, standum primo; si posteriore reuelatur, standum posteriori; etiamsi alterum iuramento foret confirmatum *g*. ratio est, fauor fidei & religionis; qui vt facit, ne hoc crimen in perniciem Christianæ religionis maneat occultum; etiam facit, vt in

C dubio quis præsumatur hæreticus, quãtum ad condemnationem pœnitentiæ in foro Ecclesiæ imponendæ, pro vtilitate animæ *h*. In primis obseruo forum Ecclesiæ duplex esse, vnum publicum, vt est inquisitorum: aliud priuatum & secretum, vt est pœnitentiariorum seu confessorum, quoad secundum facile admiserim hanc sententiam tot DD: nullum enim hæc præsumptio damnum, immo & commodum

D adfert pœnitenti. Quoad prius forum, quia res est maximi præiudicij, & solẽt inquisitores vel brachio sæculari tradere vel alia ẽt corporis afflictiua pœna, cum publica ignominia, reum afficere; valde hæsitare me fateor. Sane nec Iac. Simancas Episc. Pacensis, & postea Zamorensis, hoc simpliciter admittit, cu-

E ius hæc sunt verba, de hac testimonij correctione loquentis *i*; *nec audiendi sunt, qui putant eo dumtaxat casu id accipiendum esse: cum posterius testimonium* (scilicet, reuelans, quando primum non reuelabat) *est contra reum*

a Godeln l.3.c.9.nu 25. Binsfeld. supra fol.309.
b l. si quis in graui § si quis moriens ad Syllan.
c Bart. & al. add. §.1. quis moriens.
d Hippol. Mars. in prat. §. resta. in pri.
e Ant. Gomes. sup. c 13. nu. 17. Iul. Clar. d. q. 21. n. 17.
f docui supra ini. sectionis huius & vlt. Binsf d. memb. 2. fol. 315
g ex text. & gl. in c. accusat. § licet. de hær. in 6. Felin. in c. cũ in tus coll. 2. d test Cou lib. 2. var res. ca. 13 Reperto inquisito verbo testes. Menoch. de arb. casu 108. quos referr. & seq. Binsfel. fo. 114
h post glõ & Ioa. de Imo. Squillacensis de fide Catholica. ca. 34. Ioseph. Mas de probat li. 1. concl 495. nu. 8. qu. citat plurimos
i d. ca. 36. num. 6.

in fauorem fidei. Nam licet eam speciem ille expresserit, mens tamen legislatoris aliud procul dubio vult, æqualitas enim iustitiæ seruanda est inter accusatorem & reum, quinetiam reis fauorabiliores esse debemus, & ad absoluendum, quam ad condemnandum proniores k. Quid ergo dicemus? Vtique censeo si vtrumque testimonium confirmetur iudiciali iureiurando, & æque probabilibus nitatur coniecturis ac rationibus, priori potius standum, siue reuelet, siue non. Nam fauor fidei ad tam magnum præiudicium rei porrigi nõ debet. Si vtrũque confirmatum sit iureiurando, sed vnum iudiciali, alterum spontaneo & extraiudiciali, standum illi quod iudiciali nititur. Et quia prius semper coram iudice solemniter perhibetur, posterius vel raro vel numquam; semper tum standum erit priori, accedit quod quando iurat in posteriore, eo ipso iam declarat se periurum, qui prius falsum iurarit. priore quoque testimonio iam ius quæsitum, quod idem testis non potest auferre: posterius denique semper laborat suspicione subornationis, vt teste Simanca Demosthenes Lampidi obiecit *l*. Vno tantum casu puto standum posteriori, siue iuratum sit, siue non; quando apparet manifestis indicijs testem non leuitate aut odio, non prece aut precio, sed iusta omnino ex causa testimonium correxisse *m*. Quod vero idem Simancas putat maiorem præsumptionem adhuc fore pro testimonio posteriore; si reus moriens illud pro exoneratione suæ conscientiæ perhibuerit; quia tunc nemo præsumitur peierare, vel salutis suæ immemor esse, *ex D. Chrysosto. homil. 5. in 2. ad Timoth. Roman. Igneo & Mars.* id iam supra docui non procedere, quando ijs quæ iurauit, contradicit post sententiam latam; in tali etiam hæc præsumptio cessat.

k d ca. accusat. §. licet lib. absenten. de pœnis, l. Aria. de act. & obligat. l. fauorabiliores de reg. iur.

l orat. cõtra Phorniom.

m sic ex d. §. licet, & Cou. sup. & Curti. Sen. cons. 69. Simã. nu. 3. & 5.

SECTIO VI.

De ijs, quæ loco accusationis esse solent in hoc crimine, & de accusatione ipsa.

A*Ccusatio*, quæ aliquando sequitur incarcerationem, aliquando præcedit solemnior est, quam *denunciatio*, est enim maleficij alicuius apud iudicem, ad vindictam publicam solemniter facta delatio; sed in praxi, *querela*, successit in locum accusationis, quare vbi iudex non potest procedere ex officio contra delinquentem, nemine querelam proponente (quod in non multis locis est, plerisque enim potest iudex ex officio in quocumque delicto procedere, & ideo in plerisque locis, *inquisitio*, successit in locum accusationis *n*) vbi contra querelam omnia possunt obijci *o*, quæ contra accusationem.

Quoad personam, in hoc crimine admittuntur omnes alias inhabiles, quia est crimen exceptum, vt communiter omnes fatentur *p*, & ideo in hoc crimine laicus poterit accusare clericum: admittitur etiam minor viginti annis, etiam si suam vel suorum non prosequatur iniuriam; admittitur mulier, admittuntur infames & criminosi, & etiam socius criminis: etiam excommunicati, excommunicatione maiori: soli repelluntur ab accusando inimici capitales. Quod receptum de capitali inimico, quia est impedimentum iuris naturalis *q*. Quoad excommunicatos excommunicatione maiori; licet illi auctores esse non possint, nec illis possit ius dici; & videantur illos

n Farina. q. 12. in princ.

o Farina. sup. nu. 6.

p Farinac. à n. 12. & seq. Clarus q. 14.

q vide Farin. n. 40. & Clar. n. 17. d. q. 14.

excludere

excludere Clarus, *q.* 14. *numer.* 16. & Farinac. *supra numer.* 32. verius tamen est, eos non excludi in hoc crimine, sicut nec in hæresi, vt fatetur ipse Farinac. *numer.* 56. vbi præter inimicum dicit nullũ inhabilem in exceptis criminibus excludi. nec puto hoc Clarũ voluisse negare. Quo pacto enim complices admittantur, qui fere omnes sunt excommunicati? Ad rationem contrariam respondeo, non ipsis ius dici tunc, sed Deo; cuius directe causa agitur, quando fides defenditur.

2. Debet accusator crimen iudici proponere cum indicijs & argumentis suspicionum, & idonee cauere de damno resarciendo, si succumbat, & incarcerari donec caueat *a*. Calumniator tenetur ad damna, expensas, & interesse calumniati *b*, & iure communi ac constitutione Pij V. ad pœnam talionis; plerisque in locis ex iure cõsuetudinario, pœna arbitraria, pecuniaria, vel corporali. *vide Farinac. d. quæst.* 16.

a constit. carolin. c. 12. & 14. & 2. C. de ex hib. reis l. 9. C. de his qui accu. Angel. de malefic. v. ad querelam Farin. ostendit esse communẽ q. 16. nu. 8. BB.

SECTIO VII.

De apprehensione, & carcere.

QVamuis nemini liceat auctoritate sua maleficos occidere, licet tamen cuique in manifesto crimine deprehensos comprehendere, & iudici offerre; *vt explicanda l. vlt. C. de malef. iuxta Binsfeld.* nam si lex illa generaliter acciapiatur, esset rixarum seminarium, quia maleficus merito se defenderet, & aperiretur occasio petulantibus innoxios comprehendendi, addo præterea requiri, vt vel sortilegus sit fugitiuus, vel desit copia iudicis, vel bellum fuerit indictum talibus, vt de hæreticis contra Goffredum & Alberic. docet Simanca *c.* vel etiam nisi maleficus ille sit bannitus: alias, qui non habens merum imperium *d* & non existens in maiori magistratu *e* caperet & incarceraret, iniuste faceret. Potest autem capi quouis loco, & tempore, & cuius carceri includi: quia exutus est omni priuilegio, neque illa procedunt in criminibus atrocissimis, quare etiam possunt detineri in compedibus, manicis, cippis *f.* possunt pro pœna teneri in carcere obscuro & tetro, in quo intra paucos dies moriantur; sed hoc intellige postquam crimen confessi, vel conuicti, & damnati, de crimine mortem merente *g*. Capi tamen non poterunt nisi præcesserit informatio aliqua, post iudicia legitima; exæquiore sententia *h*: legitima vero ad capturam esse eadem, quæ sunt ad instituendam inquisitionem generalem, videtur velle Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 88. numer. 1. de quo hæsito. immo Simancas vult in crimine hæresis neminem capi, nisi iudices cõpererint plusquam semiplenis probationibus reos vrgeri 1. ratio, quia sola etiam captura in crimine hæresis vehementer infamat. verum hæc sententia, nec satis fundata est, nec satis tuta reipub. quam priuatim misericors in reos, tam publicè noxia, & in commune vergens periculum. Nam semiplenę probationes omnium iudicio ad quæstionem etiam in criminib. minus reip: noxijs sufficiunt. Deinde quo crimen est atrocius, & in commune perniciosius, hoc leuiorib. iudex indicijs fretus potest ad capiendum procedere. Sed & personarum habenda est ratio, vt facilius procedatur contra vilem, & pauperem, & plebeium, quam contra nobilem, bonæ famæ, & locupletem. Forte opinionum diuersitas quam Pacensis Episcop. hac in re inueniebat,

c arg. l. nõ est singulis. de reg iur. li. ait. prætor §. si debitorem quæ in fraud. credit. Simanc. prax. 15. num. 5. *f* Farinac. q. 27 n. 34 *g* Vide Farinac. q. 27. num. 6. *f* Farinac supra nu. 100. & hoc factum in causa Doctoris Belini. *g* Farinac. nu. 104. *h* Lancel. corr. d. de offic. prætor. in cau. crim. tit. de captu. Mynsing. cẽt. 5. obs. 69. Anto. Gomes. d. tom. 3. c. 8 & opt. Farin. à nu. 112. vsque 117. *i* Simanc. d. tom. 25 num. 2.

in præceps eum egit. nam si octo enumeratis à Farnacio *k*, addas aliam Gomesij, *l* & commemoratam Simancæ, iam decem numerabis. Illis prætermissis. *primum statuo*, iudici de delicto commisso constare debere; vt vult Gomesius; sed id intelligo, quando de actu extrinseco & damno dato agitur, *deinde statuo*, iudicis arbitrio permitti, quando sine, vel cum quibus indicijs, capere reum debeat *m*: verumtamen eum oportere legibus, ratione, & æquitate hoc suum arbitrium moderari considerata criminis, & personarum qualitate, quare ad simplicem querelam siue delationem nũquam sim auctor, vt ad capturam, ne vilium quidẽ personarum, se iudex accingat; nisi delator summarie probet reum esse suspectum de fuga, & idonee caueat per fideiussores; aut, si persona sit locuples, se suaque obliget, pro refusione impensarum, damnorum, & interesse, casu quo querelam suam non probaret. his enim concurrentibus Castrens. Bald. & aliorum veterum *n* sententia recipi poterit, alias certe nimis rigida. Poterit eodem modo iudex procedere, quando ad delationem accedit nominatio seu indicium ab ipso infirmo periculose laborante, (verbi gratia, defertur ad iudicem à medicis, Petrum esse maleficio læsum; iudex ex officio mittit Notarium ad Petrum, qui interroget, quem putet auctorem maleficii, Petrus nominat Ioannem, qui iam delatus fuerat ab alio.) ratio praxis est, quia talis infirmus adhuc sensibus & iudicio integer animo imperturbato, præsumitur merito salutis suę memor, & huiusmodi infirmitas habetur pro quadam specie torturæ *o*, ideo iste torto comparatur: nec dici potest spontaneus delator, neque hic locum habent alia illa impedimenta, quæ recensui-

k d. q. 17. à nu. 14.
l d. tom. 3. cap. 8. v. 1.
m argu. l. D. de cust reo. Clarus q. 28. n. 2. Kirchou. Cẽtur. 4. conc. 30. bonaco. in comm. opin. & alii.
n vide Farin. sup. num. 115. 120. 128.
o Cravet. Rolandin Mascard. & alii apud Farin num. 29.

A

mus contra nominationem sortiarij in vltimo supplicio deponentis. Optarem tamen hoc casu hanc nominationẽ infirmi nudam non esse, sed ornatam causis opinionis siue suspicionis, cur illum credat auctorem. Denique notandum, quod socij vnius denunciatio, indicium sufficiens præbeat ad capturam, si aliud indicium accedat. Sic post multos Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. cent. 474. numer. 25.* Mascard. *volum. 5. de probat. conclus. 1311. numer. 10. & 11.*

B

Porro ad solam informationem extraiudicialem in scripta non redactam, siue quæ non sit in actis & apud acta, quicquid nonnulli censuerint, non arbitror capere licere: nisi duæ saltem à Claro *p* requisitæ conditiones concurrant, scilicet vt delictum sit enorme (quale est crimen maleficorum) & periculum sit, ne reus aufugiat, interea dum informationes in actis recipiuntur: quod periculum cum semper fere sit in maleficis, quæ vt plurimum sunt viles personæ procliues in fugam; vix accidit, vt iudici non liceat post nudam huiusmodi extraiudicialem informationem, vel post querelam, qualem diximus, incarcerare. Prosper Farinacius *q* addit tertiam conditionem, vt iudex securus sit, quod post captũ reum venient testes deposituri: sed cum Salyce. Claro, & Cauense, quos ille citat, puto priores duas sufficere. Illud optime idem Prosper admonuit. *male facere iudices illos, qui lucri causa multos penes se habent exploratores, & ad simplicem vnius illorum relationem reos in carcerem compingunt. hæc enim practica damnabilis est* (inquit) *nec in iudicijs per principes toleranda.*

C

D

E

Quoad personas nobiles, & honestiores genere vel dignitate, et cõiuges re-

CC.

p q. 28. n. 1. in fin.

q supra num. 131.

spectu

spectu maritorum, eas sub fideiussoria, immo & iuratoria cautione relaxandas censuit Godelman. *a* & multos citauit, sed in primis illi Dd. non loquuntur in terminis & expresse de nostro crimine. Deinde nec in genere, quando venit infligenda pœna mortis, id verum est in alijs criminib. si rei alias ex carcere fugerint, vel si delictum sit notorium, vel in flagranti crimine sint reperti, vel ad torturam iã adiudicati. Præterea requiritur, vt iudex reũ reperiat innocentem, vel saltem valde dubiter, & vtroque casu cautio illa nõ admittitur, nisi finito processu & cõpleto. Denique certum est non cogi iudicem dimittere, sed hoc totum, ab eius arbitrio, prudenter perpensis circumstantijs omnib., dependere *b*. nec facilis esse debet in nostro crimine; quod, sicut hæresis, omni priuilegio & dignitate reũ penitus spoliat. Nunquam sane dimitterem sub iuratoria cautione tantum (quomodo qui Deo periuri, mihi iusiurandum seruent?) sub fideiussoria vero: non nisi vrgentibus grauissimis caussis, & quando fideiussores se vt custodes obligarent, quo casu multo melius prospicitur reipubl. quam si vt fideiussores tantum; quæ cautela à Soare accepta placuit Menochio eam explicanti *c*.

Capi sortiarios seu maleficos etiam in Ecclesia posse, puto ex multiplici capite, tum quia crimen est atrocissimũ; tum quia sunt sacrilegi, tum quia blasphemi; tum quia venefici & homicidæ deliberati & proditorij, tum quia sunt vt plurimum hæretici & apostatæ; nam nullis istorum suffragatur immunitas loci sacri, ne ibi quidem vbi viget *d*; & in casu quo non valet immunitas. volunt multi etiam non requisito Episcopo reum extrahi per iudicem sæcularem posse: alij tamen voluntab Episcopo veniam peti. prior opinio de iure verior & receptior erat ante bullam GREGORII XIV. optimi & laudatissimi pontificis, qua expresse cautum, *ne liceat sæcularibus iudicibus, sine* EPISCOPI *licentia aliquem ex* ECCLESIA *extrahere, etiam in casu alias permisso, nisi si forte* EPISCOPVS *talem licentiam dare recusauerit: & tunc reos sic extractos debere ad carceres Ecclesiasticos conduci, vt illic detineantur, donec per* EPISCOPVM, *vel ab eo deputatum, cognitum fuerit, an crimen sit tale, vt gaudere non debeant immunitate* ECCLESIASTICA.] Vbi tamen hæc bulla non obligaret, ibi posset extrahi casu dicto: sed modeste & cauendo tumultum & offensionem personarum Ecclesiasticarum, & dummodo postea, comperto quod non debuerint extrahi, statim Ecclesiæ restituantur *e*: & in ijsdem locis, valebit ius præuentionis in eo, vt si reus nondum sit extractus, ad Ecclesiasticum iudicem; si iam extractus, ad sæcularem pertineat iudicare, nam immunitate gaudere debuerit, nec ne *f*.

Indebite carcerati, malefici, etiamsi carcerem effregerint, propter talem fugam nec puniendi erunt, neq; pro confessis habendi, neque ad carcerem redire tenentur, etiam si redire iurauerint *g*. neque tenebuntur ad pœnam conuentionalem ipsi vel fideiussores, si quos dederunt *h*: neque ad torturam propter huiusmodi fugam rapi possunt (vt possent si carcer fuisset iustus) etiam si animo non reuertendi fugissent *i*. Sed an in foro conscientiæ peccet fugiens ex iusto carcere, quæstio est difficilis, neque hic tractanda. Peccare censet Farinac. nu. 90. cum Couarr *k*, sed non peccare censuit Maior, & Felin. cum antiquis aliquot Canonistis, & ex recentioribus Lopezius, *Instruct. c.* 66. immo & teneri fugere, si tuto possit vo-

a sup. n. 14.

b vide Farinac. hæc bene probantem q 33. à n. 34.

c de arbit. cas. 303. num. 37.

d vide Farinac. late scribentẽ quæst. 28.

e Couarr. lib. 2. var. reso. c. 20 n. 18. Clar. q. 30. n. 20. post Guidonem Pap. Boer. Remig. & alios.

f Vulpell. resp. 130. n. 6. Farinac. supr. num. 76.

g sic post Rolandin. Minsing. & Couar. 2. var. reso c. 2. n. 7. & 11. quidã notant & bene.

h Farin. q. 30. n. 79.

i Farin. à num. 85.

k l. 1. var. resp. c. 2. n. 8. & 14. & Brunor. à Sole in q. lega. q. 30 num. 24.

DD.

sic voluit *Victor. relect. de homic.* Breuiter nihil hic peculiare est, quoad sortiarias, ideo de hac quæstione in genere tam pro sortiarijs, quam reliquis; si vis, lege, *Couarr. supr. Sot. ad 2. 2. quæstion. 69. argument. 4. Nauarr. Manual. cap. 25. Victor. d. relict. Lopez. d. cap. 66. Binsf. in Enchirid. & Brunor. sup.*

In ipsa captiuitate quædam sunt iudici obseruanda, primo, vt statim perquirantur omnes areæ & anguli domus accurate; num inueniantur pixides, vnguenta, pulueres & alia instrumenta maleficiorum; neque rei permitti debent iterum ingredi domum, ne capiant, taciturnitatis medicamenta. *Sic Petr. Gregor. libro 23. de republ. capit. 30.* superstitiosum autem est, quod quidam addunt curandum lictoribus, vt sublimes de domo tollantur, ne, antequam in carcerem detrudantur, terram contingant, credo verentur isti, ne sint de genere Antæi Libici, cui contacta terra vires de nouo sufficiebat, iuxta fabulas. Tale etiam illud, detrahere omnem illis vestem, & induere eas sola quadam interula; quæ vno die neta, texta & consuta: superstitiosum non foret, sed vtile eas omnib. suis vestibus spoliare, & alijs vestire, ea gratia, ne quid lateret in vestibus maleficij. Sane hæ diligéter excutiendę & scrutandę. Valde etiã mihi suspectum, quod quidam graues auctores *l* scribunt; admonẽdos iudices, ne patiantur se à maleficis tangi super nudam iuncturam manuum & brachiorum, cur quæso? sine veneno inficiant, certe possunt etiam infici alijs partibus tactis, ne fascinent? deme venenum, & partium istarum nulla erit fascinatio. Simile est, quod addunt ijdẽ, producendas ante iudicem maleficas tergo aduersas, quia putant, si iudices ante alios, maleficæ aduenientes adspexerint, eos fascinari visu, & fieri mitiores ac faciliores ad absoluendum, nonne hæ sunt neniæ pueriles? quid virium habet aspectus maleficæ, eo quod primo vel secundo loco iudicem viderit? Deinde quomodo hæc cohærent, maleficæ cognitioni iudicum addictæ, statim vim maleficiorum amittunt, quod ijdem asseruntauctores: & fascinant nihilominus modis prædictis, an, quod fascinant ante cæptam cognitionem post captiuitatem, post cæptam vero cognitionem non amplius? ostendant diuersitatis huius causam, si nos credere sibi postulant. Deinde communior est rumor, statim atque incarceratæ sunt, nocere eas amplius non posse. Nec defuere qui sollicite causam quærentes, tandem duas reddidere homines non Catholici *m*. Primam quod cõmode illic venena sua habere non possint, quasi vero Diabolus ea nequeat adferre: & nequeant illa ab eo accipere nisi per manum commentariensis, vt illi falso supponunt. Secundam, quod libere cum suo magistello communicare non audent; & maxime metuunt, ne à iudice colloquentes deprehendantur, quasi nesciant nocturni temporis multum sibi ad hoc superesse, & nequeant occulte dæmonem, etiam alijs præsentibus alloqui, surdaster credo Satan est, & eget clamoribus. Refelluntur, hi ipsa experientia, nam constat à Satana illas vehementer sæpe in carceribus affligi; (vt de nonnullis testatus Remigius lib. 1. capit. 13.) constat etiam in ipso carcere aliquando illi cõmiscri, & posse grandine agros lædere: cumque hęc damna inferant per ipsum dæmonem, solo nutu possent illi significare, & ipse, illis vinctis, id exsequi per sese. Anno CIↃ. IↃ. XCVII. cum Stabuletum proficiscerentur, Leodio Quæsitores, Oranus, & alij in via plana subito, currus deiectus fuit, & mirifice

per

A B C D E

(Spreng. in malleo. 1. q. 15. & Greg. sup. n. 4.

m Danęus de Sortiar. c. 4. Godelm. d. c. 4. lib. 3. n. 17.

Exempli vide infr. lib. 5. sect. 10. in fine.

per medium confractus, omnibus tamen illæsis, pedibus ergo, quibus equi non aderant, reliquum iter confecerunt, cum Stabuleti in carcere inuisissent Ioann. illum de Vaulx, cuius causa eo profecti fuerant; is statim illis, bene (ait) in vita expalluistis; nec satis vobis omnia prospere successerunt. Et dissimulantibus illis, casum narrauit, B addiditque se id à suo dæmone accepisse, damnum tamen ab alio quodam dæmone illatum, iniussu suo: voluisse dæmonem amplius nocere; sed non licuisse. Hinc causam habetis, posse per dæmonem nocere, si Deus permittat: raro Deum permittere, ne iustitiæ executio in maleficos impediatur. *Plura videte sup. lib. 3. part. 1. q. 3.*

Vtilior ergo est monitio, ne iudices illos diu detineant in carceribus, sed C vel fontes velox pœna consumat, vel innoxij reperti liberentur maturius: *a* & vt obseruentur, ne qua secum ferant, vel ne qua inferant alij, quib. sibi necẽ queãt inferre: & eadẽ de causa, ne diu solæ permittantur, nihil enim Diabolus diligentius conatur, quam ad mortis consilium illas inducere *b*. Sed cur eas carceribus non eripit? GRILLAND. *quæstion. 9.* scribit quosdam iudices sæpe expertos an solita inunctione Magi capti per dæmonem efferrentur, & D nullum vmquam sortilegia, tum effectum sortita. Vnde multos tenuisse, quod captæ à dæmone eripi non possint: & rationes reddit duas, primam quia Diabolus mauult illas in professione sua statim mori. 2. quia DEVS non permittit dæmones exercere potentiam suam, ne id fiat in scandalum ipsorum iudicum, & Dei ignominiam. Nam videretur plus posse Diabolus in suis ministris strigibus; quam Deus in suis, qui sunt Iudices, quæ ratio posterior est D. Thom. Confirmatur, quia E Pompeiopoli existens Inquisitor permisit cuidam malefico capto vt se inungeret, & licentiam dedit euolandi si posset, & ille statim sublatus fuit in aérem. Cum Legione in Hispania degerem legi litteras ad doctorem quendam Canonicum datas, quibus hoc inter cætera narrabatur. Ergone hoc tũc accidit, quia cessabat ratio prędicta, nec dæmon poterat videri contra iudiciariam potestatem præualuisse? Suaderem tamen Iudicibus abstinere ab huiusmodi experientijs; in quibus plus est curiositatis, quam pietatis. Punitæ morte iudicum curiositatis ego alias ex Cumano exemplum dedi; quod idem ex Siluestro Prierate CRESPETVS narrauit, *lib. 1. de odio Satanæ discur. 15.* Posterior autem illa: D. Thomæ ratio quanti sit momenti dictum iam, *lib. 3. part. 1. quæst. 5.*

a Authen. hodie. de custod. reorum. *b* Nic. Remig. li. 3. dæmonolat. c. 6. 7. & 8.

SECTIO VIII.

De accusatione in iudicio post incarcerationem.

DE hac sufficiunt iam à nobis dicta, sup. sect. 6. si quis plura volet, legat Prosp. Farinac. *quæst. 12. & 16.* Clar. *§. fin. q. 12. cum mul. seq.*

SECTIO IX.

De tortura.

AD hanc iam diximus, quæ sufficiant indicia; *sup. sect. 3. & sect. 4.* Nũc videndũ nobis qualis esse debeat? quãdo iteranda? decernenda ue? & quæ hac in re superstitiosa sint vitanda? EE

Quoad primum secundumque sunt

enim

enim valde commissta, quæ de ijs dici possunt, scienda sunt sequentia. Imprimis poterit iudex instituere interrogationes ad formulam illam à Grillando c traditam; *Quid sit illa professio, quam faciunt cum dæmone, & quibus modo & ordine ad illam accedant, & quibus cæremonijs & solemnitatibus in ea vtantur: Ad quid se obligent dæmoni? sub qua forma verborum fiat ipsa obligatio? quæ sint ab eis seruanda & ad quæ teneantur? quæ præmia habeant, & quæ habere sperent ab earum* PRINCIPE *Dæmone? ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componant vnguenta, quibus liniant corpora sua dum vadunt ad ludos? cum quibus etiam rebus faciant alia venefica maleficia? quem ordinem teneant, quando accessuræ sunt ad ludos prædictos? sitne verum quod vadant corporaliter, vel illa sit illusio siue visio quædam in apparentia, in mente, & intellectu? casu quo accedunt corporaliter, an ambulent pedibus propriis, vel aliter deferantur, & quomodo, & per quæ? Item quomodo & qualiter celebrent sacrificia, offerant preces & munera dæmoni? Item quæ sint illis in præcipua obseruantia in dicta professione?*]

c q. 7. n. 7.

Et alia huiusmodi quæ iudici ex præcedenti inquisitione, vel denunciatione videbuntur exquirenda: postea poterit interrogare de singulis, *num hæc, & quando, & cum quibus, & vbi fecerint*? in his vtile erit à leuioribus, quæ facilius confitetur, ad grauiora progredi, ideoque vltimo demum loco de copula cum dæmone interrogare (*Spreng. part. 3. mallei quæst. 14. & 15.*

Abstinendum iudici tormentis, si possit abstinendo veritas haberi, *quæstio*, enim, *res fragilis est, & periculosa, & quæ sæpe veritatem fallit d*, sæpe fit vt *innocens pro incerto scelere certissimas luat pœnas e*, frequenter tamen cogitur iudex quæstionem adhibere, *cum qui se negant crimine quo accusantur teneri, torquentur, vt facinoris veritas, quæ indice voce, non promitur, dolore corporis exprimatur*, teste Beato CYPRIANO *f*, & est THEOLOGICA sententia communis.

l l. 1. § quæstion D. de qu. Aristo. in Rhet. ad Alexa. de quæstione.

e D. Augu libr. 19. de ciu. Dei

f Cyprian. ad Demetriam. Ioā Maior. in 4. d. 15. qu. 22. Siluest. Tabi & alij verbo. Inquisitio.

Torturæ modus iudicis arbitrio committitur, sed debet illud moderari prudentia & equitate; primò, vt præcedant indicia sufficientia, de quibus egimus, *Sectione. 1. 2.* vt cōstet prius de corpore delicti, quod ibidem probauimus. 3. vt reo sit data indiciorū copia, & processus contra ipsum iam formati, & tempus ad se defendendum sufficiens g. 4. vt reus nec sit confessus, nec conuictus. 5. vt per interlocutoriam reum iam damnarit ad quæstionem, expressis in sententia causis, cur; & reus non appellarit, aut friuole & calumniose appellarit. appellationi enim non friuolæ aut calumniosæ deferendum est: adeo vt contra eam tortus & confessus nequeat condemnari. Si constet iudici friuolam vel calumniosam esse, potest eam contemnere: poterit autem credere talem esse, quando in processu erunt indicia legitima ad torquendū, quæ reus in termino sibi concesso non sufficienter expurgauit. Si de hac re iudex dubitaret, omnino deberet appellationi deferre, & à tortura supersedere. 6. debet iudex postquam reus cibum vel potum sumpsit, propter periculum vomitus, vt minimum quinque vel sex horis, à quæstione abstinere. 7. debet pro grauitate delicti, certitudine indiciorum, & qualitate personarum, etiam qualitatem & grauitatem tormentorum remittere vel acuere. Modos autem & gradus torturæ recte proponit FARINACIVS *h*. debet etiam iudex, licet istud delictum sit atrociſsimum, eum modum & diuturnitatem quæstionis

g de his & seq. vide Prosp. Farin. q. 38.

h sup. num. 34.

in eo,

neo seruare, vt corpus rei maneat vel illæsum, vel modice læsum, saluum innocentiæ vel supplicio: illæsum dico, quod ad carnis lacerationem, aut ossiũ vel neruorum fracturam, nam quo ad discompaginationem, siue disiunctionem iuncturarum & ossium non immoderatam, vix in tormentis ea potest euitari. Hic merito cunctis sequenda foret (extra tormentum insomnię) Pauli III. bulla LVIII. *a* quæ vetat reũ in tortura vltra horæ spacium detineri. Debet etiam iudex abstinere nouis, & in sua prouincia inusitatis torquendi modis; Sed vtatur solitis in hoc crimine; vt tormento funis tenuioris & affusione aquæ frigidæ in tergum appensi, vel etiam additis ad pedes ponderibus, vel vt baculo inter pedes inserto nequeat iungere; vel tormento vigiliæ omnium optimo & tutissimo, quando non additur simul membrorũ extensio, hoc optime nobis describserunt Flamin. Cartar. & Farinac. *b* & eo potissimum vtendum quoad mulieres; maxime honestiores, vt sunt monniales, &c: hæc in inferenda quauis tortura.

Quoad iterationem quæstionis, seruandum primo, ne vnquam etiam vrgentissimis indicijs superuenientibus, reus torqueatur vltra tertiam vicem, etiamsi varius sit in cõfessione; quod si semper constanter negauerit, non possit vltra duas vices torqueri *c*, licet cõtrarium seruetur in praxi. secundo, nõ est repetenda eodem die quæstio, sed vnus saltem dies inter singulas est interijciendus, vt terror ille & dolor resideat *d*, tertio, nunquam est iterãda nisi superueniant indicia noua, & diuersi generis, & prioribus euidentiora: & nisi reus sit adeo fortis ac robustus, vt animo & corpore in priore tortura perdurauerit: item nisi priores torturę nimis lenes & insufficientes fuerint: quod dijudicare pendet à iudicis arbitrio, quarto, si reus in tormentis confessus, sequenti die non vult ad bancũ (quod aiunt) confessionem suam ratificare extra torturam, dicatque se dolore tormẽtorum falsa fuisse confessum, poterit absque nouis indicijs de nouo subdi quæstioni, vt perseueret. Si tunc reus in secunda quæstione pergit negare, primam confessionem expurgat, & est dimittendus, nec poterit tertio torqueri *e*: nisi tamen prima tortura fuisset insufficiens & indicia valde vrgerent, tunc ad tertiam posset deueniri. *f*. Quod si in tertia adhuc negat, omnino dimittatur: si in tertia sicut in prima iterum confitetur, & post torturã ratificet quæstionem omnino est puniendus: si tertia in tortura iterum confitetur, sed post torturam negat, non poterit quarto torqueri, sed est absoluendus, quia cuncta indicia priora purgauit, & vltimum istud solum ad quæstionem non sufficit, estque tandem finis aliquis quæstionibus imponendus. *Sic Simanc. supra numero 43. & alij illi supr. citati, & præterea Boss Blanc. Carer. & Farinac. eos sequens supra numer. 99. & 105. vide Marsil. in repetitione l. repetit. D. de quæstion. Et quod tunc simpliciter & absolute sit dimittendus liber volunt Eymeri, in 3. part. director. & Pegna d. comment. 31. Anton. Gomez. d. capit. 13. numer. 28. soluens argumenta contraria. Dambaud. in prax. crim. cap. 40. & alij apud Binsfeld. l. 7. ne malef. C. q. 1. conclus. 16.* Estque non illepidum quod narrat Marsil. habuisse se Mediolani quendam insignẽ nebulonem; qui in tortura fatebatur, & in auditoribus post torturam cũcta iterum negabat tandem rogatus quare sic faceret, renidẽs respondit, quia melius iudico mi. lies torqueri in brach j; quam semel in gula, quare? quia

a habes in Bullario Magno part. 1.

b Cartar. lib. 4. praxi cri. c. 2. n. 7. & 8. Farin. sup. nu. 71. & Marsil. in l. 2. D. de quæst. FF. sic intelige Simã & quos a leg. prax. c. 52. n. 42. & Maior in 4. d. 15. qu. 22. & Simanc. sup. n. 19.

c Sic Simãc. sup. n. 43. & 1 suis præd. Milleus, Clar. Dahaut. & Cartar. *f* hæc est mẽs etia Simã sup nu. 46. & Fran. Pegnæ in direct. inquisit. 3. p com. 39.

b sup. num. 34.

multos reperias chirurgos, qui norint
sua in loca reponere & coaptare ossa
brachiorum, nec vnum inuenias; qui
norit reaptare gulam, & similibus sibi
illudentem Hippol. Marsil. coactus fuit
liberum dimittere. Porro qui dimittẽ-
dus, eum censeo dimittendum abso-
lute & simpliciter; sine fideiussoribus,
idque ex receptiore sententia; neque
causam indecisam relinquendã. Si ta-
men indicia non forent per reum suffi-
cienter purgata; vel etiãsi verisimiliter
exspectarẽtur indicia noua & clariora
præcedentibus: tunc, ex multarum Cu-
riarum praxi, posset reus dimitti data
fideiusione de se repræsentando, cum
iterum à iudice accersetur; & tunc,
cum ista indicia noua superuenerint,
reus iterum examinatur, hæc dimissio
tunc non est absoluta, sed stantibus tã-
tum rebus, prout tunc se habebant. *vt
bene post Boer, & Carauitam Clarus qu.
62. & Damhaud sup.* Praxis vero illa quã
Sprengerus ponit, *part. 3. Mallei q. 14.* vt
damnetur non ad torturam iterandã,
sed ad eandem alio die continuandam,
& hoc posse fieri non ortis nouis iudi-
cijs, mihi callidior, quã verior; & cru-
delior, quãæquior videtur. Nec enim
decet huiusmodi verborum captiũcu-
lis sæuitiam intendere, quid prodest
vocare continuationem, quæ reuera est
iteratio? quam durum etiam est, per cõ-
tinuatos dies quæstionem exercere?
absint à pijs iudicib. huiusce modi cõ-
menta. Quod dixi, secunda vel tertia
vice iterari tormenta posse; id proce-
dit, quando reus duntaxat causatur do-
lore quæstionis, se victum fuisse: sed si
contenderet erroneam fuisse cõfessio-
nem, & se paratum probare suum erro-
rem, & adsint aliqua indicia pro reuo-
catione facientia, tunc non posset iterũ
subijci quæstioni, sed debet ei spacium
tribui probandi erroris, interea latius

A

B

C

D

E

haberi, & admitti ad eam aduocati
ac procuratores, vt possint cum ijs
conferre *g*. Hæc de reo non conui-
cto.

Cæterum si reus sit conuictus, con-
sultius est iudici non subijcere eum
quæstioni, quia tortura solet indicia
præcedentia purgare, immo & plenas
probationes; & ideo renus etiam con-
uictus in tortura, & post eam constan-
ter persistens, foret liberandus, vt
ex communi Dd. sententia docet Fari-
nac. *h* Et licet multi grauissimi iuris
interpp. existiment, adhuc huiusmodi
posse condemnari *i*. & sic Parisiensis
Curia, teste Paponio, aliquoties iudica-
rit; contrarium tamen, quod dixi, cõ
munius & verius esse, cũ Cartario cen-
suit. Farinac. saltem quoad pœnam or-
dinariũ, vt ea infligi nõ possit: extraor-
dinariam non corporalem fateturin-
fligi posse, quando conuictus tantum
fuit præsumptionibus vrgentissimis;
quod si conuictus fuerit plenis probi-
tionibus, tũc posse infligi pœnam cor-
poralem extraord. etiam triremium.
Sunt tamen aliqui casus, quib. tortura
reum conuictum nõ eriperet punitio-
ni ordinariæ. 1. si non detur super deli-
cto, de quo quis fuit confessus, vel cõ-
uictus; sed ad notitiam aliorum delicto-
rum. 2. quando datur tantum pro ha-
benda vlteriore veritate qualitatum
aggrauantium. 3. quando irrogatur ad
habendos complices, fautores recepta-
tores, & alios participes. 4. si iudex de-
cernit eam cum protestatione, id se fa-
cere sine præiudicio probatorũ; & re-
uera hæc protestatio non appareat cõ-
traria facto; vt appareret, si reus inter-
rogaretur super principali delicto, etiã
oretenus & non scribente notario. Sed
vtrum iudex possit reum testibus ple-
ne conuictum torquere? Nauarr. *in
Man. capit. 18. numero 59. respondere*

iudicem

g Bossius tit. de tort. num. Follet. & Fran. Personalis apud Farinac. nu. 102.

h qu. 4. n. 26. & qu. 40. n. 1. Marsil. singu. 101. Gramm. consil. 24. & dec. 81. n. 1. & 2. 7. Coura tract. qq. cap. 13. post n. 1. Ant. Gomez. d. c. 13. post n. 20. Rem. Follet. & alij.

iudicem qui hoc facit ad impediendam rei appellationé, peccare Mortal. nisi constet calumnioſam ac friuolam fore appellationem. In illis locis vbi neceſſaria eſt rei confeſsio, non habet locum Nauarr. ſententia: vbi non eſt neceſſaria. procedit quoad tormenta ad hoc inſtituta, vt delictum illud, de quo conuictus eſt, fateatur ; non quoad complices nominandos, aut circumſtantias delictum aggrauantes, de quibus non eſt plene conuictus.

Quoad perſonas torquendas crimen iſtud eſt exceptũ, ideo priuilegio ſuo omnes ſpoliantur: diuerſimode tamen. Nam qui ſunt priuilegiati ratione dignitatis vel ordinis; illi plane ſpoliantur, etiam clerici & monachi etiam non infamati, mitius tamen ſunt torquendi iſti, quam alij vt docet Simancas. *a* Quoad eos qui ſunt excepti ratione ætatis; puto ſi ſint minores annis XIV. tantum eſſe terrendos, etiam terrore reali; vt nudando, ligando, & ad eculeum adducendo, non tamen imponendo. Si minores tantum viginti quinque annis ingreſsi ſaltem decimũ quartum, torquendi, ſed mitius, quam maiores: ſenes vero, pro cuiuſque viribus minus tamen acriter, quam viri *b*. Idem de cæteris priuilegiatis ratione debilitatis, qui torqueri poterunt moderatus, dummodo abſit mortis omne periculum: excipiendæ ſemper prægnantes, fauore partus, donec peperẽrint, & periculum illud euaſerint: quoad alias mulieres, nihil peculiare eſt, niſi quod honeſtatis, quam in viris, adhuc maior habenda ratio maxime ſi virgines, aut ſanctimoniales ſint.

Quoad tertium dubium, ſciendum multos maleficos contumaciſs me tormenta perferre, munitos (vt ipſi vocant (remedio ſiue, *maleficio Taciturnitatis* : quod maleficium *c* tradunt componi ex corde, vel alijs membris infantuli non baptizati, violẽter necati, & in puluerem redacti, quibus cineribus corpori inſperſis, vel occultatis, ſilentij hanc vim conſequantur. Certum eſt in tormentis multos hoc ſilentium retinere, vt *d* ſcriptores plerique teſtantur. & quotidiana narrat experientia. Fit autem hoc artificio Diaboli multis modis, quorum quoſdam obſeruate Binsfeld etenim multiplex eſt cauſa huius ſilentij, vel enim tacent quia dolorem non ſentiunt, vel quia loqui non poſſunt; etiam ſi ſentiant ; vel quia nec ſentiunt, nec loqui poſſunt; vt quando profundo ſomno opprimuntur, (ſomnum hunc conciliat dæmon cauſis mere naturalibus, vt medicamentis ſoporiferis & ſimilibus) vel ſane, quia licet ſentiant & loqui poſsint, robuſti tamen atque fortes omnia tolerant, & obſtinato animo cruciatum interrogationeſque omnes contemnunt. vt non ſentiant, ſolet dæmon efficere per quædam naturalem vim obſtupefaciendi ſenſus habentia ; quibus fit, vt vel dolorem non ſentiant, vel lenior & tolerabilior dolor videatur, de qua re actum ſuperius, *lib. 2. quæſtio. 21.* Aliquando pondera appenſa ipſe leuat, & corpus ipſum ſubleuat, funes quoque quibus ligati & extenſi laxat, aliquando vero ea quæ corpori infligi, vel infundi videntur; ipſe alio auertit, aut vim eorum priuſquã corpus contingant tollit, aut aliquid medium denſum & ſolidum : quod ſimul facit ne abſtantibus ſit conſpicuum : interponit. Aliquando denique corpus ipſum malefici ex eculeo tollit, & aliud ſubſtituit : quæ cuncta cum DEVS permittit, illi facillima ſunt, rarius tamen hanc ſuper poſitionẽ corporis alterius contingere puto: frequen-

a d. tit. 51. à nu. 23.

b eſt communior vt patet ex hac Portic. con. 99. Simanc. ſup. n. 21. & 22. Farinac. q. 41. n. 103.

GG.

c Spreng. mal. malef. p. 3. q. 14. & 15. & exeo alijs

d Eymeri. part. 3. Direct. inquiſit. & ibi Penna comment 39. Gril. de tortur. q. 4. à n. 12 Damaud & alij.

e in d. l. 7. 2. 1. concluſ. 15.

quentius auersionem illam siue depulsionem, item interpositionem (quam dixi.) Et vel vehementer fallor, vel plane id factum in Lycantropo illo VVestphalico annis superioribus. de quo vt, ex ore, *Serenissimi Electoris Ernesti, Bauariæ Ducis*, Carolus Bilheus Vir. Clar. mihi narrauit, ista ferebantur: homines vicies (*en, iudicum clemens arbitrium, quo se porregat in illis partibus Aquilonaribus*) sæuæ quæstioni subditum, nihil fassum, sed renidenti ridentique similem cuncta supplicia pertulisse, tandem carnificem reo poculum quoddam medicatum præparasse; & ipsum quidem purum putum vinum propinasse, bibisseque, reo vero exhibuisse potionem illam alteram, sic imposuisse, ecce tibi confestim reum omnia sua facinora narrantem; & inter cætera, lustrorum aliquot Lycantropiam, & quę tum plurima perpetrarat. quærentibus, vnde hæc tam subita mutatio? respondit, pactum se cum dæmone, eumque sibi pollicitum, hanc indolentiam cum taciturnitate in tormentis, & omnia supplicia, quæ carnifex ipsi infligeret, in se illum susceperturum. (*hoc scilicet, vt dixi, aduersionis. & interpositionis modo. Stultus enim sit, qui existimet ipsum ἀπροσώπως dæmonem torqueri potuisse*) mox vero vt illud (nescio quid) bibisset, dæmonem abscessisse vel inuitum, vel pacti contemptorem, ideo se nolle amplius torqueri, malle sponte profiteri. Silentium etiam solet Diabolus inducere occupatione corporea malefici, præclusis illi interius faucibus & ore, ea moderatione, vt non præfocetur, loqui tamen non queat; interdum etiam organo auditus sic obstructo, vt iudicis voces interrogationesque non exaudiant rei; quorum omnium exempla suggerit Nicol. Remigius *f.* Aliquando dun-

f li. 3. Dæmonolat. c. 8. & 9.

taxat prope adsistit & dehortatur à confessione, adhortaturque, vt breuia hæc tormenta, spe vitæ præsentis longioris, & æternæ cum illo beatitatis, fortiter ferant; demum addit minus & intentat sæuiora, si quid promant. Denique solet illis membranulas & alia instrumenta magica, varijs notata characteribus, suppediare, quibus in locis corporis secretissimis abditis, ex pacto sensum adimit doloris. Nonnunquam etiam per alias maleficas (*vt ait Sprenger. supra quæstion.* 15.) maleficiantur quantumcumque remotas. *Prout maleficæ quædam in Isprucb se iactare solebat, quod vbi ad minus filum ex vestimento alicuius detenti haberet, tantum efficere posset, quod quantumcunq; tormentaretur, etiam vsque ad mortem, nihil fateri posset.*] Sed hoc totum ex pacto Diabolus faciebat.

Vt his iudices obuient, quid non moliuntur? multa rite, multa perperam. Sunt qui prophanam frigidam ori infundant, id si in ipsa quæstione fiat. quia cruciatum adfert, & periculosam conuulsionem, pars tormenti censendum; si post quæstionem, adhuc æstuante corpore, idem arbitror? si diu post, quid operari queat, nisi ex pacto & malefice, non intelligo; minus si ante quæstionem, vt plerique solent: cauendum ergo. Qui benedictam aquam infundunt, siue ante quęstionem siue in quæstione, si sic directe ad veritatem promendam putant eas adigi, vereor ne superstitiosi, sin indirecte, quod obsessas credant, vel dæmonem prope adsistere, & ideo piacularem hac vndam propinant, vel inspergunt; non ausim damnare. Probem magis. Catholicis enim constat, fugado dæmoni efficacem hanc lympham. quare fortasis etiam suadendum, vt citra superstitionem circumcirca equuleũ aspergatur

locus

locus, & fit in loco quæstionis vsui futura aqua benedicta. Examinemus nunc quædam hac in re à Sprengero & socijs tradita *a*. *Primum* suadent reum diligenter induci verbis & rationibus, spe dubia addita; quod forte non damnabitur ad mortem si confiteatur, vt veritatem non celet, & Deo det gloriam. hæc diligentia laudabilis est. Nam mediato frequens (*vt aiunt*) & carceris calamitas, & multiplicata informatio proborum virorum, solent disponere ad veritatem eruendam. Et à nobis (*addunt*) expertum est, quod per huiusmodi informationes maleficæ taliter confortatæ fuerint, vt in signum resistentiæ in terram spuentes, quasi in faciem Diaboli, dicerent; faciam quod iustum erit, & consequenter crimina sua fatebantur.]

Secundo vt dum ministri se parant ad torquendum, alij interea exspolient reum; (*si sit mulier, exspolianda fuerat à mulieribus alijs, antequam ad carcerem ducatur*) ne quid in vestimentis (vt iam dixi) lateat maleficij.

Tertio debent capilli capitis & barbæ abradi, immo & per totum corpus etiam in partibus secretioribus: si fœminę sint à fœminis, si viri à viris: & sic cauebitur inhonestas & inuerecundia, propter quam Inquisitores Germanici Sprengerus & socij non ausi fuerunt hoc vti remedio, vt ipsimet profitentur, addentes alibi hoc in vsu esse *b*. Tamen (inquiunt) in alijs regnis inquisitores talem per totum corpus abrasuram fieri mandant. *Vnde & Cumanus inquisitor nobis insinuauit: quod anno elapso,* (qui fuit 1485.) 41. *maleficas incinerari mandasset omnibus per totum corpus abrasis. Et hoc in districtu & comitatu Burbiæ, in confinibus Archiducu Austriæ versus Mediolanum.*

Et hoc remedium multum prodesse, inter alios duobus exemplis lectu dignissimis, sed, propter prolixitatem, nũc à me omittendis: quorum ipse testis oculatus & iudex fuit, confirmat Iud. Damhauderius *c*. In hac tonsione illud moneo obseruandum. si fiat duntaxat, ne maleficium lateat foraminibus corporis insertum, vel crinibus inspersum, rite id fieri: eademque de causa putarem, ne qua vnctio subesset, etiam totũ corpus aqua calida prius diligenter abluendum: sed si tonsio fieret ex opinione, quod per eam robur corporis & animi fortitudo pereat, exemplo Samsonis, (in quo totum id diuina virtute contingebat) & etiam documento Apollonij Tyranæi: *d* putarim serio hoc esse Magicum & superstitiosum.

Addunt & quartam cautelam, si inuestigare (*inquiunt e, addo verba ne quid viris magnis videar affingere*) affectat, an maleficio taciturnitatis sit inuoluta, an lachrymari coram eo queat stando, aut tormentis exponendo. *Hoc enim ipsum pro certissimo signo, ex fide dignorum antiqua relatione, ac propria experientia docente, adeo compertum est, quod etiamsi ad lachrymandum coniurationibus hortetur & compellatur. si malefica existat, hoc ipsum scilicet lachrymas emittere non potest: dabit quidem flebiles voces, & exsputo genas & oculos linire, ac si fleret, attentabit: super quo à circumstantibus caute aduertendum erit. Modus autem coniurandi ad lachrymas veras, si innoxia fuerit, & cohibere lachrymas falsas, talis vel consimilis in sententia practicari à iudice potest seu presbytero, manum super caput delati seu delatæ ponendo: Coniuro te per amarissimas lachrymas à nostro Saluatore Domino, &c.*] Quis miretur sub ea tempora hæreses inualuisse, quando huiusmodi: quæ nec Scripturæ sacræ, nec Conciliorum, nec Decretorum

a p. 3. Mal lei q. 14.

b ib. p. 3. q. 15.

c prax. cri c. 37. n. 21.

d Philost. l. 7. & 8. Nic. Rem l. 3. c. 93.

e Mall. Male. d. q 3. q. 15.

Pontificiorum, nec Patrum, nec Ecclesiæ consuetudine introductæ sunt formulæ, ad superstitiosas obseruationes accedebant? Iam ante docui indicium istud lachrymarum prorsus esse fallax, & annumeranda haud dubie experientia, superstitiosis alijs explorationibus, quas mox refellam. Formula ipsa nihil continet impij, sed formulas huiusmodi iudicibus præscribere mere arbitrarias, & fallaci duntaxat experientiæ: non satis pium, neque religiosum, est, & sapit tentationem Dei. Nec ratio etiam quam addunt est bona: scilicet hoc contingere, quia gratia lachrymarum in pœnitentibus donum est Spiritus sancti: & Diabolo displicet, ideo illam conatur impedire. Age enim, si oratio illa efficax ad donum à Spiritu sancto impœnitenti & nolenti maleficæ impetrandum, ad lubitum interrogantis latrunculatoris: (quod quis credat?) sane Diabolus non magis poterit has lachrymas impedire, quam cordis pœnitentiam: si non est ad hoc efficax, cur id Diabolo displiceat: cui fictæ lachrymæ non possunt non placere? cur ergo per huiusmodi commenta; ab Ecclesia non approbata, via struitur similibus superstitionibus? Præterea cur nequeat Diabolus lachrymas si velit elicere, quas muliebre ingenium cum lubet elicit, & superstitio Flentium Picarditarum?

HH *Quintam* Insuper addunt ijdem scriptores, *Tonsis capillis capitis, cum calice aut scipho aquæ benedictæ, guttulam ceræ benedictæ, immittendo, & inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, ieiuno stomacho tricies impotu ministrando per Dei gratiam à plerisque taciturnitatis maleficium abstulimus.* Cetera transire possunt, cauendum ne vis ponatur in numero illo ternario, aut in ieiunio stomacho, vtrumque enim impertinens est ad effectum.

Sextam ponunt de tollendo hoc maleficio per alias maleficas: sed hoc merito improbant, & de hoc postea agetur copiose libro sequenti. *cap. 2. quæst. 2.* Obijcitur factum Præsulis Ratisponensis: Quod dum quidam hæretici propria confessione conuicti, vt impœnitentes & defensores perfidiæ morti fuissent adiudicati, accidit vt in rogo illæsi persisterent: proijciuntur ergo in profluentem: sed nec aquis demerguntur: Nutare multi, & fidem illorum suspicere. Sollicitus de gregis salute bonus pastor, triduanum indicit ieiunium, & preces Deo fundendas. nondum expleto triduo, venit quidam, & denunciant hosce sub vno brachiorum hebere maleficium insertum inter carnem & cutem inuento & amoto, confestim illos vindex flamma concremauit. Hunc ergo inquiunt denunciatorem fuisse Necromanticum, & eius præsulem vnum denunciatione. Sed qui narrat Sprengerus, dubius fuit an Necromanticus fuerit, necne. potuit enim Deus bono illi præsuli id aliter reuelare, in causa tam graui & populo necessaria. Deinde nos non omnium hic facta defendenda, sed causarum ac gestorum pondera liberanda suscepimus.

Septimam ergo hinc eliciunt, deuotas ad Deum orationes iunctas ieiunijs & bonis operibus; immo & populo indici poterunt preces publicæ ad inuocandum diuinum auxilium in generali, & vt contra dæmonum qualcunque infestationes cælitum auxilia implorentur: Iuxta illud boni Regis Iosaphat *f Deus noster ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ venit super nos. Sed cum ignoremus quid* *f 2. Paral. 20. v. 12.*

agere

agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.]

a Spreng. d. p. 3. q. 16. Per. Greg. l. 13. de rep. c. 30. n. 5.

Octauo loco addunt quædam *a*, mihi quidem non parum suspecta, nempe: quoad diem, *vt infra missarum solemnia & sacratioribus diebus, maxime sextis feriis quousque fit compulsus pro exspectatione Saluatoris nostri, maleficæ interrogentur. item si sal aut aliæ res benedictæ cum septem verbis quæ Christus protulit in cruce, in scedulas conscriptis, simul colligatis, collo malefici alligentur; longitudo Christi benedicti super nudum corpus & extra circumcingantur.*] Ego (quicquid illi dicant de experientia) illi experientiæ non fido. Reliquias Sanctorum appendi collo, aut quasuis res Ecclesiastico ritu benedictas, cereas effigies AGNI DEI (vt vocant) talem benedictum, &c. probo, dum desit irreuerentiæ periculum. & scio quoad agnum Dei hoc multis feliciter cecidisse. de verbis certis scripturæ, quid sentiam iam dixi *libro 1. quæst. de periaptis.* De longitudinis Christi Domini mensura, quid illa operari idonea, nouit Deus: sane cum benedici illam prius volunt, indicant, hoc benedictioni Ecclesiæ tribuendum. in ipsa etiam circumdatione, aliquid vereor ne sit mendosi. Dierum illa obseruatio suspecta quoque non immerito. Sed & iura festis diebus abstinere iudicialibus iubent, nisi quando periculum esset in mora, vt patet ex *libr. Prouinciarum C. de feriis*, ideo quod iure receptum, vt in atrocioribus criminibus quouis festo, etiam in Paschalibus, liceat torquere, sed ad Dei honorem (vt addunt DD.) id ego certe ad casum periculi lubenter restrinxerim. In genere tamen loquuntur (*ex l. nemo C. de Episc. audien. Bald. Spec. & alij quos sequuntur Clarus § fin. q. 64. numer. 34. & in Binsf. in l. 7. C de malef. quæst. 1 concluf. 18.*) Sed cum idem Clarus fateatur timentes Deum iudices his diebus nunquam aliquem pœna sanguinis afficere) *vide illum quæst. 97. v. 6.* idque in Dei honorem; non video cur, cessante illo periculo, non sit idem dicendum de tortura.

Nono adijciunt in ipsa quæstione, legenda dicta testium, submissis nominibus, dicendo: *Ecce conuicta es per testes, &c.* Hoc non satis intelligo. Nam si velit duntaxat nomina testium taceri, parum ad rem. hoc enim etiam extra quæstionem seruandum, de quo superius. si summissa voce nominari, ita ne reus exaudiat nomina, exaudiens tamen reliqua: sane hoc superstitiosum est.

Decimo monent interrogandum reum, an velit subire indicium ferri candentis, & annuat, cognosci verum esse maleficum: profecto id fallax est inprimis: deinde iniquum proponere reo, quod ei facere, vel iudici non liceat permittere.

Vndecimo monent *eos qui nihil in tormentis confessi, de carcere pœnoso, ad benemunitam, sed minus incommodam mansionem transferendos nullo tamen modo relaxandos sub iuratoria vel fideiussoria cautione: quia si nunquam veritas ab ita relaxatis habetur, sed semper deteriores efficiuntur.* In primis potest casus occurrere in quo sic sint relaxandi ad meliorem custodiam: iudici tamen tum vehementer cauendum, ne alijs sint noxę suo exemplo, vel verbis. Deinde potest etiam contingere, vt locus sit cautioni fideiussoriæ, vt superius dictum. Nec satis certa illa affirmatio, nunquã meliores effici. Non est abbreuiata manus Domini, & præcedens vexatio dare potuit intellectum.

Alię, quę Sprengerus addit, mox cõmemorabimus loco suo. Nũc ponãus XII.

quiddam

quidam ex b Francofurtensi l. C. quod addo, vt videtur, quia mere superstitiosum. Quidam (ait) ne dolores sentiant solent hos versus pronunciare:

Imparibus meritis tria pendent corpora ramis,
Dismas & Gestas. &c.]

Quis non hæc rideat? scilicet iam vis etiam in Hexametri pedibus: subiungit & quædam ex Psalmis. Et homo religiosus non audet hæc pronunciare superstitiosa, vt facit merito) sequentia Grillandi *c*, nempe ad eruendam veritatem iudici pronuncianda esse verba Prophetæ; *Dominus labia mea aperiat, & os meum annunciabit veritatem.* Nonne hic ipsa Psalmi verba detorquentur? cur ergo vim arcessit à verbis Prophetæ? item quis illa pronunciabit? Iudex? qui hoc ad reum? reus? primum quid si nolit? deinde certe inuitus pronunciabit, nec impetrabit. Sed nugas mitto.

SECTIO X.

De alijs medijs veritatem perscrutandi.

MAIORIS momenti quæstio est, liceat ne iudici dolo falsis promissis, vel mendacijs à reo veritatem elicere? v. g. si fingat eum ab alijs etiam complicibus denunciatum, si promittat liberationem, quam ei non cogitat, nec vult impendere nec de iure potest. Homo præcipitis ingenij & noua ac periculosa amantis Io. Bodin. *d* hæc omnia iudici permittit. In primis dum asserit licere mentiri. hoc hodie hæreticum est, fide enim tenendum, mendacium (quod nomẽ huiusmodi mereatur) esse rem simpliciter & per se malam, ideoq; adeo illicitum, vt nec Pontifex dispensatione bonam facere possit: quæ est sẽtentia non D. Augustini modo, & Thomæ, vt nugatur Bodinus: sed hodie communis Catholicorum *e*, qui illam sacris Scripturæ locis optime confirmant *f* Fuit id sententia Bodini M. Marulus *libro 4. de Institut. bene viuendi capitulo 4.* Sed errore animaduerso, eius interpres Gallicus plane contrariam Marulo sententiam tribuit: & multas paginas, quæ non sunt Maruli, Marulo inseruit, dictorum ipsorum Maruli confutationem pro Maruli dictis continentes; quam bono exemplo & prudenter ipse viderit. Argumenta Bodini ex sacris litteris facile soluuntur, & nos in tractatu de Mendacio soluimus omnia.

Sed nota aliud esse dicere aliquid falsum, aliud occultare aliquid verum (vt notat D. Augustinus *g*) veluti cum vtimur, non mendacio, sed æquiuocatione: prius illud non licet cuiquam, maxime iudici qui in hac re grauissima, & in iudicio scienter mentiens, haud dubie peccaret mortaliter *h*. posterius vero istud sæpe licet *i*. prius pertinet ad dolum malum, quia est contra legem, diuinam & humanam; posterius pertinet ad dolum bonum *k*, quia nec iure diuino nec humano repugnat, & dirigitur in bonum reipub. & iustitiæ ex secutionem. his positis sit prima conclus. *Poterit iudex vti æquiuocatione & verbis subdolis* (citra mendacium) *& ambigua promissione liberationis, vt reum inducat ad fatendum veritatem, & auctorem criminis commissi deprehendat.* Est cõmunis opinio Dd. apud Couarr. & Plaxam. *l* Dissentit quidem ab hac Iul. Clar. *m* sed non distinxit mendacium à sermone æquiuoco; immo aperte loquitur de eo qui expresse impunitatem promisit quæ sanè promissio ad Bodini casum pertinet, nec mirum est si Paris de puteo & Dyn. dissuaserint tali promissione vti. Sane fateor

b l. 3. de lamijs c. 10, n. 39.

c de quęst 4. n. 14.

d l. 4, dæmonõ, c. 1

e D. Aug. l cont, mendac, epist ad Hiero, & in Psa, 5. Amb, in c. cauete 2. q. 5. Greg, Isidor, Innocent, & alijs apud Gratiã. d. q. 22. D. II. Th, 2. 2. c. 110. art. 1. Alf. à Cast l. 10. in verb mẽdacium & alij.

f Ps. 5. v. 9 sap. 4. v. 11 Eccl. 7. v. 14. Eph. 4. 25. Apoc. 21. v. 8.

g super d. Psa. 5. & l. 22. cõtra Fau. c. 34.

h bene hoc docent ex D Th. Caieta. Nau. Couar. Binsfeld. p. 3. dub. 3

i Hadrian Quod liber de men lac.

k de quo multa dix Com, in l cõtractu le reg. iur l. 1, var. resolut. c. 2. in fi. & Plaza. lib. 1. Delict. c. 3, n. 1. in fin.

m d. 5 fi. l. 55. v. 7.

iudicem

iudicem non posse impunitatem reo promittere, nisi sit supremus iudex, qui habet absoluendi & liberandi potestatem, & hoc facere intendat. Quoad inferiorem iudicem maxime hæc quæstio procedit, & quoad dolum bonum, non quoad dolum malum siue cum mendacio cõiunctum, qui nec supremo iudici permissus. Obijcitur à quibusdam, promissio est iuris naturalis & eo iure obligat: quare & hosti & reo seruãda. Respondeo, quando de re possibili est: ista autem est, de re quæ iure iudici impossibilis: ideo nihil refert, quod iudex habuerit animum liberãdi reum: si vero non habuit animum, peccauit etiam per mendacium, verba menti contraria proferens. 2. Resp. ista locum non habere in nostra conclusione; in qua nec iudex intendit liberare, nec verba id necessario significabant, imputet sibi reus quod non subtilius sensum verborum ambiguorum discusserit. Exempla aliqua huius æquiuocationis occurrũt passim in praxi. Acutum fuit dictum Iudicis Leodien. & licitum, qui sagæ pertinaciter cũcta neganti, dixit: si veritatem luculenter profiteretur, se illi de publico vel suo, quoad viueret ipsa, quotidie cibũ & potum necessariũ præbiturum, & curaturum ei domum nouam exstrui. *domum* intelligens ligneam fascium straminumque in qua erat comburenda. Alia suggerit Sprengerus *a*, veluti si honestius habeatur reus solito, & sinantur ad eum intrare viri honesti, & non suspecti, qui frequenter colloquantur de varijs rebus etiam impertinentibus: & tandẽ fidenter suadeant, vt fateatur veritatem, promittendo iudicem facturum sibi gratiam, & se esse velle mediatores: *& postea subintret iudex & promittat facere gratiam, subintelligendo sibi vel reipub. in cuius conseruationem totum quod sit, est gratiosum.*] Posset etiam iudex dicere se illi optime consulturum, & confessionem ei vtilissimam futuram, etiam ad vitam sibi comparandã. hoc enim veriss. de vita æterna, quæ vera vita est. Idem Sprẽgerus *b* paulo ante tradiderat sententias tres alias huc pertinentes. Scilicet posse illi securitatem vitæ promitti, quando iudex intenderet eam vel exilio punire, vel carcere perpetuo. hæc sententia satis æqua est. Alios (ait) velle, sic ad tempus tum in carceribus asseruandam, sed postea incinerandam post aliquod temporis spacium: refellere debuit, quia reuera mendacium continet promissio huiusmodi. Tertiam ponit dicentium, posse iudicem secure vitã promittere & postea se à sententia referenda exonerare, & in suum locum alium substituere: neque hanc reijcit, sed est omnino similis secundæ & adhuc peior, coniuncta cum mendacio: Ideo penitus cauenda. fortasis tutius est; quod alibi posuit *c*, nempe vt petẽti gratiam reo, respondeat iudex; fateatur veritatem confidenter, clementiæ se rationem maximam habiturum, amplius se facturum quam ipse petat, & similia verba generalia.

2. conclusio, *si iudex dolo malo huiusmodi per mendacium confessionem extorserit: non potest ex sola hac confessione reum damnare: nisi reus postea compertæ fraude, de nouo id fateatur sponte: vel alia satis pregnantia indicia & argumenta accedant: vel saltem fraude cognita non retractet, quod inductus dolo malo dixerat.*] hæc est verior sententia Imolæ, Decij, & aliorum; quos sequitur Couer. *d* bene addens, quando nec tractat, nec expresse ratificat confessionem; nec alia satis prægnantia accedũt indicia: mitius & extraotdinaria pœna affici debere, si accedant illa indicia,

a d. 1. q. 15. *b* d. q. 14. *c* d. c. 15. *d* d. c. 2.

posse plecti ordinaria. Si obijcias promissionem hanc contra remp. esse factam, & ideo non prodesse debere reo ad pœnæ diminutionem. Respondet Couarr. tunc iudicem non debere seruare promissionem, quando via ordinaria & recto plane tramite cognouit delictum; non quando dolose illud & via illicita expiscatus fuit.

Dixi in conclusione *dolo malo*, quia si *dolo bono*, & proinde via licita cognouisset: putarem non esse opus noua ratificatione, salté in foro exteriore: immo nec in interiore. licuit enim iudici bono dolo, malum obstinati silentij animum rei decipere: & sibi iste imputet simplicitatem suam. Nec arbitror Clarum, si in terminis de dolo bono interrogatus fuisset, dissensurum, vt satis indicat *supra numero* 8. nec etiam Menoch. *de arbit. cas.* 164.

3. conclu. *Si tamen iudex putans id sibi licere: si dolo malo criminis confessionem à reo elicuerit, & fraude contra reus nec ratificat, nec retractat: ideoque iudex eum ordinariam ad pœnam condemnet: non auderem iudicem de mortali peccato accusare.*] hæc concl. intelligenda de peccato, non quod incurrit mentiendo; de quo vix potuit habere probabilem ignorantiam; sed de peccato, quod incurrit reum ex tali confessione condemnando. de hoc enim peccato valde probabilis ei suppetit excusatio. cũ id ei licere, immo & eum debere multorum locorum praxis, & plurimorum DD. confirmet sententia *e*, adeo vt cõmuniorem censuerit Alciat. & communem saltem fateantur Plaza & Clar. *f*

Addidi, *nec retractat*: quia si reus expresse retractaret, nec alia contra ipsũ argumenta concurrerent, tunc certe non auderem iudicem à mortali culpa liberum asserere. Nam illi communis

A Felini & aliorum (vt recte Couar. quẽ sequitur Menoc. *g*) intelligenda, quando reus cognita fraude expresse confirmat suam confessionem, vel saltem tacite, non retractando. nam tunc illam ratificasse censendus: & hæc distinctio fuit de mente Paridis de Put. *c. de tort. v. sequitur quæstio quotid.*

Inquisitores Germaniæ docent adhuc quasdam alias cautelas non improbandas: vt iudex diligenter consideret

B complicum dicta ad reum pertinentia, & hæc reo proponat, & diligenter singula inuestiget. si qua etiam instrumenta, vt vnguenta, pixides, buffones, præsegmina cadauerum, & similia in domo eius reperta fuissent, ei offerat, & quærat quid his egerit, cur ea seruarit, & c. 2. complices, si quos habet, qui contra reum deposuerunt, ad reum intromittat, & permittat eos simul mutuo de facinoribus suis conferre, edere

C ac bibere, & habeat in loco vicino auscultantes & verba accipientes: etiam, si opus, Notarium publicum: si desint complices, vtatur ad hoc personis, quas nouit non ingratas reo, sed amicas, & quasi fauentes atque miserantes: qui quodam sero intrent carcerem, & sermones dedita opera producant in multam noctem, tũ quasi fortuito id acci-

D disset, querantur sero nimis esse ad recedendum, ideo in carcere pariter reliquum noctis exigant, & semper colloquantur, & sint similiter (vt dictum est) in vicino dicta excipientes. *Tertio* quod quandocumque veritatem fateri incipiant nullo modo iudex actũ hunc interrumpat, ne dimidiet confessio-

E nem, sed instet quoadusque de omnibus veritatem dixerint, saltem quoad principalia, etiamsi in mediam noctem deberet proferre, & prandium cænamue differre. Nam experientiam docuisse per dimidiationes & interruptiones

illos

e Archid in ca. vel lẽ. 22, q. 2. Cini in l. præsenti C. de his qui ad Eccles. cõfug. Felin in c. adferre. de præsumpt. & Cottæ in Memora. KK.

f Alciat. in l. natura. D. de de verb. sign. Plaz l. 1. delict. ca. 37. clar. sup. num. 9.

g Couarr. n. c. 2. Menoch. de arbit. cas. 1961 bd. q. 15.

illos frequentius ad vomitum redire, & non aperire veritatem quam inceperant detegere.

Quarto si prædicta deficerent omnia, tunc si fieri posset, deducendos ad aliquod castrum, & ibi certis diebus custodiæ mancipandos: tum castellanum fingere se cogitare longum iter, & diu abfuturũ: interea vt aliqui familiares, vel mulieres honestæ mulierem: viri, si vir sit, virum visitent: promittant ei (non, vt ait Spreng.) quod velint eam omnino permittere libere abire: sed citra mendacium verbis æquiuocis (vt dictum supra de iudice in genere) multa & illecebrosa, dummodo se informent de certis, quæ scire cupiunt, experimentis. *Et aduertas* (inquiunt) *iudex quod sæpissime per talem modum fasse fuerunt & conuicta. Et nouissime in diœcesi Argentinensi prope oppidum Schlettstat & castrum Konigsheym malefica detenta nullis tormentis & quæstionibus deduci poterat ad fatendum sua crimina: tandem modo supradicto per Castellanum seruato, licet præsens erat in castro, ipsum tamen malefica æstimabat abesse: tres ad eam familiares intrabant, & ei liberam relaxationem promiserunt, dummodo super certa experimenta eos informaret. Et licet prima fronte venueret, & quod dolose cum ea agerent proponeret: tandem interroganti de quibus informari vellet, vnus dixit super grandinem excitandem, alter super carnalia facta. Tandem vbi super grandinem illum informare volebat, & scutella plena aqua apparata, malefica sibi iniunxisset, vt digito paululum aquam moueret, & ipsa certa verba protulisset: subito locum, quem explorator nominauerat, scilicet siluam adiacentem castro, tanta tempestas & grando repleuit, sicut à multis annis visum non fuerat.*] hactenus illi. Sed in hoc exemplo bis peccatum, primo in mendaci promissione. Vt enim iudici non licet per se mentiri sic nec licet alios ad mentiendum inducere.

Secundo peccatum fuit, in eo quod nimis longe exploratores progressi. Non enim licuit maleficam etiam paratam ad peccandum inducere: etsi licebat examinare, quomodo soleant operari & sic intellige quod de informatione dictum: nempe de verbali per modum dicentis, non de reali per modum facto ostendentis & exemplum præbentis, vides hic iam captas posse ex condicto cum dæmone quædam operari?

Solent etiam iudices vti *confrontatione*. ea duplex est, vna spontanea, altera violenta. *spontaneam* voco, quando parati sunt rei, alios nondum captos societatis arguere & conuincere: hanc nunquam iudex permittat, nisi præcesserint indicia talia, vt propterea citari possint: & iam citati, si non bene dissoluant obiectiones rei constanter eos accusantis, queant in carcerem compingi. Nam alioqui fieret iniuria his denunciatis. *Violentam* voco, quando complices in mutuis delationibus inter se dissentiunt: tunc debent primo seorsim, postea simul de hoc dissidio interrogari. quod si subdole comperiat persistere, nec alia est via inueniendæ veritatis: solent altera in alterius mutuo conspectu torqueri, de hac praxi vide Ludoc. Damhaud. *prax. crim.* 47.

SECTIO XI.

De Confessionibus.

LL.

IN rite confessos non aliud iudicis officium, est quam condemnandi. iuxta illud Christi Domini; *Ex ore tuo te iudico.* & illud Iurisconsulti confessus pro iudicato est. quia quodammodo sua sententia damnatur *a*. Intellige si confessio sit clara, certa, verisimilis, constans, & legitima. nam obscura & dubia in fauorem interpretanda confitentis *b*, parum idonea est ad iudicandum. Verisimilis etiã sit oportet, quia inuerisimilis nunquam sufficit ad condemnandum *c*. Inuerisimilis autẽ est, quæ de re est impossibili, aut omnino falsa *d*: quod concedimus Ponzinibio, & Godelmanno; sed contendimus eos errare, dum in Lamiarum confessionibus ea dicunt notorie falsa & impossibilia, quæ vera & possibilia nos esse docuimus supra *lib.* 2. Legitima etiam sit oportet; hoc est non præsumpta tantum, nec ficta tantum fictio iuris (nisi ex contumacia, quæ liquidissimam inducit probationem *e*) nec contra quam colorate aliqua obijciantur *f*: nec quãdo est incidenter tantum facta, vel metu tormentorum, vel extra iudicium, vel in figura tantum iudicij, vel absẽte parte, vel in iudicio summario, aut nullo *g*: erit autem bona in casu Lamiarum & hæreticorum, etiamsi non constet de corpore delicti *h*. Dicetur facta metu tormentorum, non tantum si grauiter tortus fuit; sed etiam si fuerit leuiter tortus, leuatus ad torturam, ductus ante eculeum, spoliatus, vel si feriæ minę de torquendo præcesserint, quoad eos qui timidi sunt & torturæ inassueti *i*. Item vt sit legitima, necesse est. non sit extorta, nullis vel non sufficientibus indicijs præcedentibus: nam talis esset nulla & inualida, etiamsi millies foret ratificata *k*, idem, si in repetitione quæstionis sit extorta, quando non licebat iudici repetere *l*. idem si extorta per Iudicem pendente appellatione à sententia torturæ *m*. idem si confessio extorta à reo, contra quem sola fama vrgebat, etiamsi sæpius ratificetur *n*. idem si emanarit ab eo, cui denegata defensio, vel copia indiciorum *o*. idem si sit illius, qui qualibet ex causa de iure torqueri non debeat *p*. confesso autem & conuicto per legitimam quoque torturam adhuc ante condemnationẽ dandus est terminus ad se defendendum, etiam non petenti ex æquiori & receptiore sententia *q*. Fallunt ista in eo qui à natura mutus simul & surdus foret: qui non potest, ex sua confessione signis declarata, condemnari: quare frustra torqueretur: sed damnari duntaxat potest ex testium depositione ac probatione *r*. Denique quæri potest, an qui confessus factum maleficum, negat se praua intentione feciſſe, sit audiendus? vt plurimum, quia præsumptio ei contraria est *s*, puniendum nihilominus constat *t*, etiamsi iuramẽtum offerat de recta intentione: interdum tamen poterit iudex iuratum reum admittere ad probandum aliqua verisimilia, quibus confessio eius elidatur. Quod si res dubia sit, poterit reus torqueri, vt intentionem suam proferat, vt bene post Lanfranc. & Bossium, asseruit Simanc. *prax. hæret. titul. 20. numer. 10.*

* *
*

QVÆ-

a Luc. 19. l. & 3. D. de cõfess.
b Farinac. q. 50. n. 20
c Farinac. q. 43. n. 21
d gloss. in c. fin. de cõfess. in 6. gloss. li. C. de cõfess.
e Farin. q. 1 n. 97. & q. 30. n. 16
f Farin. q. 1. nu. 32.
g Farin. q. 21. n. 34 & q. 33. n. 6.
h Farin. q. 2. nu. 25.
i Farin. q. 37. n. 46. 47. & 103. cum seq.
k Farin. d. 4. 37. nu. 110.
l Farin. q. 38. nu. 78
m Farina. sup. nu. 17
n Farin. q. 47. nu. 8.
o Farin. q. 36. nu. 84.
p Farin. q. 41. nu. 55.

q. vi. Farin. b. 19. à nu. 32. vsque ad 40. vbi benebosium refellit. & n. 90. cum seq. mar me. n. 99. vbi indistincte quoad omnes personas hoc tenendũ ostendit
q Ant. Gomez. p. 3. c. 1. nu. 69 Grill. Cal & alij quos sequitur. Farin. q. 41. à n. 90
r l. si non cõuicij C. de iniu. cũ simil.
s cap. 1. de præsump. c. contra Christianos de hæ re. in 6.
t Bart. in l. inter ofs. §. recte de furt.

SECTIO XII.

De abiuratione.

MM. VT in alijs speciebus hæresis, ita etiã in Lamiarum crimine, abiurationi aliquando locus est: quando iudicium tantum nititur suspicionibus. Sumimus hic abiurationem pro execratione seu anathematizatione iureiurando firmata. Et quia suspicio hæc, quæ est leuis quædam præsumptio mali ex leuibus indicijs procedens, si oritur ex diuersis causis non æque vrgentibus, fit vt quædam suspicio sit leuis seu modica *a*, quæ etiam potest vocari temeraria iuxta Menochium *b*: alia vehemens seu verisimilis, alia violenta. Et c diuidẽdo, leuis oritur ex indicijs admodum leuibus, quæ absolute dubium relinquunt iudicis animum, & hæc proprie dicitur *suspicio*. Vehemens oritur ex indicijs habentibus multum verisimilitudinis, adeo vt inclinent aliquantum iudicis animum in alteram partem, & sic dubitationem non excludunt totam: hæc suspicio magis proprie vocatur *opinio*. Violenta denique oritur ex indicijs valde fortibus, & adeo efficacibus, vt omnem dubitationẽ ex animo iudicis eliminent & faciant eum planè vni parti assentiri *c*. hæc proprie vocatur *præsumptio, iudicium, sententia*, de hac est, *c. cum contumacia. c. cum accusatus de hæret. in 6. capit. quorundam d.* 34. Iudicis autem arbitrio permittitur qualitatem siue quantitatem suspicionis moderari: dummodo caueat ne leuis sit corde, nimis facile credendò. Exempla huiusmodi suspicionum ponit Sprengerus *d*, vt si quis deuiet â communi consuetudine viuendi, si conuenticulis secretis maxime nocturnis interfit, aut cum suspectis familiaritates secretas habent, dicit leuem oriri: Si quis quos nouit maleficos, visitat, munera offert, occultat, recipit, defendit, vel aliter actu fauet, tum oriri vehementem: si quis perpetrauerit ea quæ pertinent ad ritus maleficorum, paciscendo, adorando, sacrificando, comminando, tangendo, aut dormientibus per visum apparendo, aut cubicula insensibiliter ingrediendo &c. vel si penes eos instrumenta maleficij sint reperta, huiusmodi violentam præbere suspicionem. Leui ergo suspicione laborantibus potest indici *e* abiuratio etiam specialis, hæresis, de qua leuiter suspecti: & si talis qui sic abiurauit, reincidat, non punitur vt relapsus *f*. Si vero ex grauibus suspicionibus abiurasset (nam & huic abiuratio indicitur) tunc censeretur relapsus: in hac debet fieri abiuratio in genere de omni hæresi & in specie de illa qua vehementer suspectus fuit *g* & tales fuere abiurationes Theodoreti & Ibæ in Concilio Chalcedonẽsi *act.* 8. si vero detur abiuratio ex suspicione violenta, tunc facienda abiuratio, vt à vere maleficio, & tanquam à deprehenso exigeretur. Debent autem violenter suspecti; quando crimen fatentur & parati sunt abiurare hæresim, & redire ad sanam mentem: ad pœnitentiam ab Ecclesiasticis iudicibus recipi: quod si nolint debent tradi brachio sæculari vt impœnitẽtes *h*; debent præterea cum abiuratione generali omnium hæresium, & diserta atque clara, errorum de quibus sunt suspecti, canere palinodiam, & contraria asserere, & iurare se nunquam ad abiuratos errores redituros, & hæc omnia scripto libello abiurationis, propria scriptione munito, confirmare: quæ cuncta ab Apostolorum temporibus recepta fuere, vt ostendit Simancas *supr. n.* 8. & 10. & hæc abiuratio hodie coram clero & populo fit,

a c. accusat. in pr. de hæret. in 6. *b* li. 1. de præs. q. 7. a nu. 46. maxime nu. 59. & habes in d. c. accusat. illo vero, & ibi Archid.

c sic post Menoch. d. loco bene differẽtem Farin. q. 36. a n. 178.

d p. 3. q. 19

e c. accus. in pr. supr. *f* d. c. accusa. vbi videtur errare Ancharan. vt bene notat Siman. c. 53 n. 5. & recte idem Spreng. d. q. 19.

g c. litteris §. quo circa. de præsump. Simanc. & Spreng sup.

h vt ex Canonib. adductis per eum Spreng. supra & ex varijs conciliis Siman. sup. n. 6. & n. 13. Leo Epis. 75. cap. si quis epis. 1. q. 7. c. ad abolendã de hæret.

fit, nec potest priuatim admitti, nisi ex magna causa l. Quid si qui tantum vrgetur suspicione vehementi seu verisimili. detrectet abiurare ? videtur Simancas *sup. num.* 13. velle eum posse tanquam contumacem & impœnitentem tradi brachio sæculari, *ex c. ad abolendam de hæret.* Sed (vt ait Spreng. supra.) dictum *cap. §. in præsenti vera*, videtur tantum loqui, non de suspectis vehementer, sed de manifeste deprehensis, contra quos constat rigidius esse procedendum. contra hunc igitur Episcopus procedet per excommunicationem, & si in ea per annum steterit, condemnabit vt hæreticum. Porro quando maleficum Ecclesia recepit ad pœnitentiam: laicus iudex posset illum apprehendere, propter damna temporalia varijs illata, & propterea condigno supplicio afficere: nec teneretur Ecclesiasticus iudex impedire, quia licet eum non possit tradere, potest relinquere puniendum. Sic Spreng. Sed de hoc plura mox *sect. de absolutione*. De abiuratione facienda ab iis qui cõfessi & falsi, qualis fuit abiuratio Doctoris Edelini, nihil peculiare occurrit. adscribam tãtum historiam rei gestæ, versam ex gallica narratione Enguerrani Monstreleti *Chron. p.* 4. ait Enguerran. Anno 2453. Dominica die, quæ incidit in vigil. Natiuitatis Dominicæ, Ebroici publice in theatrum adductus, citatus voce præconis, & cõdemnatus fuit sententia iudicis ad perpetuũ carcerem Episcopi dictæ ciuitatis, Magister Guilhelmus Edelin, Doctor Theologiæ, Prior S. Germani en l'Haye, prius Ordinis D. Augustini, & aliarũ Sacrarum familarum religiosus: qui tentatione & suggestatione hostis Tartarei, ei se mãciparat, ea lege, vt concupiscenti js eius profanis & mundanis satisfaceret, & præcipue vt frueretur Nobilis cuiusdam Equestris familiæ matronæ amplexibus, quã ardebat: qua gratia, se obstrinxit ea seruitute inimico, vt cogeretur conuenire ad certum locum, quotiescunque dicto inimico collibuisset: quo loco soliti erant conuentus suos agere: & duntaxat inscenso baculo cum scopis confestim eo transferebatur. Confessus fuit idem Magister Guilhelmus sponte sua, se homagium exhibuisse inimico se offerenti præsentem in specie arietis, eiq; osculum sub cauda ore impressisse, & multis varijsque annis postea in damnato hoc instituto vitæ perstitisse. Interea omnib. in rebus quæ à dæmone postulasset, illum fauentem auxiliaréque habuisse : donec accusatus maleficij fuerit comprehensus, & in carcerem compactus : à quo iuridicæ incarcerationis tempore vis omnis hostilis euanuerit. Et per prædictam condemnationis sententiam iussus est Mag. Guilhelmus in lacum seu fossam recludi, pane & aqua deinceps alendus. In theatro vero Inquisitor fidei, voce alta & diserta oratione luculenter in memoriam reo redegit, quam olim laudabiliter & vtiliter populum concionib. iuuisset, & instituisset, cum Apostolicò ritu per totam prouinciam fidem & legem CHRISTI IESV promulgaret: quo miser postea decidisset, aliq; multa idonea eum ad pœnitentiam seriam inducere. Interea catamidiatus seu mitella ad infamiam depicta ornatus, populo spectandus erat propositus, accurrente multitudine magna. Sed finita concione inquisitoris, idem Guilhelmus, sciens se grauissime peccasse, & sceleribus atrocissimis Deum offendisse; gemere, & flere, & alta voce veniam à Deo, Episcopo, & iustitia petere (*addit Laquerius quod in terram prostratus exhibuit quandam scedulam continentem sua facinora commissa contra fi-*

Inq. sup. Falcon. cap. 4.

dem,

dem in dicta hæresi & secta, offerendo prædictis iudicibus abiurationem) & commendauit se suppliciter precibus assistentium. Denique fuerunt illi impacti cōpedes ferrei, & deductus in fossam: vt ibi per pœnitentiam elueret nefaria & horrenda peccata quæ commiserat.] hactenus Monstreletus. Quoad formulas abiurandi varias inuenias, vnam *in ca ego Berengarius de consecr. dist. 2.* aliam *sess. 19. concil. Constantiensis*, aliam *apud Turrecrema. lib. 4. de Eccles. p. 2. c. 22.* aliā *apud Alf à Castro l. 1. de iust. hæret. punit. cap. vltim* alias *apud Sprenger. d. p. 3.* distinctas pro quorum suspicionis gradu *q. 23. 24. 25.*

SECTIO XIII.

De purgatione Canonica.

NN. *Rainer. Godofred Silu. verb Purgat. bid. q. 15. ex c. excōmunicamus 1. in pr. de hæret.*

PVRGATIO Canonica vocatur, de obiecto crimine innocentiæ ostensio secundū sacros canones facta ac hanc etiam reo deferendam leui tantum suspicione liberanti voluit Sprenger. b censens *suspicione notabiles* vocari à Pontifice illos, qui quauis suspicione laborant: quæ etiam est opinio Archidiaconi. Quare nutat apud me dictum, saltem modus loquendi, Simancæ, volentis non esse deueniendum ad hanc purgationem, nisi cum reus publica laborat infamia, & simul crimen plene probari nequit; ea tantum ratione, quia si crimen plene probetur, damnari; si infamia non laboret publica, absolui debeat. contra enim quis inferat: si infamia publica laboret torquendum (iuxta alibi dicta) si crimen plene nequit probari, tunc propter infamiam, vel suspicionem debere vel abiurare, vel se expurgare. Sed de infamia assentior Simancæ, hāc sufficere ad expurgationē

in praxi tit. 54. n. 13.

quando crimen amplius probari nequit: & accusator deficit in probatione, vt bene Clar. *q. 63. n. 4.* Non assentio, si omnem suspicionem excludat. Sed bene est, quod postea *d* etiam vehementē suspicionem admittit & totū id, quādo facienda purgatio, quando non, iudicis recto arbitrio permittit, habituro personæ, & circumstantiarum aliarum rationem. Expurgatorum quoq; numerus ab eodem arbitrio dependet, vt & qualitas personarum, an eiusdem, an æqualis cum reo conditionis, an inferioris? Viles personæ non sunt onerandæ purgatione Canonica, nisi illæ sponte se offerant; & dicant se posse inuenire idoneos qui expurgēt, & tum possent mediocres etiamsi non plane boni, admitti *e* Qui, cum vilis persona non sit (nam vilis potius esset torquendus) ad arbitrium iudicis non vult se purgare, si præsens sit; statim potest, vt contumax & cōuictus, puniri. Qui in purgatione deficit, pro conuicto habetur, vt bene Siman. quem vide recte prosequentem hanc materiam *toto illo c. 54.* cur adde Clarum supra & Menoc. *l. 2. de arb. iud. cas 274.* De vulgaribus purgationibus egimus *tit. de sortilegijs iudici artis: l. 3.* formulam sententiæ purgationis habes apud Spreng. *q. 21.* vbi etiam ritus omnes & materiam bene discutit, & adde *tit. de purgatione Canonica in Decretal.* & quæ dixi *supr. 3.*

d num. 5. ex Decio.

e Simanc. supra n. 8.

SECTIO XIV.

De absolutione.

OO

ABSOLVTIO impendenda, quando vel reus obiecta crimina diluit, vel accusator ea non probauit: nonnunquam id ab accusatione tota, nonnunquam ab instantia iudicij: nonnunquam sub fideiussione prout iudicij

f Simanc. in pract. c. 11.

videbitur iustius & commodius *f*. *Absolutio* igitur alia est *diffinitiua*, alia *ab obseruatione iudicij*. *Diffinitiua* (quæ vocatur etiam à crimine: siue ab accusatione, siue *absoluta*) dicitur, quando reus absoluitur tanquam innocens, quia crimen non commisit. *Ab obseruatione seu instantia iudicij* dicitur absolui, qui absoluitur non tanquam innocens, sed duntaxat tanquam tunc non repertus culpabilis, vt puta propter iudicij nullitatem, probationumue defectum & reb. ita stantibus vt tunc stabant *g*. & hæc habetur etiam pro definitiua, eatenus, vt si noua indicia non oriantur, reus iterum molestari non debeat: immo etsi orirentur, non poterit repeti; nisi intra certum tempus ad accusandum institutum. nempe decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes. Quod si dubitetur sitne definitiua, an tantum à iudicij obseruatione: recurrendum ad acta. si habetur *absoluimus ab obseruatione iudicij*, vel *ab hactenus deductis*, vel *stantibus rebus pro vt stant*, aut similia seu æquiualentia verba tantum censetur absolutus ab instantia iudicij. Si habetur, *reum absoluendum vti innocentem, non culpabilem* & huiusmodi verba alia adsint: censendus absolutus definitiue. Si vero res ex actorum verbis non colligitur, (verbi gratia, si tantum diceretur *absoluimus reum*) tunc legenda diligenter acta, & videndum: an constet ex actis duutaxat crimen, non fuisse probatum, non vero crimen à reo non commissum, tum censenda tantum fuisse à iudicij obseruantia: si constet vel omnino non commissum crimen, vel non commissum à reo (verbi gratia, qui suum *alibi* bene docuit) tum habenda vt definitiua. Si ex actis adhuc res manet ambigua tunc communior sententia & praxis est, vt habeatur tantum pro ablolutione ab instantia. quod communi praxi receptũ in fauorem reipubl. vt crimina puniantur: qui fauor præponderare debet fauori priuato reorum. Hæc ratio etiam est fundamentum opinionis receptę & generalis consuetudinis (exceptis locis paucissimis) qua licet iure communi scripto magis consentaneum sit, actore non probante reum diffinitiue absolui: tamen consuetudine & praxi iudiciorum inualuit: vt casu nõ probati criminis, sententia feratur tantum absolutoria ab obseruatione iudicij, vt post Couarr. & alios optime deducit Prosper, Farinacius *h*. Et sic intellige, quæ scribit indistincte Sprenger *i*. Nam quando deprehensus est vere innocens reus, iudex illi faceret grauem iniuriam, & mortaliter peccaret inserens in sententia eum duntaxat absolui ab instantia iudicij: immo tenetur diffinitiue absoluere, alioqui reus tunc potest à tali sententia appellare: nec contraria consuetudo foret ęqua vel toleranda. Si tamen reus non appellaret: in foro quidem externo censeretur sententiam approbasse: in foro tamen interno non auderem iudicem excusare. Non enim, quia alter vel ignarus est, vel incurius iuris sui, licuit iudici iniuriã facere; nec etiam superueniẽs ratificatio tollit pręcedens iudicis peccatum, nisi quoad obligationem restituendi. Quæ velim diligenter à iudicibus notari pro intellectu eorum quæ de hac re traduntur à Doctoribus nostris *k*, & praxi vulgata. Hæc intelligenda de absolutione in eodem foro. Nam si in alio foro agatur, tum nec absolutio definitiua plane reũ liberat. Nam absolutus in foro poli seu cõscientiæ, potest adhuc puniri in foro fori. Et, quia crimẽ nostrũ est mixti fori, si absolutus in curia sęculari non fuit punitus ab ea sufficienter, & iudex Ecclesiasticus habet pœnam quã infligat

Clarus § in q. 57. & 62. Farin. q. 4. n. 24.

B

C

D

E

h supra n. 23. & 28. i d. p. 3. q.

k Grillan tract. de relaxa. carcerat. titu. de absol. Inno. q. 2. Couarr. l. 1. var. resol. c. 1. n. 8. & l. 2. c. 1. Clar. & Far. supra & ijs quos plur. illi creat.

maio-

rem, eamque, reus merebatur, poterit tam infligere. Contra quoque nimis leniter castigatum à curia Ecclesiastica, poterit seuerius, etiam ad mortem, damnare iudex sæcularis *a*. Neque tunc cessetur bis pro eodem crimine puniri, sed vtraque punitio pro eadē vna continuata habetur: & quia in atroci crimine versamur, & cui expiando vix vlla supplicia sufficiant; parum hic necessaria est distinctio Marantæ. *b* Sed hæc sufficiant: formulam absolutionis pete à Sprengero *d.q.* 20.

a Optime post alior Farinac. supra n. 10

b rit. de inquisit. nu. 100. post Bart. & Pari.

SECTIO XV.

De sortilegiorum qualificatione: siue quæ hæreticalia, quæ non?

PP. POst absolutionem, tractandū de condemnatione, sed quia congrua delicti pœna de, cide à delicti qualitate, hæc necessario sectio præmittenda fuit: non ratione Lamiarum seu Strigum, quarum crimen semper cum hæresi coniunctum est, vt docet experientia: sed ratione quorundam Sortilegiorum minus atrocium, & in quibus pactum solummodo tacitum reperitur. procedamus per breuia axiomata.

Axioma primum, *Sortilegia hæretica dicuntur omnia in quibus dæmon inuocatur ad faciendum, vel indicandum ea, quæ vel facere non potest.*] hoc est certum *c*. quia hæreticum est illum credere posse facere vel scire, quæ neque scire neque facere potest: sed Deo sunt reseruata. Dixi hæretica non hæreticalia. nam hæreticale significat tam quod sapit hæresim, quam quod hæreticum est & quia has duas significationes multi *d* non bene distinxerunt, ideo etiam errarunt in hac materia prima ergo hæc non tantum sapiunt hæresim, vt illi volunt: sed vere sunt hæretica facta, non dico sunt hæreses, (nam hæ ab intellectu pendēt, & hæresis est intellectus error) sed dico facta hæretica. sicut enim propositio hæretica est, ipsa enunciatio falsa Catholicæ veritati contraria: sic etiam factum est hæreticum, quod Catholicæ veritati repugnat nō formaliter, sed quasi materialiter, quia est materia circa quam intellectu saberrans versatur in hæretico errore: & ad factum hæreticum sufficit id quod facit esse huiusmodi, vt si quis remita se habere pertinaciter contenderet, is vere hæreticus esset. verbi gratia, rebaptizat quis aliquem, factum est hæreticum, quia qui tenet posse re baptizari, est hæreticus. ad factū sapiens hæresim sufficit: vt qui hoc assereret fieri posse, quod facit, eius propositio vere diceretur propositio hæresim sapere, non tamē vere diceretur esse propositio hæretica. v.g. si quis sacramentalia misceret vsibus profanis, circa pactum expressum vel inuocationem expressam dæmonis: faceret factum sapiens hæresim, quia si diceret hoc fieri oportere seu licere, hęc assertio saperet hæresim. Ex his puto pendere decisionem cōtrouersiæ inter Barbat. & alios Iurisc ōsultos, de ijs qui dæmonem inuocant ad cognoscendum seu faciendum ea quæ ipse facere vel cognoscere potest, à Deo non impeditus: v.g. vt reuelet furta commissa, vt in amorem carnalem inducat. Quoad hæc enim Barbat. *e* censuit, horum cognitionem pertinere ad inquisitores fidei, & ea sapere hæresim manifestam. Sed alij Barbatiam reprehendunt, & cum Oldrado volunt hæc non pertinere ad inquisitorū cognitionem, neque esse hæreticalia *f*. & in hac re inueniuntur Parisiēsi apud Paponum arresta contraria. Sed pro Barbatia faciunt Theologi Spineus &

c Grillād. de sortileg. qu. 10 num. 12. & 10. 19. Clarus §. hæresis vers. successiue quęro. & alij cōmuniter. *d* Clar. Farin. & alij I.C.

e cons. 55 lib. 1.

f Oldrad. cons. 210. Tiraq. de pœn. caus. 4. n. 3. Genin. con. 54. Alber. rub. de hæret. Afflict. sup. const. Neapol. Clarus §. hæresis. nu. 25. & Farin. q. 20. Papō. li. 12. tit. 3. art. 1. & 2.

Pegna.g Inprimis, pertinere etiã ad Inquisitiores cognitionem, dubitari nequit, cùm crimen sit mixtum. Deinde non esse crimen hæreticũ (nisi quid aliud accedat) nec sapiens manifestam hæresim, id quoque puto, si dæsit dæmonis inuocatio expressa: sapere tamẽ hæresim non manifestam crediderim, quãdo consulitur dæmõ siue maleficus diuinator de rebus amissis: licet enim dæmon norit, ipsum tamen consulere sapit hæresim, occultam saltem. idem dicendum in philtris, quibus Magici characteres, & superstitiosa alia pactũ occultum habentia, admiscentur: sed quo ad amatoria ex philtris merè naturalibus, citra superstitionẽ exhibita, putarim ea non sapere hæresim: quare & iudicem diligenter inspicere, & considerare hæc debere. Illud non dubito hæresim saltem sapere, nisi potius verè hæretici sint, Magos illos, qui credunt quod solent iactare se vnitos spiritui, siue præditos spiritu quodam excellenti seu potenti, cuius efficacitate possint cogitationes aliorũ scire (quod soli Deo reseruatum) & occulta diuinare, & alium ad aliquid imaginandũ, vt loquuntur, necessitate, aliaque miranda, supra hominum communem potentiam facere. Quos etsi negent, necesse est vel illa non posse præstare, & tantum fingere, vel si credunt ista & faciunt, vere Magos esse, & tales quales dixi, pactum cum dæmone habentes. De his sapienter scriptum à Cardinali Cusano *libro tertio de docta ignorantia capite vndecimo*. Non illa phantastica (*nempe vnio*) Magorum qui hominem ad quandam naturam spirituum influentialium sibi coniecturalium, quibusdam operationibus mediante fide (*hanc intelligo fiduciam quam Magi semper exigunt*) adscendere dicunt: vt in virtute spirituum talium, quibus per fidem vniuntur (*hoc est per promissam eis fidelitatem & patientiam*) plura & singularia mirabilia, aut in igne, aut in aqua, aut scientijs harmonicis, apparentijs transmutationum, manifestatione occultorum & similibus efficiant. Manifestum est enim in his omnibus seductionem esse, & recessum à via & veritate. Propter quod tales ad fœdera & pacta vnitatis, cum malignis spiritibus taliter astringuntur, vt id quod sub fide credunt, opere ostendant in thurificationibus & adorationibus, Deo tantum debitis; quæ spiritibus, quasi potentibus implere petita, & de vocalibus, istis mediantibus, magna cum obseruantia & veneratione impendunt. Consequuntur aliquando per fidem (*intellige* (per) *non vt causam poni, sed poni pro* (iuxta) *nam error esset credere quod fiducia illa magorum sit efficax*) ipsa caduca petita, vniti sic spiritui; cui etiam, à Christo ęternaliter diuisi, in supplicijs adhærebunt.] *hactenus ille*. Quando autem dubium est, sintne hæresim sapientia, neque sortilegia: non pertinet ad inquisitorem iudicare aut cognoscere sintne talia vel non; (verum hoc pertinet ad Theologos qualificatores:) sed postquam constat ea sapere hæresim, dubitatur vero tantum an sapiant manifestam: possunt de illa qualitate cognoscere, & pronunciare se iudices esse h. Qualitatem vero horum factorum puto desumẽdam à circumstantijs & actibus, seu rebus quæ admiscentur.

2. Axio. *Quæcumque fiunt sortilegia à sortilegis habentibus pactum expressum: sunt respectu operantis sapientia hæresim. etiam circa res quas dæmon cognoscere vel facere potest: respectu vero operis duntaxat, si sint circa res quas dæmon cognoscere nec facere ei.*] ratio, quia primo casu, propter fœdus illud, ope-

g Pegna in direct. q. 42. cõmen. 67. Epin. Apolog. 4. contra Pẽzinni. ca vlt. bene id probã.

h Pegna d. comm. 67. in fine, vbi dicit hanc veri & comm. esse sententiam. i post alios Grill. q. 10. d. q. 20. nu. 81.

rans

rans est hæreticus : secundo casu tunc tantum factũ ipsum sapit hæresim. Sed quoad non habentes pactum expressum.

Dico tertio. *Si qui sortilegio Deum abnegent, vel adhibeant sortilegio hostias sacras, vel aliud sacramentum aut etiam Sacramentalia, immo vel reliquias vel agnos Dei, vel alias res Ecclesiastico ritu benedictas & sacratas a: vehementer sunt suspecti de hæresi.*] ratio quia tales significant se credere huiusmodi adhibita vim habere ad maleficiorum operationem. Et de hac crudelitate debent examinari,& si nolint respondere,possunt desuper torqueri; & si non fateantur,vt vehementer suspecti debent abiurare.

Dico quarto, *si qui baptizent imagines ex qualibet materia, vel rebaptizent pueros: hoc ipso vel hæretici sunt, si putant formam vel materiam baptismi aliam esse posse, ab ea quam Christus instituit: vel sunt vehementer suspecti, etiamsi negent se hoc credere.* b quia tales actus natura sua præ se ferunt aliquid quod est hæresis manifesta. Nec inuenio Grillan. *q.*3. *n.*6 contrarium sensisse,vt illi Farinac impingit. Idem dicãdum de consecratione & baptismo librorum. Nam magi libros suos,vt vim energiticam accipiant (*sic falluntur*) curant Benedici per Sacerdotem aliquẽ, habentem stolam in collo, & aqua benedicta cum aspergillo ex herba hypericontis eos aspergentem,simulq; profantem, *ego te baptizo in nomine Pat. &c. & interea* alia manu sacerdos tenet cereum benedictum, postea ponit libros sub mappa altaris certo loco, idque tribus certis diebus, quorum vltimo in modum crucis fascia ligat librũ & recludit in loco puro & abdito. hoc fassi magi Mantenses parisi. 1586. mense Nouemb. *teste Crespeto disc.* 12.

Dico 5. *si ad res quas potest dæmon facere, vel cognoscere, sciendas vel efficiendas, misceantur res non sacræ, verbigratia, hostia non consecrata: etiamsi super eam Sacerdos missam dicat. probabile est non esse sortilegium hæreticale, quando fit à non habente expressum pactum* c. Putarem tamen distinguendum. nã si iste bene sentiat de prudentia corporis Dominici,& transsubstãtiatione, & nõ præbuit hanc hostiam populo adorandam, sed vere aliam, quã eleuauit, cõsecrauit: hanc vero accessorie tantũ super altare ad magicos effectus posuit: erit tantũ suspectus de hæresi: si vero illa alia credidit, tunc aperte foret hæreticus. si vero reuera, nec credidit ista vim aliquam ad effectum magicum habere, non erit suspectus de hæresi, sed extra ordinẽ puniendus. Hæc ita si de hac eius intentione constet nam quamdiu non constat, mihi quidem videatur de hæresi merito maxime suspectus.

Dico 6. *Quandocunque dæmon inuocatur per modum sacrificij vel adorationis sapit res manifestam hæresim: quando per modum imperij, non raro idem dicendum.* v.g. primo si admisceantur res sacræ *d.* 2. inuocetur, vt amicus Dei,& ei carus. 3. si putet hoc non esse peccatum, vel saltem non graue. 4. si petat quæ dæmon præstare nequit, vt suscitare mortuum, animam defuncti repræsentare, arbitrij libertatem cogere ad amandum, &c. vel quæ nescit vt futura contingentia: vel quæ scit contingenter, ea petit doceri certo & infallibiliter. 5. si petat quæ potest dæmõ, sed credat cũ ea posse etiã Deo nõ permittẽte: vel petat reuelari præsentia aut præterita, omnino infallibiliter *e*. Immo si rẽ recta reputemus via, quia nobis omne cum dæmonibus commercium interdictum, quotquot non modo per viam obsecrationis, sed etiam per viã impe-

a Eymeric. d. q. 2. & ibi Pẽna comm. 67. Alf. à Cast. l. 1. de iust. nat. puni. Bern. Cuman. in Ln. inquisitio. ver. sacramentis abuti. Ioan. à Rotas tract. de hæret. p. 2. assert. 32. n. 267. Farin. d. q. 20. n. 85. in 2. edit. sup. Grilland. q. 10 n. 16.

b Penna super Spin. d. apul. 4. Farina nu. 85.

c Oldrad. cons. 10. col. 3. Grilland q. 10. n. 13 & qu. 11. n. 19 & 20 Farin. nu 84.

d DD. sup citati ver. dico tertio.

e Bernard Basinus tract. de artib. magicis cõc. 1. & seqq.

rij aliquid dæmonibus ſtudent obtinete, vnde ſapiunt hæreſim *f*, illud tamen fateor, ipſius ſuſpicionis pondus, qualitate perſonarum & alijs circumſtantijs eſſe trutinandum *g*.

SECTIO XVI.

De pœna & ſupplicio maleficorum.

PRogrediamur à leuioribus. Sed notandum principio, quoſdam I. C. *h* nimis credulos VViero Medico & hęretico, magnam vim facere in diſtinctione nominum, *venefici, malefici*, *incantatoris, ſtrigis, Lamiæ*: quaſi vero hoc iudicium ex nominibus, non geſtis ac facinoribus, ſit decidendum conſtet iudici de re, nomina contemnat: quæ rebus ſubduntur, non res nominibus: & ſic, qui de hac materia veteres nouitijq; ſcripſere rebus ipſis nomina poſthabuere: quod ego hoc tractatu feci pro ijſdem ſumens *veneficos*, *maleficos*, *incantatores*, *ſagas*, *ſtriges*, *Lamias*. itaque hac putida diligentia prætermiſſa, facta nunc perpendamus.

Quoad peccata ſortilegij, quæ hæreſim non ſapiunt, in pœna vtrumq; ius, ciuile & Canonicum ea conueniunt, quod iudicis arbitrio permittāt: debere tamen iudicē arbitrio ſic vti, vt canonibus legibuſque ſe accommodet; nec eorum præſcriptum tranſiliat temere, videlicet, niſi qualitas facti, conditio perſonarum, animus delinquentis, ſcandalum inde exortum ſimiliave ſuadeant pœnam intendere vel minuere: quod idem in mandantibus & conſulentibus obſeruandum, communiter receptum videtur *i*. Solent autem iure canonico ſortilegi non hæreticales (vt vocant) ſiue ſint laici, ſiue clerici, & ad quemcumque finem ea fecerint

A in foro pœnitentiali puniri pœnitentia XL. dierum *k*: ſed cum hodie omnes pœnitentiæ confeſſario ſint liberæ, poterit moderari *l*. In foro fori, ſi publicum crimen: olim imponebatur publica pœnitentia, quam ſi detrectarent, vel non complerent, à communione fidelium arcebantur *m*: hodie ſublata illa publica pœnitentia, Laicus non hæretica, hæc hæreſim ſapentia conficiens, pro prima vice erit excommunicādus

B *m*: ſi monitus perſeuerat, & eſt vilis perſona, publice eſt fuſticandus, vel mitra chartacea dehoneſtandus; ſi honeſtior relegandus, vel perpetuo carceri mancipandus *o*: conſequitur autem infamia hoc crimen, etiamſi nihil horum illi iudex infligeret *p*. Hæc certum eſt procedere, quando ad malum finem: ſed quid ſi ad bonum? idem in laicis & clericis tum obtinet: adhuc eſſe puniēdos,

C etiamſi verba ſacra admiſceantur, vel cruces, &c. ſi ſint admixta alia, vt characteres, nomina ignota, & huiuſmodi obſeruationes, quas conſtat nihil per ſe habere efficaciæ ad finem illum bonum *q*. & tunc pœna eſt arbitraria.

Quoad clericos; conficiens non hæreticalia, in ſimplicitate cordis & zelo bono (v.g. pro inueniendis bonis Eccleſiæ ſubtractis) ſuſpenditur à diuinis

D & miniſterio altaris per annum & vltra iudicis arbitrio, ſecundum facti turpitudinem & criminis *r* qualitatem; ſi dolo malo feciſſet, deponeretur ab ordine ſacro, omnibus beneficijs priuaretur, & in monaſterium perpetuo detruderetur: immo & infamis effectus, tonſurari ſolet, & in modum ſtulti decaluari, veſtibus ante & retro re-

E ſciſsis & decurtatis, & mox degradari, hoc eſt perpetuo ab altaris adminiſtratione remoueri *s*. Et quia hac in re multa & varia (proh dolor) ſunt Eccleſiaſticorum delicta, etiam parochorum

(ad quod

f Spineus l. apolog. 4. & Simā. Cath. inſtti. 21. n. 13 & Penna vbi ſupra commen. 68. litt. O gv. Pennā ſupra.

QQ

h Fichard con. 112. Io. Althuzius admonit. ad Iud. God. tract. de lam.

i Abb. n. 8 de ſortile. Grill. ſup q. 11. Men de arbit. caſ. 388. n. 1. Far. q. 2. n. 94.

k text. & DD. c. 1.

de ſortile Grill. d. q. 11. n. 2. 6. & 9.

l Menoch ſupra n. 6 & 7.

m c. pro dilectione & ſeq. de conſecrat. d. 1. Silu. v. ſuperſtitio 5. vlt.

n c. ſi quis Epiſcopus c. aliquanti. 26. q. 5.

o cap. contra idolorum d. q. 5 Romi. ſing. 600. Grillan. d. q. 11. nu. 4. & 10 Menoch. ſup. n. 18.

p c. 3. 2. q. 8. c. infamis 6. q. 1.

q Gril. q. 1. n. 2. q. 2. n. 4. & 5. & q. 11. n. 8. 14. 15. 23. 24. & 27. q. 14 n. 4. 3. q. 17. n. 4. & 5. & Far ſupr. 96.

r cap. 2. de ſorti Grilland. d. q. 14. n. 3

s c. ſi quis epiſ. 26. q. 5. poſt Cril. Men. Barb. Far. ſupra n. 92.

(ad quod Episcopos & Archidiaconos decet attendere) breuiter quædam ex Grill. & Farinacio, iudicibus Romanæ curiæ, subiungam pro clariore dictorum intelligentia.

RR.

Sacerdotes qui causa vindictæ seu doloris aras spoliant, aut luminaria cõsueta exstinguunt, vel quid simile faciunt, nocendi gratia ijs, quorum quasi in funus hoc impendunt officij; honore & dignitate priuantur, & infames efficiuntur *a*: si vero ex inimicitia missas defunctorum pro viuentibus celebrarint (Belgæ dicunt, *een moort misse*) vt is pro quo sacrificium offerunt celerius moriatur, vel incurrat mortis periculum; proprij ordinis gradu deijcuntur & in exilium perpetuum, vna cum eo qui Sacerdotem consuluit, vel hoc fieri mandauit, eijciuntur *b*: nisi tamen sponte de præmissis coram Episcopo vel Metropolitano se culpabiles detulerint, & de ipsis condignam peregerint pœnitentiam, vt bene Grilland. ex *d. c. quicumque*: fallitur tamen Grill. dum putat *c* hæc sortilegia non sapere hæresim: omnino enim sapiunt, quia est hæresis putare hæc habere effectum huiusmodi, ideo hæc pertinere censeo ad hæreticala: sicut & imaginum crucis, B. Mariæ, vel Sanctorum conculcationem & deiectionem factam dolo vel iracundia: nam quod Grilland. ait non sapere hæc hæresim, falsum id esse sciut, quotquot iconoclastarum furores norunt & execrantur.

Sacerdos celebrans super rebus profanis, quæ vulgo putantur aptæ ad sortilegia; vt sunt hostia non consecrata, circumscripta certis notis & litteris sanguineis, ducto sanguine ex annulari digito; item cuticula, qua infantis caput nascentis est inuolutum; panis incoctus, siue massa cruda, vel coactus in placentà; vel lapis, vulgo dictus *calamita*, beneficijs est priuandus, & in carcerem detrudendus *d*: idem dicendum si sit abusus vasis aut vestibus sacris *e*; verbi gratia, altaris palla, calice, patina, purificatorio, tabernaculo Eucharistiæ, aut reliquarum, lapide sacrato vel eius frustro, corporali manipulo, stola, alba, velis sanctuarij, &c. proponant huiusmodi sibi exemplum Regis Baltasaris *f*; qui tamen non abutebatur ad sortilegium, sed ad vsum domesticum profanum, quod minus erat.

Sacerdos, qui in solemni missæ sacrificio, preces, quæ non tendunt ad Dei cultum & salutem animæ, sed potius tendunt in peccatum, obtulerit, (vt ille cuius vesanum amorem fuse describit Grillan. *g*) eodem modo puniri debet, quo præcedentes *h*.

Omnibus autem communes pœnæ sunt sequentes: qui consulunt diuinatores, vel remedia (illicita videlicet) petunt à maleficis, in easdem incidunt Ecclesiasticas pœnas, in quas & ipsi malefici aut diuinatores: præterea sunt ipso facto excommunicati, excommunicatione tamẽ nulli reseruata *i*; &, si sint clerici, possunt deponi, tam vero clerici, quam laici, debebant olim quinquennalem subire pœnitentiam *k*. Iure autem ciuili, eandem discentes ac docentes incurrunt pœnam *l*: qui Magos in domum suam vocant, causa artis exercendæ, priuati bonis debent in insulam deportari *m*: qui Magos consulunt, gladij pœnæ subduntur *n*: ex Carolina sanctione, & consuetudine imperij, etiamsi ob bonum finem interrogarint, vel magicis artibus aut remedijs vsi fuerint; exilio vel aliter infra mortem damnantur, arbitrio iudicis *o*. De amatoria præbentibus, dictum, *lib. 3. part. 1. quæst. 3. sect. 2. in fin.*

Incantatores Serpentum, si præcantatione si à dumtaxat implorant simpliciter

a c. quisq. 2. q. 8. c. debened. 11. q. 1. ca idmon. 26. qu. 7. roller. in prac. crim. c. nu. 46. Far. q. 49. nu. 49

b c. quicunq; 26. qu. 5. & Dia. pra. cri. Can. c. 35. Men sup. n. 15. Grill. qu. 10. n. 12. & q. 11. n. 17. ed. n. 12. & seqq.

d Dia. supra cal. 39. Grill. q. 14 Menoch. sup. nu. 12 Farin. supra n. 107

e Grill. q. 16. & post cum Menoch. & Farinac.

f Dan. 5.

g qu. 16. num. 2.

h Grill. Men. Farin. supr.

SS.

i ca. 1. 26. quæst. 5.

k c. 2. & 3. 26. q. 5.

l c. 8. C. de math. & malef.

m l. 3. d. tit.

n l. 5. eod. titul.

o Caroll. const. ca. 109. God. l. 3. de la. c. 11. nu. 31 Kirch. cons. 12. numer. 9.

simpliciter & deuote auxiliũ Dei, absque alia superstitione; vt culpæ, ita etiam expertes sunt: si vero Diabolum inuocant expresse vel tacite, erunt puniendi pœnis commemoratis Sortilegorũ. Vt autem queant ista discerni, aduertendum ad verba ipsa, ad modum, ritum, & ordinem incantationis: quia si in eis insunt aliqua verba extranea, vel ignota nomina anima aut characteres, siue alia quæ nõ cõducunt per se ad effectum intentum, tota res Diabolica & superstitiosa debet censeri *p*. Dicendũ idem in cæteris remedijs contra maleficia.

Quoad astrologos iudiciarios, chiromanticos, & huiusmodi diuinatores; si tantum prædicant euentum vt possibilem præsumptiue & inclinatiue, non sunt puniendi, vt sortilegi: si vero prædicant, vt infallibilem vel necessarium sunt hæretici sortilegi *q*; & contra eos videnda Bulla Sixti V. contra astrologos edita 1585.

Qui præbent poculum naturale aborsus, vt venefici puniendi; non vt sortilegi, nisi sortilegia admisceant *r*. Quãdo Episcopus captiuum habet aliquem sortilegum hæreticum, si paratus sit homo ille abiurare, & condignam subire pœnitentiam; non potest eum tradere brachio sęculari, nec etiam potest acta iudicialia seu copiam processus eius vllo pacto cum iudice sæculari communicare: alioqui iure Canonico incurreret irregularitatem *s*. Dumtaxat enim quibusdam casibus sortilegi hæreticales possunt tradi brachio sæculari. 1. si fuerint Doctores & seductores, nisi sponte sua ad Ecclesiam redierint, & hæreses abiurarint, seque contra illas strenuos præbuerint *t*. 2. si sint relapsi. 3. si sint impœnitentes, ad quos reducuntur conuicti omnia negantes pertinaciter *u*. Quod Farinacius *d. numer*. 105: extendit etiam ad sortilegos qui hominem occiderunt, vel quid simile fecerunt quod iure ciuili morte luendum est; vt nonnisi aliquo trium doctorum concurrentium possint degradari, & curiæ sæculari tradi. Sed in alijs criminibus enormibus id verum non esse postea ostendam, *hæc eadem sect. litt. YY*. Et quando accessit ad hæresim homicidium qualificatum, aliud dicendum, mox ostendam. Formulas condemnationis quo ad istos singulos, pete ex Sprengero. *p*. 3. *mallei*.

Quando sunt Sortilegi hæretici, aut hæresim sapientes, contra eos agi sicut contra hęreticos; receptum est vtroque iure *x*. quando non sunt tales, sed ab omni errore hæretico alieni, à sæculari etiam magistratu solent virgis cædi, ad triremes, vel in exilium mitti, vel extraordinaria, infra mortem pœna, affici, interdum etiam pecuniaria, iuxta personæ & criminis qualitatem *y*.

Si mors sit alicuius maleficiati subsecuta, locum esse pœnæ legis Corneliæ, & comburendum sortilegum, communis est sententia *z*. Quoad Necromanticos & cæteros magos atque maleficos, solas Lamias excipientes, idem fatentur patroni Lamiarum *a*. Sed Lamias nostras non esse eximendas numero cæterorum Magorum, communis est sententia Theologorum & Iuristarum, vt mox docebo. Fundamenta Godel. & aliorum sunt. 1. Lamiæ fatentur impossibilia; nempe se volasse ad conuentus, libidinem cum dęmone explesse, tempestates excitasse, & huiusmodi. *Respond*. libr. 2. ostendimus hac dæmoni non esse impossibilia, & ideo fidem habendam earum confessionibus censent Catholici communiter.

p Summa cons. quã it. & seq. Grill. q. 11 n. 28. & Farina. supr. n. 110.
q Berbet. in Viato. tur. rub. 8 n. 5. & 6. Grill. q. 11 nu. 16. & 13. q. 3. q. 13. & 14 Farin. sup n. 112.
r vide bullam de aborsu Sixti V.
TT.
s. c. sentẽtiam sanguinis. Ne clerici vel mona Anchara in c. ea quæ de reg. iur. in 6. q. 4. Farinac. sup n. 105.
t Simancas prax. c. 59. n. vlt
u de his ttib. fuse

Simanc. prax. c. 59 cum seqq Alf. à Castro. l. 2. de iust. hæret. punit. c. 2.
x Grill. d. q. 11. nu. 1. 6. 9. Menoc sup. n. 4. Farinac. q. 10. n. 87.
y post alios Clarus §. hæresis, n. vlt. Menoch. sup & Farin. sup.
z l. 1. Cod de mal. & mat h. Berber. d. rub de sortil. 1. 2. & 3. Cãhoud. in praxi. num. tit. de homic per sortil. 73.
a Ponti. lib. Fich. Godelm. & alij. 1.

ter. 2. Lamiarum peccata sunt potius cogitationis, vel nudi conatus, quam facti vel executionis: ideo ab Ecclesia puniri non deberent, nec à iudicibus alijs. *Resp.* falsum præsupponi, progrediuntur enim in opus exterius: & atrocioribus criminibus receptum, conatus aliquando puniendos, vt constat *a.* 3. Pœnam minuere deberent, ætas senectutis, & sexus fragilitas. *Resp.* senectutem non esse idoneam causam minuendæ pœnæ in atrocioribus delictis, vt ex praxi iudiciorum, affirmat recte Iul. Clarus *b* deinde falsum supponunt, solos senes in hoc peccatum incidere. Vt etiam falsum supponunt, solas mulierculas sic delinquere: quamquam nec in hæresi nec in similibus atrocioribus sexus excusat. 4. Lamiæ debent censeri similes dormientibus, confitentur enim crimina commissa in mentis excessu, vel sopore. *Respond.* multa fagas immo fere omnia vigilantes committere, & propter hæc puniendas; vt propter pacta cum dæmone, coitum cum eodem, infanticidia, segetum & iumentorum damna, &c. Immo, & quæ in somnis gererent, culpa non carent, quia & ante somnum ea præmeditantur, & post somnum ea rata habent, & sibi illis complacent. *c*

5. *Argumentum*, pacta huiusmodi sunt imaginationes delusarum mentium. Venerius quoque coitus cum dæmone, est rei impossibilis fictio. Quæ de tempestatibus & damnis datis narrantur eorum excedunt potestatem: quæ de translatione corporali dicunt, sunt nugæ meræ. *Respond.* imprimis credendum contra seipsos ipsorum cõfessioni; sicut & alijs reis, deinde iam conformes omnium esse testificationes, & tam confirmatas experientia omnium populorum & sæculorum: *vt id negare, nihil sit, nisi insanire*, vt bene dictum à Sylvestro *d*, *quibus* (vt ait Penna, *enemo* (*nisi sensu careat*) *queat contradicere*, & (vt alius quidam de grege hæretico dixit) *qui hoc ausit negare, is audeat negare meridie lucere solem, & bis sex esse duodecim.* Et singula nos, *lib.* 1. comprobauimus *f*. Nunc, dum taxat auctores ea confirmantes citabo. PACTVM istud agnoscunt & habent pro certo, tum THEOLOGI, vt post Cyprian. *libr. de duplici martyrio*, & D. August. *in capite illud 26. quæstio. 2.* tenent D. Thom. 2.2.*q.* 95. & 96. Alexan. Halens. *part.* 2.*q.* 184. Albert. Magn. *in* 2.*d.* 7. *art. vlt.* Petrus de Tarantasia, (qui postea fuit Innocenc. V.) *ibidem*, Petrus de Bonauentura, *ibidem* Guido Carmelita, *in speciali quæst. quam de hac re composuit iussus Papæ Ioan.* 22. Scot. *in* 4.*d.* 34. Gabr. *in* 2.*d.* 8. *quæst.* 2. *art.* 4. S. Antonin. 2. *part. titul.* 12. Guilhelm. parisiensis. *in tractat. de fide & legibus*, Sylvest. Tabie. Angl. Armill. Grasijs, *in verbo superstitio & verbo maleficium.* Gerson. *in* 2. *part. Trilogio Theologisatæ Astrologiæ*, Ioannes Trithemius harum rerum nimis peritus, *in qq. à Maximiliano Cæsare propositis*; Franc. Victoria. *relect. de Magia*, Alfon. à Castro, *libro primo, de iusta hæret. punit. cap.* 15. Eymericus, *direct. inquisit. cap.* 43. & ibi Penna, *comm.* 68. Bernard. Comens. *in disputatione post Lucernam Inquisitorum*, Sprengerus, *in Malleo*, Niderius *in formicario*, Hollenus, *in Perceptorio*, Basinus, *libro de Magicis*, Bartolo. Spinæus, *contra Ponzinibium*, Silvest. Pieras, *lib. de strigimag. & dæmon. admiran.* Franc. Picus, *Dialogo strix*, Iaquerius, *in flagello hæret.* Ioseph. Angl. *in* 2. *quæst. de Magia.* & nouissime Sebast. Michaelis, *in Pneumalogia*, Crespetus, *de odio Satanæ in homines*, & Petrus Binsfeld. *part.* 1. *de confess. maleficar. prælud. num.* 7. Cardinali

3. *a* Iul. Clarus §. fin. q. 62. n. 2. Kitcho. & alij quos sequitur vel inuitus Codel l. 3. c. vlt. n. 36 *b* §. fin. q. 60. nu. 6. 4.

c Simanc. in prax. c. 11. n. 4. 5.

d l. 1. de strig. & dæm. ad mir. c. 14. ed. cõmu 68. lit. r. *f* de pacto q. 4. de temp est. & damn. s qu. 11. de concubitu q. 17. de translat. local. q. 16. lib. 2. VV.

dinal. Toletus, *libr. 4. summ. instructio. Sacerdot. cap. de magica* 15. Idem est Iuristis asseruere, Grillan. *libr. 2. de fortileg. quæst. 3.* Martin de Arles, *tractat. de superstit. à num. 85.* post veteres Ioan. Andreæ, *in cap. accusatus §. sane de hæret. in 6.* Archidiac. Ioan. Monach. Guilhelmum. *de monte Lauduno* & Bartholomæum Raymundi, *ibidem*, & satis fatetur Oldrad. *consil. 210.* item Turrecremata *in c. illud 26. q 2.* Berber. *in viatorio iuris titul. de fort. leg.* Simancas *in praB. c. 11. & in Institut. Catholo.* Damhaud. *in pract. crimin.* Nauarr. *in Manual. cap. 11. num. 25. & in cap. numquid Coin. de pœnit. d. 2.* Menech. *de arbit. iud. cas. 388. Farin. prax. crim. quæst. 20.* Florimund. de Reimundis, *de Antichristo cap. 7. num 5.* Nic. Remig. *opere de dæmonolatr.* Quodque caput est expresse hoc docet Ioan. 22. *in sua extrauag super specula.*

Et quia contra hæreticos agimus etiam ex ipsis hoc accurate docet, Lamb. Danæus, *Dialog. de sortiarijs*, Ioa. Bodi. *li. de dæmonom.* Thomas Erastus, *in Furnio*, Georg. Pictorius, *in Resolut. an sagæ ignis mulctæ damnandæ.* Hotom. *cons. 98.*

De Venerio coitu *succuborum & incuborum*, hoc tenent cum Innoc. 8. Pontif. in bulla de hac re edita, & plurimis S. Patribus Alex. de Hal. 1. *part. quæst. 78.* D. Tho. D. Bonau. Scot. Dur. Gab. Dionys. Cartus. *in 2. d. 8.* Guill. Paris. *de vniuerso part. vlt. cap. 23.* Abulens. *in 6. Genes. quæst. 6. & in 7. Exod. quæst. 12.* Alfons. à Castro, *supr. cap. 16.* Caietan. *in 2. 2. quæst. 99. art. 3.* Sixtus Senens. *lib. 5. sanct. biblioth. anno 73.* Barthol. Med. *1. 2. quæst. 72. ar. 2.* Spren. Nide. Syluest. Pic. Holen. Spin. Victor. Mich. Cresp. Totel. Angl. Binsf. Comens. Iaquerius, *supr. citati*, & Vlricus Molitor, *in Dial. cum Sigismundo cap. 5. & 6.*

Ex Iuristis, Marti. de Arles sup. Grill. *lib. 2. q. 7.* Simanc. & Remig. supr. & locorum omnium acta de hac re iudicaria. Nec non prædicti quinque hæretici; & ipsemet Lutherus, *in Conuiualibus*, vt appareat mendacium Fichardi, hoc attribuentis solis inquisitoribus & Papatui addictis, vt ilie loquitur.

De Grandine tempestat. &c. huiusmodi; quæ probantur omnino à Theologis, *arg. cap. 1. Iob, vbi*, D. Thom. & Cartusian. idem docuere Patres, *in cap. nec mirum 26. qu. 5.* D. August. *libr. 8. de ciuitat. Dei cap. 19.* Isidor. *lib. 8. Etymol. cap. 9.* Innoc. *in bulla sua ad Inquisitor.* D. Thom. & cæteri Scholiast. *in 2. d. 7. & 8.* Castrens. Silu. Spineus, Hollenus, Spreng. Michael. Tolet. Iaquer. Nider. Victor. Angl. Binsfeld. & alij citati. *Ex Iuristis* consentiunt, Simancas, Menoc. & Damhauder. & Remig. & Comens. citati; Azo: Godofred. Bart. Ang. Bald. Salyc. *in l. 4. C. de mal. f.* vb. text. aperte hoc cõfirmat. Bonifacius de Vitalinis, *tractat. de malef. cap. de fortileg.* Ioann. ab Anan. *in cap. 1. de fortileg.* Grilland. *lib. 2. q. 2.* Francisc. Balduin Iacob. Ræuardus & alij ad ll. XII. tab. Pet. Greg. *libro. 34. Syntagm. Iuris vniuersi cap. 11. & ctp. 13.* Petr. Matth. *in 7. Decretal. titul. de maleficis & incantat.* Nec non tres illi hæretici quos nominaui, & Lutherus Archihæreticus.

De Translatione Corporali eam per dæmones fieri posse & solere ex patribus docent Clemens, *libro. 6. Constitut. Apostol. cap. 9.* Arnob. *libro. 2. cont. gent.* Egesip. *libro. 3. de excid. Hieron.* Cyril. Gierosol. *Cateches. 6.* Maximus Taurin. *Sermon. de Natali Apostol.* Ephip. *li. 1. contra hær. 30.* Georg. *li. 1. Dial. ca. 4.* Et alia exempla suggerit Ioan. Cæsæpius Monachus Cistertiensis, *li. 5. ca. 27. 34. 56.* & quæ his addunt Bart. Spinæus, *contra Ponzinibus* Grillandus, Castrius Remig. & Binsf. à me citati.

Est

5. Est ista communis sententia Theolog. & Iurist. S. Thom. Scot. Dur. Caiet. Siluest. Angl. Victor. Castrij, Sprẽgeri, Niderij, Iaquerij, Michaëlis, Crespeti, Toleti, Spinæi, Pici, Guill. Paris. Binsfeldij, & aliorum citatorum: Turrecr. *in cap. Episcopi 26. quæst. 5.* Grill. *de sortileg. quæst. 7.* Pennæ *supr. d. commun. 68.* vbi citat Commens. & Albert. *de agnoscend. cath. assertion. q. 24. numer. 24.* & vocat hanc sententiam communem Theolog. & veram, vt est reuera. Nec ei repugnat Nauarr. *cap. 11. Manual. nu. 38.* nam voluit solummodo negare: eas vehi, cum illis circumstantijs, quæ exprimuntur in *d. c. Episcopi.* Ratum ergo maneat, quintum hoc argumentum plane falsis præsuppositis niti. Mire tamen circa hanc delusionem Lamiarum pertinaces sunt earum occulti quidam Patroni. Arripiunt occasionem ex d. cap. Episcopi (de quo nos mox copiose & luculenter differemus.) Quia delusas Herodianas illas canon asseritt: sic ratiocinantur: *si illæ delusæ, ergo & nostræ striges.* At quia homines, alias nec inepti nec insulse stolidi, animaduertunt non satis valide inferri. *Ergo (Item* (inquiunt) *possunt etiam deludi.* Vnde igitur cum aliqua in iure sistitur, iudici constabit eam non delusam, quæ potuit? Ne quid dissimulem, in vobis ipsorummet argumentationem ad me à V. Cl. Phil. Numanno Secretatio oppidi Bruxellensis in Brabantia, poëtica arte, sed pietate clariore, cui cum illis quotidianæ velitatiunculæ pro veritate, præscriptam: *Manifestum est* (inquiunt) *Doctores de materia sagarum scribentes ad vnum omnes hoc admittere, quod mulierculæ à dæmone sæpe illudantur ac decipiantur: ita vt per imaginationem cogitent, & credant certè se perpetrasse ac fecisse veraciter, ea quæ tantum in sola phantasia opera Diaboli mentem obfuscantis obuersata sunt. Non satis tuto ergo agere iudices, quando confessionibus sagarum siue voluntarijs, siue per vim extortis, fidem adhibentes, easque pro sufficientibus habentes, probationibus, miseras illas, ac fortè insontes supplicijs tradunt, quæ, cum deceptæ sunt negare non possunt, ea, quorum se re vera reas putant. Quamobrem cuiuis iudici merito scrupulus nascatur. Quia confessio in hac re pro sufficienti probatione haberi non debeat: cum fieri possit, vt ex errore deceptæ mentis procedat confessio. Quo igitur pacto iudex poterit dinoscere: Vtrum in indiuiduo reus reave, quæ ei offertur, sit per imaginationem delusa, vel vere commiserit quæ fatetur.*

En Rhodus, en saltus, qui non agnoscat argumentum VVieri, cuius venenum Calidius Looseus, in Alemannia haustum & eiuratum, in Belgium, præsertim Bruxellam diffudit, vt antidotum propinem tam periculose potis, primum nebula ratiocinationis, seu vaporis noxij exhalatio, remouenda. Nempe prætexitur prætensio scrupuli ex confessione falsa & erronea, quam contendunt esse quando ex nuda confessione proceditur. Quis vmquam asseruit (non ego quidem vsquam) soli standum confessioni? censui semper & profiteor in hoc crimine ex nuda & sola confessione rei procedi non posse, *cum Bald. & Angel. in l. 1. C. de confess.* quia ex tali non videtur satis iudici constare certo posse de crimine, quod tamen necessarium est ad cõdemnandum, ex sententia communiore. *arg. l. 1. §. item illud & ibi Bart. D. ad Syllania.* Sed contendo paralogismum latere in hac solius nudæ

confeſsionis nuncupatione : Et ideò, vt in omnibus æquiuocis, eſſe neceſſe prius diſquirere, quid vocem nudam confeſsionem. Si de confeſsione legitima & rite facta loquuntur, in quâ & adfuére indicia (alioquin nulla foret) & reliqua de quibus diſſerui, *ſupr. libro quinto, ſectione vndecima.* certum eſt ac manifeſtum eos alucinari. Nam leges humanæ talem confeſſum habent pro iudicato : & in Euangelio Paterfamilias ſeruulum nequam, *ex ore eius* (hoc eſt ex confeſsione) iudicat.& ex tali confeſsione indicijs fulta, quæ ad torturam per ſe ſufficerent, reum damnari poſſe, non eſt dubitandum, vt merito cenſuit poſt alios Daniel Mollerus, *part.4. Conſtitution Saxonicar. ſectio. 2. numer. 13.* & hoc in terminis de crimine & confeſsione ſtrigum accurate probat Arnald. Albertinus, *de agnoſc. aſſertion. hæret. quæſt. 25.* quem lege ſi lubet. Si de non rite facta (verbi gratia, deſtituta indicijs, improbabili, vel impoſsibili) loquuntur : illis aſſentior : ſed nego hoc in caſu propoſito locum habere. Nam quæ Lamiæ confitentur, non ſunt impoſsibilia, nec improbabilia peritis humanæ & diuinæ philoſophiæ, ſed admirabilia tantum. *Probatum id à me toto libro ſecundo. Diſquiſit Magicar.* Nec vmquam iudices probi ex tali nuda confeſsione procedunt, vel ad damnationem, vel ad torturam, vel ad capturam aut inquiſitionem (*vide dicta ſupr. ſection. 2. verſ. Quarto requiritur*) ſemper enim indicia requirunt, quibus aliquando validius, aliquando imbecillius, ſufficienter tamen confeſsio aſtruitur : quæ indicia qualia eſſe debeant docui, *ſupr. ſection. 3. & 4. per tot.* & non poſſunt particulatim, niſi ſpecie facti in particulari propoſita, explicari. Cur ergo metuunt ſtare confeſsioni ſic legitimæ factæ? In foro poli ſtandum eſt confeſsioni proponentis in exomologeſi peccata ſua, etiam abſque vllis indicijs cur non in foro fori cum indicijs? ſi Dei vicarius illic peccatum non metuit, cur hîc vicarius terreni Regis formidet? an temporariæ pœnæ maior eſt dolor, quam æternæ, aut primæ mortis grauius periculum vel damnum, quam ſecundæ? Quid? quod in ſacramentali confeſsione tenetur Iudex ſtare rei confeſsioni : adeo vt ſi dicat ſe talia patraſſe, non poſſit confeſſarius illum reijcere, ſine peccati Mortis reatu, quaſi illuſum, ex hoc quidem ſolo (quod prætexitur) capite, quod dæludi à dæmone aliquando tales contingat, ſed tenetur ei & abſolutionem & pœnitentiam impendere? Igitur nec iudex fori externi, ſola fretus coniectura quia deludi ſolent, poteſt ſtrigum iuridicæ confeſsioni fidem derogare. Quod inde etiam ſtabilitur, ſi malefici ſe conſpiraſſe in reip. vel Principis perniciem faterentur: ex iſto illuſionis capite nullus iudex auderet eos abſoluere vel dimittere : ſed cenſeret ſe obligatum ad reorum condemnationem procedere, vt reorum læſæ Maieſtat. Et ſi hanc publicam iniuriam negligeret, ipſe à ſuperioribus iudicibus in ius vocaretur, ac ille ipſe fiſci procurator (tam ſomnolentus vel contemptor diuinæ iniuriæ) nactum ſe ſpongiam crederet ſucci plenam, quam aueret exprimere. Cur ergo ſegniori eſſe liceat in Dei iniuria, quæ perſpicue in maius Eccleſiæ & naturæ damnum vergit? Denique ſi in furtis, latrocinijs, ſacrilegijs, adulterijs, homicidijs, falſæ monetæ, Sodomiæ, &c. criminibus ſtari poteſt le-

test legitimæ confessioni, cur non in hoc quoque delicto? Iniquum planè est aliam exigi certitudinem, quam quæ iuxta criminis naturam potest haberi, si cuiusquam autem, certe huius criminis ea est natura, vt de eo ferme iudici aliunde nequeat constare, quam ex indicijs, præsumptionibus, & reorum confessione, eo quod clam committatur, & sæpè nulla post se sceleris vestigia relinquat. quare hîc potissimum locus est sententiæ, volentium solam legitimam, quæ verisimilis sit reorum confessionem in talibus delictis ad condemnationem sufficere, quam admittit Godelmannus, *libro tertio, de Lamijs capite decimo, numer.* 47. & tenet Mollerus, *d. section.* 2. *à num.* 11. atque ita prius deciderat Iul. Clar. *§. fin. lib.* 5. *recept. sentent. quæst.* 55. *quomodo autem dicatur constare de delicto.* Nonne sunt hæreticis annumerandi isti fœderati partiarij dæmoniorum? sane id communius receptum docent Grill. *quæst.* 10. *numer.* 10. *de sortileg.* & Clarus, *d. quæst.* 55. *vers. potest etiam, & quæst.* 4. *v.* 1. quos sequitur Moller. supr. Quis autem neget ad hæreseos condemnationem sufficere legitimam confessionem, nisi qui à grauissimis iuris interpretibus temere velit dissentire? *Bald. in l. si quis non dicam rap. C. de Episcop. & cleri. Felino in cap. auditis extr. de præscript. Arelatensi in tract. de hæret. Notab.* 2. Quamobrem censeo non tantum iudices secure posse stare tali confessioni, sed etiam teneri sub culpa lethalis peccati. Quia cum iudex ex officio & secundum leges reum damnare tenetur: si non damnet eum, ex cuius absolutione periculum imminet reip. & scandalum mali exempli plerisque gignitur, ad damna inde prouenientia tenetur resarcienda, *vt docebo in fine huius section.* 16. Nec diffiteri quis potest striges esse noxias reip. & conari quam plurimos possunt in societatem criminis pellicere, & earum absolutione bonos iure optimo scandalizari: secundum leges vero tales à iudicibus legitime captas, tortas, confessas puniri morte debere. Constat ergo iudices hoc facere nolentes læthaliter peccare in Deum & remp. & quod hinc consequitur tales, Iudices in hoc proposito manentes absolui in foro conscientiæ nullatenus posse: quod accurate perpendendum est eorum confessarijs. Quis nescit iudicem teneri ex actis procedere? aut quis vmquam Syndicatum intendit, aut in foro fori reprehendendum iudicauit, si secundum allegata & probata sententiam tulisset? Dumtaxat quidam excipiunt, si priuatim certo sciret reum esse innocentem, quod ipsum tamen multorum grauium Theologorum, & communior Iuristarum sententia non admittit, nisi in eo qui legibus superior est, negat in subsellij inferioris iudicibus, sed hoc loco nullus huic exceptioni locus est. Nemo enim aduersariorum affirmare audet certo se scire illas delausas & esse innocentes, præter VVierum, Ponzinibium, Leoosum & similes quorum iam explosus est error, obstinatione & impudentia & inscitia plenus, sed dicunt dumtaxat sæpe illas deludi, & idcirco in indiuiduo iudicem dubitare. Verum hinc ego contra infero, quando in indiuiduo iudici non constat delusam esse, teneri iudicem legitimæ rearum confessioni stare. Quæro, si nosset non esse delusam, nonne damnaret? si damnaret, quam sciret non delusam: cur non teneatur etiam fassam damnare quam nescit

delusam ? semper sane præsumenda est non delusa, donec delusa fuisse probetur, quia legitima confessio, vera esse præsumitur, contendenti delusam, probatio incumbit: non probanti, merito obijcitur, neminem, qui alias mente constet, stultum vel delusum præsumi, nisi probetur. Videte in quem scopulum isti impingunt, dum scrupulum timent. Scrupulorum proprium est facere vt timeas, vbi non est timendum, & contemnas vbi merito sit trepidandum, sic isti dum vitant, vel fingunt se vitare, inanem culpam, in verum crimen incurrunt. *Vbi impius interficitur* (ait D. Ambros. libro secundo de paradiso) *Christus infunditur: vbi abominatio aboletur, sanctificatio consecratur. Impium est* (scribit Cassiod. libro nono, varior. in edicto Alarici) *iudices illis esse indulgentes, quos cœlestis pietas non patitur impunitos.* Hæc de scrupulo prætenso: Nunc de ipsa delusione manum conseramus.

Primum dicunt: *Manifestum esse Doctores de sagarum materia scribentes ad vnum omnes hoc admittere, quod mulierculæ à dæmone sæpe decipiantur & illudantur: ita vt per imaginationem credant ac cogitent certo se perpetrasse ac fecisse veraciter, ea quæ in sola phantasia opera Diaboli mentem obfuscantis obuersata sunt.* Siste gradum. Bonam horum Doctorum partem non oscitanter perlegi, & nego ad vnum omnes hac de re idem sentire, quoad id quod de facto contingit: sed tantum conueniunt quoad id quod potest contingere. Fatentur omnes vnanimiter fieri posse, vt mulierculæ decipiantur: immo & viri, nam ne sexus quidem melior purus ab hac contagione: sed vtrum reipsa sæpe decipiantur: item, vtrum hæc deceptio in cunctis quæ fatentur, an in quibusdam tantùm locum habeat: non idem sentiunt, nec scribunt. Ponzinibius, VVierus, & simil. videntur velle semper illas deludi: Alciatus, Duar. Godel. & alij, videntur velle tantum deludi quoad pleraque: & quidem quoad hæc semper: quorum omnium iam explosæ sententiæ indignæ sunt quibus refellendis iterum calamus desudet. Communis Theologorum, Philosophorum, Iuristarum, & omnium Ecclesiasticorum Tribunalium, & fere omnium sæcularium subselliorum sententia est, illusionem hanc in paucis admodum rebus seu facti speciebus (nempe delatione ad conuentus, transfiguratione, & carnali copula cum dæmonibus) & id rarissime in his ipsis contingere, sic præter cæteros diserte scribunt Iaquerius, Comensis, Sprenger, Michaëlius, Binsfeldius, Remigius. Peccant itaque disputatores isti, primo cum asserunt omnes in hac delusione conuenire: secundo cum quod de quorumdam casuum seu visionum confessione conceditur, id ad cæteros extendunt, de quibus idem negatur: tertio dum quod rarissime contingere: immo, quod tantum contingere posse multi dicunt, id ipsi sic interpretantur: quasi crebrum esse vel frequentius ab omnibus concedatur. Sin fatentur id frequentius quidem non esse: cur non potius quod frequentius esse solitum amplectuntur: & animo propendent, vt ex frequentius contingentibus confessionem veram, quam falsam esse præsumant? Sicut legislatori (secundum Theophrastum) sic & iudici oculus mentis tab eo quod semel aut bis accidit, ad id quod sæpius consueuit, transferendus. Deinde peccant, & largius, cum

ex tali

ex tali præmissa propositione inferūt: *Non satis ergo tuto iudices agunt, quando confessionibus sagarum, siue voluntarijs, siue extortis per vim, fidem adhibent, & eas pro sufficientibus ad damnationem probationibus habent.*] Errant inquā sic argumentantes 1. quia videntur velle subindicare iudices hoc nunquam tutò facturos: quod ex præmissâ tamen particulari propositione eos inferre recta ratiocinandi ratio non permittit. Ais, sæpè decipiuntur; ergo iudex nunquam earum confessioni tutò credat. Nego consequentiam: quæ vt valeret, semper decipi eas foret necesse nunc nec sæpe, sed rarissimè decipi deprehenduntur. Sæpius ergo erraret iudex non credens, quam credens. Quod si tantum hoc volunt. Aliquando delusæ sunt: ergo à sic delusis aliquando iudex rapi potest in errorem. Verum id quidem, sed & illud verum; sæpissimè & ferè (si ferè) semper compotes mentis sunt & erroris vacuæ, & verum est quod confitentur: ergo iudex confessionem illam sequens sæpissimè & ferè semper rectè iudicabit, & nunquam, vel vix vnquam ab illis in errorem deducetur. Amplius dico, quāuis deduceretur; si confessio legitima fuerit, addicens confessam supplicio legitimo, nihil peccabit, sed error expers est culpæ, functus enim est officio suo, qui secundum allegata, & probata, & publicam conscientiam, immo & priuatam (cui dubitatio sola non repugnat) ex iuris norma iudicauit. Præterea si quid ista ratio valeret in similibus valeret; in quibus tamen nemo iudiciorum vel legum peritus vllatenus eam admiserit. Quàm sæpè tormentorum acerbitas falsam in proprium caput reorum confessionem extorquet: ergone iudex qui ex confessione per quæstionis cruciatum expressa, sed alias legitimâ, reum damnauit, non securè procedet? sæpe fit vt multi testes pecunia corrupti in vnum testimonium conspirent, nec occurrat contra illos exceptio vel depulsio sufficiens, & tamen reus verè sit innocens: ergo testimonio legitimo testium iudex non tutò nitatur? Quis hæc ferat? similia sunt tamen, quæ aduersarij adferunt. Quia quod ad iudicem attinet, qui decipitur, parum vel nihil attinet, qua ex causa decipiatur, si peccaturus idcircò, quod sine suâ culpâ deceptus condemnarit. Nec ad rem pertinet, quod deceptio ex quæstione vel testimonio, vel ex rei spontanea confessione sit orta: quia supponoin his omnibus æquè iudiciorum solemnia cuncta ritè obseruata fuisse. Si ergo talia ad subuertendum omnium publicorum iudiciorum ordinem & rationem sufficere debent; valebit illa argumentatio: si non sufficiunt, inualidus est, & obtusus iste mucro à delisione petitus. Qui etiam inde retunditur: quod hac in re eadem quoque est ratio fascinationis & cæterorum criminum. Nam etiam quoad alia crimina reos à dæmonibus deludi posse constat; vt quoad homicidium, vim publicam adulterium, monetariam, &c. si faciat dæmon, vt quis putet à se factum, vel alij videantur videre se Petrum facientem, quod alius fecit: Nemo tamen in alijs criminibus ad reorum liberationem à pœna iuris vnquam hoc colore vti voluit: quia nullus fuit, qui tam friuolæ defensionis vanitatem non prospexerit. Quod somnijantibus illusiones contingunt, quas homines putant sibi vigilantibus oblatas? quod in somnis aliquando cædes, incendia, proditiones nonnulli sibi videntur designare? Quid si ergo somniet

niet. v. g. Petrus se Paulum capitalem inimicum gladio traijcere, & Paulus gladio traiectus reperiatur: capiatur Petrus, & putans se, quod tantùm somniauit, reuerâ patrasse, & ideo spontè aut in tormentis homicidium à se commissum fateatur, quod alius commiserat: quæro, quid iudex faciat? absoluet? non licet legitimè confessum, damnabit? innocens est reipsa. Innocens peribit: & tamen iustè ac tutò fuerit à iudice damnatus. Idem sibi responsum existiment isti, qui causam tam friuolam quærunt, in tam immanis iniuriæ Deo & reipubl. illatæ dissimulatione. Verùm hæc de argumenti forma & validitate iam nimis multa.

A

B

Venio ad rem ipsam, & inquirere stat, an aliqua regula tradi possit, qua iudici constet; an vera sit confessio Strigum, an vana & illusoria? Prius quædam sunt fundamenta præiacienda, vt firmior sit ardua structura.

C

Notandum inprimis ea, quæ magis accidunt, aliquando somno depressis accidere, vt quæ Tostat. Olaus, & Baptista à Porta de quibusdam narrant: aliquandò certò & perspicuè vigilantibus. Nam certum est auguria, & reliqua maleficia, de quibus S. S. non vno loco egit à vigilantibus acta, vt à Magis Ægypti, *Exod.* 8. Pythonissâ Saulis, 1. *Reg.* 28. maleficis Manasis, 2. *Paral. c.* 33. Balaam ariolus vigilans imprecari solitus, *Nu.* 22. Sæpè etiam quod vnus sõniauit, hoc alter verè patrauit, *vt Iudic.* 7. Madianita miles somniarat, quod Gedeon in castra irruës verè fecit. Vnde fit, vt possit, quod vni sagæ somnianti, hoc alter vigilanti verè contigisse: quare non possumus ex huiusmodi narrationibus, quæ particulares sunt, vniuersim colligere semper verè, aut semper falsò hæc contingere.

D

E

Notandum secundo solere hominem deludi, vel imaginariè tantum, seu internâ imaginatione, quando in rei inanem similitudinem cogitatio tendit, quasi in rem veram sensibus obiectam, vt fit somniantibus. Quod non videtur ferè vnquam habere locum in strigibus nostris, quia ferè semper concurrunt circumstantiæ aliquæ, ex quibus pateat, delictum earum imaginarium non fuisse, vt cum effectus resultat in alio, quàm in ipsa strige, puta in agris, & in maleficiato, &c. Vel deluditur homo per præstigium, quando immutatio oritur ex parte rei visæ, & non ex parte videntis, quia res aliter oculis videnda obijcitur, mutato fortè medio, & alijs speciebus ad oculum deductis, quàm reuerâ obiectum præfert, vt cum videtur esse lupus vel cattus, qui homo est. At ista deceptio locum habet in præstigiosis metamorphosibus, quando striges sibi vel alijs videntur transformatæ; sed generat tantum deceptionem opinionis, & consistit cum vero crimine homicidij, &c. Vel denique fit illusio per apparitionem rei qualis est, & qualis apparet; sed per diabolum de nouo fabricatæ ad alicuius veræ rei similitudinem; vt quando diabolus corpus aëreum assumit ad similitudinem viri vel fœminæ, vel hirci, & talis apparet strigi. Tunc tantùm deluditur strix, si putet esse verum hominem vel hircum, qualis apparet. Sed tunc deceptio potissima est ex parte obiecti; ex parte vero videntis non est deceptio in sensu exteriore, sed in opinione; quia vnum putat pro alio: si tamen huic viro succuba sit mulier, vel hunc hircum adoret, vel hoc hirco transferatur ad conuentum, non est deceptio quo ad criminis reatum vel malitiam.

Vnde

Vnde fit manifestum in hac materiâ duplicem considerandam & distinguẽdam illusionem vnam opinionis, & alteram rei: opinionis quoque illusionem esse duplicem, vnam quando fallitur opinio, & cum ea simul sensus exterior; alteram quando sola opinio, vel solus exterior sensus. Opinio quo sensu deluditur, quando per præstigium videntur sibi sagæ equitare in hirco vero, & ab eo deferri ad conuentum: quando rem habent cum dæmone, & putant eum in proprio corpore, & proprio semine concurrere: quando putant se transformatas in cattos, & sibi vel alijs tales videntur. Et certum est huiusmodi delusionem solam eas à pœna Sodomiæ vel homicidij patrati non liberare; non magis quam similis delusio excusabat illas, de quibus in *d. cap. Episcopi*. Fieri potest, vt sic hodie multæ illarum sint delusæ aliquando: sed tunc iudex debet attendere ad factum, an sic equitarint, an se dæmoni commiscuerint, an puerum strigauerint, an ea fecerint, quæ ad transformationem vel strigi portium Diabolus docuit.

Sola opinio decipitur, quando putant dæmonem esse Numen, aut ei deberi adorationem, aut esse omnipotentem vel omniscium, vel largiturum illis beatitudinem, &c. hæc deceptio non excusat à pœna, vt nec hæreticos reliquos, quare, παραφρονὸν est, quod strigum rudiores, & idiotæ sic decipiantur.

Sensus solus decipitur, cum aliquid videndum, tangendumque à diabolo obijcitur, quod tamen qui sensu deluditur, scit non esse quale videtur, aut quale tactu, gustu, olfactu, auditue percipitur, veluti quando striges non nesciunt se rem habere cum ipso dæmone, equitare super dæmonem, non mutari in cattum; sed hæc sibi videri tantum, &c. Et talis delusio opinionis, quæ est in lamijs doctioribus, & minùs rerum imperitis, multò adhuc minus à pœna ordinaria præbet excusationem: quia hîc ex earum parte est malitia formalis & perfecta.

Restat ergo difficultatem totam versari in delusione, quæ est ex parte rei, siue facti. Quin nec ipsa est simplex aut vniusmodi. Nam aliquando existimat sibi vigilantibus accidere, quod verè in somnis tantùm accidit: hæc delusio non magis excusat à pœna, quàm à peccato, verbi gratia, putat vna se delatam ad conuentum, quæ mansit in loco sopita, prius tamen verè fecit omnia, quæ solent adhiberi ad strigiportium; vel putauit se cum dæmone vigilantem commiscri, cum tantum sit somnians delusa, sed tamen dæmonis amplexus expetebat, & in nefarium scelus animo consentiebat. Sufficit malitia, conatus, & pactum initum, & obstinatio perfida sibi in vigilia complacens. & ad hoc planè deliberata: sicut obtinet in hæretico, qui quàm in somnijs accepisset propositionem hæreticam, eam vigilans postea approbaret, ac tueretur: quem certò rogus maneret.

Aliquando putant se fecisse, quod dæmon ipse fecit, verbi gratia, putant se tempestatem concitasse, pauperiem agris fecisse, necem pecoribus & infantulis intulisse; quæ tamen cuncta ex condicto ad signum præstitutum diabolus patrauit, ipsis id fieri volentibus, & ex conuentione signum præfixum sustulerunt. Quid tum, (quæso) interest, per se, an per alium fecerint?

Quod si (quod rarissimum) nihil tale conatas striges, nihil coope-

ratas

ratas apparuerit; & æquè dubitetur, an per dæmonem hæc sint operatæ, ad singulares circumstantias tum iudici recurrendum: & quia casus sunt indiuidui, ipsæ quoque conditiones circumstantiarum indiuiduæ sunt & peculiares, nequit res vlla generali regulâ definiri. Possunt tamen quasi in genere circa singulas circumstantias quædam obseruari, non parum lucis Iudicibus zelo Dei præditis altis allatura, nam quorum zelus est in loculis vel emortuus, ijs quoniam in media luce amant cæcutire, frustra sol veritatis illuxerit.

Præclare (mea sententia) notatum fuit à Sebastian. Michaëlio, *Pneumalogiæ operæ extremo*, nobis ad hanc veri inuestigationem, strenuum veritatis athletam, & fidei claram lucernam, Beatum Augustinum præiuisse, & si penitius inspiciatur, tres nobis Canones indagatorios eum tradidisse, *libro 18. de ciuitate Dei capite 18.* liber ille Michaëlij Gallico scriptus est idiomate, in gratiam nationum cæterarum redigam fide optima in compendium, quæ dicit. Prima regula quam tradit, *est iudicium desumendum à effectu subsecuto.* Sic enim volens decidere, an quod de Iphigeniæ sacrificio narratur, verè acciderit, an præstigiosè? concludit Iphigeniam reipsa nec immolatam, nec in feram fuisse mutatam, sed aliud animal ei ablatæ dæmonis dolo ac sutelis suppositum, probat ab experimento subsecuto, quia diu postea viuens alibi reperta fuit Iphigenia. Eodem argumento probat Diomedis socios non fuisse conuersos in aues, eo quod istæ aues Diomedeæ postea inter se mixtæ (vt & Meleagrides) speciem suam cæterarum auium more propagauerint. Vnde colligit à dæmone socios Diomedis subitò translatos alio, & has illis aues aliunde compulsas, fuisse substitutas. E contra patet vera fuisse Moysis in AEgypto miracula, quia Nili pisces vere mortui reperti, & locusta vineas ac messes verè perdidit. Vere quoque patientiæ exemplari Iobo dæmonem damna dedisse, quia vera mors iumentorum, filiorum, & seruorum ipsis cadaueribus, & subruta domus ruinis apparuit, nec quicquam horum postea viuens vel integrum repertum. Confirmat hanc regulam D. Thomas, cum censet præstigias & illusiones diaboli diu durare non posse: cum non sint, non naturæ seu substantiæ subsistentis; sed quædam dumtaxat accidentia, quæ Dialectici communia vocant, quorum est proprium alteratione naturali velociter commutari. Secundum hanc ergo regulam patet, in criminum, quæ striges fatentur plerisque veritatem à parte rei subesse, non nudam illusionem. Infanticidia probantur, quia pueri quos illæ fatentur à se necatos, à parentibus præfocati vel exsuncti reperiuntur. Exhumatio corporum, sepulchri religione violata, probatur; quia cadauera sepulchris eruta non inuenta in locis suis, frustum vestimentorum, quod dicebant se dæmoni pro arrabone dedisse, re ipsâ repertum abesse à vestis parte, quam ille narrabant. Homines & iumenta maleficijs læsi, & interdum ab illis liberati sunt vbique ad manum.

Secunda regula est, *Attendendum an quæ asserunt, sint dæmoni possibilia.* sic enim Diuus Augustinus ibidem ostendit non fuisse socios Diomedis in aues vere & essentiali transformatione mutatos: quia specifica mutatio essentiæ vnius in aliam superat

creaturæ

creaturæ poteſtatem. Sed dicit factum ſubtractione & ſuppoſitione illa quã memorauimus, quia hoc Diuina permiſsione difficile non eſt dæmoni. Hanc regulam ſecutus eſt D. Thomas *1. part. quæſtion. 114. artic. 4. ad 2.* cum ſcribit, ſi agatur de reſurrectione mortuorum aut ſimilium rerum ſupernaturalium, & ea dæmonibus tribuantur, credendum fuiſſe duntaxat illuſiones. Nam licet Deus vniuerſali ſua prouidentia vtatur, ad plurimos effectus, malis ſpiritibus: nunquam tamen vtitur ijs, ad opera vere miraculoſa, quæ ſibi & bonis Angelis beatiſque reſeruauit: & quia diaboli donorum ſupernaturalium non ſunt capaces. Hac regula vſi fuêre veteres Chriſtiani in diſcernendis miraculis veris Beat. Petri, à fictitijs Simonis Magi, teſtibus Clemente, *lib. 3. recognition.* & Irenæo, *lib. 2. cap. 57.* Secundum hanc quoque regulam credendum eſt confeſſioni ſtrigum, quia quæ fatentur non ſuperant vim dæmonis, vt oſtendi *toto lib. 2.* nec quicquam eorum repugnat, immo conſentanea ſunt omnia S. S. Patrum doctrinæ. Quare vt ex hoc indicio res decidatur, opus eſt viro in S. S. & Patrum in lectione & philoſophia ſolide verſato: qui ſit pius, doctus, & Catholicus, quia (vt ait Tertul. *li. de anima,*) dæmones ſoli nouere Chriſtiani.

Tertiam D. Auguſtin. regulam petit *ex multitudine teſtium, & conformi ſimilitudine narrationum*: quia vniuerſorum vnanimis vbique conſenſus excludit omnem deceptionis aut ſomnij ſuſpicionem. *hoc argumento vtitur d. lib. 18. cap. 18.* Sic in cauſa ſtrigum ex diſtantiſsimis regionibus hodie idem teſtantur Scriptores Italiæ, *Grillandus, Albertinus, Silueſter, Spina & alij*: Hiſpaniæ *Ciruelus, Caſtrius, Simancas, Toſtatus*: Galliæ, *Iaquerius, Michaelius, Creſpetus*: Germaniæ, *Sprenger, Nider, Mollerus*: Lotharingiæ, *Remigius, Gregoriuſque*: Treuiris, *Binsfeldius*: denique alij innumeri. Ipſæ quoque ſtriges cum idem quod dicunt in Hiſpania, dicant in Italia, &, quod in Germania, totidem factis & verbis referunt in Gallia, &. quod vno anno, id alio ſemper iam ab annis pluſquam octoginta continuis in eculeo & extra quæſtiones libere profiteantur, idque tam appoſite, vt mulierculæ & pueri litterarum alioquin rudes videantur legiſſe, intellexiſſe, & memoriæ mandaſſe, quæcunque viri docti de his rebus ſcripto per Europam totam varijs linguis tradiderunt: nonne hic conſenſus vniuerſalis plus ſatis conuincit, hæc ijs non accidiſſe in ſomnis? nam ſi hæc ſomniarunt quo pacto ſic ſemper omnes idem ſomniarunt eodem ſibi eueniſſe modo, eodem loco, eodem tempore, die, hora? Vt medici docent ciborum quantitas, & qualitas, diuerſa ætas, & varia corporis humorum temperatio generant diuerſa ſomnia: hic idem ſomniant omnino, diuites ſplendidi, & Iro pauperiores egentioreſque, famelici, & dapſiliter habiti: viri fæminæque, anus, & pueri, bilioſi, & flegmatici, ſanguinei & melancholici, ergone omnes iſtos tam diuerſæ ætatis, nationis, conditionis, tempore alio, atque alio, ſimili ſemper ciborum vſos quantitate & qualitate, æquali temperamento corporum fuiſſe dicent, quia eadem ſemper ſomnia fuerunt? Dicent fortaſsis hæc illis ſomnia, non à naturali cauſa, ſed à dæmone immiſſa, & ideo tam ſimilia exiſtere.

Humanam igitur iſta naturam ſuperant, & à dæmonibus iſta procurantur.

rantur. Et quæro, cur non igitur concedant hæc à dæmone fieri vere, & non per somnium illusione, sed vigilantibus ad talia hos mali artifices abuti, cum id illis sit æque expeditum, neque Sanctæ Scripturæ, nec Patrum sententiæ, nec rectæ rationi refragetur. Quid? quod non sit verisimile dæmonem hæc somniantibus tantum hominibus vbique omnibus adeo conformiter effingere. Id probatur, quia hæc ab vno & eodem dæmone simul eodem tempore non fiunt. nam vnus simul pluribus locis adæquatis esse nequit vel operari, vt docent Iust. Martyr. *q.* 40. *ad orthod.* & Dydim. *lib.* 1. *de Spiritu S.* Deberent ergo tot esse ferme somniorum immissores dæmones, quot sunt sortiarij & sortiariæ sic somniantes, & illis constitutis diebus non vacare alteri rei, quam somnijs effingendis. Magnus hic consensus, magna discordium mentium concordia. Solent (ais) ad malum mali conspirare. Fateor, sed ad maius malum libentius, & ideo non credendi per somnium velle deludi, quos in atrociora peccata vigilantes possunt pertrahere, ideo palam magistelli & concubini esse malunt, & vere hanc Dei imaginem. non imaginarie tantum deturpare, incestareque. Longe quoque facilius est dæmoni corpora loco mouere & transferre, cibum potumque ministrare, corpus assumere vel effingere, quam imagines, simulachra, & phantasmata tam variarum rerum dormientium sensui interiori immittere & imprimere, quia strigum phantasiæ eodem tempore non sunt eodem modo dispositæ, nec semper omnes omnium quæ repræsentanda conditiones animo ante conceperunt, maxime prima qua hæc experiuntur vice, nec potest diabolus quas vult species in phantasia imprimere, vt docet B. Thom. 1. *p. q.* 111. *art.* 3. *ad* 2. His trib. D. Aug. canonib. examinatorijs vltimus accedat in praxi vtilissimus.

Quarta regula & certissima videtur, *casu occurrente circumstantias omnes diligentißime debere perpendi: nam hinc clare dignoscetur, an circa factum confitens fuerit deceptus.*

Nam in re adeo occulta & arduæ probationis non est moderati aut sensati hominis demonstrationes exigere, vel probationes luce meridiana clariores. tum quia dicenti esse delusum confitentem, incumbit probatio, non vero neganti: quia hic pro se habet præsumptionem. tum quia in similibus, nempe exceptis criminibus, hoc receptum est à saniore iurisprudentium parte, vt admittantur probationes aliæ minus sufficientes, verbi gratia, infamium & complicum depositiones & testimonia. *sic post gloss. Salic. Alexand. Gand. & alios docent Clarus libr.* 5. *§. fin. qu.* 21. *& Binsfeld, memb.* 2. *de confess. malef. concl.* 5. Idem quo plures circumstantiæ concurrent, fiet res euidentior: quando autem aliquæ desunt, si adsunt aliæ, hæ quæ adsunt non eneruantur idcirco. nam in his circumstantijs eadem ratio est, quæ testium. Sicut enim maioris momenti sunt duo testes affirmantes, quam decem negantes se vidisse: ita in nostro casu plus momenti obtinent duæ circumstantiæ præsentes ad veritatem confessionis adstruendam, quam absentia vel defectus decem aliarum ad eneruandam confessionem. Nam ex eo quod non est, nihil positiuum potest inferri. Hoc posito videamus de singulis circumstantijs.

Quoad circumstantiam *Quis*, seu personæ confitentis, considerandum

an alias

an alias sibi mente constet, & ad rem apposite loquatur: an det scientiæ suæ vel facti non improbabiles rationes: an dicat se discernere nosse inter illusiones in somnis, & res ipsas quæ vigilanti acciderunt, quod asserebat Ioan. de Valx, & Inquisitores Germani testantur esse modos dignoscendi. Minimum vero refert an sint idiotæ. nam idiotæ quoad sensuum externorum functiones tam pollent, quam qui docti sunt. Ætas etiam non multum ad rem pertinet, nisi si nondum essent doli capaces, quoad peccatum, vel etiam præ senio delirarent. Nec maioris momenti est conditio paupertatis vel diuitiarum, nam etsi pauperes facilius in hæc scelera pertrahantur: pertracti tamen non magis obnoxij sunt delusioni, quam diuites & nobiles. Idem de sexu iudicium. De energumenis (nam fortasis aliquæ sagæ simul sunt energumenæ) censuerim, quando talis aliqua ex bonis fundamentis iudici suspicio est: tunc eas curarem primo exorcizari, & facta exorcizatione, eodem loco eius confessionem haberem quo cæterorum. Nam quæ in dilucidis interuallis energumeni faciunt, eorum æque memores sunt postea atque alij: quæ vero faciunt tempore vexationis, vel (vt rectius dicam) quæ tum in illis diabolus facit, eorum postea non meminerunt.

Igitur quandocunque in iudicio rerum actarum probe memores sunt, & circumstantias cæteras idoneè recensent: putandæ sunt non illusæ, nec excusandæ à criminum pœnis, quæ confitentur se patrasse interea dum ratione recta vtebantur (Raro tamen crediderim energumenas esse, quæ sagæ sunt: saltem post possessionem à dæmone non esse factas sagas: A sed vel iam ante sagas fuisse, vel quæ veræ sunt sagæ, propter assiduam dæmonis assistentiam, & maximam in eas potestatem, multa cum energumenis communia, quoad ferociam & crudelitatem potissimum habere, vel habere videri.

Secunda circumstantia (*Quid*) comprobat confessionem, quando delictum quod confitentur, dæmoni, seu per dæmonem homini non est impossibile, nec viro sapienti & erudito incredibile, quantumuis stupendum sit, & admirabile, horrendum aut execrãdum. Nam talia solent ab eis patrari, & quo regnum Antichristi vicinius, hoc Satanæ potestas maior concedetur, & charitate magis ac magis refrigescente, clarius atque clarius mysterium iniquitatis incipiet reuelari & operari. Vtrum vero aliquid sit incredibile vel impossibile, iudicium pertinet ad Theologos, qui cum humana diuinam philosophiam prope coniunxerint: nudi vero litteratores, Iuristæ, vel Medici, non sunt idonei iudices, multoque minus homines quidam Luciani, & Athei, seu polytici nostri trochi, pietatis, publicæ salutis, & Catholicæ religionis negligentissimi, ambitionis vero & diuitiarum vndequaque aggregandarum studiosissimi.

Quid vero adeo abominabile fateri possunt, quod non factum alias comperiamus? Incæstus, Sodomiæ, parricidia, fidei apostasiæ, sacrilegia, nostris temporibus, nonne ludus? Antrophagiam horrent animi, sed possem singularum fere nationum proferre non pauca exempla. Carybas mala consuetudo: Iudæos, Italos, Hispanos aliquando adegit durissimum famis telum. non minus efficax odij magnitudo plane belluina superioribus

annis Angræ quendam Lusitanum N. Pilatos tria Castellanorum corda trepidantia vorare adegit. vt narrat Hist. *de las Terceras*. Quid Mattiacum aliud (quo te ô Belgica mea hæresis auertit!) nautam? sed nolo meis verbis, carmine volo cognoscas Lector Nobilis Nostri vici:

Lege Rob Dinothū l. 2. di bello religionis in Frā cia.

Lugdunum *cingit* Batauorum *miles Iberus*,
A Batauo contra cingitur ille mari.
Non opus est gladijs, ferroq; rigentibus armis,
Solæ pro Batauo belligerentur aquæ.
Iacturam pecoris Batauus quam fecit, & agri,
Hispano decies sanguine Ibere lues.
Mercator sapiens tamen haud mercabitur vna
Hispani generis corpora mille boui.
Macra caro est, nuper cum cor gustasset Iberi
Respuit, & canibus nauta vorare dedit, &c.

Nam plura addit: Comesse potuit, qui in tam immani facinore ludere: sed Dinothus tamen dissentit, nam ait hūc Læstrigonem abiecisse, sed tamen alium arrosum id Delftum transtulisse, pietate, ludibrio, & petulantia. Idem Dinothus fatetur, *lib. 5. Historiæ Gallicæ*, persuasam plebem Catholicam fuisse, pueros ab vberibus matrum per Hucnosios seu Caluinistas auelli, verubus infigi, & instar hædinæ aut aprugnæ mandi perauide consueuisse. Verus nec ne rumor ille fuerit, non habeo affirmare: malo falsum credere, quamuis genius sectæ non abhorret.

A tāque crudelia tertij illius belli ciuilis facinora fuêre à Caluinianis perpetrata, vt ea posteritas nunquam sit creditura. Nihil ergo tam crudele, vel nefarium sagæ profiteantur, quod non sit exemplis contestatum. Puto me hoc opere toto singulorum criminū multiplicia memorasse: & reperiri, quæ vnam in personam omnia concurrant. scripsit ad me ex nostris, vir fide dignus, Gaspar Rhey An. 1600. in hæc verba: *Hic monachij 27. Nouemb. mater filiaque duo viri puerque duodenis (erat hic ex reliquijs eorum, qui non multo ante hoc tempus itidem hoc flammis cremati, aut stipitib. induti) atroci prorsus supplicio affecti fuerunt. Medea fabula est, Thyestes fabula est: superos & inferos polluerunt. vis verbo dicam, quicquid scelerum in libris, quos de magia inscribu, admiserunt isti. hoc ex ore Iudicis iurati: qui in veneficos hosce & quæstionibus egit, & illos (libros inquam tuos, ac diligentißime, perlegit) præsens audiui. Itaque sexies vrbem intra vsti sunt ferro ac lamnis, extra perfractis ante brachijs à rota in rogo vstulati sunt viui.* Non ergo attendēdum iudici vt credat immane magis vel minus sit facinus: sed in ipso considerandum facinore, quantumcunque sit, an quod à se patratum fatentur, id vere patratum fuerit. v g. dicit se commouisse tempestatem & grandinem præcipitasse in agrum Titij vicini sui: videatan vere tum ager ille oborta procella fuerit grandinatus. Dicit sese stregasse (vt loquuntur) filiolum N. & vere puellus nullo apparente morbo contabuit, fortasis etiam cicatrix paruula, in pectusculo vel gutture pueruli inuenta. Dicit se necasse vaccas aut iumenta N. defossa sub limine stabuli olla, quæ ibidem reperta: aut solo contactu necasse dicit, & visa fuit tangere, nec certa mortis

causa

causa apparet alia. Dicit se adolescentula 10. vel 11. annor. cum solo dæmone consuesse, quæ per inspectionem fœminarum peritarum deuirginata inuenitur. Nec verè peccatum strigum vllum est difficilioris probationis aut suspectius de delusione, quam nefanda cum dæmonibus Venus. Remigius tamen indicia duo suggerit, si post tam nefario concubitu defuncta præ lassitudine per aliquod tempus ei decumbendum fuerit: aut si substrata lintea largo cruore sint perfusa, quæ duo sagæ duæ in actis confessæ fuerunt: *lege illum lib. 1. cap. 6.* Sanè hæc sunt indicia clara, quibus sagi queat cognoscere se non somniasse. Immò quoad viros etiam, censent Itaq;. & alij, nunquam sic deludi quoad concubitum, quin discernere queant, an vigilantes id fecerint, licet enim initium in somnis potuerit contingere, in ipsa tamen patratione necessariò volunt hominem expergisci, atque id aiunt docere illorum experientiam, qui fœdis huiusmodi imaginationibus inter dormiendum commaculantur. Et hæc fuit Hebræorum iam olim opinio, *quod rerum natura non capiat quemquam coire nescientem*, ait D. Hieron. *Traditione in Genes.* qui non refellit, vt nec Rupertus; & idem tenent Liran. Tostat. & Oleastrius *in cap. 19. Genes.* agentes de ebrij Loth incæstu: scio D. Iren. *libr. 4. cap. 51* & D. Chrysost. *hom. 44. in Gen.* Theodoret. Ambros. & alios voluisse, hæc omnia prorsus ignaro, nec sentiente Loth facta; quod naturaliter fieri posse, etiam Caietan. & Perer. noster censuerunt. Nec quicquam dubito à dæmone adeo fortiter aliquem sopori posse, vt ne in decisione quidem seminis dormire desinat. Posset itaque dæmon sic sagis illudere, fateor. Verum causam non video, cur id in diabolicis hisce mancipijs fieri suspicemur; quæ (vt narrat Spreng.) non rarò repertæ sunt in agris clara luce supinæ, & crissantes, & postea visus teter vapor ab earum corpore se sursum eleuare: quem illæ in actis suum incubum fuisse confitebantur.

Item quando affirmant se ad conuentum delatas, vel iter pedibus confeciss, & visæ sunt ab alijs agnitæ: & complices asserunt se simul adfuisse, & in reliquis circumstantijs conueniunt. Quando post reditum à conuentu aliquot diebus ægri, vt multi apud Remig. & Binsfeld. quando reperta vasa conuiuantium, vt à lanione Camerarij: quando inuentæ nudæ in agris à cursu reuertentes, vt Grillandi Lucretia: quando post multum denique tempus ac laborem domum rediêre, vt Presbyter Pici, & Nobil. ille Lochienses Bodini: quando quassatis membris semineces ex nube in terram deiecti, vt iuuenis Batauus Ronsei: aut in arborem, vt Margareta & armentarij Remigiani. Denique quando se aiût cattum, vel quod aliud animal induisse, & vestigia patrati sub tali larua criminis apparent, vt sanguis pueri exsucti in cunis, apud Spin. vel vulnus in in strigum corpore, qua parte schema ferinum conuulneratum fuerat, vt cattus eiusdem Spinei, & bufo apud Ipras Flandriæ.

Denique hæc circumstantia (*quid*) innumera indicia iudici queat præbere, sed notanda duntaxat, quæ rem ipsam, de qua quæritur, concernunt. verbi gratia vel delationem, vel concubitum. Nam si hæc verisimilia, parum attinet, etiamsi parerga quædam admisceantur minus verisimilia: ideo enim solet diabolus falsa veris assuere, vt ne veris quidem fides constet, quod in confessione Mantensiũ Necromanticorum

ticorum, ex Grespeto alias ostendi: item in exemplis quibusdam à Remig. adductis. Denique in hac circumstantia, quæ omnium præcipua est, audiat Iudex prudens prudenter monentem Plutarchum: *Quodammodo Philosophiam tollunt, qui rebus mirabilibus fidem non habent. Oportet autem quam ob causam aliquid fiat ratione tractare: quod vero id fiat, ex historia est sumendum lib. 5. Sympos. c. 7.* Itaque narrationi reorum stare oportet, quæ tot Historijs est comprobata. Hanc incredulitatis aduersariorum ex insciția natam pertinaciam iampridem veteres damnauerunt. Apul. *lib. 1. de asino* asserit hominibus multa euenire vlu mira, & plane vera, quæ tamen ignaris relata fidem perdant. Dionys. Halicarnass. *li. 5. antiquit.* docet hoc vnicuique insitum à natura, vt ex proprijs ea, quæ de alijs dicuntur iudicemus, & an aliquid credibile vel incredibile sit, id ex proprijs viribus metiamur. Plinius autem senior (locus excidit) *quemadmodum* (ait) *multa fieri non posse, priusquam facta sunt, iudicantur ita multa quoque quæ antiquitus facta sunt, quia nos ea non vidimus: neque rationem assequimur, ex ijs esse, quæ fieri non potuerint iudicamus. Quæ certe summa insipientia est.*]

Tertia circumstantia est *Cur?* vt pote si habuit causam tum temporis ad pactum cum dæmone ineundum: putà insatiabilem libidinem, pusillanimitatem, desperationem, desiderium vindictæ, curiositatem, egestatem subitam aut valde grauem, & huiusmodi; quibus impelli consueuisse: Theophili, Edelini & aliorum exempla declarant.

Quarta, *Quomodo*: non est magno vsui. quia parum refert an modum ignorent: sufficit, quid ex parte sua fecerint: & quibus vsæ sint instrumentis. occulta sunt plerumque Satanæ stratagemata, & media naturalia. Sat erit si indicent, quibus vsæ, pulueres: vnguina decer mina mortuorum, buffones illæ, &c. maximè si ista compareant apud illas, vel visa, vel reperta, quibus asserunt locis. Modus etiam operandi sedulò distinguendus est ab ipsa rerum adhibitarum efficacitate. quamuis enim quod laga se dicit adhibuisse, hoc scit secundum se inutile ad effectũ producendum: sufficiet, si pro signo esse queat; nam efficacitatis vis omnis pendet, à peritia & operatione ipsius diaboli ad signum operantis: vt patet in transuectionibus, & procellis cienstis, similibusque.

Quinta *Quibus auxilijs?* hoc est, an operæ dæmonis, & cum quibus complicibus. hoc indicium frequentissimum & optimum est: quia fatentur complices se simul fecisse. Videtur autem incredibile omnes eodem modo circa singulas circumstantias delusas fuisse. quamuis enim tam facile foret dæmonibus decem decipere quam vnum: tamen non est censendus Deus hoc æquè permittere. Ne omnis ratio probandi talia delicta occulta iudicibus adimatur: hoc enim dissentaneum est prouidentiæ diuinæ.

Sexta est, *Vbi?* quæ minimi momenti est. nam possunt æquè deludi vno loco atque alio, Deo permittente.

Septima circumstantia (*Quando*) non multum attendenda, quia tantum vno, quantum alio possunt die, quantum interdiu, tantum noctu: & quouis tempore decipi à dæmone possunt. Adminiculantur tamen hæ duæ vltimæ reliquis circumstantijs ad earũ confirmationem, cum testes conueniunt in loco & tempore: nec nihil probabilitatis habent locus famosus, aut tempus solemne (hoc est dies ordinarij)

narij) quibus earum scelerosa conciliabula celebrantur.

Sed (inquiet) potest in conuentu innocens repræsentari, adeo vt multi testes postea deponant eum se illic vidisse. Respondi alias, vel Deum id nunquam passum: vel si passus fuit aliquando eos infamari: nunquam tamen passus est, eos damnari. sed mox eorum in innocentiam in lucem protulit, vt in illo ipso facto B. Germani; quod aduersarij vrgent: & certius probatur ex D. Athanasij iudicio, qui falso accusabatur brachium Arsenij ad vsus magicos abscidisse. Demum si quid huiusmodi argumentum valeret in adulteris, homicidijs, & alijs etiam valeret. Nã posset etiam diabolus in latronum cauernis, & lustris libidinosorum innocentem exhibere tanquam adulterum, vel homicidam: quod quidam B. Siluano narrant accidisse, æquali historiæ fide, qua illi de B. Germano memorãt, & de Santarenensi monacho habes inferius *l. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. AA.* Si concedunt æquè in alijs criminib. hoc locum obtinere: næ illi quam fidum sceleratis patrocinium, tam infidam reipubl. & Deo nauant operam: nihil enim accõmodatius sit ad criminosos omnes supplicijs eripiendos. Si negant in alijs peccatis idem locum habere: doceant cur in solo crimine fascini dæmon hoc posuit. & non in alijs. Sat scio nunquam idoneè docebunt.

6 *Sextum Arg.* est, malefici non sunt occidendi propter abnegationem fidei: quia omnes homines, dum mortaliter peccant: fidem abnegant, & dæmoni, relicto Deo, adhærent, & tamen non propterea occiduntur, Conf. B. Petrus ter Christum negauit, & tamen non fuit propterea necatus. *Resp.* Peccatores recedere à Deo per inobedientiam tantum: & ideo improprie dicuntur propterea infideles, & fidem negare; sed malefici seu lamiæ recedunt à Deo per expressam abnegationem Dei & fidei, quod est *Apostasia*, propriè dictæ infidelitatis species, constituens peccatum vnum specifice à cæteris mortalibus peccatis distinctum. vt optimè deducit Binsfeld. *in l. 7. C. de malef. in resp. ad 1. argum.* Quoad B. Petrum ille tantum peccauit contra præceptum confessionis fidei, fidem verò nequaquam amisit. malefici fidem corde & ore abijciunt. idque sponte, nullo vrgente metu. Petrum statim pœnituit; sagæ manent in sua defectione. plura de Petri negatione egregia inuenies apud Fra. Soarez. *tom. 2. in 3. p. D. Thom.*

Septimum arg. Deus permittit maleficia fieri, & finit maleficos viuere. ergo non debet eos homo occidere. *Resp.* ridiculum esse quod inferunt. sic enim sequeretur nullorum criminum reos occidendos: quod esse hæresim certam docent Castr. & alij Catholici scriptores. Nonne magistratui *gladius* à Deo datus *ad vindictam malorum?* *a* Ex his apparet, quam ridicula sint argumenta aduersariorum. Sit ergo.

Conclusio, *Lamiæ occidendæ etiamsi hominem nullum veneno necassent, etiamsi segetibus, & animantibus non nocuissent: etiamsi necromanticæ non forent, eo ipso tantum: quod dæmoni fœderatæ, quod conuentui interesse soltæ, & quæ ibi exercentur præstare.*]

Probatur id primum iure diuino, Exodi 22. vers. 19. *Maleficos non patieris viuere.* quo loco vox Latina est admodum latè patens, nec restringenda ad solos venenarios, vt nec Græca, nec Hebræa, quod quia fusè probauit, *b* hic non repetam. idem statuitur Leuit. XX. vers. vlt.

7

a Rom. 13 1. Pet. 2. vide Orig. hom. 20. in Nu

XX

b l. 1. c. 2. de voce Mechassephim.

2. proba-

2. Probatur iure humano, lege Ecclesiastica. *cap. peruenit. c. contra idolorum. 26. quæst. 5. Extrauag. varijs, vna Ioan.* XXII. super specula, *alia Innoc. 8. quæ ponitur ante malleum malef. alia Alexand. 6. incip.* cum accepimus: *alia Leonis X. incip.* honestis petentium votis; *alia Had. VI. incip.* Dudum vti nobis.] & lege sæculi, scripta quidem *l. multi. l. nemo. l. nullus. l. etsi. C. de malef. & mathem.* nõ scripta vero, consuetudine ferè Vniuersali Europæ, iudicum Ecclesiasticorum, qui solent brachio sæculari eos tradere: *c* & iudicum secularium, vt patet ex scriptoribus, qui res criminales prosecuti sunt nationum omniũ: *Italorum*, Blanci*, Carerij, Grillandi, Gandini, Clari, Follerij, Bossij, & aliorum, *ex Hispania* Bern. Diaz. Placæ: Auiles. Auendanni, Couarr. Gregorij. Lop. *ex Gallijs* Fabri, Millei, Michaelij, Iaquerij, Berberij, Remigij, *ex inferiore Germania* Damhauderij, *ex superiore* Althusij. Godelman, Fichardi, Molleri & ipsorum patronorum Lamiacorum: qui dum quæruntur & improbant, contestantur consuetudinem hanc inualuisse, Hæc PP. rescripta, hanc Impp. sanctionem, hanc Europæ generalem consuetudinem, hæc decreta cunctorum tribunalium accusare mendacij, hoc est contendere falsum supposuisse & asseruisse: quod nomen, quod supplicium meretur.

c vt docẽt omnes, qui de inquisitorũ tribunali egere. Lucerna inquisitor. Directorium Inquisit. illud Comensis, hoc vero Eumerici: Viatorium Inquis. Berherus Sprenger in malleo Iaquerij in flagello Simãc. in praxi Alf. à Cas. de iustit. hæret. punit. l. 1. c. 16.

3. Probatur ratione, criminis grauitati commensuranda pœnę grauitas: grauitas autem criminis petenda à personæ offensæ dignitate, & ab ipso offensionis modo. Offenditur à Lamij Deus Opt. Max. & Deipara & omnes cœlites, & vniuersa Ecclesia, genusque humanum, & animata inanimataque omnia: nam Deo & superis maledicunt, & blasphemant: cæteris creaturis abutuntur, & exitium parant; idque modis contumeliæ & crudelitatis plenissimis, primo interuenit *idololatria*, grauior quam Israelitarum, illi vitulum aureum adorabant, coram eo bibebant, saltabant; canebant: *d* hi coram dæmone ipso, cui se deuouent, cui sacrificant, cui fidelitatis & obedientiæ sacramentis se addicunt: coram hoc (inquam) edunt, bibunt, choreas ducunt, cantillant, fœdissimeque multa operantur. Secundò *consulunt ipsum dæmonem* frequenter, quod ipsum morte dignissimum, ex lege Dei *e* Tertiò *offerunt filios & filias suas dæmonijs*: lege Dei iubentur occidi, qui semen suum offerunt Moloch. *f* Quarto eadem lege necari iubetur, *qui cum inmento coierit*: *g* item qui adulterium commiserit: *h* item qui cum sexus eiusdem homine *Sodomiam commiserit* *i* longe detestabilior est spurcities Magorum; quia, cum sint coniugati, adhuc versantur in continuo, quasi concubinatu cum dæmonibus, & sic non tantum contra sexum, neque tantum extra speciem peccant, sed etiam extra genus: quod detestabilius est, & pess. omnium carnalium peccatorum. Nec ociosum est, quod cum diuina lex *k* dixisset, *maleficos non patieris viuere*. subiungat immediate: *Qui cum iumento coierit moriatur.*

d Exo. 31. à num. 5.

e Leu. 20. v. 6.

f d. c. 20. v. 2.

g d. c. 20. v. 15.

h d. c. 20. v. 10.

i d. c. 20. v. 13.

k Exo. 22. v. 18.

Qui immolat Dijs occidetur. nimirum vt hæc connexa, & comitari solita sese, indicentur. Sextò interuenit in eorum crimine atrocissima *blasphemia & maledictum in Deum*: quæ diuina quoque lex morte sanciuit vindicanda. *l* Septimo accedunt in vno *crimine & alia multa*: quibus à legibus humanis iustissimè mors decreta supplicium: apostasia à vero Deo: *m* exercere ritus & sacrificia Diaboli fœdius,

l Le. 24. v. 5. & 16. dem in auth. vt non luxu contr. nat. Boer. decisio. 31. *m* c. 1. de apostat. & ib. DD. l. 2. & 3. C. de Apost.

dius, quam vlli olim pagani *n* transfugium à Deo ad hostem dæmonem, cum Deo Sacramentum militiæ in baptismo dixerint *o*: rebaptizatio quoque, & chrismatis seu confirmationis conata abrasio: crimen læsæ Maiestatis diuinæ apertissimum ex ipsa Professione & pacto seu fœdere solo, vt ex formula & ritu ipso constat *p*, nocturni conuentus ad magicos apparatus, quod ipsum capitale *q*. Cum itaque tam multa concurrant in vno crimine, quorum singula morte dignissima: videtur communi iudicio carere: qui communem hanc pestem non censet igne gladioque abolendam: & suspicionem occulti consensus atque conspirationis merito præbet: qui se, Dei & hominum coniuratos hostes defendere atque tueri velle profitetur.

Accedat & alia ratio. Criminum morte puniendorum tres sunt causæ præcipuæ. 1. ne criminosi viuendo damna inferant proximis & reip. constat autem maleficos etiamsi non occiderent veneno: tamen plurima damna inferre: vt enim cetera mittam, cum eorum peccatum sit in vno multiplex quædam colluuies, sentina, & semper repullulascens hydra peccatorum: Deus grauissime semper offenditur, & ad clades toti reipub. inferendas prouocatur maxime: vt his infelicissimis temporibus experimur, quibus huius sectæ (quæ iam cæteris longius proserpsit) flagitia, bonorum hominum precibus, & pietati præponderant, pluséque illa possunt ad irritandum, quam hæc ad Deum placandum. 2. causa est, vt etiamsi alijs non noceret facto, ne noceant exemplo: vt videmus quotidie lamias multiplicari, & earú sermones atque opera cancri instar serpere. quare tollendæ de medio, vt *stulto pereunte, sapiens astutior fiat*. 3. ne si diutius mali tolerentur, maiora aggrauatis sceleribus supplicia sibi accersant, & de die in diem fiant deteriores. cumque salutis pars sit, minus affligi: optime illis ad salutem consulit æternam, qui mature flagitijs eripit. Docet experientia vix illas extra rogum, vel carceres conuerti: quomodo conuertantur, quæ domi moriuntur, nec habent qui ad Deum reuocet conscium peccati eorum quenquam? Potest illas Deus ad pœnitentiam etiam domi reuocare: sed non videmus hoc fieri, quod singulari Dei contingit clementia, quæ pœnas tantis sceleribus debitas vult breuiore & leniore hic supplicio expiari. Cum itaque omnes hæ orationes locum habeant in Lamijs, etiamsi nullum occiderint animal: consequens eas adhuc merito morte plecti: & hos iudices clementes potius quam crudeles in eas existere, consequens etiam impios & crudeles in rempublicam & quasi parricidas patriæ esse, qui ad tam euidentem patriæ perniciem hæc viperarum examina dissimulatione, conniuentia, aut aliter, fouent, celant, tuentur, aut debitæ pœnæ subtrahunt.

Obijcitur ex Constit. Carolina locus cuius hæc sententia est *a*: si alicui damnum maleficio siue veneficio intulerint, morte ignis plectantur: si vero nulli damnum intulerint, pœnas patiantur pro delicti quantitate & qualitate.] *Respond.* semper (vt ostensum) huius delicti eam esse qualitatem & quantitatem, vt si fœderatæ fuerint cum dæmone: si in conuentibus, ea quæ fieri solent, fecerint, morte plectendæ sint. Duntaxat ergo caput hoc definit, venenarios illos semper igne

a art. 109.

puniendos: cæteros, si venenarij non sint, aliquando igni, aliquando alio supplicio puniendos. Patronis ergo Lamiarum, qui hoc capite nituntur, dicendum fuit, harum Lamiarum crimen huiusmodi non esse, quod mortem mereatur: quod hactenus illi ostendere nequiuerunt, & Binsfeld. Grill. Spreng. Alf. à Castro & alij citati, nosque etiam non obscure contrarium demonstrauimus. Quid quæso absurdius, qui vaccam vel equum occiderit interfici: qui à fide Christiana defecerit, & Deo maledixerit, & Diabolo se addixerit expressa professione, & cum eo fædissime coïerit, & sacrificauerit, &c. eum morte non affici: estne hoc pœnas criminibus commensurare? Visum mihi, vnde hæc omnia luculenter probari queant, inserere huic loco exemplar sententiæ latæ Auinioni anno 1582. vt refertur à Sebastiano Michaëlis, *in Pneumalogia*:

Visis processibus coram N.N.N. &c. contra nobis constitutos reos, accusatos, & delatos: quibus tam per vestram: & quorumlibet vestrum relationem, ac propriam confessionem iudicialiter coram nobis factam, atque sæpius repetitam iuramento vestro medio: quam per testium depositiones, eorumque accusationes, & alias legitimas probationes, ex dictis, actu & processu resultantes, nobis legitime constitit, & constat, quod vos, & vestrum quilibet, Deum nostrum omnium Creatorem, & Opificem, Vnum & Trinum abnegastis: & inimitem Diabolum, hostem antiquum humani generis, coluistis vosque illi perpetuo deuouistis: & sacratissimo Baptismati, & his qui in eo fuerant susceptores leuantes, & proparentes, vestrique Patres paradisi, & æternæ hæreditatis, quam pro vobis & toto genere humano Dominus noster Iesus Christus sua morte acquisiuit, coram præfato cacodæmone, in humana specie existente, abrenunciastis: infundente ipso rugiente diabolo denuo aquam, quam accepistis, vestro vero mutato nomine in sacro baptismatis fonte vobis imposito, sicque aliud commenticium nomen vobis imponi fictitio baptismate passi fuistis, & accepistis: atque in pignus fidei dæmoni datæ vestimentorum vestrorum fragmentum & particulam illi dedistis, &, vt à libro vitæ vos deleri: & obliterari pater mendacij curaret, signa vestra propria manu, ipso mandante & iubente, in reproborum damnatorum, mortisque perpetuæ libro nigerrimo ad hoc parato apposuistis: &, vt ad tantam perfidiam & impietatem vos maiori vinculo deuinciret, notam vel stigma cuilibet vestrum, veluti rei suæ propriæ inusit: & illius mandatis & iussis iureiurando, super circulo (quod diuinitatis symbolum est) in terram sculpto (quæ scabellum pedum Dei est (per vos, & quemlibet vestrum præsitto, vos obstrinxistis signo Dominico & cruce conculcato: & illi parendo, adminiculo baculi, quodam nefandissimo vnguento ab ipso Diabolo vobis præscripto illiti, cruribus & positi per aera ad locum constitutum, intempesta nocte, hora commoda malefactoribus, statisque diebus ab ipso tentatore portati & translati fuistis: ibique in communi synagoga plurimorum maleficorum sortilegorum, & hæreticorum fascinariorum, cultorumque dæmonum, accenso igne tetro, post multas iubilationes, saltationes, comessationes, compotationes, & ludos, in honorem ipsius præsidentes Beelzebub Principis dæmoniorum, in formam & speciem fædissimi & nigerrimi hirci immutati, vt Deum, re & verbis adorastis: & ad illum complicatis genibus supplices accessistis, & candelas piceas accensas obtulistis, & illius fœtidissimum ac turpissimum anum

Apostasi consummatæ.

Transfugium.

Sacrilegium.

Sacrilegium.

Finis nocere maleficijs humano generi. Maleficia & crudelitates.

(proh

(*proh pudor!*) *summa cum reuerentia ore sacrilego deosculati estis: illumque sub veri Dei nomine inuocastis : eiusque auxilium, & pro vindicta in omnes, vobis vel infensos, vel petita denegantes, exercenda efflagitastis: atque ab ipso edocti vindictas, maleficia, fascinationes tum in humanas creaturas, tum etiam in animalia exercuistis, atque homicidia infantium quamplurima commisistis, imprecationes, ablactationes, tabes, & alios gratissimos morbos ; ope iam dicti Sathanæ, immisistis, infantesque per vos, nonnullis etiam scientibus tantum & annuentibus, arte iam dicta maleficæ oppressos, confossos, & interfectos fuisse, ac demum in cemiterio sepultos noctu & clam exhumastis, atque in synagogam prædictam, fascinariorum collegium portastis: denique dæmoniorum Principi in solio sedenti, obtulistis, detracta & vobis conseruata pinguedine, capite, manibus, & pedibus abscisis, truncumque decoqui, & elixari, & interdum assari curastis, iubenteque ac mandate præfato Patre vestro comedistis, & damnabiliter deuorastis : mala denique malis addendo, vos viri cum succubis, vos mulieres cum incubis formicati estis, Sodomiam veram & nefandissimum crimen misere cum illis tactu frigidissimo exercuistis : &, quod etiam detestabilissimum est, augustissimum Eucharistiæ Sacramentum per vos in Ecclesia Sancta Dei aliquando sumptum, tam dicti Serpentis à Paradiso eiecti præcepto, in ore retinuistis: illudque in terram nefarie expuistis, vt cum maiori omnis contumeliæ, impietatis, & contemtus specie Deum nostrum verum & Sanctum dehonestaretis, ipsum vero diabolum, eiusque gloriam, honorem, triumphum & regnum promoueretis, atque omni honore, laudibus, dignitate, auctoritate, & adoratione honoraretis, decoraretis, & honestaretis. Quæ omnia grauissima, horrendissima, ac nefandissima sunt, directe in Omnipotentis Dei omnium Creatoris contumeliam & iniuriam. Quam ob causam nos F. Florus Prouincialis Ordinis fratrum Prædicatorum, sacræ Theologiæ Doctor ac Sanctæ fidei in tota ista Legatione Auinionensi Inquisitor Generalis : Dei timorem pro oculis habentes, pro tribunali sedentes, per hanc nostram sententiam diffinitiuam, quam, de Theologorum & Iurisperitorum consilio, more maiorum, in his ferimus scriptis, Iesu Christi Domini nostri, ac B. Mariæ virginis nominibus pie inuocatis dicimus, declaramus, pronuntiamus & diffinitiue sententiamus : vos omnes supra nominatos, & vestrum quemlibet fuisse & esse veros Apostatas, idololatras, Sanctissimæ fidei desertores. Deiomnipotentis abnegatores & contemptores, Sodomiticos, & nefandissimi criminis reos, adulteros, fornicatores, sortilegos, maleficos, sacrilegos, hæreticos, fascinarios, homicidas, infanticidas, dæmonumque cultores, Sathanicæ, diabolicæ atque infernalis disciplinæ, & damnabilis ac reprobatæ fidei assertores, blasphemos, periuros, infames, & omnium malorum, facinorum & delictorum conuictos fuisse. Ideo vos omnes, vestrumque quemlibet, tanquam Satanæ membra, hac nostra sententia, Curiæ seculari remittimus, realiter & in effectu condignis, & legitimis pœnis eorum peculiari iudicio plectendos.*]

Sepulchrorum violatio

Antropophagia.

Sodomia.

Sacrilegium.

Sententiæ condemnationis tenor.

Habes hic epitomen scelerum quæ fascinarij iti soliti committere, quam alibi, accuratius comprehensam: habes & exemplum damnationis Ecclesiasticæ quo illa pacto Curiæ sæculari, reos puniendos tradat: nec opus alia solemnitate, si laici sint rei.

Magus opus quando tradendi sunt Clerici: quos constat ante traditionem omni clericali priuilegio: præmissa regradatione, seu, vt vocant, degradatio

ne spoliandos. Quæritur autem, quid si moniales sint, vel monachi laici: nullo in clericorum gradu constituti: an & hi exauctorandi, & quomodo?

De his vltimis non memini me quidquam legere. Sed arbitror sufficere nudationem seu spoliationem habitus monastici, vt viris caputium, fœminis velum, cum scapulari, & habitu supremo auferatur, vestisque laica illis inijciatur, & ordine, cui se addixerant, ejecti, spoliatique omni religiosorum priuilegio, fortisque Laicæ effectis declarentur, sicque Curiæ seculari tradantur. Praxim huius casus nondum vidi, sed suspicor hanc esse, vel esse debere.

Sed quia in fascinariorũ causis multorum criminum quædam quasi colluuies & sentina reperitur: quorum non eadem qualitas est, quæri solet propter quæ liceat vel expediat hanc Clericorum vel monachorum traditionem facere?

Si sola hæresis proprie dicta, hoc est error in fide pertinax reperitur: sequenda decreta canonum de hæreticis, quæ proposui supra. *hac eadem sectione littera T.T.*

YY Quid iudici in ceteris criminibus quæ hæresim comitantur vt plurimum, & quæ subiungam: facere expediat: id quia dependet à circumstantijs personarum, loci, temporis & cæt. prudentiæ & facti est, nec regulis vllis potest definiri. Hoc tantum in genere: honoris diuini, & timoris, & publicæ vtilitatis summam semper habendam esse curam: & ita demum, si hæc permittant, juris rigorem remitti posse.

Si quæras quid iudici liceat? Resp. etsi olim degradatio non nisi propter tria crimina iure Canonico expressa permitteretur: hodie tamen praxim contrariam inualuisse passim, vt propter alia quoque crimina his maiora id facere liceat: quod sane & à plerisque interpretibus receptum, & æquitati valde consonum, post Bald. Ancaran. & Abbat. frustra reclamantibus Antonin. Anan. & Butrio, in praxim deductum videmus. Quare licet hodie propter vnum crimen valde enorme, vel plura grauia (sic voco quæ non tam enormia (etiam non exspectata incorrigibilitate clericum tradere sæculari brachio puniendum: vt docent, post alios, Guilh. Benedictus *in c. Raynutius*: Bernard. Dias de Lugo Episcopus Calagurritanus *Pract. Criminal. canon. cap. 90.* & Felicianus Episcop. Schalensis *lib. de depositione & degrad. c. 14.* à quibus adferuntur exẽpla multa rerum sic iudicatarum, in Italia, Hispania, Francia, Belgio. dissentiunt tamen in ea dumtaxat, quod incidente casu Felicianus censet, prius consulendum Pontificem Maximum: fateor id tutius. Sed alij hoc necessarium non putant, nec puto in praxi obseruari. Quod vero videamus iure Canonico requiri incorrigibilitatem, *c. cum non ab homine. de iudic.* hoc rectissime censent, cum Ancar. Abba. Felino & alijs, citati Dd. recipiendum in criminibus leuioribus, & reipub. parum noxijs non vero in enormibus & reipub. periculosissimis. (*vide Diazium. supra cap. 33. & 90. Felician. cap. 2. & 14.*) quorum sententiam verissimam puto in criminibus huiusmodi diu continuatis *arg. c. quam sit. de excess. Prælator.*

Crimina autem huiusmodi valde enormia, & hac seueritate digna in fascinariorum facinoribus, præter ipsam hæresim, mihi videntur saltem tria occurrere.

Primo

Primò est *Apostasia* à Deo & professione Christiana mera & perfecta, & transfugium ad dæmonem illiqúe prǫstitum homagium, siue accedat idololatria, (quæ per se sufficit) siue nō accedat. quia hoc crimen, secundum se, grauius est hæresi propriè dicta, & punitur non tantum pœnis omnibus hæreticorum: *a* sed eò acrius, quod qui hæretico locus pœnitentiæ permittitur, is Apostatæ iure ciuili disertè denegatur. *b*

Secundo loco est talis *Sodomia* nefandissima, per concubitum cum succubis & incubis dæmonibus: propter Sodomiam verò tradendum brachio sæculari clericum, criminis huius aliquoties commissorem, statuit Pius V. Pontifex Maximus in Bulla, incip. *Horrendum illud scelus*: de qua consule Nauarr. cap. 27. Man. num. 246. & superioribus annis hoc in praxim Duaci deduxit. Reuerendiss. Episcop. Attrebatensis.

Tertio loco *homicidium*, quod in nostro casu multis ex capitibus est enorme, & qualificatum. primò quando occidunt proprias proles, vel parentes, aut coniuges (vt apud Remig. lib. 2. cap. 1.) & horum similitudine, quando monachi vel monachæ necant suos collegas vel consorores. 2. quando nondum baptizatos, & animum perdunt cum corpore. 3. quando ad necem accedunt decoctiones illæ, aut antropophagiæ. 4. si veneno necant. 5. quando necant proditoriè ex pacto mediante ipso dæmone. hæc duo vltima indigent probatione, cætera clarissima sunt. Quartum & quintum itaque probo, quia deterius est hominem veneno, quam gladio occidere: *c* ideo Romani venena etiam aduersus hostem detestabantur, vt Cornel. Tacitus & L. Florus docuere. Deinde conatus proditorius grauitatem homicidij semper aggrauat: estq; maior ac dolosior proditio, quoties cauendi aut prohibendi minor occasio vel potestas est. Dæmones autem sunt insidiatores inuisibiles, in omnem nocendi occasionem intenti: quorum nec insidias cauere, nec vim (si Deus illis permittat) atque ferociā, prudentia aut vires humanæ ferre valent. Denique per tales & maxime diuturnos, atque acerbissimos cruciatus excarnificatos necant, & vt plurimum (quo, quid grauius?) de mentis simul recto deiectos statu, in deliria, miserandumque furorem præcipitant, cumque sanitate corporis, animi quoque tollunt incolumitatem. Quæ cuncta Philo Iudæus, *d* qua solet grauitate & copia verborum, rationumq; perpendit, & idcirco iustum Moysis Zelum validius commendauit, quod maleficis nec diei quidem vnius inducias à nece concedendas statuerit: adeo vt, si carnifex desit, per ipsum met Principem Iudicem populi, eos de medio, tolli voluerit, qui tali supplicio manus suas non contaminaturus, sed Deo sanctificaturus, vt alter Philnees, videatur.

Addit vocem à Legislatore Exodi, cap. 22. vbi lex illa perscripta, positam capi, de omnibus, qui vetitis artibus alicui necem moliuntur: & eos ad duo reducit capita, qui dicuntur *οἱ μάγοι, καὶ φαρμακεῦται* & postea explicat, quos duplici nomine complecti voluerit, nempe qui vel potionibus, vel verborum conceptis formulis abutuntur, *φίλτροις καὶ ἐπῳδαῖς πιοίν*. quæ pro ijsdem sumi sæpe solere satis indicat Hesychij lexicum, vbi habes: *ἐπασιδοί, φαρμακοί, γόητες*. sed de hoc alias plura dicta nobis fuere. *a*

DD. communiter admittunt veneni

4. I instit. tit de pub iud. §. L. Cornel de sica. ver. eadē leg. & venefic l. 3. D. ad L. Corn. de sicar. ideo hoc crimen morte nō exstinguitur. l. huius D. iure fisci.

d l. de special. legib circa med

a l. 1. c. 3. lit. D.

a c. 1. & ibi Innoc. Hosti. & alij de Apost. *b* tex & gl. in l. 3. C. de Apost.

c text. in l. C. de malef. & mathe. vid. Fr. Baldui ad

mali nomine, etiam magicos ſuſurros, & incantationes, ſiue formulas quaſlibet conceptis verbis ex pacto cum dæmone inito operantes comprehendi. *b* quia per damnum ex verbis talibus & venenis, iuxta illud Tragici de Medæa : qui poſtquam genus omne lethalium graminum, & Serpentum commemoraſſet, ab ea vſurpatum, ſubdit;

b vid. Grilli. de ſortil. q. 12. & Pet. Binsfe. in l. 1. C. de malef.

Addit venenis verba non iſtis minus. Metuenda.

Sanè ratione pacti & dæmonis ſic vocati, damna inferentis. Nonne Iuſtinian. Imp. lege Cornelia de ſicarijs perinde illos teneri ſanxit : *c* qui ſuſurris, vt qui venenis, occidere? Quid quæſo hic ſuſurri aliud, quàm verba illa tam metuenda ? Plato quoque occidi voluit lege ſua, non ſolum, qui venenis datis nocuiſſent, ſed & quicunque deligationibus, aut illecebris, aut quibuſdam incantationibus ad lædendum paratus eſſe videretur : & hæc omnia ſe veneficiorum nomine comprehendere affirmauit libr. de legib. XI. fere extremo : ἐὰν καταδέσησιν, ἢ ἐπαγωγαῖς, ἢ τισιν ἐπῳδαῖς, ἢ τ τοιούτων φαρμακείων ὧν τινῶν, δόξῃ ὁμοίῳ εἶναι βλάπτοντι. Incantationum itaque & ſuſurrorum nomine, omnem malorum verborum ex pacto efficaciam, quod malefici vſurparint, genus comprehendi : qui negaret, neminem legi, nec audiui.

c d. verſ. eadem lex de publ. iud.

Vnde nihil dubitem huc referre, formulas illas deuouendi, ſeu diras imprecationes, quibus maximè varijs hæc hominum venena Deum offendunt: vt erat illud quo, quæ alicui nocere cupiebat, & ſe dæmoni per pactum olim manciparat N. Louanij ſemper vtebatur : *Per illud ius & imperium, quod in me tibi permiſi* (dæmonem alloquebatur) *poſtulo vt quantum polles poteſque tali vel tali* (nomen exprimebat) *noceas.* vbi notandum inprimis hac forma contineri & exprimi primò complacentiam ſiue ratihabitionem primi pacti, cuius hæc quædam eſt renouatio & noua quodammodo apoſtaſia. Deinde peti ſimpliciter, & indefinitè, vt dæmon quantum poterit noceat : quare & illud peti, vt ſi queat occidere per diros cruciatus, id faciat. Ideo ſi conſtaret, ad Tartareas has preces, dæmonem alicui mortem intuliſſe : debere puto hanc mortem deuouenti huic, vt quæ iuſsit, imputari. Si de nullius nece conſtet, ſed tantum de morbis & afflictionibus illatis ; officium iudicis erit, quacunque meliore via poterit, iuridicè inueſtigare, num mortis etiam cauſam alicui præbuerit, hoc eſt, an aliquis ex ijs, quibus diras imprecata eſt, morte violenta, dæmonis eius opera, ſit ſublatus.

Si verò præterea in eadem familia, vbi degit (verbi gratia in eodem monaſterio ſuperior, vel confrater) aliquis non ſine ſuſpicione maleficæ noxæ, & maximè illius eiuſdem, quæ graſſetur eodem tempore adhuc in alios domeſticos, interierit : cæcum putem, qui locum quæſtioni idoneæ hic ſupereſſe non videat : cum indicium hoc illa confeſsione, & infamia perſonæ clara confirmatum, plane propinquum ſit cenſendum. Ad pœnam tali infligendam ; ſi de morte illata, ne per tormenta quidem, quicquam fateatur : etſi lenior ſententia ſit quorumdam, leuiori quam mortis ſupplicio afficiendam ; *d* tamen quando in multos tam improbo, & propinquo conatu reus graſſatus fuit, etiamſi mors nulla foret ſubſecuta, ordinariam mortis pœnam tali conatui infligendã, iuſtius videntur cõplures Doctores ſummæ auctoritatis cenſuiſſe. *e* Quam ſententiam

d vt poſſ. Bertach. Carr. & alios Clar. l. 5. 6. homicidiũ. n. 14. *e* Ang. & Salycet. l. C.

equidem

equidem opinor, in ijs qui non sunt vsi ad nocendum veneno aliquo aut instrumento naturali, sed immediata ope opera diaboli, longè apertiorem & æquiorem habendam. Nam qui hoc pacto, vitalis conuentionis initæ homines perdunt: plane similes sunt malitia homicidis, quos vulgo vocant *assassinos*, quorum homicidium pro valde enormi, & qualificato in praxi haberi, norunt qui criminalia subsellia vel obiter adierunt. Hos commune Doctorum suffragium iubet omnino actu degradari, etiamsi conatum improbum mors subsecuta non fuerit, si modo per ipsos non steterit, quominus interficeretur. *f* Longius etiam hac in re plurimi I. C. progrediuntur, adeo vt censeant, clericum, qui assassino mandauit occidere quempiam, à iudice sæculari in hoc conatu deprehenso assassino, posse & ipsum mandatorē ab eodem iudice capi, & sine vlla degradatione supplicio affici: quod vltimum licet non diffitear videri communius receptum, *g* securius tamen arbitror iudici sæculari, prius degradationem hoc casu aperiri, & vrgere Ecclesiasticum forum, quatenus iustè & honestè poterit, ad hoc faciendum. Cæterum similitudinem assassinatus maximam in hoc maleficorum conatu inesse, quia docui *lib. 2. q. 4. litt. B.* non arbitror mihi nunc probandum; quid interest precio conducam sicarium, qui meum inimicum ex insidijs interficiat: an ad hoc vi pacti conuenti à dæmone, id vt faciat, obtineam? hic pro pecunia est, anima ei pacta, & promissa.

Verum dicat aliquis, quid igitur respondes canoni, *c. cum non ab homine, de iud.* breuiter: *Resp.* sequi me cum multis grauiss. I. C. quos Felician. & Diazius sequuntur, Ancaran. & Abbatem: qui censuere canonem illum intelligendum de vnico tantum, & non qualificato homicidio: non autem de vnico homicidio qualificato (vt sunt ea quæ nos initio proposuimus homicidia maleficorum) neque de pluribus non qualificatis.

Concludo igitur *quolibet istorum trium casuum, multoque magis duobus vel tribus concurrentibus, vel vno perfectè patrato, & alterius propinquo conatu accedente, Magos, sortiarios, maleficos, incantatores, siue quocunque alio appelles nomine, posse à iudice Ecclesiastico, quamuis monachi, quamuis, Sacerdotes sint actu præmissa degradatione brachio sæculari puniendos tradi.*]

Si obijcias, quosdam docere, ex quibusdam canonum locis, ad hanc traditionem Sortilegij crimen [non sufficere, *h* sed duntaxat ad verbalem depositionem: Occurritur, id intelligendum casu, quo Sortilegij crimen intra proprios suos terminos consistit; hoc est, non progreditur vltra illicitam diuinationem non coniunctam cum expresso pacto Apostatico. Nam de tali simplici diuinatione, vt sunt pleræque astrologorum & similium, expresse canones illi loquuntur, *nempe cap. vnicum 26. q. 1. c. si quis Episcopus 26. qu. 5.* Et ideò nostræ sententiæ nihil obstant. Cæterum quando incantationes etiam medicamentis ad malorum remedium adhibitæ; tunc ex Diuo Augustino expresse iubet alius Canon clericos degradari *cap. admoneant in fin. 26. q. 7.* Cuius loci duæ sunt explicationes, vna est, *a degradari* poni pro curiæ sæculari tradi, vt per præcedens etiam quod subsequitur significetur. idcirco enim fere semper fit actualis degradatio quæ hoc nomen proprie meretur: alia est degradationem tantum poni pro

depositione

de malefi. Cou. in Clem. si furiosus. p. 2. circa prin. Me noc. de aub. trid. cas. 360.

f docent hoc non inaccurate reiecta Dini & Angeli cõtraria sententia, Diazius supra c. 91 & Felic. d. c. 14.

g patet ex citat. à Boer. q. 69. Lupo de libert. Eccles. q. 9. & Arnol. Albertin. in rep. 6. quoniã de hær. in 6. quos sequuntur Diaz. & Feli. epist.

h fuse apud Abb. in c. ad abolendã de hær. quem seq Felicia. & Diaz. ille cas. 2. hic c 10.

a Anto. de Butr. in c. atsi clerici. de iu d.

depositione verbali,[b] quę propriè vocatur depositio, impropriè vero degradatio diceretur. Prior sententia verborum proprietati inhæret, posterior æquitati. Sed suspicor in re non dissentire Abbatem & Butrium. Nec enim Butrius opinor, affirmaret incantatores, qui nec apostatæ, nec Sodomitæ, nec alijs noxij suis artibus esse sunt conati, actu degradandos, vt curiæ seculari traderentur; sed contenderet canonem illum de his non loqui, verum de ijs, ad quorum crimen incantationis, graue damnum alijs illatum, Sodomia, aut apostasia, accederet. Contra Abbas non opinor negaret incantatores illos, de quibus Butrius sic acciperet Canonem, & de quibus concl. nostra fuit, curiæ seculari tradi posse; sed contenderet canonem illum de his non egisse, sed de alijs, de quibus nos non loquimur: quæ Abbatis explicatio etsi minus propria, magis tamen consentanea videtur illi contextui. Sanè nobiscum sensisse Abbatem & cum Butrio, quoad enormes illos, quos dixi sortilegos, patet, quia Abb. [c] solitus est distinguere inter crimina grauia, grauiora, & grauissima. de grauibus tantum vult agi *in c. cum non ab homine. de iudic.* de grauioribus *in cap. tuæ de pœn.* de grauissimis *in cap. nouimus. de verb. signific. & cap. penult. de hæretic.*

Et inter grauissima collocat quæcunque sunt qualificata, & valde perniciosa reipubl. & quia pro huiusmodi criminibus puniendis condignam pœnam non habent canonum sanctiones; vt illa condignè vindicentur, & reipublic. consulatur, ac satisfiat, vult meritò introductum, vt iudex Ecclesiasticus talium reos degradet, & ilicò post curiæ sæculari (vt fieri solet) tradat, *iuxt. d. c. nouimus, & d. c. penult.*

[b] Abb. in d. cap. admoneant

[c] in c. tuæ de pœnis.

A si vero delicta minus atrocia & minus perniciosa reipubl. sint tamen ex grauissimis: tunc vult iudicem debere degradare, & degradatum perpetuis carceribus mancipare, quæ suprema iuris Canonici pœna est, & in mortis locum successit.[d] Quæ sane Abbatis sententia meritò Diazio & Feliciano supra citatis placuit. Et hæc puto posse & debere iudicem sequi.

B Porrò si spes affulgeret emendationis, & magna atque clara pœnitentiæ indicia exstarent (*caue tale putes, quod reus secum petat clementer agi: melius indicium pœnitentiæ foret, si diceret nulla sibi condigna supplicia posse irrogari, & malle hic Deo tam atrociter offenso, graui supplicio conari satisfacere*) nec rei sunt relapsi, nec scandalum timetur, nec magnum imminet reipubl. periculum ex hac

C clementia: his concurrentibus semper, etiam in tribus illis quæ dixi criminibus, æquius, lenius & honestius Episcopo putarim, (nisi particulari causa in contrarium mouente) si reum huiusmodi post actualem degradationem, siue monachus, siue aliàs clericus sit (maximè si in ordine sacro constitutus) ipsemet ad perpetuos Ecclesiasticæ curiæ carceres damnet.

D Sic factum Ebroici, magister Guilh. Edelino; [e] sic factum Cameraci Ioanne Potiere: [f] sic factum Cordubæ Magdalenæ Cruciæ, in quorum tamen causa Sodomia, & maleficium, cum Apostasia concurrebant: sed in omnibus pœnitentiæ signa erant clarissima, & scandali atque noxæ publicæ periculum abesse iudicabatur.

E Quoad ignis pœnam, ea quoque meritò recepta, & à maleficis aruspicibus (*l. 3. C. de malef.*) generali Europæ consuetudine, ad omnes magos, maleficos sortiarios, lamias extensa. quia

[d] ca. 3. de pæn. Innoc. in c. qualiter 2. de accusa

[e] docuiatias ex Monstreleto & Iaquet.

[f] docui ex Maceo, & molinero

sunt

sunt apostatæ, sunt hæretici, sunt peccantes contra naturam: quorum omnium hæc legitima pœna est. *g* Et hæc pœna cœpit iam in Hispania à regno Ramiri Regis, circa annum. 844. Nam ille Magica sacra cantionesque ignis supplicio coërcuit [*Ioan. Mariana de reb Hispan. lib. 7. ca. 13.*] In Italia prius adhuc à temporibus Diui Gregorij, quando Romæ Basilius quidam senator magus qui vt pœnam effugeret. se Monachum esse velle finxerat flammis absumptus fuit (*vide D. Greg. libro primo Dial. capite quarto.*) hic Basilius vna cum Prætextato, qui ambo senatores & viri illustres, fuére Magiæ conuicti *h*: vt videas hoc crimen semper non muliercularum tantum & vilium, sed virorum etiam nobilium fuisse: quicquid VVierus & similes ogganniant. Impœnitentes itaque viui comburendi, pœnitentes prius strangulandi. *vide Couarr. libro secundo. var. res. capite decimo. num. 9. & Clarum d. §. fin. quæst. 99. num. 7.* In Apostasia quoque speciale, quod In foro externo illi pœnitentiæ locus non est. *l. 3. c. de Apost.* Ad hanc autem pœnam ignis ex communi consuetudine sufficere fidei abnegationem, & fœdus cum dæmone, docent Bart. consil. quod incipit mulier striga de qua quæritur. in fin. & habetur tomo consil. crimin. Zileti. 1. & Mollerus ad constit. Saxo. part. 4. sect. num. 4.

Vnum restat dignum quæstione, *V. Iudici liceat hanc legis pœnam consuetudine receptam minuere pro lubito suo?* decidenda hæc quæstio est ex traditis à D. Thom. *& eius interpp. 22. quæst. 67 artic. 4.* si adsit accusator, eo iuste inuito, non posse vllum iudicem ne supremum quidem pœnam debitam laxare: si vero iniuste inuitus esset, vt si valde vita rei foret reip. necessaria, tunc inferior iudex id non posset, sed bene supremus posset *i*, quod tamen rarissime & non nisi maxima ex causa faciendum. Inferior vero iudex nec permittente accusatore posset *k*, superior poterit eo remittente, si tamen id fiat cum bono reip: quod quia raro accidit, ideo etiam raro pæna relaxanda. Si iudex ex officio processit, minor non poterit eam relaxare: supremus non potest, nisi vtilitas reipublicæ id exigat, vna & præcipua causa est leniendæ pœnæ pænitentia voluntaria. Sane prudentes iudices semper censuerunt, spontaneam & promptam confessionem & indicia pœnitentiæ, leuioris pœnæ infligendæ, etiam in hoc crimine causam idoneam esse.

Stabuleti Ioannes de Vaux igne cremandus, capite plexus fuit: alijs locis, qui viui erant exurendi, strangulantur ad palum. Hoc mouit iudices illos Allobroges in casu quem his verbis narrat Cancellarius Parisiensis contigisse anno Domini 1424. *Recitatus est Lugduni Galliæ coram clero processus cuiusdam mulieris delatæ & detentæ Burgi in Breyßia, quæ est notabilis villa ducis Sabaudiæ, circa quam est domus Sellionis ordinis Carthusiensis. hæc mulier sub pallio deuotionis & reuelationum fingebat mirabilia. Asserebat enim se esse vnam de quinque fœminis mißis à Deo compaßiue, pro redimendis innumeris animabus de inferno. Et iam sua collusione subdola deceperat in regione illa quam plurimas simplices mulierculas. Sciebat videndo frontem, peccata, quæ fecerat vnusquisque: hoc enim secundum Augustinum etiam Diaboli malitia scire potest, & suis reuelare, non autem ea quæ futura sunt absolute, siue ea quæ in secreto cordis latent, & nullo exteriore motu aut signo sese produnt.*

g Ioann. Andr. Hostiens. Abba. inc. ad abolendã de hær. & aaa cap. 1. de apostat. Dd. in l. nullus aruspex. Co. de malef Bertr. cons. 212. vol. 2. Co Brun. l. 5. de hær. c. 3 Coras. li. 3 Miscel. c. 8 Aimeri. in Direct. Comens. in Lucerna inquis. Sima. Pegna & alij tex. in d. § trãsfugæ cum sim. Clarus §. Sodomia. n. 4. Dan haud in praxi. cri & est omnium.

h Cassio. li. 4. var. episc. 22 & 23.

i D. Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. ad 3 & ibi Cai Sot. li. 5. de iust. & iu. q. 4. a. 4.

k post D. Tho. Arago. & Valenc. & Bart. Salon.

Sic corrig vulgo male legitur, religione

Habebat etiam supradicta mulier duos carbones in pede, qui eam afflixerant quotiescumque aliqua anima ad infernum descendisset, quotidie tres animas ab inferno liberauit: vnam vel duas sine difficultate, aliam seu alias cum pœna maiore, vt dicebat. Mentis quoque excessus seu exstaticos sæpe habebat, in quibus mirabilia per reuelationem dicerat: eratque mira abstinentia, singularissima etiam vitæ: plura vero alia de ea scribenda forent. Nuper autem cum Spiritus almus Ecclesiæ suæ rector verus (vt creditur) hunc Spiritum falsum detegere vellet: hæc mulier capta, & pœnis vt torqueretur est addicta: quæ omnem veritatem confessa est qualiter omnia prædictæ cupiditatis occasione finxisset, vt se nutriret hoc modo, & paupertati suæ subueniret: aut fortassis pro huiusmodi diabolo se miseram in famulam dedicauit. Inuenta est insuper morbum caducum habere, ac eundem sub extaticis excessibus, quos finxerat, palliare. de qua cum varia opinio esset, an tanquam hæretica puniretur: iudicatum est à doctis ad pœnitentiam eam admittendam, nec esse hæreticam: quia ille quæ fecerat dimisit, nec obstinata permansit. Ita Gerson lib. de examinat. doctrinar. litt. O. in fine. Hæretica non erat, quia in mente errorem nullum fouerat: saga tamen & malefica, quia peccata ex pacto cum dæmone inito diuinabat, carbones etiam illi videntur illusione dæmonis apparuisse, quanquam & humana vafrities quid simile carbonibus potuerit exhibere.

Ordinarie expedit reipub. fontes puniri: ideo ordinarie peccaret etiam Princeps hanc pœnam mortis relaxans: & si quod malum reipublicæ inde prõueniret ad iustitiam pertinens, iudices, etiam Princeps, tum tenerentur ad damnorum restitutionem. *Valenc. & Aragon: supra & est commun. sententia, Silu. & Caietan. in verb. Iudicium peccata, Nauarr. in Manual. capite decimo tertio. & alior.* Quam ægre autem Deus ferat maleficos magos vere idololatras, Iesu & Mariæ hostes, defendi aut debitæ mortis pœnæ eripi: in Anatolij cuiusdã & sociorum Magorum causa, multiplici miraculo Bizantij fuit ostensum, narrante rem multis Euagrio *lib. 5. Histor. Eccles. cap. 19.*

Qua de re in monitis 3. & 4. plura fum dicturus Hic restat vt repræsentem quod sæpè pollicitus sum, Analyticum commentarium in *c. Epis. caus. 16. quæst. 5.* quem extorsit non necessitas, sed aduersariorum impudens peruicacia. Tribus §§. rem complectar. *§. 1. de ca. Episcopi auctore & auctoritate.*

Commentarius in c. Episcopi 26. q. 5.

Quidam volunt esse concilij Aquileiens. capite primo. ita Bodinus & Danæus hæretici. Miror vnde hanc inscriptionem *capit. Episcopi* acceperint. Nam nulli libri quos multos vidi, vel Iuonis, vel Burchardi, vel Gratiani, eam exhibent. fors an lectionem illam commenti, ne viderentur nimis impudentes in solutione, quam adducunt? volunt enim nullam concilij illius auctoritatem fuisse, vtpote quod conciliabulum non iusta (inquiunt) Synodus habeatur. Quæro ex Bodino de qua Aquileiensi Syn. loquatur? An de priore? hæc fuit anno 381. tempore Damasi Papæ & Gratiani Imperatoris: in qua Palladius & Secundinus Ariani condemnati: cuius nulli alij canones extant, nisi actio vnica contra Arianos, qui Synodum hanc Gratiano extorserant Prouinciale concilium fuit, sed semper pro iusto & legitimo habitum: nec aliud fere in quo plures pro numero sanctitate conspicui,

spicui, vt Valerian. Euseb. Bononiens. Ambros. Philastr. alij: quos eat Bodinus & contendat ferreo ore in conciliabulum conuenisse. Probet etiam ex hoc concilio canonem desumptum.

Posterius aliud celebratum. Aquileiæ an. 698. sub Sergio Papa in quo Ecclesia Aquileiens. quæ relapsa in schisma occasione Quintæ Synodi fuerat, iterum reconciliata fuit Romanæ Ecclesiæ: huius concilij meminere Paul. Diaconus *libro quinto hist. capite decimo octauo.* Baron. *Annali, Octauo*, sed canones nullos eius proferunt: nec quod sciam extant. vnde ergo probat Bodinus esse huius concilij canonem? cui etiam iniurius est, id vocans Conciliabulum, cum Romani Pontificis auctoritate fuerit cõgregatum. Dent Bodinus & Danæus aliud concilium Aquileiense, quod conciliabulum fuit, ex quo canon ille sit desumptus.

Iaquerius & alij citant *ex concilio Acquirensi*: Sed mendosi codices eos in fraudem traxêre. Plerique scribunt. *ex conc. Acquirensi.* Non diffiteor fieri posse vt ruditas illius sæculi causam præbuerit Gratiano sic scribendi, vt censet Ant. Augustinus *lib. 1. de emend. Gratiani Dialog. 5. in fine.* vbi docet sic solitum aberrare in nominandis Conciliis: sed ille potius sæculi, quam Gratiani error dicendus, quia hanc corruptionem deprehendas etiam in Parisiense Burchardo, sed in Louanienss. Iuone, est, *Ancyrensi*: inde nata differentia quod veteres soliti C. & Q. confundere, vt in nomine Quirinij & Cirinij, dissentiunt autem tam Iuonis, & Burchardi, quam Gratiani veteres codices, *in Acquirensi, Anchyrensi, Anchyran.* constat concilij verum nomen esse *Ancyranum*, ab vrbe quæ Græcis Ἄγκυρα.

A

& sic alibi vocat Gratian. *ca. Diaconi 8. & c. de Syracusana 13. dist. 28. c. 32. presbyteros. dist. 50. c. 6. si qui episcopi. d. 92. c. 40. si quæ de reb. 12. q. 2. c. qui diuinationes. 26. q. 5. c. desponsatas 27. q. 2.* Ancyra vrbs Galatiæ antiqua & nobilis, vbi celebris ille lapis thesaurus antiquariorum, & apud Claudianum *Ancyranique triumphi*: Straboni & Ptolomæo Ἄνκυρα: Laonico corrupte Οὔνκυρα: hodie Bellonio & Nigro *Anguori*, statim occiso Maximo celebratum in ea, concilium fuit, persecutione cessante, anno ferme 314. in quo multa de lapsis salubriter constituta fuerunt, nec pauca contra magicas fraudes sancita, & contra contagiosam superstitionem ex commercio cum gentilibus in populum fidelium proserpentem: vt patet ex can. 23. seu (vt Balsamon) 24. qui relatus à Gratiano *in d. c. qui diuinationes.*

B

Alij volũt 308.

C

Sed ex his canonibus Balsamon. 25. alij 24. tantum ponunt: nec inter eos noster habetur. Vnde igitur Gratianus eum descripsit? Inciderat in collectionem quandam sexdecim partialium librorum, in qua *lib. 6. ca. 6. & 7.* adijciebantur duo canones conc. Ancyrano, quos hodie additos videmus primo concilior. tomo editionis Surianæ, item optimæ Romanæ: priorem de homicidis serui alieni, posteriorem de sortilegis & maleficis per Episcopos parochia expellendis: quē totum Gratianus descripsit, errorum quæ in codice collectionis erant nulla, ratione habita. An Burchardus ex illo eodem codice partialium librorum descripserit, an vero collector ex Burchardo, non possum definire, quia collectionem illam non vidi.

D

E

Quid ergo, dicemus ne hunc canonē esse concilij Ancyrani? communis hæc opinio est, non recentiorum modo,

Turrecremata *in d. c. Episc.* Toſtati *in Exod. & Matth.* Iaquerij *in Flagello*, Alphonſi à Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 16.* Victoriæ *relect. de Magia* Carranzæ *in ſumma concilior.* Simancæ *in Cathol. inſtit.* Spinæi *q. de ſtrigib.* Silueſtri *de ſtrig. mag. admir.* Binsfeldij *de Conf. ſſ. malef.* & Ant. Auguſtini *in d. Dial.* verum etiam antiquorum, vt Collectoris illius partialium ſexdecim librorum, Collectoris omnium conciliorum, Burchardi, Iuonis, Gratiani.

Obijciunt qui contra ſentiũt, quod iſte canon nec in Græca concil. editione ſola, nec in ea quam Balſamon interpretatus fuit: nec in Latinis verſionibus. Creſconiana, vel Dionyſiana (quam ſecutus Ioan. VVeſtelſtinus) nec in Tigurina, nec in alia vlla concil. Ancyrano inſeratur. Sed de multis quæ ex conciliorum canonibus exciderunt, hoc vnum eſſe potuit: potuere etiam Burchardus & alij veteres Latini plenius volumen nacti fuiſſe, quam Balſamõ aut alij Græci, aut qui vertẽre ex Græcis, quorum libri conciliorũ Latinis ſemper fuere corruptiores & magis mutilati.

Nihilominus alij adhuc cenſent ex nullo concilio deſumptum, ſed ex aliquo Patrum. Nam Beetzius *in Præceptorio*, aſcripſit B. Gregorio, euidenti memoriæ lapſu. Alij volunt deſumptũ ex D. Auguſtini *li. de ſpiritu & anima.* Sed liber hic non eſt Auguſtini, vt mox docebo: & actor ille mutile admodum hoc canone fuit vſus. Doctiſſimus denique Annal. Eccleſ. ſcriptor cenſuit à Damaſo id ſtatutum, *tom. 4. Annal. anno* 382. ſic ſcribens: *In actis autem Damaſi Papæ, in Eccleſia recitari ſolitis, de quibus inferius erit mentio, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano concilio: hoc ne an priore incertum eſt*, &c. deinde *poſt quædam concilij decreta, ait: nec non etiam excommunicandos eſſe omnes, maleficijs, augurijs, ſortilegijs, omnibuſque alijs ſuperſtitionibus vacantes: qua ſententia præſertim fœminas illas plectendas eſſe, quæ illuſæ à dæmone ſe putant noctis ſuper animalia ferri, atque vna cum Herodiade circumuagari*, &c. Atque hoc cenſet confirmari, quia cenſet eadem fermè à S. Auguſt. deſcripta haberi *de ſpiritu & anima c.* 28. nec non in appendice Ancyrani concil. & apud Gratianum ſub eodem titulo collocata. 26. *q.* 1. *cap.* 12. Et conſtet ex Seuero Sulpitio *vita S. Martin. c.* 25. in occidente & oriente maleficorum artes plurimum inualuiſſe, quod ex Ammiani lib. vlt. hiſt. verius probetur: adeo vt in ipſos ſacros Dei miniſtros præſtigiæ quoque magicarum excantationum irrepſerint, vt de Gerontio Diacono D. Ambroſij narrat Sozomenus *lib. 8. hiſt. cap. 6.*

His tamen argumentis nondum inducor vt Burchardo, Iuoni, Gratiano, ne dicam tot alijs doctiſsimis viris cõtradicam, vel à communi me ſententia patiar auelli. Maleficorum multitudo non minor fuit Conſtantij, & Iuliani temporibus vt non paucioribus exemplis poſſem probare: Sed quid opus in re clara? quod autem à Gratiano ſub eodem titulo collocetur, vt ab appendice quoque illa: hoc perſpicue nõ pro Romano, ſed pro Ancyrano concil. facit. Quod eadem apud Auguſtinum totidem fere verbis legantur, auget ſuſpicionem Damaſi non eſſe hoc decretum de mulierculis, ſed recentius: nam liber ille non eſt Auguſtini, ſed alterius nec tam docti, nec tam antiqui. Nec Auguſtinus ſubticuiſſet Damaſi eſſe piæ recordationis ſanctionem.

Nec

Nec quidquam obstat, ne credamus illa Damasi acta, in ijs saltem partibus, quæ in Ecclesia non recitantur (qualis est ista) esse mendosa: nec didici vnquam illa Damasi acta in Ecclesia olim integra recitari solita: sed sicut hodie videmus in Breuiarijs inseri, seu recitari non acta integra, sed Actorum partem.

Pro Damaso roboris aliquid habet hoc vnum argumentum, quod horum actorum exstant Romæ complura exemplaria m. s. quorum quatuor Illustrissimus Baronius vidisse testatur, *dict. tom. anno* 427. Accedit illud Antonij Augustini *Dialog.* 14. de hoc cap. episc. his verbis, *Damaso in concil. Rom. asscribi vidi in lib. quodam Michaelis Tomasij ex veteri libro, in quo vitæ eiusdem Pontificis conscriptæ.* Verum hæc opinio etiam patitur difficultates, quas nostra. In primis enim in canonibus Conciliorum Romanorum, quæ duo sub Damaso habita, non reperitur. non in priore anni 373. quo damnati sectatores Apollinaris. Nam illius Canones interciderunt, & eorum summam volunt Anathematismis Theodoreti cõprehensam, qui nihil pertinent ad d. c. Episc. *Lege Theodoret. l. 5. hist. cap.* 11. Nec reperitur iste canon in posteriore concil. sub Damaso Romæ habito. supersunt isti canones, & in ijs nullus est nostro consimilis. Præterea veterum scriptorum, qui nostrum canonem exhibent, nullus Damaso asscribit: non Burchard. lib. 10. c. 1. non Iuo p. 11. c. 30. non auctor sexdecim partialium librorum: non collectores conciliorũ; sed omnes consentiunt in Concil. Ancyrense. Multa etiam reperias ad verbum in libr. illo de spiritu & anima: cuius auctor si ex Damasi actis, sumsisset, cur non meminisset; solitus, non concilia, sed auctores etiam recentiores, & minoris nominis, quam Damasus, citare: vt Boetium *c. infine*: vt notes Augustinum esse non posse: *& cap.* 47. quædam dissentanea Augustino, consentanea Gennadio ponit. nec Possidius in Indiculo operum Augustini hunc memorat librum: & Vincentius Belloacens. ac Trithemis Hugoni Victorino, nonnulli Etheriano asscribunt.

Quare magis vergit animus, *vt donec certiora habeamus eum Ancyrano Concilio* relinquendum: cui tamen arbitror vel à Burchardo, vel alijs quædam inserta: Sunt enim in illo quædam tradita ad modum Doctoris disputantis, nec certa, nec admodum solida: vt suo mox loco docebo: imo si ad mentem aduersariorum interpretemur, falsa & absurda, prorsusque indigna tum Damaso, tum Ancyranis Patribus: Quæ nescio, vnde Burchardus descripserit; à Iuone Gratianus, à Burchardo mutuatus Carnotensis Iuo. Burchardus ex duobus vnum canonem conflauit, cui Gratianus etiam de suo tertium limbum in extremo assuit. Nam rectissimè glossa Canonica tres in eo partes deprehendit. & secundam incipere ab illis verbis *illud etiam non omittendum*: Gratianus Burchardo & Iuoni tertiam addidit cuius initium, *Nonnulli inueniuntur, &c.* post illa, *infidelis & pagano deterior*. In Gratiani ergo verbis tria sunt membra diuersorum scriptorum, in Burchardi & Iuonis duo.

Primum est, *Vt Episcopi eorumq; ministri, &c.* V que *& ideo à tali peste mundari debet sancta Ecclesia*: hoc totum reor Ancyrani concilij fuisse: additum forte ad ea, quæ habeamus in eiusdem Concilij *can. pen.* sancita, *vide c. qui diuinationes, 26. quæst.* 10. Mediæ partis & secũndæ reliqua, non arbitror esse

concilij illius, quæ pleraque continentur in Pseudo Augustini lib. de spiritu & anima, sed valde mutilata & truncata: quæ cuius sint nescio. Ex hoc libro verbis quibusdam mutatis, & fine atque principio nonnullis additis, primus ille compilator tam illustri additamento, ex suo ingenio, tam magno actuario concilij Canonem adauxit. Nec nouum est Gratiano & alijs compilatoribus canonum, cogere in vnum diuersos canones: nec nouum librarijs præcedentis canonis verba cum præcedentis vel subsequentis canonis verbis confundere. *leg. Anto. Aug. Dialog. 6. cum seqq.*

Quæ & quanta Canonis istius auctoritas nunc indagandum. Id ex præcedenti quæstione pendet communis enim sententia est: & indubitata, etsi Gratiani decretum à sede Apostolica sit receptum, ita tamen receptum esse: vt fides dictorum penes auctorem sit, & tanta sit eorum canonum, quos in medium producit auctoritas, quanta est fontium vnde canones illi manarunt. Nec enim quisquam eorum, qui ius Ecclesiasticum vel à limine salutauit, potest ignorare, multa in Decreto haberi, quæ postea Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus abrogata fuerunt: nonnulla quoque sunt à Gratiano per errorem inserta, quę cum veritate pugnare deprehenduntur, quæ nihil nunc necesse est recensere. Notarunt ea viri docti & Catholici. D. Anton. Augustinus d. opere Dialogorum, & non vno loco Cæs. Baronius Annalium Ecclesiasticorum tomis nouem. Quod vt Gratiani æuo concedendum, ita hoc nostro, nimis tenero & acuto, diligenter animaduertendum; ne quis vel contemptu, vel inconsideratione in præcipitium aliquod ruat. Quod ad ipsum vero hunc Canonem. *Episcopi*, spectat, cum non sit nisi concilij particularis, seu Prouincialis: de cuius à Romano Pontifice approbatione non constat, & ideo errare potuit: non est auctoritatis tantæ, vt quæ per eum deciduntur certa fide sint credenda, nisi quatenus S. Scripturæ, & Ecclesiasticæ traditioni, ac definitioni S. A. C. Rom. Ecclesiæ sunt, quæ tradit, consentanea. Deinde longe minor est argumentorum seu rationum; quam sanctionis seu decisionis auctoritas.

Nec argumenta habenda pro definitis vel statutis ab ipso illo concilio. Equidem si bono sensu capiantur, & congrua interpretatione fulciantur, ne argumenta quidem illa reijcio. Nicol. Remigius vult hunc Canonem ex eo capite inualidum censeri, quod Marcellus Ancyranus Episcopus Sabellianismi (vt ait) meritò suspectus fuerit [*Sic ille lib. 1. Dæmonolat. c. 29.*] Verum tamen hoc plane impertinens est. Nam tunc temporis quando hæc Synodus congregata, non videtur adhuc in hæresin prolapsus, nec ipse Concilio huic præsedit, sed Vitalis Agricolaus, & Basilius Amalenus teste Balsamone. De ipsa quoque Marcelli hæresi rem plane obscuram esse patet, ex ijs, quæ post Seuerum, Epiphanium, & D. Hieron. more suo, diligenter, Cardinalis Baronius adnotauit *lib. 3. Annal.* Addit Remigius huius Concilij quoad istum canonem auctoritatem, Patrum. quo posterior ætas tulit, vt Ambrosij, Augustini, Thomæ, Bonauenturæ, & aliorũ sententijs esse impugnatam. Sed (si accuratè perpendas, facile videbis Patres illos, defectâ, cuius in d. c. Episcopi fit mentio; nec verbulum vnum locutos fuisse: solummodo asseruerũt, transuectionem esse possibilem (hoc est posse à dæmonibus corpora de loco in

locum

locum transferri) quod non decisioni Canonis, sed rationi eius tantum vni repugnare mox ostendemus. Ratio ergo hæc à Patribus istis reiecta meritò, non ipse Canon.

§. Explicatio verborum & sententiæ. d. c. Episcopi.

In Gratiani editione Romana, iussu Gregorij XIII. correcta, sic scribitur iste Canon, in principio:

TEXTVS. *Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, vt pernicioſam, & à Diabolo inuentam ſortilegam & magicam artem ex parochijs ſuis penitus eradicent, & ſi aliquem virum aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de parochia ſua eiiciant. Ait enim Apoſtolus,* Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est: *Subuerſi, ſunt & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo Diaboli ſuffragia quærunt, & ideo à tali peſte debet mundari ſancta Eccleſia.*] Hactenus prima pars canonis, quæ nec luce, nec confirmatione alia indiget, vt pote satis clara & certa.

Statuerant Ancyrani concil. Patres, alio canone, sortilegos: quinquennali pœnitentiæ subijci: nunc isto canone sanciunt de ipso crimine magiæ & sortilegij quid in genere existiment, nempe pestem esse, & omnimodis eradicandam etiam pœnis infamibus, vt detonsione, flagris, &c. quæ hodie adhuc in vsu vigent. Apostoli illa verba pessime Erasmus de factiosis exposuit seu contentiosis, vt & Caluinus & Hosman. hæretici: sed de vere ac propriè dictis hæreticis optimè D. Hieron. Ambros. Sedulius, Theophylact. Caiet. & cæteri Catholici, imò & ex suspectis magnus Erasmi amicus Faber Stabulensis. Vnde recte elicio ex hoc quoque Canone sortilegia, & magicas artes ad hæreticam prauitatem & eius inquisitores pertinere, seruata tamen distinctione, quoad pœnam, sortilegi hæretici, & non hæretici, de qua disserui hoc eod. lib. *sect.* 2. & 15.

Ait *Diaboli ſuffragia*, hoc est auxilium, *quærere*, qua eum pro creatore & opitulatore colunt, tanquam Deum, quæ est basis & fundamentum totius *c. Episc.* Et iacto fundamento contrario, nempe vnum esse Deum, nec aliud præter eum numen, contra quam Gentiles credũt: ostendit cum Gentilib. eadem perfidię macula deformes esse quosdam Christianorum, de quibus subdit, parte secunda;

TEXTVS *Illud etiam non eſt omittendum, quod quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Satanam conuerſæ, dæmonum illuſionib. & phantaſmatib. ſeductæ, credunt & profitentur ſe nocturnis horis, cum Diana Dea Paganorum, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum, equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpacia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiuſque iuſſionibus velut Dominæ obedire, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari.*]

His verbis tota narratio criminis, & sectæ huius graphica descriptio proponitur. Vnicum autem crimen impingitur illis, Apostasiæ & infidelitatis ex delusione per dæmonem natæ, fuisse enim has mulierculas adeo sceleratas; vt Dianam Numen Gentilium, & fœminarum nequissimam Herodiadem, pro Deabus colere se faterentur, & alias in eundem errorem pertrahere conarentur. Meritò itaq; *sceleratas* vocat, quæ à Deo recedentes, & à fidei puritate desciscentes Satanam sequuntur. Sequuntur autem Satanam & post eum conuertuntur, quia (vt aiunt) Dei dominium de-

nium deserebant,& Diaboli seruitio se mancipabant,eiusque iussionibus parebant,certis noctibus euocatæ, mentitas illas bestias conscendentes,& Dianam venatricem Pseudonumen Paganum,vel Herodiadem incæstam & innoxio Præcursoris Dominici sanguine cruentam,comitari se & colere credebant.

Et his omnibus certam fidem præstabant,& eadem animo comprobantes, & fieri quæ credebant optantes:vt credulitate, sic voluntate peccabant. Hæc summa narrationis. Cui facile credent, qui sciunt quid Mantenses Magi nostris temporibus, de Sibylla Nursina,& alia prope Parisios degente,in actis Iudiciarijs sunt professi, quæ ex Crespeto præcedentibus libris commemoraui.

In nostra canonis narratione, notet Lector primò, in illo cursu seu pompa dæmoniaca adfuisse, cursus Dominam seu Reginam,vt hodiernæ quoque sagę fatentur:& eam nominatim dici, vel *Dianam*, vel *Herodiadem*: additur in libro illo de anima & spiritu: *Minerua*, talis pompæ quoddam simulachrum legitur in narratione B. Antonini, quã exhibui *lib.3.p.1.q.4.sect.8.* vbi etiam *Venus* mulo vecta: an quia meretrici sterilitas conuenit? Dianam eandem cum Hecate seu Proserpina,docui Magicum,Numen fuisse,hoc est, cacodæmonem.comment, *in Senecæ Medæam vers.7.11 & 787. & Dominæ* nomen illi peculiare fuisse: inde petat,qui volet. De Herodiade idem dicendum: quia sub hoc nomine dæmon aliquis (fortè Venus) colebatur. Herodias fuit Aristobuli filia Salomes saltatriculæ mater & vtraque dignum vita exitum vitæ inuenit;narrante rem Nicephoro *lib. 1. hist. c. 20.* certum neutram ex inferno redisse, neutram choreis illis adfuisse.

A falsa ergo persuasio fuit muliercularũ, quod cum Diana vel Herodiade equitarent:falsa etiam,quod super bestias equitarent, quia veterinaria hæc erant dæmones, qui bestiarum formam assumpserant,falsa etiam, quod crederẽt veras bestias posse tam exiguo temporis spacio adeo dissitas prouincias pertrãsire. Quid mirum si triplici mendacio tinctam persuasionem canon reprehẽderit,& hanc idololatriam, vt hæresim verbis seqq. damnauerit.

B *Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta,hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errone Paganorum inuoluuntur:cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur.*] Totus hic versic.deest Pseudo Augustino Illi, sed habent Iuo & Burchard. nisi quod pleraque legunt in singulari numero,item:*& in errore paganorum reuoluitur.*

C Nunc, commemorata muliercularum huiusmodi credulitate, quid in ea & quale qua vitiosæ perfidiæ insit malum ostendit. nempe latens dæmonis pro Deo cultus:hunc vocat, *perfidiam, infidelitatem, falsam opinionem à recta fide deuiationem,& errorem paganorum*:quę omnia sic connectit, vt vnum alterius sit ratio & explicatio. nam (*&*) simul pro copula & causali particula hic (vt aliàs sæpe) sumendum.

D Cum dicit (*vtinam hæ solæ, &c.*) non lætatur de istarum interitu, sed optat nullas alias præterea in iidem perfidiæ barathrum pertractas,& id factum dolet. Vnde colligas, quam sint in Ecclesiam & remp.crudeles,qui in tales mulierculas seductas & seductrices volunt clementes videri. Ait; *Perfidia*, quo

E

Textus

nomine

nomine non compellat ipsam dæmonum illusionem, prestigias seu phantasmata. nam longum est discrimen inter illudi, & perfidũ esse. Sæpe sanctissimis viris dæmon per phantasmata illudit, vt de B. Secundello; Iordano & alijs docui *li.3. Disquisit.* quorum tamen in mẽte animi nulla insuit perfidia. Perfidia fidei, illusio seu deceptio prudentiæ contraria est. Ipsum itaque *perfidiæ* nomen, docet hoc loco non agi de illusione qua illusio est, sed de illusione qua est coniuncta cum perfidia, seu de mulierculam deceptarum perfidia, qua talis, h.e. qua infidelitas est. Etenim illusio hic tantum erat fons perfidiæ, & qua talis erat, eius quoque mentio prætermiti non potuit, vt de infidelitate commodius, quod intendebat, canon probaret: vt, peccati fonte & causa cognita, peccatum iustius damnum intelligeretur. Ait, *Infidelitatis*) vt sciamus quid perfidiam vocarit: eandem mox vocat *falsam opinionem*: cuius falsitas in eo, quod & veras bestias, & illas Dian. & Herod. adesse, & numen esse opinabantur. Et propter hoc vltimum dicit à recta fide defecisse: cuius dicti subdit rationem, quia de *errore Paganorum inuoluuntur*: quia quod Pagani sentiunt, videlicet plures vno Deos esse, idem ipsæ sentiunt. hoc enim subdit in vers. fine, ad manifestandum de quo errore Paganorum sit locutus. Nihil his omnibus verius, nihil clarius: & valde obtusum pectus gestet, qui nõ quo sequentia tendant illico perspiciat Sequitur:

TEXT. *Quapropter Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia præducare debent, vt nouerint hæc omnino falsa esse: & non à diuino, sed à maligno spiritu, talia phantasmata mentibus fidelium irrogari.*] Nihil horum etiam apud Pseudo August. continetur: sed agnoscunt ea Burchar. & Iuo. apud quos tamen in q.l. pro *fidelium*, est *infidelium*. quæ variatio repetitur etiã in Gratiani codicibus. res autem eodem recidit, *fideles* fuere ante perfidiam, infideles factæ hac persuasione.

Nunc periti more medici morbo ostenso medicinam Canon apparat. ideo enim monet diuini verbi præcones, Doctores & ductores animarũ, vt pedo veritatis pestem ab ouibus, quas nõdum scabies inuasit, sedulo arceant, docendo quæ seqq. versic. præscribentur.

Ait; Hæc *omnino* (siue vt Burc. & Iuo, omnimodis) *falsa esse*] quæ *hæc*? nempe quod de transuectione super veras bestias, & de comitatu Dianæ & Herodiadis, & de earum dominio ac numine dicta sunt, omni ex parte & vndequaque mendacia esse, *Phantasmata*) sic vocat, non imagines seu simulachra quæ obiecta fuerunt intellectui sola, sed simul ipsos circa hæc errores. Nam non tam quæritur an à bono ista spiritu, vel à malo immissa: quã an ista vere, an illusorie & præstigiose tantum contingât.

Atque ita iam habemus erroris narrationem damnationem, & remediũ. statim subdit decisioni rationes: quib. Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas huius perfidiæ grauitatem & vanitatẽ populo queant persuadere. Huc enim perspicue omnia sequentia verba tendunt, vsque adv ers. *quisquis ergo aliquid. vbi* rursus definitio seu sanctio cõdemnatoria contra hosce hæreticos iteratur. Rationes aũt has desumit à causis ac modis illusionis ipsius, dicens:

TEXTVS. *Si quidem ipse Satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, illico transformat se in diuersarum species personarum atq; similitudines: & mentem, quam captiuam tenet, in somnis delu-*

a melius somnis ex Burch. Iuo & Pseudo August.

dens: modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens: per deuia quæque deducit, & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo: sed in corpore euenire opinatur.

Causam duplicem illusionis proponit, deludentem & delusam. Ex parte deludentis. quia hoc diabolo, qui vult deludere, non est difficile: Nam potest istis maiora. Modũ vero quo deludere sit solitus ostendit, hæc eũ in spiritu facere. Sed quia hoc potest duobus modis contingere, 1. ijs qui dormiunt, & nullatenus vigilant, 2. non plane dormientibus, sed semiuigilantibus quando eis obijciũtur simulachra aut plane præstigiosa, aut apparentia in corporibus per dæmonem formatis vel assumptis: ideo quæri solet de quo istorum duorum modorum canó nunc loquatur? Spin. contẽdit loqui de posteriore tãtum. Probat quia si de priore loqueretur, frustratoria esset ratio. nã postmodum expergefacti animaduerterẽt sibi dormientibus illa per visionem duntaxat imaginariam accidisse, quẽadmodum id animaduertunt post exstasim qui rapti fuere. Atque ita fieret vt istæ in perfidiam non laberẽtur per sallam crudelitatem. Verum hęc argumentatio parũ stringit. Cur non & exstasis, & in somnis illusio adeo vehemens esse queat, vt postmodum homo credat se vigilantem ea corporeo sẽsu passum fuisse? Quare malo dicere, c. de troque modo intelligendum, ac solummodo excludi plenam & omnis somni expertem vigiliam. quæ interpretatio verbis cõtextus multo melius conuenit. Et quocunq; modo illud *solus spiritus* (sumas. non docet semper id in solo spiritu fieri, nec vllũ hic verbũ reperias, quo id conuinci queat: tantũmodo docet sic fieri solere; & cum ita fiat, adeo caute hunc impostorẽ irrepere, vt tamen, quibus illusi, hi credant & pertinaciter contendant, vere hæc sibi vigilantibus euenisse.

Qui transfigurat se) qui solet nonnunquam se transfigurare in Angelum lucis. sumptũ à Deo. Paulo 2. *Co.* 21. 14. qui vsus voce μετασχηματίζεται h.e. assumit similitudinem & quasi schema Angeli lucidi & glorioſi: ne putes de ipsa specie seu forma essentiali mentionẽ fieri, sed de externo tantũ splendore, quo *Angeli lucis* hoc est splendentis & glorioſi, tenebrio iste lucifugus fulgorem & claritatẽ imitatur: qua de re consuli potest D. Athanasius *in vita B. Antonij*. Est autem argumentũ à maiore ad minus. Si aliquãdo potest imitari & exhibere ipse miser & caliginosus speciem Angeli beati? cur nõ & alias species viliores & damnatorum, vt Dianæ, Herodiadis &c. Hoc ergo facit primo: deinde posiquã qualis apparet talis creditur esse à muliercula quapiam (nam *cuiuscunq;* positum pro cuiusuis vel alicuius: quo pacto non crediderim locutũ B. Damasum, sed potius Burchard. vel Gratianum (tum illam producit ex errore in infidelitatem, & ex illusa facit infidelem, sc. persuadendo vt Numen credi & coli. Postquam vero semel hac infidelitate mẽtem imbuerit: procliue est frequentius atque frequentius eam in somnis deludere. Hinc porro patet quæ sit causa ex parte delusorum, nempe infidelitas propter quam Deus permittit sic eas deludi. Nisi. n. crederent diuinitatis aliquid Dianæ ac Herodiadi competere, numquã illas adorarẽt, vel si comitarentur. Nunc cũ, vt Pagani, id credant: Deus permittit, sic illas à dæmone per insomnia & imaginarias species deludi: vt credant factũ, quod nec fieri quidem potuit.

Cum mentem cuiuscunque) non sic intelligas, quasi vocula, *cum*, inferat hoc

necessa-

necessario à dæmone fieri, ita vt neq; ueat eas vere transportare: sed tantum inferri id quod contingit: hoc est (vt loquuntur) *cum*, non habere vim inferendæ necessitatis antecedentis huius dicti ad consequens, sed contingentiæ seu possibilitatis tantummodo. Solum. n. vult probare, dæmoni possibile esse sic has deludere.

TEXT. *Species atque similitudines* (coniunctio *(atque)* vim habet explicandi. nam ne de vera specie, seu essentiæ mutatione quis capiat, additur posterius, quasi dicat, species hoc est similitudines. *Captiuam)* infidelitate *(Per deuia quæq; deducit* (hoc est fingit se corporaliter eas per inuios calles & varias semitas desertaque loca deducere. Nã si vere per deuia deduceret, iam sibi ipsi canon repugnaret, concedens vigilantium animas saltem deduci: quod esset absurdius, nec enim mens à diabolo extra corpus suum potest deduci.

Cum solus spiritus hoc patitur) Burch, ét, Imo, & Pseud. August. habent, *patitur*, quod positum pro: *patitur*: sed restringitur ad sectam istam mulierculârum, de quibus est sermo. Nam istæ non poterant, nisi in somnis, talia perpeti: nec possibile erat à Diabolo illa re ipsa exhiberi (nempe Dianam aut Herodiadem Numen, aut veras bestias tam celeriter sè mouentes) quæ simulabat. Necessarium itaque fuit, hoc illis perpetuo contingere apparenter. Vnde ét patet, quam inepte hinc strigũ patroni colligãt, ne nũc quidẽ vnquã mulierculas maleficas corporaliter hæc pati, h.e. vere de loco in locũ trãsferri, aut cõcũbere. Quin ét de his ipsis Dianianis nõ affirmatur, quid fieri possit, vel nõ possit, sed tantũ quid de facto fieri soleat, vel non soleat. Subsequitur in Canone: *Quæ enim nõ in somnis & nocturnis visionibus, extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat nocturnis vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt, etiã in corpore accidere arbitretur.*

En primum argumentum quo probat hæc mulierculârũ dicta ex mera illusione manasse, & videri illis facta, quæ nunquam facta fuerunt. Probatio huiusmodi est: Nemo est cui nõ cõcurrente sola vi naturali, frequenter accidat multa videre somniãtem, quæ putat se peruigilem videre: & ideo experrectus putat se non in somnis, sed in vigilia, hæc conspicatum. Quod si tãtum naturalis causa passio puta præcedens, lãguor, vel quid simile: põt, polletque: quanto id facilius erit virtuti causæ superioris, qualis est potentia diabolica, quæ naturalibus illis, non liberis causis abuti, cum vult, põt? Igitur demẽtis ac stupidi foret hominis contendere, huiusmodi non potuisse non corporaliter simul cõtingere. (Hinc subinfert tacite mulierculas istas fuisse delusas: quia quæ in spiritu tãtum illis contingebãt, ea sibi vigilantibus accidere corporeo sensu percepta cõtendebant.) sicut hebes foret, qui naturales somniorũ deluſiones verarum rerum ac factorũ nomine cohonestaret: quia visus sibi vigilando ista perpetrare. Sensus ergo istorum verborum: *Qui hæc omnia, quæ in solo spiritu*, &c. pendet à superiore membro. Scilicet, *hæc omnia* quæ nunquam vigilantes viderant, sed viderant tantũ cum dormiebant. Qui hunc sensum esse non videt, næ ille vigilans somniat, & oculis apertis nihil videt. Aduersarij autem nostri, sic interpretantur: In somnis homo sæpe videt, quæ nunquam viderat vigilans: ergo mulieres etiam istæ decipiuntur in omnibus, quæ fatentur à se facta vel visa. Nonne vitiũ consecutionis vel pueri viderent. nempe falsum assumi, aut saltẽ id quod

prius fuit probandum, mulieres istas tantum somniasse quæ fatebantur. Æ quæ perperam exponunt quod sequitur: stultus & hebes est, qui quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur: ergo stulti sunt & hebetes, qui credunt ista mulieribus his simul in corpore accidisse. Quis enim non continuo excipiat, quin tu prior probas hæc in solo spiritu facta, & tunc demũ tibi corpus licebit excludere. Vt enim canonis honori consulatur, necessariũ est hæc sic coniunctim accipere: quæ in solo spiritu fiunt, ea simul in corpore contingere non posse: non vero quæ in spiritu fiunt, etiam simul in spiritu & corpore contingere non posse: hoc est ea quæ quis somniat simul somnianti reuera contingere non posse quo nihil foret absurdius.

Cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore, vidit? & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit? * *Sicut ipse dicit: statim, inquit, fuit in spiritu, & Paulus non audet dicere eraptum in corpore.*

Ecce S.S. exempla, quibus probat nonnunquam aliqua contigere homini in solo spiritu, & nõ in corpore. hoc est imaginarie seu spiritualiter, & non re vera seu corporaliter. Hoc bene probat canon, nec eo amplius probare potuit: quare nec amplius probare voluisse credendus est: nisi quis auctorem canonis supini stuporis velit accusare. Omnes enim norunt exempla particularia, non nisi de aliquib. & non de cũctis probare ex particularibus enim vniuersalis conclusio non deducitur. Esto contigerint ista Ezechieli, Ioanni, Paulo in spiritu: ergone nihil alijs contigit in corpore? ergo quæ de Christo & Habacuquo legimus, illis in solo spiritu cõtigerunt? quis hoc adfirmans, non ad Anticyras relegetur? Audent tamen Ponzinibus, Alciatus, Duarenus ac similes, qui ea affirmant, vnde hoc quod diximus necessario cõsequitur. In Pseudo Augustino aliter ista leguntur, nẽpe: *cum Ezechiel & alij prophetæ, Ioannes Euangelista etiam & Apostoli in spiritu non in corpore visiones viderint.* quibus verbis de Prophetis & Apostolis videtur voluisse vniuersim id affirmare vt consecutio efficacior redderetur. si hoc voluit, & non quod conen tantũ: vide mendacium audax. Quis credat talia vel B. Damaso, vel D. August. in mentẽ venire potuisse? Nulli Prophetæ, nulline Apostoli vere & corporaliter vllas visiones viderunt? Dormiebat Princeps Apostolorum, quando excitatus Angelum vidit; & ab eo deductus ex carcere, solutis catenis, liberatus fuit? *Act. 12. v. 7. & 8.* Somniabat Christus Dominus quando à Satana super templi pinaculum: & supra montem excelsum translatus? *Matth. 4.* Somniabat Abacuc quando ab Angelo à Iudæa translatus in Babylonem, & Daniel in somnis cibum comedit in leonem lacu? *Daniel. 14. v. 35.* Condemnent etiam isti Canonis Ancyrani suppletores. omnes illos Patres Doctissimos & sanctissimos, qui corporali visione in specie aliqua visibili contenduntab Esaia *cap. 6.* Domini gloriam visam; D. *Greg. Nissenum orat. 6. de beatitudin. D. Chrysostom. in d. cap. 6. & hom. 4. de incomprehensib. Dei natura, & in Ioann. hom. 14. D. Cyrillum Alexandri. libr. 1. in Ioann. cap. 22. & horum sequaces. Euthym. ac Theophilac. in 1. cap. Ioann.* Damnẽt D. Irenæum *libr. 4. cap. 37.* Chrys. *d. hom. 14.* & The. *In Dia. Immutabilu*, sic accipiẽtes illud Oseæ. 2. v. 10. *Visiones multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum.* Falsus ergo potius ille auctor negans

Textvs. Ezech. 3. & 11. Apoc. 1. & 2. Co. 12 † Iuo fi cut ipse statim, inquit, fuit in spiritu.

vniuer-

vniuersim. Presius noster de tribus tantum: de quibus tamen ipse hoc non admodum certum vel necessarium. Ezechiel tantum asserit, *assumpsit me spiritus* c. 3. v. 12. & 14. Item, *spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me.* cap. 11. v. 1. Sed non additur imaginarie, an cum corpore vt Abacukum. Quidque probabilior immo forte sola vera interpretatio est, spiritum illic vocari Angelum, & dici prophetam in corpore, & quidem cunctantem ab Angelo trãslatum de loco ad locum, nempe à fluuio Chobar in suburbia Babylonis vbi Iudæi de transmigratione degebant *d. vers.* 12. *& ve.* 14. & postea inde Hierosolimam *d. cap.* 11. *v.* 1. quæ interpretatio melior est, tum quia magis amica contextui; tũ quia probata D. Hieronhis verbis, *Transferturque propheta non, vt quidam existimant in spiritu, sed in corpore: quod & de Abacuc, iuxta Theodotionem legimus.*] assentitur Theodoret. sed & Polychronius, & alius Scholiastes Græcus *in cathena*: quibus tutius assentiare, quam Rabbinizantibus: qui exponunt visum sibi vehementi vento rapi.

Apocalypsis scriptor B. Ioannes fatetur. se, *in spiritu fuisse.* c. 1. v. 10. non etenim credendus est in somnis vidisse quæ narrat, sed vigil in exstasim raptus atque ita illa. quæ præsentia non erant, sed futura, corporaliter non vidit, sed in spiritu, vt recte Ambros. Haymon, & alij eo loco interpretantur. Quare non satis aptè aduersarij ex hac D. Ioan. reuelatione colligunt, maleficis omnia quæ fatentur in somnis contingere: neque hoc canon ex isto B. Ioan. exemplo voluit, vel potuit probare. Tertium illud de B. Paulo, non contra nos. sed in se ipsos, plus habet difficultatis. Verba sunt 2. Cor. 12. v. 14. *Noui hominem in* CHRISTO *ante annos quatuordecim (siue in corpore: nescio siue extra* A *corpus, nescio. Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. quoniam raptus est in paradisum. & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* In hoc toto testimonio non aliud potest canonis institutoaccommodari: quam audaces nimium fuisse has mulierculas, quæ non formidarent de suis visionibus certi aliquid definire: nempe se tunc certo corporalibus sensibus ea percepisse; cum tamen Apostolus, neutram de sua visione partem audeat affirmare; sed dubius maneat, an in corpore, an extra corpus fuerit raptus. Verum hic (quæso Lector) attende primo, quam id pro aduersarijs nihil habeat momenti, Quid enim? Diuus Paulus non audet profiteri, an tum fuerit in corpore, an extra corpus? ita sane loquitur. Non igitur potuit mulierculis illis constare, an & ipsæ tum, quando putabant se cum Diana equitare, fuerint in corpore. Hæc enim tota vis argumenti est. Respondeo primum id non sequi. Non quia conferenda vllo modo sapientiæ vel solertiæ hæc vasa ad ignominiam cum vase electionis (absit talis blasphemia) sed quia res valde dissimilis est. habuerunt enim istæ mulierculæ, non solum vnde possent, sed vnde deberent intelligere, spiritum tantum & imaginarie hæc se passas rei videlicet impossibilitatem, vt dixi: quam quia delusæ non intelligebant, nec veritatem docentib. auscultabant, merito canon eas damnauit. Apostolus autem nihil habuit, cur se deberet in alterutram partem resoluere. Contra solet nostri ævi sui gibus accidere, quib. plurima suppetunt indicia, vnde queant & debeant intelligere se in facto non delusas, & corporaliter se, quæ asserunt, egisse, quæ hoc eodem libro, & hac sectione copiose sum

prosecutus. Vnde iam constat nec ab illis Dianæ comitib. ad nostras striges validum satis argumentum peti, quod fusius ostendam §. sequenti ; nec D. Pauli exemplum istud plus probare, quam non semper visiones istas in corpore simul & spiritu accidere. Attende secundo eos, qui ex hoc v. 14. colligunt id quod aduersarij nostri contendunt, cogi dicere illud: *in corpore, vel extra corpus*, sic accipiendum; quasi neget se scire, an visio illi reipsa & vera apparitione, an imaginaria tantum contigerit. Qui sensus est à canonis mente (nisi manifestum errorem canoni adscribas, plane alienus : sequeretur enim nescisse B. Paulum an vere in tertiũ cœlum & in paradisum raptus fuerit, corpore & anima simul sicut Abacuc in Babylonem: an vero secundum spiritũ tantum, sicut B. Ioannes in Pathmo existens; quod dici nequit, quia B. Paulus scire poterat, corpus suum Damasci in terra mansisse, & hoc tenebatur credere socijs, qui eum deduxerant, & Iudæ qui hospitio eum exceperat. Et hunc sensum accurate, & merito post D. Augustinum refellit D. Thomas, & ostendit esse sensum Iudaicum, à D. Hieronymo quoque explosum: veram autem sententiam verborum B. Pauli esse, quod ignoret : an in extasi hoc sibi acciderit (quod satis sciebat, & non fuisse corpus loco motum) sed an durante illa extasi & visione, anima modo extra ordinario miraculoso fuerit diuina quapiam operatione, ab ipso corpore separata : vel vtrum anima manserit in corpore illud informans, alienata tamen à corporeorum sensuum functione. *Sic ille 2. 2. quæst. 175 a. 6. & de verit. q. 6. a. 6. & in d. c. 12. quo loco etiam D. Chrys. hom. 28. Theophil. Haymon. Sedul. Cajeta. Catarinus.* Aduerte tertio eos qui volunt hoc exemplo doceri animã D. Pauli extra corpus raptam, facere canonis auctorem temerarium, qui præsumat affirmare id de quo negat Apostolus sibi liquere; affingunt etiam canoni, quod nullomodo dixit. Denique qui hinc eliciunt nó posse aliquem corporaliter per angelos deferri, dissentiunt à D. Paulo: nam putabat id fieri potuisse (secundum eorũ interpretationem) alioqui non dubitasset, sed aperte pronuntiasset se extra corpus raptum, si in corpore credidisset se rapi non potuisse. Quomodocũque tamen has tres Ezechielis, B. Ioannis & B. Pauli exstases interpreteris: inde nec consequetur mulierculas illas nequiuisse à dæmone corporaliter trãsferri, quia à non esse factum, ad non posse fieri, inualidum est argumentũ: nec etiam consequetur, quia sic tribus illis contigerit; similiter non aliter mulierculis illis contigisse: multo minus consequetur, sic semper & vbique omnib. contingere : sed duntaxat consequetur, decipi illas mulierculas potuisse, quia hæc illis non corporaliter, sed imaginarie duntaxat contingere potuerunt. Sequitur in Canone.

Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui talia, & his similia credit, fidem perdit.] TEXTVS

Concludit istas mulierculas debere iudicari hæreticas: de his enim, & qui qualia mulierculæ istæ credebant, credunt, hæc accipienda. Nam aduersarij qui hæc verba ad omnes nostrarum strigum confessiones porrigunt, iniqui sunt inquisitoribus fidei, & nimis in maleficia liberales, & errant multimodis. Primo quia istud, *quia talia credit* referunt absurdissime ad proxime præcedentia : præcesserit autem proxime de Paulo, Ioanne, & Ezechiele. Quæro igitur, An fidẽ perdit, qui hæc ita credit

contigisse

contigisse illis, vt canon refert? manifesta quidem hæc foret ipsius canonis cõtradictio, & (vt scholę loquuntur) implicantis in adiecto. An ergo volunt fidem perdere, qui non credit his tribus ista contigisse; sicut canon asserit, hoc est contendit hęc illis non tantum imaginatione, sed etiam in corpore contigisse. Sed tunc iste sensus non apte cohæreret cum præcedentibus: & dicendum fuisset; *Quod qui talia non credit.* Deinde hoc non foret verũ. Nã etsi aliquis diceret B. Paulũ in corpore raptum, non perderet idcirco fidem, sed temerarius tantum fuisset, qui assereret, quod Paulus se profectum nesciret. Qui diceret Ezechielem corporaliter translatum, contra communiorem recentiorum sententiam loqueretur, sed fidem non perderet: quia probabiliorem veterũ Patrum sententiam sequeretur, & alias canon Diuum Hieronymum, Theodoretum, Polychronium, & Græcos alios eo capite solo hæreticos pronuntiaret: quod non est ferendum. Non igitur hic versiculus & decretum de hęresi pertinent ad ea, quę velut argumentando canonis authores inseruerunt: sed duntaxat ad præcedẽtem canonis sanctionem, qua sacerdotes iubebantur populum docere hæc istarum mulierc̃larum deliria (quæ sunt commemorata) esse omnino falsa, & nata ex Diaboli delusione; & eos, qui mulierc̃larum affirmationi fidem adhiberent, à recta fide aberrare, & errore paganorum inuolui.

Sensus ergo, *qui talia credit*, qualia hæ mulierculæ Dianianę de quibus canon agit. Hoc autem quod sequitur; *Et huiusmodi*: non est referendum ad omnia quæ mulierculæ istæ credebant, sed ad quædam quæ credebant, & erant vere hæretica. Primo, aliquid esse Numinis præter verum Deum. Secundo, quod alteri quam vni Deo diuinũ honorẽ liceat exhibere. Tertio, quod talia suadens, aut ad talia hominem deuehens sit bonus Spiritus. Quarto, quod nequeant ei talia contingere, imaginarie seu in solo spiritu. Quinto, quod possit vllus immediate, præter solũ Deum, subito vel fine rerum naturalium applicatione, speciem seu essentiam vllius creaturæ, in aliam commutare: vel vera creatione aliquid producere. Nam hæc omnia eas credidisse partim expresse in canone habetur: partim non improbabiliter ex eo colligitur. Ad hæc ergo talia & similia, hoc est hæretica, istud est referendum. Non potest autem referri ad cętera, in quibus decipiebantur quidem, non vero idcirco fidem perdebant. verbi gratia, primo, quod putabant de facto hæc sibi vigilantib. accidere. Nam hac in re delusæ tantũ erant, nõn hæreticę. secũdo, quod putabant veris se bestijs vehi, tertio veras bestias posse tam cito tam longa terrarum spacia traijcere, & per aërem volare, sine spiritualis intelligentiæ opera: qui sunt errores contra philosophiam & rectam rationem, non contra fidem Catholicam, quarto quod opinabantur se conuenire & discurrere cum multitudine mulierum & hominum aliorum, partim viuorum, partim mortuorum, quæ tantum erat delusio, & non hæresis. Si vero credidissent se dæmonum opera posse corporaliter deferri, etiam per aërem valde celeriter. succesiue tamen, & congruo actiuitati dæmonis, & earũ cõditioni tempore: id nec erat hęreticũ, nec deceptio: sed dubia duntaxat quibusdã opinio, re autem vera probabilior, & tantum non de fide sententia. Igitur quod ad hãc trãslationẽ attinet, nõ deciditur quid Diabol⁹ facere possit, sed quid de facto cũ istis mulierculis egerit

Ex his

Ex his iam perſpicitis, quæ hoc canone definiantur eſſe hæretica ? nempe quinq; illa à me commemorata ; Quorum 1.2.3.& 5. etiam Toſtatus Epiſcopus Abulenſ. *poſtea citandus*, Cardinalis Turrecremata *ad d. cap. Epiſcopi*, Silueſter Sacri Palatij Mag. & alij obſeruarunt: & quidem. 1. 2. & 3. aperte ſatis colligitur, ex ijs, quæ iam in textu ſunt explicata. Quintum vero fuit ſignificatum obſcurius, quãdo dixit, *ſuper quaſdam beſtias* : ſed apertiſsime decidetur ſequentibus canonis verbis. Equidem, Quartum addidi, videns aperte elici ex contextu, cum agit de exemplo reuelationis B. Ioannis. nam S.S. ſatis aperte docet eam mere ſpiritualem fuiſſe : & ideo ex S.S. ſatis aperte conuincitur, aliquam viſionem mere ſpiritualem eſſe poſſe. Nunc pergit quintam illam probare.

TEXTVS. *Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non eſt eius, ſed illius in quem credit, id eſt diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt.*]

Pergit oſtendere has mulierculas fidem perdidiſſe : Quaſi dicat, Dixi has miſeras fidem perdidiſſe: quia nulla eſt fides, niſi quæ recta fertur in Deum, vt in primum principium, & naturæ auctorem ac Dominum totius creaturæ. Qui ergo non habet huiuſmodi rectam fidem (hoc eſt erroneam nec detortam aut diuiſam ad alia Numina) *ille non eſt* DEI (vt legit Iuo & Burchard.) hoc eſt non pertinet ad Deum : *ſed eſt Diaboli*, cui ſe mancipauit, & ad quem pertinet, quia in eum credit. Nam ad eum confugit, poſt eum conuerſus: eo ipſo quod credit illum eſſe creatorem huiuſmodi beſtiarum, quibus per aéra transferantur. Hæc enim opinatio eius contraria eſt S.S. atteſtanti : quæcumque creata ſunt, per Dominum noſtrum, & non per bonos vel malos angelos eſſe facta; & ſine Deo factum eſſe nihil, quod factum eſt. Cum itaque tam diſerte hoc veritas Euangelica profiteatur, merito concludit.

Ioan. 1.

TEXTVS; * Sic Iuo & Burch

*Quiſquis ergo aliquid credit poſſe fieri, aut * aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem aut ſimilitudinem : niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior.*]

En capitis totius anacephalæoſim, in qua recolligens author multos Paganorum errores, eos omnes aperte damnat: & ſubindicat mulieres illas ſceleratas, his omnibus aſſenſum præbuiſſe. Nam alioquin hæc nihil omnino ad præcedentia pertinerent. Putabãt ergo Gentiles 1. à ſuis numinibus, quæ plurima & vaniſsima colebant: poſſe res aliquas de nouo fieri ſeu creari, ſic enim exiſtimarunt à Neptuno equum, à Minerua productam oleam : quod eſſe hæreticum patet. quia creare eſt infinitæ potentiæ, & ideo ſoli Deo competit, vt probatum ex initio Euangelij ſecundum Ioannẽ. Sed credere, quod per applicationem actiuorum & paſsiuorum, aut per alterationem qualitatum, modo naturali generationis ſiue mutationis, quædam ex ſubiecta materia, dæmonum induſtria, gigni queant, non eſt hæreticum: ſed veriſsimum, *vt docui lib. 2. diſquiſition.*

2. Credebant poſſe à Pſeudotheis ſuis homines & animãtia in cœlũ trãſfirri ſeu Deificari (quod homines vocabant, *Indigitari*) quod Canon noſter dicit, *mutari in melius*. Sic illi cœlum Dijs, & Semideis, Semonibus, Medioxumis, & Patellarijs implerũt: quin etiam & aquilas & canes & coruos, & aſinos hoc honore dignati quo nihil magis impium aut ſtolidius. 3. credebant

poſſe

posse ab illis bestias in viliora bruta, vel homines in bestias vere transformari; hoc noster canon vocat *in deterius immutari*: quibus narrationibus tota Nasonis Metamorphosis,& Diui Augustini lib.18. de ciuitate DEI, redundant: quod etiam est plane erroneum. Sed erroneum non foret opinari, imperfecta quædam,ad eiusdem speciei perfectionem, naturæ consentaneam à dæmonibus perduci: aut quæ perfecta sunt, ab ijsdem debilitari, aut viliora accidentarie(vt dici solet)reddi,ac effici posse:quod docet quotidiana experientia.4.putabant illis Deificatis (vt sic loquar)animantibus, maiorem,quã cum in terris versabantur virtutem atque efficientiam inesse: qua de re multa Spineus *q.de Strigibus cap.* 22. post D. Thom.*in lib.*12.*Metaphys.*

Quinto censebant hæc fieri à bonis spiritibus,hoc est à Dijs suis: quos non credebant esse cacodæmones. Quæ quinque merito cuncta tam graui censura notantur. Hæc ergo subindicat omnia credidisse mulierculas illas. primo posse à Diana vel Herodiade, de nouo fieri seu creari tales bestias. secũdo Herodiadem & Dianã factas Deas. tertio,posse ab illis homines, in quas vellẽt,bestias commutari, vt de Circe gentiles crediderunt. quarto, bestias hasce,quasi Deificatas, posse per aërem volare, & minimo tempore ingentia terrarum spacia permeare: quod eiusdem speciei bestiæ adhuc terrenæ non valerent.quinto,hæc se obtinere beneficio bonorum spirituum(quales putabant Dianam & Herodiadem) existimabant.Hinc patet, ad quam & qualem credulitatem hæc canonis vltima verba sint referenda.

Duo hic quæri possunt, primo cur hoc versiculo solum mentio facta primi & secundi membri; hoc est creationis & transformationis?secundo, cur dicatur *Pagano deterior*, qui credit idem quod Paganus?

Ad 1.Respon. quia capitis huius intentio præcipua fuit, ostendere quod hæ mulierculæ incidant in idololatriam,& apostasiam.quia omnia illa capita errorum fidei, pluralitatem Deorũ introducunt, & quoddam inferunt à Deo ad Dæmones transfugium. nihil vero apertius præsupponit Deorum pluralitatem, quam primus ille & secundus error.

Ad 2.Respon. quia loquitur de ijs, qui semel baptismo illuminati fuerũt, & ab eo apostatarunt, vt patet ex c.initio.Nam finis capitis ipsi principio respondet. quia tales derelicto creatore suo,Diaboli suffragia quærunt. Quod subsequitur in contextu;

Nonnulli inuenmuntur, qui interno luore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria,&c. TEXT.

Hæc iam sunt parerga, & constat verba esse Gratiani, nec enim habentur in Burchardo,nec Iuone,nec in Pseudo Augustino:& eorum summa desumpta fuit ex cap.13.eiusdem q.5.quæ de alia specie facti agit.

Secutus sum in hac interpretatione præcipue Tostatum *in c.*4. *Matthæi* Torquemadam,supra & alios, quos recentiorum plerique sequuntur.

II.§. *An hic canon aliquid ad hodiernas striges pertineat, aut ad eas sit extendendus?*

Contendunt id Alciat.Ponxinibius, Duarenus;& VVierus, & alij pauci nituntur argumentis hisce. Primo *in cap. Episcopi* dicitur, eas nocturnis horis cũ Diana aut Herodiade super bestias equitasse:conuenisse statis temporibus, & in conuentu præsidi conuentus obtemperasse:quæ cuncta nostris Lamijs conueniant: vt videtur sensisse Marti-

nus Nauarrus. Secundo, in verſ. *omnibus* dicitur, quod, qui talia & his ſimilia credunt, &c. Lamiæ, vero credunt his ſimilia. Tertio, Lamiæ credunt ſe transformari in cattos, canes anſeres, & alia bruta ; quod hic in vlt. verſ. damnatur. Quarto, ſic videtur canonem accepiſſe Burchardus. *nam libro decimo nono, cap. de arte Magica verſ. vltim.* hæc ſcribit: *credidiſti vt aliqua fœmina ſit, quæ hoc facere poſſit, quod quædam à Diabolo deceptæ ſe affirmant neceſſario, & ex præcepto facere : id eſt cum dæmonum turba in ſimilitudine mulierum * transformata (quam ſtultitia vulgaris HOLDAM vocat) certis noctibus equitare debere ſuper beſtias, & in eodem ſe conſortio annumeratam eſſe ? ſi particeps fuiſti iſtius incredulitatis , annum vnum per legitimas ferias pœnitere debes.*] quibus verbis videtur expreſſe reſpicere ad noſtrum c. Epiſcopi , & illud ſui temporis ſtrigibus accommodare. Quinto, illæ mulierculæ dicuntur illuſæ: ſed & Lamiæ ſimilia narrant. Similiter ergo ex illo capite credendæ ſunt à dæmone deluſæ talia confiteri.

Verumtamen communis opinio Theologorum & Iuriſconſultorum eſt, *capitolum Epiſcopi , ad Lamias noſtras non pertinere*, tenent hoc Abulenſ. Turrecremata & alij mox citandi , & ſic paſſim Romæ , in Italia , Hiſpania, Gallia, Germania , fidei inquiſitores à ſede Apoſtolica deputati & confirmati, & Iudices ſæculares , qui iuſtiores & doctiores , vnanimiter practicant: vt non obſtante iſto capitulo Lamiarum confeſsionibus credunt, & contra eaſdem ad mortis vſque ſupplicium procedunt. quod à me multis probatum. *lib. 2. q. 16. & fuſius lib. 5. hac ſect. 16.*

Dico igitur *ſententiam extendentium hunc canonem ad Lamias noſtras primo Lamijs ipſis infructuoſam eſſe : deinde perniciosam Eccleſiæ & reipubl. tertio, periculoſam aſſertoribus. quarto rationi & veritati param conſentaneum.* Probo ſingula. Primo eſt *infructuoſa Lamijs.* quia per eam non eripiuntur ſupplicio: nam adhuc ex *d. c. Epiſc.* hæreſeos conuinceretur. quoniam *c. Epiſcopi* tales mulierculas definiret eſſe infideles, & à Deo ad ſuffragia dæmonum deſciſcere. Et recte definit : quia licet deluſæ fuiſſent in ſomnis: tamen (vt optime ratiocinatur Nicol. Iaquerius *Flagell. faſcinarior. cap. vlt.* (poſtquam euigilarunt recordantes eorum, quæ in ſomnis egerant, putãtes ea vere & corporaliter à ſe geſta: ratificant pactum & cultum dæmoni exhibitum , & ſolicite ſibi cauent ab ijs quæ in ſomnis dæmon prohibuit , & omnia ſedulo exſequuntur , quæ iuſsit facere. Fouent etiam pertinaciter voluntatem ad ſimiles conuentus reuertendi, & faciendi quæcumque arbitrantur ſe illic commiſiſſe, ſacrilegia, Sodomiam, inceſtus, infanticidia, idololatriam, &c. profitentur ſæpe coram complicibus, etiam in iudicio ſe hæc nolle deſerere. Quare ſunt hæreticæ & apoſtatæ cenſendæ, licet hæc nequam voluntas & opinio ex deluſione naſceretur. Ad cultum enim & exercitium hæreticæ prauitatis ſufficit, libere in eam conſentire, & eam acceptare. Sicut ſi aliquis Catholicus ſomniaſſet ſe audire aliquem docentem vel concionantem. Non eſſe Purgatorium: poſtea vero vigilans putaret ſe vigilantem hæc audiuiſſe , & memor eorum quæ ſomniarat argumentorum, huic hæreticæ propoſitioni fidem ac conſenſum præberet, & animo, dictiſque eam foueret: talis dubio procul haberetur & eſſet verus hæreticus, & vt talis puniri deberet. Item ſicut qui (eſt comparatio Bernard.

Cumani *Lucernæ numer.* 9.) in somnis passus est illusionem, quia somniabat sibi rem esse cum aliena vxore, si postea memor somnij complacet sibi de tali actu propter delectationem quam inde sibi visus percipere ex spolio thalami alieni, licet non peccet ratione somnij, qua somnium fuit (quia iudicium rationis tum ligatũ erat, & ideo tum peccare non potuit) mortale tamen adulterij peccatum sibi consciscit ratione complacentiæ subsecutæ, & consensus pleni in vigilia præstiti. Nam recte Diuus Augustinus: delectari falso crimine verum est crimen. Deinde quis ignorat, has vigiles multa conari, ad hoc crimen: & conatus, qui ad cogitationem accesit, pœnam in atrocioribus criminibus merito exigit? *l. quisquis. C. ad leg. Iuli. Maiest. l. si quis nõ dicãrapere C. de Episc. & cler. l. vnic. C. si qua præditus potest. l. 1. De extraordin. crimin. l. 1. D. ad leg. Pomp. de parricid. l. fugitiuus. D. de verb. signif.* Quis ignorat fautores & conscios eadem pœna cum maleficis puniendos? *l. 1. §. occisorum D. ad S. C. Syllan. l. verum D. ad leg. Pomp. de parricid. §. alia. de publ. iudic.* Denique patet in d. c. Episcopi. non obstante delusione hæreticas declarari. quia dicit *sceleratas, & retro post Satanam conuersas*, quod est esse apostatas à fide. dicit, *alios secum ad infidelitatis interitum traxisse* (quod est dogmantizantium) *a recta fide deuiasse, fidem perdidisse, in errorem Paganorum deuolui, Diaboli esse non DEI, & Paganis esse detestabiliores.* Si ergo capitulum istud pertineret ad strigas, deberent ergo adhuc hodie striges tractari, vt hæreticæ & à fide apostatantes. Quę igitur fructum fructum ex hoc c. percipiunt, quod illas tam clare hæreticas pronunciat, & proinde subdit pœnis hæreticorum.

Secundum. *quod hæc sententia sit pernitiosa reipubl. & Ecclesiæ*, clarius probatur, quia strigum defensores conantur per hoc capitulum obtinere, ne Lamiæ interficiantur, vt patet ex Ponzinibij, VVieri, & aliorum scriptis: & docet quotidiana experientia impunitas isto protextu, vel minus quam oportet punitas dimitti: nec fidei Inquisitores inter Catholicos vllum maius impedimentum experiuntur, quam Legistas quosdam & rabulas has falsa imbutos opinione ab hoc canone definiri, hæc cuncta esse illusoria nec grauem mereri pœnam. Quæruntur de hac re scriptores fere omnes. ex Protestantibus Mollerus *comment. in consuetudin. Saxon.* & Bodinus *in Dæmon oman.* ex Catholicis viri Pij & docti Remig. *in dæmonolatr.* Ludouic. Richeaume noster *libr. trium discursuum.* Pet. le Loyer. *lib. 2. de spectris.* Crespetus *lib. de odio Satanæ. 1. discurs. 2.* vbi testatur iam Francisci 1. tempore in Francia delatum numerum maiorem centum millibus, sed plurima cum accessione adauctum postea, iudicum conniuentia, & magnatum clandestino fauore: & grauiter deplorat *discurs. 8.* multitudinem iam esse tantam, quanta nunquam visa fuit & causam gliscentis mali esse iudicum perfidiam, deceptorum VVieri scriptis, & deceptorum à Diabolo, vel certe complicum Sortiariorum. *vide illum à fol. 118.* Sebastianus Michaelis *Pneumalog. fol. 53. & 55.* scribit à Geneuensibus solummodo puniri magos, qui hominibus vel brutis nocuerint, cætera illorum detestabilissima scelera insuper haberi, & vt illusoria prætermitti: non curari ab illis iniurias Deo illatas per idololatriam, blasphemias, Sodomiã, &c. & ideo hodie Geneuam esse scaturiginem viuam atheismi & idololatriæ. Hæc ille vici-

nus de vicinis suis potuit certo comperta habere. Conqueritur eadem de re Barthol. Spineus Sacri Palatij Magister, cum scribit, *potissimam labem cur sic inualescat ista pestis esse, quorundam Iuristarum persecutionem: quibus principes Theologiæ imperiti facile credunt, quasi sapientibus, licet in huiusmodi satis rudes existant: vtpote Dei prouidentiam, Diaboli potestatem atque malitiam, & pleraque alia Theologica, ad quæ præsens articulus deducitur, ignorantes. & implent allegationibus legum folia: quæ & in pluribus non faciunt ad propositum: eo quod pios actus humanos possunt regulare leges humanæ, non autem Diabolicis colligatos possunt bene cognoscere: sed solum præsuppositæ cognitione superioris scientiæ, sacræ (inquam) Theologiæ, possunt pœnas determinare talibus conuenientes.* sic ille Apolog. 1. capite tertio, postea capite quarto, sic scribit. *Hoc capitulum* Episcopi *male intellectum à Iuristis, quatenus hæc quæ ad Theologiam pertinent pertractat, est causa illorum ruinæ, putantium eo quod in corpore iuris Canonici redactum est, posse proprium sensum circa illud ita procedere, vt etiam Theologorum communi sensui se opponant, &c.* Idem capite nono. *Adeoque nunc inualuit ista pestis: vt dixerit in quadam concione diabolus, qui in forma Principis apparebat (vt retulerunt, qui adfuerunt nonnulli ab inquisitore deprehensi) sitis omnes bono animo: Neque enim elabentur anni multi, quod superabitis CHRISTI fideles. quod optime Diabolus obtinet suffragio diaboli, sibique similium, qui se patribus Inquisitoribus opponunt, dicentes hæc esse deliramenta, sicque scelestis his apostatis fauent, & in hæresibus suis indirecte confirmant. Nisi enim præpedirentur patres Inquisitores horum molestijs: quorum sæpe Principes, tanquam sapientum persuasionibus inclinati, denegant auxilia Inquisitionis officio debita: iam eorundem feruentium inquisitorum Zelo secta hæc esset penitus deleta, vel certe extra fines Christianorum penitus fugata.* Et his omnibus antiquior vnus inquisitorum Nicola. Iaquerius Anno 1457. sic scriptum reliquit: *Quod quidem* c. Episcopi, *quidam incaute attendentes obstaculum non modicum præstant exstirpationi sectæ, & hæresis fascinariorum, vnde ipsa fauorem accipit, & incrementum.* Hactenus ille flagelli fascinar. capite nono. Verum quid opus è Gallijs, Italia, & Germania, coaceruare testimonia? Nonne in ipsa nostra Teuthonica Brabantia, quæ solebat ab hoc crimine satis esse pura, hoc scelus videmus glisscere, ex quo multorum in corda falsus d. cap. Episcopi sensus se penetrauit, maxime Iudicum & causidicorum quorundam, quibus temere vsurpata Vvieri lectio, & incaute auditi sermones Loosei, & à quibus diuina iniuria & Catholicæ religionis dehonestatio haud magni penditur. Minantur mihi Philippicas, & calami rigorem: exspecto, & reexspecto sed nihil video, nisi minas & inanes iactantias: pergunt interea canes impedire, & caulas lupis reserare. sinunt malum proserpere, immo fouent dum non prohibent, quin etiam prohibentes ipsi prohibent. quid negligere cum possis perdere peruersos, aliud quam fouere? *error, cui non resistitur, approbatur: & veritas, quæ non defenditur, opprimitur.* Hi dominum tyrannicum dæmonis in Christi Ecclesiam confirmant horum opera salus reipub. proditur. ab his de cõmuni interitu priuata lucra comparãtur: quibus volupe est in vtrãque aurẽ dormire, donec tortuosus draco se toto corpore insinuet: & venenum apostasiæ, idololatriæ, ac nefandissimarum libidinũ, incredibilis crudelitatis, execrandorũ sacrilegiorũ, & quotidianarũ

contra tenellam ætatulam, contra fruges & alimoniam mortalium, contra patriæ totiusque generis humani salutem, machinationum, per totum paulatim Christi corpus diffundat. Quis non hos de repub. & Ecclesia quam pessime mereri pronunciet? quis non profliget, execretur? videmus; si quidquam videmus, impunitate striges fieri deteriores, & pedetentim plures pluresque sibi complices impigre adiungere: nec quidquam illis optabilius esse, quam quod assidue diabolus inculcat, sinceram adhuc partem eodem carcinomate persuadere. Si de vllo crimine verum, de hoc sane verissimum est vetus illud, *Parcendo nocentibus innocentum salutem conseruari non posse.* Deus ipse per Esaiam satis aperte Babylonijs insinuat, se regioni in qua maleficis parcatur, propitium nunquam futurum, sed ab ea grauissimas pœnas exacturum. *Veniet* (inquit) *tibi* (Babylon) *hæc duo subito in die vna sterilitas & viduitas, Vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem, Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te, veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. Ista cum incantatoribus tuis, & multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua: si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent & saluent te augures cœli,* &c. cap. 47. v. 9. 10. 11. Confirmat B. Ioa. Chrysostom. deplorans quod ab hoc nefario ausu vix orbis minima pars seruetur, & omnes fere sint æternæ mortis periculo expositi: hæc Dei iram semper quidem prouocasse, sed nunc multo magis, post tot tam ingentis beneuolentiæ ac miserationis tam insignis indicia, post-

A

B

C

D

quam ille filium redemptioni nostræ impendit. *Lege illum hom. 10. in cap. 3. epist. 1. ad Thimo. sub fin.* Quid ergo fas sperare nobis, vbi tot quotidie pullulant maleficorum fascinariorum defensores, & in Scabinatus, Consulum, Fiscalium, Parlamentorum, & in ipsa Principum sacraria irrepunt? Vtinam recogitarent annos antiquos, & priora sæcula reuoluerent: statim deprehenderent, nulli vnquam Principi, Reipub. prouinciæ maleficia exitio non fuisse: quorum exempla quædam Monitio. III. in fine ponentur. Vnde etiam probatur quod sequitur.

Dixi tertio *hanc sententiam esse ipsis assertoribus valde periculosam.* probatur. 1. quia, vt ex dictis Esaiæ verbis patet, Babylonicam sortem in vltione sibi conscisc unt, qui Babylonis scelus imitantur, & Diaboli contra Deū partiaris, ad diuinam iniuriam, & patriæ perniciem, & Ecclesiæ Catholicæ pestem, adeò sedulam atque fidelem operam nauant, & Satanæ regnum propagant, & Antichristi sunt imitatores. 2. quia dum nō credunt assertioni Theologorum (ad quos spectat de peccato, sit vel non sit: item quantum vel quale, iudicare) nec stant Pontificum declarationi, aut communiori Ecclesiæ iudicio, suæ nequiter, & incaute fidunt prudentiæ sapientiæque; & præter peccati noxam excommunicationis etiam se periculo exponunt in eos latæ. Qui Inquisitores in hæreticorum inuestigatione & punitione impediunt. Tertio quia non immerito se faciunt multorum criminum suspectos: inprimis quod non sint alieni à crimine quod defendunt, vt Iaquerius notauit de Doctore Edelino, & Treuiri norūt de Doctore Flaet. & de VViero testatur Cresperus *disc.* 3. & docuere Leloyher. Richeaumus, & alij complures: & pos-

sem ipse quorundam nomina referre. Item quod causa negandi sit atheismus eo quod non credant esse dæmones, vel quia non bene sentiunt de diuina prouidentia, quam putat sinere, innoxios à dæmone infamari, repræsentari, & tandem supplicio affici; vel quia pertinaciter tenent dæmonem non posse corpora localiter transferre, nec tempestates ciere, nec morbos hominibus immittere, quæ contra fidem sunt, quia S.S. repugnat, vt docui *libr. 2. Disquisit. quæst. 11. 12. & 16. & lib. 3. quæst. 4. sect. 2.* & quia sentiunt aliter quam Ecclesia. Nam caput Ecclesiæ, & (vt sic dicam) eius lingua seu os, est Pontifex Romanus: Pontificum vero Romanorum multi post d. cap. Episcopi adhortati sunt Inquisitores, vt contra striges seu Lamias, sedulo & seueriter procedant, & pestem hanc exterminent; & harum crimina, se non pro illusionib. sed pro veris ac nefandis excessibus habere manifeste profitentur, vt patet ex Pontificum Bullis Innocentij VI. ad Inquisitores Germaniæ, Iulij. III. ad Inquisitorem Cremonensem, Hadriani VI. ad Inquisitores Lombardi, & Clementis Septimi ad Episcopum Bolensem de strigibus Mirandulanis; quas bullas referunt & scriptis suis inserunt Sprengerus, *in princ. mallei maleficar.* Spineus, *quæst. de strigibus cap. 15. & Apolog. 1. cap. 11.* & integras ponit Pet. Binsfeldius, *libr. de confess. maleficar. edit. vltima.* Sic etiam sentiunt cuncta tribunalia Ecclesiastica Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Galliæ: sic semper Apostolici Inquisitores in praxi obseruarunt: ergo hic est sensus, hoc iudicium Ecclesiæ, à quo dissentire nō est cordis sincere Catholici, sed hæresim sapit. Mihi quidem, qui Ecclesiam non audiunt aliquid definientem, pro Ethnicis sunt & profanis 4. tales si à malitia, certe nequeunt excusari à stupore ac stolida temeritate ac præsumptione. Non à stupore & stoliditate: quia negant posse fieri, quæ recta philosophia & Theologia fieri posse conuincit (*vt ostensum libr. 2. & 3.*) Et quia negant facta, quæ vbique, & omnes fere se fieri vidisse, & esse expertos, homines fide dignissimi contestantur: quod sapientum iudicio desipere ac insanire est: quia nihil velle credere, nisi quod proprijs oculis adspexeris, signum est stoliditatis, vel proteruæ obstinationis; quæ qualis ipsa est, cæteros putat, mendaces, fungos, & leues in credendo. Leuis est corde qui cito credit, sed cordis nullius & frontis ferreæ, qui communi virorum proborum & sapientium assertioni non credit. Nec à præsumptione queunt excusari; quia ipsi ius vsurpant definiendi, an aliquid sit hæreticum, nec ne; quod non ad Iuristas, sed ad Theologos; non ad Parlamenta subsellia laicorum, sed ad Episcoporum cōuentus & Synodos pertinet: immo præferunt suam sententiam sententiæ Inquisitorum Fidei, & Pontificum Romanorum. Nam cum isti censeant non esse illusoria quæ striges confitentur: nostri aduersarij VVieriani contendunt, deceptiones esse & pro illusionibus habenda. Plane vltra crepidā sutores: & perinde faciunt, ac si lictores & alij iudicum exsecutores, iudici dicerent eum male iudicasse, & sesententiæ opponerent. Nam in causa hæreseos Iudices laici reuera tantum sunt executores sententię per Ecclesiasticos iudices latæ. Quando enim Ecclesia definiuit, verb. gratia, qui negat transsubstantiationem panis in veram carnem & sanguinem IESV CHRISTI in Eucharistia, hæreticus est, & pœnis hæreticorum plectendus. Tum iudex sæcularis tantum cognoscit de facto, an

Petrus

Petrus hoc neget. Si Petrus dicat se negare, partes iudicis sæcularis non sunt aliæ quam exsequi in hoc homine, quod Ecclesiæ decreto statutum: & tenetur credere, talem vere hæreticum esse. Sic quando Ecclesia definit striges nostras, vt vere criminosas puniendas; non licet laico magistratui hanc sententiam eludere, dicendo; hanc, quæ fatetur, delusam; sed rite confitentem debet condemnare. Nec etiam effugiunt notam temeritatis, tum ijsdem ex causis; tum quia, cum nudi iuristæ, vel medici sint, tamen audent sibi arrogare declarationē determinationis conciliorum circa fidem; quæ auctoritas non competit nisi Prælatis Ecclesiarum, idque de consilio Theologorum; quibus Prælatis solis concessa facultas canones fidei condendi. Aduersarij vero contendunt d. canonem Episcopi pertinere ad striges nostras, & ideo illo Canone decidi has deludi: Pōtifices autem, quos nominaui, declarāt illas non deludi, nam Iubent Inquisitoribus, vt in striges, tamquam verorum criminum reas rigorem legum contra hæreticos latarum exerceant; nec tamen Canonem Episcopi antiquant, nec vllus eum Decreto tollendum iudicat; ergo satis declarant se censuisse, nihil hunc canonem ad striges pertinere, alioquin eum abrogassent. Eodem modo eum intelligunt Inquisitores fidei, qui semper ex doctissimorum Theologorum & Canonistarum numero deliguntur. Nonne temerarium est contra hos omnes suo iudicio, in re tam graui, & adeo periculosa sibi & reip. niti?

Vltimam denique conclusionis nostræ partem; *videlicet sententiam aduersariorum nec veritati, nec rectæ rationi esse consentaneam*, probo quia veritati consentaneum esse nequit, quod iudicio Ecclesiæ, & Pontificum declarationi repugnat, vt facit sententia aduersariorum. Nam Ecclesia est columna veritatis, & Pontifex Romanus est lingua seu os Ecclesiæ, cui est promissum à veritate', *Non deficiet fides tua*. Quod vero veritati consentaneum non est, id rectæ rationi nequit esse consentaneum. Præterea ex ipsis sectæ illarum Dianiarum circumstantijs; non prorsus excæcatis; statim apparet, quam diuersa fuerit illarum secta, à nostrarum strigum secta. 1. illæ credebant plures esse DEOS, Dianam, Herodiadem, &c. nostræ striges non nesciunt se Diabolum venerari, & ei debitum vni DEO se honorem deferre. 2. illæ profitebantur quædam prorsus impossibilia, vt equitare cum Herodiade, quæ nequit ex inferno egredi; & cum Diana Dea, quæ nulla est: nostræ nihil fermè confitentur, nisi quod citra miraculum, sit possibile. Si dicas Seuer. Sulpitius, *libr. 1. de vita D. Martini*, scribit ei vmbram terram Latronis, quæ ex inferno prodierat apparuisse: sic ergo Herodias inde prodire. Respon. non recte id inferri. Nam quoad Latronis animam potuit id Deus permittere ad falsi cultus destructionem: si vero inde Herodias prodijsset (quam illæ misellæ credebant esse veram Herodiadem) id foret ad falsi cultus confirmationem, quod Deus nunquam permitteret. 3. illæ credebant quod cum Diana proficiscerentur: nostræ, quod cum suo magistello seu martinetto dæmone: in quo illæ fallebantur, nostræ non falluntur. 4. illæ omnes putabant aliquid veri Numinis & diuinitatis inesse creaturæ (nam in hac re disertè canonis decisio fundatur, dum ait; *quia huiusmodi*

mulieres

mulieris aliquid Numinis & diuinitatis, extra vnum Deum arbitrantur) noſtræ ſtriges vix vllæ hac ignoratione vel errore ducuntur. 5. noſtræ expreſſe renunciant Deo , & profeſsioni fidei, quam in baptiſmo ediderunt, offerunt dæmoni aſſeruatam Euchariſtiam: cõculcant cruces, & alia multa faciunt ſacrilegia; quorũ nihil illis alijs mulierculis impingitur. 6. miſceri ſe carnaliter cum dæmonibus fatentur ; quod non aliẽ. 7. noſtræ conficiunt & vtuntur maleficio ; pecudes; homineſque, præſertim infantulos, necant; & fruges procellis perdunt, quorum nihil de alijs illis legitur. 8. noſtræ conſpirant cũ Satana in humani generis perniciem: qua de re nihil eſt in d. cap. Epiſcopi. 9. noſtræ baculo, vel olla, vel quo alio vtenſili inter tibias, ſumpto, per aërem vehuntur , & interdum pedibus iter conficiunt in itu ad conuentum , & redi tu domũ; ſecus ac illæ quæ tantũ ſuper beſtias ſe dicebant omnes equitare , has & ſimiles alias differentias facile quilibet colliget, ex confeſsione illarum , in d. cap. Epiſcopi, & noſtrarum ſtrigum in actis iudiciarijs , vnde appareat ſine iuſta ratione aduerſarios ad noſtras d. cap. porrigere. 10. argumentatur Bernard. Comenſ. *in Lucerna inquiſitorum cap.* 4. tempore Concil. Ancyrani ſecta ſtrigum videtur nondum nata fuiſſe ; ac fortaſsis nec Gratiani tempore, qui anno demum. 1150. vel circiter (*Sic gloſſ. cap. cum poſt appellationem §. forma vero. 2. quæſt.* 6.) decretum compilauit. Nam prædicta ſecta ſtrigum videtur pullulare cæpiſſe, paulo plus quam à centum quinquaginta annis, vt ex Iaquerio & antiquis Inquiſitorum proceſsibus apparet : idem aſſerit eo loco Franc. Pegna , *in addition.* Sane vetuſtiorem Iaquerio, de ſtrigibus in terminis ac clare loquẽtem, haud ſcio an alium inuenias : ille autem nondum centum quinquaginta annis deuixit. Quo igitur pacto, *cap. Epiſcopi*, de tam diuerſis, & tam diu poſt ſecuturis hæreticis egiſſet? nam eaſdem non eſſe illas mulierculas cum noſtris; ſed in multis multum diſcrepantes, iam oſtenſum.

Vnde etiam fit manifeſtum, veritati ac rationi conſentaneam eſſe ſententiam contrariam eorum, qui *d. cap. Epiſcopi*, volunt non pertinere, ad eas de quibus nunc agimus ſtriges : quæ eſt plane communis Catholicorum ſententia , imprimis eorum quos citaui Pontificum Romanorum , *Innocentij, Hadriani, Iulij, & Clementis*; & Epiſcoporum vel Cardinalium, *Turrecrematæ in d. cap. Epiſcopi Alphon. Toſtati, in Matth. cap. 4. quæſt.* 47. *Simancæ Epiſcop. Zamorenſis Catholic. inſtitut. titul.* 27. & fidei Catholicæ inquiſitorum , *Iaquerij flag. Faſcim. Sprengeri Malei maleſic. part. 2. Nideri in Præceptorio præcept. 1. cap. 11. quæſt.* 4. *Bernard. Comenſ. in Lucern. Inquiſitor.* & magiſtrorum ſacri Palatij, *Sylueſtri Prieratis, de ſtrigimag. libr. 1. cap. 14. & libr. 2. capar. 1. & 4. & Spinet , de ſtrigibus cap. 1. cum ſeqq.* & aliorum grauiſsimorum tam Iuriſconſult. quam Theologorum, ſi non omnium, certe tot ac tantorum , vt eorum comparatione aduerſarij merito nulli cenſeantur, nonnullos nominabo, *ſic Ioan. Graſſus conſ. de ſtrigibus, Auguſtin Botta de Sauliano, de eadem re alio conſc Bernard. Baſinus relect. de artibus Magic. propoſition. 9. Paulus Grillandus de ſortil. q. quæſt. 7. & poſt accuratam diſputationem Arnoldus Albertinus de agnoſcendis aſſertionibus haret. quæſt. 24. à num. 13. maxime num. 42.* qui multa argumenta in contrarium adducit , quibus egregie ipſemet reſpondet. *Franc. Pegna commenta. 68. in directo-*

rium

rium Eimerici, & idem in Annotation. ad Ambrosium de Vignate tractat. de hæresi. quæstione duodecima. vbi etiam accurate ostendit Ambrosium illum à nobis non dissentire, & si dissentiret eius opinioni non standum: Marquardus de Susanis tractat. de Iudæis & alijs infidelibus capite decimo tertio num. 28. Ioan. maior in 2. cap. 14. quæst. 3. Barthol. Sybillanus. 3. Decad. Mirabilium, cap. 7. quæst. 4. Franc. Victoria relect. de Magia quæstione 7. Alfon. à Castro libro primo, de iusta hæret. punit. capite decimo sexto. Sixtus Senens. lib. 1. bibliothe. Sanctæ annotat. 73. Pet. Binsfeldius Suffragan. Treuirens. de confession. malefic. in solutione argument. ad primum mihi fol. 347. Mikhælius in Pneumalog. & Franc. Picus libro tertio. dialog. strix, & omnes quos citaui superius hac sectione decima sexta litt. VV.

Restat respondeamus obiectionibus aduersariorum.

Ad 1. dico quædam esse similia mulierculis illis cum nostris strigibus; sed in præcipuis, maxime quæ sunt fundamenta & bases, *dicti cap. Episcopi*, discrepare, immo nec in his, quæ ponit argumentum conueniunt, nam nostræ non tantum noctu, vt illæ; sed etiam interdiu vadunt ad cursum, nec vnquã cum Diana vel Herodiade se putant, nec super veras bestias vehi, nec semper equitant, nec Dianæ vel Herodiadi obtemperant: nec ignorant præsidem conuentus esse Satanam *v. supr. versic. vltimam denique.* Ideo hic non procedit argum. à simili, nec extensio Canonis, cuius verba non conueniunt nostris strigibus, nec dispositio, quia nostræ non credunt totum quod illæ asserebant: quod totum complexum in canone illo damnatur; non vero credulitas, quod à dæmone in alium locum corporaliter queant transferri, quæ nihil habet commune cum opinione infidelium, vt dicti auctores optime ostendunt, maxime Albertin. *d. loco nu.* 25. & ex hac extensione magnum cõtra philosophiam sacram prophanamque absurdum sequeretur, vt doctum abunde. Nauarri auctoritati iam respondi, eum aliter intelligendum, *vide lib.* 2. *quæst.* 15. *lit. A.*

In 2. Obiectione supponitur minor falsa: nam falsum esse ostendi nostras striges credere similia his. quæ in d. ca. Episcopi damnantur.

Ad 3. Quoque resp. vel nullas, vel vix vllas Lamias hoc credere. Solent enim in confessionibus suis dicere, se alijs videri tales: ipsæ autem sciunt se transformatas non esse. Quod si rudiores aliquæ id, vt Lycanthropi quidam faciunt putent: fateor tales à dæmone, quo ad hoc punctum, delusas esse: tamen si hoc pertinaciter teneant, dico ex hoc cap. Episcopi, illas vt hæreticas debere damnari: vt recte censent Ambrosius de Vignate, Albertinus, Pegna & alij.

Ad 4. Resp. primo, incertum esse, de qua secta mulierum Burchardus loquatur. Nam Burchardianæ eodem modo, quo illæ Gratiani, deludebantur, nempe circa præsentiam Herodiadis aut Dianæ: nostræ vero circa sui dæmonis, tam vectoris, quam incubi, & Præsidis in conuentu non decipiuntur: sciunt enim ipsummet esse. Pleræque etiam norunt discernere, quãdo id vigilãtib. vere, & quando somniantib. per imaginationem contingat. Denique notant loca, personas, & reliquas omnes circumstantias, & de his in confessionibus suis tam noxij, quam innoxij, in testimonijs conueniunt: quod delusionem omnem excludere satis vbertim ostensum. Nostræ quoque quoad trãsformationem, non credunt se cum hominibus veris rem habere, sed cum dæmonibus

monibus in corpore formato vel assumpto. Item sciunt distinguere vel inter veros homines qui choreis intersunt, & inter dæmones illis permixtos. Ideo possumus negare Burchardũ de strigibus nostris loqui; quarũ secta diu post adhuc ignota mansit. Secundo dubiũ est quo pacto Burchar. accipiat illud; *necessario*. Nam si de necessitate absoluta, vt velint nolint cogãtur eo in bestijs aduolare; perspicuum est eum de nostris non agere; quæ si nolint, eo non deuehuntur, sed domi manẽt, sed postea pœnam aliquam absentiæ luũt. Si vero intelligit necessitatem conditionatam, v.g. debent ire, si nolint affligi: male id adscribit infidelitati, nã res ita se habet de facto. Si capit de necessitate morali, v.g. quod putẽt se peccare nõ eũdo, & ideo ire debere: hoc nihil attinet ad nostras, quę sciunt se peccare eundo, non vero remanendo. Et sane toto illo capite nihil proponit Burchardus has sentire, quod rectæ fidei repugnet, iuxta iam à nobis demõstrata. Nec mirum hac in re illum errasse: qui in eodem capite halucinatur circa tempestates ciendas, & maleficiũ amoris odijque; vt ostensum *lib. 2. & 3.*

Ad 5. Argum. ex resp. ad 4. patet solutio.

Habent aduersarij plenam (nisi fallor) *d. ca. Episcopi*, explicationem quam velim eos perpendere, sine proteruia, aut peruicacia; quæ faciunt, vt videntes nihil videant.

SECTIO XVII.

De libris Magicis.

NEc possunt ad hæredes transmitti, nec legi, nec retineri, sed sunt igni tradendi *a*; Vt iure antiquo cautum, & in primitiua Ecclesia obseruari solitum *b*; & hoc renouatum edicto Pij. IV. & Clementis. VIII. Pontif. in regg. quas præfixeruut Indici, *lib. prohibit. Reg. 9.* Intellige præterquam ab illis; quibus prohibitorum librorum generalis lectio, in bonum publicum Pontificis Maxim. auctoritate fuerit concessa *c*. Solis Pontificibus reseruatum est, hanc licẽtiam largiri *d*, & quib. ipsi hoc permiserunt; vt nominatim omnibus Inquisitoribus fidei, & eorum commissarijs, pro tempore existentibus: Episcopis vero, eo solo quod Episcopi sunt, hęc licentia legendi libros prohibitos non competit, vt docet Penna *e*, & hoc fuit à Pio V. quibusdam Episcopis disertè resposum. Sunt autem tales libri, non auctoritate propria comburendi; sed potius deferendi ad inquisitores. Qui eos retinent, nisi deferre parati sunt, nõ sunt absoluẽdi: & hæc absolutio reseruata est habentibus potestatem absoluendi à casibus bullæ cænæ Domini: & ab alijs impensa absolutio, nulla est & inualida, sunt etiam tales retinentes vehementer de eadem hæresi suspecti *f*: si libri sunt ab alijs compositi. Nam si ab ipsismet compositi forent, plene conuincerentur, & damnari possent vt hęretici magi *g*; si tamen faterentur à se compositos, vel à se scriptos, vel ab alio se dictante scriptos, nec quicquam causari possent quod eos ab hæresis crimine tueretur. *vide de hac re bene loquentem Simian. in prax. à nu. 4. tit. 39.*

Idem quod Inquisitoribus fidei, quo ad librorum horũ vsum puto esse publicis Librorum Censoribus Ecclesiasticis: non vero DD. quia doctores sũt, nec Parochis quia Parochi. quod diligenter notandum, etsi in multis locis periculose Parochi & DD. hoc ius sibi vsurpent.

a l. cæterę D. fam. hercis. l. mathe. C. de ep. audien.

b Actor. 19 v. 19. cum seqq & D. Aug. testatur in Psa. LXI. infin. Damasc. de Barlaam & Iosa. ca. 32.

c Eymeri. c. 45. nu. 1 & Penna ibi in cõment. litt. C.

d Jul. 3. in bulla, cũ meditatio cordis

e ad direc. inquisitor par. 2. ca. 4. Cõment. 3. fol. 91.

f hæc omnia fuse docet post Simanc. Campeg. & Zanchinum Pena d. comm. 3.

g Arch. Io. Andr. Dõ ca. silij de hæret. in 6 Rõ. sing. 323. Carc. de hæret. num. 125.

SECTIO

SECTIO XVIII.

De Eucharistia morituris præbenda.

COnsuetudo multis locis est maleficis ad mortem damnatis denegare viaticum corporis Dominici; quæ consuetudo tolerari potest, propter Sacramenti reuerentiam illis locis: vbi post sententiam statim reus morti traditur. Locis alijs, vbi pridie sententia fertur, & postridie reus interficitur, etiam consuetudinem hanc admittit Nauarrus *b*. Sed omnino putarim, tũc reis præbendam communionem, nisi quid aliud obstet: nempe dummodo Catholici sint, & vere pœniteant, probatur hæc sententia iure Pontificio *i* & ciuili *k*, & DD auctoritate *l*. probatur & ratione, quia consulendum eius animæ, cuius corpus traditur ad mortem: neque hoc est dare Sanctum canibus, pœnitens enim iam Deo amicus est, & non canis. Nec dedignatur Christus cum inuisere, pro quo mori dignatus fuit in cruce.

Item ad hoc requiritur, vt reus sit ieiunus, non enim idem obtinet in ægro morituro, & sano morituro, vt optime docet Nauarrus *m*: & vt tantum temporis inter supplicium & communem intercedat, vt species sacramentales sint verisimiliter consumptæ, ad quod nó dubito, cum Nauarro *n*, quatuor horas sufficere, confessio Sacramentalis numquam reo, ne immediate quidem ante mortem, deneganda *o*: cõtra vnctio extrema reis nunquam concedenda *p*. Sẽper autem cauendum ne post Eucharistiam, vel confessionem quilibet reũ inuisat, & inebrietur, vel alia fiant piã mortem & seriam pœnitentiam impedientia: quæ in re hic in Belgio & Germania superiore multum & frequenter peccatur.

SECTIO XIX.

An corpus sepeliendum?

SEquenda in hoc regionis consuetudo, quoad illos, qui à Carnifice iuxta tenorem sententiæ sunt interfecti *q*. Quoad alios, qui sententiæ executionem morte præuenerunt, notandum primo huius, (vt & hæresis) excepti criminis naturam esse, vt morte nõ finiatur sed contra mortuum procedi in eo possit *r*: &, in locis vbi bona confiscantur, potest etiam post mortem agi ad bonorum confiscationem: sed vbi talis consuetudo non est, saltem ad memoriæ damnationem *s*: & corpus sepultũ condemnatum posset exhumari, & ossa comburi. Qui durãte reatu sibi mortem consciuerunt: ij non sunt sepeliendi Ecclesiastica sepultura *t*, sed cadauer deberet à iudicibus in furcam agi. Si obijcias contrariam sententiam communiorem, quoad vltimum membrum, nempe non posse iudices in corpus in carcere mortui sæuire, illud suspendendo vel cremando, quia crimina & eorum pœna morte exstinguuntur *u*. *Respondeo*, hanc rationem locum non habere, quando moriendo nouum crimen committitur, & ipsa mors crimen est: crimine enim nec crimen, nec criminis pœna potest exstingui. Hæc me causa impellit, vt à communi sententia recedam. Deinde plerique censuerunt & optime: in atrocioribus criminibus, rectius æquius esse adhuc cadauera puniri, cum grauissimo scelere, se debitæ pœnæ reus conatus fuit subtrahere: & consuetudo fere generalis, cõprobauit hãc praxim cadauera talium puniendi, ad aliorum necessariũ exemplum *a*. Eos autem cõsanguineos & amicos, qui reis in carcere venenum

b lib. 5. Consil. 16 ca. quæstum. 13. q. 1. ca. super eo. de hæretic. in 6. Motu proprio Pij V super hoc edito. *i* Sanctione Crimina Carol. V. art. 79. *k* glos. & DD. in Clem. 1. de pœn. Turrecr. ad c. quæritem. Auster. de potest. Ecc. l. super laic. Sol. Clar. d. q. 99. n. 3. v. Binsfeld. mẽb. 1. dub 5. multos allegantẽ. *l* d. conf. 16. *m* Manual. c. 25. n. 23. *n* Nauarr. ibem. 23. *o* Clarus d. num. 3.

p Oomest. to. 3. cap. 14. nu. 8. Clar. §. vlt. quæ. 100. num. 1. *r* Gomes. d. to. n. 3. c. 1. num. 80. *s* Gomes. sup. & Clarus qu. 51. n. 14. Siman. in prax. tit. 62. & tit. 56. *t* c. placuit. 23. q. 5. & ibi glos. & DD.

u Vide Clarũ d. §. q. q. 51. n. 15. & Gomez sup. n. 71. & Menoc de arb. iud. cas. 285. *a* late hæc ostẽdunt post ignẽum Mar. Marcũ & alios ipsi Com. & Clarus. locis dictis Gonar. lib. 2. resol. ca. 1 Simanc. d tit. 62.

vel laqueos, vel cultros suppeditant; vt violentas sibi manus inferant ad ignominiam euitandam, in quos merito DD. inuehuntur *b*, non dubito teneri lege Cornelia de Sicarijs.

Si vero, non vi sibi illata, sed ægritudine, vel debilitate, aut incõmoditatibus carceris morerentur ante sententiam; in his ego prorsus sequerer communem illam sententiam; adeo vt si in talem non legitime confessum aut conuictum, iudex sæuiens eum non patiatur Ecclesiasticæ tradi sepulturæ; peccet Mortaliter, & actione iniuriarum conueniri à propinquis defuncti possit *c*. Poterit tamen iudex sinere corpus sepeliri cum protestatione, & litem cæptam contra mortuum prosequi citatis ad defensionem ijs quorum interest; vt in hæresis crimine seruatur *d*. Sed quot annorum spacio currit ius contra mortuum agendi! putarim in hoc crimine quoad bonorum confiscationem, non posse agi, post annum quadragesimum; ad memoriam tamen damnandam, adhuc agi posse *e*; iuxta ius Canonicum; sed ciuile videtur quinquennij tantum spacium exigere *f*, cui in foro ciuili standum.

b Mars. singul. 150. Menoch. l. cas. 285. *c* d. c. placuit & ca. ex parte de sepult. Alberic. Angl. & alij in li. 1. § quoties D. de iniuneq; hac in reprax. contrariã proferunt DD. supra citati: sed oẽs volũt vnanimiter quoad hos iura seruari. *d* Ægid. Bellamera decis. 677. & 678. cum seq. Alberti rubr. de hær. Sim. de titu. 62 *e* Brunus de hær. li. 5 ca. 17. Simã. supra n. 7. ex c. vt. de pręscrip. in 6 *f* l. 2. C de apost. & ita gloss. in li. Manichæ. 11 verb. subire. C. de hær. & est cõm. teste Gomes supra n. 81. quẽ sequitur Clarus d. num. 14.

APPENDIX I.

AD LIB. V.

HIs addam, quæ ad me V. CL. Petrus Oranus scripsit quinto Kal: Decemb. 1599. & adiungam ex rebus alibi iudicatis nonnulla, quæ solius Parisiensis Curiæ iudicatis non immerito præferantur: quanquam nec Duareno (cuius in scholis, quam in subsellis, maior laus) satis credam hoc Parlamenti illius constans esse iudicium, sed fors illum arresta aliqua decepere; quæ alijs, ipsi non notis, fundamentis innitebantur. Orarij verba sunt.

In Magicarum Disquisitionum Tomo primo, aduersus Alciatum nostrũ, strenue decertasti, depulsioneque plena atque solida, errorem notasti, & cõfutasti, demiror doctissimum Alciatũ non tantum in Parergis, verum etiam in Recitationibus ad Decretales Pontificum in eo errore perstitisse, sic autem scribit *g*.

In contingentia facti vidi quamplurimum dubitari, Inquisitor pronunciauerat contra quandam mulierem ac tradiderat Iudici sæculari, hic ad partis instantiam vidit processum, in quo continebantur, quod hæc mulier confecerat pocula quædam amatoria, & solum contra eam erant indicia quarundam maleficarum, quæ dicebant, quod in quodam lusu nocturno cum dæmonibus viderant ipsam mulierem ludentem, ac ducentem choreas, ipsa vero negauerat omnia, & fatebatur se esse catholicam: fuit dictum quod Iudex sæcularis non deberet exequi Inquisitoris sententiam ex defectu iurisdictionis, quod in illo processu Inquisitor non poterat cognoscere, nam quo ad pocula amatoria, clarum, illud delictum non esse hæreticum, nec eius cognitionem ad Inquisitorem spectare h. *neque enim est credendum quod etiam ipsa vere fuisset in lusu, nam quamuis credatur socijs criminis in tali delicto, attamen illud non est trahendum ad ea, quæ vere non videntur, sed per illusionem dæmonum* i, *præsertim cum istæ participes criminis essent mulieres, quæ regulariter non admittuntur in causa sanguinis* k; hæc Alciatus.

MI DELRIE, ex vno errore, in alium labitur Alciatus, si quidem Pontifex Maxim. *l* in accusatione etiam

g in c. perniciosa. n. 66. de off. & potest. ordinar.

h Panorm. in ca. 1. de sortile. per ca. accusatus de hæret. in 6.

i c. episcopi 26. q. 5.

k cap. 3. de testam.

l in d. ca. 3

mul e-

audiri rescripsit, non quaslibet, sed conscias, & participes eius criminis, ac facinoris; & audiri, non tanquam accusatrices, sed tanquam testes; certum enim est conscias haberi pro testibus, audiri, & examinari tanquam testes: quin etiam generali consuetudine cōparatum, vsurpatum atque receptum, vt eiusdem criminis, & facinoris socijs credatur, si sanguine suo, id est morte, accusationem suam signauerint, & roborauerint.

Et quod traditur *m* Reum criminis non interrogari de conscientia aliorū quod sibi non pepercit, multo minus alteri parciturus sit *n*: id intelligendum est de confessis, non conuictis; hos enim aduersus conscios, socios, & participes criminis interrogari manifesto iure probatur *o*: immo & confessum interrogari in crimine læsæ Maiestatis *p* in aperto est: tale autem crimen est sortilegij, & magiæ. Iudices rerum capitalium apud Stabulenses sortilegas conuictas, nec confessas proscribendas, non damnandas capitis vel ad rogum contendebant; ac ne quidem, si in flagranti crimine comprehensæ essent; sicque apud eos more maiorum vsurpatum: verum auctorante Principe iactatam consuetudinem, & abusum abrogauimus, hoc enim nec ius admittit, altero tantum; vt vel confiteatur, vel conuincatur reus *q*.

Scio asperrimum, *crimen paricidium* (quod Seneca *r*, & Quintilianus *s* *ne fas vltimum*, vocant: eoque sensu in Regem adtentatum, *vltimum facinus*. Quintus Curtius appellat *t*) non vindicatū acerbissimo illo supplicio, more maiorum etiam in conuictum & manifesti paricidij Reum; nisi si vltro confiteretur, nec confessionem fuisse extortam tormentis; *u* tamen nihilominus conuictus capitali pœna vti homicidia coercebatur, ea fuit lenitas Augusti, nolens paricidij pœna plecti nisi confessos, nec Augustus sua interrogatione, CERTE PATREM TVVM NON OCCIDISTI? viam salutis, & libertatis, reo aperuit, vt voluit Casaubonus *x*. sed benigna interrogatione abnutiuum responsum elicere voluit; ne conuictus, non tamen confessus, pœnam paricidij sustineret. tam horrendum facinus paricidij vix credidère patratum veteres; nisi si paricida se suo iudicio conuinceret.

Quod vero Aliciatus scribit, aduersus diuinationes, & incantationes, Inquisitores incongruos, & incompetentes esse iudices, quod diuinationes, sortilegia, ac alia id genus, species sint falsæ Religionis, nulla tamen dogmata fidei Catholicæ contraria contineant; hoc simpliciter verum non est, si enim Diuinator, sortilegus, inuocauerit, & adorauerit dæmones, spem in eos ac fiduciam posuerit; sacrificia ac preces eis obtulerit (quod vtique faciunt sortilegi & venenarij) recte pro sua Iurisdictione inquisitor inquirit, & ita post Oldradum *y*, & Iasonem *z* resoluit Conradus Brunus.

Demiror Gallos doctissimos errationem Alciati insecutos. Franciscus Duarenus *a*, sic de sortilegis scribit: *de aniculis horum quæ volitare per aera, & nocturno tempore saltitare, & choreas agere dicuntur, quæritur? Et solent plerique Quæstores in eas acerbius animaduertere, quam ius & ratio postulet, cum Synodus Ancyrana definiuerit quædam esse quæ à cacodæmone multarum mulierum mentibus irrogantur, itaque Curia Parisiensis (si nihil aliud admiserint) eas absoluere ac dimittere meritò consueuit*, Hæc ille.

In eandem sententiam ita quoq; Petrus Erodius *a*: *nuper extitere apud Valenses, & Cenomanos vicinos nostrorum An-*

m in l. repeti §. 1. de quæst. & in l. vlt. C. de accus. & in ec. vlt. 15. quæst. 3. *n* li. vlt. §. sin autem C. de bonis eorum qui ante sententiam, &c. Aemilianus de clar. 292. *o* in l. dict. Hadrian. §. 1. de custodia reorum. *p* cap. 1. de confessis. *q* l. qui sēntentiam. de pœnit. *r* lib. 1. de Clement. cap. 23. *s* decl. 377. *t* li. 8. hist.

u Sueton. in vita Aug. c. 33.

x in notat. ad Suetonium d. cap. 33.

y cōs. 208. *z* in l. huiusmodi de leg. 1.

a in tit. ad legem Cornel. de Sicar.

b l. 5. rerum iudicatarum, tit. de malef. ca. 11. editio 24.

dium, qui ex hoc maleficio damnati sunt, & quos in tormentis audio confessos, se sacris (qua sabbata nuncupant) rituatim initiari, cum Christianismum abiurare & profiteri paganismum: deinde à tergo notari signis: postremo donari pulueribus & medicamentis. quibus & brutis & hominibus officiant, itaque alios tale quid conficere, nonnullos vrinam sistere, quosdam arceri à concubito, an id effici possit. vt persuadere volunt hominibus intectis, videbimus prout res incidet. durat in hodiernum diem hac, seu magorum, seu sortilegorum perniciosa factio, nisi quod ea non amplius philosophorum aut honestorum virorum sit, sed rusticorum & idiotarum, quæ res (inquit) *vanitati vanitatem adiecit.*

Idem alio loci *b* à sanguine sortilegorum, ex Ammiano Marcellino abstinendum contendit, quod multa in hoc genere vana sint, multa non nociua, multa insaniæ coniuncta, multa miseranda; & si hæc deliria humana aliquam pœnam merentur, mitiorem vult adhibendam, vt enim furiosus satis ipso furore punitur, ita sortilegus vana indagine.

In eundem errorem delatus Michaël Montanus libro tertio; *periculorum*, seu *tentamentorum*, Lipsius noster *gustus*, Auctor vero operis, *Essais* vocat) *capite vndecimo*, tit. *dex Boiteux*. Curaſſem ab Amanuensi meo describi, nisi Lipsius in libraria sua haberet, à quo, si voles, legendum accipies.

Contra Matthæus Cognetus, Senator Regius, *c*, sortilegos tanquam homicidis nequiores, naturæ humanę inimicos omnimodo puniendos contendit, & dirius seueriusque in eos à Magistratu animaduertendum: quod & ipsum firmat doctissimus Theologus Claudius Espenceius *d*; *magiam proscribere* (inquit) *sceptri magis est, quam styli*, & eo loci multa de magis, præstigijs & incantationibus.

Quin etiam Francisc. Hotomannus in sortilegos animaduertendum consultus respondit *e*. Et si forte non sit plene probatum delictum sortilegi, tamen sufficere publicam vocem, & famam in loco, vt possit quæstionibus subijci. quod omnium impietatum atque scelerum à Satana repertum scelus & maxime abominandum sit, propter expressam abiurationem & renunciationem Christianæ Religionis: deinde propter fidem & hominum quod diabolo præstatur: & propter exitium quod ista maledicta diaboli mancipia mortalibus inferunt: cuius rei causa, leges ciuiles humani generis inimicos, & hostes communis salutis appellant *f*

Idem Hotomannus *g*, in morbis curandis magam qua de consulebatur non modo circulo, verum etiam certa hac verborum formula vsam fuisse refert *d'ainsi que Dieu a va, & charite a foy, & le pain n'a faim, & l'eau n'a soif, & le feu n'a froid, fau, en oysi, parte d'icy dedãs*, quod magicum carmen (exorcismi formulam impie Hotom. *h*) Constitutionibus Imperatorum damnatum legimus *i*. eos enim qui susurris, & carminibus istis vtuntur quamquam pernegent, testibus tamen grauatos, eculeo dedendus, vngulisque sulcantibus eorum latera condenda, pœnas proprio dignas facinore.

Quod vero Alciatus, Erodius, & alij; sortilegos ad sabbata proficisci, ferri per caminũ, nigrũ hominẽ vel hircũ adorare, tripudiare vna, atq; vnguẽta pulueres vedari, quib. aut transferantur, aut solo etiam flatu alios tabe conficiant; deridicula & insomnia esse putant, & ad sui dicti confirmationem, aduocant Decretum Patrum in Cõcilio Ancyrano; solide abs te confutatũ est, vt & hoc

b l. 8. rerũ iudicatarum tit. de maleficiis. c. 14. editione postrema. Nihil necesse nam non probat quicquam sed Hippiam tantum agit, & cuius eausam rei ignotat, cõtendit eã non fuisse.

c enses discours politicques c. 41.

d incommentarijs ad postr.

Epistol. D. Pauli ad Tim. c. 3.

e cons. 98

f in l. etsi & in l. vl. C. de malef.

g cons. 99 n. 2.

h d. cons. 99.

i in l. nullus & in l. eorum, C. de malef.

k in sua Pneumat. in libell. concl. Il. de magia c. 26.

hoc ipsum præstitit Sebastianus Michaëlis Theologiæ Doctor *k*: neq; adhibendam mage fidem Ioann, Baptistæ Neapolitano *l*, quam Apuleio Africano, vtrumque enim fieri posse reipsa, & opinione, ideoque à particulari ad vniuersale nullam esse consequentiam.

Ioannes de Vaux Stabulensis monachus, inter alia recitabat indicendæ congregationis (ita enim vocabat) statos conditos dies; vbi nocte intempesta ad destinata loca sodalitas comparebat; quæ dæmoni in forma hirci apparenti adorationes genibus submissis faciebat, ijsque in locis exstrui mensas epulis & cibis bonis, beneque sapidis (neque enim inanes mensas fuisse) & primæ mensæ honoratiores vxoribus (quos *les braues hommes*, appellari referebat) accubuisse, primæ mensæ maiora subsellia, Belzebub, Astarot (hæc est Venus, & Ioannis ipsius succuba) & Leuiatam occupasse secundis & tertijs mẽsis interfuisse etiam plures dæmones sine nomine, bibi ad sanitatẽ Belzebub, epulis exempta fame, mensisq; remotis, in promiscuos concubitus & amplexus rui, in recessu accipi à dæmone puluere spargendos in aëra, ad fruges, vineas & segetes inficiendas, & sparsis puluerib. ventorum turbines & tempestates spurcissimas excitatas.

Non ignoro Senecam *m*, hæc non probare, sic enim ille, *Apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienes fructus excantasit: rudis adhuc antiquitas credebat fructus posse excantari, attrahi imbres, & repelli cantibus, quorum nihil posse fieri tam palam est, vt huius rei causa nullius philosophi Schola intranda sit:* sed hoc Senecæ dictum, vt erroneum conuicisti.

Florimundus de Remundis *n*, refert apud Burdegalenses capitulum generale per sortilegos indici solere dieb. Mercurij & Veneris mensis cuiuslibet, ita enim confessos sortilegij criminis Reos. Sebastianus Michaëlis in *Pneumalogia, seu, en son discours des Esprits, scholio septimo*, scribit, *les sorcieres estre transportez d' vn lieuen l' autre par Sathan pour le iour & heurns le Ieudy enuiron la minuict, duquel seulement ils sont transportez comme tresttous ont conuenu enc cela & confesse. Peut-estre.* (hanc rationem ille subijcit) *pour ce que le diable veut auoir les premieres, & estre recognu au premier rang. de la semaine. Car les Turcs celebrent le vendredy, les Iuifs le Samedy, les Chrestiens le Dimache, & quand à luy il s'est mis deuant tous pour auoir la premiere celebration.*

Quod de Palete, natura molli, sed magia omnes superante ex Sudæ historicis refers, idipsum inter adagia sua Erasmus retulit, ad quem, cum quid emeret, & rei pretium venditori numerasset, nummus perpetuo redibat, idem carmine magico, conuiuium repente partibus omnibus instructum ac sumptuosum exhibebat, quod statim si libuisset euanescebat: potuit conuiuium fuisse verum non simulatum, fascinatum & imaginarium, cuius rei fidem faciunt conuiuia, quibus assidue Ioannes de Vaux interfuit, cuius confessio ab alijs quoque magicis & sortilegis probata.

Tempore reuerendiss. *Georgij Austriaci Episcop. Leodicens.* (bonæ memoriæ) magister Hugo Bourlettus chirurgus insignis, & à medicis laudatus, multum similia factitabat: vinaque extraria Roma, ex Hispania, & alijs ex locis reipsa in mensa omnibus demirantibus repræsentatis poculis exhibebat: viuunt adhuc horum actuum testes cõpertæ fidei, at ille postea ad meliorem mentem reuersus, maleficijs abstinuit.

l 4. naturalium q. cap. 7.

n en son Antechr. cap. 7. a. 5

& ex impio factus pius; quinque diebus singulis sacris operabatur. Reuerendiss. Cardinalis à Groesbeck. eum in familiam suam recepit. obijt autem valde pie, & Catholice, ab annis octo, & quod excurrit.

Verissimum est, quod in secunda parte operis tui scribis; Constantinum Imperatorem ad Bassum Præfectum vrbi rescribentem *a*, non vsum verbo, *Coegisse*: quod vero ais vsum verbo, *deflexisse*; ipse apud te dispice, anne, *defixisse* legendum sit, ita enim Theodosianus Codex habet. *defigere*, sortilegorum verbum est; apud Ciceronem *b* Quæcumque *Augur, iniusta, nefasta, vitiosa, dira, defixerit*, (sic in meliorib. Codicibus & ita quoque Lambinus) *irrita infectaque sunto*. Plinius *c defigi diris deprecationibus, nemo non* (inquit) *metuit*. Ouidius (abs te etiam laudatus) *Deuouet absentē simulachraque cerea figit*, & alibi; *Sagaque Phœnicia defixit nomina cera*. Quod ipsum non ignorauit Accursius noster in exemplo abs se posito, *infigendo cera imaginem d*, & in glossis Philoxeni, *defixionis Necromantiæ*, leguntur.

Vnde apud Paulum *e* I. C. minus recte legitur, *Interficerent* aut *deficerent*, legendum enim vt enim vt ex Codice Vesontino Cuiacius noster restituit, *defigerent*: qui autem defixiones faciebāt, *curiosi* vocabantur, vnde apud Horatium. *curiosus*, pro malefico seu mago accipitur, qua de re videri poterit Cuiacius *f*.

Quod tu de puella Ioanna Lotaringia, idem plane censeo, eius gesta, & stratagemata, non sub Carolo, *sexto* (vti scribit) sed sub Carolo, *septimo*, contigerunt (cuius rei testes aduoca Paulum Æmilium Monstreletum, Micquellū Girardum & alios) Virago illa obscuri generis in Barrensi Ducatu Iacobo Dareo patre, ac Isabella matre nata, Diuino afflata numine rem inclinatam fortiter restituit; Angelos vbique perfidos, FRANCIA eiecit; Carolum Septimum Remos vngendū sacrandū que perduxit; illique, vt vt ratum firmumque Imperium more maiorū esset, effecit; Aurelianensem vrbē graui obsidione liberauit, vidi eius statuam æneam Aureliæ in ponte ad Ligerim seruatæ à viragine & virgine vrbis monimentū, cæterū dū in Compendij obsidione ex vrbe erupit, ab hostib. comprehensa, & Rothomagum producta ad palū damnata, viua exusta est; non absq; æterno Anglici nominis probro, qui se magicis illius artibus Francia profugere falso querebantur.

Admirandum sane est quod de illa adfirmatur *g*, pirum arborem, sub qua illa sedebat dum patris gregem minabat, ouesque ruri pascebat, cum vt Regem Carolum VII. adiret, primo cœlesti voce monita est; neque cariem neque vetustatem sentire, neque fulmine tangi, neque pluuia, grandineve, aut niue intingi.

Inquisitor, in Prouincia Stabulensi apud acta probatum, reperi malū sub qua maleficæ duxerant choreas, & saltatorium orbem versauerant, in quaque earum Aulœdus Tibicenve consederat, fœlicem ac frugiferam, factam infœlicem ac infrugiferam, *arborem vidi*.

Redeo ad Ioannem, quam ab Angelis flammis feralibus quasi maleficam ambustam refers: an eo sensu exaudis hæc verba Constantini ad populum *h* FERALIS PESTIS ABSVMAT?

Iacobus Reuardus *i*, existimat per illa verba nihil aliud voluisse Constātinum, quam maleficos igne consumendos esse, sed quia de Dijs manibus,

a in l. eorum, C. de malefi

b lib. 2. de legibus.

c lib. 28. Historiarum, c. 2

d in l. 6. in verbo nē dubitauit C. de malefic.

e lib. 5. sententiarū ad l. Corneliam de si car. §. 9.

f lib. 20. obseruat. c. 22. & l. 27. c. 17.

g per Micquellum, qui Aurelianæ vrbis, ab Anglis obsidionem Ioannæ res gestas scripsit.

h in l. multi C. de malef.

i li. 5. variorum cap. 3.

quibus ferialia sacrabantur accitis arte magica locutus sit; ideoque, *feralipeste*, potius quam *igne*, huiusmodi homines absumendos rescripserit? *quamquam*(inquit) *non ignorem pestem feralem de supremo supplicio accipi posse, & veteres pro morte ac interitu pestem posuisse. vnde apud Festum, pestiferum fulgur, quo mors exitiumve significatur.*

Dionysius Gothofredus *k*, ignis quoque suppliciũ intelligit, quod magi Dijs manibus consecrarentur: vt quemadmodum in feralibus pecudes absumebãtur, & ipsa cadauera, ita manibus consecrarentur, quos in carminibus suis inuocassent.

Ego vero, per hæc verba, *pestis feralis absumat*, intelligo maleficos & præstigiatores bestijs obijciendos: quod ipsum Græcus interpres notauit, *l* probarunt quoque antiqui nostri iuris Interpretes, & maxime Odofredes *m*; *magos*(ait) *feralis pestis absumat, quia sunt obijciendi feris bestijs lacerandi.* sic quoque notauit Cuiacius *n*: *feralis* (inquit) *pestis absumat, id est: bestijs obijciatur, &, vt ego interpretor, feralis pastus absumat.*

Matthæus Coignetus *o* vtitur hac interpretatione, *que la peste cruelle les puis'esteindre & consumer, & pour telles sercelleries Iehu fit manger au chiens la Royne Iesabel.*

Neronis tempore de Christianis tanquam sortilegis supplicium sumptum legimus, & hi aut feris, aut canibus obijciebantur, aut crucibus figebantur, aut flammabantur, stantibus ad palum destinatis vnco (ne mutatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi suffixo, è lamina ardente pix aut vnguentum in caput liquefiebat; ita, vt riui pinguedinis humanæ per arenam amphiteatri sulcum facerent; eoque pertinet locus ille Iuuenalis Satyra prima.

Pone Tigillinum, tæda lucebis in illa;
Quæ stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latus mediam sulcus deducit arenam.

(Ita legendum contendit Schaliger *p*) non vero,

Et latum media sulcum deducit arena:

Hactenus Oranus.

In his quod de Ioannæ æuo me monet amicus, verisimum & memoriæ lapsum agnosco lubens. De duobus alijs non video causam, cur sententiam mutem.

Nam illud de Constantini rescripto *q deflectendi*, voce vsum, non *cogendi*; verũ est, nec facile hic admiserim correctionem illam, *defigendi*: tum quia libri omnes Codicis Iustinianæi, quos vidi, continent, *pudicos ad libidinem deflexisse animos*: tum quia C. Theodosianus à Ioanne Tilio *r* primum editus hanc lectionem confirmat: tum quia Constantinus Hermenopolus *s*, in huius legis breuiario legit, *qui magicis artibus pudicos animos ad libidinem deflectunt, publicatione & exilio puniuntur*, tum quia *defixio magica*, deuotionis & execrationis quoddam genus fuit, & non animæ permouendæ, vel peruertendæ, sed sanitati corporis perdendæ instituta: nec satis Latine dicas, *animum defigi*, sed deflecti *in libidinem.*

De *Feralis* flamma, cum scriberem; nulla mihi cogitatio fuit legis illius Constantini, cuius initium *multi*. Sed, *feralesflammas*, funestas atque lethales nuncupabant, vt Minucius, *ferialia ligna*; Symmachus, *feralia commenta*; Saluianus, *peccatum feralissimum*; noster ille decus orchestræ, *ignem feralem, ratem feralem: locum feralem, saxum ferale, turbam feralem*; alij alia, quos olim lau-

k in notis add. l. multi

l lib. 60. basilicõ. ti 39. *m* in d. l. multi. *n* in notis ad dict. l. multi.

o d. ca. 42.

p lib. 5. de emendatione temporum ca de Roma sub Nerone incensa.

q l. eorum 4. C. de malef.

r l. 9. ti. 16 lib 3. *s* l. 6. Epit. tit. 10. Ἐπιτομή.

t l. multi. 6. C. de

daui *a*; quæ vox à *Fera*; siue mortem; siue Parcam ita vocarunt. De Constātini tamen verbis, nōdum mihi liquet, quid ille per *pestem feralem*, potissimū supplicij vltimi indixerit, illud quidem quod adiungitur, fauet explicationi Græcorum; *quoniam naturæ peregrini sunt*, quasi dicat; quoniam alieni ab humanitate, ideo belluis cedant. Sed ego, *ferale* pro *ferino*, nondum reperi apud classicos scriptores, repugnat etiā syllabæ modulus, in hoc citatus, in illo productior ac statarius. Ergo cēseo potius, Constantinum eo loco duntaxat definiuisse, vt vltimo supplicio de medio tollantur, quàm pœnæ genus exprimere voluisse. Nec arbitror semper eadem morte damnatos. Facit Vlpianus *b*, vt credam, lib. 7. de officio Proconsulis, sub titulo de Mathematicis & vaticinatoribus; dum ait: *& varie puniti sunt ij, qui id exercuerunt, pro mensura scilicet & consultationis*, vt vides lacuna subest, expleo; *& modo consultat*. quamquam Vlpianus de certo tatnum mathesis huius veritæ genere id dicat, constat tamen non idem semper supplicium in alijs quoque generib. obtinuisse; vt nec in Christianos, qui non infrequentius à tyrānis exusti, quin & frequentius, quàm feris obiecti. docent Tigillini tædæ, & Tertullianici, *Semaxij*. Cuperem doceri, Constantini tempore maleficos ferino pastu assumptos nam de concrematione facile docuero. Lege Gregoriani codicis lib. 7. tit. de malefic. & Manichæis; inuenies à Diocletiano & Maximiano eos addici, vt loquuntur, *flammeis ignibus exurendos*, Lege C. Theodosiani legem primam, quæ Iustinianæi tertia est: reperies haruspices, *concremandos*, ab ipso Constantino ad Maximum rescribi. Quid ergo vetat quominus *feralem pestem*, ita sumamus? Nam accursij, Odofredi, & Græcorum in iudicio Latinitatis, non opinor sontica plane auctoritas: nec in Cuiacij verba iurarim libēs, aut cuiuspiam alterius, hic quidem Ræuardo & Gotofredo accedo procliuius, vt & Petr. Fabro, qui idem asserit, *Semestri. lib. 2. capit. 7.* Nam & apud Iul. Paulum, *lib. 5. sentent. cap. 23.* quamuis magicæ artis conscij iubeantur summo supplicio affici (hoc est bestijs obijci, vel in crucem agi) ipsi tamen Magi viui iubentur concremari. Sed res non tanti, vt plura putem verba commutanda.

Addam ex Gallicanarum Curiarum actis nonnulla, quæ nec in Francia quidem, Parlamenti Parisiensis illud iudicium receptum passim, aut omni tempore, satis ostendant: describam verba Gallica, ne quis me de meo quid affinxisse, vel perperam transtulisse suspicetur.

a Aduersa in Herc. Furent. v. 1145. Scio l. vnic. Cod. de his qui par. ferales angustias, vt urpari; sed quia funerea erat cullei māsio mala, sic vocantur.

b in Mosaicarum & Romanorum legū collatione quā Pithoeus ex m. s. edidit. Harmeno feralem pestem gladij pœnā interpretatur.

Ex actis iudiciarijs Episcopi Belluacensis, contra Ioannam Dream vulgo vocatam, Iehanne la pucelle (*hæc acta exstant in Monasterio S. Victoris Canonicorum Regularium Parisiis*) *quæ fuse referunt, Bernard. du Girard in Annalibus Franciæ sub Carolo VII. & Franc. Belleforestus in eiusdem Caroli VII. vita à fol. 345.*

CVm propè Compendium potita esset hostium, Parisiensis Vniuersitas litteris publicis eam apud Henricum Angliæ regem accusauit sortilegij & maleficij: causæ prætensæ fuere sequētes, quæ etsi falsò prætexebantur, ostēdunt tamen sensum Ecclesiasticæ Curiæ, & almæ Academiæ illius tempo-

ris:

c sic vocatur in Bulla Calisti III. apud Bellefotens. fol. 386. pa. 2. d ibid. fol 346. e fol. 393.

ris: Promotor itaque fiscalis, quidam Guilhelmus c de Estiuel, aut, vt in Actis o & in sententia Delegati e Apostolici vocatur, Ioannes de Estiuet; vbi in art. 4. dicitur arbor quædam fuisse apud Dompreum, vbi solitæ conuenire maleficæ & misceri dæmonibus; *que pres de Dompreiny a vn grand & vieux arbre, qu'on nomme l'Arbre charnime Fèe de Bourlemont, & que apres de cest arbre y a vne fontaine, pres laquelle on dict que frequentent les malins esprits auecq; lesquels se meslent de nuict les sorciers dansans & gambadans autour desdicts arbre & fontaine.* Articul. 5. *que le susdict arbre fontaine, sont surnommee des Fèes. Aussi luy demundoyent, si elle auoit cognoissance de cex ou celles, qui certains iours de la sepmaine vont au Sabbat auec les Fèes. Respondit, auoir ouy dire, qu'on y alloit le Ieudy.* Articul. 6. *qu'elle alloit audict arbre les heures qu'on celebroit le diuin seruice, à fin que estant lors seulle elle peut à son ayse danser & caroler autour des lieux susdicts, ou elle faisoit plusiers bouquets & chabeaux des fleurs & herbes plus soefues, qu'elles trouuoit ès enuirons, & encourõnoit ledict arbre en chantant certains vers & disant quelques mots de sortilege: & y retournant l'endemain, quoy que le soir elle y eust mis lesdicts chapelets & guirlandes, si est-ce qu'elle ny trouuoit chose quelconque.* Articul. 7. *Qu'elle soulloit porter en son sein de la mandragore, esperant par ce moyen en auoir bonne fortune, tant en richesses, qu'en autres choses temporelles: comme si la mandragore auoit en soy telle efficace.* Articul. 19. *Auoir pris conseil des malins esprits, & que par enchantemens, & moyens non permis & illicites, elle auoit desconuerte certaine espee, qui estoit en l'Eglise de saincte Catherine du Fierbois.* Articul. 20. *Auoir eu des anneaux charmez, & qu'elle die quelques paroles sontilegues sur son enseigne, & sur les guidons que portoyent les siens, disant que cela seruoit pour leur donner bonne fortune en guerre. vsant de grandes coniurations, à fin que par ce sort elle bienheurast leurs entreprises; tenant pour tout certain, que tant qu'ils porteroyent ces drapeaux ainsi coniurez, ils ne pourroyent receuoir aucune deffaicte pars leurs oduersaires. Et qu'elle se plaignit publiquement à Compeigne lors qu'elle fust prise, de ce que les siens anoyent oubliè d'aporter ses enseignes, & que pource elle estoit tombee en ce malheur. Pource que ceux qui s'aydant d'arz defendus, & soubs bon pretexte pretendant authoriser leur peruersitè, ont de coustume de consacrer les instrumens desquels ils s'aydent.* Artic. 36. *Que par quelque sort & inuocation elle auoit faict paroistre quelques malings esprits au Roy & Duc de Bourbon pour les seduire.*]

Propter hæc Vniuersitas Parisiensis. & Iudices illi priores, iudisarunt Ioannã sortiariam fuisse, & maleficam, aperte docentes se arbitrari, huiusmodi crimina, non illusione aliqua, sed vere à criminosis huiusmodi committi solita.

Idem censuit Episcopus Ebroicensis in causa Guilhelmi Edelini, vt superius docui f. idem Inquisitio Auinionensis in causa plurimorum, quorum damnationis formulam suo loco exhibui paulo ante g.

f lib. 5. sect. 12.

g sect. vl. b

Idem est iudicium Parlamenti Burdegalensis & fuit Consilij Atrebatensis, quo tempore adhuc Artesij ad Parisiensem curiam appellabant; vtriusque rei probationi clarissimæ sunt quæ subiungam, Remundi, & Monstreleti verbis.

* * *

Extractum ex libro Viri Clariſſ. Florimundi de Remundis Conſiliarij Regij in Senatu Burdegalenſi, cuius libri hæc eſt Epitheſis & inſcriptio, *l'Antechriſt. cap. 7. n. 5.*

A

EOus ceux qui ont laiſsè quelques marques du temps que l'Antichriſt doit arriuer, eſcriuent que la ſorcelerie ſera lors eſpandue par tout, euſt elle iamais tant de vogue qu'en ce malheureux ſiecle icy les ſellettres de noſtre Parcament en ſonut toutes noircies. Il n'eny a pas aſſez pour les ouyr. Noz Conciergeries en regorgent, & ne ſe paſſe iour que noz iugemens n'en ſoyent enſanglantez, & que nous ne reuenions triſtes en noz maiſons, eſpouuantez des choſes hideuſes, & effroyables qu'elles confeſſent. Et le diable eſt ſi bon maiſtre, que nous ne pouuons enuoyr ſi egrand nombre au feu que de leur cendres il n'en renaiſſe de nouueau d'autres. Ie me contenteray de ceſte Hiſtoire prodigieuſe, aduenue l'annee 1594 laquelle ſurmonte toutes celles que Bodin à remarquees dans ſa Demonomanie: voila pourquoy i'en ay voulu faire le recit particulier.

B

Vne ieune femme, nommè Ieanne Boſdeau, appellante du Iuge ordinaire de la Chaſtellenie de Sallignac en Lymoſin, qui l'auoit condamnèe à la mort, eſtant ouye en la chambre criminelle, ſans peine ne tourment, confeſſa (comme elle auoit faict par deuant le Iuge:) Qu'en ſon ieune aage vn Italien l'auoit desbauchee & amenee à la veille de S. Iean ſur la minuict dans vn champs. ou il fit auec vne verge de haus vn grand cerneau, marmotant quelques parole s, qu'il liſoit dans vn liure noir. Surquoy ſuruint, vn bouc grand & cornu, tout noir, accompagnè ne deux femmes, & tout auſsi toſt vn homme habillè en preſtre. Le bouc s'eſtant enquis de l'Italien qui eſtoit ceſte fille, & luy ayant reſpondu qu'il l'auoit amenee pour eſtre des ſiennes, il luy fit faire le ſigne de la croix, de la main gauche, puis commanda à tous de le venir ſaluer. Ce qu'ils firent luy baiſant le derrier,

C

Ce bouc auoit entres les deux cornes vne chandelle noire allumee, à laquelle les autres alloyent allumer les leurs. Et lors qu'ils l'adoroyent on iettoit dans vn baſsin de l'argent. Ceſte femme s'eſtant depuis retrouuee au meſme lieu, le bouc luy demanda vn bouquet de ſes cheueux, leſquels l'Italien coupa, & les luy bailla. Le bouc l'ayant retiree part, la coucha dans le bois, & la cogneut charnellement, à quoy elle prenoit vn extreme deplaiſir, ſouffroit beaucoup de douleurs, ſentant la ſemence auſsi froide que glace.

D

Tous les mercredis & vendredis, *de chaſque mois, le chapitre general ſe tenoit au Puy de Dome, ou elle s'eſtoit trouuee vne infinitè de fois, auec plus de ſoixante autres perſonnes, tous leſquels portoyent vne* chandelle noir, *qu'ils allumoyent à celle que le bouc auoit entre ſes cornes, à laquelle il auoit donnè le feu, le tirant au deſſoubs de ſa queue. Apres cela tous ſe mettoyent en dance en rond, le dos tornè l'vn à l'autre. En ceſte aſſemblee on diſait la meſſe à leur mode, tournant le dos à l'autel. Celuy qui faiſoit l'office: (qu'elle nomma) eſtoit reueſtu d'vne chappe noire ſans croix, eſleuant vne tranche ou rond de raue tainte en noir, au lieu de l'hoſtie, criant tout lors de l'eleuation,* Maiſtre ayde nous. *On mettoit de l'eau dans le calice au lieu de vin, & pour faire, l'eau benitte: le bouc piſſoit dans vn trou à terre, & celuy faiſoit l'office en arrouſoit les aſsiſtans auec vn aſperges noir.*

E

En ceſte aſſemblee on diſtribuoit les meſtiers de ſorcellerie, & chacun rendoit compte de ce qu'il auoit faict, les vns eſtoyent pour empoiſonner, enſorceler, lier, guerir maladies auec charmes, faire per-

dre

dreles fruicts de la terre, & telles autres meschancetez, ceste miserable confessa tout cela auec vne merueilluse franchise & naifueté: car poue vne femme rustique elle auoit bon esprit, persistant touiours mesmes dans le feu, auquel par arrest elle fust condemnee. Beza, n'estoit pas bien informe, lors qu'en sa chaire il taxa nagueres nostre Parlement d'Incredulite, & de peu de foy, par ce, disoit-il (& cecy tienie d'vn Gentilhomme d'honneur, qui l'ouyt) que nous n'osions, condamner les sorcieres à la mort, nos Regiſtres tesmoignent le contraire.

Aliud ex lib. 2. Hiſtoriarum de Enguerran. de monſtrelet.

EN ceste annee (1459. en la Ville d'Arras, en Pais d'Artois, aduint vn terrible cas & pitoyable, que l'onommoit Vaudioſie ne ſcay pourquoy: mais lon diſoit que ce eſtoyent aucunes gens hommes & femmes, qui de nuict ſe tranſportoyent par vertu du diable des places, ou ils eſtoyent, & ſoudainement ſe trouuoyent en aucuns lieux arriere des gens, & bois, ou es deſers, la ou ils ſe trouuoyent en treſgrand nombre hommes & femmes: & trouuoyent illec vn diable en forme d'homme, duquel ils ne veoyent iamais le viſage, & ce diable leur liſoit, ou diſoit ſes commandemens, & ordonnances, & comment & par quelle maniere ils le deuoyent adorer, & ſeruir, puis faiſoit per chacun deux baiſer ſon derriere, & puis il baillot à chacun vn peu d'argent, & finablement leur adminiſtroit vins & viandes en grand largeſſe, dont ils repaiſoyent: & puis tout à coup chacun prenoit ſa chacune: & en ce point s'eſtandroit la lumiere & cognoiſſoyent l'vn l'vn l'autre charnellement: & ce fait, tout ſoudainement ſe retrouuoit chacun en ſa place, dont ils eſtoyent partu premierement.

A Pour ceſte folie furent prins & empriſonnez pluſieurs notables gens de ladite Ville d'Arras, & autres moindres gens, femmes folieuſes & autres: & furent tellement gehinez & ſi terriblement tormentez, que les vns confeſſerens le cas leur eſtre tout ainſi aduenu, commedit eſt, & outre plus confeſſerent auoir veu & cogneu en leur aſſomblee pluſieurs gens notables, Prelats, Seigneurs, & autres Gouuerneurs de Bailliages, & de villes: voire tels ſelon commune renommee, que les examinateurs B & les Iuges leur nommoyent, & mettoyent en bouche, ſi que par force de peines, & de tormens ils les accuſoyent, & diſoyent que voirement illes y auoyent veuz. Et les aucuns ainſi nommez, eſtoyent tantoſt apres prins, & empriſonnez & mis à torture, tant & ſi tres longuement, & par tant de fois que confeſſer le leur conuenoit, & furent ceux-cy qui eſtoyent des moindres gens executez, & brulez in humainement; C aucuns autres plus riches & plus puiſſans, ſe rachepterent par force d'argent, pour euiter les peines, & les hontes que l'on leur faiſoit. Et de tels y euſt des plus grans, qui furent preſchez & ſeduits par les Examinateurs, qui leur donnoyent à entendre & leur promettoyent s'ils confeſſoyent le cas, qu'ils ne perderoyent ne corps ne D biens. Tels y euſt qui ſouffrirent en merueilleuſe patience, & conſtance les peines & les tormens, mais ne voluerent rien confeſſer à leur preiudice, trop bien donnerent argent largement aux Iuges, & à ceux: qui les pouuoyent releuer de leur peines, autres y euſt qui ſe abſenterent & vuyderent du Pais: & prouuerent leur E innocence, ſi qu'ils demeurerent paiſibles. Et ne faict icy à taire ce que pluſieurs gens de bien cogneurent aſſez, que ceſte maniere de accuſation fut vne choſe controuue par aucunes mauuaiſes perſonnes, pour grieuer & deſtruire, ou des honorer par ardeur de conuoitiſe aucunnes nota-

bles

bles personnes, que ceux hayoyent de vieille haine: & que malicieusement ils firent prendre meschantes gens tout premierement, ausquels ils faysoyent par force de peine de tourmens, nommer aucunes notables gens, tels que l'on leur mettoit à bouche: lesquels ainsi accusez estoyent prins & tormentez, comme dit est, qui fust polir voir au iugemet de toutes gens de bien vne chose moult peruerse & inhumaine au grand des honeur de ceux qui en furent notez, & au tresgrand peril des ames de ceux, qui par telz moyens vouloient des honnorer gens de bien: & à tant sin de ceste matiere.

Ad hanc narrationem Monstreleti respexit Franc. Balduinus Atrebas. *Comment. in tit. 18. lib. 4. institut. Iustiniani, fol. 774.* his verbis: *sed quo grauius & ab hominis ingenio magis alienum est hoc malum, eo maior adhibenda est cautio, ne quis eius prætextu ab aduersarijs temere obruatur. Facile enim hic quiduis confingere potest ingeniosa simultas, vt & multitudinem credulam statim commoueat, & attonitos iudices irritet aduersus eum, quem cum dæmonibus rem habere mentietur.*

Ante annos sexaginta sensit infelix nostra patria, magno suo malo huiusce generis calumnias Magna erat Valdensium mentio, quos aduersarij iactabant nescio quid commercij habere cum immundis spiritibus. Huius criminis prætextu optimi quique statim opprimebantur. Sed tandem Parisiensis Senatus causa cognita, vidit meras esse sycophantias, infelices reos liberauit, improbos sycophantas cum iniquis iudicibus damnauit. Exstatque adhuc eius hac de re memorabile arrestum editum vicesimo die mensis Maij. anno 1491. Ita Franc. Balduinus & fieri potest, vt in Atrebatensium iudicum processu iudiciario odij, calumniæ, crudelitatis, aut præci-

A pitationis indicia nonnulla repererint: propter quæ male iudicatum, rite vero prouocatum, sententiam emendantes, Patres Parisienses pronunciarint. Et ideo non tam declararint Arresto suo, hæc quæ magis attribuuntur, & propria confessione illorum confirmantur, etiam cessante omni Quæstionum timore, inania delusarum mentiũ esse (quæ declaratio temeritatis plenissima foret) quam iudices illos, à quibus

B appellatum, improbe & vi innocentiam oppressisse. De VValdensium quidem secta (quorum Albigenses ex stirpe fruticarunt) graues scriptores testãtur, non immunem à fascinariorum hæresi & crimine pessimo illam fuisse, & nomen Gallicum fascinarijs commune confirmat. Sed Balduinus ex Meiero sumpserat, qui ex Monstreleto ferme verbotenus in hunc modum: *Anno 1454. Atrebati horrendum quid con-*

C *tigisse legimus. Complures fuisse inhumaniter igne crematos, qui de nocte occultas coitiones habuere cum diabolo: vnde magnam accepere pecuniam. Viri primarij mulieresque complures indiciis crematorum deprehensi: pars capti & sæuissimis tormentis admoti, alij vi pecuniæ redempti. nonnulli solum verterunt, quidam vero adeo in pœnis constantes fuerunt, vt nihil confiterentur. Fu-*

D *isse referuntur quidam ex iudicibus adeo detestabiles, vt quosdam sibi inimicos indicari curauerint, tanquam conscios, reis in tormentis ad hoc coactis. Addunt in nocturnis illis conuentibus, ex omni ordine statuq; mortalium viros mulieresque interfuisse, eosque ibi diabolum in * humanam effigiem transformatum adorasse: cuius tamen nunquam videbant faciem. In illius verba man-*

E *dataq; iurasse. Conuiuio ab illo parato largiter epulatos; inde exstincto omni lumine quemque cum sibi proxime oblata promiscue concubuisse, sine ope diabolica in sua, vnde exierant, loca restitutos.*] Hæc ille

* non sent per ergo in hircina

arbi-

arbitror in verbis vltimis negatiuam deesse, *non sine ope diaboli*. Sane ex Meiero patet non opinionem conuelli de maleficiorum solitis scelerib. sed iudicum istorum crudelitatem & iniustitiam auaritiamque damnari: atq; hoc arresti Parisiensis esse fundamentum. Quæso nonne Parisiense Parlamentum iniuste iudicasset, nisi talium Iudicum vel Tyrannorum potius decreta rescidisset? Nam de quæstione nostra, possint ne perfici à Lamijs opera dæmonum ea, quæ solitæ sunt fateri? id nõ à Iurisconsultis, sed à Theologis: non à sæcularib. subsellijs, sed ab Ecclesiasticis Tribunalib. fuit decidendũ. Habetis ea de re apud Ioan. Gersonem Paris. Cancellariũ, almæ Theologicæ Parisiorum facultatis articulos, eruditione & veritate plenos: nobis fauentes. Accipite & aliud grauissimum Curiæ Spiritualis Treuirorum iudicium.

Denique quia mentio à me facta sup. sect. 4. indicio 2. Losei Gallidi, qui librũ in Lamiarũ Patrocinium conscriptũ, mille machinis conatus fuit in publicũ protrudere: & metuunt nonnulli, ne tandem cacodęmõ aliquis id perficiat: duxi pro antidoto Palinodiam eius adscribendam, cuius authenticum & originale (vt vocant) exemplum est penes pium & honestissimum virũ, I. V. Licent. Ioannem Baxium (cuius studiũ atq; zelus contra nefariam hanc hæresim Deum aliquando remuneratorem experietur) ab eo acceptum transumptũ fidi Notarij manu est huiusmodi.

Ego *Cornelius Losius Gallidius* Goudæ oppido Hollandię natus, nũc ob tractatus aliquot, *de vera & falsa Magia*, sine scitu & permissione superiorum huius loci, temere & præsumptuose scriptos, à me cõmunicatos, deinde ad imprimẽdum Coloniã missos: in *Imperiali Monasterio S. Maximini prope Treuiros*, ex mãdato Reu. ac Illustriss. Domini nuncij Apostolici, Domini *Octauij Tricaricensis Episcopi*, arrestatus, atque detentus: cum certo sim informatus in supradictis libris, necnon in Epistolis quibusdam meis, eadem de re ad clerum & Senatũ Treuirensem, aliosque clam missis (ad impediendum executionem Iustitiæ, contra magos & veneficas) contineri multos articulos, qui non solum erronei sunt & scandalosi, sed etiam suspecti de hæresi, crimenque læsæ Maiestatis sapiant: vtpote seditiosi & temerarij, contra cõmunem Doctorũ Theologorum sententiam, decisiones ac bullas summorũ Pontificum, contra praxim & statuta, legesq; magistratuum ac iudiciorum, tum huius Archidiocesis Treuirensis, tũ aliarum Prouinciarum & Principatuum: idcirco eosdem articulos, prout ordine hic subnectuntur, reuoco, damno, reijcio, & pro non dictis atque assertis à me haberi volo.

1. In primis reuoco, damno, reijcio ac improbo (quod sępe scriptis verbisque pertinaciter apud multos asserui, quodque tanquam huius disputationis meæ caput ac palmarium esse volui) nimirum phantasticam esse, & tamquam superstitionem vanam pro figmentis habendam, quæ de corporali magorum & sagarum euectione, siue translatione scribuntur: tum quod hæreticam prauitatem prorsus suboleat; tũ quod seditionibus hæc opinio admixta, proindeque læsæ Maiestatis crimen sapiat.

2. Nam (quod secundo loco reuoco) missis ad diuersos clam litteris, contra magistratum pertinaciter absque solidis rationibus diuulgaui, cursum magicum falsum esse & imaginarium; asserendo insuper torturæ acerbitate miseras cogi ea fateri, quæ nunquam fecerunt, dura laniena sanguinem innoxiũ

fundi,

fundi, noua alchia ex humano sanguine aurum & argentum elici.

3. Ex quibus & id genus aliis, partim in vulgus per priuata colloquia, partim diuertis ad vtrumque magistratum datis epistolis, superiores ac iudices apud subditos Tyrannidis notaui.

4. Et consequenter cum Reuerendissimus & Illustrissimus Archiepiscopus & Princeps Elector Treuir. non solum magos & sagas in sua diœcesi supplicijs dignis affici sinat: sed etiam leges de ordine sumptibusq; iudiciarijs maleficarum ediderit; inconsulta temeritate præfatum Electorem Treuirensem Tyrannidis tacite insimulaui.

5. Reuoco præterea ac damno conclusiones hasce meas; non esse maleficos, qui Deo abrenuncient, dæmoni cultum exhibeant, tempestates inducant, opera diaboli, & similia opera perpetrant, sed omnia esse somnia.

6. Adhæc magiam non dici maleficium, nec magos maleficos, & locum *Exod. XXII.* (Maleficos non Patieris Viuere) intelligi de ijs, qui veneno naturali naturaliter applicato occidant.

7. Pactum nullum esse, nec existere posse inter dæmonem & hominem.

8. Dæmones non assumere corpora.

9. Vitam *Hilarion.* à D. *Hier.* scriptam non esse authenticam.

10. Nullum concubitum dæmonis cum homine.

11. Nec dæmones nec magos posse tempestates, pluuias, grandinem, &c. ciere, & mera esse somnia, quæ de his dicuntur.

12. Spiritus ad formam à materia separatam posse videri ab homine.

13. Temerarium esse adfirmare, quod quidquid dæmones possunt etiam magi possint eorum opera.

14. Sententiam illam, quod dæmon superior inferiorem possit expellere, esse erroneam, & inferre iniuriam Christo. Luc. XI.

15. Pontifices in suis bullis non dicere, quod Magi & Malefici talia opera (vt supradictum est) perpetrent.

16. Pontifices Romanos dedisse facultatem inquirendi in maleficos, ne si contra fecissent, ficte magiæ insimularentur, quemadmodum antecessores eorum aliquot vere magiæ fuerunt insimulati.

Has omnes & singulas assertiones cum plurimis calumnijs, mendacijs & sycophantijs, in magistratus tam sæculares quam Ecclesiasticos, petulanter & inuerecũde, falsoq; profusis: quibus scripta mea de magicis scatent: expresse, scienterque condemno, reuoco, atque reijcio: veniã de commissis à Deo & superioribus obnixe petens, & sancte promittens, quod in posterũ nihil horum docebo, promulgabo, defendam, vel asseram, nec verbo, nec scriptis, per me vel alios, quocumque locorum me venire contigerit. Si contra fecero, subijcio me, exinde prout ex nunc omnibus pœnis iuris contra relapsos hæreticos, refractarios, seditiosos, reos læsæ Maiestatis: iniuriosos sycophantas publice conuictos, necnon & in periuros statutas. Submitto me quoque correctioni arbitrariæ, tam Archiepiscopi Treuirensis, quam aliorum quorumcunque magistratuum, sub quibus me degere contigerit, quique de meo relapsu & violata fide certiores facti fuerint, vt me pro meritis puniãt in honore ac fama, bonis ac corpore.

In quorum omnium fidem hanc meam præfatorum articulorum reuocationem propria manu subscripsi, in præsentia Notarij & testium.

Sic subscriptum.

Cornelius

Cornelius Looseus Callidius.

Et denuo subscriptum.

Acta sunt hæc *in Imperiali Monasterij S. Maximini* extra prope Treuirim *in Stuba Abbatiali*, ibidē corā Reuerendiss. Reuerendis, Venerabilibus & eximijs Domino *Petro Binsfeldio* Episcopo Azotensi, Reuerendissimi Archiepiscopi Treuir. Domini nostri clementiss. in spiritualibus Vicario generali & *Reinero* dicti Monasterij Abbate, *Bartholomæo Bodegemio* Delpho I V.L. Curiæ Ecclesiasticæ Treuir. Officiali, *Georgio Helffensterio* SS. Theologiæ Doct. Ecclesiæ Collegiatæ S. Simeonis, in ciuitate Treuir. Decano, & *Ioanne Golmanno* I.V. Doctore, dictæ Ecclesiæ Canonico, & curiæ Treuir. sigillifero &c. *sub anno Domin. 1592. more Treuir. die Lunæ 15. mensis Martij* in præsentia mei Notarij infrascripti, & honestorum *Nicolai Dolert*, & *Danielis Maier* Reuerendi Domini Abbatis respectiue secretarij & scribæ, testium ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum.

Subscriptum

Adamus Hæc Tectonius, Notarius.

Et inferius,

Collatum cum suo originali repertum concordari per me infra scriptum Secretarium oppidi Antuerpiensis.

G. KIEFFEL.

Habetis integram Palinodiam: postea tamen iterum Bruxellæ vice pastorem agens in Ecclesia S. Mariæ de Capella, accusatus fuit de relapsu & post diuturnum carcerem dimissus, & (vt pertinacem dementiam intelligas) tertiam accusationem, denuo suspectus, morte peremptus, euasit, sed (quod dolendum) non paucos, homines tamen Physiologiæ & Theologiæ solidæ, non satis gnaros soliditatis huius reliquit sectatores. Qui vtinam saperent, & quam temerarium atq ne noxium sit, Ecclesiæ iudicio, vnius VVieri hæretici deliria præferre, tandē serio intelligerent.

SVMMARIA QVAESTIONVM.

Quæst. 1

AN denunciatio plurium per se sit indicium sufficiens ad torturam, absque alijs iudicijs aut adminiculis? q. procedit de denunciatione complicum explicatur sententia authoris obscurius posita lib. 5. disquisitionum *a*.

De vnius complicis denunciatum quando sufficiat *b. o.*

Sola non sufficit ad torturam *c*, & *e*. licet bene ad inquisitionem, citationē & capturam *d*.

A tortura non inchoandum *e* confessus de se non sufficit vt torqueatur socius quem denunciat *e*.

Si iudex ad vnius complicis rite interrogati, denunciatum torsisset non subiacet syndicatui *e*.

Respondetur quæstioni principali affirmatiue *f* & *o*.

An plures testes inhabiles valeant in vllis criminibus *f* & *o*.

Mitior aut fauorabilior sententia quando sequenda iudici *g*.

De apparente & vera crudelitate seu clementia *h*.

An Carolina constitutiotollat iudicium ex denunciatione plurium complicum *i*.

Iudicibus sequendæ decisiones curiarum in similibus *i*.

Probationes quam claræ ad torturā requirantur *k*.

In exceptis criminibus an sit sufficiens nominatio socij ad torturam l.

potestate seu arbitrio iudicis quo vsque se extendat in criminibus exceptis *l*.

Quando vnum inhabile posit habilitari ab alio inhabili *m*.

Cur posit quoad torturam, & non quo ad condemnationem *n*.

Socij secundi inculpatio est pro nouo indicio *p*.

Numeri vis magna in testimonijs q. experientia docet plurium complicum nominationes veras esse *q*.

Sortilegij crimen æquatum in more procedendi hæresi *r*.

Limitationes quædam in quibus non sufficit denunciatio plurium complicum *s*.

Q. II. *An inimicitiæ denunciantium contra denunciatos, debeant plene probari per duos testes: vel an sufficiat semiplena probatio per vnum testem, aut etiam præsumptio ad elidendum iudicium probationu?*

Inimicitia valet ad elidendum denunciationem *a*.

Exceptio debet à reo plene probari *b*.

Probationum vt non vna species, sic nec eadem vis est *c*. nec omnia omnibus causis conueniunt *d*.

Inimicitia & odium quomodo debeant probari *e*.

Arbitrio iudicis permittitur vtrum inimicitia sit sufficienter probata *f*.

Capitalis quando probanda *g*.

Decisio quæstionis *h*. de vno teste *h*. de præsumptionum vi & differentia *i*,

Q. III. *An denunciantes debeant esse contriti, sicut quidam volunt, cum id iure non sit expressum, & sagacissime pœniteant.* Respondetur negatiue &c. ante sententiam *a*.

Post sententiam *b*. de varia acceptione contritionis *b*.

Explic. *c*. accusatus §. licet de hæret. in 6. *c*.

Personæ integritas qualis in teste requiratur *c*.

Quid operetur contritio, & quo sensu requiratur *d*.

An ea quæ de iure ex Constitutione Carolina requiruntur Art. 31. *in denunciatione vnius, requirantur etiam in denunciatione plurium* 1. *Ponuntur verba Carolinæ, & respondetur negatiue.* Q. IV.

An denunciationibus infamium sit credendum in criminibus exceptis contra personas bonæ famæ? Q. V.

Non credendum pluribus denunciantibus quorundam sententia *a*.

Aliquando credendum aliorum verior *b*.

Pendet à iudicis arbitrio sententia auctoris *c*.

An saltem ad hoc duorum vel plurium infamium denunciationes necessariæ? pendet à circumstantijs personarum. Q. VI.

An vltra denunciationem plurium denunciati diffamatio requiratur in criminibus exceptis, vt posit procedi ad inquisitionem specialem & ad torturam? Q. VII.

An ad inquirendum, aut torquendum sufficiat sola fama *a*.

An ad inquirendum necessario debeat præcedere diffamatio *b*. quod non. Quod nec ad torturam in criminibus exceptis *c*.

Ratio vel restrictio quæ varijs subiungitur, quando pertineat ad omnia, sed ad proxime præcedens tantum *d*.

Explic. *c*. inquisitioni, de accusat. & inquis. *e*.

An satis denunciari aliquem aut aliquã à pluribus quod illam viderint in conuentu & congregatione sagarum in ordine ad torturã absque eo quod damna fecerit? Q. VIII.

Quæ in conuentibus fieri, & de strigiportio dicuntur non esse illusoria *a*.

In raptu striges quorum sensuum

compo-

compotes, & de quibus apte deponant *b*.

Non fieri insensibiles, nec obstupescunt vnguento prorsus, explicat dictũ suum, *b*. Quo sensu scriptores quidam striges vocent ebrias & furiosas *c*. Striges non assumunt naturam dæmonum *d*. multa striges ipsæ faciũt *d*. Striges quæ faciunt, ipsis tribuenda. nam etsi instigante dæmone, voluntarie tamen faciunt: & contrarium dicere fidei repugnat *e*. quid Lamiæ, an soli dæmones *f*.

Striges vnde dictæ *f*. credere strigib. non est credere dæmoni *g*.

Strigum denunciationes non sunt plane dubiæ *b*. quanta fides huiusmodi denunciationibus de conuentibus haberi soleat & debeat. l. Simancas, Prieras, & Comensis explicati *i*.

Respondetur quæstioni affirmatiue *k*. Iudex sæcularis non minus sollicitus esse debet de strigum conuentibus, quã de damnis datis *l*.

Dei iniuria iudicibus maximi faciẽda l. locus 2. paralip. 19. 6. & Ex. 22. 18. explicantur l. Item Deuter. 13. 8. & 1. Reg. 2. 30. l. Carolina constit. art. 109. explicata *m*.

Q. IX. *Quando sit talis denunciatio quod hæc vel illa persona interfuerit conuentibus sagarum, an requiratur specificatio temporis & loci: vel vtrum sufficiat generalis denunciatio plurium, aliosq; huiusmodi circumstantijs, ad inquisitionem & torturam?*

Ordinarie necessarium est exprimere locum & tempus *a*.

Fallit in exceptis criminibus *b*. maxime in denunciatione de conuentu lamiarum *c*. & cæteris criminibus successiuis *d*.

Intell. lib. 3. de accusat & l. in causis. C. eo. d.

Explicat. constitut. Carolina. artic. 31. d.

A

An reis possit tolli defensio, maxime quam vocant de alibi, & an propter omissionem loci & temporis censenda hæc tolli *e*.

Q. X. *An in hoc crimine vel alijs exceptis, testes qui sunt singulares in circumstantijs, dummodo concordent in effectu, substantia & fine admittanturi, & an huiusmodi testes singulares, quando plures, sunt faciant indicium ad torturam?*

B

Examinatur quotuplex sit distinctio singularitatis, & quomodo considerandа *a*.

Respondetur toti quæstioni *b*.

Q. XI. *An in denunciatione plurium requiratur, quod quilibet fecerit confessionem in tortura, vel vtrum id tantum requiratur in denunciatione vnius?*

Defenditur communis opinio, & retractat author ex parte modum loquendi quo fuerat vsus à Respondetur quæstioni sub distinctione *b*.

C

Q. XII. *An mulier possit esse testis in causis criminalibus?*

Discutitur materia, & res. affirmatiue.

Q. XIII. *An ad confessionem duarum mulierum procedi possit, siue ad torturam, siue ad condemnationem.*

Ad torturam sufficere *a*. sed raro.

D

Ad condemnationem nunquam *b*.

Q. XIV. *An denunciationes feminarum tum magis fidem faciant quando non adsunt testimonia virorum in contrarium?*

Sub distinctione responsum.

Q. XV. *An plurium minorennium denunciatio sit indicium sufficiens ad torturam?*

E

De eo qui est viginti annorum *a*.

De minore viginti annis, sed pubere *b*.

De pubertate proximo *c*.

De non proximo, sed tamen maiore nouem annis *d*.

De nouenni minori *e*.

Non sufficit vnus impubes, ad torturam *f*.

An ad condemnationem g. Concilientur sententiæ. ibid.

Q. XVI. *An verisimilitudo denunciationis ab vno tantum facta, sit sufficiens adminiculum procedendi ad torturam?*

Quanta vis in verisimilitudinis aut verisimilitudinis in testimonijs *a*.

Respondetur affirmatiue de criminibus exceptis *b*. de indicijs remotis & propinquis *c*.

Q. XVII. *An malefici denunciantes impliciti etiam alijs criminibus faciant indicium ad torturam, maxime quando sunt plures.*

Negatiua sententia probabilis, quia communior *a*.

Teneo tamen affirmatiuam cum praxi *b*.

Respondetur argumentis contrarijs *c*.

Q. XVIII. *An extraiudicialis reuocatio infirmet iudicialem nominationem, adeo vt non faciat amplius indicium idoneum ad torturam?*

De facta reuocatione extraiudiciali ante sententiam condemnatoriam, certa est negatiua *a*.

De facta post sententiam dubium procedit *b*.

De facta tempore confessionis vel eucharistiæ *b*.

De facta in via vel in supplicio *b*.

Respondetur quæstioni absolute negando *c*.

Q. XIX. *Quando nihil inuenitur de instrumentis maleficij: an denunciatio plurium per hoc eliduatur, ita vt non amplius præbeat indicium ad torturam?*

Resp. negatiua.

Q. XX. *An leuiora indicia sufficiant ad torturam in criminibus exceptis, quam in alijs?*

Resp. affirmatiua *a*.

Non debere æquam sollicitudinem & indagationem adhiberi in exceptis & non exceptis criminibus *b*.

Explic. accusatus §. licet &c. in fauorem fidei. de hæret. in 6. *b*

l. absentem D. de pœnis *c*.

l. respiciendum D. eodem tit. *c*

Q. XXI. *Quæ leuiora indicia in exceptis ad torturam sufficiant?*

Quomodo intelligendum dictum cõmune licere iudici in atrocioribus, iura transgredi, & in his ordinem iuris esse nullum ordinem tenere *a*.

Indicia debere esse sufficiẽtia in suo genere, & quæ talia? *b*

Quid si desint idonea indicia, sed iudex causam habeat suspicandi quid faciet? *c*

Q. XXII. *An iudex promptior, & facilior debeat esse ad torturam, in atrocioribus & occultis?*

Resp. affirmatiua.

Q. XXIII. *An in hoc crimine dignitas à tormentis excuset?*

Resp. negatiua.

Q. XXIV. *An in atrocioribus grauior adhibenda tortura, quam cæteris?*

Pendet ab arbitrio iudicis.

Q. XXV. *Quum sagæ plerumque sint indurata, & maleficio taciturnitatis munita, qualis tortura in hoc crimine sit efficacior.*

Pendet ab experientia vtile sacra aliqua remedia miscere.

Q. XXVI. *Quoties possit eleuari reus, & quot possint dari ictus, pro quolibet indicio.*

Pendet ab arbitrio. De trib. ictibus,

Quæst. XXVII. *Quamdiu possit reus ordinarie in chorda eleuatus teneri?*

Intell. bullæ Pauli tertij.

Quæst. XXVIII. *Quid in vtroque (numero, & tempore) ad summum fieri possit?*

Pendet ab arbitrio, & circumstantijs.

Q. XXIX. *An non possit iudex, cum vidit reum esse induratum, aut ex alijs iustis causis,*

desistere ab examine & tortura. & post aliquot dies eam repetere?

Responsio est affirmatiua. addita cautela quadam.

Q. XXX. *Quid sentiendum de infusione aquæ frigidæ intergum rei appensi?*

Respondetur affirmatiuè *a. c.*

Quando liceat nouis vti tormentis, & solitum modum excedere *b.*

Ratio Philosophica huius tormenti *c.*

Q. XXXI *An & quando tortura ex primis indicijs repeti possit maximè in hoc crimine, cum sagæ plerumq; sint obstinatæ & indurata?*

Aliquando posse, & varia monita vtilia.

Quæst. XXXII *An iure & legibus fundamentum habeat, quod quidam dicunt torturam non debere repeti vltra tertiam vicem.*

Æquitate niti.

Posse tamen iudicem ex causa vltrà repetere.

Quæst. XXXIII. *An illæ tres vices intelligendæ de vno die, aut de tribus interpetatis?*

De planè tribus.

Quæst. XXXIV. *Quid si reus tot delicta commisisset, vt examen vno die peragi non posit?*

Repetendum prorogatione in alios dies.

Quæst. XXXV. *An consuetudines locorum, quo ad modum torturæ simpliciter sequendæ sint, cum magna sit differentia personarum, iudiciorum, crimmum: ita quod non semper vno, & eodem modo posit procedi: & casus, causæ, & generator mentorum, siue lege, siue consuetudine nequeant terminari?*

Ordinariè sequendæ posse tamen interdum eas non sequi supremos iudices: contrariæ sententiæ conciliatæ.

Quæst. XXXVI. *An iudicibus inferioribus à iudice superiore modus Torturæ præscribi possit?*

Ponuntur distinctiones, quibus licet vel non.

A *An sint data copia, & indiciorum, & processus informatiui in criminibus, atrocioribus exceptis, vel an sufficiat indicia reo à iudice proponi, eumque in continenti cum suis defensionibus, audiri, cum isto modo melius veritas haberi possit?* Quæst. XXXVII.

Ordinario iure prius illud necessarium videtur *a.*

Ex consuetudine quorundam locorum posterius licitum *b.*

B *An sint concedendi aduocati in criminibus atrocioribus, cum soleant ex hoc rei magis indurari, & instigari ad negandum?* Quæst. XXXVIII.

Disputatur in vtramque partem, & resoluitur affirmatiuè *a.* Vtiles cautelæ contra aduocatorum tricas & frustrationes *b.* intell. l. per omnes, 6. C. de defensor. ciuit. c. Intell. c. fin. de hære. in 6. l. quisquis. §. denique C. ad leg. Iul. maiest. Jd. l. per omnes.

C *An confrontatio sagarum, quæ vt plurimum pronæ sunt ad reuocandum, concedenda videatur?* Quæst. XXXIX.

Varij modi hac in re *a.*

Respondetur quæstioni, de cõfrontatione violenta *b.*

De confrontatione ad cõtrariam *b.*

De confrontatione spontanea *b.*

D *An dictum Binsfeldij trium vel quatuor fœminarum denunciationes pro vnius viri denuntiatione exigi, debeat seruari in terris imperij?* Quæst. XXXX.

Respondetur negatiuè.

E *Quid sentiendum de praxi Germaniæ, quæ denunciationes de choreis & sagarum conuentibus, hactenus pro veris, & sufficientibus, & non illusorijs accepit?* Quæst. XXXXI.

Respondetur, optimam & fundatissimam esse.

In fine subiunguntur quædam, quæ foret æquum & vtile, lege sanciri.

MARTINI DELRIO SOCIETATIS IESV, &c.

APPENDIX II.

Seu Responsio ad Quæsita cuiusdam Serenissimi Principis.

DE MODO PROCEDENDI CONTRA STRIGES SEV VENEFICOS.

LECTORI S.

CVM anno 1602. casu occurrente, variæ in Principis Serenissimi supremo cõsilio quæstiones emersissent circa Veneficij probationem & quæstiones: petita fuere variarum Academiarum Consilia, ad me quoque scriptum eadem de re. postquam responderam, missa mihi apographa eorum, quæ ab alijs rescripta fuerant. Quibus lectis censui paulò fusius rem totam, quæ Disquisitionum Magicarum mearum libro 5. multum lucis adlatura, de nouo examinandam & accuratius sententiam meam, qua explicandam, qua confirmandam. Fruere, Lector, & Vale.

QVÆSTIO I.

An denunciatio plurium per se sit iudicium sufficiens ad torturam, absq; alijs indicijs aut adminiculis.

AFfirmatiuam tenui de complicum denuntiatione (nam quoad denuntiationes virorum aliàs proborum, qui participes criminis non sunt dubitari nec solet, nec debet.) de plurium inquam denunciatione complicum idem tenui *libr. 5. Disquisit. Magicar. sect. 3. §. ad torturam.* Sed quia nonnulli non recte mentem meam assecuti fuerint operæpretiũ fuerit eam hoc loco paulò accuratius explicare, ne quis fallatur eorum, quibus tanti mea, vt legere non dedignantur. Hac de re, quæ discutitur, scripseram olim *d. sect. 3. à vers. Secundum iudicium est* Nominatio Socij, *paulò vlterius vsq; ad vers. Quartum iudicium est*, pro instituta breuitate satis multa; pro desiderio & capacitate lectorum, non satis forte dilucide quædam.

Explicatio sententiæ meæ, & locus Disq. Magic.

Non volui *d. vers. ad torturam*, differere de plurium complicum denunciationibus socios criminis non minantium, (quia de efficacia nominationis plurium censebam meritò dubitari nõ debere) sed duntaxat, volui decidere quæstionem de vnius complicis nomi-

natione (de qua maior difficultas occurrit) & quoniam videbam extrema hic periculosa: nam hinc quidam immane multum illi tribuunt, quorum idcirco sententiam refutaui, *versic. Putant quidem DD.* Inde vero alij nimis multum detrahunt vnius complicis nominantis testimonio: cum tamen fieri queat & soleat, vt vnius nominantis denunciatio in nostro crimine talis sit, vt Iudex aliquibus concurrentibus circumstantijs, meritò sibi persuadeat reum vehementer vrgeri, & propter summam dicti verisimilitudinem, eum verè inculpari: idcireo media tutiore incessi via, & Clarum, Farinac. Binsfeld. & alias secutus quædam collegi indicia, quibus concurrentibus, ex vnius complicis alios nominantis denunciatione Iudex tuta conscientia (qui scopus est libri illius quinti) possit nominatum quæstioni admouere. Hac autem in re hoc ordine sum progressus. Primò contra Simancæ sententiam ostendi debere hanc denunciationem esse factam in torturâ. *versic. Debet tamen iuxta nonnullos litt. I.* remoui etiam quædam alia impedientia, ex parte nominantis, nominati, & iudicis. Postea *à d. versic. ad torturam*, posui conditiones adminiculantes, quarum si aliquæ, vel omnes accederent, & priorum requisitorum nihil deesit: hoc est, absint impedientia illa, quæ dixi omnia: crediderim omnino securam reddi torturam eius, qui ab vno solo complice fuit tali modo nominatus. Harum tamen conditionum adminiculantium *d. versic. ad torturam* nullam exigere volui, quando plures complices nominarunt eundem. Semper ex professo egi de vno complice Nominante, quare quod in d. versic. fine posui in plurali *à complicibus* id tantum posui primo adminiculo vnius complicis, non vt de plurium denunciatione disputarem. Et semper aliàs vtor expressè singulari numero, præterquam *versic. sed quædam circa hanc rem*, vbi scripsi *admittantur infames*: verum ita loquor non collectiuè de pluribus simul, sed de singulis diuisiue: nempe quod nullus sit adeo infamis, vtà denunciãdo in hoc crimine arceatur: quæ ratio allata ad probandum complicis denunciationem hic aliquam fidem mereri.

b Ex vnius complicis denunciatione an possit vnquam procedi ad torturam.

Nec decuit huc trahere quod postea *litt. N. versic. conditiones autem in principio* monui, *adminicula debere esse talia, vt iudex vltra illa adminicula, ex ipso quoque testium numero, & qualitate deponentium: &c. credat nominantem non mentiri.* Illic enim vox *nominantem*, & quod præcessit, *cum denunciatione complicis*: satis ostendunt, adhuc manere me in casu vnius complicis: & agere de alijs testibus, si qui sint nominationi ab vno complice factæ adminiculantes. Alia denique requisiui ad condemnationem *sectio. 5. versic. 4. & 5.* plura quam ad torturam *sectio. 3.* ideo non oportet ab vno ad aliud argumentari. Hæc de sententia mea; nunc age probemus illam, de ipsa difficultate definitiue procedendo.

Explicatio sententiæ meæ, & locus Disq. Magicar.

Dico primo non placet, nec satis tuta mihi videtur sententia multorum grauium scriptorum, volentium in crimimbus exceptis (vt vocant) *in quibus reus de se confessus potest de socijs criminis interrogari* (inter quæ sine controuersia numeratur crimen Magiæ text. l. fin. C. de malef. multos citat Farinac. lib. 11. q. 43. nu. 67.) *sufficere ad torturam, si nominatio sit facta ab vno complice, idque ob grauitatem & immanitatem delicti.*

Concl. 1. C Vnius complicis nominatio non sufficit sola ad torturam.

Ista

Ista conclusio est cõtra multos. *Pet. Cyn. Angel. in l. fin Cod. de accusat. Butr. Imol. Abbat. in cap. 1. de confeß. Gandin. in tit. de quæst. & tortur. num. 18. Bonifac. Vitalin. in Rubric. quæ indicia præcedere debeant sub numer. 9. Guidon. de Susaria tractat. de indic. sub numer. 42. Ambr. de Bononia tractat. de quæstion. numer. 9. vbi affirmat sic se vidisse practicari. Anton. Gomes. Hispan. tom. 3. de delictu. titulo de probat. num. 18. Blanc. tractat. de indic. numer. 378. Placam de delict. cap. 13. numer. 28. & federic. Scotum consil. 10. num. 28. & 31. libr. 2. vbi in occultis.* Quorum rationes non valde vrgent. Nam licet hoc crimen sit exceptum, & in multis Regulæ iuris in eo locum non habeant, veluti quod infames admittantur aduersus huius criminis reos, *l. famosi, D. ad leg. Iul. Maiestat. cap. infidei. de hæreditat. in 6. cum sim.* & quod Reus de se confessus potest de socijs interrogari. *l. fin. C. de malef. cap. litteras de Præsumpt. cap. 1. de confeß. cap. nemini, 15. quæst. 3. contra regulam in l. repeti D. de quæstion. & l. fin. C. de accusat.* & quod crimen sit atrocissimum: licet hæc vera sint, non tamen inde sequitur, in hoc crimine quoad omnia à iure communi recedendum: vel eo vsque & quantum vnusquisque volet rigorem contra hos criminosos intendendum: vel inutilem fore de consortio sociorum interrogationem, licet ex vnius nominatione ad torturam iudex non profiliat: prodesset enim ad inquisitionem formandam cõtra nominatum, & vt inquisitio nominato transmittatur, vt personaliter compareat, quæ communis est sententia *Bald. in l. seruorum. C. de testib. & in l. 1. C. de summ. Trin. num. 5. Boßius tit. inquisit. num. 4. & 61, Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 21. numer. 2. Menoch. libr. 1. de præsumpt. q. 88. num. 12. & 13.* & præterea vt capi quoque reus possit. *Salyc. in l. absentem. nu. 9. C. de accusat. Boer. dec. 319. num. 4.*

d Licet sufficiat ad inquisitionem, citationem, & captura.

Probatur verò cõclusio authoritate & ratione, Auctoritate, clarissimarum Academiarum, Bononiensis Patavinæ, Friburgensis, & Ingolstadiensis, quæ hoc anno 1602. interrogatæ id responderunt. Ratione vero quia haud dubiè communius receptum est ab interpretibus: ne in atrocissimis quidem delictis, absque legitimis indicijs iudicia à tortura inchoandum: *& colligitur ex l. 1. in princip. D. de quæstion. & l. milites, C. eod. vnde hoc voluerunt multos adducentes Hippol. de Marsil. in l. 1. colum. 2. & in l. de minore colum. 2. D. de quæstion. idem in Sing. 117. Hieron. Gygas de crim. læs. Maiestat. tit. quomodo & per quos quæst. 26. Clarus d. §. fin. quæst. 64. num. 9. Mascard. conclus. 1391. num. 4. de Probation. idem conclus. 1385. num. 4. & Farinac. libr. 2. quæstio. n. 37. num. 74. & num. 86.*

Legitimum vero indicium non est vnica vnius complicis nominatio, qui est infamis: testis enim infamis alias in re inhabilis censetur ad probandum: & fulciri debet alijs adminiculis, vt indicium faciat etiam in criminibus exceptis, ex textu *in l. sicuti. C. de quæstio. Bartol. in l. 1. § idem Cornelio. D. de quæstion. Bald. consil. 259. libr. 1. & multi adducti à Farinacio dict. quæst. 37. num. 58. & quæst. 36. num. 68. & 70.* Vnde consequitur, à pari ratione reum infamem de seipso confessum, & de alijs interrogatum nõ facere fidem ad effectum torturæ, & ita communiter docẽt plerique. *Gloss. & Salycet. in d. l. fin. C. de accusat. Bart. in l. maritus, D. de q. iuncta l. qui vltim. D. de pœnit. Bald. d. consil. 259. Ang. & Romæ. in l. si certus D.*

ad Syllanian. Alex. conſ. 11. *num.* 5. *libr.* 1. *& conſ.* 89. *numer.* 12. *libr.* 3. *conſ.* 124. *ad fin. lib.* 6. *Corn. conſ.* 95. *in fin. libr.* 1. *Socin. conſ.* 96. *col.* 4. *lib.* 3. *Decius conſ.* 189 *numer.* 10. *verſ. Secundo etiam Marſil. in §. diligenter numer.* 60. *& in libr.* 1. *§. Duus. num.* 5. *De quæſt. & conſ.* 74. *numer.* 8. *&* 12. *conſ.* 109. *numer.* 16. *&* 130. *numer.* 42 *& in ſingul.* 209. *Ruin. conſ.* 146. *col.* 1. *& conſ.* 147. *numer.* 3. *libr.* 5. *Paris. conſ.* 151. *numer.* 9. *libr.* 4. *Boer. deciſ.* 319. *col.* 1. *& numer.* 3. *Grammat. deciſ.* 28. *numer.* 12. *& deciſ.* 34. *numer.* 37. *& bene deciſ.* 56. *numer.* 1. *&* 2. *& conſ.* 21. *numer.* 6. *conſ.* 66. *num* 4. *egregie Crauett. conſ.* 78. *col.* 2. *Rolandus à valle conſ.* 16. *num.* 17. *& conſ.* 73. *numer.* 20. *libr.* 1. *Bertazzal. conſ.* 4. *numer.* 11. *& conſ* 310. *per totum. conſ.* 332. *&* 341. *numer.* 25. *vbi ſecus concludit, quando ad vnius nominationem accedunt alia adminicula. Item Gigas d. tract tit. quomodo & per quos quæſt.* 7. *numer.* 5. *Caretus tit. de hæreſi. numer.* 118. *Boſius de indic. num.* 11. *ver.* 66. *&* 149. *&* 198. *Clarus quæſt* 21. *numer* 9. *Ioannes de Arnono ſoliloquio.* 94. *Menoch. de arbit. iudic. caſu* 474. *numer.* 43. *item Brun. Caſon. & alij. quos congerunt Maſcard. concl.* 1317. *numer.* 52. *& Farinacius quæſt.* 43. *numer.* 145. *&* 155. *& prius numer.* 27. *&* 75. Quæ ſententia communis cum ſit iuri & rationi magis conſentanea, meo iudicio, Iudici ſequenda eſt, in vtroque foro. ſi quis tamen illam contrariam Cyni & aliorum ſecutus eſſet, putarem eum Syndicatui non ſubiacere: facit enim tot Doctorum, quos ſecutus eſt, & citaui ſupra *verſ. iſta concluſio eſt contra*, vt dici nequeat ex capite ſuo vel temere feciſſe aut proceſsiſſe, qui grauium Doctorum, & quorundam Iudicum, praxim doctrinamque amplexus fuit, licet minus probabilem vel tutam.

A Concl. 2. *Sed quando reus, à pluribus complicibus debite interrogatis fuit denunciatus, etiam abſque alijs indicijs vel adminiculis, licet iudici procedere ad torturam in noſtro crimine.* Concluſio hæc magnam difficultatem habet propter aduerſantium multitudinem & argumenta. Nam contra illam terrent magni nominis ſcriptores: non tantum loquentes de criminibus non exceptis, *vt Grammat. conſ.* 21. *poſt numer.* 10 B *Mart. Ant. Natta conſ.* 398. *numer.* 10. *& Maſcard. concl.* 1317. *numer.* 18. *pro quibus facit textus l. fin. C de accuſat.* Verum etiam in exceptis. *vt Marſil. conſ.* 79. *n.* 13. *& conſ.* 109. *numer.* 10. in quibus ſi teſtes ſint omnino inhabiles, numerus non ſupplet fidem, *ſic Petr. Anchar. conſ.* 246. *In cauſa, Alex. in l. ſi quis ex argentarij: §. coeuntur. numer.* 1. *D. de eden. Corn. conſ.* 333. *col.* 7. *libr.* 1. *Felin. in c. teſtimonium numer.* 5, *de teſtib. Crauett. conſ.* C 99. *num.* 10. *& de antiq. temp. in.* 1. *p. in §. quod libro officiali. num.* 19. *Vbi habet pro abſurdo quod plures teſtes omnes inhabiles poſſint ſimul fieri habiles. quia nequit vnus dare alteri, quo ipſe caret.* Denique ne plures inhabiles teſtes ad torturam vel quæſtionem iungantur, videtur generaliter, quoad omnia crimina ſtatutum in d. §. idem Cornelio. D & volunt ibi Bart. & quoad plures nominantes alij *vt Roland. conſ* 16. *num.* 18. *&* 23. *lib* 1. *Burſatus conſ.* 201. *numer.* 61. *Bertazzol. conſ.* 28. *num.* 3. *conſ.* 116. *nu.* 21. *&* 234. *col.* 1.

Nec deſunt argumenta fortia pro hac parte: quibus tamen ſufficiens ſolutio datur.

E Primo inquiunt quotieſcunq; duæ ſunt ſententiæ contrariæ probabiles, res dubia manet: & tum præſtat mitiorem partem ſequi, qualis hic eſt negatiua, & præſtat nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare. *l. ab-*

f Plurium nominationem ſufficere. multi negant.

His argumẽtis quę ſoluũtur ſingula. 1

absentem cum simil. D. de pœnis. Nec videtur Iudex satis tutus in conscientia, si affirmatiuam sequatur: cum debeat securiorem sequi interpretationem *capit. ad audientiam. & capit. significasti 2. de homic. Gloss. & DD. ibid.* Pro præmisso antecedente multa solent declamatorie à Sagarum patronis prolixe exaggerari. Sed pro horum & similium intelligentia, quædam mihi quoque hoc loco sunt copiosius dicenda: vt Iudicia hæc promoueantur, & facilitetur via executionis, & tenebræ veritati offusæ dispellantur.

Resp. Fateor inprimis rem dubiam esse hoc sensu: quod non sit certa, nec affirmatiua, nec negatiua parti, sed nego casum dubium, eo sensu: quod iudici non satis tum possit verisimiliter constare, sufficiens indicium habere, se, vt credat reum torqueri debere: quod sufficit, vt postea docebitur. Quare, cum plurium nominatio in ordine ad torturam dubium sustulerit, & quandam certitudinem induxerit, Negandum nos hic in dubio versari. Dein nego mitiorem respectu reip. & boni publici esse negatiuam, licet sit mitior respectu nominati, iudex vero debet potius considerare quid reip. sit vtilius. Neque vero semper mitior aut fauorabilior sententia Iudici sequenda est. fallit enim illa regula, si adsint signa & indicia sufficientia, quæ suadeant sequi interpretationem in partem deteriorem, quod etiam in conscientiæ foro obtinet, vt Theologi docent. *lege S. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 4. & Domi. Sotum lib. 3. de iust. quæst. 4. art. 5.* Denique quid si dicamus, quod vtique verissimum: securiorem hic partem esse, si iudex præsumat potius veram esse denunciationem, quam si præsumat esse falsam primo quia illud vtilius est ipsi personæ denunciatæ: spes enim

A est fore, vt torta delictum confiteatur, & sic anima eius saluetur: Si vero non torqueatur, timendum quod morietur sine confessione, & damnabitur. 2. quia vt plurimum docet experientia in nominandis socijs sagas veritatem dicere, *vt attestatur Binsf. tract. de confess. malef. memb. 2. concl. 1. rat. 10.* Securius autem est præsumere quod

B frequentius accidit 3. quia constat eadem experientia, summo labore maleficas adigi ad has nominationes: quod signum est dæmonem eas impedire, ne regnum suum, supplicio affectis subditis, diminuatur: & proinde denunciationes esse veras, & id impulsu quodam Dei fieri, vt complices, dæmone inuito, nominent: sane prouidentiam Dei hic operari

C clarum est, quia vix vnquam permissum reperias innocentes nominari, quod si nominati, mox eorum innocentia Deo sic deponente palam fit: *Binsfeld. d. loco. post. 7. concl. in solut. argumentorum.* Quarto hoc est longe vtilius reip. vt statim docebo: & licet non foret hoc securius & probabilius, adhuc tuto posset iudex hanc sententiam amplecti.

D Quia quotiescumque sunt duæ sententiæ probabiles contrariæ, licet iudici alterutram sequi, nec tenetur sequi probabiliorem. maxime si iudicet alteram magis tum, profuturam reip. Sed in nostro casu ambæ sunt probabiles & affirmatiua merito censetur reip. vtilior: ergo licet iudici eam sequi.

E Maior quoad priorem partem negari non potest, quia tunc id prorsus arbitrarium est iudici, & est communis sententia casu istarum. quoad posteriorem partē probo. quia quando parti non fit iniuria (quod hic suppono) iudex tenetur actiones suas ad reip. cuius

miniſter eſt, vtilitatem dirigere. Nam ſalus reip. ſuprema lex eſt, *Cicero de Legibus.* Minor vero ſic oſtenditur vera pro priore parte: ſententia illa probabilis eſt, quæ nititur authoritate grauiũ Doctorũm, vel probabilib. rationum momentis (vt omnes fatentur) ſed vtraque pars his nititur, vt patet tota hac quæſtione. probabilis ergo vtraq;. Negatiuam vero videri minus vtilem reipub. quam contrariam, probo: quia reip. hoc vtiliſsimum cẽſendum quod ad pernicioſiſsimum crimen exſtirpãdum & ſontes detegendos viam ſternit, hoc facit affirmans, impedit negans. quia negans præcludit iudicibus fere aditus omnes in ſecreta cubilia huius peſtis penetrandi, cum tollet ferme cuncta, quæ ad hoc vſui, adminicula: contra affirmans ſuggerit iudici modos, quibus ad noxiorum cognitionem perueniat, vt patebit ex reſpõſione fere ſequentium: omnium quæſtionum.

Quinto hæc ſententia tutior eſt ipſi iudici, probo quia eſt magis conſentanea veræ clementiæ & miſericordiæ, quam altera. probo. quia licet ſemper, a volentibus reos debitis ſupplicijs eripere, prætendatur prætextus miſericordiæ & clementiæ: hi tamen vt plurimum falluntur & fallunt, dum clementiam vocant priuatæ perſonę cauſam cauſæ Dei & reipub. præferre. Reuera tamen non eſt crudelis, qui vt multos ab vnius iniuria defendat, acie gladij, quem ad hoc à Deo recepit, in vnum exerit. clemens ille potius dicẽdus & miſericors. Nec vnquam crudelis eſt, qui remedijs permiſsis, licet in ſpeciem durioribus, ægrum reipub. corpus ſanaturus, putrida & noxia mẽbra præſcindit. Iuſtior etiam, quia honori diuino hæc ſententia melius magiſque conſulit. nam ad Dei honorem

A apprime facit, vt homines fidei deſertores, in Deum & cœlites blaſphemi, in totum genus humanum & naturam iniurij, dęmonum partiarij &c. deprehẽdantur ac puniantur: quod cõſequitur pars agens, negatiua ſaltem non conſequitur. Denique tutior eſt iudici, quia licet extremi iudicij cõminationes cõtra ſentientium nonnulli valde exaggerent: tamen cum communes ſint omnib. iudicibus, merito magis formidandæ illis, qui nimis remiſsi ac deſides ſunt in hoc crimine vindicando. Nã ſi vnius lamiæ innocentis cruor à iudice expoſcetur: quid tot infantulorum innocentiſsimorum, quos partim poſt baptiſmum, partim ante baptiſmum ſolitæ necare: & his quidem cum temporali corporis æternam quoque vitã animæ eripere? Nonne tales iudices: qui, vt vni parcant, tam multos necari permittunt, recte dixerim ſimiles Altheæ Ouidianæ, quam ideo acute vocauit *impietate piã*? ſunt enim hi falſa pietate vere impij. timent vbi non eſt timor, & dum ſartaginem fugiunt in flammas ruunt. De hac re grauiſsime ſic olim Almæ vniuerſitatis Ingolſtadienſis facultas Theologica & facultas Iuridica vnanimiter anno 1590. laudatiſsimo Bauariæ Duci Guilhelmo reſponderunt: *In his caſibus ius habet magiſtratus, vt poſt ponat priuatum damnum alicui bono communi reipub. quod ordinarie ſequitur ex tali modo procedendi contra ſuſpectos criminum. Quemadmodum eadem ratione non eſt curandum ſi forte contingat aliquando, vt ſecundum allegata & probata condemnetur, is qui vere eſt innocens. Nam plus intereſt reipub. vt ſecundum allegata & probata, quæ cum plurimum veritate nituntur, feratur ſententia: quam vt nunquam contingat condemnari aliquem innocentem. Quod adeo verum eſt, vt pleriq;*

Theologi & Iuriſtæ conſentiant, & recte, debere iudicem damnare eum, qui ſecundum iuris ordinarium proceſſum probatur reus, quamuis ipſe iudex priuata ſua ſcientia noſſet illum eſſe innocentem, & falſo delatum.]

Hactenus illi: quorum deciſio mihi tam certa. quam quod certiſsimum, & mutato vno atque altero verbulo, tota in noſtra quæſtione locum obtinet. ſi, *allegata & probata*: mutemus in *ſufficientia indicia*, quæ certe ſunt allegationum ſeu probationum quædam ſpecies. Quicquid autem ſit de ratione illa quam adiungunt, hoc eſt ſiue illa opinio verior & probabilior ſit, quam contraria negatiua, quæ & ipſa à magnis Theologis & Iuriſtis defenditur, quod ad rem non facit: illud certum eſt licet illa ſententia communis verior non foret, adeo tamen probabilem & receptam eſſe ſententiam, vt Iudex eam in rem deducens, quieta & tranquilla conſcientia eſſe debeat. Contra non ſatis intelligo, quo pacto iudex in crimine tam atroci ac pernicioſo reip. cum paria ſint vtrimque momenta rationum, poſsit ſecuro animo illam opinionem eligere, quæ probabilior non eſt, immo nec æque probabilis, & aperte habet adiunctam iuſtitiæ exequendæ retardationem, & tantum non euidens periculum nocentiſsimos magos debitæ pœnæ eripiendi.

1. Arg. Carolina cõſtit. ſeq. quæ hoc indiciũ ignorat. I.

Secundo, concluſioni obijciunt, pro Germania vbi de hac quæſtione tum fuit compulſatio. Germanos Iudices oportet in imperio ad Imperatorias conſtitutiones criminales à Carolo V. conſcriptas, velut ad Cynoſuram vel regulam Lesbiam, iudicia exercere: non tantum in modo pœnarum, ſed etiam in iudicij ordine & proceſſu: quare nec licet illis alia indicia admittere, quam quæ in illis conſtitutionibus exprimuntur: nullo ſeruato diſcrimine exceptorum, vel non exceptorum, quia huius diſcriminis conſtitutio illa non meminit. *arg. l. ſemper in ſtipulat. D. de reg. Iur. Hypolyt. de Marſil. conſil. 24. numer. 21. & ſeq. Menochius Præſes Mediol. libr. 2. de arbitr. cent. 5. caſu. 474. numer. 42.* Carolina vero conſtitutio inter cetera indicia maleficij non ponit duorum vel plurium denunciationem, *vide illam art. 44.* Non eſt ergo in Germania curandum hoc indicium alijs deſtitutum. *Reſp.*

Reſp.

In hoc argumento hoc ſolum verũ eſt, ſequendam pro norma Germanis illam cõſtitutionem, in ijs quæ illa cauet: cetera falſa. primo, non licere iudicialia indicia ſequi, quã illic poſita: hoc negandum. Nam Caroli mens non fuit omnia indicia commemorare, quæ ſunt fere infinita: ſed quædam ponere, eaque leuiora quam ſit denuntiatio, quæ Iudici liceat ſequi: quis neſcit illud Vlpiani, leges non poſſe ita ſcribi, vt omnes caſus quę quãdoque inciderint comprehendant: & ideo illum qui Iuriſdictioni præeſt interpretatione ad ſimilia procedere, & ius dicere debere *l. neque ad ſeqq. D. de legib.* Quare, quod ceteris legibus Imperatorum commune eſt, hæc Carolina ex alijs iuris ſcripti & conſuetudinarij decretis interpretationẽ admittit: cum non appareat Carolum voluiſſe per eam communia vel particularia regionum iura tollere: contrariũ potius colligitur, quoniam ipſe Carolus in locis nonnullis illarum Conſtitutionum, ſe iudicemque remittit ad ius commune & conſilium Iurecõſultorum: licet ergo in non expreſsis Iudici hæc ſequi, max me ſi confirmẽtur recepta in locis illis praxi & deciſio-

nibus

nibus iudiciorum. Miratus autem sum vehementer quendam in causa cõsultum, rerum iudicatarum autoritati de hoc crimine conatum detrahere. Prudentius eædem illæ duæ Bauaricæ Academiæ Facultates §. 1. scripti præfati asseruerunt: *Magistratui & iudici sæculari plurimum profuturum, si videant aliquot processus sagarum habitos in vicinis locis. Nam vt verisimile facinora sagarum vicinarum esse similia: sic etiam similiter ferè procedendum.*] sic illi optimè. Nec alia puto bonorum & peritorum iudicum mens vnquam fuit: quàm cæterorum acta iudicialia, res alibi & in eodem quoque consistorio iudicatas, maximi facere, & (quando de errore non liquet) exacte sequi. Ideo tanti fiunt in Germania decisiones Cameræ Spirensis, in Francia Lucij & Paponi Arresta, Neapoli decisiones Afflicti & aliorum, per totam Ecclesiam decis. Rotæ Romanæ, &c. Non facilè Iudici prædecessorum vestigia deserenda, vel transferendi termini, quos maiores eius posuerunt. Sed legibus (aiunt) non exemplis iudicandum. Sanè si legibus exempla repugnent, quod non est in præsenti. Secundo falsum, quia illic non fit mentio discriminis inter excepta & non excepta crimina; ideo iudici Germano discrimen hoc negligendum. Est argumentum nihili, & merè negatiuum. Sed pergunt argumenta congerere communia alijs nationibus. Nam

Tertiò probant suam negatiuam sententiam, In criminalibus, vt reus condemnetur, debent probationes esse luce meridiana clariores. *l. sciant cuncti. Cod. de probation. &c. sciant. 2. q. 8. Bald. consil. 257. verba inquisitionis colum. 2. vol. 1. per text. in leg. si quis. C. ad leg. Iul. Maiest.* ergo & indicia, vt reus torqueri possit, quod tenent. *Marsil. cons. 101. n. 13. & Roland. cons. 16. nu. 29. & 30. lib. 1.* Quis autem dicere ausit duorum vel plurium complicium nominationem esse indicium clarius luce meridiana? *Resp.*

Resp. Nõ valet arg. à condemnatione ad torturam.

Non valere consequentiam, sicut nec à capturâ rectè procedas ad illationem de quæstione. Etenim ad capturam seu incarcerationem leuiores, ad torquendum vrgentiores requiruntur, sed tamen non luce meridiana clariores sicuti ad condemnandum, *vt docent eruditè Iul. Clarus d. §. fin. q. 20. & Menoch. lib. 1. præsumpt. quæst. 88 & 89. Farinac. d. q. 37. sub num. 5.* maximè in his atrocioribus, in quibus honor, substantia & vita hominis periclitatur. *gloss. & Abb. in c. litteras. de præsumpt. Gigas de læs. Mai st titul. quomodo & per quos q. 29. Decian. in crimin. libr. 7. c. 45. nu. 1.* clariorum ergo probationes requiret Iudex ad condemnandum: claræ sufficient ad torquendum. Sicut enim modus torturæ à Iudicis pendet arbitrio, sic etiam decernere, quæ indicia sint sufficientia ad torturam, & quæ non, & quæ probationes & præsumptiones validæ. *legendus hac de re idem Menochius de arbitr. casu. 90. nu. 9. & 270. num. 3.*

Quartus aries negatiuæ sententiæ est, In cæteris criminibus sociorum nominationes non gignunt indicium ad torturam, *Ioseph. Mascard. vol. 3. de probat. concl. 1311. Meno. hinc l. 2. de arbitr. centur. 5. cas. 474. Ergo nec in exceptis.* Eadem enim est ratio in vtrisque, cum excepta tantum vocentur respectu pœnæ grauioris, quam Iudex in his atrocibus potest imponere: non vero respectu processus & ordinis iudiciarij, quem nec in his licet iudici alterare seu trãsgredi, *sic docent Hippol. de Marsil. in*

4. In exceptis criminibus nõ est nominatio socij sufficiens argumen. ad torturam.

praxi crim. §. diligenter. num. 96. & consil. 52. num. 16. & cons. 24. col. antepen. verſic. reſtat reſpondere. Grammat. vol. 34. col. fin. Boßius tractat. de indic. ante torturam ſub num. 78. Roland. conſ. 12. num. 72. lib. 3. Et licet concederetur, in his criminibus poſſe iudicem excedere iuris communis regulas, etiam in modo procedendi; hoc deberet reſtringi ad inquirendum, *vt loquuntur Decian. conſil. 18. num. 42. & Menoch. d. conſ. 100. num. 66.* & quo ad alia modicum damnum adferentia, non quoad torturam, cuius damnum eſt grauiſsimum: & in qua receptum ne excepti quidem criminis reum ſine iudicijs torqueri poſſe. *l. 1. l. maritus. D. de quæſtion. Alb. in rubric. ad l. Iul. maieſtat. num. 3. verſ. & tamen in iſto caſu. Follerius in practic. crimin. verſ. quod ſuffocauit num. 58. Lud. Carrer. in 2. tractat. de indic. & tortura, §. circa quartum. num. 78. Gabriel. Zaraina in addit. ad Matteßillani ſing. 55. verſ. & hæc regula ampliatur.*

Reſp. Multa hoc argumentum inuoluit, quorum contrariam verius puto. Inprimis nego conſequentiam à delictis cæteris ad excepta. ipſum enim nomen ſatis indicat peculiarem iudicis circa hæc poteſtatem. Nimirum quod in ijs poſsit Iudex tranſgredi ſtatuta & communes iuris regulas, & ſequi æquitatem ac conſcientiam ſuam, prout rem poſtulare iudicat, *iuxta doctrinam Baldi in l. quid ergo. §. pœna grauior D. de his qui not. infam. communius receptam etiam ab ipſo Marſilio in l. 1. num. 23. D. de quæſtion. Docent hoc Decian. d. num. 42. Menoch. de arbitr. quæſt. 84. num. vlt. & d. conſil. 100 num. 51 Binsfeld. poſt præludia. concl. 6. verſ. regulare & iuriditum.* quod expeditiſsimum eſt, quoad iudices ſupremos, qui inſtituta, vt inferiores quidam, non iurant. *Sic ex Iaſone & alijs Baiardus addition. ad Clarum. §. 1. num. 14.* Nec procedit hoc ſolummodo in Caſibus iure communi quoad hæc crimina expreſsis, ſed ſemper & quoad omnia iuris poſitiui decreta. Nam alioqui non forent crimina à iuris poſitiui regulis abſolute excepta, vt ſunt: & vix eſt vllum crimen, de quo non inuenias aliquid in iure ſpeciale, & à communibus iuris regulis exceptum, & ſic ſi quoad quædam tantum, & non quoad cætera quoque dicas vocari excepta, vix vllum crimen foret, quod non diceretur exceptum, quo nihil abſurdius. *Hoc voluit. quod dico, Farinac. quæſt. 18. num. 60.* Quare ipſemet Maſcardus inter illa diſtinguit, qui ſuam concluſionem cum ampliationib. limitat, vt locum non habeat in criminibus exceptis.

Et quoad noſtram quæſtionem optimam rationem in quodam ſuo conſilio inſignis Academia Friburgen. Briſgoiæ anno 1601. reddidit his verbis: *quia quod ſocij criminis aduerſus ſocium ſufficiens indicium ad torturam non præſtent, id operatur infamia, quæ iure poſitiuo teſtem repellit, non autem iure naturali inhabilem reddit Binsfeld. d. conſ. 6. duob. 2. allat. 6. Atqui crimina excepta ad leges iuris poſitiui non exiguntur, ſed ab ijs ſunt exempta, conceſſumque iudici, vt ex probationibus iure naturali ſufficientibus procedat: atqui iure naturali ſocius criminis à teſtimonio non repellitur. Hinc vnius ſocij teſtimonium aduerſus ſocium in crimimibus exceptis, in quibus ſocius de ſocijs interrogari poteſt, indicium ad torturam præſtare poteſt, iuxta Abbati, & Ioann. de Imola col. 2. in c. 1. de confeſſ. & Anton. Comes. to. 3. cap. 11. num. 18.*] Bona certe ratio diuerſitatis, & quæ oſtendit naturam & libertatem

tatem criminalis iudicij in exceptis, nõ esse restringendam ad pœnæ excessum: in quo Mars & sequaces, valde halucinantur. Quam plurima id ostendunt, peculiaria etiam quoad procedendi ordinem, quorum pleraque sequentib. quæstionibus ostendentur, nunc sufficerit: 10. quod socius de socio contra iuris regulas potest interrogari. *glossa & DD. in l. fin. C. de accus.* 20. quod hic testes singulares plures socium denunciantes probant. *Anchor. cons.* 277 *vers. non obstat secundum. Ioan. Crottus tract. de testibus & Gigas postea citandi* idque quo ad torturam, *vt tenent Bossius tit. de indicijs num.* 159. *& Clarus d.q.* 21. *nu.* 9 vnde & illud infertur, non esse veram limitationem quorumdam sentientium hæc, licet in inquisitione & similibus vera sint, in tortura tamen ea locum non habere. Longe verius est in criminibus exceptis (quale est Magiæ) etiam torturæ quantitatem & qualitatem à iudicis arbitrio dependere *l.* 1 *l. quæstionu modum. de quæst. post Bald. Gandin. & alios Menoch. de arbit. cas.* 271. *nu.* 2. item an & quando iteranda quæstio *Bald. in l.* 2. *C. quod met. causa. Marsil. in d. l. quæstionu modum Menoch. cas.* 272. *num.* 4. tertiò arbitrari quæ indicia sint idonea ad torturam, *post alios Menoch. ibidem cas.* 270. *num.* 3. denique vt procedat in hoc crimine, quo sibi modo procedendum putat. *Sic ibi Menoch. casu* 474. *num.* 34. *referens ad hoc Bald. Salyc. Boer. aliosque.* Atque ita lux illata ijs, quæ de exceptis criminibus obnubilabantur.

5. ab vno inhabilis ad plures quia quod est inhabile non potest aliud

Quinta ratio aduersariorum est, vnus testis inhabilis & insufficiens, ne in criminibus quidem exceptis vllum facit indicium ad torturam, vt communiter omnes concedunt. ergo neque plures. proba est consequentia. quia inhabilitas & insufficientia testium eorum multitudine nec tollitur, nec supplebitur. Duo enim vel plura, quæ in sua specie sunt imperfecta, nequeunt vnquam facere vnum perfectũ, sicut nota nullitatis in numeris arithmeticis, quantumuis illam crebro multiplices, nunquam per se efficient vllum ens numerabile. *Est ratio Mascardi d. vol.* 3. *concl.* 1311. *n.* 18.

facere habile, &c. m.

Verùm hæc argumentatio, quantumuis acuta videatur, repugnat tamẽ sensui communi etiam idiotarum: quibus lumen rationis humanę dictat plus credendum rumori & assertioni, multorum, quàm vnius. Et, si non plus virium haberent duo quàm vnus, certe etiam vnius dicto stare deberemus, cum tamen Saluator noster restrinxerit hanc credendi in iudiciarijs necessitatem ad ora duodorum vel trium testium, *Matth.* 18. *v.* 16. *Ioan.* 18. *v.* 17. etiam in mortis supplicio ingerendo, propter crimina, *Deut.* 17. *v.* 6. Si dicas illic agi de testimonijs habilium, vrgeo. Sicut duorum habilium testimonia possunt sufficere ad condemnationem, vbi vnius habilis testimonium non sufficeret: sic etiam ad suspicionem ac verisimilitudinem in animo iudicis gignendam, plus poterunt duæ denunciationes inhabilium, quàm vna vnius inhabilis.

Resp. 3. 2.

Deinde duplex potest considerari inhabilitas. vna quę prorsus inhabilem facit, altera quæ tantùm inhabiles secundum quid: seu, quod fermè recidit in idem vna inhabilitas iuris naturalis, altera tantùm iuris positiui. Quæ vim nullam ad aliquid obtinent, ea nec plura quicquam efficiunt: vt est cernere in infantibus & amentibus, quoad testimoniũ ferendum isti similes sunt notæ Arithmeticæ indici nullitatis, quam *cifram* vel, *cero* vocant:

similes

similes sunt candelis non accensis: inferas in aulam obscuram centum, non plus quam nulla, vel vna conlucebunt. Qui vero vim aliquam obtinent, licet exiguam & imbecillam, ij quod soli nequeunt, alijs similibus adiuncti interdum non nequeunt: similes vnitati Arithmeticæ, quæ sola non efficit numerum; sed si tres vnitates iungas, efficient ternarium. similes sunt celebribus candelis accensis earum, quod vna non potest implere spacium luce sua, poterunt plures implere. similes sunt guttis aquæ. quod vna nequit, plures excauant. De prioris ergo generis; seu de omnino, & ex naturæ defectu in habilibus procedit argumentatio, & intelligendi DD. contrarij. *Alex. Marsil. Felin. Mascard. & alij.* Nam tales sunt furiosi & infantes, quo ad testimonij dictionem. Sed de generis posteriotis inhabilibus non procedit: qui propter iuris positiui impedimentum inhabiles sunt, & ideo secundum quid tantum: Nam iure naturali vel criminosissimis, qui nihil vnquam credendum asserat, mihi sit incredibilis. si nihil illis credendum, cur etiam positiuo iure in hoc crimine interrogantur, & ad denunciationem admittuntur? cur etiam vt denuncient quæstionum cruciatu adiguntur? Inanis crudelitas foret, & cassa detestandaque sæuitia. Esto: plus argumentis quam testibus credatur: hoc non in his solis infamibus obtinet. nec verum, nisi quando argumenta testimonijs præponderant, & non quia minus testibus, ergo nihil immò quia minus, iam aliquid. de his inhabilibus secundum quid, agimus, in quibus quilibet per se gignit in animo iudicis aliquam præsumptionem, licet talem qualem; plures vero idem asserentes simul iuncti fortius penetrant animũ & crudelitatem, adeo vt ex plurium dictis & præsumptionibus, collectiuè simul oriatur vnum indicium seu probatio, quæ iudici possit videri sufficiens ad torturam. Hoc tenuerunt Friburgenses d. anno, & etiam clarissima facultas iuris Patauina, in responsionibus ad eandem quæstionem nondum excusi, sed mensis Decembris inito anno 1601. datis, & aiunt hanc esse (vt est) doctrinam Bart. *in d. §. idem Cornelio*, & de mente Nattæ *cons.* 298. *nu.* 10. & sic resoluisse multas. *Corn. in l.* 1. C. *de testam. num.* 35. *& cons.* 42. *col. fin. lib.* 1. *cons.* 172. *n.* 20. *lib.* 2. *Cauet. cons.* 9. *n.* 12. *& 99 nu.* 10. *& ipsum Roland. à Valle cons.* 98. *n.* 34. *cum alijs citatis à Prosp. to Farin. q.* 43. *n.* 41. *& Fusius q.* 62. *num.* 317. *&* 341.

Ne quis autem me mihi ipsi obijciat, quod *libr.* 5. *Magicar. disquisit. sect.* 5. §. *quarto quantumuis* tenuerim contra multorum praxim, quantumuis multiplicentur depositiones infamium & complicum, nunquam iudici procedendum ex his solis ad condemnationem: vbi vtor argumento ilto Mascardi, & multa produco, quæ cum sint imperfecta, nequeunt simul omnia vnum perfectum producere, v. g. multa venialia, vnum mortale, multa ægra, vnum sanum, multa non alba, vnũ album, multa tepida vnum calidum, &c. quando res non sunt subordinatę ad vnum finem naturâ suâ, sicut vna depositio natura sua non subordinatur alteri. quo igitur pacto nũc affero duas nominationes inuicem firmare, si non subordinatur inuicem? Huic obiectioni occurro, reddita diuersitate rationis cur aliud obtineat in depositione plurium inhabilium quoad condẽnationem, & in eadẽ aliud quoad torturã. Singulę in ordine ad condẽnationẽ sũt

plane

plane ineptæ ad hunc effectum, nec ad eum subordinantur, quia condemnatio debet inniti iudiciali certitudini, quam quia tales nunquam possunt gignere, neque ad hoc intelligendæ subordinari. Singulæ vero nostræ nominationes infamium non sunt prorsus ineptæ. ad quæstionem, sed ad hanc singulæ tantum sunt infirmæ & secundum quid ineptæ, vt dictum superius) quia tortura innititur tantum verisimilitudini & opinioni, quam singulæ possunt aliquam, licet qualem qualem gignere, atque ideo ad hunc finem censentur in vicem subordinari, & adminiculari. Et ista ratio confirmatur exemplis à me positis, in quibus inest priuatio rei ad quam producendam deberent concurrere, vt in tepido est priuatio calidi potius quam calor imbecillus, in non albo albi contradictio, in ægro priuatio sanitatis: at veniale peccatum specie distinguitur à mortali. Recte igitur illic aliud tenui de condemnatione, aliud nunc hic respondi de tortura: neque ista secum pugnant.

Est noua opinio. o

Sexto argumentatur propositio quæ asserit plurium complicum nominationem per se indicium sufficiens torturæ præbere, in hac fusa & ampla extensione, plane noua est, nec vsquam recepta opinio vero aut etiam lex non recepta neminem obligat. *Menoch. libro 2. præsumpt. 2.* Nouitas etiam merito est suspecta: Confirmatur quia qui videntur illam tenere, varijs eam circumscribunt limitibus, quos habes apud Binsfeld. *d. concl. 6.* Sed breuiter Respond. non esse nouam, sed plures eam tenere, quos mox citabo: esse quoque in praxi fere vbique receptam *iuxta Binsfeld. supra & Friburgens. in suo consc. citato.* Limites autem illi quibus circumscribitur nihil obstant generalitati assertionis: sunt enim conditiones, quarum pleraſque non ipsi admittimus, & eas contineri in propositione nostra fatemur: nec sunt adminicula proprie dicta seu indicia alia, quæ nos excluſimus, cum nonnullis circumstantijs de quibus postea.

Igitur sic vi via facta per hostes, &, quæ solent obijci, soluta manent. Restat vt conclusionem nostram affirmatiuam stabiliamus, quæ.

Probatur concl. 2.

Probatur. 1. auctoritate tenentium etiam vnius socij dictum sufficere ad torturam, *vt Ang. in pract. sua crimin. quem citat Lud. Bologn. in addit. ad Guidonem de Suzar. tractat. de indic. num. 71. Blanci & aliorum, quos retuli supra concluſ. 1. in princ.* quorum sententia licet sit minus probabilis, docet tamen quid de plurium nominatione tenuerint. (2.) probatur illorum auctoritate, qui censuerunt plurium nominationes sufficere ad condemnationem, *vt Ant. Gomeſ. tom. 3. var. reſol. rub. de probat. delict rub. numer. 18. & ſic ſeruari in Cathalonia fatetur Lud. Peguer. Deciſ. crimin. 5. numer. 18.* quorum opinio licet communius reijciatur. *teſtibus Boßio de indic. numer. 165. iuncta numer. 77. Marſil. d. §. diligenter numer. 60. Nicol. Boer. deciſ. Burdegal. 319. numer. 4. Blanco de indi. numer. 384. Farinac quæſtio. 43. numer. 39. & 40. & quæſtio 62. numer. 73.* tamen patet illos pro nostra concluſ. stare. (3.) probat authoritas praxis curiar. & doctrina scribentium *Boerij deciſ. 319. numer. 17. vbi refert ſic bis fuiſſe ſeruatum in Parlamento Burdigalenſi ob nominationem duorum & trium reorum: & Curiæ Pariſienſis hanc eſſe praxim teſtatur Paponius libr. 22. tit. 13. art. 2. & 3. tenet etiam Clarus d. quæſt. 21 numer. 9. & num. 11. vbi memorat Thom. Grammat.*

1 Ab Auctore.

2 Et praxi.

super capitulo regni atteſtantem. Sic ſeruari in regno Neapolitano : idem ſenſerunt Gigas d.tit. quomodo & per quos. q. 8. Aymon conſ.178.num.3. Roland. à Valle conſ.16.num.20.lib.1. Bonacoſ. commun. opin.p.1.verſ. indicium faciunt Farinac.q. 43.num.37.Bertazz.conſ.225.n.20. Lanfranc.in praxi num.72.cap.8. Binsfeld.d. concluſ. 6. Friburgenſes & Patauini & Ingolſtadienſes DD. ſupra fauet ergo praxis & authoritas Iuriſconſultorum.

3 Et ratione multiplici. 1 P

Confirmant plurimæ fortes & appoſitæ rationes vt argumentãtur. Friburgici, ſi ad ſocij nominationem accedat præſumptio ſeu coniectura, tunc denominatus poteſt torqueri, ſecundum omnes DD. atque ſecundi ſocij inculpatio eſt nouum ſignum ſeu indicium gignens nouam coniecturam ſeu præſumptionem, ergo tum reus poterit torqueri. Si reſpondeas eſſe quidem nouum, ſed à priore non diuerſum, nec diuerſam vim probandi obtinere. Probatur habere diuerſam & aliud gignere adminiculum quam genuerit nominatio prior. Nam prior erat inſufficiens, poſterior vero ei addita eſt ſufficiens. quia probatio compoſita ex duabus ſpeciebus imperfectis, quæ tamen eiuſdem ſunt generis, formæ, & ſubſtantiæ hoc eſt ex duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei infimæ in ordine ad ſuum effectum plena eſt & ſufficiens. *docet Menoch. libro primo. de præſ. quæſt. 39. numer. 3. & ſeq.per l.5. C qui in.tutel.* & hoc probatur inductione ſimilium partim phyſic.partim iuridicorum, Phyſica ſunt : quæ de vna & pluribus candelis de vna & pluribus guttis lapidem cauantibus ſuperius allata : item de pluribus gradibus frigoris vel caloris cum intendentibus, & ad calidum vel frigidum vt octo perducentibus: de duobus pueris trabem ferentibus, de pluribus Actibus habitum gignentibus, quæ cuncta vni ſoli denegata, poſſent adduci.

Iuridica vero, quia in illis probationibus, quæ ad vnius facti probationem tendunt, quæ non profunt ſingula, multa iuuant, *Bart. & eum ſecuti alij in d.l.1. §. idem Cornelio.* plures teſtes ſingulares deponentes de ſubordinatis ad tortuam ſufficiunt, *vt docebitur poſtea,q.8.* ad eandem ſufficiunt plura indicia etiam remota. *Bart. & communiter in l. fin. D. de quæſtio. Angelus Aretin.in verb.quod fama publica nume.6. & ibi in addit. Auguſt. num. 52. AEgyon. Boſſ.d.tit.de indic.numer.71. Blancus deinde num. 150. & ſequitur docens communem Farinac.d quæſt.37.num.11.& 43.* Item, ſi cum dicto ſocij contra nominatum adforet aliquod indicium ſeu adminiculum, veluti vnus teſtis de auditu, vnus de viſu non integer, inimicitia nominati, fama, fuga, extemporanea conuerſatio, ſecreta collocutio, aut ſimilia : nominatio illa ſufficeret ad nominati torturam, quamuis hæc ſit remota ſatis à facto: docet ex plurimis. Propter Far.*qu.43. à num.163. vſque ad* 177. cur non igitur multo magis ſi ad nominationem ab vno reo factam, accedat nominatio eiuſdem facta ab alio vel ab alijs, cum iſti non adferant adminiculum remotum, ſed de ipſo facto, & ſuper ipſo facto? Nonne cum Iudex teneatur ſingulos interrogare, ſingulis tenetur aliquid credere? ſi ſingulis aliquid, cur non plus pluribus quam vni? cur credat aliquid primo magis quam ſecundo vel tertio? Si dicas non operari ſecundum, quia eſt in eodem genere probationis cum primo, nempe in genere denunciationis: Caſſa hæc euaſio eſt, & falſa : ſi vera foret nec teſtis

omni

omni exceptione maior, posset efficere certitudinem ad condemnandum, cum sit in eodem probationis genere, nempe testimonij. Hinc formatur alia ratio valida.

2 Vnus testis etiam omni exceptione maior, ad condemnationem inualidus est, nec sufficit, quia solummodo præbet probationem inidoneam ad condemnandum: si tamen alius illi similis testis adiungatur, ambo simul progignent probationem plenam ad condemnationem: & sic duo isti testes de visu deponentes plene crimen probabunt ad effectum, vt reus ad pœnam ordinariam possit condemnari. Cur ergo similiter duorum complicum vnum tertium nominantium denunciationes, non facient indicium sufficiens ad torquendum: cur inquam quod non possunt seiunctim, non poterunt copulatiue? Sane sicut isti singuli sunt inhabiles in ordine ad torturam, sic illi singuli sunt inhabiles in ordine ad condemnandum. Cur etiam hic numerus fidem non augeat, cum generalis iudiciorum sit regula testiũ fidem num. augeri & num. suppleri, quod in fide deficit? *ex tex. lib. 3. §. argumenta D. de testib. cum gloss. in verbo numerus, vnde id eliciunt Iacob. Butig. & Florian. & l. ob carmen §. fin. D. eod. Alex. cons. 47. col. 1. & cons. 78. libr. 2. & cons. 149. col. 2. lib. 5. Decius cons. 163. col. pen. Curt. Iun. consil. 168. numer. 17.*

3 Fauet nostræ sententiæ præterea ipsa experientia maximi facienda in similibus, quæ docet in hoc crimine plurium complicum denunciationes vix vnquam vel nunquam fallere, docet etiam vix vnquam in hoc arcanissimo scelere veritatem alia via posse deprehendi, cum vix probatio sceleris per alios quã per inhabiles & cõplices facinoris possit haberi: Quare cum hic casus inciderit, vel necesse est inquisitionem iudiciariam & processum fieri irritum & inanem: vel permittendum iudici vt pluribus talibus credat. Et ea de causa Iudicum arbitrij est decernere, an criminis probatio per alios, quam per complices haberi possit, vel non possit, *iuxta Dd. Plotum in l. si quando §. 2. numer. 8. C. vnde vi. Mascard. de probation. concl 1403. num. 4. vol. 3. quos sequitur Baiard. ad Clarum quæst. 24. nu. 115.* & rectè iudicem id arbitraturum, si non attendat ad id quod absolute est impossibile, sed ad id quod in tali crimine communiter solet accidere, plusquam probabile est. *ex sententia Alex. cons. 112. vol. 2. & cons. 152. num. 15. lib. 5. Zazij cons. 2. num. 60. vol. 2. Grammat. decis. 34. num. 7.* quam licet impugnet Riminal: Iun. *cons. 360. n. 88. vol. 4.* tamen eam multarum praxis regionum merito amplectitur, ne contra bonum publicum occultissima delicta maneant impunita. *Sic Baiard. sup. n. 114.*

Vltimo probatur, quia idipsum obtinet in crimine hæresis (à quo ad Magiam est bonum argumentum, quia striges semper inuolutæ sunt contra fidem, & Sixtus V. quadam bulla dicitur hæc crimina quoad inquisitionem exæquasse) inuenio inquam de hæresi idem tradidisse Pennam *ad. 3. p. Directorij Inquisit. Appendice ad quæstion. 61.* sit. 4. 1.

Vltima conclusio. *Moderanda hæc opinio nostra, eam procedere si ex veri similibus coniecturis & num. testium, vel ex qualitate deponentium, vel ex personis eorum contra quos deponunt, præsumantur nominantes falsum non dicere.* 4. Limitationes.

Hæc limitatio est Collegij Patauini illam desumentium ex d. c. in fidei &c.

s *accusatus §. licet de hæret. in 6. & fran. Aretino in c. cum P. Manconella. est de accus. col. 5. num. 21. & 22. Marsil. cons. 24. n. 13. Roland. cons. 73. num. 25. lib. 1. Sprenger. in mall. q. 4. & alijs.* Et ad hæc capita reduci possunt conditiones aliæ requisitæ à Binsfeld. *l. 3. de concl. 6.*

Friburgensium limitationes sunt, si in denunciatione constanter perseuerent. 2. si pœnitentes ad indicium accedant. 3. si cum contritione moriantur. 4. si nulla mendacij, aut odij, aut inimicitiarum sit suspicio. Ex his 1. & 4. certe 2. & 3. non æque, & postea de his plura dicentur.

QVÆSTIO II.

An inimicitiæ denunciantium cõtra denunciatos debeant plenè probari per duos testes: vel sufficiat semiplena probatio per vnum testem aut etiam præsumptio ad elidendum indicium denunciationis.

a AD hanc quæstionem variatã responsis. Omnes concedunt odium & inimicitiã valere ad elidendam denunciationis fidem *c. repellantur. c. meminimus, de accus. l. 3. in princ. D. de test ib. l. liberi. C. de inoff. test. etiam in exceptis criminibus. c. per tuas. de Simon. c. cum P. vbi Abbas. d. accusat. Bart. in l. in quæstionib. D. ad leg. Iul. Maiest.*

b Concedunt etiam, sicut actor suam intentionem, debet plenè probare, sic etiam reo exceptionem suam, in qua fungitur vice actoris plene probandam. *l. 1. D. de except. & ibi Castrens. l. in exceptionibus D. de probat. & ibi gloss. l. quoties & l. cum de indebito. §. autem*

A *pro parte ib. l. matrem. C. de probation. Areti. in rub. inst. de exception. numer. 24. Fuluius Pacianus de prob. vol. 1. arg. 66. & seq. Decius in c. in præsentia numer. 50. de probat. & cons. 534. num. 9. Cravett. cons. 201. num. 29. & ex commun Dd. id probans Ios. Naschand. vol. 2. de prob. concl. 685. nu. 1. & 2.*

Omnes etiam fatentur probationum varias esse species, quarum vna sit efficacior alia: 1. euidentia facti. 2. confessio. 3. instrumentum. 4. testes. 5. iusiurandum. 6. præsumptio. 7. quæst. octaua, fama. *Sic post Aristotelem, & Ciceronem, Menoch. de præsumpt. libro primo, quæstione prima, cum seq. Maschard. libro primo, de probat. quæstione quarta.* Sicut Dialectici duplicem agnoscunt probationem, vnam apodicticam, qua res per suam causam necessariam, vel causa per suum necessarium effectum cognoscitur, quæ est probatio demonstratiua: & aliam Topicam, seu Dialecticam, qua ex probabilibus seu verisimilibus aliquid confirmatur. illius apodicticæ vnus est gradus certitudinis. huius vero topicæ plures sunt, secundum probabilitatem maiorem minoremve probationem. Ita quoque in prædictis probationibus iuridicis, & inter ipsas, & ferme in singulis varij sunt gradus firmitudinis & verisimilitudinis. Nam vnus testis alio certior, vnum instrumentum alio perfectius, vna præsumptio est alia credibilior & firmior. *Menoch. libro primo, quæst. 29. & 30. de præsumpt. & q. 44. n. 8. & 9.* vna est vrgentissima: qualis est quæ vocatur iuris & de iure, quæ resp. illi apodicticæ, vt patet ex allatis exemplis de Menoch. *d. lib. 1 quæst. 3.* alia non conuincit, sed valde verisimilis est, vt præsumptio iuris, alia leuis, qualis est præsumptio hominis.

B C D E c

Item

d Item constat non omnia hæc probationis genera omnibus causis conuenire. quia quædam testibus vel instrumentis directè probari non possunt, sed solis præsumptionibus ferè, vt sunt mentale adulterium, simonia, hæresis, dolus & similia, quæ habes apud Menochium *dict. leg. 1. quæstione 58.* quibus annumerandum est odium & e inimicitia, quia latent in animo; ideo coniecturis inuestiganda & probanda ex aliqua facta alicuius circumB stantia, vnde inimicitia potuit oriri, desumptis. *arg. l. dolum. C. de dolo. cap. 2. de renun. lat. in 6. Bald. consil. 41. præmittendum est. num. 4. lit. 5. Abb. in c. repellantur. nu 2. de accus. Mascar. lib. 2. de probat. conclus. 898. num. 4. & 5.* Denique inimicitiæ probationem fieri debere iuxta reg. text. in cap. in omni negotio. de testibus & in l. vbi numerus D. eod. tradunt Bald. & Mascard. C *ille in l. errore. C. de testam. iste vbi supra conclus. 901. nu. 2.* & inimicitiam capitalem difficilius probari, quam non capitalem constat. Item à iudicis arbitrio pendere vtrum sit inimicitia, necne, item quæ sit capitalis, quæ non, quæ grauis, quæ leuis: est communis sententia plurimorum, *quos citant & sequuntur Nellus tract. de test. nu. 4. Clarus §. fin. qu. 24. & ibi Baiardus, Menoch. lib. 2. de Arbitrar. casu* II *L. n. 3. Farin. q. 49. n. 86 & q. 53. num 57.* quod iudicium moderari potest ex traditis per Viuium & Malcard. quos retulit Baiard. d. loco, & alios apud Moncadã *in addit. ad Crottum de testibus in caus. crimin. n. 169.* Hinc infero conclus. sequentem. E

Concl. f *A iudicis arbitrio pendet, an inimicitia in casu proposito sit satis probata, nec ne.* Probatur l. 3. §. ideo D. & §. eiusdem de testibus. §. Si vero talis aliquem. Auth. de instrum. fide. Menoc. lib. 1. de arbitr. q. 9.

A Sciendum pro arbitrij huius directione; quod capitalis omnino testem repellat, & nominatorem etiam in exceptis, neque expurgatur hæc inhabilitas per torturam. *quod repellat, probatur l. 3. in princ. D. de testib. cap. cum oporteat. cap. meminimus cum simil. de accusat. auth. si dicatur. C. de testib. & in corpore vnde sumitur: quod in exceptis quæ & tortura. l. 1. §. præterea D. de quæst. & ibi Marsil. Gigas in tit. quomodo & per quos q. 7. n. 6. Bertazzol. in crimin consil. 38. n. 15. & cons. 528. num. 7. Menoch. de arbitr. eas. 474. n. 55. Farinac. q. 53. n. 5. & 12.*

Leuior inimicitia testimonium & nominationem tantum eleuat & debilitat *Bald. in Auth. si dicatur in fine C. de testibus. Iacobin. à S. Georg. in l. testium D. eod. & alij apud Farinac. d. quæst. 53 num. 54.* Cũ vero vtraque grauis & leuis lateant in animo putarim vtramque eodem probationis genere probari posse, sed causas grauiores requiri ad probationem plenam inimicitiæ capitalis, quàm leuioris, causas capitalis has memorant DD. 1. si quis alteri mouerit quæstionem status. 2. quando intentata fuit vel illata mors ipsorum met; vel parentum, vel amicorum personis, inter nominatum & nominantem. 3. minæ necis ab eo, qui solet exequi. 4. accusatio criminis capitalis, vt adulterij, hæresis, &c. 5. controuersia de maiore saltem parte bonorum. Denique quæuis atrox iniuria inter illos. *Mascard. vol. 2. de prob. condi. 898. Binsfeld. d. concl 6. dub. 2. prope fin.* Ex quibus facile secernas causas grauis & leuis inimicitiæ: quam quid interdum ex leuioribus causis oriri grauissima & capitalia odia constet. iudex tamen, vt plurimum ad causas attendere debet, quia sufficit probare causas grauis odij, quamuis hanc inimicitiæ magnitudinem extrinsecis signis non ostenderit. D

Innoc. in c. cum l. & A de re iudica. in fin. per text. in c. 2. cum seq. 3. q. 5. Bald. in l. præscriptione. num. 36. C. si contra ius. Rom. in rub. de arbitr. col. 11. Grammat. decis. 33. nu. 7. Marsil. d. l. 1. §. præterea. num. 3. Farinac. d. q. 53. num. 21. Contra vbi inimicitiæ magnitudo factis probata, vt conatu vel illatione necis, aut grauis valde damni, aut atrocis iniuriæ: non putarim iudici valde laborandum de causæ inuestigatione. Vt enim vulgo dicitur, *Obras son Amores*, his factis amor cognoscitur: sic è contrario etiam factis clarè animus hostilis manifestatur.

Verum si quod horum indiciorum signorum, factorum, vel causarum vnde præsumptio elicitur, vel quæ testes attulerant, à nominante fuerit negatum: hoc non potest per præsumptionem, nec per vnum testem plene probari, sed opus est duorum testimonio ad hoc iudici persuadendum, vt docet Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 51. & cauetur in Carolina sanctione crimi. Ordinatione 23. & 30. Neque quoad hæc quæ diximus distinguendum inter inimicitiam & odium, quia vt quis repellatur, sufficit probare, quod sit valde odiosus nominans nominato, etiamsi non sit inimicus secundum multos. *Ita præpositus in c. quod vero col. fin. 3 q. 5. Gigas supra q. 2. nu. 30. & plures apud Farinac. q. 49. nu. 30.* fateor tamen me reale discrimen inter magnum odium & capitalem inimicitiam non satis capere.

Igitur his positis quæstio satisfiat, *certum est, & in eo supponitur duorum testimonio has inimicitias plene probari. De vnius testimonio, crediderim illud non sufficere, cuiusuis dignitatis sit,* vt plene probet & repellat nominantem, *l. iurisiurandi*, C. *de test lib.* posset tamè facere semiplenam probationem, *per notata in l. admonendi D. de iureiuran. & in l. matribus*, D. *de quæstion.* & etiam ad infringendum seu elidendum indicium ex nominatione natum. Sic *Patauini* DD. Si tamen in testimonio additæ & probatæ sint causę, species & qualitates inimicitiæ. *Iason. in l. 1. C. de testam. num. 9. & in l. Titia textores colum. 3. D. de leg. 1. Bald. in l. solum C. de testibus, & in l. si quis testib. ibi. in fin. Imola in cap. Raymutius de testam. Grammat. decis. 34. num. 11. Farinac. quæst. 49. n. 126. & seq.* Equidem sine adminiculis duo mihi sufficerent testes ad probandam capitalem inimicitiam: cum vno requirerem adminiculum aliquod, & hanc esse communem sententiam, affirmat Melchior Phalaez *tractat. maioratum. p. 1. q. 4. num. 3.* facillimè namq; semper vnus testis inueniretur, qui de inimicitia hac deponeret: & sic reus cum præiudicio reip. semper liberaretur: quamuis enim Iudex, si velit, possit in criminibus exceptis leuiores inimicitias contemnere, tamen capitalem cogitur magnificare, & propter illam tenetur testes omni exceptione alias maiores repellere. *iuxta gloss. communiter receptam, in c. cum oporteat. de accus. quam seqq. Clar. Menoch. Farinac. & alij supra citati.*

Quod attinet ad præsumptionem, distinguere. Nam præsumptio quæ dicitur iuris, & de iure plenam & claram facit probationem, *vt docet Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 36. n. 1.*

Præsumptio quoque iuris idem operatur, cum sit etiam ipsa vera, propria, & perfecta probatio, (*vt ostendit ex communi sententia idem Menoch. dict. quæst. 36. à num. 3.* maximè quando ex natura rei aliæ à præsumptionibus probationes haberi nequeunt, aut nulla legis præsumptio illi repugnat. *Alciat. de præsumpt. 3. p. Menoch. supra dict. lib. 1. quæst. 38. Mascard. lib. de probat. quæst. 10. à nu.*

34. *vsque ad* 47. *ex l. Imperator vbi Alexan. & Iason. D. de leg.* 1.

Præsumptio denique hominis, si sit vehemens & vrgens, constituet veram probationem & legitimam, maximè si aliquod adminiculum accedat. *Berous in rubr. de probat. num.* 42. *Bald. in addit. ad spec. tit. de præsumpt. §. species Menoch. dict. libr.* 1. *quæst.* 36. *num.* 14. Ratio est, quia præsumptio hominis plane subijcitur arbitrio iudicis: quare, si sit admodum vehemens, poterit iudicem mouere, vt illi fidem tribuat. *Berous dict. num.* 42. *Menoch. dict. lib. quæst.* 44. *num.* 8. & 9. Hæc de valde vehementi facilè concesserim: de non vehementi, sine alijs adminiculis nequaquam. Semper enim adest præsumptio hominis contra complicem in nostro crimine, quia striges sunt hostes humani generis, & vicissim sunt cunctorum odium: & sic semper odij exceptio præsumptione huiusmodi probata iudicum diligentiam, & iustitiæ rigorem, & criminis denunciationem frustaretur. quod est magnopere iudici, ne fiat attendendum: Cum inimicitia, vtpote repugnans naturali iuri, nisi bene probetur nunquam sit præsumenda. *l. in ratione. §. cum quidam D. ad leg. Falcid. l.* 1. C. *de mandat. Princip. cap. cum in iure. de offic. delegat. Aymon. consil.* 8. *num.* 8. *Mantua Benarid. consil.* 24. *num.* 13. *cons.* 52. *num.* 17.

A

B

C

D

E

QVÆSTIO III.

An denunciantes debeant esse contriti, sicuti quidam volunt cum hoc iure non sit expressum, & sagæ rarissimè pœniteant?

SATIS obscurè quæstio proponitur. Vel ergo quærunt, an eo tempore debeant esse contriti, quo denuntiant, an saltem antequam moriantur. Prius illud, quocunque modo capias contritionem, dicendum non est: quia contra praxim est, vt ante sententiam latam se parent ad confessionem: contra prudentiam quoque. Nam confessioni tali (loquimur de sacramentali) non satis fidendum iudici, quia vix fit, vt pœniteant nondum damnatæ: & eam exigere, foret reos satis ad perfidiam procliues sacrilegij periculo exponere. a

Post sententiam quoque hæc contritio, ad id quod dicimus, mihi præcisè non videtur necessaria. Quod probo, vel enim loquuntur de cõtritione propriè sumpta, quatenus est pars vna præuia pœnitentiæ: & nego de hac vnquã iudici constare posse: vel sumunt pro attritione, & de hac, quoniam interna est, idem asserendum. Si dicas, potest iudici constare, de hac æquè ac confessario, dico rationem esse disparem: nã iudex in foro poli tenetur credere reo pro se loquenti: iudex in foro fori credere non modo non tenetur: sed, ne facile credat, sibi plurimum cauere tenetur. Deinde si ille decipitur hac in re, damnum est solius decipientis: si iste, damnum est præterea iustitiæ & reip. Vel deniq; contritionem sumunt pro actuali confessione Sacramentali. Sed (quicquid dicant alij Domini respondentes) certũ est, in praxi iudices ad illam attendere non solere: nam latroni b

contra socios creditur, etiamsi nolit confiteri: vt & hæretico impœnitenti & infideli, de Sodomia complicis, quæ cuncta crimina cum strigum crimine solent concurrere. Verum licet sit hoc in praxi nouum volunt saltem in iure satis fundatum, & rationi valde consentaneum de iure probant, ex c. accusatus §. licet de hære. in 6. ibi, *si ex manifestis indicijs apparuerit, non ex leuitate animi aut odij fomite, sed zelo Orthodoxæ fidei, &c.* Verum respondeo illa aliunde apparere posse: nec confessionem illam satis manifestum signum ad hoc esse: cum ante sententiam soleat esse ficta, post eandem possit esse simulata ad pœnam mitiorem obtinendum. Deinde aliud est, *non videri motum, ex leuitate animi, &c.* in denunciando, aliud *debere esse contritum.* Non est igitur isto textu expressum, sed nec alio vllo: non quidem ex verbis, sed nec ex sententia & interpretatione congrua. nam licet quæ ex sententia legis sunt, lege cauta censeantur *l. nominis D. verb. signific. l. neque leges. l. scire, cum §. m. D. de leg.* attamen non omnis legis extensio ex legis sententia est. Probant ratione 1. fidei humanæ fundamentum est personæ integritas, quæ in non contritis abest. 2. quia nulla fides adhibenda personæ, quæ fidem Deo violauit. 3. quia tales non contritæ sunt mancipia Diaboli, qui mendax est 4. quia dæmon id vnicè agit, vt carceratæ nullum denuntient: igitur si quæ persona aliam denuntiet: fortis est præsumptio, quod ex odio in genus humanum suggerat incarceratæ vt innocentem denuntiet.

His argumentis nihil moueor. Ad primum dico, integritatem personæ posse intelligi, vel de sanctitate & perfecta iustitia: vel de fama illibata. priore modo nego illam in iudicialib. esse fundamentum fidei: adminiculatur, vt magis credatur à iudice, sed absolute non requiritur. posteriore modo in iudicialibus criminum non absolutè requiritur, nam nec contrito reos tales facit: sed eatenus tantum, vt criminosis non credatur, si nihil adsit, quo expurgetur infamiæ vitium: hic vero expurgatum est per torturam, quæ facit illos credibiles. maximè si tempestiuè non reuocent.

Ad 2. ratio laborat vitio plus probationis. quia sequeretur nulla in re illis credendum. Idem respondetur ad 3. & præterea etiam Diabolo mendaci exorcismis extorqueri veritatem: sic mácipijs eius tortura illam posse exsculpi: & valet similitudo, quia exorcismus est, quasi quæstio, qua dæmon torquetur. Quarti consequentia nihil valet. nam non quicquid conatur diabolus impedire, Deus permittit, vt possit. nec etiam prouidentia Dei facile finit innocentes deferri, & puniri. Quare nego illam præsumptionem esse fortem, vel bene fundatam.

Igitur si pœnitentiæ signa, etiam citra confessionem illis apparerent, bonum id foret, & optandum iudici: sed citra illam vix est, vt pœnitentiæ signa censeri debeant: quare *simpliciter asfero, sufficere Iudici. si aliunde quam ex contritione (quomodocunque accepta) possit verisimilis apparere denunciatio, & ideo talis ei videatur.* Certe super pœnitentiæ signis exterioribus an essent sufficientia, necne, semper aduocati sine fine litigarent. Quare ista sententia noua mihi videtur satis noxia iudiciorum expeditione.

Fateor D. Binsfeld. *lib. 3. concluſ. 6.* istam conditionem posuisse, & me ex illo *lib. 5. Disputat. sect. 3.* sed nec ratione nec auctoritate hoc nouum di-

ctum

ctum ille confirmat: quare suspicor & verisimile est, id cum eo sensu posuisse, quo equidem posui: nempe quod confessione sacramentali ante mortem accedente aut tempore denunciationis accedentibus signis exterioribus iudici verisimilibus ex animo pœnitere: multo firmior sit, & securior in praxi, sententia de recipienda complicum plurium sine alijs indicijs denunciatione: non vero eo sensu: quod si deessent talia signa vel confessio, vt non esse tutam sententiam credatur: quod in terminis nullum vidi adhuc asserentem, contra receptam quam dixi & notoriam praxim. Hæc de noua quæstione nunc dicenda occurrebant.

QVÆSTIO IV.

An ea, quæ de iure & Constitutione Carolina Art. 31. requiruntur in denunciatione vnius, requirantur etiam in denunciatione plurium?

DAtauini & Friburgenses responderunt non requiri, idē ego responderam. Sciendum moueri quæstionem propter art. 31. & ar. 44. quorum tenor sequitur.

ARTIC. XXXI.

Rubrica,
Communia indicia quorum quodlibet solum ad torturam sufficiens est.

SI vnus reus cōuictus, qui in suo delicto auxiliatores habuit, aliquem in carcere denunciat, qui ei ad perpetrādum delictum commissum opem tulerit, etiam est suspicio contra denunciatum, si modo in huiusmodi denunciatione sequentes circūstantiæ & requisita obseruentur & reperiantur.

Primo quod denuncianti persona denunciata in quæstione nominatim non fuerit proposita, adeoque de eiusmodi persona in specie non fuerit interrogatus aut torrus denuncians, sed in genere interrogatus, quis eius in crimine fuerit auxiliator: denunciatum ex se cogitatione assecutus fuerit & nominauerit.

Secundo conuenit, quod ille denuncians omnino specifice interrogetur, qualiter quomodo & quando cum denunciatus inuenerit, & qualem societatem cum eo habuerit, & in hoc debet denuncians interrogari de omnibus possibilibus, & necessarijs circūstantijs, quæ pro occasione & qualitate cuiusque facti, omnium optime ad sequentem inuestigationem veritatis conducere possunt, quæ hic omnes describi nequeunt, sed quilibet diligens & discretus per se considerare potest.

Tertio conuenit inquirere, an denuncians in singulari, inimicitia, maleuolentia, vel contrarietate cum denunciato consistat. Nam vbi talis inimicitia, maleuolentia aut contrarietas notoria esset, vel inquirendo reperiretur: tunc enuncianti de eiusmodi denunciatione contra denunciatum non esset credendum, nisi de hoc alias tam verisimiles, firmas causas, signa veritatis iudicet, quæ quoque in inuestigatione reperiantur, quæ firmum indicium faciant.

Quarto vt persona denunciata adeo suspecta sit, quod denunciati criminis rea videri possit.

Quinto denuncians in denunciatione constanter manere debeat.

Rubrica,
De Magia ſufficientia indica.

ARTIC. XLIV.

SI quis offerat alias Magiam docere, vel aliquem maleficare minetur: & illi, cui minatus eſt eiuſmodi quid contingat, vel etiam ſingularem conſuetudinem cum Magis aut maleficis habeat: vel talibus ſuſpectis rebus, geſtibus, verbis, & ſubſtantijs vtatur, quę Magiam ſecum important, & illa perſona de hoc alias ſit diffamata, hoc præbet firmum indicium Magiæ, & ſufficientem cauſam ad torturam.] Hactenus ſunt verba conſtitutionis criminalis ſancitæ à Carolo V. Imp.

Hoc poſito reſpondetur hanc conſtitutionem in d. art. 31. capiendam de denunciatione vnius vt in terminis loquitur, non plurium. Nam locutio ſingularis legis non poteſt reſolui in pluralem, quando plurium & vnius diuerſa eſt ratio iuxta doctrinam Præſidis Nechlinienſis in loco à vi numeri, Nu. 1 & 8. diuerſam vero rationem eſſe in noſtro caſu plurium & vnius oſtenſum in reſp. ad 1. quæſtionem. Item primum requiſitum d. art. 31. non habet locum in denunciatione à pluribus facta quod probatur. Non debet reus in genere de complicibus interrogari, quando indicium aut præſumptio adeſt contra ſingularem perſonam: ſed poteſt fieri de illa ſpecialis interrogatio. *gloſ. & DD. l. fin.* (*de accuſat. Brunus de indic. 1. p. q. 6. n. 4. Boßius. de inquiſit. nu. 61. Menoch. Præſes. de arbitr. Iud. l. 2. cent. 5. caſ. 474. num. 53. Binsfeld. membr. 2. concl. 1. verſ. pro iudicibus annotandum.* quando autem plures denunciant, poſt primam denunciationē iam adeſt denunciatione primi indicium ſeu præſumptio, hoc enim prior ille operatur: & ideo inter indicia ad inquiſitionem & interrogationem hāc ſufficientia ponitur denunciatio vnius complicis. *idem Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 8. nu. 2.* & conſtat plus requiri ad inquiſitionem ſpecialem, quam ad interrogationem ſpecialem, quia illa eſt maioris præiudicij. Vnde & illud infero, cum plus idcirco etiam requiretur ad capturam: ſi in ea licet, magis licebit ad ſpecialem interrogationem: ſed ad capturam ſufficere, non deſunt qui velint, *vt Lancellotus pract. crim. tit. de inquiſit. n. 34.*

Præterea nec 4. conditio requiritur in denunciatione à pluribus facta, vt etiam doctum in reſp. ad 1.

Ergo Carolina non poteſt extendi ad denunciationem plurium.

QVÆSTIO V.

An denunciationibus infamium ſit credendum in criminibus exceptis contra perſonas bonæ famæ?

PRoponitur quæſtio generaliter: & ſupponit abſolute, ſiue ſint plures denunciantes ſiue vnus: atque in his terminis eam diſcutiemus, ſcilicet vtrum vel pluribus talibus ſit credendum? ſic res magnam patitur difficultatem.

Plerique cenſuerunt contra conſtātem & non vulgarem denunciati famam bonam, nihil ad torturam valere plurium complicum nominationem. idq; ne ſit in poteſtate & arbitrio iſtorum tam infamium grauare & denigrare bonum nomen, exiſtimationem, perſonam hominum proborum. *citantur pro hac ſententia, Ruph. Cuman. conſ. 136. ad 1. col. 4. Alex. conſ. 89.*

num.13. lib.3.Marſ.conſ.74. nu. 25. & in crimine noſtro maleficij conſ.109.num. 27. Pariſ conſ.151.numer.13.lib. 4. Grammat. conſ.21.num.8.conſ.35.nu.37.conſ.57.nu.11 conſ.58 num.18.& conſ.66.nu.5. & melius Deciſ.28.numer. 17. & 18. vbi poſt And.de Iſernia & alios ab eo allegatos ſic plene affirmat.Item Socin.Iun. conſ.39.nume.66. lib 2.Rol.à valle conſ.16. nu.24. & conſ. 13.num.35.l.1.Menoch.de arbitr.caſ. 474. num.42. Bertazzol.conſ.59. num. 8. & conſ.61.num.16,Vincent.Onded.conſ.100. num.40. lib.1. hæc communiter recepta: ſententia, valde probabilis eſt: quando bona facta tam conſtanter & plene probata eſt, vt dubitare iudex non poſsit aut debeat, communi eius loci hominum exiſtimatione denunciatũ propter mores anteactæ vitæ haberi pro viro probo,& ab hoc crimine alieno: *arg. l. de minore §. plurimum D. de quæſtion.* & hoc niſi alia adminicula concurrant pro denunciatione, quæ iudex magni merito faciat: tunc enim indicium hoc denunciationis valde graue foret: & multi tenent bonam famam denunciati tollere indicia leuia, & grauia ſolum elidere. *ſic Paul. Merend. in criminal. variȳs conſ. diuerſorum conſ.88.n.78 Vulpellus conſ.105. numer.6.& conſ.125.num.26.* Ex horum ergo ſententia iſtud indicium adhuc aliquid virium haberet contra generalem probationem famæ bonæ: ſaltem ad leniustorquendum: quia præſumptio naſcens ex bona fama eſt generalis,naſcens autem ex plurium denunciatione eſt ſpecialis: *hoc volunt Alex.conſ.77.num.9.lib.1. Arnonus ſoliloq.37.Binsfeld.concl. 6.dub. 3.illat. 6.d. lib.2.*

b Alij cenſent, tum demum elidi indicium hoc plurium per certam & conſtantem bonæ famæ exceptionem quando ad bonam famam accedunt alia indicia ad exculpandum reum denunciatum: vel etiam reis denunciantibus plures defectus obijciuntur qui eorum perſonas vel dicta debilitant: vt, quod ſint viles perſonæ, aut alias alijs criminibus ſceleroſi. ratio eorum eſt, quia ſemper duplicata materia exceptionis plus debeat valere ad augendum & detrahendum, vt duo vincula ſanguinis, duæ improprietates duæ fictiones, duo indicia, duo actus geminati: & hoc in terminis ad liberandum à tortura nominatos, annotarunt non pauci. *Gigas de crimin. læſ. Maieſtat.tit.quomodo & per quos quæſt.7.nu. 7.Grammat.conſil.1.Roland.à valle, conſil. 16.num.20.& conſil.73.nu.24.lib.1. Menoch.d.caſ.474.nu.74.Marſchard.de probatione.concluſ.1317.num.41.Vincent.Onded.d.conſil.10 .n.17.& ſequ.Farinac.qu. 43.n.179.*

Concl. 1 Ex his iam patet, ſimpliciter loquendo plurium infamium denominationem contra bonæ famæ perſonas admitti & poſſe valere ad torturam, v.g. ſi nihil illis obſtet, niſi bona rei fama: ſiueſi non ſint alia adminicula contra denunciationem, hoc enim ſupponit præfata opinio DD. & tenuere DD. Ingolſtadienſes *in ſcripto ſuo ann.* 1590. & Friburgenſes. *in conſil.anni* 1601. poſt Boſsium, Clarum, Binsfeld. & alios. probatur ratione 1. quod non admittatur vnius ſocij teſtimonium ſit, quia bona fama præponderat vnius nominationi: ſed ſi adminiculum accederet ad vnius denunciationem, bona fama non præponderaret: igitur etiam non præponderabit, quando ad vnum aliud quoque denominantis ſocij indicium accedet: cum denunciatio ſecunda præponderet alijs indicijs, *eſt ratio Farinacij*: Secundo. Iura, in exceptis criminibus admittentia infames ad teſtificandum, nõ di-

stinguunt inter infames & non infames denunciatos, ergo nec nos debemus distinguere. Confirmatur, quia si distingueretur, semper fere elidentur denunciationes: quia vt plurimum denunciatur personæ non diffamatæ, & in hoc crimine vix aliunde quam ex denunciationibus oritur initium diffamationis. Tum etiam quia hæc est indoles istius delicti, quod rarissime possint ab alijs denũciari quam ab infamibus: quod quando accidit, infames admittendos, *docent Soz. in reg.* 415. *Menoch. de arbit. q.* 27. *num.* 7. *Grammat. & alij, communem dicit Claru. §. fin. q.* 24. *n.* 13. *& q.* 25. *impr.* Denique non obstant huic sententiæ, Carolina art. 1. nec Mascardus aut alij quia loquuntur de denunciatione ab vno complici facta.

Igitur aliquando plurium sociorum testimonium non eliditur per bonam famam solam quantumuis certam: vt dictum aliquando vero eliditur: & mea quidem sententia à Iudicis arbitrio dependet iudicare, quando elidatur, quando non: quia à iudicis arbitrio pendet decidere in animo suo, quod nam certius in indiuiduo sit in iudicium bonæ famæ, an denunciationis plurium. Quando certius illi videtur indicium bonæ famæ, tunc tenetur abstinere à tortura, *iuxt. Bart. in l.* 1. *§.* 1. *D. de q. Angel. de malef. in vers. quod fama publ. nu.* 34. *Marsil. in §. diligenter n.* 190. *Alex. cons.* 180. *nu.* 9. *lib.* 2. *Grammat. voto* 3. *n.* 23. *vbi etiam ad id adducit. Ioan. And. & Bald. sic etiam Farinac. q.* 38. *num.* 110. Sin vero vrgentiores & firmiores iudicet cõplicum denũciationes, procedat ad torturam, saltem leniorem. Dependet ergo res, à pondere indiciorum, vt præualeant grauiora, vt olim docui *d. lib.* 5. *, section.* 3. *vers. conditiones autem, cum Prospero Farinac. d. operis qu.* 47. *& est ad mentem Carolina.*

c. Concl.

QVÆSTIO VI.

An saltem ad hoc duorum vel plurium infamium denunciationes sint necessariæ?

SI non adsint alia adminicula, vt minimum requiruntur denunciationes duorum virorum vel pluriũ mulierum. Nam vnius non sufficere, maxime contra personam bonæ famæ dictum satis. plurimi enim facienda vitæ præcedentis merita *l.* 3. *§. sed si ex improuiso. & l. non omnes §. à Barbaris D. de re milit.*

Dixi (*vt minimum*) quia saltem requiruntur duo vel tres (vt dixi) nec pauciores vnquam suffecerint: non tamen semper isti duo vel tres suffecerint: si tanta sit vis bonæ famæ propter magnam personarum inæqualitatem (v.g. si Princeps denũcietur à suis subditis) vt duobus vel tribus ipsa adhuc bona fama præponderet: tunc enim tot denunciationes requirerentur, quod possent præponderare. *Sic Pater Valentia. tom.* 3. *in D. Thom. disp.* 6. *q.* 3. *puncto.* 9. *§.* 3. *vers. secunda regula, & Petr. Binsfeld. d. concl.* 6. Aliquando ergo sufficient duo, aliquando plures requiruntur, pro circumstantia personarum.

QVÆSTIO VII.

An vltra denunciationem plurium, denunciati diffamatio requiratur in criminibus exceptis, vt possit procedi ad inquisitionem specialem, & ad torturam?

NOn quæritur an ad inquirendum vel torquendum sola fama suffi-

a

ciat

ciat, quod si quæreretur, optimè quidam consulti respondissent in exceptis criminibus solam famam sufficere ad citandum personaliter, & ad detrudendum in carcerem, & proinde multo magis ad specialem inquisitionem. (*in leg. nullus, C. de exhib. reu. Crauett. cons.* 41 *num.* 6. *cum alijs adductis à Mascard. concluſ.* 754. *num.* 19. ad torturam tamen quæ requirit indicia facto propinqua, grauia, verisimilia, & clara *lib.* 1. *in princip. D. de quæst. l. nulites. C. eodem. Bald. & alij relati à Farinaco quæst.* 37. *num.* 3. non sufficeret sola fama, vt ex communi sententia & praxi docent idem Farinacius *quæst.* 47. *num.* 4. præterquam in occultis criminibus, vbi ad torturam sufficit, *receptum id docet Clarus d. §. fin. quæst.* 21. *vers. Fama sola Rimin. Iun. cons.* 362. *nu.* 3. aut si aliud indicium famæ adminicularetur, verbi gratia nominatio complicis confessi proprium crimen, *ex Gandino & alijs Farin. d. q.* 47. *num.* 171.

Sed quæritur de necessitate istius diffamationis, primo quoad inquisitionem specialem, deinde quo ad torturam. Regula est iure certa.

b Inquisitionem specialem non præcedente fama nullam & inualidam haberi. *text. in c. inquisitionis c. qualiter, & quando d.* 2. *de accusat. c. licet Heli de Simon. & est communis sententia, vt docent AEgid. Bossius titul. inquisit. numer.* 8. *Iulius Clarus §. final. quæst.* 6. *in princip. & Farinac. lib.* 1. *quæst.* 9. *in princip.*

Cõcluſ.

Sed communis quoq; sententia est: hoc fallere in crimine hæresis & læsæ Maiestatis. *ex c. excõmunicamus, §. adijcimus. de sent. excommun.* & in cæteris atrocibus & exceptis; *vt tenent Præpos. Alexandrin. in c.* 1. *numero* 64. 2. *quæst.* 8. *Gigas supra q.* 9. *num.* 2. *Cephal. cons.* 304.

A *num.* 88. *Decian. lib.* 7. *crimin. c.* 43. *num.* 8. *Menoch. consil.* 100. *numero.* 64. *Farinac. d. quæst.* 9. *num.* 14. & 15. *Nauarr. rubr. de iudic. num.* 77. *Valentia d. vers. Secunda regula* quod licet de iure verum non foret: tamen, quod de consuetudine & vsu iudiciorum solemnitas diffamationis ab Aula recesserit multi attestantur. *Clarus supra Bonacoss. lib.* 1. *commun. opin. verbo, Inquisitionem præcedere debet. Farina. de loco num.* 21. sufficit ergo quoad inquirendum in nostro crimine excepto nominatio reorum, vt optimè post Baldum alij. *Bald. in l.* 1. *C. de sum. Trin. num.* 6. *Marsil. cons* 12. *n.* 38. *cons.* 15. *num.* 5. & 6. *consil* 28. *num.* 16. *Gramm. consi.* 21. *num.* 7. *Clarus §. fin. q.* 21. *num.* 5. Hæc adeo certa puto, vt mirer quosdam consultos de inquisitione in hoc crimine contrarium, contra communem praxim, rescribere ausos fuisse,

C

Quod attinet ad torturam, res est controuersa nonnihil. tamen quod olim tenui, non requiri diffamationem *d. sect.* 3. *num.* 1. idem nunc adhuc cum affirmantibus Friburgensibus & Ingolstadiensibus asseruo, *cum Lanfranco in pract. crimin. c.* 8. *Decian. d. consil.* 18. *nu.* 42. *Menoch. d. cons.* 100 *n.* 64. *Binsfeld. membr.* 2. *concl.* 6. *dub.* 2. *illat.* 6. *Valentia d. d. sp.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. *§.* 3. *vers. secunda regula.* Nam si sine alijs adminiculis duorum nominationes valent contra personam bonæ famæ: certe non requiritur præcedens denunciationem diffamatio.

c Concl. 2

E Deinde cum hoc crimen sit occultissimum & Lamiarum maxima vafrities, vix vnquam diffamatio præcedit denunciationem. Fama quoque est indicium remotum à facto, & persæpe vix populi vana & fallax, etiam cum à personis honestis & fide dignis orta, vt

bene Farinac. *dict. quæst. 37. num. 26. &* A
46.

Doctores etiam cum agunt de proprijs & peculiaribus indicijs in crimine maleficij, aliquando vnum, aliquando plura ad torturam requisita recensent: non tamen addunt famam debere concurrere cum illis, vel illa præcedere: sed potius contrarium insinuant. aliquando namque docent famam seu diffamationem solam absque alijs adminiculis sufficere: aliquando alia indicia sola: vt videre licet apud Menochium *lib. 1. præsumpt.* 89. Binsfeld. & à me citatos *vbi supra*. Et ipse Carolus V. ponens indicia, quæ singula sufficiant ad torturam, nullam diffamationis adijcit mentionem. *patet ex Ordinatione* 29. *& seq. vsque ad* 32. Nec obstat. constit. 44. vbi additur expresse, *& illa* d *persona sit super hoc alias infamata.* Non inquam obstat. Nam conditio illa non ad omnia præcedentia indicia, sed ad proximum tantum spectat: iuxta limitationem illam eruditam Menochij, quod quando determinabilia sunt inæqualia seu diuersæ rationis, tunc quæ illis subiungitur ratio vel restrictio non ad omnia, sed ad id quod proximè præcedit referenda est, vt illud limitet ac determinet. *lib. 4. præsumptio.* 89. *num.* 143.

e Nec obstat etiam c. inquisitioni de accusat. & inquisit. nam illud cap. vel procedit tantum de duobus vel pluribus extra iudicium denunciantib. maleficium. *Mart. Azpilqueta rubric. de Iudic. nu.* 78. vel si extendas ad denunciationes in iudicio, intelligendum, cum alia indicia sufficientia desunt: tunc enim diffamatio saltem est necessaria: secus si adsint alia indicia proxima & vrgentia.

(·.·)

B

C

D

E

QVÆSTIO VIII.

An satis denunciari aliquem aut aliquam à pluribus, quod ipsam viderint in conuentu & congregatione sagarum, in ordine ad torturam absq; eo, quod damna fecerit?

a QVI tenent negatiuam nituntur varijs fundamentis. nam eorum quidam totum hoc chorearum & conuentuum negotium exibilant, vt delirium: & re vera nihil tale accidere contendunt, quos puto me satis copiosè refutasse *l. 2. Disqu. Mag. q. 16. & plenius lib. 5. section. 16. post litt. TT. insoluti one quinti arg. in editione tertia Moguntiæ apud Albinum in folio.* & ostendisse vt plurimum non esse illusiones, & modos suggessisse Iudici, quib. dilcernat illusas à non illusis. Postea vidi quorúdam DD. quoddam M.S. consilium, in quo conatur eleuare hoc genus indicij, sed argumentis, vt videbitis vix dignis refutatione: respondebo tamen hic, vt ipsimet videant, si hæc videbunt, fundamenti sui infirmitatem.

" Primò, quia testis minus apte extra " sensum vel ex sensu rei depositæ depo- " nens, probat. *l. qui testatur. §. 1. D. de his* " *quæ in test. delen. l. testium. C. eod. Blan-* " *cus de indic. num.* 49. *& alij.* sed istæ, quæ " denunciant se vidisse istas mulieres " in choreis & comessationibus, non de- " ponunt per sensum aptum, quia tunc " illum non habebant. igitur nihil pro- " bant. *Resp.* transeat maior, etsi indiget " interpretatione. Negatur minor. Quam " illi sic probant, vtar eorum verbis: Pro " constanti namque habemus, quod hæ " striges & lamiæ in actu & raptu illo ex- " istentes, sensus suos cum operationi- " bus naturalibus & veris non habeant. " Quod pro constanti habetis boni viri, " hoc communiter ICti. & Theologi,

profal-

pro falso habent, fatentur aliquando ita contingere, sed rarius longè. *vide dicta à me locis præfatis.* Videte etiam quam constanter id probetis, quod habetis pro constanti. Id (aiunt) ex eo colligimus, quod congregationes istæ in locis siluestribus & palustribus fiant, vbi cibi & epulæ sordidæ, infames, vt plurimum berræ apponuntur, nullum alimentum, sed nocumentum, afferentes supellectilia, vasa argentea & alia denique omnia ibi existentia, vel non vera, sed solum apparentia; vel ea adeò subtili, & adeo fallaci materia fabricata, vt verè non consistant, & hinc ad simplicem Domini nostri Iesu Christi nominationem euanescant. [Hæc probant multorum testimonijs, quod nihil necesse, quia non probant, quod illis probandum erat. Deinde addant pro minore argumenti: & tamen praxis demonstrat, quod de amœnissimis locis, suauissimis cibis, & rebus pretiosissimis deponant atque testentur. Quod est argumentum efficax & ineuitabile deficientis, vel saltem deprauati, & minus apti sensus.]

Respond. Hos argumentantes valde allucinari, quoniam ab eo quod aliquando contingere Grilland. Remig. eo & alij asserimus, ipsi inferunt vniuersalem id semper contingere. cur si nobis credi poscunt de ijs, quos deceptos diximus; non credunt de reliquis, quos deceptos negamus? Cur putant, quia in loci ornatu deceptio est, sequi tali in loco non fuisse corporaliter? Quasi non possit dæmon illas & eo transferre, vt illic vere fuerint, & nihilominus amœnitatem hanc oculis, & cibos palatui, & similia obtrudere, more præstigiatorum, an quia puto, me in præstigiatoris ludo vidisse, quæ non vidi, sequitur me in ludo non fuisse? An non veram cladem gregibus dedit Aiax, quia Laertiadem & Atriadas cædere se opinabatur? Sed euanescunt audito nomine Iesu, præstigiæ ergo fuere, non tamen ideo; non illic fuere striges, quæ præstigijs ibi delusæ. deinde potuit, subito, quæ vera & solida erant, Diabolus oculis subtrahere, & sic euanuisse videantur. Sic ergo hoc argumentum sensus quoad quædam deficientis: & aliquando: quid inde? subdunt rationem Physiologicã. "Totius corporis compago, & sensuum harmonia pro sui conseruatione mediocritatem quandam requirit: ideo in tantum motus violenti celebritate, vt est asportatio illa Diabolica, consistere non potest."

Respond. Mediocritatem hanc non consistere in inuisibili: sed habere suam latitudinem, in vno maiorem, quam in alio. Diabolum verò, qui vires singulorum optime, perspectas habet, ijs motus velocitatem sic attemperare, vt præter fatigationem detrimenti nihil sentiant. An minus videt, audit, gustat, sentit, qui veredarijs currit, & fatigatur, quam qui sensim pedibus ambulat? Addunt;

"Præterea spectra, quæ nocturnis tenebris imaginationi perterritæ sese offerunt, quoties illa supposita nox sit, vsque adeo vim omnem corpoream lædunt, vt vel à deferente deciderent homines, vel terrore consternati perirent, vel in grauissimum aliquem affectum inciderent, quod experiuntur, qui leuioribus occasionibus persæpè ex solo terrore in grauissimos incidunt morbos. Quare si eo incolumes deferuntur, necesse est vi aliqua naturæ vires excedente suspendi animæ actionem in totum corpus, ita veluti

cadaue-

cadauera sensus ac mentis omnino expertia pro illo tempore sint: & hoc est, quod nouissime voluit Delrius dicta, quæst. 16. lib. 2. sub littera C. vers. posset dæmon, ibi horum enim vnctione obstupefacit sensum & miseris persuadet, &c.

Quæro cur non addunt, quid persuadeat, quod ego addidi, *persuadet vnguenti vim esse maximam*? an quia videri volebat me dicere, *persuadet illis quæ non sunt*? Certe miror me dici voluisse quod tota illa q. 16. tam exactè refutaui, hoccine est bona fide consulere? Dico iterum nihil aliud me ibi asseruisse, nihil voluisse, quam causam reddere, cur quod sine vnguine dæmon posit, cum eo malit. Terror nasci solet ex re incognita, nam notis non terremur vehementius nec diutius. Sagæ sciunt quæ vident dæmones esse, & ipsorum fieri opera, quibus etiam commiscentur, facillimum est illi, imaginatione non læsa, sed delusa, sensit non sublato, sed aliquantulum alterato, eas deferre, cætera quæ addunt mera & inania verba sunt, nec à me, nec alijs admittenda.

C Pergunt, Alia & 2. ratio huic valde proxima nos trahit, quod hæ personæ, vel vi venefici huius vnguenti, vel furore Diabolico ita diuina permittente manu, prorsus ebriæ & furiosæ dicantur. Abbas Trithem. d. q. 6. col. 3. cuius verba cum propositæ rei apprimè seruiant, reserve placuit; *voluntatem habent* (inquit) *depravatam, quæ eas conuertit in furorem, quo mentem præoccupante, mox dæmones se furentibus applicant & effectum eorum, quæ ipsæ maleficæ petunt, Deo permittente Dæmones insanientibus præstant.*] Simile voluit Picus de rerum prænot. cap. 5. in fin. li. 1. dum inquit, *Necromantici furunt, chiromantici A delirant, Magi insaniunt.*] At iure probatum est quod dicta furiosi & ebrij non considerentur. *Speculat. de testament. §. 1. numero 8. Bartol. de testibus ver. furios. Albert. de testibus num. 32. Campeg. de testam. regul. 114.*

Respond. Argumentum æquiuoco vitio laborare. Nam in minori, I. C. illi furiosas vocant propriè sumpto vocabulo, quorum imaginatio læsa. In maiori Trithem. de voluntatis malitia loquitur, & furoris vocabulum sumit impropriè, sicuti cum iratos dicimus furere.

B Quod in Pici verbis clarius elucet; quis enim non videat sic dici furere Necromanticos, & insanire Magos, sicut dicuntur chiromantici delirare? quis vnquam vllorum istorum habuit pro vere furioso, quem catenis, non disputatione compescere solemus? Nõne illud, *voluntatem habent depravatam*, satis indicat, de quo furore loquatur Tritthemius? Furor ille, quem Bart. & cæteri dicunt à testimonio arcere, non oritur à voluntatis deprauatione; sed ab imaginatione læsa natus, impedit sanam & liberam voluntatis functionem.

D Tertium argumentum adhuc leuius est: Consideramus (aiunt) quod hæ sagæ & maleficæ, à tempore & momento illo, quo liniuntur & vnguntur, vel saltem à dæmone asportantur, vsque ad tempus quo reuertuntur, naturam dæmonis assumunt, vt inter ipsas vel dæmonem nulla vel modica existet differentia, & quicquid ipsæ agunt, non ipsæ, sed dæmon operatur, quod E probant verba Tritthemij modo relata, ibi; *illorum Dæmones se furentibus applicant*: quod etsi non eueniet per modum obsessionis, & quod dæmon sagam ingrediatur, ibique tanquam

3. arg. d

Domi-

Dominus nauis operetur, euenit saltē, quod tamquam extrinsecus motæ, per immutationem phantasmatum plurima inania & falsa ostendat, sensus ludificet, decipiat atque fascinet.]

Duo his verbis inuoluuntur quorum vnum nihil commune habet cū altero, etsi quasi ratio alterius adiungatur. Prius est, *eas tempore strigiportij, naturam dæmonum assumere, ita vt inter illas & hos vel nihil vel modicum intersit.* Hoc cum sit falsissimum, pernego. Quæso si eques ab equo abripiatur, & illo in equo hærente; sed equū regere non valente, equus segetes, calcet & conterat: etsi vere calcatio equo sit adscribenda, tamen quis dicat equitem equi naturam assumere, &c. Nec ad rem facit quod hunc inuitum portat equus: nam nec striges semper sponte conscendunt fictitium hircum. Vnde apparet, quæ ex Tritthemis secundo loco ponitur, non probare quod præcesserit, sed tantum aliqua fieri ab ipso dæmone, quæ striges se putant facere. Quod non negamus, sed asserimus falsam esse illam assertionem generalem; *quicquid ipsæ agunt, non ipsæ sed dæmon operatur.* Quæ ab homine nullo pacto aut vix fieri queunt, illa dæmonis operationi possunt adscribi: sed esse in cōuentu, saltitare, se ingurgitare, blasphemare, &c. fiunt instigante dæmone, sed à strigibus patrantur. Et bene quod ipsimet hoc aduertentes sua cædunt vincta cum immediate subiungunt.

Est si quid vere & per sensus operātur, quod in quibusdam actibus negari posse non videtur, vt in saltibus, & cōcubitu cum dæmone, iuramentis & obligationibus cum eodem ineundis, alijsque dæmoni vtilibus & proficuis, totum hoc ipsi, tanquam instigatori & Domino earum personarum iam facto, tribuēdum videtur. iuxt. reg. l. & si amicis D. ad leg. Iul. de adulter. Abb. Tritthem. d. quæst. 5. vbi (inquit) Dæmonem vti voluntate furentis maleficæ, sicut artifex instrumento ad operandum. Remig. d. cap. 14. colum. 10. quæ dicuntur dæmonum ministerio & opera fieri.]

Respond. Incauta Tritthemij verba videri hos allegantes in alterutrū præcipitasse. Vel enim voluerunt hoc sic tribui dęmoni, vt nō mereātur propter ea facta punitionē lamiæ: vel vt absolute propterea negemus eas id operatas. Vtrumque est intolerabile. Posterius quidem, quia licet ille sit Dominus imperans, & suasor incitans, tamen in tripudio pedes moues & vult mouere lamia, atque ita de cæteris actibus. Nec seruū latronem à pœna latrocinij liberat iussio sui Domini. Idcirco & prius negandum. Deceptio suadentis, non impedit ne actio persuasi sit volūtaria. Putare autem quod Diabolus sic eorum voluntati dominetur, & liberi, esse arbitrij, seu libere velle desinant, Catholicæ fidei repugnat. Quapropter comparatio illa instrumēti fabrilis nec satis apta, nec satis propria est, artificis absolutum in terram dominium est, adeo vt cum ipse vult, serra idonea non possit non serrare: dæmonis in voluntatem lamiæ potestas nulla, nisi instigandi; sed semper illa potest cum Dei gratia, abnuere ac dissentire. Et quia hoc potest; quando Dæmoni cooperatur rea pœnæ fit, hic temporariæ, in altero sæculo æternæ. Denique quid hæc omnia faciebant ad rhombum, nam etsi vera forent, non sequeretur sagas cōuentibus se interfuisse dicentes falsum deponere. Quod probandum erat, nec tamen hoc argumento vel sequentibus probatur. Sequitur enim.

Et hac sola ratione vel transmutationis, vel omnimodę similitudinis & operationis has dici existimamus lamias: quod est certi dæmonum generis nomen. *Torquema. d. Dialog. 3. fol. 4. in fin.* Vel strigias nuncupari nomen paludem infernalem significans. *Franc. Berna. Comens. de strigibus in princ.*

Vbi estis Etymologiarum studiosi? accurrite. *Lamiæ dicuntur certi dæmones.* esto, nam idipsum alias probaui ex sacris litteris, & patribus, *Commentar. in Traged. Senecæ, & in disquisit.*] Ideo illæ dictæ lamiæ propter trium causarum vnam, prima est, *transmutationis*: Sed eas transmutari in Dæmonem, id vero veræ fidei repugnat & sanctionibus, abstinendum ergo ab hac ratione. 2. est *omnimodæ similitudinis.* Hæc ratio sic indefinite posita æque falsa est ac prior, debuerunt addere in malitia aut quid simile, & adhuc negaretur hi, *omnimodæ 3. & operatione*, hanc admitti posse censeo explicatam, instigatæ & adiutæ à dæmone.

Strigiæ, non vocantur, sed *Striges*, & *Strigæ*, à vulgo, nec illud à palude, *strigiæ*, ridiculum commentum rei tã seriæ inserendum, dictæ ab obscæna volucri, *strige*, cui nomen à strigendo, vt docui alias ex Sereno, Ouidio, festo; quibus hac in re potius credere debuerunt, cum & Simancas id clare posuerit, *Cathol. instit. cap. 32. num. 1.* quem ipsi laudant.

Denique rationibus his maiori huiusmodi, *Lamiæ sunt dæmones vel saltem Dæmoni similes.* Subiungunt hanc minorem; sed dæmonis testimonio nullo modo iudici credendum, ergo nec lamijs, hæc enim argumentatio tota latet in his verbis, quæ subijciunt;

At impium esset nedum dicere, sed dubitare, an dicto dæmonis mediato vel immediato, absolute vel ad effectum inducendi aliquod indicium credatur, cum sit inimicus humanæ naturæ, author ac pater mendacij, ac demũ iniustitia ipsa, quia nihil aliud esset, quam quod ministri iustitiæ super iniustitia se fundarent.

Respond. Quando creditur denunciationi sagarum; creditur, non dæmoni; sed ipsis mulieribus, quæ vel inuito illo, vi tormentorum, aut spõte sua veritati testimonium, & iustitiæ adiutorium exhibent.

Argumentum horum consulentiũ tale est in summa. Dubia probatio non attenditur, sed requiritur quod perneceſſe concludatur. *cap. in præsentia de probationibus.* Sed probatio petita à denunciatione lamiarum est plane dubia q. *Respondeo*, sufficere vt pro natura delicti verisimiliter concludat, vt alias ostendi sup. quæst. 1. Et minor quoque falsa est, nec bene probatur duobus quibus probant. 1. est quia quod interfuerint conuentibus, non gignit nisi ex consequentia quadam præsumptionem sortilegij & aliorum criminum. aliquando enim intersunt aliqui, nihil horum committentes. Secundum est, quia potest fieri quod vel ipsæ deponentes delusæ realiter ibi nõ adfuerint: vel denuntiatarum absenti um dæmon figuram ibi repræsentarent. Ad primum dico: nunc tantum quæri, an sufficiat denunciatio ista ad hoc, vt iudex verisimiliter putet interfuisse, & idcirco eo fine torqueat, vt fateantur de illa præsentia: interrogatio de cæteris criminibus consequens est; quia vix vmquam fit, vt qui interfuit non sint criminib. illis ordinarijs irretiti, & ideo est de hoc præsumptio vrgentissima. Ad 2. dico vtrumque illud raro fieri: & posse iudici probabi-

liter

liter constare v. deponẽs fuerit delusa, necne, de repræsentatione quoque innocentis, rarissime eueniunt similia exempla. Vtrumque docui d. sect. 16. docuit etiam posterius istud Binsfeld. & alij.

§ Quintum argumentum est istud: Quinto nos mouet authoritas aliquorum sic in specie tenentium, quod de dictis visis, & gestis in conuentibus istis Diabolicis nulla prorsus habeatur ratio. Prieras de Strigimag. lib. 3. cap. vltim. punct. 16. in fin. Simancas Cathol. instit. titul. 37. nume. 15. Bernard. Gomens. in Lucerna inquisitor. titul. de strigibus. sub. numer. 13. versic. aduertas, Nouiss. Roman. de indicijs causarum ciuil. & criminal. cap. 82. nume. 10. & ita passim seruant tribunalia Italiæ. potiss. vero sanctiss. inquisitionis, prout ministritam vrbis, quam huius ciuitatis plene testantur.]

Respond. Authores allegatos non asserere quod de dictis, visis, gestis in cõuentibus nulla prorsus habeatur ratio: sed tantum sæpe falli & deludi deponentes: eo quod ea putent dicta, visa, gesta in conuentibus, quæ reuera ab illis dicta, visa, gesta, non fuerũt. Refero me, vt dici solet, ad fidem libri. videbis (Lector) Simancam expresse docere aliquando nec falli, nec deludi, sed vera deponere; & quæ d. numer. 5. dixerat ex Ponzinibili & Alciati sententia, ea refellere numer. 6. & addere quod asserimus de vero & reali strigiportio. *id. tam certissimis testimonijs, & tam euidenti rerum experientia comprobat & cognitum esse, vt sit plane studium tenacius hoc infictiari,* quod vero in secunda editione postea addidit, tantum ea causa addere, vt sciamus minus credendum illis, de facto alieno, quam de proprio deponentibus: item minus quando de nocturnis conuentibus accusant

A socios, quam quando eos accusant de criminibus clara luce & extra conuentus illos phanaticos patratis: item minus fidei contra socios mereri, quando nihil aliud imputant quam comessationes & choreas illas nocturnas, quam quando illas simul & alia facinora, puta infanticidia, messes grandinatas, &c. Quæ vt vera fateor: ita non video, quid faciant ad vniuersale, illud aduersariorum dictum (*nullam prorsus habendam horum rationem*) adstruendũ

B Quamuis etiam Simancas in ea, sententia: fuisset illius ne solius dictum, communi sententiæ & praxi præponendum? Eadem plane mens est Cumani & Prieratis: quorsum enim tot exempla conuentuum adferrent, & tam diligenter, quæ in illis fiunt discuterent: nisi vellent ea iudicibus esse nota, & ab

C illis eorum, quam decet haberi rationem? Dico quam decet, quia ipsorum prudentiæ esse volebant considerare in casu occurrenti, quod vero similibus; delusam esse deponentem, necne; iudicare. Quare cum tam non bona fide scriptores istos allegarint, merito non credo quod de praxi Italiæ & vrbis addunt. In vrbe & alijs locis Italiæ Iudex

D fuit Ghirlandus, qui eorum rationem semper habuit: Sacri Palatij Magister fuit Spinæus: Itali Ananias & Picus & alij, & tamen omnes satis clare ostendunt vel maximam de his habendam rationem. Quod attinet ad Nouæ Roman. de test. quis vel ipse cum Alciato & Ponzinibio toties refutatis, vt tot

E Theologis, quorum constat hanc communem semper sententiam fuisse: tot Iureconsultis (*& fallitur Simancas putans contrariam esse communiorem. Vide decitatos à me d. quæstio. 16. & d. sect. 16.*) Tot philosophis & medicis, tot probatissimis historijs vnus obijciatur?

Quanto solidius, licet breuiter Patauini DD. asserũt? Satis esse quoad effectũ torturæ vt nominatores dicant illã aut illas vidisse in conuentib. & cõuẽticalis sagarum; nec oportere probare de damnis alicui illatis. *& citant Binsfeld. confess. malef. membr. 3. concl. 6. Dub. 2. & med. sect. 16.* Idem asserunt DD. Friburgenses, propter alia multa crimina quę solent præcedere conuentus, vt apostasia, & blasphemiæ; & concomitari, vt idololatria, Sodomia, &c. quæ enumeraui, *d. sect. 16. litt. 20.* & quæ nec minus, immo magis, Iudici puniendæ sunt; quam damna agris, pecoribus, hominibus data.

I Nimis enim audax ille consultor fuit, qui asseruit, se pro Theologico axiomate audere affirmare: Quod iudex sẽcularis minus sollicitus esse debeat quãdo inculpatio est de sagarum conuentibus & choreis; quam quando est de maleficijs venenarijs seu damnosis proximorum rebus aut corporibus.]Nullus enim Theologiæ peritorum hoc axioma pro rato aut securo accipiat, sed pro paradoxo & periculoso. Tum quia ratio parũ efficax est; qua id probat; nempe quia ex conuentibus illis & choreis respubl. directe damno non afficiatur, tum quia nihil vrget confirmatio, quod ideo sanctio Carolina in solo illo maleficio noxio seu venenario regi pœnam præscripserit: inconuentuum vero & ibi patratis criminib. sagarum liberam iudici pœnam reliquit, videlicet vti sciat hæc sibi minus cõsideranda quoniam reipub. minus sint pernicioſa. Periculosa certe (vt dixi) opinio, nec vera, semper enim iudici maioris faciẽdus est honor & iniuria Dei, quam cuiusuis hominis: & magis læditur respub. atroci iniuria Deo, quã hominibus illata. Quare de illa magis sollicitus esse debet & eam acerbius punire, diligentiusque conniti ad exstirpationem criminum, quæ directe lædunt maiestatem diuinam, quam quæ directe vergunt in hominum iniuriã damnumue. Iudex etiam sæcularis in iudicando non reipub. tantum, sed Dei vices gerit. Sæcularibus quoque iudicibus loquebatur Iosaphat Rex cum diceret, *Videte, quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium, sed Domini.* 2. Paralip 19. 6. Non de homicidijs tantum & veneficis, sed omni maleficio ac crimine sagarum capiendum illud; *Maleficos non patieris viuere,* Exod. 22. 18 vbi vocem Heb æam MEI ASSEPHAN, מכשפה non esse restringendam ad veneficum alias contra VVierum Domi. In conuentibus dæmonem adorant, in ijsdem nefandissima quæque patrant, venena præparant clades hominum pecorumque calamitates frugum decernunt. Solius idololatriæ quanta iudici sollicitudo gerenda docet Deut. cap. 13. v. 8. vbi expresse præcipitur: *Nec parcat ei oculus tuus, vt miserearis eius aut occultes eum, sed statim interficies.* Non scio vbi de vllo crimine, quod Reipublicæ directe noceat, sic loquatur sacra scripturæ. Nec sinit prudentia simus solliciti de riuulis auertendis, magis quam de fonte exhauriendo. Fontes malorum sunt isti conuentus, riuuli tantum illa veneficia & damna data. Inanis ergo ratio est illa directo damno.

Tinniant aures horum consultorum, expaueſcant corda iudicum illis credulorum, ad illa iudici per prophetam comminata Dei verbis: *Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc à me: sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum;*

qui

qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt : & præsidium brachium, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.] 1. Reg. 2. 30. Cur iudici tam grauiter minatus? an quod veneno vel ferro aliquos interemerat? an potius quia Deo illatam à filijs iniuriam satis vltus non erat? Scilicet minus Sacrilegæ sunt sagæ, quam filij Heli.

Sed obijcitur Carolina sanctio, & male obijcitur ex arg. 109. Multiplici enim solutione sine negotio remouetur. Potest dici cum Friburgensibus, in d. sanctione nomen, *Zauberey*, accipi in generaliore & latiore significatione, quatenus & Magiam & maleficium complectatur. Nam ex Germanicæ linguæ proprietate liquet & magos & maleficos, *Zauberer*, vocari. Ideo cum magi & malefici stricte sumptis vocabulis valde differant, *vt docet Binsf. in l. multi. 6. C. de malef. & mathema. in prin.* & grauius sit delictum maleficorum, nihil mirandum si distinctas vtrique crimini pœnas Imp. præfixerit. Vel cũ Linsfeldio *an l. 5. C. de malef. & mathemat. circa fin. concl. 2.* Imperatorem in hac constitutione non loqui de delicto Magiæ secundum totam eius latitudinem, qua comprehendit vt species diuinatoriam, Amatoriam, & Maleficam seu veneficam, sed secundum vnam speciem, nempe tertiam, quatenus veneno grassantur; & hominibus iumentisque nocent. *l. 1. C. de malef. & mathematic.* Constituere itaque, vt si veneno grassentur, & de facto hominem iumentúve necassint, comburi debere: si vero effectus seu nocumentum hoc secutum non fuerit, tunc non ordinaria ignis extraordinaria pœna prudentis viri arbitrio puniendas. *l. sunt quædam D. de extraord. crim.* Vel denique vt olim respondi; illic Imp. non negare quin maleficæ si cum dæmone fuerint fœderatæ, si in conuentibus consueta fecerint morte plectendæ sint: sed sancire, si venenariæ sint, semper igne puniendas; si vero non sint venenariæ arbitrio iudicis puniendas, hoc est aliquando igne, aliquando alio supplicio. Nec enim (vt voluntaduersarij) idcirco venenarijs rogum intentat, quod alios minus noxios censeret reipubl. (contrarium iam docui) vel quod in istis detegendis minorem iudicis solicitudinem exigeret (quod de tam pio & diuini honoris & fidei vsque adeo Zeloso principe non est credibile:) sed quoniam volebat cauere, ne iudices errarent existimantes in damnis per hoc crimen illatis, eodẽ arbitrandum modo, quo de cęteris criminib. damnificantib. vel personarum occisarum qualitate, pœnæ magnitudinem moderantur, vel etiam putarent tales noxios veneficos sicut cæteros homicidas decollandos: id inquam ne cẽserent, sed intelligerent quam atrox crimen sit veneno & ope dæmonis quẽ tollere, ideo huiusmodi reos omnes voluit vltrici incendio absumi. De cęteris criminibus à Iamijs designari consuetis, id noluit exprimere, quia satis censuit iudicibus id persuasum, ipsi Germaniæ praxi, iam à Friderici & Maximiliani primi temporibus recepta, cui non est censendus voluisse tam clanculum, & obscure per consecutionem quandam detrahere.

QVÆSTIO IX.

Quando sit talis denunciatio, quod hæc vel illa persona interfuerit conuentibus sagarum, an requiratur specificatio temporis & loci, vel virum sufficiat generalis denunciatio plurium absq; huiusmodi circumstantijs ad inquisitionem & torturam?

Sicvt iure communi ordinaria in accusatione exprimi debet locus & tempus; non dies, sed mensis annusq; *l. libellorum* D. *de accusat. & ibi Bart. n. 2. supra c. fin. §. libellorum 2. q. 8.* quando factum semper, non vna die certa punibile est, *Barthol. vbi num. 12.* Sic etiam in particulari inquisitione, quia Iudex tunc vicem subit accusatoris: *Bart. in l. 2. §. si publico num. 12. D. de adulter. communiter receptus, iuxta Aretin. & Felin. in c. qualiter §. debet de accusat. & totius mundi praxim iuxta Ang. in l. ea quidem num. 3. C. de accusat. Bossius tit. de inquisit. nu. 90. Clarus §. fin. q. 31. num. 11.* & ideo, vt reus suas defensiones queat instruere, debet in inquisitione etiam diem exprimere; si reus id petat; quia forte vellet docere se tum alibi fuisse, *Barth. in l. is qui reus D. de publ. iudic. numero 2. & quamuis Imola contrarium senserit, ibidem tamen communiter doctrina Barthol. obtinuit, Ias. in l. 2. §. si quis Ephesi D. de eo quod certo loco. Bossius sup. num. 92. Gigas de crimin. læs. Mai. titul. qualiter procedatur. q. 3. Clarus q. 12. n. 6. & 9. Angelus & Augustin. addit. ad Angel. in gloss. de anno præsente num. 2. Mascard. conclus. 512. num. 3. Farinac. quæst. 1. nu. 20.* Iam iudex tamen quam accusator, si dicerent se diem ignorare, & id confirment Sacramento, excusabuntur, *Clarus d. q. 12. n 9.*

Immo tam necessarium est regulariter vt in accusatione & inquisitione speciali locus, annus ac mensis criminis inserantur, vt etiam parte non petente, ipso iure censeatur inquisitio aut accusatio nulla, vtpote deficiens in substantialibus: *ita post Alexandr. & plurimos ex communi sententia Clarus d. numer. 6. & Farinac. d. quæst. 1. num. 11. & 15.* Quæ vt certa sunt in criminibus non exceptis; optime facturum iudicem, ad hoc vt plenissime muneri suo satisfaciat; si factum sit huiusmodi cuius annus & mensis ac locus à denominante exprimi non difficulter queat; si de his circumstantijs nominantem interroget, hoc tantum volui in disquisit. *lib. 5. sect. 3. sub lit. L. vers. tertio requiritur, vt nominans diligenter*, non vero, quod si in crimine Magię, maximè si plurium adsit nominatio, hæc interrogatio & expressio loci ac temporis prætermissa fuerit: ideo inquisitionem nullam redderet.

Illis enim assentior, vt & Friburgenses, *qui asserunt in criminibus exceptis prædictio solemnia, quoad additionem loci & temporis, non requiri. gloss. in princ. verb. & instituendo Instit. de publ. Bald. ca. 1. num. 20. Quibus modis Feud. amit. Angel. de maleficat. vers. falsario. numero 37. vers. hæc est quædam inquisitio. Hippol. de Marsil. sing. 163. Ferrantes Garzareus inter cons. crimin. vol. 1. cons. 125. Menoch. cons. 90. num. 88. & 91. lib. 1. Ziberius Decian. cons. 18. num. 22. vol. 1. dixi d. libr. 5. sect. 2. §. Tertio requiritur ad formam, & hoc voluit vnus pro parte aduersa consulentium in scripto cuius initium; Opere pretium videtur, hisce verbis:* Necesse non est omnes huiusmodi circumstantias à denunciatoribus indicari, præsertim quando huius rei impedimenta legitima adferuntur apparet, ex quibus iudicis animus moueri potest, vel quasi certo credat denunciantes vera dicere. *Quod & probat.* quia iudicis arbitrio (*ait*) relinquitur, vtrum indicia ad torturam sint sufficientia.] Sunt & aliæ rationes pro hac decisione, quia quando idem crimen sæpius ordinarie, quasi ex consuetudine patratur, locis maxime varijs, & vt plurimum incertis vel incognitis, aliquando etiam ornatu toto loci ficto, & præstigijs instructo,

vix potest circumstantia loci & temporis certo exprimi; loci quidem propter patagium illud præstigiorũ; temporis propter actuum frequentiam: accedit quod in his conuentib. sæpe inebriantur, quod omnia fanatico ritu peragantur; quibus rebus memoria facile perturbatur quoad locum & tempus, sed non tam facile quoad personas; quod docet quotidiana experientia. Vidimus enim quod ebriosi licet compotores suos probe nouerint, & eorum memores sint, temporis tamẽ & loci vbi symposium fuit, non recordẽtur. Sane quod frequentia & iteratio actuum memoriam confundat, testatur Bossius, *de opposit. contra test. numer.* 40. & quod in his criminibus quæ iterari & frequentari solent, tempus & locus non sint de substantia, & ideo prædictarum circumstantiarum omissio non vitiet depositionem merito multi tenent. *Felin. in cap. cum causam. numer.* 13. *& seq. de test. Ioann. Crottus tract. de test. part.* 7 142. *Ioachim. Mynsing. cent.* 2. *obseruat.* 20.

Item quando agitur de probatione alicuius actus puta criminis aut alterius rei in genere, quæ ex pluribus actibus deducitur (vt si quæras, num aliquis sit cõcubinarius, vsurarius, &c.) tunc testes singulares in circumstantia loci & temporis recipiuntur. *gloss. in l. ob carnem. D. de testibus Couarr. à Leyua lib.* 3. *resolut. capit.* 3. *num.* 5. *Maschard. de probation. vol.* 2. *conclus.* 856. cur non etiam testes generales seu de solo crimine tali (quale est strigarum crimen quoad conuentus) generaliter absque his circumstantijs deponentes admittantur in ordine ad torturam? *Maschard. d. loco numer.* 17. Si obijcias cum quibusdam. l. 3. D. de accusat. & l. in causis, C. *eod.* Respondetur DD. ll. in criminibus exceptis locum non habere; vt patet de crimine falsi, *l. vbi falsi* C. *ad leg. Cornel. de falsi. tenent hoc Bald. in cap.* 1. *in titul. quibus mod. feud. amit. ex d. gloss. instit. de publ. iudic. in princ. Purpurat. in republ. l. edita numero* 54. C. *de edẽd. Cephal. cons.* 304. *nu.* 115. *Rimin. Iun. cons.* 18. *sub. numer.* 72. *Farinac. quæstion.* 1. *numero* 13. *& alij supra citati vers. illis enim assentior.* Et de crimine læsæ Maiestatis humanæ, *extrauagan. ad reprimendum, ibi, super dicto crimine, & ibi Bartholom. Item Gigas post Salic. & Præpos. in d. titul. qualiter in crimin. læs. Maiesta proced. quæstio.* 10. *Decian. cons.* 18. *num.* 72. *libr.* 1. & inde ducto argumento de crimine læsę Maiestatis diuinæ, vt est hæresis, *Angel. in Authent. Quomodo oportet Episc. §. final. & Angelus Aretin. in prax. d. vers. hæc est quædam inquisitio.* Vnde ad crimen Magiæ valida est consequentia, quod rarissime caret hæresi, aut Apostasia; & ipsa quoque crimen est successiuum, & ideo solemnitas expressionis temporis & loci in eo non exigitur, ne quoad mensem quidem aut annum, vt bene Farinacius *d. num.* 17. cuius doctrina vera est. siue id Barthol. voluerit, *in d. l. libellorum. num.* 10. 16. siue potius contrarium, vt non male quidam contendunt.

Obijcitur nostræ sententiæ constitutio Carolina articul. 31. cond. 2. *Respondeo*, eam iubere, vt interrogentur de omnibus circumstantijs necessarijs, & non nimis, difficilibus (nam hæ pro impossibilibus habentur) denunciantibus; quales de conuentibus videntur istæ. Nec enim credendus est optimus & prudentis. Imperator voluisse, iudicia retardare, denunciantes ad mortaliter impossibilia, iudices vero ad superflua cogere, cum tanto reipub. damno.

Dicho i-

Difficilior obiectio est, non posse reis denunciatis defensionem tolli, quæ iuris naturalis est; ea autem in eo hic consistit, vt delati possint probare suum alibi (vt vocant) quod facere nequeũt, nisi locus & tempus conuentuum in quibus dicuntur vitæ specificetur. *Respondeo*, in hoc nostro casu exceptionem istã friuolam iudicandam, quod vt intelligatur, paulo fusius hoc argumentum & solutio debent explicari. Qui contendunt defensionem hanc necessariam, quam vocant defensoriam negatiuæ probationem; vel loquuntur de defensione in genere, vel tantum de defensione iuris positiui: vtrouis modo loquantur, vitium est in ratiocinatione & captio: hoc vt liquido appareat, suppono, vt verissimum ex aurea Balde doctrina, defensionem indicialem esse triplicem, vnam iuris naturalis, aliam iuris gentium, tertiam iuris positiui: seu, quod in idem recidit, duplicem, vnam iuris diuini, alteram iuris humani; & illam quæ iuris diuini est seu naturalis aut gentium, à nullo Principum seu hominum tolli posse; quæ iuris humani est seu positiui, ab illis tolli posse, qui hoc iure sunt superiores ac potiores. *hæc fuse Bald. tractat. de statutis à num. 75. Medices tractat. de fortuitis casibus quæstione 8. à num. 9 Zanchinus Hugolin. tractat. de hæret. in prin.* & sic concilianda pugna DD. negantium defensionem reis adimi posse, & aientium id nonnunquam Principi licere.

Hoc posito, quod commune ac certum est tota dissentiẽtiũ ratio in hoc Syllogismo concluditur;

Reis non est tollenda defensio:
Sed probatio negatiuæ est defensio:
Ergo reis tolli non potest.

ET SVBDVNT.

Tolleretur autem denunciatis negatiua probatio, si non esset necessaria expressio loci & temporis in denunciatione ista:

Ergo non licet illas circumstantias omittere: & si sint omissæ, nullius pretij futura denunciatio.

Respondeo, vel nihil concludere contra nos vniuersalem argumentationem, vel falsam esse maiorem & falsum cõcludi ex vna præmissarum falsa. Nihil concludit, si maior est particularis, idem, quod, *Quædam defensio non est tollenda*: tunc enim negaretur probatio negatiua esse illa quæ non sit tollenda, sed aliqua alia: & sic nihil in proposito cõcluderetur. Falsa autem foret maior si sit vniuersalis, significans quod, *Nulla defensio reis tolli possit*. Nam defensiones iuris positiui ex causa tolli possunt, & friuolæ omnes tolli debent.

Si res ponderant se maiorem restringere ad omnes quæ sunt iuris diuini, seu naturalis aut gentium: tunc negatur talis esse ista probatio negatiuæ: quia est iuris mere positiui, pertinet enim ad modum defensionis, qui est huius iuris, licet ipsa defensio secundum se sit iuris diuini, ideo receptum est axioma, modum defensionis, non modo per Principem, sed per statuta quoque ciuitatum tolli posse, *Bald. & Medices supra Barbat. tractat. de Cardin. legato à latere. par. 2. q. 4. num. 3 Quintilianus Mendoz. tract. de inhibit. q. 71. nu. 10. & Rodoanus tract. de spoliis Eccles. q. 13. nu. 10. & multis Farinacius, q. 39. nu. 23. in fin.* & quod ordinaria etiam potestate in criminalibus ex iusta causa ipsamet iuris positiui defensio à iudicibus tolli possit regulariter, & id sæpe factum docent non pauci, *Farinac. vbi sup. numer. 24. & 144 & n. 102. & 107. Franc. viuius vol. 2. comm. opinion. opinione. 717. Mench. §. cap.*

cap. 36. Illustr. q. & cum afflicto Baiardus addit. ad Clarum d. § fin. q. 49. numer. 54. qua de re nihil affirmo vel disputo: id tantum quod mihi sufficit, contendo iudices supremos, qui auctoritate Principis iudicant, tunc posse iuris positiui defensiones adimere, quando friuolæ sunt: tales autem censeri, quando tantum videntur vtiles protelãdo iudicio, ne tam cito lis ad exitum perducatur, nec ad summam seu liberationem reo sunt profuturæ. Huiusmodi, quæ reum non releuarent, defensiones posse iudicem tollere, traditũ ab Alexãd. Bursato & Bosio, leges apud Farinac. *d. quæst. 39. numer. 77. & 78.* num. 79. non reprehendit hanc illorum sententiam; sed quod ijdem iudicibus ad deceptionem reorum viam aperirent, dicendo reum interrogatum debere exprimere qua defensione vti vellet, vt sic iudex postea hoc prętextu exprimẽtem eluderet; id est, quod merito reprehendit. Etenim vir prudens doctusque ignorare minime potuit, defensiones, quæ reo non forent vtiles, esse friuolas, & proinde iudici non curandas. *Vitalis de Camban. tractat. de clausulis. numer 3. vers. nil nouari, ex l. vlt. de procurat.* Hanc vero defensionem, quam aduersarij contendunt tollinon posse, de hoc friuolarum numero probatur; primo, quia cum negatiua, quæ non cadit sub censum sit plane improbabilis, adeo, vt reddat testem de falso suspectum, *Curtius de testibus num. 53. Herculan. tract. de negatiua probanda num. 124. ad seqq.* nos autem hic versemur in probatione intuitiua, contra quam negatiua non admittitur, nisi sit loco & tẽpore coarctata: (*Sic ex Baldo Casonus tract. de malefic. cap. 6. num 6.*) Quia non potest talis negatiua probari, nisi per contrariam intuitiuam probantem affirmatiue. quod illo tẽpore in alio tali vel loco illam personam viderint: *Sic Herculan. sup. n. 152. 154. & 246. cum seq.*) inde consequitur in casu chorearum & conuentus, in quo plerique inculpantes nec loco nec tempore suam denunciationem coarctarunt, non posse probabilem esse istam negatiuæ contrariæ probationem, quando denunciantes sunt mortui, & proinde non possunt illas circumstantias addere, quibus contradicens negatiua per contrarias circumstantias stabiliatur. Deinde versamur in crimine successiuo, in quo non sequitur, Petrus tali die non interfuit choreæ; ergo nec alijs diebus: nam depositio Petrus interfuit choreis generalior est incusatis, quam vt possit tempore hoc vel illo coarctari: nec contrarium, magis videtur probari, quam si de hæresi accusatus, quia concionibus interesse visus fuit, probet se nõ esse hæreticum, quia tali vel tali die ad hæreticorum concionem non accesserit; fieri enim potest quod alio tempore accesserit. *Vide Menoch. d. cons. 100. numer. 92.* Tertio in nostro casu vt contra affirmantem intuitiuam consideratione digna sit negatiua indirecta de visu, debet ea huiusmodi esse, in qua constet de negatiua deponentes illi loco semper præsentes fuisse & vidisse, & audiuisse, & fieri non potuisse, vt visu vel auditu fallerentur: *Colligitur ex Mascar. vol. 2. de probat. conclus. 1091. numer. 9.*) Quia necessarium est vt ex negatiuæ indirectæ probatione nõ suspicio tantum, sed scientia gignatur, vt per illam affirmatiua directa de visu elidatur: tanta vero certitudo, in præsẽti negotio nullo modo potest haberi. Nam strigiportia & conuenticula lamiarum fiunt nocturno tempore, cum familia tota atque adeo mariti in lecto iacentes eodem, dæmonis sæpenumero arte ac ope, somno profundissimo,

& morti ſimillimo compoſiti tenentur, quo ergo pacto tales dormitantij de viſu poterunt teſtari,& dicere ſe tota illa nocte vigilaſſe? caſu id vix poteſt accidere:ex curioſitate, nunquam, niſi præcedat ſuſpicio,quam hic aduerſarij abnuunt, ſi faterentur, hæc ipſa foret pro indicio nouo iudici haud aſpernãda. Quarto ſolent lamiæ, cum exeunt ad conuentus domum ſuam faſcinationibus implere, & vicarium dæmonem domi in mariti thalamo ſupponere loco ſuo;quod multis exemplis confirmant Binsfeldius & Remigius, & alij,& non infrequens eſſe conſtat: quod ſi ipſi nonnunquam domi remaneant, comparent in conuentu per ſubſtitutum,vt faciebat Doctor Fleatencis cõ ſiliarius Treuericus,& propterea conſequeretur, ego illã tali nocte vidi domi ſuæ : ergo non fuit viſa in choreis: Immo potius, quia in choreis viſa in ſubſtituto, ſeu repræſentata ; merito iudex colligit ſe ad torturam debere procedere, nec negatiuas probationes tales ſibi expectandas : cum non conſtet innocentes vllos ſolere repræſentari.

Equidẽ habeo pro manifeſto; quod ſi probatio iſta negatiuæ in hoc caſu admitteretur, & complices de choreis ſemper in denunciatione ad locum & tempus coarctarentur, idque vt ſubſtantiale denuntiationi neceſſariũ iudicetur : fere omnem aditum obſtrui quæſitoribus ad veritatem inueniendam.Nam vix vlli complices poterunt ſatis certo illas circumſtantias exprimere,& probare:neque per hoc eo magis iudices de innocentia denunciatorum fient certiores: cacodæmoni vero fuerit facillimum officijs & faſcinatorijs præſtigijs, quandocunque ei collibebit,per deluſos ijs teſtes, mancipia ſua torturæ eripere, ad ſummam Dei Opt. Maxim.iniuriam, ad iuſtitiæ dedecus, & totius humani generis exitium.

QVÆSTIO X.

An in hoc crimine vel alijs exceptis, teſtes ſingulares in circumſtantijs, dummodo concordent in effectu, ſubſtantia & fine,admittantur, & an huiuſmodi teſtes ſingulares,quando plures ſunt,faciant indicium ad torturam?



VÆ ſunt quæſtionis partes : ad quarum reſolutionem præmitto DD. ſententias adeo hac in materia fidei,quam merentur teſtes ſingulares, eſſe varias,vt vix ſit operæ pretium eas recenſere,legatur,*Anton.Gabrielius lib.1. comment.opin.titut.de teſt.concl.2. & Ioſ. Maſcard.d.vol.2. concluſ.856. Gottus de teſt.part.7.tit.de forma in teſt.exam.obſeruat.num.131. Simanca. Cath.inſtit.tit. 64.n.65.& ſeq.*

Suppono, quod omnes concedunt, teſtem ſingularem dici duobus modis, primo ſtricte,proprieac abſolute,cum quo ad eundem actum & perſonã nullus alius teſtis concurrit quoad effectũ, ſubſtãtiam & finem ; vtpote quia quod alij deponant non ſubordinatur ad id quod alter depoſuit, ſeu tendit ad aliũ effectum, & finem. Secundo laxius,& minus proprie & ſecundum quid vocari ſingularem,quia alij nõ conueniũt cum eo in quibuſdam circumſtantijs, tamen conueniunt in ſubſtantia criminis & tendunt ad eundem effectum & finem probandum.

Quoad primi generis ſingularitatem probabilior mihi videtur ſententia ad condemnationem illos non ſufficere, ad probandum crimen aliquod in ſpe-

cie,

cie, vt vnum homicidium, vnum raptum, item aliquem fuisse in isto conuentu, &c. *iuxta Clarum §. fin. qu. 53. sub nu. 18. Felin. in c. licet. 2. col. 5. de test. Gigan. de crim. laes. maiest. tit. quomodo & per quos q. 8. Mynsi. cent. 3. obseru. 76.* Valde quoque probabile est, nec in crimine in genere probando illos admittendos in ordine ad condemnationem : quia hanc esse communem multi censent & defendunt post Salic. *in l. testium numero 16. C. de test. Ioann. de Amicu & alios apud Clar. & Pegnam sup. in vers. ego quantum.* v.g. si deponant aliquem esse vsurariũ, hæreticũ, &c. Et quoad istam singularitatem strictam, & quoad omnia idem censeo quoad torturam.

A

B

De testibus vero secundi generis, inuenio controuerti quoad condemnationem, & esse qui negent istos sufficere etiã in exceptis & atrocissimis: quod voluerũt multi citati, & probati à Claro & Pegna sup. Ego tamen sequor cõtrariæ sententiæ defensores, nempe in criminibus huiusmodi, quæ sunt iterabilia, testes de diuersis actibus deponẽtes, qui ad idem crimen probandũ tendunt haberi pro singularibus nõ vt obstent, sed vt accumulent & inuicem iuuent: & ideo non esse repellendos prætextu singularitatis istius impropriæ, hoc volunt in crimine perduellionis & hæresis, & proinde Magiæ quoq;, *arg. l. qui sententiam C. de pœnit.* Doctores plures contrarijs, *vt Iacob. Butrigarius, in l. Arriani C. de hæret. Salic. in l. quicunque C. eod. Ioan. Anan. in c. 1. etiã eo n. 7. Corn. cons. 91. n. 42. lib. 1. cons. 34. col. 1. cons. 247 col. 6. li. 2. Horin. Iun. cons. 99. lib. 2. Marsil. cons. 1. Aymon. cons. 73. num. 72. cons. 78. nu. 6. cons. 267. nu. 3. & de antiq. tempo. in 4. part. nu. 157. Rimin. Iun. latissime cons. 7. per totum. Item, Pet. Ancharan. cons. 277. in dub. 2. Boss. in tit. de crim. laes. Maiest. n. 117. Gigas in tract. de eod. vbi sup. q.*

C

D

E

8. *Immo & in crimine impudicitiæ. quod non est exceptum, idem volunt. Bald. cons. 207. vol. 4. Alexand. cons. 13. col. vlt. in 7. Alban. cons. 25. Zazius cons. 11. nu. 15. lib. 2. Bertazzol. cons. 20. num. 16. & multos accumulans Ioan. Maria Monticella. de testib. tit. impugnatio testis quia vnius col. 5. Ratio est*, quia Iudex ex qualitate personarum & facti potest, si videatur, testibus singularibus credere. *lib. 3, §. tu magis D. de testibus.* probationes enim iudicum causa fiunt. *l. quingenta D. de probat.* ideo ab iudicum arbitrio dependet quæ sufficiant, quæ nõ, vt ijs fidem dent, vel negent, *Castrens. in l Lucius. de his qui not. infam. & in l. admonendi D. de iureiur. Seuerin. ibi. folio. 10. col. 2. Marzell. cons. 1. nu. 7. & in lib. 1. §. si quis vltro. num. 40. D. de quæst. Socinus Iun. cons. 32. num. 10. & cons. 10. & col. 4. l. 2. Blancus. de iudic. n. 367. Boßius eod. tit. n. 23. Rimin. Iun. d. cons. 7. nu. 15. Gabriel. de testibus concl. 2. limit. 2.* Si ergo hæc procedunt in ordine ad cõdemnationem quoad pœnam saltem extraordinariam *vt bene Couarr. lib. 3. resol. cap. 3. nu. 3. & Simancas d. tit. 64. num. 75.* Quanto magis hoc tenendum de his secũdi generis testibus in ordine ad torturam. *per text. & ibi. DD. in l. qui sententiam D. de pœnit. Grammat. decis. 34. num. 30. post Alexand. & alios quos refert. Item Gigas d. titul. quomodo & per quos quæstio. 25. Bertazzol. cons. 213. num. 7. & 8.* Quia testes reiecti, eo quod non sufficiant ad condemnationem, solent sufficere ad torturam, *Barth. in l. 1. §. qu. D. de quæst. cum alijs quos refert Gramm. supr. num. 51.* Quando deponunt de ipso facto, aut de indicijs propinquis & non remotis à facto: nam & remotis, non admittuntur nisi forte omni exceptione maiores, *Sic post alios Rimin. Iun. cons. 361. nu. 32. & 33. & Farinac. d. q. 37. n. 18. & 19. & q. 56. num. 73. & sequ.*

Concl. b

Sit igitur concluſio, qua vtrique quæſito reſpondetur. *Si teſtes in effectu, in ſine, in ſpecie hoc eſt in ſubſtantia crimina contemiant, & plures ſint, & hac in re fide digni admittantur & fidem faciant ad torturam in hoc noſtro crimine.* tenent Maſcard. d. vol. 2. concluſ. 856. Binsfeld. d. mem. 2. concl. 6. dub. 1. probatur, quia de crimine hæreſis, quod in eo teſtes quo ad locum & tempus ſingulares, ſed de eadem ſpem hæreſis deponentes recipiantur docet Simanc. vbi ſup. Nonne Sagæ in diuerſis locis & diuerſis temporibus conueniunt? quare non magis, *locus*, eſt de ſubſtantia criminis huius, quam de ſubſtantia hæreſeos.

QVÆSTIO XI.

An in denunciatione plurium requiratur, quod quilibet fecerit confeſsionem in tormentis: vel vtrum hoc ſolum procedat in denunciatione vnius?

DRæmittam quod certum videtur, Regulare eſt teſtibus criminoſis & infamibus infamia iuris (tales autem ſunt qui conuicti, & qui de ſe ipſis cõfeſsi, hoc eſt ſocij criminis) non credi niſi in tormentis. *l. quoties C. de quæſtio. l. ob carmen. §. ſi ea conditio. D. de teſt. § ſi vero ignoti. in Authentic. eod. Specul. in titul. de teſte §. 1. num. 28. Barthol. in l. cunctos populos C. de ſumm. Trinit. num. 12. Bald. numer. 15. Alberi. numer. 34. Salic. num. 18. Iaſ. in l. lectu. num. 67. & in 2. 46. Fulgos. conſ. 173. in cauſa, colum. 1. poſt Oldrad. ſic etiam Aretin. in capit. 1. num. 40. de accuſat. Ruin. conſ. 146. col. 1. & conſ. 147. libr. 5. Arnon. ſolilog. 60. Marſil. in §. diligenter numer. 62. & in l. 1. §. Diuus. num 5. D. de quæſtio. & conſ. 78. n. 15. conſ. 109. n. 13. conſ. 130. nume. 40. Grammat. conſ. 70. nu. 10. Blancus tract. de indic. num 387. Boſius eod. tit. nu. 151. Clarus §. fi. quæſt. 31. nu. 13. vbi docet ſic ſeruari in Prætoriis Mediolani. idem conſent Rolandus à valle conſ. 51. num. 30. & conſ. 73. numero. 22. Menoch. de arbit. caſ. 474. ſub. n. 49. Vinc. Onded. conſ. 100. nu. 16. Maſcard. concl. 1317. num. 38. & Binsfeld. D. membr. 2. concluſ. 5. verſ. circa hanc concl. quoad infames, adductu plurimũ. Farin. q 43. num. 132. & q. 56. num. 5. & 57.*

Quare requiri ſpecialiter & reus in tortura nominet; & ſi extra torturam nominauerit, ſpecialiter torqueri debere nõ cõfirmatione nominationis, *vt docent Clarus q. 41. verſ. cæterum ſi reus, & Farinacius d. q. 43. n. 136 d. n. 56.* quia tortus præſumitur dicere veritatem, *gloſſ. in. l. edictum D. de quæſt. Alberi. ibi. n. 2. multi apud Farinac. q. 43. num. 15.* & hæc procedere etiã vbi plures ſunt nominatores, volunt DD Patauini in ſuo conſ. eo quod certum ſit vnius ſolius nominationem non ſufficere ad torturam, & ideo de pluribus hoc idem ſe aſſerere.

Contra DD. Friburgenſes in ſuo Reſponſo, cenſent hoc dubio non carere: & rationem qua communis nititur nõ eſſe ſolidam. quia impedimentum infamiæ eſt iuris poſitiui, ideo quo ad hoc in exceptis liber ſit iudex, & propterea ad infamiã purgandã torturam non eſſe neceſſariã. Et propterea rectè à Simanca dictum communis opinionis aſſertores ſine lege & ſine ratione loqui. De Carolina quoque cõſtitutione verius id negaſſe Binsfeldiũ, quam ego affirmarint. *libro 5. diſquiſition. ſect. 3. in ſecundo indicio ſub litt. L. verſ. ſed quædam circa hanc rem.* fateor me illis occaſionem reprehendendi dediſſe, cũ ſcripſi, *expreſſe requirit*, debui enim &

arbitror

arbitror volui scribere, satis clare ex ea colligi. nam cum ar. 31. agens de denũciatione semper addit, *in quæstione proposita*, item *interrogatus aut tortus*. supponere videtur quæstionem. Non obstat, quod ait, *in carcere* : nam hoc per sequentia est explicandum, & qui in tortura nominat, aut interrogatur, certe in carcere nominat & interrogatur. Sed quicquid sit de Carolina : & licet id ex d. cap. illi qui. 5. quæst. 5. non satis probaretur quod communis vult, quia gloss. illum textum exponit de spontanea denunciatione extraiudiciali, hoc est de detractione seu diffamatione; tamen alijs adhuc legibus nituntur DD. Doctores opinionis communis defensores, vt ostensum §. in princ. q. & quamuis non nitatur quis textu aperto legis tamen si argumento probabili ex lege, vel eius ratione id deduxerit, non est dicendus sine lege loqui: immo licet falleretur in sua deductione, eo quod ratio legis illi non suffragaretur reuera, & aliorum interpretatio verior foret, in rigore tamen, qui legem adduxit, eo ipso quod adduxit, nõ debet dici sine lege loqui, quod cõmuni vsu loquendi, de illis vsurpatur, qui nullam legem laudant in dicti sui confirmationem, & propterea Simancas de communi adeo tam grauium DD. sententia potuisset loqui modestius. Quid? quod nec congrua ratio deest, quam postea dabo:

Illud fateor satis probabilem & tutã esse sententiam negatiuam non requiri vt omnes sint quæstione examinati. hãc dico satis probabilem, tũ quia non est destituta suis defensoribus, vt Simãca magnę authoritatis Episcopo & Doctore, alijsque vt Binsfeldio d. concl. 5. qui putat sufficere si metus [illegible] mentorum adhibeatur. & re[illegible]ta est praxi Curiarum Franciæ, [illegible]bus Chassaneo

A ad consuetum Burgund. rub. 1. §. 5. vers. Al'arbitraige du iuge. num 14. & Claro d. quæst. 21. num. 11. qui addit hac in re loci consuetudinem sequendam, quod est verisimum.

Ideo censeo vbi consuetudo circa hoc exstat, ab eo iudicibus non recedendum : vbi consuetudo non exstat, posse iudicem tuta conscientia vtramuis quoad plures, partem sequi: quia (vt alias dixi) *probationum valor & fides arbitrio iudicis est subiecta.* vide Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 90. Binsfeld. d. concl. 5. versicu. hic libet pro nostra materia. b Cõclus. " " " " " " "

Hoc tamen arbitrium sic moderandum, vt pro personarum qualitate, & criminum & alijs circumstantijs modo minus non tortũ credat, ordinarie quoque teneatur plus tortis credere, quam spontaneis : immo nisi vrgeant illum circumstantiæ, non facile, & credulus nominationibus spontaneorum etiam plurium. Vt in hac re tam timide loquar. me mouet ista ratio, ab alijs non considerata. Præsumptio quod infamis sponte sua non sit dicturus veritatem, (in qua præsumptione fundatur communis opinio) licet sit iuris diuini (nam hoc iure de nullo præsumitur quod in re, maxime graui mendacium sit dicturus) est tamen plusquam iuris positiui, vt pote orta ex naturali quodam instinctu hominibus cunctis communis, quod mali nisi malo coacti officium suum non faciant, vel iustitiæ faueant, & ideo quasi est iuris gentium. Attamen quia ex eodem iure gentium videtur manare alia quoque præsumptio, quod in simili hominum genere, (v. g. infamium) semper plus credendum sit, cæteris paribus, duobus vel tribus quam vni. Prior præsumptio est pro communi opinione, posterior pro contraria quoad plures nominantes, ideo licet

adhuc propendeam in communem alteram tamen non reijcio.

QVÆSTIO XII.

An mulier possit esse testis in criminalibus?

IN ciuilibus etiam grauibus (v.g. in matrimonio) mulierem, cui nihil nisi sexus obstat, esse testem integram & omni exceptione maiorem tradit Decius, *cons.* 342. *col.* 2. In criminalib. quoque, si ciuiliter ageretur, etiam canonico iure illam testem esse posse multi censent. *Decius in l. fœmina nu.* 34. *de reg. iur. Clarus §. fin. quæst.* 24. *num.* 3. *Farinac. quæst.* 59. *à num.* 1. item si ex officio de crimine inquiratur. *Vide Farinac. supra numero* 9. Si vero non inquiratur ex officio, & agatur criminaliter Canonico iure mulierem repelli constat in criminibus non exceptis, *cap. mulierem* 33. *quæst.* 5. *cap. forus §. testes, & vers. significgloss. in cap. tam litteris. de testibus. Abb. Felin. & Decius in cap. quoniam de testibus. Marsil. cons.* 22. *num.* 1. *cons.* 59. *num.* 9. *cons.* 101. *num.* 8. *cons.* 130. *num.* 34. *Onded. cons.* 100. *num.* 24. nisi crimen foret huiusmodi, vt eius veritas aliter quam mulieres haberi non posset. *Sic post Marsil. Alc. & Decian. Baiardus ad Clarum quæst.* 24. *num.* 9. In exceptis autem admitti illo iure, receptum, *ex cap. tanta de simon. vbi Anan. Auson. Crott. & Nepos in tractat. de testibus Petr. Ennas regul.* 315. *Imol. & Boyer in d. cap. quoniam Alex. cons.* 11. *numer.* 3. *cum alijs apud Farinac. q.* 59. *numer.* 10. & de crimine maleficij expresse, *Bodin. lib.* 4. *Dæmon. ca.* 4.

De iure ciuili, & in praxi curiarum sæcularium in omnibus criminalibus mulier si (aliud non obstet) recipitur ad testimonium dicendum. *l. ex eo D. de testibus cap. ex eo.* 15. *quæst.* 3. *gloss. ibi & in d. cap. forus §. fin. communem testatur Alexand. cons.* 11. *num.* 14. *libr.* 1. *& cons.* 115. *col. pen. libr.* 4. *Socin. consi.* 54. *col.* 2. *lib.* 3. *Bonifac. vital. tit. de testam. num.* 35. *& 37. Stephanus Aufrer. tractat. de testibus num.* 69. *Nepos ibid. n.* 66. *Crottus ibid. rub. in caus. criminal. qui testem. admitt. num.* 49. *Gigas vbi supra. quomodo per quos quæs.* 6. *Clarus §. fin. quæst.* 24. *num.* 2. *Farinac. d. loco num.* 17. de Italia, *etiam in Ditionibus Ecclesiæ hanc praxim obtinere testantur Alex. cons.* 24. *vol.* 2. *Grammat. cons.* 12. *nu.* 7. *Baiard. addition. ad Clarum quæst.* 21. *n.* 20. *& ad quæst.* 24. *num.* 8. *de Francia praxi satis locuples testis, quia de fide re non agitur est præfatus Bodinus.*

Hæc indubitata de pluribus fœminis complicibus; nam si vnica esset, sociam criminis à nominatione repellēdam putarem: quia tunc præter sexum alium patitur defectum, nempe infamiæ; infamem vero mulierem audiri non docemur, *l. qui testamento §. mulier D. de testam. vbi Barthol. & Imo.* vel quia simul pauper & vilis. *Dec. cons.* 310. *nu.* 5. *Ioan. de amicis. cons.* 87. *num.* 8. *& 9. Paris. cons.* 152. *nu.* 17. *in lib.* 4 *Grammat. cons.* 26. *num.* 23. *& cons.* 58. *n.* 10. *Roland. consil.* 24. *nu.* 64. *& seqq. lib.* 1 *Berta zol. cons.* 3. *nu.* 6 *Onded. cons.* 100. *num.* 18. & multo magis si foret minor annis viginti. *arg. l. in testimonium. D. de testibus. Alex. cons.* 64. *colum.* 1. *num.* 1. *Bertazz. cons.* 3. *num.* 5.

Dixi, si vnica esset: nam numerus alios defectus potest supplere. *supr. ad q.* 1.

(?)

QVÆSTIO XIII.

An ad confessionem duarum mulierum procedi possit siue ad torturam, siue ad condemnationem?

CVM omnes fateantur, & ratio maioris detrimẽti dictet, plura requiri ad condemnationem quam ad torturam, & non quæcunque ad istam sufficiunt, etiam ad illam sufficere; sunt ista duo dispescenda.

De tortura sunt qui absolute negent, & semper volunt à tribus vel qualiter pro denunciantium qualitate factã nominationem, vt possit torqueri denunciata. sic DD. Friburgenses. quibus obstat, axioma toties ab illis receptum: quæ probationes sufficiant id totum à iudicis arbitrio dependere. poterit ergo, quando iudicabit, se duarum denominatione, propter circunstantias personarum &c. satis verisimiles probationes habere, ad torquendum procedere.

Probant tamen auctoritate & ratione, auctores laudant D. Binsfeldium. *d. concl. 6. dubio. 2. versi. septimum illatum.* & me ipsum *d. lib. 5. sect. 3. versi. secundum indicium.* rationem hanc adferunt: viri testimonium plus ponderis habet, quã fæminæ ob sexus fragilitatem: at duorum virorum sociorum denunciatio requiritur, vt aduersus denunciatam personam ad quæstionem procedi possit: igitur duarum fæminarum nominationes ad hoc non sufficiunt, sed plurium requiruntur.

Negari non potest, quin hæc sententia & tutior sit, & rationi maxime cõsentanea, si tamen iudex sibi censeret ad torturam deueniendum, non ausim factum damnare: propter axioma prefatum, & quia DD. Patauini absolute asserunt, ex testatione duarum mulierum, quibus solus sexus obstat, iuste ad torturam procedi posse.

Ad me quod attinet, si probabiliter tales duæ denuncient, cum bonis circumstantijs, maxime scientiæ causa, & non sint contraria virorum testimonia quæ semper pluries facienda, non vererer hoc sequendum dicere. Quod si viri vnius testimonium adesset, non dubitarem cum eo vnius mulieris bene munitam circumstantijs requisitis nominationem admittere ad torturam tantum. Solarum etiam trium fæminarum complicum denunciationem ad eandem sufficere posse censeo. Nec tamẽ propterea pugno cum traditis *d. vers. secundum*: illic enim nolui tradere quid in rigore iudici permissum sit, sed exempli gratia numerum expressi, cum quo vel (scrupulosissimus iudex queat esse securus.

Ad condemnationem nulli vnquam sim author ex duarum tantum mulierum nominatione procedere, nisi præterea adessent alia sufficientia adminicula: & hoc non sufficere docent multi, *vt Decius in l. fœminæ. numero 35. de reg. iur. Rimanal. Iun. cons. 217. num. 5. post Gandin. & alios Farinac. q. 59. num. 26. & 27.* quicum Riminal. concludit ad condemnationem pœnæ ordinariæ in criminalibus criminaliter intẽtatis, nec tres quidem fæminas sufficere: quod retulit, nec reiecit Baiardus *ad d. q. 24. n. 7.* Ratio est, quia fæminæ in criminalib. non habentur pro integris personis, & minoris fidei sunt quam viri, vt pote non omni exceptione maiores *d. c. forus. Alex. consi. 11. n. 11. l. 1. Capola in cri. cons. 32. nu. 2. Socin. cons. 54. col. 2. lib. 3. Aymon. cons. 99. nu. 5. Anton. Gomez. tomo 3. resolut. c. 12. numero 20.* ideo numerus in illis supplet fidem. *Innoc. in c. cum nuntius de test. Petrus Ancharan:*

lib.3.q.51.numer.38.& multos citans Binsfeld.d.concl.6.in fin.& Farinac. d.nu.26. summa namque fragilitas & leuitas est huius sexus, iuxta illud, quod Ciceroni tribuitur:

» Crederatem ventis animam ne crede puellis.
» Namque est fœminea tutior aura fide.
» Quid leuius pluma? puluis: quid puluere? ventus:
» Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.

QVÆSTIO XIV.

An denunciationes fœminarum tum magis fidem faciant, quando non adsunt testimonia virorum in contrarium?

VIRVSDAM videtur non videri earum fidem magis, augeri, quandoquidem mulierum conditio spectanda sit. *l.3.§. tumagis & §. quæ argumenta D.de test.* Alij vero, pro affirmatiua adeo exserte scribunt, vt negent se videre quid obstet. Quia quod in 13. quæstionis responsione dictum, denunciationibus fœminarum plurium, nempe trium vel quatuor in ordine ad torturam credi: id intelligendum, si nihil illis præter sexum obsit: obstat autem illis præter sexum multum per omnem modum, si in contrarium sint indicia, præsumptiones aut testimonia siue virorum, siue fœminarum: adeo vt si essent vel viri vel fœminæ, à quibus probabiliter exculparetur denunciatus; nec sex quidem fœminis vnam complicē denūciantibus, in ordine ad torturā credendū sit. Igitur plus fidei obtinet, nullis viris cōtrariū testantibus.

Quid si dicamus, secundum se intrinsece, & intensiue fidem tum non augeri: sed ab intrinseco tantum & extensiue, quatenus omni obstaculo remoto, ratio naturalis dictat, plus credendum fœminis hoc casu?

QVÆSTIO XV.

An plurium minorennium denunciatio faciat indicium ad torturam?

NOTANDVM primo non posse minorennes, ne in exceptis quidem criminibus testificari nisi sint eius ætatis, vt iam aliquomodo possint torqueri, *iuxta Marsil.in l.de minore n.11. D.de quæst & Carer.in praxi crimin.* Notandum 2. minorennium varios esse gradus ætatis: nam nomen porrigitur vsque ad annum XXV.

Dico primo *minorennis qui habet annum ætatis vicesimum, in crimin alibus omnibus est testis idoneus.* arg. à contrario l. in testimonium D. de test. *tenent glos. in l.iniusti D.eod Spec.& ibi Ioan.And. tit. de testib.§.num. 34. communem & practicatam esse, & qui contradixere in aduertenter locutus, scribit Farina. q. 58. num. 19.& 21.*

Dico secundo *si sit minor viginti annis, sed iam est pubes, sunt variæ Doctorum sententiæ.*

Prima est, talem non esse idoneum testem in criminalibus, nisi in defectū aliorum testium, quando ex natura rei alij testes haberi non possunt, secus si ex accidenti fiat, quod alij nequeant haberi. *Sic post Host. & Bald. Alex. cons.64. num.1. Specul. & ibi Ioan. Andr. d. loco. Ias.in l.1.C. de summ.Trin.num. 50.& in l.fin.C.de indign. Marsil.cons.11.num.5.& cons.162.num.5.& cons.127.n.9.& multi alij relati à Farinac.d.q.59.nu.10.* Secunda sententia fuit Guidonis de Suzaria hoc verum esse in accusatore producē-

te, non

te; non vero quando iudex ex officio procedit, præsertim in defectum probationum: tunc enim posse iudicem puberum minorennium testimonia recipere, *seqq. hanc Alberi Florian. & Iacobin. à Sancto Georgio in d. l. in testimonium. Angelus de Aretio in verb. comparuerunt numer. 13. Marsil. in l. de minore D. de quæst. num. 24. Blancus de iudic. n. 349. & alij apud Farinac. supra numer. 37.* hæc sententia est verior, & receptior, quo ad crimina non excepta. nam *in criminibus exceptis atrocibus & occultis (quale est nostrum) quando desunt alia indicia. indistincte verum puto quod puberum testimonia recipiantur ad torturam.* quia tunc in his eorum persona habetur pro integra & omni exceptione maiore, *est praxi recepta sententia, suam tuentur ex d. l. de minore in prin. Alberti. in d. l. in testimonium. Iason in l. fin. colum. vltima C. de indign. Gigas vbi supra quæst. 12. & alij apud Farinac. supra. num. 22. 29. & 34.*

Concl. 2

c

Concl. 3

Si vero non sint puberes, sed pubertati proximi, tunc licet excludantur in alijs, admittuntur tamen in criminibus exceptis.]Pubertati proximi sint nec ne, id pendet à iudicis arbitrio, quia non idē omnibus est terminus pubertatis, nec eadem tempestiuitas. *hoc communius recipi post Couarr. Duenas, & alios docet Iacob. Menoch. cas. 57. num. 44. de arb. iud.* prior pars conclu. probatur l. 3. §. Ie. Iulia & l. in visti D. de test. in §. sed nec pupillus. l. ex libero §. 2. D. de quæst. ratio quia impubes iurare nequit *l. qui iurasse in prin. D. de iure iur. & l. 4. D. de in lit. iur.* nec potest torqueri in caput alterius. *d. l. ex libero. §. 1.* adeo vt eius testimonium, etiam non apponente parte, pro nullo sit habendum: *Ang. in §. 1. numer. 3. Auth. de test. Marsil. in l. de minore numer. 22. D. de quæstionibus.* Nisi in casu, mortis Domini occisi in domo

A

l. 1. §. impuberi D. ad Syllan. aut si iudex ex officio suo dictum impuberis assumeret: quod licet, propter d. §. 1. negarint Alex. *cons. 64. lib. 1. &* Cagnol. *in d. l. 2. §. item impuberes,* contendunt tamen Specula. & Ioan. Andr. *d. tit. de test. vers. item excipitur quod est impubes num. 34. Bald. Alberi. Florian. & Iacobin. in d. l. inuisti. & in d. l. testimonium,* quorum sententia & in scholis & in tribunalibus receptior est, teste *Farinacio supra num. 37.*

B

Posterior pars concl. de criminibus exceptis, est plane communis, & probatur ex l. de minore prin. D. de quæst. *vbi late Mars. Decius autem & Cagnol. in lib. 2. §. item Impp. D. de reg. iur. Gigas d. q. 12. num. 4. Schenk de testibus num. 13. vers. nisi agatur. Farinac. supra. 9. q. 58. num. 22.* quod introductum ob criminum horum atrocitatem, & tum ab his iuramentum exigi posset: & deberent, modice tamen, torqueri. *Farinac. q. 41. nu. 102. & 103.*

C

d

Concl. 4

Impuberes sed maiores nouem annis, quia iam doli capaces, si Iudicis animus id fert, & censuerit sibi eos torquendos: torqueri poterunt, & ad denunciandum in criminibus exceptis recipi.

D

Quod torqueri possint virga, ferula, vel tormento Sibillorum, id docet Farina. q. 41. *num.* 16. quod hoc à iudicis arbitrio pendeat, *Clarus d. q. 24. nu. 16. Brun. de iudic. & tort. p. 2. q. 4. n. 16. Capric. decis. 130 numer.* 55. quod possint recipi, volunt, Bart. & Marsil. *in d. l. de minore D. de quæst. glos. in d. l. inuito. Crottus tract. de testibus tit. in causis crimin. qui testes admit. numer.* 72. *& ibi Moncadam addit. litt. T, & numer. 70. & Alberic. de test. rub. quando testes refellantur rat. defect. persona nu.* 20. *& Gigas d. q. 12.*

E

Si vero nondum inchoarunt annum nonum, nec torqueri vllo modo, nec ad-

e

Concl.

mitti vnquam poterunt, ad iurandum, aut denunciandum: hoc receptius est. ita post Fran. Marcum Baiardus *supra nu.* 109. *qui ad idem allegat Bologninn. & Foller. & Brunum, ad q.* 64. *nu.* 67. cum sequ. ratio, quia necdum satis intelligunt quid deponant, ideo iurijurando, torturæ, & nominationi defectus naturalis resistit.

f Conc. 6. *Quando minorennis admittitur ad deponendum in ordine torturam, non sufficiet vnus testimonium, sed requiritur saltem duorum.* De hac re sententias refert, nec tamen decidit vtra verior, Baiardus *ad d. q.* 24. *à num.* 107. & citat Marsil. *in pract. §. diligenter. num.* 8. loquentem in num. singulari: quod si bene citat, censeo, *impuberi*, positum indefinite. Aperte duos requirunt communiter. *Alberi. in d. l. testimonium Grammat. cons.* 45. *num.* 21. *Moncada supra num.* 70. *ipse Marsil. in l. infans col. pen. vers. etiam illud dictum. D. ad leg. Corn. de sicar. & Boer. decis.* 261. qui duo vltimi scribunt se sic practicasse, & intelligendi ambo de infantibus saltem doli capacibus. probatur, primo concl. quia minoris testimonium in nostro proposito aliquid g valet & probat: ergo pluriū plus valet & probat, vt minimum ad semiplenam probationem: quæ ad torquendum sufficit. Deinde vnius testimonium si accedat, aliud indiciū valet ad torturam: sed accedens secundi minorēnis testimonium, nouum indiciū est. Dicitur in quæst. *ad torturam*: quia non sufficere duorum testimonia ad condemnationem, licet indicium faciant, putandum. *Sic præcise gloss. Bald. & alij in d. l. inuiti specul. & Ioannes And. supra Bart. in d. l. de minore. & in d. l. ex lib. § 1. & in l. 2. §. quo obseruari nu.* 11. *C. de iur. cal. Gloss. Barth. Ba. d. Salicet. Angel. Alex. & Ias. in l. fin. C. de indign.* quod verum, quo ad pœnam ordinariā A nam quo ad extraordinariam possent sufficere, & sic admitto contrariam sententiam affirmatiuam, *quæ fuit Alberi l. in testimoniū. Marsil. in d. l. de minore* 28. *& in l. infans n.* 46. *D. de sicar. & in §. diligenter sub num.* 81. *Grammat. cons.* 45. *num.* 21. *Farinac. supra num.* 33.

QVÆSTIO XVI.

An verisimilitudo denunciationis ab vno tantum factæ, sit sufficiens adminiculum, vt procedi possit ad torturam.

B

NOn puto quæstionem proponi de nominante, cui duntaxat obstat singularitas, quod sit vnus: nam talis & si sit vnus, est vnus omni maior exceptione, & proinde facit semiplenam probationem: ideo de hoc verisimiliter denunciante, non est dubitandum, esse sufficiens adminiculum. Sed quæstio procedit de singulari cui alij adsūt defectus, vtpote quia est minorennis, infamis, &c. a

C

Porro sicut inuerisimilitudo testimonij plurimum detrahit fidei ad vim eius infringendam. Nam vti testantur in verisimilia, numerus non supplet fidem, *Farinac. q.* 62. *nu.* 320. *Mascard. de probat. concl.* 1358. *nu.* 13. nec iudex debet D credere non verisimilia deponentibus, *Innoc. in c. quia verisimile est de præsump. Marsil. in l.* 1. *§. in criminibus. numer.* 35. *D. de quæst. & in Rep. tub. de probat. numer.* 108. quia quod non est verisimile speciem habet falsitatis: adeo vt confessio non verisimilis non noceat confitenti. *arg. tex. in l. §. Diuus Seuerus & in §. si quis vltro D. de quæst. Bald. in l. si quis in hoc genus C. de Episc. & cleri. num.* 3. *Petrus Ancharan. cons.* 24. *col.* 1. Sic E è contra magnā vim habet verisimilitudo, adeo vt potius credatur pauciori-

ribus verisimilia asserentibus, *l. ob carmen §. si testes D. de test. c. in nostra est. de test. Curtius Iun. cons.* 17. *numer.* 6. *Socin. Iun. cons.* 183. *num.* 10. *lib.* 2. multum prodest vt testium defectus suppleatur. *Carolus Rum. cons.* 149. *numer.* 6. *li.* 3. *Deci. cons.* 18. *num.* 204. *lib.* 1. *Marscard. concl.* 944. *num.* 14. *Farinac. q.* 47. *num.* 158. & magnum præstat ad torturam fundamentum. *l.* 3. *& l. milites C. de quæst.* non secus ac ea quæ à communiter accidentibus vera sunt. *Marsil. in §. diligenter nu.* 33. *& in sing.* 1. *ad fin.*

Sed ista verisimilitudo, quia consideratur potissimum ad hoc vt faciat fidem iudici: minorē vim obtinet, vbicumque magis restricta & coarctata legibus est iudicis potestas. Inde fit, vt in hac quæstione primo distinguendum, inter crimina non excepta & excepta.

In non exceptis, in quibus criminosi de socijs non interrogantur, DD. *ad l. fin. C. de accus.* & interrogati fidem nō faciunt, verisimilitudo denūciationis factæ ab vno, non erit sufficiens adminiculum ad torturam, sicut de infamibus testibus colligitur ex doctrina Baldi *in l. 1. nu. 5. C. de sum. Trin.* & Castren. *ibid. ante fin.*

In exceptis vero & priuilegiatis criminibus in quibus de socijs interrogatio fit, & infames non arcentur, poterit tam verisimilis esse nominatio & tam bene circumstantijs vestita; vt iudicem quasi certum reddat à denunciato crimen commissum: & huiusmodi certitudinem communiter DD. dicunt ad torturam iudici sufficere. *leg. Clarum d. q.* 64. *num* 13. *& in terminis de vno teste nō obstante exceptione maiore Menoc. de arb. iud. qu.* 84. *num.* 4. *& huc faciunt tradita ab Ozasco Præside decis.* 79. *& Bursato cons.* 201. *vbi fuse scribit de hoc arbitrio iudici concesso prater ord. iuris, circa torturā: & hoc vt probabile tenēt DD. Patauin.*

Quoniam vero talis ac tanta verisimilitudo non solet inueniri in indicijs remotis, sed in propinquis, idcirco facilius hoc iudici faciendum in his quā illis: propinqua seu proxima est, quæ oritur ex indicio propinquo, quod est immediatum delicto, v. g. si testis de ipso delicto commisso deponeret dicens se Meuiam in cella clausa: in conuentu maleficarum vidisse. Remota vero quę oritur ex indicio, coniectura, signo & præsumptione. non necessario ipsi delicto maleficij cohærente, v. g. res verba, opera, quæ sapiunt incantationem, vt quod voluit artem magicam aliquem docere, quod damna minatus, quod cum maleficijs conuersatus, &c. In propinquis ergo indicijs hæc facilius vsu venit: simpliciter si iudex sufficientem verisimilitudinem habere se putet: quia plurimum in his eius arbitrium pollet, non auderem condemnare hoc facientem: nec tamen ad id lubenter illum hortarer. Non pugnant ista cum traditis à me *lib.* 5. *Disquis. Sect.* 3. §. *ad torturam*, illic enim locutus sum generaliter, præscindendo à casu tantæ verisimilitudinis, quanta supponitur in erotemate.

QVÆSTIO XVII.

An malefici denunciantes, implicitiet iam aliis criminibus, faciant indicium ad torturam maxime quando sunt plures?

VNa hæc quæstionum, in qua duæ sunt opiniones contrariæ valde probabiles. Vna potius authoritate nixa tenentium, altera vero meliorib. rationibus confirmata. Plurimi tenuere quod etiam in criminib. exceptis (vt sunt maleficiū, hæresis, sodomia &c.)

socij criminis, qui plures defectus patiuntur, v.g. quia multis alijs criminibus implicati, etiamsi aliter veritas haberi non posset, quam per illos, nec ad torquendum, nec ad inquirendum admitti à iudice possint. *hoc tenent Alex. cons. 89 nu. 11. & 12. lib. 3. Socin. cons. 118. volu. 1. Barbat. cons. 65. vol. 4. Marsil. sing. 118. & cons. 102. Gratus cons. 59. vol. 2. Grammat. cons. 38. & 45. numer. 22. & cons. 70. num. 8. & vol. 43. num. 8. Paris. cons. 2. num. 85. vol. 5. cons. 53. num. 76. vol. 4. Gigas. de crim. læs. maiesta. titu. Quomodo & per quos q. 7. num. 7. Roland. cons. 16. num. 20. cons. 24. nu. 61. cons. 73. nu. 24. 27. & 28. lib. 1. Siluan. cons. 81 numer. 15. Bursat. cons. 79. lib. 1. cons. 192. lib. 2. cons. 65. cons. 70. & cons. 275. libr. 3. Cephal. cons. 65. 74. & 204. Ondeon. cons. 100. nu. 18. Rimin. Iun. cons. 113. 644. & 571. Iursin. cons. 81 numer. 65. Bertazz. cons. 3. num. 32. Aymo. cons. 6. num. 54. Natta cons. 298. num. 6. Menoch. cas. 474. num. 54. Mascard. concl. 131. num. 12. & 13. concl. 13. 17. n. 41. & 45. concl. 1359. per totum. & merito communem vocat Eman. Zoares in ver. testiu inhabilis numer. 217.* Patauini DD. hanc etiam probant, nisi excessus in numero defectum suppleat: sed plerique allegatorum non agnoscunt hanc limitationem.

Horum DD. fundamenta videntur 1. quia tortura potest supplere vnam inhabilitatem & non plures. Secundo non posse numero istum defectum suppleri: quia quod est nullum, non potest numero suppleri: hic vero istorum testimonium non modo debilitatum est sed prorsus annullatum, quia tales sunt prorsus inhabiles. Baiardus, non his argumentis, sed tam densa nube testium perculsus, videtur admittere hãc sententiam esse veriorem iure scripto, sed in praxi non teneri, nam *addit ad Clari q. 24. à numer. 128.* postquam DD. multos nominauit, & argumenta illa duo proposuit, hæc verba subdit: Sed quicquid sit de iure veritas est, quod consuetudo seruat, vt omnes testes cũ tortura admittantur, etiamsi mille defectus paterentur. Alias raro socij criminis dictum fidem faceret, quia pauci sunt socij criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita. Ego tamen arbitror, quod tales testes, cum sint magis infames, maiori tortura sint efficiendi, ad eorum dicta conualidandum.] de eadem praxi seu consuetudine testatur Clarus, & eam approbat *q. 21. numer. 7. & §. falsum numer. 4.* vbi tamen requirit alicuius adminiculi accessionem, quando allegant propriam turpitudinem, nẽpe se fuisse subordinatos: quando vero Clarus non loquitur de allegantibus hanc suam turpitudinem, illic non requirit vllum aliud adminiculum, *vt d. numer. 7.* Quæ est quoque sententia Bosij de eadem consuetudine attestantis. *tit. de indic. numer. 156. circa fin.* idem tenet Ioseph Ludoui. Decis. Lucensi. 15. asserens se pluries ita practicasse, quod licet Bertazz. & Roland. impugnare tentarint, *tamen* (ait Baiard. falsum num. 25.) *dicant quicquid velint ita seruatur & sic vidi, & ego quoque, practicaui*] eandem sententiam tenent DD. Friburg. cum sequ. tamen distinctione, inter crimina quæ sunt ordinarie coniuncta & quasi subordinata, & ea quæ ab inuicẽ plane separata sunt, nec habent connexionem prioris generis esse censent cum maleficio crimina hæresis, læsæ Maiestatis diuinæ, apostasię, Sodomię, parricidij, homicidij, &c. in his tenent affirmatiuam posterioris, cũ maleficio videri periuriũ latrocinium, raptũ, furtũ, &c. & in his tenẽt negatiua. *Quo ad priora res est multo euidentior: idem tamen teneo et quo ad*

Concl. b

posteriora. Nam argumenta huius affirmatiuæ probant æque de vtrisque & DD. pro negatiua etiam prius membrum impugnant, & æque parum probant de his atque de illis.

Probatur ergo concl. nostra affirmatiua indistincte. primo quia placuit Bosio, Claro, Ludouico, & Baiardo qui omnes in subsellijs & iudicijs exercitatissimi. 2. quia practicatur, vt dicunt ijdem, 3. quia est vtilior reipubl. & iustitiæ. 4. argumenti Friburgensium, quæ sunt. 1. quia lex criminosos & infames ad testimonium in criminibus exceptis ferendum admittens, inter eũ, qui vno vel pluribus criminib. inuolutus aut ratione criminũ sæpius infamis notatus; non distinguit, igitur nec nos distinguere debemus. *l. non distinguemus D. de recept. qui arbit.* Deinde quia malefici plurimis ijsque horrendis criminibus vt plurimum sunt innodati: quod si alijs criminibus maleficos testes carere esset necesse, nullus vnquam esset testis idoneus. Tertio crimen maleficij non impedit, quin testis socij contra socium testimonium valeat: ergo nec alia leuiora crimina cum maleficio coniuncta impedimentum adferre possint.

Resp.

Cæterum (quod valdè notandum) fundamentum partis aduersæ æquiuoco paralogizat. Nam, primo quæ positiui iuris sunt, absolute accipit, quasi etiam omnis essent iuris. Secundo falsum supponit à tortura non suppleri nisi vnum defectum potest enim supplere plures defectus iuris positiui. quia præsumptio nata ex tortura est iuris gentium: vt & ipsa tortura in genere ad verum exsculpendum, non à iure ciuili, sed à gentium iure defluxit, licet modi quæstionum hi vel illi sint iuris positiui: impedimẽta vero istorum testiũ, mere sunt iuris positiui, quo ad hoc vt

A

infami plurium criminum nihilominus credatur. naturalis enim ratio solũ modo dictat, vt minus credatur istis, quam vno tantum crimine irretitis. Distinguendũ itaque inter ea quæ iure positiuo reddunt inhabilem testem, & eius testimonium annullant, & ea quæ iure naturali vel gentium id faciunt. Priora sic inhabilitant & annullant, vt adhuc possint numero, vel tortura suppleri & perfici, quando ex numero aut tortura iure gentium præsumitur verisimilitudo. Posteriora vero simpliciter & omnino sic inhabilitant & annullant, vt neque numero nec tortura queant vnquã perfici vel suppleri. probatur distinctio ex simili de testimonio minorennium proximorum infantiæ, & proximorum pubertati supra q. 15. Iam expedita est responsio ad argumenta contraria.

B

C

Ad 1. tortura potest supplere vnum defectum & non plures; negatur planè. nam si defectus sit iuris naturalis, nec vnum poterit nec plures. Si vero sit iuris positiui ordinarie quidem supplet vnum: aliquando tamen poterit tam esse grauis, vt suppleat plures.

Ad 2. quod nullum est iure positiuo, non posse suppleri numero, falsum est. nam ex praxi & consuetudine (vt dixi) suppletur, & fauor iustitiæ hoc exposcit, neque in exceptis iudex coarctatur ad huius iuris regulas. Quod vero nullum) est iure naturali, siue primario, siue secundario, conceditur, id num. non posse suppleri: sed negantur isto; iure huiusmodi denunciationes annullatæ: sunt tantum debilitatæ.

D

E

QVÆSTIO XVIII.

An extraiudicialis reuocatio infirmet iudicialem denominationem adeo vt non faciat amplius indicium ad torturam?

a DE hac re Doctores certant, & adhuc sub iudice lis est: quæritur, Non tam de extraiudiciali facta priusquã reus est condemnatus. de hac enim constat eam potius causam præbere, vt iterum torqueatur: receptum est, si in prima quæstione maleficium confessus sit, vel aliquem denunciauerit: & non vult sequenti die confessionem vel denunciationem suam ratificare, dicatq; se vi quęstionis victum falsa dixisse: receptum, inquam, talem absque nouis indicijs iterũ equuleo imponi posse, vt in confessione perseueret. *Lege Simancam & alios, quos sum secutus libr. 5. Disquisitio sect. 99. vers. quoad iterationem. in.* FF. & *statuitur in Carolina ar. 57.* onstat etiam huiusmodi reuocationem non factam à certo mori, non esse attendendam. *vt bene post Baldum Marsi. cons. 79. vol. 3. & in pract. §. restat. num. 16 & 17.*

b Dubium potius est de reuocatione extraiudiciali post sententiam mortis reo denunciatam, puta factam tempore confessionis vel Eucharistiæ. Nam tunc elidi præcedentem alterius nominationem tenent nonnulli, *Marsi. in d. §. restat. num. 12. Bursat. cons. 201. num. 148. & Farinac. quæst. 46. numero 70.* Horum DD. pace puto tenendum esse contrarium: quia nec retractanti in ipso patibulo, si nolit, iudex credere tenetur, vt ostendam.

Si vero in via ad supplicium, vel in ipso supplicio reuocet confessionem sua de se, constat reuocatione contempta omnino adhuc puniendum, *ex Carolina artic. 91 & DD. vt Maschar. de probatio vol. 1. conclusio 353. numero 29. Binsfeldius in l. 7. C. de malefic. & mathemat. quæstione vltima:* quia delictum per torturam confessum, & ad bancum ratificatum, censetur legitime probatum.

Quod si in via vel in patibulo reuocet denunciationem de aliquo factam in tortura, & ad bancum iuris ratificatam, vel aliter fieri in partibus illis cõsueuit: tunc quidam volunt adeo elidi denunciationem iudicialem præcedentem, vt ex ea nullo modo reus torqueri possit. *per text. in l. D. Marcus D. ad Syllan. tenent etiam in crimine hæresis, & in criminibus assassinij, veneni & alys occultu. Marsil. cons. 119. numer. 31. & in pract. in §. restat ad final. post Isernam. Grammat. decis. 56. numero 11. voto 3. n. 15. voto 1. numero 17. Decian. cons. 18. numero 1. & fuit Farinac. supr. num. 73. & hanc tutiorem vocant Pataumi.* ratio quia moriens præsumitur non mentiri, & facit indicium innocentiæ pro reo. *Bald. cons. 25. col. 2. vol. 1.*

Aduerte, lector, huic rationi me ex Binsfeldio iam respondisse *libr. 5. sect. 5. numer. 5.* quæ velim legas. nunc addo facere indicium innocentiæ pro reo. non nisi propter illam præsumptionem quod moriens præsumitur non mentiri. Si magni facienda ista præsũptio, valere deberet ad exculpationem sui ipsius: ad quod iam ostendimus nihil valere: sed de se non præsumi verũ dicere: vt nec de proximo, si iam moriturus aliquid in tertij præiudicium extraiudicialiter dicat, nec enim pro vero habetur *l. si quis in §. si quis moriens D. ad Syllan. Arg. in l. mater. C. de calumniat. Alexandr. cons. 14. libr. 3. Ias. in l. 1. C. commun. de legat. Cephal. cons. 276. nu-*

mero

mero 14. *Menoch. conſ.* 39. *num.* 44. *Farinac. q.* 34. *num.* 3. *poſt Boſſ. de indic. num.* 188. *Alcia. rrg.* 3. *præſum.* 4. niſi huic aſſertioni efficaces adeſſent coniecturæ, *Curt. cent. conſ.* 70. *Cravet. conſ.* 6. *num.* 53. Igitur iſta præſumptio per ſe valde leuis eſt. multi enim moriuntur haud multum de anima ſoliciti, vt quotidiana experientia docemur.

A

Secunda opinio eſt, ſi fuit nuda inculpatio ſeu nominatio ſine vllis adminiculis, hac reuocatione ipſorum denunciationem planè elidi, ſi adſint adminicula, non elidi, *hæc videtur ſententia eſſe Marſil. in d. §. reſtat in fi. Maſcar. libro* 3. *de probat. concluſ.* 1130. *numero* 14. *Burſat. conſ.* 201. *numero* 14. *libro* 2. *Reminaldi Iun. conſ.* 420. *numero* 17. *libr.* 4. Si hæc ſententia ſupponeret, in poſteriori membro elidi ipſam denunciationem, ſed manere integra illa adminicula foret eadem cum Farinacij ſententia *ſupr. nu.* 73. ſed tunc ad propoſitũ non eſſet, nam hoc extra controuerſiam eſt: in dubio noſtro agitur de ſola denunciatione iudiciali, præſcindendo ab adminiculis: & ea opponitur ſecundum ſe reuocationi extraiudiciali. Aliud ergo ſupponit iſta ſententia; nempe quod iſta adminicula moraliter ſic cũ denunciatione concurrendo in illam influant, vt eam reddant longe validiorem & efficaciorem ad perſuadendum, quam per ſe ſola foret, quod concedo: neque id Farinacius aduertit, & ideo non auſus fuit illi ſimpliciter aſſentiri. Igitur eam, quatenus fatetur, ſi adſint alia adminicula, denunciationem non elidi, veriſimam iudico: ſed quatenus vult elidi, ſi non adſint, eam nõ ſequor. verſamur enim (vt dixi) in caſu formalis comparationis inter denũciationem iudicialem & reuocationem extraiudicialem, & præſcindimus ab alijs indicijs & adminiculis, præſupponentes denunciatiõi nullum alium defectum accidere, quam quod ſit reuocata, & conſtat denunciationem plurium validam eſſe poſſe ad torturam, etiãſi alia deſint adminicula. Quocirca hæc opinio media licet præ ſe ferat æquitatem, parum tamen habet ſoliditatis.

B

C

D

E

Sit concl. *Quandocunque poſt ſententiam mortũ ac denunciatam, reus reuocat denunciationem ſuam: iudici arbitrarium eſt, adhuc credere denunciationi, & cunctis perpenſis ſtatuere cur velit ſtare, inculpationi an exculpationi. & veriſima eſt ſententia tertia tenentium in rigore per huiuſmodi reuocationem non tolli legitimam denunciationem.*

c Concl.

Hanc tenuerunt Binsfeld. & cum eo facultas Iuris & Theologiæ Ingolſtadienſis in ſcripto ſuo ad ſereniſsimum, & omni virtutum genere laudatiſs. Guilhelmum Bauariæ ducem, anno 1590. & pro ea multa adducit argumenta Marſil. d. §. reſtat fere per totum, & Maſcard. ſupr. num. 13. equidem non paucis eam infirmauì d. ſect. 5. num. 5. nec muro.

Obſeruo vtrimq; eſſe præſumptionem pro reuocatione eſt præſumptio, quod non mentiatur. pro denunciatione eadem militat, quia tortura eandé inducit, & fortior eſt iſta, quia poſtea ad bancum ratificata. Confirmatur, quia accepta ſententia ſolent rei mente valde conturbari mortis quadam præoccupatione. Præterea hoc prætextu poſſent plurimi nocentes meritas pœnas euadere confeſſarijs aut alijs ſubornatis ad extorquendam morituro talem reuocationem, vel ad eam ſponte confingendam idque prece, pretio, importunitate, vt fit. Et ideo nec graues iudices hac in re ſolent aut debent ſtare dictis confeſſariorũ: nec circumſpecti confeſſarij ſolent in vulgus tales exculpationes ſpargere, gnari ſcandalum

certum,

certum, fructum vero incertum fore. Deniq; non possum mihi persuadere, plus fidei deferendum vlli huiusmodi reuocationi extraiudiciali, quam iudiciali legitimæ denunciationi: cum pro hac semper militet iuris firma præsumptio.

QVÆSTIO XIX.

Quando nihil inuenitur de instrumentis maleficij, an denunciatio plurium per hoc elidatur, ita vt non amplius præbeat indicium ad torturam?

LICET inuentio instrumentorum sit signum & efficax argumentum aduersus maleficos, sicut de monetarijs & furibus certum est, *Hippol. Marsi. in l. qui falsum. D. de falsi num. 114. & infra Decian. in criminal. lib. 7. cap. 26. num. 6 & dicit constitutio Carolina Binsfeld. in l. fin. C. de malefic. & mathemat Tamen ex non inuentione non potest colligi* idoneum argumentum in contrarium, quia non ex sola inuentione instrumentorum crimen hoc probatur, sed ex alijs quoque multis, ideo vt argumentum procedat deberet esse signum conuertibile, & proprium quarto modo.

Idcirco bene Ingolstadienses supra & Friburgenses responderunt negatiue: quibus assentior. sicut enim indicia possunt valere sine denunciatione, si denunciatio sine indicijs, nam licet inuicem corroborent, ab inuicem tamen non dependent, & separari possunt. Quam facile versipelles istæ possunt indicia perdere, abscondere, remouere?

QVÆSTIO XX.

An leuiora indicia sufficiunt ad torturam in criminibus non exceptis?

SI solas DD. sententias spectemus, ambigamus necesse est, adeò diuersa responderunt: saltem quo ad loquendi modum. nam in re fortasis non tanta dissensio est. quid tenendum censeam satis explicui libr. 5. disquisition. sect. 3.

Non quæritur *an liceat ex non legitimis & insufficientibus indicijs procedere? sed an in hoc crimine indicia leuiora, sufficientia censeantur*: & leuia hic vocamus, non secundum se, aut absolute loquendo: sed quæ comparatiue seu relatiue, respectu eorum quæ in criminibus non exceptis requiruntur, leuia videantur, & idcirco comparatione istorum sunt leuiora, quam in his requisita: non vero quæ sint leuiora seu minus sufficientia, quam ius, aut natura criminis requirat.

Hoc posito, *Respondetur affirmatiue.* quia in his criminibus magis expedit reipubl. leuiora admitti indicia, cũ sint occultiora & difficilioris probationis crimina, & digniora quę citius & grauius puniãtur. Idem respõderũt Ingolstadienses & Friburgenses DD. & etiam Patauini, à quibus optime Bald. *in l. quicumq; §. 25. C. de fugitiu. ferm. n. 25.* explicatur, vt seipsum explicat *in l. nemo 3. D. de Episc. audiend.* nempe quod in his iudex animosior & promptior debeat esse ad torturam, quæ est sententia communis. *Iaſ. in l. 4. §. si ibi indicium. numer. 4. D. de condictio. ob turp. cauſ. Suzar. Marſil. Grammat. Caſon. Cl. a. Carrer. Conrad Boſſ. Brunum, Ponticell. & alios referum &*

seqq. Roland. cons. 7. nu. 5. & 7. lib. 1. Osascus decis. 79, numer. 10. Tiberius Decis. d. cons. 18. num. 54. & Farinac. q. 37. nu. 150. quia semper in his difficilem habent probationem, leuiores probationes, etiam ad condemnandum sufficiunt. *l. non omnis. §. à barbaris D. de re militar. fuse Baptist. Plotus de in litt. iuran. §. 4. numero 22.*

Vnde apparet satis temere quendam consulẽtem affirmasse, quodã de hac re discursu: quod æqualis solicitudo, & indagatio & probatio in exceptis & non receptis requiratur. *Fateor in vtrisque necessariam diligentiam iudici adhibendam: sed nego in vtrisque eodem modo & termino hanc necessitatem circumscribi: nego in hac indagatione criminis excepti omnia illa censeri necessaria, quæ in non excepti criminis indagatione necessaria reputantur.* Ad torturam sufficit iudici habere indicia ex quibus fortiter opinetur denunciatũ esse reum: poterit autem facilius id opinari in exceptis quam in nõ exceptis: quia crimina illa solent esse occultiora. Præterea distinctio, quam adijcit ille consulens inter forum fori, & forum poli: vt videlicet iudex in foro poli, (qui est confessarius) procliuior esse debeat ad credendum pœnitentem esse ad finem culpę: in foro fori iudicem debere procliuiorẽ esse ad credendum quod reus immunis à delicto. Hæc inquam differentia est reijcienda, vt nulla. Nam in foro poli quoad hanc credulitatem, nulla est differentia inter crimina excepta & non excepta, grauia & non grauia: quia in omnibus æque & simpliciter iudex tenetur credere reo ipsi pro se aut contra se loquenti. In foro fori nũquam tenetur soli reo pro se dicenti credere: & hic excepta à non exceptis distinguuntur: & in quęstione agitur de credẽdo non ipsi reo, sed tertio illum denũcianti. Sed instat, quoad

A hoc inter excepta & non excepta nullum adhuc esse discrimen: probant id aliquot textibus. *nempe accusatus §. licet. &c. in fauorem fidei. de hæret. in 7.* Respondeo, quod *d. §. licet*, nec ad rem facit, nec si faceret ad rem, nobis, sed illis obesset.

Non facit ad rem, quia illic non agitur de leuitate indiciorum, sed de periuri testis admittenda reuocatione: nec in textu illo deciditur, vel ex eo potest
B colligi: quod in quauis reorum excepti criminis inculpatione, debeat apparere manifestis indicijs, quod tales zelo fidei moueantur. Repugnat autem tex. parti illum proferenti: quia diserte probat, in crimine excepto. quoad iudiciarium ordinem contra communis iuris sancita procedi & etiam periuri testimonium aliquando recipi (quod vnũ pro nobis:) & quidem id receptum in
C fidei fauorem, vt facilius hæretici conuincantur & pœnas luant (hoc alterum pro nobis.) Vnde merito intulerim, quod cum strigum crimen cum hæresi coniunctum sit, & in eius persecutione eadem obtineant: etiam in nostro casu vt striges facilius conuinci & puniri queant: iudici in fidei fauorem permitti, non attendere ad ordinem iuris, quando de excepto crimine lis in-
D stituta.

Ex *c. in fidei fauorem.* solum modo probatur: vt complices in causa hæresis ad fidei testimonium admittantur: debere illorum testimonium huiusmodi esse, & talibus ornatum circumstantijs, vt iudex credat præsumptiue eos non mentiri. Verum hoc, quid nobis
E officit? Nec tantum requiritur certitudinis in testimonio ad torturã, quãtum in testimonio ad conuincendum, quod est maioris præiudicij.

Item nituntur hoc probare, in omnibus criminibus ex quibusdã textibus

generaliter loquentibus, *vt. l. absentem D. de pœn.* vbi traditur, neminem ex suspicionibus esse damnandum : satius esse nocétis facinus relinqui impunitũ, quam innocentem damnari, quæ cõtra nos non pugnant. Quia non agimus de damnando vllo ex suspicionibus: sed de torquendo ex indicijs valde mouẽtibus iudicẽ: nec vero innõcens iudici censendus est, contra quem alia sunt indicia. Denique obijciunt *l. respiciendum eo. tit.* vbi nihil est quod nobiscum pugnet. Non decet me denegantium parte suspicari, eos misericordiæ laudẽ ambire: nec illos decet suspicari, qui contra sentiunt, se veritatis gloriã aucupari. Deo ista iudicia sinenda. Vtraq; pars censet, se nec durius, nec remissius decernere, quam res postulat: vtraque iustis rationibus moueri se arbitratur. Quod tamen eodem loco sequitur: in lenioribus causis oportere vt iudex sit ad lenitatem promior: in grauioribus seueritatem legum aliquo temperamento benignitatis subsequi: hoc satis indicat non eodem modo in criminibus exceptis, quæ atrocissima sunt, quibus grauiores pœnæ sunt decretæ: & in leuioribus, vt sunt non excepta, procedendum: sed licere iudicibus in illis seuerius quam in his procedere.

QVÆSTIO XXI.

Quæ indicia leuiora sufficiant ad torturam?

OMnino teneo *debere esse legitima & sufficientia iuxta criminũ naturam, & in genere indiciorum ad torturam.* Licet enim multi DD. dixerint in atrocissimis permissum iudici iura transgredi, vt in his ordo sit ordinem iuris non seruare. *Innoc. in c. 1. de constit. Bald. in l. obseruandum nu. 10. D. de offic. Præs. & in l. & si seuerior C. de inf. am, Marsil. in l. 1. n. 47. de q. Clarus in §. 1. ante n 10. & 11. Capic. decis. 31. Gramm. decis. 36, n. 2. & 3. Roland. cons. 7. n. 5. & insr. l. 1. Menoch. de arbit. q. 84. n. 9. & cons. 100. n 66. Mascard. concl. 1385. n 13.*

Hoc solummodo verum est, vbi cõstat de rei delicto: sed cum quæritur an reus deliquerit, iura quidẽ dispensant circa nõnulla iure ordinario & positiuo requisita in procedẽdo, & circa personas testium, vt responsum quęstionibus præcedentibus, sed vt absque legitimis indicijs præcedentib. aliquis torqueatur, nec vlla iura, nec æquitas permittunt: vt bene Marsil. doctrinam illam Innocentij moderatur & explicat, quæ explicatio merito cõmuniter recipitur. *Marsil. in §. diligenter nu. 157. & cons. 74. n. 35. Grammat. voto 34. num. 23. Personal. tit. de indic. & tortu. nu. 24. Carer. tit. de indicijs §. circa quartum n. 8. Rimin. Iun. cons. 361. n. 32. 33. & 37. Farina. q. 37. n. 790.*

Equidem nisi sic explices, iniustam censuerim, & simpliciter negandam, vt negant longe plures: *gloss. Cyn. Bald. Salic. in l. si quis C ad leg. Iul. Maiest. Albert. in rub. D. eo n. 3. Afflict. in tit. quæ sint regalia in verb. & bona committentium n. 44. Grammat. d. voto 34. ad fin. Angelus de Aretio, & in addit. August. in verb. che hai tradito la patria nu. 1. Marsil. d. §. diligenter nu. 175. & post Brunum & conrad. Clarus qu. 64. ante n. 10. Follerius in pract. cri. verbo, & quod suffocauit vxorem n. 58. & nu. 103. Cason. post tract. de indic. capi. 5. sub rub. de non torquendo sine indicijs etiam in crim. læs. Maiest. Gigas de eod. crim. in tit. quomodo & per quos q. 26. Roland. cons. 12. nu. 33. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 88. & 361. nu. 32. Osasch. decis. 79. n. 14. Decia. in crim. l. 7. c. 46. Bertaz: cons. 61. col. 1. l. 1. Burs. cons. 166. n. 33. & 201. n. 41. Beccius co. 67. n. 14. Person. sup. n. 14 Vincent. Ondedus cons. 5.*

100.nu.5. l.1. & n.22.Carrer. sup.num.7. Mascard.concl.1385.n.4.Farinac.l.2.q.37. n.79.& nu.89.

Concl. b

Debent ergo adesse indicia sufficientia sed quæ ista? Recte Bart.aduertit certam de his doctrinam tradi non posse: quem alij sequuntur. *Bart.in l. fin.D.de qu. & ibi plene Marsi. & Blanc. de indic.& Clarus §.fin.q.64.n.13.* ideo iudex potest arbitrari quæ sibi censeat sufficere. *sic post multos Menoch.de arbitr. cas.270. num.3.& cas.474.nu.1.& num.47.* dixi de hac re copiose *d.lib.5.sect.3.& 4.* quo me refero.Menochius. *l.1.de præsumpt. q.44.à n.9.* posuit quadraginta tria indicia ad torturam idonea. Bertazzin. *cons.213.numer.8.* vult duo indicia leuia sufficere ad torturam quod intelligo etiamsi in iure non sint expressa, dummodo sint per duos testes probata, & sint verisimilia,& probabiliter cõcludant *Bald.cons.515.n.4. vol.5.* Item indicium aliqualiter animum iudicis,& in iure approbatum,sufficit. *Bald.in l.cum citra C.de iur. dot. Cravet.cons.6.num.12. Simon de Pretis.cons.15.numer.19. Bart. Batardus ad Clarum quæst.64. numer.56.* quia plus debet operari in iudicis animo cæteris paribus indicium iure expressum,quam non expressum.

Tertio vnus testis integer,&(vt vocant)inuulnerabilis, de propria scientia per sensum corporis deponens. *glossa.Bald.Angel.Salic.& alij in d.l.si quis. Angel.in lib.tormentis C. de quæstio.Bald. cons.259.numer.5.lib.1.Marsi.cons.46.nu. 1.Andreas Siculus cons.47. num.6.& 7. lib.1.Pariſ.cons.151.nu.3.lib.4.& alij post quos Farina.q.37.n.56. cum seqq.* Quod si integer nõ esset, aliquod aliud adminiculum requireretur *Menoch.de præsumpt.l.1.q.89.n.10.& 11.Clarus.q.21.n. 2.* vel si deesit adminiculum, nõ poterit deueniri,nisi ad leuem torturam,& nõ ad plenam, *post alios Clarus quæstio.64.* num.32.*Farinac. sup.num.64.* Denique receptum,quod vnum indicium etiam remotum sufficiat ad torturam (*Ioann. And. ad Specul. in titul. de præsumpt. §. species in maiore addit.Alexand. & alij apud Clarum q.64.num.14.*) quam ego non libenter sequerer, nisi concurrẽte aliquo alio adminiculo, vt moderãtur Clarus *in quæst.21.*& Farina.*supra n.47.* vel in occultis ad quæstionem leuem, ordinaria minorem.*Gramm.voto. 17.n 18.Clarus d.q.21.col. vlt.*

Quando non sunt satis idonea indicia ad torturam, & iudex habet causas suspicandi reum esse culpabilem: consulunt latrunculatores, vt reus saltem terreatur verbis, & vultu, & torturæ comminatione. *Bald. in l.2. C. quorum appellat.n.5. Bossius tit.de indic.n.24.* sed alij ad hoc requirunt aliqualem iudicis præsumptionem. *sic Fran. Person.tit.de tortur.nu.77.* & Farinac. monet ne terror iste verbalis admoueatur personis valde timidis,*quæst.37.num.102 & 103.*

c

Si præsumptio iudicis esset bene fundata, posset verbis adiungere facti aliquid,admouere reum ante equuleum, expoliari, & quandoque ligari facere, immo & modicum eleuari,sine quassatione.*Paul.Grilland.de indic. qu.4.in 2. & 3.gradu turturæ.Corrad. titul.de negat. crimin.n.41. Personal.sup.num. 78.& Farinac.d.q.37.n.105.* Quanquam nec in his certa regula potest iudici præscribi.*Cartar.in Pract.c.112. nisi.Farina. q.38.n.33.*

QVÆSTIO XXII.

An iudex promptior & facilior debeat esse ad torturam in atrocioribus & occultis?

IVre certũ est.vbi aliter veritas haberi nõ potest,facilius cõcedi vt veniatur

tur ad quæstionem *l. D. Pius D. de quæst.* & cum in hoc crimine strigũ raro vel nunquam aliter queat veritas haberi, quia conueniũt de nocte, & in locis desertis, & talia crimina sunt difficilis probationis. *Menoch. de arbit. cas. 116. n. 14. Camillus Compeg. In addition. ad Zanchin. cap. 9. verb. num. quid poterit torqueri:* Sequitur in hoc crimine vt in alijs occultis promptiorem ad torquendum debere esse iudicem. Idem in atrocioribus probatur, quia quo grauior morbus, hoc opus est remedio efficaciore & celeriore. Confirm. ex præcedentibus, quia si in his criminibus ad torquendum leuiora sufficiunt indicia *vt probatum quæst. 12.* certe sequitur iudicem in his ad torquendum promptiorem & faciliorem esse debere. *l. vbi C. de fals. hoc tenent Bald. in l. nemo de inceps C. de Epis. aud. num. 3. Alex. cons. 62. nu. 5. lib. 3 Gramm. decis. 33. n. 4, decis. 34. nu. 38. & cons. 33. n. 17. Igneus in l. 1. §. serui n. 75. D. ad Syllan. Brunus de indic. 2. p. q. 80. nu. 2. Abb. in c. at si clerici in fine. principij de iudic. Boßius. de indi. n. 172. & 195. Clarus q. 64. nu. 6. qui vocat communem, & sane ibi in addit. Giarcharus. lit. H. & Baiardus n. n. 19, multos allegant, idem defendit Bonsf. d. concl. 6. v. 6. & vnanimiter sic responderunt interrogati DD. Ingolstadienses Theologi & Iurisperiti anno 1590. Patauini Bononienses & Friburg. Anno 1602. nec dubitandum hac de re puto.*

QVÆSTIO XXIII.

An in hoc crimine dignitas à tormentis excuset?

IVre ordinario nobilitas & dignitas à tortura excusat, *l. edictum D. de quæstion. lib. milites. eo. tit. Gramm. voto. 1. Boßius de indic. num. 102. vsq; 114.* excipiunt quidam, nisi in officio deliquerint, *vt idem Boss. n. 16. & Clarus §. fin. qu. 64. n. 16.* sed exceptionem non approbant alij, *cum Vulpello Farinac. d. q. 41. n. 48.* Haud scio tamen an in iudicijs nõ magis obtineat rigidior illa.

Hoc scio in crimine maleficij, vt in cæteris exceptis, nec nobilitatem nec dignitatem per se excusare à tormentis, textus sunt apertissimi. *l. etsi excepta C. malef. l. de minore in pr. D. de quæstio. l. Decuriones C. eod. l. nullus. l. si quis alicui C. ad leg. Iul. Maiest. l. proditores D. de re milit. l. si quis Decurio C. de fals. c. a. in fidei. de hæret Marsil. d. l. edictum. Boßius, de indic. n. 115. Damhauder. in pract. crim. cap. 41. rub. qui à tortura sint excusandi. nu. 7. Gramm. voto 25. n. 5. Grill. de quæst. q. 4. Couarr. l. 2. var. res. cap. 9. Binsf. in d. l. etsi excepta concl. 7. Farin. q. 41. num. 100.*

Leuius tamen torquendos docet Tiber. Decian. *cons. 93. num. 137. fol. 2.* quod æquum est, vt & illud: contra tales exigi indicia clariora quam cõtra alios, *per tradita à Vulpello cons. 141. in princ. quem sequitur Baiard. ad d. Clari q. 64. num. 63.* Verumtamen etiam hæc duo ab arbitrio iudicis dependent: quia cum reatus omne priuilegiũ ademerit, *iuxta fran. Marcum dec. 1. 709. p. 1.* tantum licebit iudici, cum istis qui priuilegio sunt exutis in pœnam facinoris de quo suspecti merito videntur, quãtum cum illis qui nunquam priuilegio adiuti fuerunt.

QVÆSTIO XXIV.

An in atrocioribus maior debeat adhiberi tortura, quam in alijs criminibus.

SI cætera paria sint, & aliunde nihil obstet, certum est in his acerrimam esse torturam adhibendam,

per

per l. vbi C. de fals. & l. edictum D. de quæstion. Brun. de indic. & tortur. p. 2. q. 5. nu. 52. Conrad. in pract. tit. de negat. crim. nu. 39. in fin. Nouiss. Roman. de test. q. 37. n. 89. Sed quia in his certa regula tradi non potest, quia res pro personarum, indiciorum, & aliarum considerationum varietate iudici moderanda, *vt docui li. 5. disquis. sect. 9. vers. tortura modus.* ideo hoc totum prudentis iudicis arbitrio commissum censetur, vt torturam intendat vel remittat, prout in conscientia iudicabit *l. de minore §. tormenta. l. quæstionis D. quæst. Brunus sup. Clarus d. q. 64. num. 2. Foller. in verbo rei indurati, nu. 16. Binsfeld. d. concl. 5. Meno. h. de arbit. Iud. cent. 3. casu 271. Farinac. q. 38. num. 33. vbi post num. 34. ponit varios torturæ gradus, qui possint iudicem dirigere.* optimum puto sequi loci consuetudinem, *vt bene Chartar. sup. nu. 49.*

QVÆSTIO XXV.

Cum sagæ plerumq; sint indurata & maleficio taciturnitatis munita, qualis tortura in hoc crimine maioris sit effectus.

VIA propter varia concurrentia temporis, loci personæ sæpe fit, vt quod in vno efficax, in alio irritum inueniatur: immo quod vno die vehementer metuendum & intolerandum, hoc eidem personæ alio tempore haud magni faciendum videatur: vix certi quid responderi queat: nisi quod ab experientia iudex in his directionem suam debeat mutuari. Scio profuisse, & bonum factum iudico, si simul cum quæstione adhibeantur aliqua remedia Ecclesiastica, quibus dæmonis vires infringi solitæ. Sylvest. *in l. de Strigimag admir.* commendat præmissam exorcizationem, non quod possessas à dæmone sagas omnes sentiat: sed quia vel obsessæ, vel præsentia eius obfirmatæ sunt. Vtile quoque si torquendi collo appendantur sacræ reliquiæ, vel agni cerei effigies consecrata: item si aqua benedicta in os infundatur, & ea corpus aspergatur: & cum vtuntur tormento insomniæ, cerei benedicti instillatio inopinata. Verum hæc omnia (vt dixi) ab vsu docentur: & cauendum ne sacris hisce remedijs superstitiosi aliquid ratione materiæ, temporis, aut numeri, immisceatur. Plurimum & crebro veritati obstat mala iudicum & quæsitorum dispositio quoad fidem, mores, aut intentionem, hinc enim fit, vt adeo multa Deus diabolo permittat, quæ contra iudices bene dispositos, nec tam crebro nec tam facile foret permissurus.

QVÆSTIO XXVI.

Quoties possit eleuari reus, & quot possunt dari ictus, pro quolibet indicio?

NON potest in his constitui certus modus vel regula: iudex debet facere secundum arbitrium & conscientiam suam: considerata qualitate delicti, personæ, & indiciorum. *recte Marsil. in pract. crim. §. expeditam nume. 85. Clarus d. q. 64 num. 32. qui nonnulla de ictuum nume. Menoch. casu 271. & alij citati à Giacharo ad d. q. 64. versicu. Iudicis arbitrium. Paris de Sindica. versic. tortura cap. 4. nume. 1. Boer. decis. 163. numer. 8. & decis. Lucens. 89. numer. 11.*

In genere dici potest, regulariter reum ter eleuari & dimitti posse. *Cason. de torment. cap. 14.* & de consuetudine Italiæ solere pro singulis indicijs tres

ictus dari, scribit Marsil, *in pract. §. occurrit column. 2. versic. & potest poni, sequitur Ioseph. Cuma de Sindicat. rub. de tortu. nume. 20. Nouell. falla. 92. numer.* 28. mihi hoc durius semper visum. Nam & ipse Marsil. alibi *consil. 8. numer.* 37. respondit sufficienter tortum, qui habuit sex ictus chordæ, quod est vniuersum pro omnibus indicijs intelligendum: Cruetta vero tres ictus satis esse censuit. *consil. 287. numer. 6.* nempe non pro singulis indicijs, sed omnibus ante habitis & toto continuo tempore, quo reus in vna quæstione manet suspensus *Grillãd. tract. de quæstio. §. 4. vide idem numer. 9. Clarus lib. 5. §. fin. d. quæst. 64. numer. 33. Farinac. lib. 1. titul. 5. quæst. 38. numero 47. & 54.*

QVÆSTIO XXVII.

Quamdiu reus possit teneri in chorda eleuatus ordinarie?

STATVTVM est quadam bulla Pauli III. Pontificis sapientisimi, non teneri vsq; ad spaciũ horæ, *in bulluario 1. p. fol. 471.* Si enim bullæ verba perpendas, prohibet reum in tortura teneri per longum temporis spacium, veluti vnius aut plurium horarum. q. d. tale esse non modo plurium, sed vnius quoque integræ horæ. nisi legendum, *vnius & plurium* vt summum permittat ad vnam horam, & sic videntur intelligere DD. qui in atrocisimis permittunt vnam horam aut paulo amplius. *Foller. in verb. rei indurati nu. 16. fol. 289. Flaminius Cartar. in pract. de interrogat. reor. lib. 4. ca. 1. num. 113. Farin. q. 38. num. 54. Grilland. sup. num. 9. ego quoq; d. li. 5. sect. 9. versi tortura modus.*

QVÆSTIO XXVIII.

Quid in vtroq; ad summũ fieri possit?

QVAESTIO procedit de numero ictuum, eleuationum, & quantitate temporis.

Inprimis Deo ante oculos posito, & moderamine tali adhibito, vt præceps & effrenata vitetur sæuitia. *l. de minore §. tormenta D. de quæst. l. nihil. C. eodem*, debet iudex potius amplecti, quo ad res patietur, benignitatem quã atrocitatem, *Aymon. consi. 287. Bertazz. consi. 315. num. 3.* & videre vt reus tortus saluus sit innocentia vel supplicio. *l. quæstionis modum D. de quæst. vbi Bart. Alber. & Marsi. & Gandin. in tit. de quæst. n. 5. & 10.*

Deinde Patauini DD. censent ad summum tribus diebus interpolatis, si sint indicia vrgentia, reum torqueri posse, & pro qualibet vice ter eleuari cum tribus quassationibus, & ita fieri sub domino Sereniss. reip. Venetæ, *& consuluisse Paulum de Castro con. 199. visa inquisitione num. 5. lib. 2. & sequi Blanc. de iudic. num. 14. Cason. d. cap. 14. Marsi. Nouell. & Clar. sup. Ciril. de quæst. §. 11. num. 5. Bonacosi. commun. opin. crimin. p. versi. torquendus debet habere, qui attestantur de communi Italiæ praxi.* Vlterius si criminis grauitas exigat, & satis robustus sit reus, posse reo eleuato & ad tempus suspenso facere quassari funem, qui modus torquendi censetur vehementior, quam per eleuationem cum dimissione & ictibus. *Bursat. post Garrer. & alios cons. 201. n. 9. li. 2.* Quando cum ictib. releuatur & dimittitur, ad summum quatuor ictus, & vltimo ponderum grauiorum ad pedes appensionem permittunt Friburgens. *citantes Grilland. sup. Foller. sup. num. 16. & Farin. d. loco n. 49. & 54.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

An non possit Iudex cum videt reum esse induratum aut ex alijs iustis causis, desistere ab examine & tortura, & post aliquot dies eam repetere?

POsse responderem cum id & ratio sæpe dictitet, & iure nullo prohibeatur, & interpretes approbent, idem responderunt Facultates, Bononiens. Patauina, & Friburgens. *probant auctoritate Bald. in l. 2. C. quod met. cau. Bart. in l. vnius §. 1. D. de q. in 1. oppos. Mar. in l. quæstionu num. 17. & in l. repet. nu. 4. & 10. d. tit. Afflict. in constit. Regni l. 1. titul. de clādestin. homic. num. 55. & 56. Boer. decis. 163. n. 10. Conrad. titu. de negat. crim. & tort. nu. 31. Anton. de Canario tractat. de quæst. m. 6. nu. 1. Nouu. Romed. quæst. 39. per totū, maxime num. 86. Cartar. vbi supra nu. 180. Clarus quæst. 64. nu. 45. Menoch. cas. 272. num. 4. Farinac quæst. 38. num. 86. & 87.* maxime quando iudicat indicia non satis purgata per torturam præcedentem, *Marsil. in d. l. quæstionis modum num. 17. Augustin. addit. ad Angel. in verb comparauerunt dicti inquisiti. in 1. addit. Menoch. cas. 273.* aut si noua super veniant indicia. *Nouiss. Roman. num. 90. vbi supr. & DD. in d. l. vnius §. 1.* Consultum autem tunc iudici, vt curet referri in acta; quod animo torturam repetendi, iubeat reum deponi, & vt intercedat dies & nox integra, & non repetat vltra tres vices, *est communis in scholis & iudicijs. Nouiss. Rom. supr. num. 103. & 106. Clarus supr. versic. vltimo videndum.*

Rationem optime deducunt Friburgenses, & docent quod siue indurationis ista sit naturalis, siue arte dæmonis procurata (*de quo multa Grilland. de quæst. & tort. quæst. 4. num. 12. Binsfeld. in leg. 8. C. de malef. & mathem. quæst. 1. concl. 15. & ego d. sect. 9. circa med.*) tamen ipsa & ex ea nascens taciturnitas est temporalis, & non perpetua: qua mutatur ex causis naturalibus, tam extrinsecis, quam intrinsecis, vt homo modo velit tacere; modo nolit; modo facilius possit, modo difficilius se contineat. Dæmon quoque non semper strigibus adsistit, sed aliquando deserit, vel spōte sua, vel Dei iussu, vel non ferens Ecclesiastica remedia, quæ adhibentur, *vt docuit sect. 9. vers. quoad tertium dubium.* Vnde etiam fit, vt iudex merito speret, eumqui tunc induratus tacet, alio tempore cuncta propalaturum.

QVÆSTIO XXX.

Quid sentiendum sit de effusione aquæ frigidæ in tergum appensi rei?

SI foret addita ratio dubitandi, melius assequerer dubij mentem. Ego illam inter torquendi modos iam alias memoraui, *d. sect. 9.* nunc etiam respondeo, si nihil admisceatur superstitiosi (v. g.) circa modū effusionis, numerum guttarum, constellationem expectationem effectus prodigiosi, &c. Sed fit simpliciter, & quia putatur, plus doloris allatura; nec subsit metus periculi mortis, vel enormis lęsionis: me nihil videre causæ, cur ea non sit permittenda: cum modus & qualitas torturæ iudicis arbitrio subsint?

Cauendum quidem iudicibus ne insolitos modos quæstionum introducant, ne faciant litem suam, & peremptore reo in syndicatu puniantur. *Bald. lib. 1. C. de emend. seruan. Boss. de tortur. numer. 40. Anton. Gomes. tom. 3. var.*

*resol.tit.de tortur.cap.*13. *num.* 5. *Clarus supr.num.*35 *Farinac.d.quæst.*38. *num.*56. Sed quando sunt indicia vrgentia & crimen valde graue, tunc posse modũ tormentorum excedi, volunt ijdem, DD.*Farinac.quæst.*37.*n.*84.*& d.quæst.*38. *num.*64.*Brun.de indic.part.*2.*quæst.*5. *nu.* 42.*Conrad.vbi sup.num.*39.*in fin.Grilland. sup.quæst.*4.*num.* 10.*vers. Quintus & vlt. Folber. in verb. rei indurati sub.num.* 17. *Cartar.libr.*4.*suæ praxis capit.*2.Quos intelligo, non de excessu iustitiæ aut æquitatis v.g. plusquam rei qualitas ferat (hoc inhumanum reputo) sed de excessu generis tormentorum, vt v. g. cum ordinariè in illis locis adhibeatur tormentum funis : manibus rei post terga ligatis, quod est iure probatum, & in praxi receptissimum, *l. nullius* C. *ad leg.Iul.Maiest.a.l. decuriones* C. *de pœnit.Francisc.Brun.supr.p.quæst.*2.*numer.*6. Vel si nequeat sic torqueri, appropinquatio ignis ad plantas,*Clarus d.num.*35. *Carrer.in sua pract.fol.*138.*colum.*1. *Farinac.d.quæst.*38.*à num.*62. Vel aliquod simile: liceat tunc compedes ferreos, vel baculum intra pedes ponere, vel deponere reum & refrigeratum iterum sublimem facere; vel vti instrumento stãgetæ seu taxillorum, vel ignis, vigilia & similibus, *memoratis à Farinac. d. quæst.* 38. *Bruno d. quæst.* 2. *& Marsil. in d.l.*1.

Aquę frigidæ effusionem in tergum, non esse insolitam patet ex eam non reprehendentibus, & in vsu fuisse testantibus.*Marsil.d.l.*1.*num.*27. *Paride de sindica. verb.tortura. quod incip. de repet. num.*5.*Damhauderio in praxi. crimi.supr. fol.*109.*numer.*18.*Farinac. d. quæstio.* 38. *numer.*5.*& 64.Foller supr.num.*10.*Chartar.supra numer.*112. Notant tamen Farinac.& Paris, hoc tormenti genus ex crudelioribus esse, & proinde non nisi in atrocissimis criminibus recipiendũ; & Bononienses illud non admittunt, nisi vbi est consuetudo, plura de hoc dixi loco supr.citato. DD. Friburgenses ostendunt supplicij genus esse & seruile apud Septentrionales, ex Olao Magno, *libr.*2. *Descript. regnor. Aquilonar. cap. de pœna infidel. seruor.* Postea erudite & Philosophice ostendunt, cur aqua frigida ad tergum appensi rei affusa, cruciatum adferat, parsque tormenti sit censenda, his verbis: Tradunt philosophi, quod naturale sit cuiuis dolenti, siue homini siue bruto, quod calor & Spiritus tempore doloris ad interiora, hoc est ad cor, se recipiant, seque interius conseruent, & nocitura repellant. sicut ciues tempore oppressionis & obsidionis retrahunt se ab exterioribus, & recurrunt quantum possunt ad interiora, *vt docet D.Thom.* 1. 2. *quæst.*44.*art.*1. Atqui hinc est quod doloris seu tristitiæ effectus sit, aggrauare animum ita vt ad exteriora libere progredi non possit. *D.Thom.*1.2. *quæst.* 37. *art.*2. Itaque quod aqua frigida in tergum suspensi effusa, cruciatum adferat, id accipit; quod calor circa cor intensissimus diffundatur ad proximas corporis partes, hoc est in tergum; cui calido aqua frigida affusa fortius agit in contrarium resistens, hoc est in tergum calidum, sicut aqua calefacta magis patitur à frigido. *D.Thom.d quæst* 37. *art.*1 Sicut & glacies à solis calore citius quam nix, liquescit, quod glacies fortius, quam nix resistat: & manus frigida in aquam calidam imposita maximum dolorem percipiat. Spiritus ex ore appensi est calidissimus, redditque faciem & linguam calidissimam: quo fit, quod aqua frigida effusa, linguæ cruciatum adferat: vel (quod probabilius est) dolor ideo intenditur, quia vt aqua calida, ita & frigida inimica est corpori, potissimum autem neruis, &

partibus

partibus neruosis. Et tradunt anathomici neruos à capite per spinam dorsi seu vertebram, in reliquas corporis partes diffundi: ideoque in tergo, seu fonti & origini, hoc est capiti seu cerebro vicinis, maximam sentiendi vim habere, potissimum tempore torturæ, quo nerui extenuantur & extenduntur, quo fit vt aqua frigida ad tergum suspensi rei effusa, ceu nouum cruciatus genus, dolorem augeat & intendat,] Vnde patet mihi merito suspectũ fuisse, si effunderetur ante appensionem, vel diu post depositionem corpore iam refrigerato. *d. vers. vt hu iudices obuient.*

QVÆSTIO XXXI.

An & quando tortura ex primis indicijs repeti possit, maxime in hoc crimine, cum sagæ plerumq; sint induratæ & obstinatæ?

Duo quæruntur, *An*, & *Quando*.

QVoad prius non quæritur, de nouis indicijs, constat ex nouis vrgentioribus & diuersis repeti posse, licet sufficienter tortus priora cuncta purgauerit. *l. repet. D. de quæstio. l. vnius.* §. 1. *D. eod. ex quib. locis communiter DD. id colligunt. vide Clarum supra vers. vlt. videndum. & Farinac. q* 38. *n.* 77. *cum seq.*

Sed quæritur, an ex primis indicijs: hic illud quoque certum puto, quod si iudex dubius sit an habeat iustam repetendi causam, debere in leniorem partem propendere, & à repetitione abstinere. *l. si de interpretatione. l. si præses. D. de pœn. Clar. supr. vers. hæc autem omnia. Farinac. supra num* 89. Item si reus non videatur satis robustus, vt corpus in tormenta durare possit, quia persona debilis est, cauendum enim ne si repetat, enormiter lædatur vel moriatur. *text. in d.* § 1. *Gandin. de quæstio. num.* 4. *& n.* 20. *de Guido de Suzar in tractat. de indic. num.* 3. *&* 57. *& Paris. supr. num.* 5. *Farinac. supr. num.* 82. Contra certum quoque, si reus in quæstione legitime confessus, reuocet postea extra tormenta suam confessionem, ex ijsdem indicijs posse repeti. Nam alioqui ad manum esset, ficse supplicio eripere. *Bald. in l. bonæ fidei numer.* 5. *C. de reb. cred. Marsil. in d. l. repeti. num.* 11. *& §. quoniam num* 3. *Farinac. numer.* 91. *Binsfeld. in d. lib.* 7 *q.* 1. *concl.* 14. *deinde li.* 5. *sect.* 9. *vers. quoad iterationem.*

Cessantibus his casibus adhuc puto posse repeti, quando iudici videbitur, quia res ab arbitrio eius pendet: non quidem pro voluntate tantum, & cum sibi videtur sine ratione, quod merito damnat Farinac. *supr. n.* 79 80. *&* 81. Sed cum hac obseruatione, vt non repetat si leuia tantum sint indicia illa priora, quia hæc quauis tortura censenda sunt expurgata, *post Barthol. Marsc. & alios in d. l. vnius* §. 1. *& in numeros Farinac. n.* 72. *&* 79.

Quod si sint indicia grauia & vehementia, & ea iudex arbitretur nondum satis purgata, poterit eam repetere, donec expurget reus induratus. *text. in d. l. vnius* §. 1. *& ibi Bart. Angel. in pract. verb. quod fama publica num.* 95. *& ibi Augustinus, Marsil. in d. l. repeti nu.* 6. *&* 10. *Crauetta. cons.* 287. *numer.* 6. *Boss. tit. de tort. nu.* 42. *Clarus supr. n.* 45. *Grilland. d. cap.* 4. *num.* 10. *cum seqq. Binsfeld. supr. concl.* 12. *Farinac. d. lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 38. *num.* 47. *cum duobus seqq. & à num.* 79. *vsque* 93. & solent ad hoc prudentes iudices à leuiore tortura inchoare, & postea repetere grauiore & acriore, x

doctrina Bart. sup. & aliorum. *Marsil. sing. in d. l. repet. numer. 4. & in d. §. quoniam num. 2. Farinac. d. quæst. 38. num. 83.* Si tamen inchoasset à grauiore, & propter induratum animum rei, & robur corporis, nondum satis indicia expurgata, posset adhuc repeti. Hoc ordinarie obseruandum, vt vltra tertiam vicem tortura non extendatur, *Bertaz. cons. 320. lib. 2. dixi d. vers. quoad iterationem:* quia censetur se plane reus expurgasse. Hæc quoad posterius.

Porro in nostro crimine, propter causam in quæstione positam, poterit iudex facilius vsque ad tertiam venire.

QVÆSTIO XXXII.

An in iure & legibus fundamentum habeat, quod quidam dicunt torturam non debere repeti, vltra tertiam vicem?

NOn scio quicquam iurescriptum, vt id receptum sit: sed ex communi Doctorum opinione, in praxim id arbitror, vt æquitati consentaneum, desumptum. *id tenuit Castr. cons. 199. num. 5. libr. 2. Blanc. de indic. nu. 14. Cason. d. cap. 14. Marsil. in §. occurrit. col. 2. versic. & potest poni. & consil. 8. numer. 37. & in d. l. repeti nu. 15. Clarus. d. quæst. 64. numer. 32. Cirill. in summ. crim. §. 11. nu. 5. Bonacoss. commun. opin. criminal. p. 1. vers. torquendus debet habere. Grammat. cons. 21. num. 7. & vot. 6. numer. 17. Boßius tit. de tortur. numer. 44. Carrer. tit. de indic. ys. numer. 194. & seq. Bertazzol. cons 145. num. 2. Farinac. quæst. 38. à numer. 32. Binsfeld. d. concl. 14.* probatur à simili. quia sic tria onera tutelarum excusant tutorem, *l. tria onera D. de excus. tut.* item repetitio de dando adtrinam restringitur, ne hæres nimium grauetur, *l. fideicommissa §. si quis decem. D. de leg. 3.* nam teste Philosopho tria sunt omnia, & torturis certus aliquis terminus erat præfigendus. Bossius sup. dicit se à nullis bonis iudicibus, sed à solis carnificibus vidisse hunc numerum transgredi. Si tamen post tertiam vicem iudex aliquis reperiret noua indicia vrgentissima, putem in rigore posse vlterius tendere. Nam ista consuetudo non plus ligat, quam faceret ius scriptum: & posset intelligi de omnibus indicijs quæ tertiam vicem præcedunt, quomodo enim censebuntur expurgata, quæ prius ignorabantur? Fateor hoc dictum nouum, sed nō quia nouum caret optima ratione, vt ostensum, & confirmatur prox. quæst. 33.

QVÆSTIO XXXIII.

An illæ tres vices sint intelligendæ de vno die, vel de tribus diebus interpolatis?

QVod non nisi de tribus diebus interpolatis, patet ita vt inter singulas quæstiones dies viginti quatuor horarum intercedat, vt terror & dolor præcedens resideat: & nouus metus ac cruciatus grauior formidabiliorque efficiatur. *Dixi d. vers. quoad iterationem, & tenuit post citatos prox. quæstione Farinac. d. quæst. 38. nu. 103.* Nec vllius memini, qui scripserit vno die ter repeti torturam posse. Nisi quod Baiard. ad Clarum sanctum. videatur insinuare, quod commune illud dictum Pauli Castrens. & aliorum fallat in atrocioribus. Equidem limitatio æquitate non caret, & in nostro crimine non raro

foret

foret necessaria,& probatur à simili:sic enim in atrocioribus sceleribus plusquam tres ictus in qualibet tortura dari posse docuit Carrer. *tract. de indic. & tortur. fol* 163. certa enim reg. in huiusmodi tradi non potest. *Vide supra quæstion.* 24. *&* 25.

QVÆSTIO XXXIV.

Quid si reus tot delicta commisisset, quod examen vno die absolui non posset?

RAtio dictat, & necessitas veritatis indagandæ ad iustitiæ administrationem exigit, de ijs quæ supersunt alio die examen instituí. Ideo si quis de quinque diuersis criminibus foret delatus,& ex indicijs grauibus suspectus, & de tribus tantum delictis tres quæstiones & examina consumpta, de reliquis toties torquendus erit, donec examen de ijs fuerit perfectum & absolutum. *Ita DD. Friburgenses*, qui probant, quia de omnibus debet examinari, & non fuit examinatus de prioribus, confirmant à simili. sicut reus sufficienter, hoc est bis aut ter tortus, atque contra se crimen confessus, quarto aut quinto torqueri potest ad detegendum socios, quia ratione sociorum nunquam fuit tortus: *Binsfeld. d. l. 7. concl.* 13. ita ratione alterius delicti,de quo nunquam est tortus, repeti potest quæstio, & quidem toties, donec fuerit de omnibus examinatus. Si quis consequentiam negaret. probo:quia plus interest reip. scire crimen huius rei,quam socios ipsius criminis, nam & noui criminis nouos seu alios socios est detecturus. Deinde non est maior ratio cur torqueri possit de vno crimine,quam de alio, immo si prius esset examinatus de leuioribus: foret maior ratio, eum examinari de grauioribus reliquis. Denique propter solemnitatem illam numeri,quæ est meræ iuris positiui, non decet iudicem, quidquam relinquere indiscussum,aut indiscrete,ac negligenter, præcipitanterve procedere.

QVÆSTIO XXXV.

An consuetudines locorum, quoad modum torturæ simpliciter sequendæ sint, cum magna sit differentia personarum, indiciorum, criminum, ita quod non semper vno & eodem modo possit procedi, & casus, causæ, & genera tormentorum siue lege, siue consuetudine nequeant determinari?

FOri consuetudo vim legis obtinet, *Cyn. & Bald. in l. 1. ad fin. C. quæst longa consuetudo. Marsil. singul.* 118. *Afflict. decis.* 135. *num.* 3. *& decis.* 233. *numer.* 5. *Felin. in capit.* 2. *de rescript.* ideo consuetudines locorum, vsus & stylus curiarum sequendus iudicibus, *lib.* 3. *§. fin. D. de test. cap. quam graui. de crimin. falsi. Barth. & alij in l. fin. C. de iniur. & in l. iurisperitos. D. de excusat.* Etiam in grauioribus & atrocioribus. *Clarus lib.* 5. *§.* 1. *numer.* 6. *Menoch. de arbit. cas.* 474. *numer.* 62. *Mascard. concl.* 1317. *num.* 47. *Farinac. quæstion.* 43. *numer.* 144. *Bursat. consil.* 20. *num.* 67. *& cons.* 69. *numer.* 25. & ideo sic in præsenti tenuerunt DD. Patauini.

Sed DD. Friburgenses fatentur iudices à nouis & inusitatis in prouincia torquendi modis abstinere debere, & in hoc crimine consuetis & solitis vti: (*citant Binsfeld. Farinac. & alios*) si tamen modus torturæ in prouincia receptus esset admodum remissus, & pro criminis grauitate & personæ

qualitate non satis acerbus: tunc is qui est consuetudine generali, aut legum interpretatione in alijs prouincijs approbatus, sequendus foret. Quemadmodum enim grassantib. delictis supplicia exacerbanda sunt. *l. aut facta. §. fin. D. de pœn.* ita & quæstionum modi, lege aut consuetudine permissi, sunt intendendi. Vera hæc sunt, nec dubito ex iusta causa mutari posse: sed à quib. an ab omnibus iudicibus? non arbitror.

De iudicibus inferioribus, qui in statuta iurant, sequor sententiam DD. Patauinorum: nec puto illos arbitratu suo consuetudines & statuta, quibus subsunt, mutare vel transgredi posse. occurrente necessitate, Principem cõsulant. Summos vero iudices, qui iudicant auctoritate suprema, nec iusiurandum illud præstãt, quoniam astringuntur sola æquitate, & ordinationibus Principum (si quas habent sanctas) puto, non quidem pro libito statuta illa & consuetudines transgredi posse (vix id fiat sine graui scandalo) sed posse prudenti arbitrio illas moderari, & interpretari pro exigentia casus occurrentis. Simili distinctione aliqui DD. vtuntur in quæst. an iudex contra priuatam scientiam ex allegatis & probatis iudicare teneatur? Certum est plus debere licere supremis illis, quam infimis. In Germania sequendæ constit. Carolinæ, cum congrua peritorum interpretatione.

QVÆSTIO XXXVI.

An etiam iudicibus inferioribus à superiore modus torturæ præscribi possit?

SI quem præscribit iustus non est, nec legibus, nec rationi consentaneus, verbi gratia, vt debilem supra vires, vel robustum sine vllis indicijs aut inauditum torqueat & similia: nequit dubitari id nec ipsi licere, nec inferiorem teneri parere. Nam ius diuinum & naturale, cui Princeps subest, vetat vllum indebite lædi, ideo laudantur à DD. qui talibus mandatis noluerunt obtemperare, vt afflictus & alij. Et hominem noui, qui anno 1587. Luxiburgi, maluit Præsu. Prætorio milit. dignitatem relinquere, quam torquere quendam de quo indicia sufficientia non habebat. Quod asserui *tenent Isern. in cap. 1. de pact. tenen. Grammat. cons. 45. numer. 35. & voto. 32. numer. 8. Clarus d. quæst. 64. num. 13. Roland. cons. 12. nu. 47. l. 3. Farin. quæst. 37. num. 74.* & tunc sic tortus ex confessione sua damnari non posset, quia indebita extorta. *Gigas d. tit. quomodo & per quos q. 1. nu. 32. Ant. Gomes. d. tom. 3. rub. de tortur. num. 25 Carrer. in 2. p. §. circa sextum. num. 5. Burs. cons. 201. num. 87. Farinac. d. q. 38. num. 78.* Iudex etiam sindicatui subiaceret. *Lad. de Imola cons. 184.*

Sed si præscribant iusta, v. g. tale vel tale genus tormenti, vel modum & temperamentum æquitati consentaneum, non dubito quin sibi subditis iudicibus possint præscribere. *hoc de Principe diserte docent Bald. in cons. 427. numer. 9. lib. 5 & Roman. cons. 451.* & sic toto tit. de quæstion. D. & C. videmus leges hac de re latas, & habemus, *tex. in l. quæstionis modum D. de quæst.* fauet ratio, quia inferiores isti iudices vt plurimum sunt idiotæ, simplices, & rudes, & indigent instructione: maxime in casu individuo. In genere, & vt pro regula omnium casuum id fiat, vix arbitror expedire: nisi cum addito, vt, si qua nascatur specialis causa dubitandi, superiorem consulant,

sulant. Id dico propter varietatem circumstantiarum, quæ in quæstionibus plurimi faciendæ.

QVÆSTIO XXXVII.

An sit danda copia indiciorum & processus informatiui, in criminibus atrocioribus exceptis? vel an sufficiat indicia à iudice reo proponi, eumq; in continenti cum suis defensionibus audiri, cum isto modo melius veritas haberi possit?

CLARISSIMI DD. Patauini ad hanc quæst. accuratè admodum & docte responderunt, in hanc sententiam: iure scripto decisum esse, vt reis detur indiciorum copia, ne opprimantur, aut defensionis facultas eis tollatur, *ex tex. in leg. vnus. §. cognituru m, D. de quæstionib. & l. desertorem. §. si ad diem. D. de re milit. l. defensionis facultas. C. de iur fisc. qualiter, & quando de accusat. clem. Pastoralis. de re iudic. vnde id infinitι DD. decidunt, quos habes apud Clar. quæst. 49. Roland. cons. 12. num. 42. lib 3. Ruminald. Iun. consil. 98. num. 59. lib. 1 & Farinac. quæst.* 39. n. 1. Quod procedit etiam in crimine læsæ Maiestat. *d. clemen. Pastoralis, Boss. de indic. num. 78. Roland. supr. nu. 59. cum seqq. Ossius decis. 79. num. 12. Personal. tract. de indic. nu. 22* & in crimine assassini, *Carrer. tit. de indic. & tortur. §. circa quintum. num. 15. Hierony. Laurèt. decis. Ammon. 15* & Sodomiæ, *Farinac. supr. nu. 111* & parricidij ac veneni, *Gramat. Vot. 30. n. 2.* & hæresis. *Bald. consil. 95. vol. 1. Boss. de indic. ante num. 78. & tit. de hæret. num. 9. Paris. consil. 2. num. 155. libr. 4. Roland. d. consil. 12. num. 61. Personal. d. num. 22. Vulpell. consil. 23. num. 3.* denique in omnibus atrocioribus & quantumuis enormibus *Marsil. §. diligenter. num. 157. Grammat. vot. 34. in fin. Carrer. supr.* quæ est communis sententia iuxta Farinac. *d. quæst. 39. nu. 41.* & nullibi in iure contrarium reperiri affirmauit Ioan. Maria Monticella, *regul. crimin. 4. num 3.* & sanè videtur esse iuris naturalis; & procederet etiamsi reus malæ opinionis & famæ argueretur, *Farinac. ibid. num. 47.* & subesset timor subornationis testium ad defensionē, propter rei potentiam, vt plene post alios Farinac. *num. 70.* & id quamuis reus non adferat, quales defensiones velit instituere, *idem num. 75.* & si iudex ante datam copiam indiciorum, & decretas defensiones vlteriùs procederet, & torqueret, confessio reum non premeret, foretque processus totus nullus, *per d. Clement. pastoralis. Farinac. nu. 84.* Quæ iure ordinario certa putauerim; & propterea vbi non est alia consuetudo, vel Principis ordinatio, sic esse iudicibus obseruandum, vt securius procedant.

Sed quia in quibusdam prouincijs consuetudo est, vt indicia tantum reo proponantur, & reus in continenti cū suis defensionibus audiatur, quàm praxim aiunt in Bauarię ducatu obseruari, & de Mediolanensi testatur Clarus, *d. libr. 5. §. 1. num. 10. in fin.* non ausim hanc praxim damnare, quàm etiam esse licitam tenent DD. Friburgenses, quando iudex intelligit subesse periculum, ne per talem communicationem debita processus expeditio frustretur, eo quod aduocati velint minutias (vt solent) discutere; vel, vt fermè fit, reus inde pertinacior ad negandum efficeretur. Probatur hæc sententia, quia fatentur, qui contra sentiunt, Principem, & qui statuendi habet arbitrium sic ordinare posse, quia

a

b Cōclus.

hoc non est omnino tollere defensionem, sed tantum immutare ordinem iuris positiui, & modum defensionis ac solemnia eius, quib. omnibus Princeps est superior. *Afflict. decis. 391. nu. 4. & post alios Farinac. d. quæst. 39. num. 23. & 26.* & sic seruari venetijs in Decemuirûm tribunali, scribunt Gigas, *in tit. quomodo & qualiter quæst. 19.* & Decianus *libr. 7. criminal. cap. 42.* Fatentur ijdem licere iudici, si illi videatur, defensiones in quibusdam restringere, veluti ne possit reus colloqui, nisi cum suis aduocatis & procuratoribus, vel etiam non nisi præsente aliquo ministro publico. *Iosephus Ludouic. commun. opin. conclus. 38.* item restringere tempus ad faciendas defensiones & decernere, quod loco copiæ exhibeantur aduocatis originalia indicia per eos videnda. *Farinac. numer. 112. cum sequentibus.*

Vnde fit argumentum validum, si hæc de quibus quæritur, sunt tantum iuris positiui, quia ad solemnia & modos defensionis spectant, quæ statuta sunt iure positiuo; & non ad defensionem simpliciter, quæ est iuris naturalis: item si quod detur in scripto, vel dicatur viua voce; &, quod breuior vel prolixior terminus tempusque reo ad defensionem assignetur, sunt etiam iuris positiui: sanè cum consuetudo vim legis obtineat; poterunt per illam hæc omnia mutari, maximè quando illa fuit à Principe tolerata, vt in casu nostro.

Item cùm iudex in his criminibus, sit liber à regulis iuris positiui communis (vt sæpè dictum) nõ esse illi, quod proponitur, si expedire iudicet, illicitum. Denique reddant differentiæ rationem, cur quod in thesi ponitur iudici non liceat, & quæ ipsi de modo mutando, & tempore restringendo concedũt, liceant? Non puto posse dari, nisi fortè quod hîc maius præiudicium rei sit; quod negauerim.

QVÆSTIO XXXVIII.

An sint concedendi aduocati in atrocioribus criminibus, cum soleant ex hoc rei magis induratri, & instigari ad negandum?

QVOD non sint concedendi, videtur primò probari ratione, quia videntur sic indicia retardari: Secũdò quia etiam in causa hæresis videntur negari posse, quod Simancas admittit. Tertiò quia probatur claro textu in l. per omnes. 6. C. de defens. ciuitat. ex quo illud multi asserunt. *Barbat. tract. de præstant. Cardin. 1. p. q. 9. allegans pro ea Baldum. Angel. in pract. versic. vestem etiam cœlestem. num. 12. Marsil. in pract. § diligẽter. num. 164.* Quartò, hoc pertinet ad modum defensionis, vt per se vel per alium: modus autem subest arbitrio iudicis, vt dictum, *quæst. 37.* Quintò ius scriptum in aliquibus criminibus reis aduocatos denegauit, vt in crimine læsæ maiestatis diuinæ per hæresim, *cap. fin. de hæret. in 6.* & humanæ, *l. quisquis. §. denique C. ad leg. Iul. Maiestat. Bart. in extrauag. ad reprimendum in gl. sine strepitu. Gigas tit. qualiter in crimin. læsæ Maiestat. proced. quæst. 4.* item furibus insignibus & grassatoribus seu latrombus viarum, *l. per omnes. C. de defens. ciuitat. Marsil. supr. & l. 1. n. 20. de quæst. Roland. cons. 2. nu. 62. lib 3.* Ex his videtur aliquid probabilitatis prima facie hæc opinio habere: sed re vera non est secura.

Omnino

Cõclus. *Omnino tenendum, etiam in exceptis criminibus non posse denegari reis aduocatum: nec ratio addita sufficit ad denegandum.* Hanc vnanimiter tenuerunt in suis consilijs DD. Ingolstadienses anni 1590. & rursus anni 1601. Friburgenses, Patauini, & Bononienses, & est recepta praxi inquisitorum in hæresi, cui nostrum crimen exæquatur, & communi DD. calculo, *Sprenger. part. 3. mallei malef. clarus. §. hæres. num. 17. etiam si rei non petant. Eimericus in director. inquisit. tit. de defens. reor. & ibi in commun. Penna. Repertor. inquisit. in verb. aduocatus, Humbert. in praxi Iudic. eod. verbo. Simanc. Cathol. instit. tit. 5. nu. 2. Boß. d. de indic. contra tortur. num. 78. in fin. Roland. cons. 12. num. 61. lib. 3. & alij paßim.*

Item probatur ratione. Iure naturali cautum, vt qui per se nequit, possit se per alium defendere; sagæ plerumque sunt illiteratæ, nec se norunt defendere ergo debent per alium defendi, alioqui illis indirectè tolleretur defensio, quæ nulli tollenda. Confirmatur, quia iudex ex officio tenetur curare vt indefensi defendantur. *l. si non defendantur, D. de pœnit.* Item est conforme Carolinæ constitutione, *art. 47.* vbi addita ratio, quoniam alij ex simplicitate, alij ex terrore nequeunt suas defensiones proponere. & art. 14. vetatur, ne ad carcerem aditus ijs præcludatur, quorum operâ ad defensionem suam rei vti cupiunt. Si dicas hoc statui in criminibus non exceptis contra: quoniam in ijs, quæ iure naturali reis debita sunt nullum discrimen est exceptorum & non exceptorum criminum.

Ad argumenta in contrarium facilis est responsio. Ad 1. negatur retardari, nã occurri potest huic retardationi primò si statuatur aduocatis, vt cum reo nunquam soli sint, sed semper cum eo agant presente iudice, fiscali, vel notario, vt sic omnis subornatio, instigatio & induratio ad negandum impediatur. *Farinac. d. q. 39. num. 14. & n. 112. & seqq.* Item poterit cogi aduocatus, vt sub iuramento promittat, se reum ad negandum delictum non instigaturum aut subornaturum, vt iubet Carolina constit. *ordin.* 88. & non vsurum nisi iustis defensionibus, & cum reum viderint criminosum esse, se cessaturum à defensione, *Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 5. c. 37. Baiard. ad Clar. §. hæresis num. 22. & clarißimè cautum instruction. inquisitor. quas referunt Simanc. & Penna sup.* Deinde supponitur aduocatum fore virum probum, gnarum officij sui; qui nolit in officio suo delinquere; delinqueret autem si instrueret reum ad tacendam veritatem, & non leuiter peccaret. *Abbas & alij in cap. 1. de test. cognit. D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. & 2. gloss. in cap. 1. de confess. in 6. Iason. in leg. cum proponas. 2. C. de pact.* quod si iudex postea deprehendat aduocatum tricari, dolosè procedere, vel aliquid frustratoriè proponere, potest iterum exigere iusiurandum: immo si vehementer præsumat de dolo aduocati, potest illius propositionem reijcere, nec curare appellationem, & vltra procedere: *Sic post Innoc. Host. & alios concludit Conrad. Brun. de hæret. in cap. de cautelis. vers. contra improbe petentes.* Sane nunquam concessione aduocati adeò indicia retardabuntur, vt cum tanto reorum præiudicio ipsis negari possit, quod iure naturali debetur.

Ad 2. Sufficit, quod in praxi nunquam denegentur, nec admodum probabile est, eos denegari posse, nisi in casu mox dicendo in responsion. ad supra.

Ad 3.

c

Ad 3. Argum. resp. dupliciter primo DD. illos mihi videri niti illo textu non bene intellecto. Textus enim agit de patrocinijs, hoc est defensionibus potentium ambitiosis, illegitimis, extraiudicialibus, & vel violentis, vel dolosis, qui tali patrocinio causa fuerunt, vel scelera citiùs, crebriùs, audaciusque committerentur: quod illic in d. l. per omnes, acutè vidit Accurs. Non vero agit de patrocinijs aduocatorum, in iudicijs admitti solitis, nec argumentum ab illis ad istos posset procedere, nisi constaret istos dolosè procedere: tunc autem eos etiam reijci posse dixi. Secundò responsorium, vt infra ad suprà.

In quarto argumẽto falsa est maior, quia istud nõ pertinet ad modum defensionis, sed directè pertinet ad defensionem ipsam, cui per accidens est, vt per se vel per alium fiat. Ius enim naturale simpliciter vult non tolli defensionem, tolleretur autem, illi nequit seipsum defendere, si per alium nõ sineretur. Non tolleretur autem, licet non sineretur se defendere scripto, cũ possit verbo: vel non sineretur tridui spacio differre, qui potest statim. Vnde patet differentia casus propositi in quæst. 37. ab eo, qui proponitur in ista quæstione.

d

Ad 5. Respondetur, in criminibus istis iure scripto tantum denegari aduocatos, quando notorium est reum esse hæreticum, rebellem, vel conspiratorem in Principem, assassinum, aut insignem furem vel latronem, & huiusmodi: sed antequam constat esse talem, aduocatus conceditur. Sic leges illas exponunt, & in praxi obtinere testantur. *DD. Mantua Benauid. singul. 15. Rolandus dict. consil. 12. num. 79. libr. 3. Iul. Clar. in § hæresis. num. 17. Farinacius quæstion. 39. num. 109. & 167.*

A

B

C

D

E

QVÆSTIO XXXIX.

An confrontatio sagarum, quæ vt plurimum pronæ sunt ad reuocandum, consulta videatur?

PARVM mouet me quod Sagæ pronæ sint ad reuocandum: nam non omnes tales, & forte pauciores: neque de occultis istis nostrum est iudicare. *c. sicut est*, de Simon. *cap. erubescant. 32. quæst. 5.* Constat ordinariè in huiusmodi, stylum curiæ sequendum, *Menoch. cas. 474. Mascard. conclus. 1317. num. 47. Farinac. quæst. 43. num. 144.* Sed nec stylus vbique idem, nec iste à iure naturali, sed positiuo descendit: quemadmodum & illud, quod reus qui de se confessus alios nominauit, debet in præsentiâ nominati cum iuramento asserere sic esse, alàs nominatio non operetur. *Boer. decis. 319. num. 4. Clarus quæst. 2. num. 12. vers. quæro nunquid, & Vulpell. consil. 30. num. 7. & cons. 83. num. 8.* aut illud quod alijs magis arridet, vt relicto iuramento; reus de se confessus, & qui alium in quæstione nominauit, in ratificatione de se, & alijs, debeat iterum, leuiter tamen torqueri, & in præsentiâ nominati confirmare nominationem. *Farinac. supr.* siue illud, quod quando in mutuis delationibus inter se dissentiunt, vt postea simul de hoc disidio interrogãtur; inuicem redarguere permittantur: quæ omnia ex consuetudine potius, quàm iure scripto manarunt, nec ordinariè imperatæ iudicibus sunt. Ideò (vt optimè Bononienses inquiunt) quid circa has agendum prudens iudex arbitrabitur, si namque ex vnâ parte adsit qualitas, vel prærogatiua dignitatis,

auctori-

auctoritatis, vel imperij in aliam partem: vel vna iudicio & sermone præualeat, adeo vt dubium esse possit ne contra veritatem vna trahat alteram in suam sententiam: nunquam confrontatio talis permittenda: si nihil istorum adesset, permittendam videri. *Chart. d. lib. 3. c. 1. n. 92.* In facto igitur hoc cōsistit, & circumstantijs consideratis decidendum. *Etiam in violenta*, hoc est, quam inuitis iudex imperat, *confrontatione*: casus in quibus consulitur legite apud Clarum, *q. 45. num. 14. & ibi Bziard. in addit.* & in his ipsis casibus non admittenda, nisi præcedant considerationes exquisitissimæ, & causæ grauissimæ, vt de hæresis crimine docet Penna, *ad 3. part. Directorij Inquis. comm. 23. num. 101. vbi de ho prudenter egit.* Idem censeo de quodam genere confrontationis, quod aliquando iudices decernunt, quod vocatur, *confrontatio ad cortinam.* & minus habet periculi. *de quo Antonius Columba. In forma procedendi extraordinar. in controuers. crim. ab arb. 220.* In confrontatione, *spontanea*, quādo paratus est reus alios nondum captos societatis coarguere & conuincere: puto aliud dicendum, vt scripsi, *l. 5. sect. 10. circa fin.* nempe hanc nunquam admittendam nisi præcesserint indicia talia, vt propterea nominati citari possint: & iam citati, si non apte obiectiones rei nominantis, & constanter accusantis, soluerint, queant in carcerem compingi. fieret enim alioquin iniuria talibus denunciatis, hoc seqq. DD. Friburgenses, & bene addunt, si socius in præsentia & confrontatione suam nominationem retractet, tamquam testem varium & inconstantem denuo torqueri posse. *Farinac. supr. à numero 116. usque ad 150.*

Conc.

QVÆSTIO XL.

An dictum Binsfeldij trium vel quatuor fœminarum pro vnius viri denunciatione exigi, debeat obseruari in terris imperij.

RESpondeo negatiue, tum quia priuati Doctoris dictum est: tum quia contrarium vbique praxis videtur recepisse. lege tradita superius ad q. decimam tertiam.

QVÆSTIO XLI.

Quid sentiendum de praxi Germaniæ, quæ denunciationes de choreis, & sagarum conuentibus, hactenus pro veris & sufficientibus, & non illusorijs accepit.

NOn Germaniæ solius praxis est: sed Galliæ quoque, Hispaniæ, Italiæ ac Belgij. & est optime fundata Qui pro illusionibus habent, ipsi ab Alciato, Ponzinibioque cum paucis alijs delusi: & magna pars VVieriana farina, non puræ fidei polline, sunt conspersi, lege quæ de hac re scripsi, *li. 2. Disquisit. Mag. quæst. 16. & li. 5. sess. 16.* Vbi in vltima editione Moguntina anni 1603. fusissime & neruosissime hoc confirmaui, & spero me Lectori veritatis amanti satisfeciſſe.

Considerati itaque cunctis, quæ & in d. lib. 5. Disquisitionum, & in responsione hac quadragenaria scripsi, statuo Principem optime de republ. meriturum & iustitiæ præclare cōsulturum, si in suo territorio præcise faceret

ceret ſtatutum, quo primum caueret, ad quod denunciationes tortura in hoc crimine poſſet adhiberi, & licet duæ de iure ſufficiant, tamen tres ad minimum requirendas, ſine vlla diſtinctione virorum & fæminarum: 2. quod non attendatur ad contritionem niſi forte aliqua ſit notorie incontrita, eo quod nolit confiteri, aut Euchariſtiam ſumere. 3. quod non requirantur A aliæ circumſtantiæ, niſi quod ſagæ carceratæ, ſeorſim tamen poſitæ & examinatæ, atque interrogatæ in genere, viderint N. & N. præſentes in tali congregatione nocturna ſagarum: nullis admiſsis defenſionibus, niſi quæ fundamentum habeant in iure naturali fundatum: ratio, quia in criminibus exceptis, iudici quo ad proceſſum remiſſæ ſint ſolemnitates iuris ciuilis. 4. cum de perſona ſemel denunciata, poſſent alij ſocij interrogari in ſpecie: eiuſmodi autem interrogationes ſpeciales admodum ſunt periculoſæ: quod duæ denunciationes debeant præcedere, vt in ſpecie de perſona denunciata, poſsit interrogari. Quæ eo magis placeret expreſſe ſtatui, vt iudicis arbitrio, quam pauciſſima committentur B

Hæc ſaluo meliore iudicio mihi de his XL. quæſtionibus videbantur Græcij Styriæ. IV. Octob. 1602. nunc eadem auxi & recenſui Salmanticæ, XXIV. Iulij, 1604. Martinus Delrio Societatis Ieſu LL. licentiatus & S. Theol. Doctor.

MAGICARVM DISQVISITIONVM;

Qui est.

DE OFFICIO CONFESSARII.

CAP. I. De officio confessarij, qua iudex est. A

Sect. I. Peccatorum catalogus quæ illi inuestiganda.

Quæ ex primo libro. Quæ ex 2. libro, B Quæ ex 3. Quæ ex 4. & 5.

Sect. II. De sigillo confessionis in hac materia.

Quid quoad delictum commissum? de C promisso secreti sigillo.

Quid quoad delicta committenda? refutati quidam Iurisconsulti. & vtrum quis possit vti ad prodentem gubernationem scientia in confessione accepta.

Quomodo se debeat gerere cum complice cuius per confessionem socij peccatum cognouit?

Quid respondendum iudicibus à confessario.

Quomodo iudex aliquid cognoscat sub sigillo confessionis, & illud teneatur seruare.

Casus quibus licet reuelare sub sigillo accepta.

De licentia reuelandi multa.

De eo qui etiam extra confessionem idem cognouit.

De pœna reuelantis. A

Sect. III. De modo confessionis.

Quæ obseruanda interrogatorius? D

Quæ in animi præparatione necessaria? E

A quo sententiæ intimanda?

Quando confessarius debeat adire reum? B

An confessarius præsens esse debeat ad bancum?

Vtrum possit confessarius petere, vt sacculus puluereus collo rei appendatur, vt ita stranguletur prius, &c.

Quomodo procuranda contritio? C

Quæ ad eam solita occurrere impedimenta, quomodo remoueri queant?

An signum impœnitentiæ certum sit, non posse lacrymari? disputatur de hoc signo, & iudicum quorundam opinio refellitur.

De obligatione restitutionis in hoc crimine. D F

De absolutione, quædam particularia. G

Exemplum mirabile mulierculæ Aquitaniæ, ex Florimundo Raemondo. Missæ Sacrificium dæmon quomodo amaletur.

Quid reseruatum in hoc crimine.

Vtrum mendicantibus religiosis liceat H *absoluere ab hoc crimine, quando Episcopi illud sibi reseruarunt? Respondetur argumentis & Viualdi & cuiusdem recentioris.*

Cap. II. De officio confessarij, qua medicus est.

Anacephaleosis remediorum.

Sect. I. *De remedijs superstitiosis.*

Q I. De exemplis superstitiosarum curationum, siue magicorum remediorum.

Chaldæorum Mnisuris. Hebræorum Theophilim, & alia huiusmodi. Paracelsi remedia impia proponuntur. De imaginibus superstitiosis, de incisione arboris, de collocatione in foco, de nominibus Ephesiis, de conuicijs & blasphemijs. de exagonis Paracelsi. de quodam exemplo miro, quod refert Grillandus, de canum mactatione. Galli cantus, an & quo pacto maleficia possit dissipare? De lotione matutina manuum & faciei de lotio humano, veterum sententia. Exemplum Pharaonis Regis Aegyptij. aliud ex Martyrio Sanctæ Luciæ. aliud fragmentum Sanctæ Althelmi, de Sancto Chrysantho.

Qui νεφελοδιῶκται, γυτεῦται, *&* φυ- B λακτήριοι, *in synodo Trullana, quid* πουγτια.

De gestatoribus galeæ seu amnij infantulis. Exemplum subulci sortilegi, cuius porcos diabolus custodiebat. & de alio opilione Traiectensi.

Plinij Varronis, & Constantini vana remedia. de Marsilij Ficini quodam libro periculoso. De Cicorij radice effodienda, de criminibus vel dente euulso abijciendis. de ouis confringendis. de Sereni Abacadabra de sale profano. de loci mutatione. de nominis mutatione contra Laur. Ananiam.

A *De precario vel furto sublatis rebus ex malefici de domo, de crepidis, lacinijs, &c. de canibus, equis, stricti gladij vibratione.*

Virgilij locus & exempla varia. De circuli circumductione.

Superstitio opinari non futura reme- C *dia, si prius confessarius vel medicus fuerit adhibitus.*

An debeat malefica prius libertati restitui. De scopis in ostio ponendis, de B *acubus aut crinibus in ollam conijciendis.*

De cogendis sagis per minas, vim, & verbera. Quod soleant in alios sortem transferre, probatur exemplis. Euripidis & Senecæ loca. Remedium quoddam Salisberiensis, & alia Sacrilega, vt de plumbo, verbena, columbo.

Semper dæmon in his lucratur, & quomodo. Exemplis probatur translatio mali in C *alios.*

Interdum futilibus plane dæmonem cooperari. probatur exemplo studiosi & vetulæ, Examinata quædam dicta Cardinalis Cusani.

Quæst. II. An liceat remedium petere à maleficis.

Quod non liceat iure ciuili maleficijs E *vti in bonum finem, contra multos, Leonis Imperij Constitutio, qua abrogata lex Constantini, eadem explicata Ecclesiastica lege idem prohibitum esse. Locus ad Rom. 3. v. 8.*

Non posse cogi maleficas vt bene- F *dicant. Et de hac benedictione inquisitum. Articulus Parisiensis, dictum impium Paracelsi. Remigij sententia reiecta.*

An liceat tollere maleficium per res superstitiosas? An liceat per vana remedia tollere? Discutitur exemplum Summ. Rosellæ.

Contra Aureolum non licere à maleſico G
paratopetere, vt maleficium tollat male-
ficio? Exemplum Nideri. Soluuntur argu-
menta Remigij. Explicantur l. nullus. C.
de malef. & locus Probi in Nomacanone.
Poteſt maleficus induci, vt per modum li-
citum tollat maleficium. Et induci poteſt
tam precibus, quam coactione, contra Re-
migiam, & examinatur dictum Brian-
zoni, quod liceat hoc petere ab ipſo Dia- B
bolo. An liceat petere, vt tollat ab alio,
quàm ab auctore met maleficij; Quid
quando dubito, an ſit ſublaturus per ma-
leficium?

Praxis qua in hac re vſus B. Theodorus. H
Quibus verberibus cogere liceat? Quando
ſit neceſſaria cautela Caietani? Exemplũ
S. Godoleuæ, quæ vſa hac cautela. Alia
cautela noua petere, quo vſurius ſit reme-
dio? Praxis & vſus huius cautelæ.

C
Quæſt. III. An liceat maleficium de-
ſtruere, vt, eo deſtructo, ſeu ſublato
ſigno, Diabolus nocere deſinat?

De hu ſignis, qualia eſſe ſoleant, exemplum I
de ſera clauſa. Status quæſtionis.

Argumenta ſententiæ negatiuæ (Non licere)
Ioannis Hoſſelij.

Sententia communis affirmatiua (licere) K
explicatur, & fuſe probatur. Auctores D
huius ſententiæ, qui & quales.

Exempla eorum, qui hac vſi. Examinantur L
ſinguli actus, qui poſſunt interuenire.

Diſſoluuntur argumenta omnia primæ M
ſententiæ. Quem effectum à dæmone li-
ceat exſpectare? Quomodo quis vetetur
declinare ad Magos? Quod teneantur ma-
leficij ſignum poſitum tollere? Aliquando
non abſoluendus niſi faciat.

E
De ſagarum depilatione. Quomodo intelli-
gendum dictum Ieſu Chriſti? hoc genus
non eũcitur, niſi in oratione & ieiunio. De
exemplo S. Hilarionis. Explicat. capit. ſi
per ſortiarias. 33. quæſt. 1. Quomodo Dia-
bolus eſt alligatus ſigniſ

A
Sect. II. De remedijs naturalibus contra
maleficia.

§ 1. De remedijs pleriſque N. L. vt de baa- N
ras, de hyperico, de thapſia, rhamno, ſpina
verbaſco & ſimil.

De remediis ex lupi corpore, item ex hyena,
ex catulo nigro, ex dromada, ex muſtela,
ex Leone, ex pardo, ex aſino ſilueſtri, do-
meſticoque, ex alijs, ex hydrargyro, ex
adamante, ex Chryſolitho, ex corallio, ex
gagate, ex iaſpide, ex onyche, ex ſardio,
ex Cameleonte, ex aſino. Quomodo
hæc poſſint prodeſſe ex ſententia Theolo-
gorum.

Quando maleficia naturalibus remediis tolli
poſſint, quando non poſſint? Explicat. c.
vlt. 26. q. 7.

§. 2. De ſignis ſeu indiciis maleficis.

§. 3. De remediis medicorum præcepta.

Sect. III. De remediis ſupra naturalib. diui-
nis, ſeu Eccleſiaſticis.

Primum vera & viua fides. obſeruatio O
mandatorum Dei. Exempla Petri Iudicis,
D. Antonij fœminæ Chriſtianæ apud Epi-
phan. & alterius in vita S. Cypriani. &
alia quædam.

2. Legitimus in Eccleſia Catholica Sacra-
mentorum vſus, P

De Baptiſmo, Exemplo Tyridatis Armeniæ
Regis. item aliud de Chami Regis Tarta-
rorum filiolo.

De confirmatione. Ex Lactantio proba-
tur, & exemplo Iuliani Apoſtatæ apud
Prudentium. Q

De confeſsione, ſeu exomologeſi, varia R
narrantur exempla, Bedæ, Ioannis Dia-
coni, & Petri Cluniacenſis. & Ioann. Cæ-
ſarii. Item ex Theodorico de Appoldia.
Metaphraſte, & Liſiardo.

Nota autem hic duo exempla de efficacia
recitata Salutationis Angelicæ. Expli-
catum conſilium B. Catharinæ Sueti-
cæ.

De Venerabilis Euchariſtiæ vi. Exem- S
pla. vnum Eremitæ apud Caſsianum. Pu-

ella Arabæ apud B. Prosperum. Vxoris cuiusdam à D. Bernardo, alterius similis nostro tempore in Picardia, alterius à S. Auxentio. item aliud in Indijs frequens. item in Gallijs tempore Albigensium. item aliud in Teuthonia (Et nota Lector Magica hæreticorum miracula.) Aliud simile ferè in Alpibus Rhetijs. item aliud de visione Prædicatorum Neapoli in conuentu S. Dominici, & aliud Salernitanum recentius. nec non aliud D. Macarij.

De missæ sacrificio. T

Exemplum Hesperij apud D. Augustinum. aliud D. Bernardi. aliud D. Theodori. confessio sagarum, & ratio cur tam longas in Catholicorum templis ante meridiem moras trahant.

De oleo infirmorum. V

Exempla Sanctorum: Sacerdotis apud Bedam. Theodosij monachi. Launomari. Parthenij. Auxentij Archimandritæ. VVinualoci. Eutychij Patriarchæ. Paterni Abricensis.

3. De petendo Sanctorum hominum auxilio. X

Cur hoc remedium minus hodie frequens, quam olim? Erant diuersi exorcistæ, & isti Sancti exempla SS. Macarij, Viriusq; Guthberti, Basilij, Paphnutij, Eugendi, Greg. Thaumaturgi Pauli simplicis, Theodori, & Vrsmari.

4. De exorcismo Ecclesiastico. Y

Antiquitas ordinis exorcistarum. Ritus quidam veteres in exorcismo adhiberi soliti. Nomen dæmonis peti solebat, cibi soliti exorcisari, cauendum à ludicris sermonibus probatum exemplo. Serium exemplum S. Vrsmari, in quo notanda eadem ante octingentos annos, quæ nunc cæremoniæ. Exempla S. Adelini, & S. Mauritij, Cur exorcismus aliquando sit irritus? Contra quæ venefica non soleat prodesse, ex Tostato.

5. De operibus satisfactorijs. Z

De eleemosyna, de ieiunio, exempla S. Auxentij & S. Procopij. de Oratione. 1. de communi Ecclesiæ 2. de priuata in hu pracipua symbolum Apostolicum, & oratio Dominica. item Rosarium, & Litaniæ.

6. Imploratum nomen Iesu Salua-AA toris Christi, & Sanctorum.

Exempla & auctoritates Patrum remissiuæ Nomen Mariæ Virginis tria exempla. Auxilium Angeli custodis S. Gouladuch.

7. Signaculum Sanctæ Crucis, BB

Probatur testimoniis & exemplis plurimis, quæ propter multitudinem hic in summario omittuntur.

Mos Sanctorum, tegend. miracula, additis aliquibus rebus naturalibus.

8. Sanctorum reliquiæ. CC

Probatur plurimis auctoritatibus i & exemplis, vt S. Philippi, S. Dympnæ in Brabantia, & plurimorum aliorum, honorandi Sancti peregrinationibus & donariis. Cauendum à superstitioso eorum cultu, quem odere, vt probatur exemplo quodam S. Glyceriæ.

9. De aqua benedicta. DD

Antiquitas huius ritus. Efficacitas probatur variis exemplis.

Et præcipua quædam, contra spectrum Apaneense, & contra aliud Tentaendium lapides iaciens. & D. Huberti, &c. Vbieri impudens siue mendacium, siue calumnia.

10. Res aliæ benedictæ ritu Catholi-EE co.

De agnis Dei, de cereis & sale benedicto, de pane benedicto. antiquitas ritus. exempla quædam.

11. Pia amuleta collo suspensa.

Quæ requirantur an ne sint superstitiosa?

12. Pulsatio Campanarum. FF

Experientia quotidiana. Exemplum mirabile

ex Pe-

ex Petro Cluniacensi confessiones maleficarum.

Cauendum à duobus Lamiarum mendaciis, vt illic. R. fellitur vulgi opinio de campanarum baptismo. Hæreticorum strophæ quotidianæ.

Capitularis Caroli Magni locus explicatus. Benedictionē aliquando tributum nomen baptismi, vt apud Iuonem Carnutensē.

Benedictionis Campanarum ritus defensus contra hæreticos.

De efficacitate earum contra dæmones, in quo hæc sita? Petri Mexiæ error. Cur hæc remedia non semper efficacia? GG

CAP. III. Quorundam remediorum Ecclesiasticorum, contra calumnias hæreticorum, maxime Georg. Godelmanni, defensio.

Quidam non Iurisconsulti, sed rabulæ in cæremonias petulantes. A

Defensio exorcismi. *Ecclesiæ Catholicæ.* B

Ostenditur ineptia & imperitia aduersarii. Colliguntur multa eius mendacia. Ostenditur in exorcismo nihil magicum reperiri.

Sigillatim omnes eius ritus probantur & explicantur.

Defensio salis benedicti. *mendacia aduersarii & fraus. Defensio* aquæ benedictæ. *Benedictiones herbarum. Noua iterum aduersarii mendacia.*

Defensio agnorum Dei, alia iterum mendacia.

A *Defenditur benedictio balsami & olei. Ineptia aduersarii formulam dicentis esse Magicam, detegitur.*

Verbum exorciso, & vsus defenditur. Vsi & Apostoli. Cur non Christus? baptismo peccata remitti.

B *Defenditur Extrema vnctio & benedictio* E *olei infirmorum.*

Smidelim & Lerchemeri vesana conuicia.

Ex antiquitate probantur benedictiones variarum rerum, herbarum seu fructuum. A quibus benedicta. Chrismatis, Panis & salis.

Quæ vis sit rerum Sacramentalium. Aliud F *iterum mendacium. Item alia & alia.* G

C *Respondetur argumentis quibusdam Go-* H *delmanni. Ostenditur exorcistarum ordinem in Ecclesia olim fuisse. D. Clementis Rom. locus explicatus.*

Defenditur cultus Venerabilis Eucharistiæ, & in ea esse verum corpus Saluatoris nostri. Ostenditur nihil in consecratione nec

D *cultu Magicum esse.* I

Contra Ioseph. Scaligerum defenditur. opera D. Dionysio Areopagitæ adscripta non esse Pseudopigrapha. Superbia eius ante oculos ponitur ipsiusmet verbis, & monetur resipiscere, seque deinceps gerere modestius, & sapere humilius. K

E *Monita quædam pro Confessariis & pœ-* L *nitentibus.*

MARTINI DELRIO
SOCIETATIS IESV,
PRESBYTERI.

DISQVISITIONVM MAGICARVM.

LIBER VI.

Qui est.

DE OFFICIO CONFESSARII.

A

QVVM duplicem personam gerat confessarius, iudicis & medici; facile intelligitur vtriusque munere fungi debere. iudicis quidem personam sustinet, quando confessiones excipit, tantùm: tum enim Dei vices gerit in ligando & absoluendo, Medici gerit non tum solummodo, sed etiam extra tribunal illud poli, quando consulitur, idque vel à reis, vel à læsis, vel à iustitiæ executoribus, & administris vel denique; ab alijs quibuslibet. De duplici hoc officio nunc nobis agendum.

CAPVT I.

De officio confessarij, qua iudex est.

AD Iudicem pertinet nosse delicta, & de illis in foro suo iudicare, vt ea cognoscat iudex, opere prætium fuerit

A principio hic, quasi in tabella seu breuiculo, ante oculos ponere, quæ in quinque præcedentibus libris peccata, seu delicta, noster iudex debet animaduertere & explorare, vt, cum necesse, reum iuuet interrogando.

B

SECTIO I.

EX *Primi*, itaque, *libri Proloquio*, discet, licere, examinare hæreticos, an sint etiam magi seu malefici.

Ex 1. & 2. cap. discet discernere superstitionis & Magiæ species.

C

Ex cap. 3
- qui libri ratione magiæ, prohibiti sunt,
- q. 1. quantum astrorum influxui citra errorem possit tribui:
- qu. 2. vitare errores male Christianorũ circa cõplexionis tẽperamentũ.

q. 3. errores vitare circa vim imaginandi.

q. 4. Quid sentiendum de sanatione per aspectũ, contactum, vocem, de salutatoribus, de gentilibus S. Pauli & S. Catharinæ, & similibus circumforaneis, & de curationibus militaribus, &c. & quæ in hac re peccata interuenire soleant?

Ex cap. 4. discet. in { *Princ.* quæ peccata occurrant in Magia naturali & artificiali.

q. 1. Peccata sigillorum & caracterum magicorũ.

q. 2. Magorum fraudes de Numeris, & quid tribuendum illis,

q. 3. Quomodo peccetur credulitate & vsu incãtationum?

q. 4. Quæ amuleta seu periapta licita, quæ non?

Ex cap. 5. discet. { Quæ in pirotechnia seu alchimia peccata reperiantur, & quo se pacto cum alchimicis confessarius gerere, & quæ illos debeat interrogare?

C q. 5. & 4.

Ex libro Secundo discitur de quibus Magi sint examinandi.

1. De artis auctore, & efficiente causa quid sentiant? *vt habes q. 2.*

2. quos habeant libros? *iuxta quæstion. 3.*

3. circa pactum, quas illi adhibuerint solemnitates? *iuxta quæst. 4 præcipue litteram E.* & hic an sint rebaptizati, &c.

A

B

C

D

E

4. circa effectus, an eos ediderint præstigiatorios? quia hoc est mendacium. *vide q. 6. & 8.*

5. An putauerint diabolum vera miracula facere posse? quia est error. *vide quæst. 7.*

6. an imagines sacras inhonorarint, conspuendo, verberando, trahendo, mergendo ve? *vt q. 11.*

7. an alteri pauperiem fecerint, vel damnum dederint. in bonis fortunæ? *d. q. 11. & 12.*

8. an thesauros arte magica quæsierint, aut aliter diuitias, honores, vel victoriam à dæmone expetierint? *d. quæst. 12.*

9. an incantarint animalia & quomodo? *q. 13.*

10. an cum bestijs rem habuerint? *iuxta q. 14*

11. an cum dæmone corpus miscuerint, & quomodo? *q. 15.*

12. ad ad conuentus iuerint, & ibi fecerint, quæ fieri solere narrantur? *quæst. 16.* vbi & illud notandum aliquando non cum dæmonibus, sed exstincto lumine, promiscue cum quouis vel quauis oblatis proximis sibi concubuerint, quod de Lamijs & maleficis Atrebatensibus anno 1459. narrat Meierus in Annal. Flandriæ, & de alijs alij.

13. Quoad Lycanthropos: examinandi, an sibi dumtaxat tales videbantur, an etiam alijs? quia secundo casu adest semper pactum? *iuxta q. 18.*

14. an aliquibus vsi contra vulnera ac tormenta & quibus? *q. 21.*

15. an conati animas euocare? an conuenerint de apparendo post mortem? *vide q. 26.*

16. an finxerint spectra? *q. 27.*

17. an spectris cultum aliquem exhibuerint, & quem, & qualibus? an pacti cum illis aliquid fuerint, an fami-

liaria colloquia superflua cum his habuerint? *iuxta q.* 28.

18. an procurauerint spectrorum apparitionem? q. 29.

19. an exorcismis vetitis vsus? quæ adhibuerit, & quam adhibitorum vim esse putarit? an habuerit dæmonem inclusum, vel includere sit conatus? an parendum habuerit, & sub quo pacto, quamdiu, ad quid, &c. *q.* 30.

Ex libro Tertio.

1. Interrogent, quæ sint instrumenta quibus vsæ? nam grauius subest peccatum vnguentis, eo quod solet præcedere antropofagia & infanticidium. *vide q.* 1.

2. an somnificum maleficium intulerint naturali medicamento, an vero accesserit sepulchri violatio, & cadaueris iniuria? & quem in finem? *q.* 2.

3. quibus philtris vsæ, an miscuerint sacramenta, aut alias res sacratas, & quas? *q.* 3. *sect.* 2.

4. an sic aliquem egerint in amentiam, occiderint, læserint? *d. sect.* 2.

5. an contra philtrum sint vsi remedijs illicitis? an capiti illicito amore, fecerint quæ ex sua parte necessaria? *d. q.* 3 *sect.* 3. item quæ consilia dare possit tali amore irretitis? *ibid.*

6. ob quam causam philtrum præbuerit, cælebs, an vt matrimonio iungeretur: coniugata, an vt amorem mariti recuperaret: vtrique, an ad libidinem illicitam? *q.* 3. *sect.* 2. an odij vel obliuionis maleficio vsus? item an incendij? *sect. pen. & vlt.*

7. quid existimarit de fascinatione, & an aliquem fascinarint: quibus vsi remedijs vel antidotis contra fascinationem? *q* 4. *sect.* 1.

8. an cadauera laniarint, & quæ damna venenis intulerint? quo pacto illa damna viuentibus dederint? item an aliquid defoderint, cui sola remotione queat occurri? *d. q.* 1. *sect.* 2.

9. *In sect.* 3. notet confessarius singula, vt norit distinguere in abortu, an nocuerint iam viuo, an ante animationem? item an sic distenderint prægnantem vera, an simulata prægnatione? quia priore casu accedit prolis periculum, item quoties hæc facta? denique in 3. casu, an propter hanc deficationem, fœtus fame perierit, & quod &c.

10. Attendat qui homicidæ sint excommunicati? *Sect.* 4. Interroget an sagittariam exercuerit magus? an huiusmodi imagines confecerint, an baptizarint: & in quarum personarum interitum?

11. *Sect.* 5. & 6. quos animi, corporisve morbos intulerint?

12. *Sect.* 7. an aliquos deuouerint? & qua imprecationis formula?

13. *Sect.* 8. an maleficiarint aliquem ligaminibus, & ad quod tempus? item an ad euitandum vel sanandum illud, aliquid superstitionis adhibuerint.

14. *Ex q.* 5. discet habere rationem personarum, quibus nocitum fuit. hinc enim atrocitas peccati crescit. nã cæteris paribus contra publicam personam peccatur grauius, quam contra priuatam. atrociss imum quoque est omnium, necare infantulos nondũ baptizatos.

Ex 6. & 7. discet ob quæ peccata maxime, quis tradatur maleficis puniendus? quibus etiam abstinendum sit ijs, qui cupiunt esse tuti, vel liberari à maleficijs.

Ex q. 8. poterit confessarius proponere miseriam maleficorum, & peccati enormitatem.

Ex libri vero huius parte posteriore, discere poterit.

1. Naturam vanæ obseruantiæ? *q.* 1. & 3.

2. quando, & quale sit peccatum? *quæst.* 2.

3. modos præcipuos vanæ obseruantiæ, & ex eorum similitudine, quãdo in hoc peccatum quis ruerit? *q.* 4. *sect.* 1.

4. de precibus & verbis sacræ scripturæ, de ieiunijs & alijs operibus bonis secundum se. *sect.* 2.

5. de ligaturis & periammatis *sect.* 3.

6. de obseruatione omnium. *sect.* 4.

7. de strenis initio anni. *sect.* 5.

8. quando liceat obseruare dies, quando non. *sect.* 6.

9. quæ sint licita media sanandorum morborum, & quæ non, & de militari vulnerum curatione. *sect.* 7.

10. fundamenta vanarum obseruationum quæ adhibentur ex S. S. &c. refutata. Quod est necessarium scitu, vt idiotis possit persuaderi, esse impia illa, quæ habent pro pijs. *sect.* 8.

De formula, si Deus incarnatus, &c.
Dæmonum ministerio an ad bonum liceat vti.
De rythmo seu versu.
De ritibus & cæremonijs quæ adhibitæ.
De dubio in quo benignior sequenda sit interpretatio, tam de dubio personæ, quã rei.

} Cõtra Felicé Malleolũ Turgurinum.

11. Ex formulis positis, *in sect.* 9. futurum ei non difficile iudicium ferre: de cæteris, quæ sunt innumeræ, & in singulis locis diuersæ, sed in ipsa ratione formali superstitionis conueniunt.

Ex libro Quarto.

1. Discet naturam prophetiæ, & quando sit peccatum prophetæ, non credere inspirationi. *cap.* 1. *quæst.* 1. & 2.

2. Quibus instructum esse oporteat ad dandum consilium in reuelationibus? qui abusus & errata hîc possint accidere ex parte confessarij: quæ ex parte habentis reuelationem? quomodo fraudes & peccata huiusmodi deprehendantur? de scrutanda intentione? *q.* 3.

3. Regula discet ad cognoscendum quando peccent astrologi & similes diuinatores. quando sors, omen, vel signi petitio sit licita. *c.* 2. *q.* 3.

4. Qualiter peccent diuinatione vtentes, & quæ excusent vel minuant peccatum. *q.* 4.

5. Quale peccatum sit oracula dæmonum consulere? *q.* 6. *sect.* 1.

6. In necromantia quibus vsæ medijs seu instrumentis, quorum ratione potest accedere infanticidium, & similia peccata. *sect.* 2.

Ex seqq. sectionibus, discet species diuinationis cum pacto expresso. In specie quoque illarum vltima de oculi excussione, nota incidere in obligationem restituendi, ratione damni iniuste illati.

8. *in q.* 7. discet varias species pacti impliciti: ex quibus poterit decidere casus similes, vt de saltantibus per pyras, de asseruantibus, ἄμιον, deferentibus amethystum vt somnient, de offerẽtibus candelã S. Antonio vt furẽ indicet, & in quibusdam potest accedere obligatio famæ restituendæ, vt in Parthenomantia.

9. quomodo liceat niti ominibus, prodigijs & portentis? quando peccetur in huiusmodi obseruandis *sectione* 2.

10. Quanto sit sors diuinatoria & prohibita? maxime de illa quæ fit per inspectionem libri sacri. *sect.* 3.

11. Ad naturam peccati huius intelligendam plane necessaria est. *sect.* 4

12. Discet peccata astrologorum, Genethliacorum, & cæterorum iudiciariorum etiam medicorum & chirurgorum. *c.* 3. *q.* 1.

13. Quæ liceat diuinare ex elementis & mixtis insensibilibus, vt cometis, halonibus, &c. quæ non? *q.* 2.

14. Quid liceat medicis diuinare? *quæst.* 3.

15. Quando peccent physiognomi? *quæst.* 4.

16. Quale peccatum sit chiromantia? *quæst.* 5.

17. Quæ somnia licet obseruare & interpretationem quærere? *quæst.* 6. In fine quæstionis habebit exemplum faciendæ in similibus disquisitionis.

18. Quæ occurrant hodie peccata in sorte diuisoria, & quibus sit licita? *c.* 4. *quæst.* 1.

19. Quæ peccata contingant in contractu sortis, quem vocant ollæ seu Lotheriæ? quæ quoad venditorem, quę quoad emptores, quæ quoad ministros seu assistentes, quæ quoad remp. vel Principem? q. 2.

20. Quæ peccata sint canonicæ purgationis: an quis eam cum mendacio vsurparit? q. 3.

21. An vsus sit vulgaribus purgationibus interroget: tam subeundo quam exigendo. Notet quæ dicta de prouocatione ad diuinum iudicium, quomodo in ea peccetur: item de duello publico & priuato propter adiunctam excommunicationem: & notet quæ ad explicationem censuræ illius hic addita, *Sect.* 1. *& 2.*

22. De peccatis purgationum variarum per ignem. *Sect.* 3.

23. Peccata probationis aquæ frigidæ vel feruentis. *Sect.* 4.

24. Discet, cur & quomodo peccet iudex probatione illa vulgari, qua sagæ in aquam proiectæ creduntur supernatare: & quid respondendum nitentib. consuetudine seu corruptela quorundam iudicum? *q.* 5.

25. Notet quæ hîc dicuntur, vt communia omnibus vulgaribus purgationibus.

26. Item notet, quæ de excusatione ex capite ignorantiæ aliquando iudices prætexunt: vt sciat quando bona intentio excusationem illis præbeat, quando vero non præbeat.

27. Item quale sit peccatum error sine dolo?

28. Peccare iudices, qui semota lege & ratione, arbitrij liberam plenitudinem sequuntur: & quomodo omnis iudex legi subiectus? *Sect.* 2. *litt.* I.

29. Peccare quando canonibus non obtemperant? *Sect.* 3.

30. Quando liceat signum petere? & quæ fides requisita ad editionem miraculorum?

31. Quomodo peccet torquens vel damnans eum, cui hæc purgatio fuit adhibita? *d. sect.* 3.

32. De peccato purgantis per pondera & lancem? *q.* 6.

33. De peccato purgantis per crucem.

34. Peccata in quibusdam alijs generibus, quæ rariora. *ibid.*

Ex libro Quinto, discet.

1. Quando iudex peccet arbitrando temere circa criminis grauitatem?

2. Quando peccet minuendo vel augendo pœnam legis?

3. Quem

3. Quem iuris ordinem contemnendo iudex peccet? *Sect.* 1.

4. Quomodo peccet in inquisitione? 1. circa corpus delicti. 2. ratione accusationis præcedentis. 3. in forma inquisitonis. 4. quoad præcedentia indicia. 5. quoad famam præcedentem. 6. quoad absolutionem præcedentem. 7. quoad transactionem. 8. quoad gratiam Principis. *Sect.* 2.

5. Discet de indicijs, quæ vix præcipuorum? 2. quod iudex tenetur aliquando ad damnorum restitutionem, si non interrogauit de socijs. 3. quando propterea reo deneganda sit absolutio? 4. alia in hac re tam rei quam iudicis peccata. 5. peccata iudicis ex defectu indiciorum ad torturam sufficientium. 6. quomodo distinguenda iactantia à minis. 7. quod mens scrutanda in minantis æquiuoca locutione. *Sect.* 3.

6. *Sect.* 4 Docet vim minus certorum indiciorum, 2. quod ex non impedito damno iudex teneatur restituere. 3. Peccari in fortiariorum defensione, fauore, patrocinio & occultatione. 4. qui mortaliter peccent non defendendo. 5. qui teneantur restituere.

7. Discet multiplices abusus iudicum in receptione testium. *sect.* 5.

8. Peccata accusatorum, & onus restituendi. *sect.* 6.

9. Varia peccata in reis comprehendendis, carcerandis, & postea ibi asseruandis. *sect.* 7.

10. Multa grauia peccata circa modum torturæ, in quantitate & qualitate. *sect.* 8.

11. Quosdam ritus superstitiosos contra maleficium (vt vocant vulgò) Taciturnitatis. *sect.* 9.

12. Peccare iudices qui mendacio, dolove reum decipiunt. *sect.* 10.

13. Quando iudex peccet condemnando reum ex sua confessione. *section.* 11.

14. Quomodo discernendæ suspicio, opinio, & præsumptio.

15. Cui possit iniungi abiuratio, & quo pacto is ad eam inuitus adigi possit? *sect.* 12.

16. Varia, in quibus iudices circa canonicam purgationem queant peccare. *sect.* 13.

17. Quomodo iudex peccet, interdum etiam cum onere restituendi, eò quòd cum deberet absolutè absoluere, tantum absoluit reum à iudicij instantia: *sect.* 14.

18. Quomodo qualificanda sortilegia? item quæ sint hæreticalia, quæ non: & proinde, quibus excommunicatio accedat? *sect.* 15.

19. Quando iudex peccet in pœnæ irrogatione? *sect.* 16.

20. Peccata quædam propria Sacerdotum & clericorum in hac materia, de quibus illi interrogandi. *ibid.*

21. Quando iudex remittens pœnam teneatur ad restitutionem, & peccet? *ibidem.*

22. Peccatum legentium vel retinentium libros Magicos. *sect.* 17.

23. An præbenda maleficis ad mortem damnatis Eucharistia: & vnctio, & quid in Eucharistia præbenda sit obseruandum. *sect.* 18.

24. Peccet ne iudex sepulturam denegando, *sect.* 19.

25. Peccatum eorum, qui subministrant instrumenta necis, vt reus euadat pœnam publicam. *ibidem.*

SECTIO II.

De sigillo confessionis in hac materia.

C HANC sectionem addo, propter quorundam confessariorum simplicitatem, & quorundam Iudicũ temeritatem atq; malitiam; qui, quantum possunt, conantur ex confessarijs, directè, indirecteue; tum ante rei mortem, tum post eam, exsculpere; num reus fuerit peccati illius conscius. Adeò vt alicubi audiuerim solitos quodã loco confessarios à iudice post latam sententiam mortis in reum interrogari; sitne iuste dãnatus reus? necne? & religiosos quosdam, eo quod hanc iudicum iniquam importunitatem, vt sacrilegam, graui oratione repressissent, imposterum ad reos audiendos vocari desijsse. Notandum primò sigillum confessionis vim æqualem habere in omni crimine, etiam maximè enormi; vt in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & hæresis; *a* vnde patet falsum & erroneum esse versiculum illum vulgarem?

Est hæresis crimen, quod nec confessio celat.

Notandum secundò, ex communi sententia, seruandum sigillum, vt ante rei morté, sic & eo mortuo, quia moriendo ius famæ suæ non amisit: nec cõfessio eius propterea minus confessio esse cæpit, quam prius. Notandum tertiò, Doctores quando concedunt veniam detegendi, seu narrãdi aliqua accepta in confessione; nunquam loqui de expressione delicti in specie, vel personæ nominatione; sed omnes tantum agere de quadam generali reuelatione delicti, sic facta, vt per eam nequeat ad personarum cognitionem deueniri. *b* Notandum 4. aliud esse, si agatur de delicto committendo, aliud si de iam commisso.

A Quoad delictum commissum; inprimis est sententia quorundam, quæ communis videtur Canonistarum, *c* posse Sacerdotem delictum iam commissum reuelare, quod non in Sacramento pœnitentiæ; sed extra illud; sub promissione secreti & sigilli confessionis accepit; immò, si in testem producatur, debere illud reuelare in iudicio; hæc sententia reijcitur ab alijs, *d* volentibus veram esse de crimine committendo non de crimine commisso, probabilem puto vtramque, sed posteriorem esse tutiorem: in rigore quidem, qui se obligat sub secreto tali æquè se obligat quoad commissa & committenda; sed censetur Ecclesia propter publicum bonum, velle irritare promissionem illam, quoad crimen committendũ; qui fauor boni publici cessat ordinariè, quoad crimen commissum, ideo si graue damnum inferretur celatione illius criminis commissi; teneri tum quoque illud sic reuelari fatentur Menoch. & Farinacius, doctiss. duo Iurisconsulti. Sanè promissio illa sub secreto sigilli facere nequit, vt quod sigillum non est, id tale fiat: sed obligat solummodo more promissionum aliarum de secreto seruando: quarum vis se in detrimentum reip. contra æquum & bonum nequit porrigere. Quoad delicta committenda; quando quis non vult abstinere aut se emendare, sed crimen statuit perficere, fuere nonnulli Iuristæ, qui censuerint, ea posse à confessario reuelari. *e* hæc sententia periculosa est, & retrahit homines à confessione.

E Excusari possent auctores eius, si dũtaxat locuti forent, de eo qui specie confitentis accederet, reuera tamen non haberet animum confitendi, sed vel consilij petendi tantum, vel decipiendi confessarium, aut pertrahendi

a Gign. de crimin. læs. Mail. tub. qu. accus. pes. 18. Ant. Gabr. l. 7. concl. vlt. 17. Albertin. de cognoscend. asserti. Cathol. q. 25. co. & Ric. in 4. 21.

b Sic post Angel. Albert. Gigas & Gabrielium

docuit Fari. to. 1. q. 51. num. 110.

D *c* testibus Gomesio 3. par. c. 19. n. 9. & Gabrielio supra n. 16.

d sic Menoch. l. 2. de præs. q. 89. n. 17. & Farinac. sup. n. 19.

e post Ioan. Gerson. de pœnit. & Gig. sup. & Ioan. Gerson. sup. 101.

f Vt Inn. Ab B. A. & qui e. Gerson. & Men. sup. Gig. sup. q. Aug. ad Ang. su. Bonac. commu.

in socie-

in societatem criminis; tunc enim non est verum sigillum, nec res sub sigillo credita. Quod si quis animo confitendi accederet, seque clauibus subijciendi, & absolutionem consequendi, & sic confessionis sigillo rem subijceret: sequenda omnino communis opinio contraria, quæ pluribus iuristis & Theologis placuit, non esse tum licitum detegere, ne reipubl. quidem proditionem. *f* Hanc sententiam limitant, primò quoad veram relationem: volunt enim posse Sacerdotem tunc ipsos confitentes diligenter monere, vt abstineant, & obuient, tum etiam monere magistratus, & Episcopum, vt super gregem suum vigilent, ciuitatem custodiant, & similia, quibus & malo subueniatur, & confessio non reueletur. *g* 2. limitant, si pœnitens habeat socios complices, & ipse quidem pœniteat, & emendationem spondeat; indicat tamen adhuc esse periculum, ne per complices, ipso desistente, scelus committatur: tunc enim putant; vt occurratur damno futuro, posse Sacerdotem reuelare delictum futurum, etiam confitente non consentiente. *h* 3. limitant multi Iuristæ si pœniteat pœnitentem, & velit se emendare ac desistere; quod si nolit desistere, nec obuiare vt potest, sed perficere mauult: tunc inquiunt non teneri sacerdotem ad sigillum, quæ putatur communior sententia canonistarum, *i* fundamentum eorum est, quia non putant hanc esse veram confessionem, nec sigillo hic locum esse.

Sed falluntur, quia vera confessio est, si animum accedentis & confitentis consideres; licet non sit perfecta confessio & valida. Et ad hoc, vt quis sigilli secreto legitur, nihil necesse est (quod bene docuit Nauarrus) confessionem esse perfectam & validam, si hoc enim requireretur, quanta quæso porta panderetur malis Sacerdotibus, ad reuelanda secreta: quibus sufficeret minima aliqua causa denegandæ absolutionis? sed satis est, si pœnitens animo accedat confitendi, seque clauibus subijciendi, vt absolutionem consequatur, & cum hoc animo sincere peccata narret, ac numeratò promat; nihil quod meminerit, sitque dicendum, prætermittens sponte suâ: obligatus enim hoc ipso manet Sacerdos ad sigillum seruandum: nec æquitas aut religio sacramenti huius patitur, vt qui fidem habuit, suaque arcana credidit cõfessario, vlla ex causa decipiatur, sunt enim permulti, qui licet animo sint satis præparato & forti ad confitendum; infirmiores tamen adhuc se putant, quàm vt queant abstinere, & imaginaria quadam necessitate se trahi, raptarique ad perficiendum putant; quod dolent tamen se nõ penitus abominari, & à Deo postulant vires roburque sibi ad hoc præstari; & ignosci infirmitati suæ. Quare tertia hæc limitatio meritò à Theologis, plerisque hodie explodituꝛ: & miror Farinacium eam amplexum; cum recte D. Thom. paulò antè fuerit secutus.

Quoad 2. limitationem, simul & primam, dependent à quæstione 5. *Sacerdos possit vti aliquando scientia, ex confessione parta, saltem ad gubernationem, & mala imminentia auertenda?* verbi gratia, confitetur maleficus se vel alium posuisse puluerem, vel quid aliud sub tali limine; & nisi tollantur, domum comburendam, Principem interiturum, quotquot vrbem ingredientur, egredienturque in magnam perniciem aut periculum venturos. Qua in quæstione consentiunt omnes ferè DD. paucis exceptis, licere seruatâ

opin. vers. sacerdos nõ potest reuelare.

f D. Thõ. Sot. Rich. & comm. Theologi: vide Nau. in c. sacerdos n. 120 & seq. Fat. multos ci tat. Iurist. sed videtur non satis rem assecutus. *g* Ex D. Th. Aug. ad Angelum, vers. cheh. tradita latua patria post. n. 18. *h* sic post alios quos legat. Ang. & Gigas sup. & Fanu. sup. n 101. *i* Vt Inno. Ab B. Anc & qui eos seq. Gab. & Menoc sup. Gign. sup. q. 18. Aug. ad Ang. sup. Bonacosa commu.

circum-

circumspectione, vt nec directè, nec indirecte ad suspicionem peccati confitentis quisquam deueniat. *a* Sed probabilior est contraria sententia, & tutior, & magis consentanea religioni ac reuerentiæ huic Sacramento debitæ; quàm tenuisse videtur Henricus Gandens. *b* Tutiorem dixi, quia vt illa contraria practicetur sine periculo, tantâ & tam multiplici est opus circumspectione, vt difficile sit plerumque eam seruantem non incidere in sigilli violationem. 2. quia fauet ipsi Sacramento, cum inuitet ad illud ipsa silentij & arcani necessitate, & securitate, ac libertate confitentium. 3. quia S. D. N. Clemens VIII. ann. 1592. die 26. Maij, decreto quodam, præcepit superioribus regularium, vt diligentissimè caueant, ne notitia de peccatis in confessione habita ad exteriorem gubernationem vtantur. Quæ sanctio etsi liget duntaxat eos, ad quos scripta; satis tamen indicat Pontifici Maxim. magis probari eam sententiam; quæ vult ita prorsus se confessarios gerere, ac si in confessione nihil penitus audiuissent; sibique persuadere, nullatenùs humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento dependere, vt quod ab eo quam longissime distat. Cum tamen hæc prohibitio in isto casu sit iuris humani; & periculum à republica, vel proximis; cum citra damnum tuum, & sigilli violationem queas propulsare, sit iuris diuini; haud dubiè casus posset incidere; quo quis teneretur hac scientia ad malum, quemadmodum diximus propulsandum auertendumque vti, præsertim cum sententia illa communis sit probabilis, & nullum ius humanum valeat impedire; ne quis cùm necessitas postulat, ad malum ingens impediendũ, sententiâ probabili vtatur.

a citant multos Sotus de rat. secr. regendi membr. 3. q. 3. Nauar. in d. c. Sacerdos n. 14 & seqq. d. 6. & est omnium illorum quos citat. litt. d. *b* n. §. 1. & pręt. cart. Toleti in suum Casum & Emanuelis saa in Aphoris. quod l. 8 q. 29. & 31

A

c Et hoc casu admitti posset prima illa limitatio; sed & 2. si per omnia prospiciatur, & caueatur sigilli integritati. Nec enim putandum, Pontificem de huiusmodi extraordinarijs planè casibus agere voluisse; qui in religiosis congregationibus vix vnquam eueniunt.

Ex hac autem sententia illud sequitur; si Petrus magus mihi confitens inter circumstantias peccati complicem indicarit: isque mox mihi quoque confiteatur, sed peccatum illud sibi cum Petro commune reticeat; non posse me hac scientia vti, ad illum de hoc peccato examinandum; sed tantum posse me in genere inuestigare; num sit aliud, quod conscientiam eius grauet, & persistentem in silentio, teneri me simpliciter absoluere. Sequitur secundo, Non posse Sacerdotem ne metu quidem mortis proposito cuiquam hoc crimen reuelare, *d* & posse eo casu dicere nescire sese, nec de tali peccato se quidquam audiuisse, quia reuera non scit, nec audiuit, vt homo, seu vt pars reipubl.

Immo si mente subintelligat, (scilicet, vt possim reuelare) posset dicere se hoc in confessione non audiuisse, vel reum sibi hoc confessum non fuisse; & hæc omnia posset iuramento confirmare. *e* Nec potest ad reuelandum Sacerdos à quoquam cogi, ne à Papa quidem; multò minus à quouis alio, vt fuse docent Augustin. Berous & Hieronym. Gigas. *f* Quod si iudex inuenisset peccatum malefici scripto commendatum; vt id confiteretur; vel ab aliquo auscultante pœnitentem, vel à sacrilego Sacerdore sigilli violatore id intellexisset; non posset iudex his testibus, nec illi schedulæ, nec ipsi Sacerdoti credere, nec propterea reum capere, vel torquere: immo etiamsi

B

C

D

E

c Vide D. Tho. in addit. 3. q. 11. art. 1. ad 1. & 4.

d c. sacerdos de pœn. d. 6. ibi, Nauar. n. 13. & est cõmun.

e Nauarrus Man. c. 8. n. 19. communem esse docent Gigas d. q. 18. n. 4. Gomez de crim. c. 13. n. 9. Masca. de probat. in præfat. q. 5. n. 5.

f Gerons. q. 12. n. 1. Gigas d. q. 18. n. 9.

g Aut. Gomez. d. 1.

iam il-

iam illum condemnasset testibus conuictum : & postea intelligeret totam delationem vel accusationem ortam ex sigilli violatione, deberet damnatum absoluere & dimittere *h*.

Duo denique sunt casus, soli, quibus liceat reuelare in confessione audita, *primus est*, quando pœnitens Sacerdoti licentiam reuelandi concessit, consentiunt in hanc Theologi *i*, & Iuristæ *k* propter text. clarum, *in cap. significasti de adulter* : quia licet pœnitenti renuntiare iuri in fauorem suum introducto. Quidam tamen requirunt, vt hæc licentia detur extra confessionem, & rursus tunc reus narret suum peccatum. Sed hoc non est necessarium, vt melius cæteri censent, nam si extra confessionem iterum ei narret : iam poterit ex alio capite referre, nempe iuxta limitationem sequentem. Deinde quid interest, dicatne in confessione, do tibi licentiam, hoc quod modo narraui reuelandi: an post confessionem hoc dicat, & iterum narret ? Veriores ergo conditiones sunt, 1. non sufficere ratihabitionem, neque licentiam interpretatiuam, vel implicitam, sed requiri explicitam & expressam. 2. debere eam esse mere liberam & nullatenus coactam. 3. debere subesse causam iustam & magni momenti: vt puta boni publici, aut corporalis vel spiritualis boni pœnitentis. Nam loco vel ex causa leui reuelare, etiam habita permissione confitentis, sacrilegium foret *l*

Sacerdoti vero, dicenti se licentiam à pœnitente habuisse, non semper credendum : sed duntaxat, si & ipse bonæ sit famæ, & iureiurando id confirmet, & pœnitens ei non contradicat. *m*

Secundus casus est, si sacerdos idem aliunde, seu alia via, extra confessionem, ante vel post eam, resciuerit: quem admittunt, in delictis committendis, Abbas & alij : *n* sed idem in cōmissis censent communiter Theologi *o*, & ratio efficax id persuadet, nec enim per confessionem sacerdos amittit ius quod ante habebat : neque id quod postea aliunde illi comparatum. Quod si amitteret, confessio vergeret in damnum publicum, nam fraudibus patrocinaretur, & iudicia euerteret, verbi gratia, si quis, coram duobus Sacerdotibus tantum, maleficium commisisset, & postea vtrique confiteretur. iste enim tum nec deferri nec accusari à quoquam posset : quod, quam sit reip. perniciosum : nemo non intelligit. Cauendum tamen Sacerdoti, ne hac licentia vtatur, nisi in re grauissima : nam facile scandalum sequeretur, si frequenter & in leuibus rebus ea vteretur: item cauendum, nequid amplius dicat, quam quod extra confessionem cognouit. Sacerdoti vero dicenti se extra confessionem id resciuisse non credi, nisi id probet, &, si non probat, extra ordinem puniendum arbitrio iudicis, communiter censent Canonistæ *p*, sed hoc arbitror de sacerdote malæ famæ intelligendum. Nam in eo qui bonæ famæ est, putarim sufficere iusjurandum probatione, si testes desint: cur enim non hîc sufficiat, quod in priore casu sufficere fatentur?

Denique, extra hos casus licitos, sacerdos reuelando violans sigilli (quod ex iure diuino positiuo fluxit) secretum, hodie deponendus, & in carcerem perpetuum monasterij cuiuspiam detrudendus est. *vide Conc. Later. c. 2. &c. omnis de pœn. & remiss. & Farin. pract. crim. q. 51. numer. 93.* aliquando tales iussi fuere à Pontificibus degra-

Masc. d. operis l. 2. conc. 377 nu. 1. & 3. Men. li. 1. de præsumpt. q. 89. n. 26. & 27.

h est communis. vide Sotum in 4. d. 18. q. 4. à 5.

i Sch. in 4 d. 18. & 11.

k in c. Matthæus. de Simonia. & in ca. significasti de adulte. Fari. supr. n. 111.

l post Halensem, Sco. Dur. Gabr. & Maior. in 4. d. 21.

m vide Mascard. de probatio. conc. 1286.

n vide August. de Ancona ad Angel. vbi supr. & Farinac. supr.

o D. Bona d. 21 art. 2 q. 3. Palud. ibi q. 3. a. 3. Sotus d. 18. q. 4. art. 6. Nau. in d. Sacerdos n. 161

p Nauar. & alij quos sequuntur Mascard. sup. n. 5. & 6. & Farin sup. n. 108

dari & pœna mortis affici, & merito, exemplum ponit Felicianus *lib. degrad. cap.* 14.

SECTIO III.

De modo Confessionis.

PRæter ea quæ communia sunt in hoc crimine & in cæteris, peculiariter obseruare oportet confessarium nonnulla. Quædam pertinent ad interrogatoria: quædam ad præparationem animi: quædam ad obligationem restituendi: quædam ad absolutionem impertiendam.

Quo ad interrogatoria, multa fuerunt à me dicta, *sect.* 1. his adde primo quod quia sagæ vix vnquam faciunt integram confessionem, idque demoni promittunt: rogandæ sunt de hac re, & sacrilegæ seu mutilatæ confessiones omnes repetendæ: deinde vt tunc omnia prodant, inducendæ bonis rationibus, vt velint: & interrogatorijs illis Sect. 1. iuuandæ, vt possint. Interrogandæ quoque, an ex animo renunciarint fidei, nam tunc est apostasia, an aliquid animo crediderint contra fidem? tunc est hæresis. an abusæ rebus sacris? & est sacrilegium. an diabolum adorauerint, siue in specie aliqua visibilem, siue quem non videbant (vt testatur Meierus de sagis Atrebatensibus anno 1459.) item quamdiu in hoc crimine hæserint, an aliquando animo pœnituerint, &c. propter volitiones eiusdem criminis diuersas & earum interpellationes. 3. interrogandæ sunt, an adhuc retineant libros aut alia magica instrumenta: quia retentis illis absolui nequeunt. 4. vtrum alios talia docuerint aut seduxerint: quia non debent absolui, nisi quantum in se est est conuertere illos conentur, & si conuerti noluerint, eos ad superiores magistratumve deferant, aut accusent. Si tamen confessio fiat in articulo mortis, sufficiet tum, qui præsentes fuerint in genere monere & hortari, vt à deceptione & hæresi tali recedãt, sibique inposterum caueant, &c. 5. videndum, vt occasiones relabendi euitentur, & tollantur, verbi gratia, si habitat, vel versatur inter maleficos, quando fieri potest, loci mutatio, & separatio iniungenda. 6. interrogandæ diligenter de veritate confessionis iudiciariæ, hortandæ, si cuncta vera, quæ dixerunt, ne mutent, sed veritatem tueantur, si falsa, vt retractent: si quos innocentes (vt fit non raro) detulerint, eos exculpent: si quos noxios complices sciant non emendatos, eos deferant iudici: neque ex hac generali admonitione irregularitatis periculum est.

Quoad animi præparationem, magna in hoc crimine confessarijs se difficultas offert. Inprimis cauendum puto iudicibus, ne reis mortis sententiam per quoluis denuncient, deligendi potius viri pij & prudentes, qui hoc indicent verbis prudentibus, & simul adhortentur ad bonam & seriam præparationem: docet autem, in hoc maxime crimine, experientia, non expedire eos, qui confessarij sunt futuri, ante sententiæ pronunciationem ad reos accedere, vt eorum confessionem excipiant: vix enim verum fatentur, dum sibi timent à delatione: item docet eadem experientia, non esse vtile immo sæpius noxium esse, si ipsemet confessarius mortis sententiã reo intimet. sic enim à tali nuncio vt plurimum abhorent, vt raro postmodum

dum rectas & synceras admonitiones in animum admittant. Illud quoque memini à me quæsitum aliquando: *An dum in tormentis reus versatur, liceat vel expediat, quæstioni confessarium interesse*: scio id latrunculatores à sacerdotibus aliquando petere: sed, impudentiores illi, an imprudentiores isti qui faciunt, nescio. abusus est certe, propter irregularitatis multa quæ se hic ingerunt pericula. quæ ibi necessitas confessarij? immo quæ vtilitas? hortetur ad silentium? causa est cruciatus augendi. hortetur ad confessionem veritatis? mortis sententiam accelerat. absit potius, & fugiat à tam acerbo & ferali spectaculo sacerdos: seque contaminari putet. si propior adsistat, & oculis hauriat hanc carnificinam. Et aperte id prohibitum in conc. Antissiodorensi canon. 33 *non licet Presbytero neo Diacono ad trepalium, vbi rei torquentur stare.* vbi noua vox *trepalium.* vt puto de equuleo. Nihilominus fateor illud vtile futurum, si in vicino quopiam cubiculo sit, vt, si in mortis periculum reus incideret, iuuari possit celeriter, & deficienti venire suppetias. Morienti adesse confessarium necesse est, propter diaboli insidias, qui *calcaneo insidiatur*, hoc est vltimo vitæ humanæ actui. Hæc quæri audio: *num liceat à iudice petere: vt, si reus viuus rogo tradendus sit exurendus, sacculus puluereus pectori appendatur, accelerandæ mortis gratia, vel, cum, appensus est, à carnifice, vt ignem illi admoueat: vel à iudice, vt strangulari iubeat eum, qui lento igne consumitur?* vulgus Doctorum talem putat incidere in irregularitatis notam. Si indiceret, foret ea, quam vocant, *ob defectum lenitatis.* at mihi hic lenitas exuberare videtur potius, quam deesse

A & opus meritorium puto, quodque non sacerdotem modo, sed & quemuis Prælatum deceat maximè, non tam mors acceleratur, quam cruciatuum finis accersitur, moriturus ille certo: agitur, ne per tot supplicia. Sed ad confessionem reuertamur.

In contritione procuranda, hoc opus hic labor est, non ex parte Dei, sed ex parte ipsius malefici, quem ordinarie duo impediunt, error, & metus. Error quidem multiplex. Nam postquam captæ sunt maleficæ, vt ipsemet sæpe fassæ, *tunc diabolus* (verba sunt Grillandi *a*) *nihil aliud satagit, nec laborat in alio, nisi in persuadendo, vt persistant in sententia, & vsque in vitæ finem perseuerent.*) Adducantur licet in supplicij locum, ignisque succendatur, se illarum corpora & laqueo, & flammis palam erepturum, facturumque, vt ex flammarum contactu nullum dolorē percipiant. Quod si mori illas contingat incendio, mortem illam cruciatus expertem fore: migraturas ex huius vitæ miserijs absque supplicij sensu, vt in futuræ vitæ beatitudinem transferantur, illic eas dæmonibus similes fore: eodem robore, scientia, diuitijs, potentia, voluptate, quibus ipse dæmon potitur ac pollet, donandas. Sic mendax decipit. Alius error est, quia persuadet impossibile esse ipsis ad Deum conuerti, & veniam consequi peccatorum, propter pactum secum initum, & Dei abnegationem, aliaque quibus se contaminarunt scelera nefandissima. Sic illas dum vel desperatione deijcit, vel spe lactat & extollit, sēper conatur obdurare: vt cuncta negent, respuant confiteri, non resipiscant, nihil pœniteat deliquisse. Hic in prōptu Sacerdos habeat, & sacræ scripturæ testimonia, & Patrum sentētias, & exempla omnis

a de sorti leg. q. 9. n. 9.

æui: quibus clare demonstret vtroque dæmonem mentiri: serio conuersos nunquam à Deo reijci: nihil eorum, quæ pollicetur, iactatorem illum præstare posse, neque si posset velle. Grauitatem quoque criminis poterit proponere: ex circumstantijs hæresis, idololatriæ, Apostasiæ, homicidij, patricidij, rapinæ, Sodomiæ, & sacrilegij. Impœnitentiæ vero istius signum idem Grillandus *b.* maxime quoad mulieres, certum esse dicit: si lacrymas nullas emittant, cùm tamen flere, gemere, suspirare que videantur, & omni conatu lachrymari conentur. Hanc ipse cum alijs Iurisconsultis verissimam notam putat, qua constet eas non vere, sed ficte tantum pœnitere, cuius rei, cum videat se rationem nullam naturalem idoneam reddere posse, confugit ad supernaturalem, vultque id fieri à diuina prouidentia in pœnitentiæ fauorem. Censent itaq; Grillandus & socij: si saga lacrymetur, vere illam pœnitere ex animo: si non lacrymetur, fingere pœnitentiam. Nunquam iudici auctor fuerim huic coniecturæ inniti, vt certæ vel idoneæ. Nam experientia illa, quam ex aliquibus ait Grillandus se collegisse, fallax est & incerta. tum quia nonnumquam ipsa doloris magnitudo lacrymas desiccet, & plane tollat, iuxta illud orchestræ *a.*

Fletuq; acerbo funera & quæstu carent:
Quin ista tanti peruicax clades mali
Siccauit oculos, quodq; in extremis solet,
Periere lacrymæ.

Solet ait, & verum est. Iam ex aduerso sæpe præ lætitia quidam lacrymantur, iuxta illud eiusdem *b.*

Subitos fundunt.
Oculi fletus: nec causa subest.
Dolor an metus est? an habet lacrymas
Magna voluptas?

Nec iuuant illum argumenta à Canonibus petita, quibus tantum probatur lacrymas esse signum pœnitentiæ, & nubis mœstæ animum obsidentis profluuium: lacrymis quoque peccata dilui, & fœditatem animo eluiq; vt verissima sunt, ita minime probant: nullum pœnitere, nisi & lacrymetur, quidã sunt tam duro vultu, tam sicco cerebro, vt lacrymari nesciant, etiam pueri, possunt ergo mulieres quoque tales reperiri. Nam pueri non minus humidi, non minus ad lacrymas faciles, quam illæ. Accedit quod I. C. isti non satis inter se concordes, dissident ab inuicem, quidam à seipsis. Aliquando scribunt defectum lacrymarum esse indicium ipsius maleficij, nam maleficas esse, quæ non lacrymentur: at Grillandus fatetur maleficas, cum vere pœnitent, lacrymari. An hæc consentanea, & non pugnantia? si dicas, lacrymari, quia eo ipso, quod pœnitent, maleficæ esse desierunt: sicut adulter esse desinit affectu, quem peccasse pœnitet, verum hoc quidem. Sed quid si pœnituerit peccasse, & post pœnitentiam hanc animi comprehendatur ea, quæ veneficijs suis multos interemerat? hæc iuxta Grillandum poterit lacrymari, quia pœnituit: iuxta cæteros verò adhuc lacrymari non poterit, quia quoad externum forum adhuc est vere maleficа, nam vt Grillandus hoc suum dictũ stabilit auctoritate diuinæ prouidentiæ, ad pœnitentiam animi declarandam: sic alij illi suum quoque firmant eadem diuina prouidentia, quam

a Sene. in Oed. v. 57

b sup. n. 3.

b in Thyn

decet

decet fauere iudicib. ad criminis commissi deprehensionem & vindictam, quare iuxta illos, vt crimen huius maleficæ (quoad forum externum talis esse non desijt) puniatur, necesse est hoc indicio illam detegi, vt flere non queat, quàm lachrymaturam Grilland. contendit. Planè cõfessario omnia huiusmodi indicia aspernada, omnes huiusmodi coniecturæ fugiendæ sunt: eò quod pœnitenti pro se, & contra se loquenti, tenetur credere. Deniq; quis adeò fori huius interni inexpertus est, qui nesciat, sæpè vbertim flere quosdam confitentes exiguo tactos dolore: & alios multò grauius affectos, & ictos profundiùs, nec vnam lacrymulam emittere.

Vrget etiam tum reos metus duplex, alter verborum & minarum à dæmone, à quo incarceratæ non raro affliguntur crudelissimè: alter humanæ infamiæ: contra vtrumque rationibus, exemplisque armari à confessario illas oportet.

De tertio illo, nempe *restitutionis obligatione*: considerandum, sitne damnum adhuc impendens; an vero iam fuerit illatum, si damnum adhuc pendet, vt si res adhuc sit plane integra, vel venenum, vel aliud maleficium nondum cœperit lædere, sed post aliquod tempus effectum suum exseret: non est reus absoluendus, donec quocunq; modo licito conetur malis futuris obuiare, & veneno antidotum præbere: vel maleficium destruere: idque totum de consilio confessarij docti & prudentis: cui attendendum, ne occultum crimen pandatur. & ne qua media illicita adhibeantur. Si vero aliqua iam damna fortunis personisve fuerint, illa nó absoluat confessarius sine præuia satisfactione, aut (si eam nequit reus præstare) sine fideiussoria, vel saltem iuratoria cautione, ita sanè quando quis adhuc liber iurisque sui confitetur. Nam quando est damnatus ad mortem: in locis vbi bona non confiscantur, sufficit si cõfessarius hanc defuncti obligationem (ex eius consensu) hæred. bus significari curet, si potest: tunc q; officium magistratus fuerit, cogere hæredes ad satisfaciendum: immò & reus deberet hoc coram iudicibus declarare: velle se, vt de bonis suis, omnibus (quoad fieri poterit) satisfiat, qui damnum acceperunt. At in locis, vbi bonorum confiscatio capitale supplicium consequitur: officium confessarij erit, monere reum, vt iudicibus indicet se à fisco petere, vt qui in bonis, etiam in restitutione hac exsequenda succedat: si reus hoc nequeat facere, confessarius obeat munus, saltem monendo iudices vel fiscum. Non enim malefici per mortis pœnam, euadunt obligationem restituendi. Nam mortem subeunt propter iniuriam reip. irrogatam non propter iniuriam priuatorũ. Et hæc eadem realis obligatio restituendi, migrat, ac quosuis bonorum successores: cum non pœna sit, sed debitum, quare tenebuntur hæredes, quicunque fuerint, damna resarcire, quatenus ad eos ex bonis malefici commodum peruenerit. *c* Cessaret obligatio ista, si pars læsa profiteretur, se tali supplicio contentam esse, sibique sic satisfactum. *d*

Quartò, *quoad absolutionem*, quædam particularia occurrunt. Quærendum enim, an pactum habeant cum dæmone expressum, quid promiserint, & qua solennitate, de his solemnitatibus, *lib.* 2. diximus permulta: quæ postquam scripsissem, venit ad manus meas liber Gallicus Florimundi Raémundi, Senatoris

c c. in litter. de raptor. & incend. est communis testib. G Couar. l. 3 var. resol. c. 3. Claro §. fin. q. 51. *d* Nau. Manual. c 15. n. 15. Binsf. de confess. malef. par. 2. prælu. 13.

l.i de Antichrist. c.7.

toris Regij in Burdegalensi curia, viri pij, Catholici, & eruditi: e in quo ritùs nonnulli, cæteris ne fandiores, & magis sacrilegi cõtinentur: fideliter eius verba transferam in latinum sermonem, scribit in hac Curia anno 1594. auditã mulierculam, Aquitanam adolescentulam, non incita forma, quæ sine tormentorum cruciatu sponte sua fatebatur: *se, teneriore adhuc ætate cùm foret, à quodam Italo corruptam, & post ea, quæ D. Ioannis Præcursoris diem præcedit, nocte media, in agrum quendam abductam, illic Italiam fagina virgula circulum in solo designasse, certaque verba in libro quodam nigro lecta submurmurasse: subitò deinde hircum grandem plane atrum astitisse, probè cornutum, comitatum fœminis duabus, & mox accessisse virum vestitu ornatuque sacerdotali. Hircum quæsisse ab Italo, quæ puella isthæc foret? respondisse nunc, eam à se adductam, vt hircus in suarum numerum illam referret.*

Quo audito, iussit hircus, vt illa signum crucis manu læua efformaret, & quot aderant, salutatoriæ venerationis officio fungentes, accederent propius. fecere illi, & osculum sub ipsa cauda labris impressere. Inter hirci cornua nigricolor candela tetrum lumen præbebat: de hac, quas singuli manu tenebant, accenderunt, & cum hircum adorabant, stipem pecuniariam in peluim, quæ aderat, injiciebant. Hoc primo factum tempore. Postea Italus fœminam in eundem iterum locum reduxit. tunc hircus ab ea postulauit corollam seu sertum de capillis eius: Italus capillos defecit, & illi obtulit: hoc signo desponsam seduxit hircus à turba, & in vicinum nemus deductam, solo appressam, iniuit: quæ fœminæ commixtio (vt aiebat) mire ingrata & voluptatis planè expers fuit, imo & cum sensu doloris acerbi, & horroris, ob semen hirci, quod glaciei instar frigidum experiebatur. Singulis quoque mense Mercurij & Veneris diebus semel generale Capitulum (sic vocabat) celebrabatur apud Puteum de Dome, ad quem conuentum ipsa infinitis vicibus accesserat, cum alijs plusquam sexaginta, qui singuli candelam nigram secum adferebant, & de illa hircina inter cornua lucente accendebant, quam hircus admotam postico, posteriore illo sub caudino flatu accenderat.

Quo peracto omnes tripudium orbiculare, obuerso inuicem tergo iunctis manibus auspicabantur Missa quoque simulachrum exhibebatur: quod qui peragebat (quem illa nominauit) casula nigra, crux cui nulla intexta, vestiebatur: loco sacrificij inuenti & sacræ hostiæ, eleuabat resegmen siue orbem ex rapa, tinctum fulgine: & eo eleuante clamabatur à præsentibus, vna nimi voce: Magister adiuua nos. Calici, loco vini, aqua infundebatur. Lustralem vero aquam sic conficiebant. scrobi in terram defossa hircus immingebat: hac vnda, pura scilicet, sacrificus & aspergillo atro cunctos aspergebat. In hoc conuentu ministeria sortilegij singulis distribuebantur, & singuli rerum à se gestarum rationem reddebant. disceptabatur de venenis, maleficijs, ligaminibus, & remedijs magicis, & perdendis frugibus, similibusque criminibus.] Hactenus Raëmundus Sunt ergo similia scrutanda, vt de Sacrilegij, apostasiæ & idololatriæ genere constet: quærendum quoque, an aliquem fidei errorem mente fouerint. verbi gratia, quod non sit vnus Deus: quod diabolus sit Deus, vel quod sit omniscius, aut omnipotens: quod Iesus Christus non sit Saluator: quod Sacramenta Ecclesiæ non sint vllius efficacitatis supernaturalis, vel quod vim habeant ad maleficiorum operationem,

tionem, &c. de quibus actum toto opere.

Si quid huiusmodi crediderint, sunt hæretici, & ab hæresi, eiusq; excommunicatione prius absoluendi. Si nihil huiusmodi crediderint, in conscientiæ foro hæretici non censentur: sed absoluendi sicut ij, qui contra fidei dútaxat professionem, & per sacrilegia mortaliter peccarunt: licet aliud sit dicendum in foro fori. Attendere præterea oportet confessarium, an confitens aliquam aliam incurrerit Ecclesiasticam censuram; verbi gratia, vtrum maleficium vel veneficium (qualecunque id etiam abortionis vel philthri) præbitum sit clerico vel religiosæ personæ (quibus priuilegium Canonis *cap. si quis suadente*, prospectum voluit) vnde illius sit secuta mors vel mutilatio (tum enim incurritur etiam irregularitas: *a*) vel etiam notabilis læsio, ratione cuius incurritur excommunicatio illa violentæ manus in clericos iniectionis. Si videt censuram incurrisse, ab ea debet primum absoluere: si dubitat. vtendum absolutione conditionata. Sed quia non cuiuis Sacerdoti competit ius absoluendi in quouis casu: ideò distinguendum in confessione rei ad mortem damnati, & alterius, spontè confitentis, non condemnati. Etenim, cum ille censeatur in articulo mortis (quoad hoc) positus *b* à confessario poterit absolui à quibuslibet censuris etiam reseruatis, quia in mortis articulo omnis reseruatio cessat. *c* Secus est, quoad illos alios, qui non sunt in mortis articulo: nam quoad hos, solent ab Episcopis sibi reseruari: veneficia, sortilegia, maleficia & incantationes, duntaxat tamen, secuto effectu, & quoad actus exteriores: *d* Sixtus etiam V. anno 1588. sibi soli reseruarat crimen abortus: sed illa bullã ex-

A

B

C

D

E

tra Italiam vix innotuit, nec à maiore populi parte recepta fuit, & ideo vix alibi ligauit, ex Nauarr. sententia valde probabili, *e* quin etiam Ioan. Chappeauuille olim Pœnitentiarius, nunc Vicarius Leodiensis, scribit se à viris fide dignissimis accepisse, constitutionem hanc Sixti V. & in ea contenta, per successorem eius ad ius antiquum reuocatam. *f* & P. Sa. in verbo *homicidium* testatur Gregor. XIV. declarasse, pœnas bullæ illius duntaxat locum habere: quoad fœtum iam animatum, vnde colligitur plerasque illationes, quas Viualdus posuit in Sixtinæ bullæ explicatione, falsas esse.

Quoad illas Episcopales reseruationes, graue dubium est: *an Mendicantibus ordinibus, virtute suorum priuilegiorum, etiam maris magni, quibus eis permittitur quoscunque & vndecumque ad eos venientes absoluere à cunctis peccatis & censuris etiam Pontifici Max. reseruatis, exceptis iis, quæ in bulla Cœnæ Domini continentur, an inquam, iis liceat absoluere à reseruatis Episcopo casibus post Concilium Tridentinum?* Negatiuam partem tuentur Felicianus Episcopus Scalensis, *g* Viualdus, *h* & recentior alius scriptor. nituntur his argumentis, I. Gregor. 13. (vt testatur quibusdam epist. nepos eius Cardinal. S. Sixti) Borromæo, & Paleotto Cardinalibus de sententia congregationis Cardinalium, adde ad declarationem Concilij Tridentini respondit, hoc iam non posse regulares virtute suorum priuilegiorum: idque Borromæus, & Synodus Mediolanensis statuere, & excommunicationis pœna sanciuere. *i* Secundò quia S. S. Dn. Nostr. Innocentius IX. & Clemens VIII. in suis iubilæis concedunt casus Episcopis reseruatos: quo indicant, absq; Iubilæo,

a c. de cæt. c. presbyterum c. audientiam de homic

b Syluest. ver. cõfessio. 1. §. 7. Hadria. de confess q. 3. Canus de pœni p. 5. Sotus in 4. d. 18 ar. 4. & Nauar. c. num. 9.

c c. pastoralis §. præterea. de offic. ordin. c fines de furt. Cõc. Tridẽtin. sect. 14. de pœn. c. 7. *d* ex receptiore sententia Paludani apud Sylu. in verb. casus q. 5. & Antonio p. 3. tit. 17. cap. 11.

e Manual. c. 23. n. 41.

f l. de Casib. reseruatis c. 9. qu. 1.

g tractat. de censur.

h de absolutione n. 52. in 5. editione. Candela aurei.

i Borrom. in instruct. Pastor. p. 153. editis Antuer. 1586.

Concl. Mediol. 3. de Pœnit. sacrã. pag. 25.

k n. 27. 32. & 35.

aliàs non posse: hoc secundum argumentum Viuald. putat conuincere: vt & primum, auctor ille recentior. Tertiò quidam obijciunt Clement. Dudũ de sepult. & clem. 1. de priuileg. Veruntamen placet magis affirmatiua sententia, quam Viualdus k tribuit Nauarro Fumo: Henriq. & Bart. Medinæ. tenet etiam Ambr. Carolus *in disputat. de Ministerio Sacrament. art.* 91. Nec quoad forum internum vllam puto esse limitationem: quoad externum forum, obtinet illa, quam quidam ponunt, si Episcopus casum sibi reseruasset addita excommunicatione latæ sententiæ.

l c. cui cõceditur. de regul ur. in 6.

m gl. in c. 7. de pœnitent. in 6. argu. Clem. super Cathedram de sepult.

n Viual. supra nu. 37. & 53. post Nauar. in Manua c. 27.

a Viual. n. 37. post Nauar. & Henriq.

Et hęc doctrina probatur efficaciter: quia casus Episcopales sunt minores casibus Pontificijs. cum ergo suos Pótif. concedat, multò magis concedere censendus est illos minores. l Confess. Pontifex potest absoluere à reseruatis Episcopalibus: sed per huiusmodi priuilegia concedit Religiosis, & quasi delegat suam absoluendi potestatẽ. m Secundò bullæ cruciatæ, & quarundam Sodalitatum: quibus datur licentia eligendi confessarium, qui eos absoluat ab omnibus peccatis: tribuunt licentiam ei, quem isti elegerint, sic eos absoluendi etiam à casib. Episcopalibus: n multo igitur magis hanc licentiam tribuent bullæ & priuilegia immediatè religiosis à sede Apostolica concessa. Tertiò quia nec Concil. Tridentinum: nec Gregor. XIII. priuilegia hęc quoad omnes vbiq; religiosos apertè reuocarunt, quod erat necessarium. a De Cõcil. Tridentino id fatetur Viualdus *num.* 40. *illud c.* 7. *sess.* 14. tantum tribuere Episcopis facultatem reseruandi casus quoad suos subditos: sed regulares isti non sunt illorum subditi, sed immediatè subijciuntur sedi Apostolicæ. Vnde etiam infert idem Viuald.

A

B

C

D

E

Pij 4. quæ Concilio Trident. additur, non esse reuocatum hoc priuilegium, eò quod mare magnum duntaxat in hac bulla reuocatur quoad ea, in quibus repugnat statutis Sacrosancti illius Concilij: Concilium verò non inuenitur religiosos, quoad hoc ordinarijs subijcere, nec etiam religiosorum reuocare priuilegia ista: quare non repugnat hoc priuilegium Concilij Decretis, nec est à Pio V. reuocatum. Quoad Gregor. verò XIII. optimè idem Viuald. *num.* 44. ostenderat idem dicendum: nempè nusquam vlla bulla, vel motu proprio dicta priuilegia concessa per pium V. religiosis videtur restringere: hæc de quibus agimus, in suo robore relinquit, cum ait: *eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex dictis sacri Concilij decretis, siue aliàs ante dictarum litterarum & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent, futura fuisset, ad quam ad dispositionem & decisionem, suumque pristinum statum, illa omnia reducimus.*] cum ergo antiquo iure religiosi habeant b facultatem ab omnibus his casibus absoluendi (dummodo ipsi sint à superioribus suis præsentati, & ab Episcopo c approbati) neque hoc illis Tridentinum Concil. ademerit. & Gregor. XIII. verbis illis omnia, sicut erant ante Pij V. constitutionem, reliquerit: consequens est per Episcopos huic priuilegio, sine noua Pontificis Maxim. permissione, derogari non posse: cum in superiorem suum, Episcopum Episcoporum, ius non habeant. Confirmo hoc eis non licere per Bullas Alexandr. IV. Sixti IV. & Leonis X. quarum verba retulit idemmet Viuald. *supr. num.* 46. vbi vide.

b clem. Dudum de sepultur. in qua reuocatur & annullantur. Extrauag. inter cũctas de priuileg. c sess. 14. c. 7. Trident.

Ad argu-

Ad argumenta in contrarium Respond. *Ad* 1. quidem rescripta illa fuisse personalia & in fauorem particularium personarum, nempe Prælatorum illorum optime de Ecclesia meritorũ: quibus hoc speciali priuilegio Pontifex concesit, vt in eorum diœcesibus, nempe Mediolanensi & Bononiensi, religiosi à casibus per ipsos reseruatis non possent absoluere. Quod si generaliter hoc Pontifex voluisset vbiq; seruari: nouum istud ius aliquo Motu proprio vel bulla declarasset. nec enim alioqui recte satis conscientijs prouideretur eorum, qui merito id se & inuincibiliter ignorare dicerent: quod non vt oportet euulgatum sit. Neque declarationes ille Cõgregationis ligare possunt, quamdiu non publicantur, Deinde hæc peculiaris concessio cum vim habeat exceptionis, quoad ceteros magis confirmat, quam eneruat regulam. Denique quoad Societatis IESV confessarios ipsemet Greg. XIII. anno 1583 die 10. Maij expresse declarauit, non esse intentionis suæ, quod per talem Epistolam (*loquitur de illa Ipsa Nepotis sui Cardinalis S. Sixti, quæ obijcitur*) sit derogata dictæ Societatis facultas, eamque quatenus opus sit de nouo confirmauit. *Habetur ea declaratio inter vivæ vocis oracula pag.* 131. vnde sequitur illam Synodi Mediolan. constitutionem non obligasse quoad prædictos Patres. Imo & ad hominem quis ita posset argumẽtari. Si peculiare priuilegium concessum Borromæo trahendum est ad omnes Prælatos; ergo & peculiare priuilegium seu declaratio eiusdem Gregorij facta postmodũ vni religioni mendicantium, extendenda est ad omnes mendicantes. Si vero hoc non recipitur (vt recipiendum non est) desinant ergo prædicti auctores velle, vt illam eorum extẽsionem recipiamus. *Ad* 2. *Resp.* valde perperam argumẽtari, qui sic argumentãtur. Non. n. id inserunt Pontifices propter mendicantes, quib. hoc ius iam cõpetebat: sed propter cæteros sacerdotes, qui virtute illius duntaxat bullæ eligi possunt: quib. hoc non aliter licebat, & ideo tum demum cõcedebatur.

Ad 3 *Respond.* in priori sanctione, quando Papa negat se maiorem religiosis potestatem concedere quam parochis, tunc tantum loquitur de alijs rebus, non de pertinentibus ad Sacramentum pœnitentiæ: in posteriore tantum vetat Regulares, sine priuilegio absoluere ab excommunicatione iuris reseruata. *lege Silu. verb. excommunicatio.* 7. *cas.* 14. *Tabien. excommunication.* 5 *cas. Caiet. eod. verbo cap.* 64. *Nauarr. cap.* 27. *numer.* 101. *& Cordub. cas.* 24. *fin.*

Hæc (pie Lector & erudite) quæso vt maturè perpendas, & cum perpenderis, tecum ipse dijudices, an Viualdus causam habuerit, cur à priore sua sententia, illis ipsis argumentis: quæ ascripsi, optime probata, recederet: quæ nec vno verbulo soluit: vt nec ille, recentior alius: quod faciendum erat volenti, tam resolute concludere: [*non solum hinc sequi, religiosos virtute suorum priuilegiorum non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi hoc illis expresse concedatur: sed etiam haberi responsionem ad quæstionem, alias difficillimam & obscurissimam, virum priuilegia mendicantium, quoad facultates absoluendi in foro conscientiæ sint sublata per concilium Tridentinum?*] Quibus verbis tacite voluit innuere fuisse reuocata. cuius tamen contrarium patet ex dictis, & locum ille adscribere debuit, quo nitebatur: ipseque Viualdus, ad quem nõ remittit, expresse satis docet ea reuocata non fuisse, nisi quoad hoc vltimum

mum de casibus Episcopo reseruatis, de quo tamen ipse argumentis validissimis contrarium docuerat prius, quæ soluere non videtur ipsemet potuisse; sane neuter soluit.

CAPVT II.

De officio confessarii, qua medicus est.

DEbet medicus & morborũ causas, & genera. & remedia nosse. Animi morbi sunt peccata : quorum genera & causas libri præcedentes quin que docuerunt: hic docebit, quibus remedijs vtendum. Ea sunt, vel licita vel illicita. Illicita propter periculũ & superstitionem. Licita prorsus & citra controuersiam sunt omnia. Ecclesiastica seu diuina. Naturalia aliquando, propter periculum illicita sunt dæmoniaca seu superstitiosa semper sunt illicita. de singulis disquisituri, ab his vltimis ordiamur.

SECTIO I.

De remediis superstitiosis seu illicitis.

DOssumus ista vocare dæmoniaca, de quibus tria dicemus. primo exempla quædam proponemus: secundo disputabimus. num à maleficis remedia peti possint, & an maleficia destruere liceat, & remouere?

QVÆSTIO I.

De exemplis superstitiosarum curationum siue magicorum remediorum.

VT omittam quæ exhibui exempla *lib. 3. sect. 5 sect. 6. & sect. 8. litt. C.* occurrunt primo loco tres modi Chaldæorum & Hebræorum primum refert Psellus, contra dæmonem terrestrem sacrificari debere lapidum μυζηρὶν prius excantatum : quem lapidem ingeniose Serarius noster, *commin. suo varix & curiosa lectionis in Tobiam*, vult hoc nomen accepisse, quod sit fugãs aduersarios seu pilosos (ita dæmones ab Isaia vocati) quasi *menos Iavm*, vel *Zeirim*. Hoc sacrificiũ, plane idololatricum esse ; nemo non videt: & tamen, vt dæmon per mendacium non decipiat, ex Zoroastreis decretis id præcepit Psellus. nimis ille Mago suo credulus fuit & eo potius nomine ab Eugubino meruit reprehendi; quam quia dixit à Chaldæis quosdam bonos dæmonas credi : neque id satis expugnat Steuchus, eum lege *lib. 8. Cosmopeiæ cap. 28.* Quis ille lapis sit, fateor me ignorare. Zoroastris & Pselli verba dedi superius *lib. 4. cap. 2. quæst. 7. sect. 2. versic. decima sexta.* Secunda superstitio est, qua ligabant Iudæi Thephilin (h. est frontales quasdam fasciolas seu resegmina mẽbranacea) capiti, & manui læuæ, & valuis, quæ ad dextram erant portæ chartulam infigebant : ita vt eius pars tertia respiceret thalamum : atque ita credebant dæmones impediri, ne possent ei nocere. meminit Paraphrast. Chaldæus, *in Cant. cap. 8. versic. 3.* his sacrilega verba quædam deprecatoria ex cap. 13 Exod. cap. 6 & 11. Deuter. inscribebant, & ea sic ad superstitionem detorquentes prophanabant. Iubebantur illi Totaphot portare *d. cap. 6. versic. 9.* quæ dictio significat spècilla seu ocularia, vt notat Oleaster: & hinc homines vere insulsi & fatui carnaliter omnia intelligentes, sua *Thephilim* sunt commenti : quorum vanitatem & superstitiosos ritus diligentissime exsequitur Hieronym. Oleastr. *in ca. 13. Ezo. post medium* lege,

&

& cæcitatis miserorum miserere, & considera quam aptum illi nomen indiderint rei nugacissimæ cum Thaphel, radix vocis, insulsum, insipidum, ineptum, ac fatuum significet. Tertia superstitio extat apud Eliam Germanum dignior adhuc quæ à Regina Moria tauro donetur: *consuetudo* (scribit) *apud nos Iudæos Germanos inoleuit, vt faciamus circulum per circuitum in parietibus cubiculi, in quo cubat puerpera cum creta vel carbone, scribamusque in singulis parietibus*, ADAM, HAVAH, CHVTZ, LILITH: *atque in ostio interiori scribamus nomina trium angelorum*, SENOI, SANSENOI, SAMANGELOPH: *quemadmodum tradit ipsis ipsa Lilithea, cum vellent eam in mari suffocare.*] Sed tædet meminisse tam variarum vanitatum, quibus scatent scripta receutiorum Apellarum. Nec minus superstitiosæ sunt *Abracadabra*, & aliæ verborum formulæ apud Serenum *cap.* 33. Aurelianum *libr. chronic. cap.* 1. Myrepsum *sect.* 2. *antid.* 298. & 405. & 419. & *sect.* 12. *passim* item Marcellum, Aetium, Columellam, & alios Gentiles. Recte, vereque Stephan. Clauerius, cui ob communem in Cl. Claudianum operam, volo vt qui optime, doctis Miscellis suis, cesuit tabullã illã Eagolismensem, cui septem vocales Græce septies ordine mutato inscriptæ amuletum magicum fuisse. Prudenter tamen à Grucero inter suppositicia relatũ: vt, quod inter legitima vetustatis monumenta, immo inter bonæ frugis inscriptiones legi non merebatur: nisi forte censeas omnia sigilla, & characteres magicos, quia veteris æui, & typis & luce donari debere, iustius Stygiæ paludi immergantur. Vtinam ita fieret, nec quisquam talibus hodie animum adiiceret.

A Nam nec ijs qui baptismate tincti, satis horum immunes. Nam multa occurrunt apud Pomponatium *lib. de incantat.* multa apud Henricum Cornelium Agricolam. *lib. de philosoph.* sed plura apud Philip. Aureolum, alias Bombastrum Paracelsum varijs eius operibus *a*: quorum omnium libri prohibitæ per Ecclesiam sunt lectionis. Vt mittam alios, colligam quædam Paracelsi duntaxat: ex quibus quiuis intelligat, nihil in hoc homine neque pietatis, neque mentis sanæ fuisse: primo docet curationes morborum tam ὑπὲρ quam μετὰφύσιν à dæmonibus per applicationem sigillorum, imaginum, monstrosorum characterum, in designata cœli constitutione, & certis metallis incisorum, & ægri parti appensorum, petendas esse. Secundo contendit, nihil referre, an Deus, vel Angelus, vel diabolus, mundus spiritus vel immundus, ægro opem ferant modo curetur æger *b*: & abutitur illo testimonio sacræ scripturæ, *salutem ex inimicis nostris.* Et de morbis hyperphysicis agẽs, sic scribit: *Quaratione & quo modo morbis Magico artificio inflictis succurrendum sit, scitu est necessarium omnibus medicis qui perfecti cupiunt esse. De tali autem curatione nec Auicenna, nec Galenus scripserunt, aut sciuerunt quicquam. Non enim in Academijs omnis discitur ars. ideo oportet medicum quandoque accedere vetulas, fagas, zigenepos, rusticos, & circumforaneos*, die Zanbrecher *& ex ipsis artem ipsam addiscere, qui plus sciunt de istis rebus, quam omnes academiæ professores, & quamquam hæc rideant: academiæ professores: tu vtere illis in forti imaginatione & experieris effectum.* Hęc ille. sed si imaginatio hoc operatur: nõne præstat eã adhibere remedijs sumptis, quæ vel ars medicorũ, vel vsus Ecclesiæ approbauit; sed audi quid

a l. de philosophia ad Athenien. li. de occul. philos. lib. de philo. magna & l. de cælest. medicina, & l. de morbo caduco, & alijs. b d. l. de morbo caduco.

respondeat; *Si quispiam* (ait) *supernaturali morbo vel dolore per incantationem detineatur, illi nullum naturale remedium proderit* (hoc plerumque verum esse docebo sect. seq.) *sed Magicum remadium esse oportet, quo morbus tollatur. quali & introductus est.*] hoc infert, quia homo impius supernaturalia Ecclesiæ remedia repudiabat: quæ quia Catholici recipimus: non, quia nihil prosint physica remedia ideo ad dæmoniaca cõfugere debemus. Subiũgit: *tales curationes magicas minimè contra Deum esse: quia illis non ad perniciem, sed ad salutem hominum vtimur, dicant ad hæc quidquid velint Theologi.*] os impurum quasi non sit Theologorum iudicare: quid contra Deum, quid non cõtra Deum sit. sic agyrta nequissimus Fidei tribunal sibi vendicat. Sed postea docebo, id non contra diuinas modo, sed etiam contra humanas esse leges.

Exempla huiusmodi superstitiosarum curationum sunt vetera quidem, quæ congerit Annæus Robertus lib 1. rer. iudic. cap. 5. charta Seruilij contra lippitudinem, *apud Plinium lib. 28. cap. 2.* Periapton Periclis, *Plutarc. in Pericle*, & Bionis, *Laertij in Bione*, annulus ferreus Tralliani contra colicam *libr. 9. in fin.* & alius Heliodori in Hist. Æthiopica, item in cedula Eudoxia *apud Cedrenum. pag. 274.* carmina & incantationes quibus sanguis sistitur, *Heliodor. lib. 9 hist. Aethyop. Froissartius tom. 2. Annal. cap. 65.* & aliatum ægritudinum, vt Salomonis *apud Ioseph. lib. 8. ant. cap. 2.* Indorum, *Strabo li. 15.* Tartarorũ plutarch. in *Symposio*, Græcorum *apud Platon. l. 4. de repub.* Romanorum, *apuleius Apolo. 1.* Recentiora vero non pauciora colligi, primo curationes illæ per cerearum imaginum fabricationem, in quas se morbum magi putant deri-

A uare, de quibus sic idem Paracelsus *a Fabricet medicus ceream imaginem ad similitudinem patientis & in nomine eius, aut conformet ceream particulam similem effectæ parti, idque indubitata fide & forti imaginatione, credat per illam sanitatem ægro restitui posse, ac tandem, additis Magicis precatiunculis, ceream illam imaginem in ignem proijcit. At si forte ex doloris acerbitate, vel partis affectæ, vitæ periculum metuatur, integram imaginem certis verbis admurmuratis, comburat medicus, & liberatur æger.*] Sed alio loco dissẽtit, & vult imaginem fieri ad formam & similitudinẽ maleficæ, quæ morbum induxit *b.* Sed omnis hæc ars imaginum non minus ad tollendos, quam ad inferẽdos morbos, diabolo inuenta est auctore. Hanc superstitionem etiam ipse Plato damnauit *lib. 11. de legibus*, & est dissimilis illi, quam ex Astrologis Marsilius Ficinus obtrusit, de quo postea. Huc pertinet vsus ille phylacteriorum Iudaicorum, ad imaginem serpentis aenei Mosaici, de quibus legi potest Philastrius *in hæresi serpentis Mosaici*: cui tamen non assentior volenti talia fuisse philacteria Pharisæorum, quæ *Saluator noster* reprehendit: sed verior est D. Hieronymi explicatio.

D Eodem 2. pertinet quod, ad curandum pilorum, acicularum, spinarum & similium corpori ingestorum maleficium: vult idem, non eximi illa per vulneris incisionem: sed materiam illam sponte prodeuntem, totam excipi, & in foramine facto Sambuci, vel quercus, orientem spectante imponi, & ex eodẽ ligno cuneo obturari certis verbis additis *c.* clara hic quoque est superstitio: immo & Diaboli opera, per quẽ residuum materiæ statim fertur ad idem foramen ex corpore in quo latitabat.

a l. de hyperphys. morb.

b l. de vita longa.

c l. de occ. philos.

2. talis

3. Talis erat curatio illius, qui ægrotos apprehensos in foro colloquabat, & eorum corpori appendebat chartam miris varijsque characteribus consignatam, & additis nominibus dæmonum: *Balsar. Narthum, Oleasar, Bilech, Mammon, Oriens &c.* deformatam.

4. Talia erant nomina Ephesia, per quæ dæmonij obsessi liberabantur, teste Plutarch. *in Sympos. ac.* Talia sunt conuitia & lædoriæ, quas commendat Apollonius apud Philostratum libr. 2. & Petr. Martyr. de rebus Indicis. *legat. Tyrium de locis infestis, p. 3. cap. 56.* Mire sibi Lutherus placuit in congerendis fœtidissimorum conuitiorum olenticetis, quibus dæmonum tentationes dispelli censuit, homo pari spurcitia & vanitate, quibus ego chartam non conspurcabo: & miror quenquã sine nausea legere posse, *Symposiacor. nu. cap. 24. & 26.* vbi huiusmodi ferculis dignus conuiuator struices congerit patinarias. sed sicut iuramentis & blasphemijs non abigitur, sed aduocatur potius dæmon, vt recte Cassian. probat exemplis nonnullis adductis *libr. 12. Inst. c. 20.* sic etiam scurrilibus aut iracundis conuitijs & atrocibus maledictis eorum, qui Passione ad id mouentur: & non charitate moti, ac fidei zelo inuitati, & ex officio ordinis sacri, id faciunt. Nam legitimis ac probis exorcistis licet dæmonem superbissimum sic vlcisci & diuexare, vt Mengus præscribit *exorci. 4.* & facit D. Antonius apud Athan. & Christiani primitiui apud Prudentium vbi.

Intonat antistes Domini: fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solue latentes.
Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas?

5. Tales sunt Hexagoni duo Paracelsi, inscriptis vnus *adonai*, alter *Iehoua*. vel *Tetragrammaton*: quibus certo modo præditis, omnem morbum magicum pelli iactat. item de characteribus *Auigal zirtor*, &c. inscriptis nouæ membranæ ante solis ortum & per N. dies renouatis, &c. contra maleficium matrimoniale: & contra idem, quod tradit de *Gabata* seu solea equi ferrea fortuito initinere inuenta, & ex ea, die Dominico, tridente fabricato, &c. & quæ huiusmodi accumulat nefarijs libris suis *de cœlesti medicina, & de characteribus.*

6. Talis cũratio fuit illa, quam Grillandus describit *d*, fuisse Iurisconsultum quendam in Sabinensi agro coniugatum, sed maleficio factum impotẽtem, cui nullius medici ars poterat opitulari. is magũ consuluit, à quo iussus: vt ea nocte cũ coniuge dormiret, sumpta quadam potione priusquam decumberet. Sedulo tantum caueret, ne nocte illa vel vxor vel ipse signo se crucis cõmunirent: neue metuerent, si quid auribus oculisue insoliti obseruaretur. Paruit cassidicus, & ad vnguem cunctis obseruatis; quinta circiter hora noctis, ecce illi pluuiæ, procella, tonitrua, fulguraq; maxima: mox & adeo pauendi terræ motus, vt concussa domus ab imo nutaret, non secus ac arbor à ventis pene euulsa, succedere hominum magni clamores & eiulatus. Cũque in eam partem maritus oculos cõiecisset *videt in camera plusquam mille, vt apparebat* (vtar verbis Grillandi) *ad inuicem certantes, & vnguibus, pugnis & calcibus crudeliter pugnantes, & lacerantes alterius facies ad vestimenta tota: inter quos vidit mulierem quandam, qua erat alterius oppidi vicini, & dicebatur, quod erat maleficа, de qua ipse sponsus multum suspicabatur, ne ab ea maleficatus fuisset, qua vltra omnes maioribus gemitibus &*

d de fortileg. q. 8. nu. 16.

vlulatib. cruciabatur, & crines faciemque suam totam vnguibus lacerauerat. Propter quæ ipse maleficiatus dixit, quod aliquantulum timuit à principio, dubitans ne quid mali sibi accideret: deinde recordatus de monitionibus magistri reassumpsit vires, vxorem vero semper tenuit sub pannis absconditam, ne ista videret. Postquam vero ita certauerant per mediam horam vel circa, ingressus fuit magister in camera prædicta, & erat tunc circa mediam noctem: ad cuius ingressum omnes illi pugnantes vna cum muliere statim disparuerunt, & abierunt penitus. magister autem accessit ad maleficiatum, & illius humores tetigit manu perfricando aliquantulum: dicendo quod non dubitaret amplius, quia iam liberatus erat.] post cuius discessum maritus conualuit, & deinceps liberis operam dare valuit. In hac narratione maleficus iste coëgit mulierem illam, quod intulerat, maleficium tollere, immissis dæmonibus, qui sic eam specie pugnantium acerbissime cruciarent.

7. Superstitiosum est putare quod à Sophrone *in mimis* traditum, *Rheæ, & Hecatæ canes immolandos, propterea quod canis latrans Lemures fuget ac dissipet, quemadmodum & æs pulsatum, aut aliquid tale.*] Vnde colligas non nouam esse Iaponum superstitiosam curationem, de qua his verbis relatio Lud. Frois, *pap. 246. quando dæmon hominem inuasit, Iapones aiunt insilijsse in illum vulpem nomine autem vulpis intelligunt dæmonem. Ad exterminandum autem dæmonem ritus exoticos & prorsus peregrinos cum mille superstitionum formulis vsurpant: inter quas vna fuit omnino ridicula. Iusserant enim omnes canes Ozacanæ vrbis trucidari, ad perterrefaciendam vulpem Dominæ dictæ ventri inclusam.*] Æque superstitiosum, quod nonnulli arbitrantur vi Galli cantus quædam maleficia dissipari. non enim habet vim maiorem cantus

A oscinis huius, quam cuculi vel corui. Ast obijciuntur exempla quædam, quæ retulit Nicol. Remigius *a*, quibus probari videtur dæmonem ad gallicantum, striges quas vectabat deiecisse, vel conuentus sagarum hoc canore dissipatos. Idiotæ gentilium responderent, dæmonum noctu maximam esse potestatem, interdiu vim infringi

B & debilitari. ideo noctis silentio nocere hos *lupos vespertinos*, quo *princeps tenebrarum* dominatur. ideo lamias circa tertiam noctis vigiliam (hoc est intempesta nocte, quæ mediam præcedit (vt plurimum mortalibus infestas esse solere, vt tradunt Aristomenes, & Telephrom *b*, & Hierocli obijcit Eusebius; *c* quo tempore etiam se spectra sæpius ostentare Plutarch. *d* Plinius *e*

C & alij *f* docuerunt. At Christianis hæc indigna responsio foret. Philosophi confugerent ad dissidium naturale gallinacei. cum leone & serpente: frustra. quia Diabolus duntaxat Metaphoricus est serpens, ac leo. Si quid ergo veritatis huic experimento subest: crediderim potius tenebriones istos

D gallicantum odisse, propter mysterium aliquod ipsis odiosum. An quia diei prænuncius ales, ad Dei laudem homines excitat, multaque peccatorum genera; quæ obscuro suo peplo nox obtexerat, solari lampade dispelluntur? an quia Dominica resurrectione commeminit se triumphatum & collisum: quæ post noctis medium contigit? an meminit pœnitentiæ Petri Apostoli ad gallicantũ, vt lapsus prædictus fuerat, inchoatæ, & electissimi sibi boli sic erepti? consideratione hæc digna vi-

E dentur Ecclesiæ, quæ cum B. Ambrosio concinit *g* de Gallicinio.

Præco diei iam sonat,
Noctis profundæ peruigil
Hoc omnis errorum chorus

a l. 1. Dæmonolatr. cap. 14.

b apud Apuleium l. 1. & 2.

c ex Philostra lib. 4.

d in Bruto

e l. 7. epist.

f docui fuse comm. in Seneca Herc. Oetæ. v. 125.

g in laudibus diei Domin.

Viam

Viam nocendi deserit.
Mucro latronis conditur.
(En vnam causam)
Lapsis fides reuertitur,
Hoc ipso petra Ecclesiæ
Canente culpam diluit, (en aliam)
Rupto tenebrarum situ
Noctis fugat satellites.
Hoc esse signum præcij
Norunt repromissæ spei,
Qua nos soporis liberi
Speramus aduentum Dei.
Subdit deinde & Petri cantu galli cognito pœnitentiam.

Prudentius quoque Hymno ad Galli cantum.

Ferunt vaganteis dæmonis
Latos tenebris noctium.
Gallo canente exterritos
Sparsim timere & cedere.
Inuisa iam vicinitas
Lucis, salutis, Numinis,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit,
IESV labentes respice,
Tu lux refulge sensibus,
Mentisque somnum discute,
Te nostra vox primum sonet,
Et ora soluamus tibi.
En reliquas causas quas proposui.

8. Tale puto, existimare quod ablutio manuum matutina quidquam prosit ad maleficium illo die arcendum: falsoque id sagas illas Remigio persuasisse. *b* Munditiam quidem dæmon detestatur; sed animæ, non corporis. Nónehanc membris suis, luxuriæ, & nequitiæ mancipijs, & publicæ libidinis victimis, vel nimiã vel superfluã commendat? cur mulierculas & viros quorum animi muliebres, ad tam putidum & curiosum sic lauandi, sic comendi, sic leuigandi, pumicandi, poliendi studiũ tam intense & sedulo impelleret: si corporis munditiam odisset? huc refero illud de immersione in aquam, quod narrat Arnulphus Lexouiensis in epist. ad Papam Alexandrum his verbis: *vt miracula facere crederentur, & quibuslibet commentis secularium personarum frequentes inuitarent accessus, sanitatis remedia promittebant ei, qui se incantatæ ab eis, nescio quibus carminibus aquæ septies sustineret immergi. AEgra itaque mulier aquæ glaciali frequenter immersa inter manus comprimentium monachorum congelata decessit, dum vim algoris agritudo non sustinet, & profanæ religionis turam potius irritat ad perniciem, quam DEI misericordiam ad salutem.* citat Ann. Robertus lib. 1. rer. iudicat. capit. 5.

9. His annumero lotium humanum, quod prodesse putat Ananias *i*, & exemplum de quodam Pherone suppeditat Herodotus *k*: à dæmone Pheron rex excæcatus, quod spiculum iratus in Nilum flumen contorsisset: postquam vndecim annis sic luce caruisset, oraculum, quod in Bruti vrbe consuluerat, fertur respondisse; visum ei rediturum si oculos abluisset lotio mulieris, quæ à solo suo marito cognita fuisset. Expertum ergo primo loco propriæ coniugis vrinam, cũ nihil amplius cerneret; cæterarum deinceps; tandem oculos recepisse. Ibique omnes mulieres illas: præter eam, cuius vrina salutaris fuerat, in vnã vrbem coëgisse: quæ ἐρυθρόβολοι rubra gleba dicta: & eas illic vna cũ vrbe omnes concremasse: & medicã illã suam sibi matrimonio copulasse.] sic videlicet Diabolus nullam infamãdi lædendique mortales, de imbecilli quoque sexu, occasionem voluit prætermittere. fuit in eadem superstitione Syracusanus iudex Pascasius: qui D. Luciam Martyrij corona mactauit. id-

b l. 1. dæmonolatr. c. 1

i lib. 4. de Natura dæmon.

k li. 2. seu in Euterpe.

circo

circo enim virginem lotio perfundi iussit, quod sagam putaret, & sic maleficam vim resistendi tormentis repelli arbitraretur. *lege Martyrium D. Luciæ 6. Surij tomo.* Ne de hoc dubites, scias idem doceri à B. Althelmo *l. versifico. de laudibus virginitatis* (qui nondum in lucem editus) *in martyr SS. Chrysanthi & Dariæ*, qui est M.S. Leodij in Abbatia S. Laurentij; his versibus:

Lotia tunc lictor crudelis spargere iussit.
Sacros humectans artus fœtore putenti.
Qui liquor (vt dicunt) atrum phantasma fugabit.
Dum vernam Domini sperat Necromantia fretum:
Sed putor Ambrosiam fragrabat nectore suauem.

Et apertius idem in lib. prosaico eiusdem tituli, qui editus typis: *Sed milites magicis putantes præstigijs gestum, putentissimis illum perfundunt lotij odoribus, quibus cuncta arbitrantur Chaldæorum & Hierophantarum phantasmata, simulque ariolorum magorum machinas euanescere.*] Scilicet, his perterreatur & fugetur, quem non pudet pigetque in fœtore cadauerum, & libidinum stercoribus volutari. Tamen & Salisberiensis id censuit *lib. 1. Polycratici, c. 8. Quis* (ait) *libenter non videat & rideat, cum præstigiatoris lotio perfusi ars deletur, & oculis, quos malitia sua præstrinxerat videndi facultas reparatur?*] Digni, qui credunt, non infundi tantum, sed perfundi. Aliquid dicerent, si hoc tribuerent superbiæ dæmonis, rei indignitatem non ferentis.

10. Tales sunt νεφελοδιῶκται, νυτευτάι, & φυλακτήριοι, quos punit Synodus Trullana *can. 61.* vbi Balsamon, primos illos exponit diuinatores ex nubibus, ego etiam crediderim fuisse eos, qui nubes improbo ritu, ne nocerent, incantabant, & ideo persecutores nubiũ vocabantur. γυτευτας vocabant eos, qui exorcizabant morbos, & certis imprecationibus abigebant, illud optimè Balsamon, φηλακτήριοι, *hoc est remediorum seu amuletorum præbitores dicuntur: qui fraude dæmonis eis qui à se decipiuntur, vincula quædam ex sericis filis contexta quæ & πουγγία dicuntur præbent: quæ aliquando quidem intus habent scripturas, aliquando verò falsa quædam alia quæcumque inciderint. dicunt autem hæc iuuare, ad omne malum vitandum si ex collis eorum qui illa accipiunt perpetuo pendeant.*] Mox exemplum subdit: de τοῦ ἀμνίου gestatoribus: *Præfectus quidam Hosij de re huiusmodi accusatus, manifesto deprehensus est in sinu ferens indumentum infantis nuper nati: & dixit hoc sibi datum fuisse à quadam muliere, ad auertendum eisque os occludendum, qui contra illam dicere conarentur. Vnde etiam subiectus fuit* καθοσίωσει, *execratione.*]

11. Tale etiam illud quod narratur à Georg. Pictorio *a* ex Abbate Spanhemensi *subulcum quendam fuisse, qui in scipione suo vel baculo pastorali scedulam nomine D. Blasij inscriptam habebat: cuius baculi vi & potentia, porcos suos ab omni luporum vi & raptu tutos credebat, ac tantum scedulæ numinis tribuebat, vt etiam porcos in agris solos pascendos abigeret.*

Tamen contingente quodam tempore, cum gregi pastor abesset: & quidam præteriens dæmonem custodire vidisset, illique dixisset, quid ipse hic custodiret, qui hominum salutis persecutor foret pessimus? respondit, porcos custodio, retulit alter cuius iussu? dæmon, inquit, stulte pastoris confidentiæ. Nam scedulam quandam suo bacillo inclusit, cui diuinam asscribit virtutem,

a Isagog. de dæm. sub lunaribus.

vel

vel inde quod Sancti Blasij nomine est inscripta : & eam porcos suos à luporum iniuria defendere, contra legem suam , credit: mihi falsa superstitione inhærens : vbi cum per me fuisset vocatus , & denuo vocatus, & non comparuisset, me Sancti Blasij vice huc custodiendum contuli. vt enim semper libens Dei & Sanctorum vices gerorita & nunc libentissime pro suo S. Blasio illi porcos custodio : vt stultum hominem in sua vana confidentia extollam ac roborem, ac eo perducam , vt talem scedulam pluris quam Deum faciat.] Non simplex sane hic pastoris error fuisse deprehenditur: non, quod S. Blasij deuotus esset cultor; & ei se suaque cõmendaret (quod Pictorius ex secta suæ mysterijs latenter vult insinuatum) nã Sãctos honorare, obsecrare, & auxilio custodiæque eorum nos committere piũ & salutare est, quicquid hæretici garriant: verum quia fiduciam in schedula collocabat, & quia schedulæ diuinitatis aliquid tribuebat: & quia Deum tentabat, relictis suibus in schedulæ tutela: non etiam Sanctorum auxilium precibus impetrandum sibi , sed nudo nomine chartulæ inscripto opinabatur. Scio in Traiectensi tractu vltra Mosã, quibusdam in locis simili superstitione, certis verbis admurmuratis, pedem à pastoribus terræ infigi, & sic putare se absentibus nullum gregi à lupis periculum superesse, quod impiæ credulitatis.

12. Huc referenda multa Plinij, vt hyenæ sanguinem inunctum impedire omnes Magorum artes *b*: fel canis nigræ amuletũ esse domus totius eo suffitæ purificatæue contra cuncta *c* maleficia eandem vim esse amianto lapidi *d*: menstruoque sanguine tactis postlib. *e*, aut atri canis sanguine respersis parietibus, eiusque genitali sub limine ianuæ defosso *f*: quis ista non rideat non nisi qui probet eam quam idem tradidit *libr.* 25. Mandragoræ effosionem, aut Varronis *Sista. Pista, Rista, Xista,* vel eiusdem ter repetitum *Anas. agens.* vel Pentagonos Antiochi aut Constantini fictitios, veteres tamen & antiquæ superstitionis, & innumera Marcelli Empyrici *in libro Medico eius,* quædam etiam Tegetij *in lib. de Veterinar.* & imaginum illam fabricationem planetariã, quam ex Plotino & Arabibus periculosè tradidit Marsilius Ficinus *lib. de vita cælitus comparanda* : quo libro non videtur venenis exhibitis satis idoneũ antidotum addere. facit enim perinde ac insciti & ineptus conuiuator, qui conuiuis apponeret cibos multos salutares, multos etiam veneno imbutos, & dũtaxat diceret, vescimini salutaribus, relinquite noxios: nec indicaret, qui in tam multis , tam varie conditis vt dignosci vix queãt, sint illi noxij à quib. abstinendum censeat. Ludere hoc conuiuas esset, & lædere. Sapientis conuiuæ tũc foret incœnatum abire potius, quam tam apertum vitæ discrimẽ subire. Idem ego censeo, de libro illo præstare nihil eius quoad imagines illas credere: quam cum periculo aliquid in animum admittere.

13. annúmerare licet, quæ recentiora, contra visibiles inuisibilesq; hostes, ex cogitata nugacissimæ superstitionis & taciti cum dæmone fœderis, quædam retulit Pictorius *g* primam de Cicorij radice, quam die S. Ioannis Baptistæ paulo ante auroram, cum auro & argento flexis genibus contingunt: & ferro, per gladium Iudæ Machabæi, exorcizatã, multis cæremonijs ex terra eruunt, & secum portant contra aduersa omnia. deinde de ijs qui crines pectinando euulsos non nisi ter cõsputos abijciunt, &, si oua comederint, eorũ testas, non nisi ter cultro perfossas in

b l. 28. c. 8. *c* l. 30. c. 10. *d* lib. 20. c. 9. *e* li. 28. cap. 7. *f* d. ca. 10.

g Epitome de Magia. c. 26. & 17.

catinum proijciunt, timentes vtrumque neglectum veneficis nocendi occasionem præbere: seruatum, credentes præcludere nocendi potestatem. Denique qui Sammonici Sereni. *Abracadraba* dietim ordine retrogrado minuentes de collo suspenderint: vel alia Hebræorum, ex Rabbi Hama *lib. speculationis*.

14. Quicquid Remigius dicat, non puto sic dæmoni odio esse salem profanum, vt ob eius aspersionem maleficium cogatur soluere: sed id eum facere ex pacto, vel vt aliquam introducat superstitionem. naturalis quoque vis salis non satis efficaciæ habet ad huiusmodi morbos sanandum. quare superstitiosa hæc curatio.

h li. 4. fol. 145.

15. Loci mutatio quam Ananias *h* suadet, vt & nominis mutatio: merito suspecta est. quid enim virtutis occultæ, ob angelorum, quos propterea vult simul mutari, proprias vires, habere queat: non video: nec quisquam opinor, nisi per mendacem Cabbalistarũ dioptram, Theologis Catholicis execrandam. In nominis mutatione quid est (quæso) efficientiæ naturalis: aut qui (quæso) angeli non ipsis hominibus, sed hominũ nominibus sunt præpositi? quid locus in maleficium influit, ratione angeli loco præsidentis? potest situs & loci salubritas aliquid prodesse, vt & in cæteris morbis: potest imaginatio noxia deperdi, potest etiã prodesse loci mutatio, sicut & vestium, lecti, stragulorum, puluinarium, quãdo hisce maleficium inditum, insitum, vel aliter in eis absconditum: vt recte colligitur ex Tobiæ c. 7. vbi Raguel iubet sponsis aliud cubiculum præparari. sic Zachar. Vice comes complem. artis exorcist p. 1. doctrin. vlt. nec alia ratione loci mutatio potest prodesse.

16. Clarioris superstitionis est, putare si quid precario vel furto de malefici domo acceperis, maleficiũ cessaturum: idque merito Remigius reprehendit *a*. Nec enim hoc aliud est, quam maleficium maleficio sanare: par dementia illorum, qui pro philtro vtuntur crepidis, lacinijs vestiũ, vel præsegminibus vnguium personæ quam amant: vt docuêre veteres scriptores. *b*.

17. Similis est vanitas existimantium *c*, contra spectra prodesse canes, equos, vel stricti gladij vibrationem, ex doctrina Homeri *Od. ss.* 7. & Virg. *Aeneid.* 6.

Tuque inuade viam, vaginaque eripe ferrum.

Vbi perperam Lamb. Hortensius asserit reipsa compertũ ferri aciem dæmonas formidare. Iudaica illa opinio fuit, vt patet ex Thargumæo *in cap.* 3. *Can. v.* 8. sed ridicula. Nulla enim huic rei causa subest, nisi quod ictu & vibratione aër dissipatur, & continuum illud cadaueris, vel corporis aërei assumpti soluitur: quod ipsum nihilominus procliue sit dæmoni impedire ictu eluso per diuersionẽ, vel corporis alterius interiectionem cur igitur hæc timeat? non certe magis quam culicem elephas, vel triceps Cerberus catellum Melitæum. *Plura Tyræus d. p.* 3. *cap.* 57. Duo adscribam exempla ex Cæsario de milite prius est, qui in Meneuelt, quo viuus vti solebat pellito indumẽto vestitus apparens, non potuit gladio fugari: quo cum cæderetur, nõ poterat spectrũ vulnerari. talem ex se sonum emittens ac si mollis lectus percuteretur. hic apparere desijt aqua adspersus quæ caluo Dominico fuerat superfusa. *Sic ille, l.* 12. *c.* 12. 15. Concubina Sacerdotis cuiusdam nocte mortem subsequẽte; diu ante lucem Lunâ splẽdente cuidam militi apparuit, per viam equitãti primum miles & serui audiuere mu-

a lib. 3. de monolãt. c. 2.
b Theocri in Pharmaceut. Lucian. in Dialo. meretricijs, Melissæ & Bacchid. & Apulejus lib. 2. de asino.
c Crinitus lib. 7. de honest. discip. ca. 4. Ananias d. li. 4. fol. 155. Lambert. Hortens. in Virgil. 6. Æneid.

liebrem

liebrem vocem opem postulantē: mox videre mulierem rapidissimo cursu ad eos properantem. Mox miles de equo descendens, & gladio sibi circulum circumducens, fœminam bene notam intra circulum recepit. *Et ecce ex remoto vox, quasi venatorū, terribiliter buccinantis, nec non & latratus canum venaticorum præcedentium audiuntur. Quibus auditu, cum nimiū illa tremeret, miles auditis ab ea causis, equum seruo committens, tricas capillorum eius brachio suo sinistro circumligauit, dextera gladium tenens extentum.* Approximante infernali illo venatore, ait mulier militi, sine me currere, sine me currere, ecce appropinquat. Illo fortius retinēte, misera se eripere summa vi connixa tandem ruptis capillis effugit: quam diabolus insecutus cœpit, equo suo illam injciens, ita vt caput cum brachijs penderet ex vno latere, & crura ex altero. sicque capta inuito sed vidente milite præda præteruehitur. Miles mane ad villam rediens, cuncta narrauit, & capillos ostendit, cumque minus ei crederent, aperto sepulchro, cadauer sine capillis, qui euulsi, inuenerunt. *sic ille lib. 12. c. 20.* quid hic gladij contra spectrū potuerunt? tantundem quantum monachus spectrum feriens apud Gaguinum, vt alias narraui *lib. 2. q. 27. sect. 2. lit. L.* Ex qua narratione vt & ista Cæsariij colligitur & alia, vereor ne superstitio fuerit ex Magorum orta circulis coniuratorijs: nempe circumducendi circuli, & in spacio illo consistendi. Nam licet crux in medio circuli facta legatur, tamē illi circuli figuræ fidere videbantur, & crucis efficacitatem ad spaciū illud circuli restringere, quod improbū profecto. Huius circinationis aliud quoque exemplum reperias apud eundem Cæsarium *eodem l. 12. c. 12.* de Sacerdote, qui spectris tota per iter no-

A

B

C

D

E

cte infestatus, circulū circūcirca se ducebat ibi subsistens: & illis euanescētib. procedebat. mox iterum se ingerētib. nouum iterum circulum ducebat: sicque ad lucem vsque laborauit. Obseruabis ridiculam illam opinionem de armis apud Psellum *lib. de dæmonibus in fine. Dæmoniacum corpus per totum se naturaliter sensuale, secundum partes singulas absq; medio videt, audit, tangit, patiturque tangendo, & diuisum dolet sicut corpora solida, sed hoc interest, quod corpora quidem solida diuisa cum sunt, aut vix aut nunquā restituuntur: corpus vero dæmonum, vti secatur, mox in se item recreatur atq; coalescit, sicut aqua aerisq; partes quando aliquid incidit solidū. sed & dicto velocius dæmoniacus spiritus in se reuertitur: dolet tamen interea dum diuiditur quamobrem aciem ferri metuit, idq; animaduertentes, qui fugare dæmones moliuntur, tela & enses in rectum ibi constituunt, quo nolunt dæmones aduentare.*] Hæc more suo sibi vendicat Rhodiginus *li. 2. ca. 8.* & sic Pselli errorem suū facit. Quod de corporis discessione, & coalitione subita dicit, verisimū est, & experti duo in Hispania Nobiles mihi non ignoti. Quorum vnus dum nocturno tēpore vagatur, in spectrū incidit specie Æthiopis terri mole Gigātea romphæā stringentis. hic, cui plus audaciæ quam pietatis erat, certa siculnea munitus, impetum sustinuit, seque gerens animose vulnera punctimque hosti ingerit. Sed aērem verberans, donec lassus concidit, & à vicinis, quiad strepitum accurrerant domum sublatus, multis post diebus lecto affixus, vix conualuit. Hoc Burgis accidit: alterum Salmanticæ. Degebat ibi Theologiæ studiosus quidam, è prima nobilitate: qui pristinæ castimoniæ & pietatis oblitus, noctu magno periculo & labore parietibus transcensis in quoddam Sāctimonialium monasterium vsque ad

Dormitorium (vt vocant) se penetrarat ibi permittente Deo, priusquam ad cellulam, quam animo præoccuparat, pedetentim perueniret, obijcit se illi spectrum specie viri grauis & honesti, prolixo capillitio & barba, lorum ingens manu tenens, & nullo verbo facto bubulam minitans insultationem. Venerat prope armatus miser ad incœptum, scuto, gladioque: hunc stringit, illo se tegit. visus sibi non semel latus diuersarij, lorum subiens, haurire & brachia illi lorumque rescindere: sed semper brachiũ corpori, lorũ parti amputatæ subito iunctum apparebat. tandẽ lorarius decussatim illi in vtrũque humerum sic viuenti bouem mortuũ (vt cum comico iocer) impegit, vt in terram collapsus, vix trepidus se fuga eripuerit; & domum reuersus deprehenderit, ad modum Sanctæ Andreanę crucis, sibi in pectore, & in tergo, ad quatuor digitorum latitudinem, notã cõtusionis rubore liuoreq; mixtæ impressam. tumuit mox vibex, & cum intolerabili ardore, quasi vermiculare nescio quid, quod grauissimum cruciatum adferebat, miser sensit sub cute, & (ne vanum visum putes) altero tertioue post die ad plures migrauit. Nec annum, nec nomina addo, vt vnius qui adhuc superat, & defuncti quoque alterius honori cõsulatur. Norunt lasciui isti palumbi Dionæi, qui nocturnarum ad stupra discursationum vtrique fructus fuerit, & quã inanis ista de gladij rotatione contra vim dæmonum persuasio. Nam quod Erastus [a] ex Ioann. Opotino narrat: qui Paracelsi amanuensis fuerat: solitum Paracelsum noctu consurgere, & machæram suam Heluetică vtraque manu in hostem inuisibilem huc illuc torquere: id vel ferocientis furoris fuisse putarim, vel ex pacto cõuento. sic molestiarum indu-

[a] In vit. Paracelsi.

A

B

C

D

E

cias à dæmone paredrio impetrasse.

18. Sic, quod putant aliqui, remedia quæ contra maleficium vsurpantur nihil profutura, si re nõ integra adhibeantur: hoc est, irrita fore, si prius tentatum fuerit à medico corporis; à cõfessario animę, remedium. solemnis enim iste solet esse magorum prætextus, vt docet Nicol. Remigius [b] & nota dæmonum fallacia: qua vtitur primo: quia cum sit Zelotypus, veretur ne sanatio, ipsi, adẽpta, alijs adscribatur. Secundo vt sic homines à diuinis & naturalibus remedijs auocet. Ex hoc capite valde mihi suspecta fuit scedula illa, siue prograẽmation mulierculæ medicæ circumforaneæ, hoc anno 1597. hic Louanij, in cuius vno articulo hæc cõditio continebatur. Idcirco etiam suspecti omnes illi medici, qui nolunt ægrum confiteri, priusquam præscripta ab ipsis pharmaca hauserit.

19. Est, putare maleficam non posse maleficium suum tollere, priusquam libertati sit restituta, & ex vinculis dimissa. Potest enim maleficium maleficio nouo tollere, quamdiu pacto cum dæmone non renunciauit, vt docet idẽ Remigius: potest etiam illud per dæmonem destruere, vt quilibet alius remouendo signum, etiamsi adhuc carceribus contineatur.

20. Maleficam scopis in ostio positis impedire, ne domo exeat: vel, cõiectis in bullientem ollam soleis aut crinibus eius, vel acubus, cogere, vt acurrat: magicæ nugæ sunt, & peccata grauissima quia nituntur pacto cum dæmone inito.

21. Minus verberibus, aut vi maleficos adigere, vt maleficium tollant (cuius rei exempla peti possunt à Remigio [c],) fieri potest vt liceat: si conditiones quædam adsint. primo si certo sciatur auctor maleficij. Nam suspectos tantũ,

[b] lib. 3. de mono. cap. 5.

[c] lib. 3. de mono. c. 3.

verbe-

verberare aut alia afficere contumelia, nec fas nec iura sinunt. 2. si nihil superstitiosum putetur adhibiturus. 3. dum non existimetur morbum alium translaturus, quod fere semper facere consueuerunt, vt exemplo declarat Greg. Turonensis *d*. videlicet ista diaboli liberalitas est, vt boni nihil vllis hominibus præstet, nisi cum æquali vel maiori hominũ damno, quo spectat narratio D. Gregorij Magni *e*, de virgine obsessa: quæ cum operâ magorum ab vno dæmone fuisset liberata, in vnius locum sex vel septem dæmonum millia successere. Neq; hoc poetas latuit, ideo enim fortassis finxerunt, nõ potuisse Admeto vitam conseruari, nisi vxoris Alcestis vicaria nece *f*. Vnde recte noster Tragicus: cũ remisso ab inferis Theseo, Pluto Hippolytum abripuisset, canit, alloquens Atticæ præsidem Deam:

d li. 6. histor. Frãc c. 35.
e li. 1. Moral. c. 9.
f Eurip. in Alcest.

Casta nil debes patruo rapaci.
Constat inferno numerus tyranno.

22. Quod remedium esse contra *Vultuarium* maleficium censuit Salisberiensis *li. 1. cap. 11. Horum* (ait) *malitia, etiam cum plurimum nocent artificio leui dissoluitur: si videlicet, qui suspecti sunt, conuenti ab aliquo in iudicio crimen suum inficientur: aut, si confessi fuerint, cogantur maleficium reuocare.*] quid enim ad curationem inficiatio virium queat habere, nisi ex pacto conuento? si tamen aliquis solummodo intendens signum destruere sic interrogaret, non auderem illum peccati, saltem mortalis, reum dicere.

23. Superstitiosa sunt, vt cum ad maleficium amoris tollendũ, vtuntur maleficio odij. v. g. certo ritu consecrant vel exsecrant potius columbam nigram, & diuisam per medium dant comedendam amantibus. Item si, vt odij maleficium tollant, vtantur amoris maleficio, v. g. Eucharistiam sacram in ore habentes osculantur eam, quam volunt in amorem inducere, vel labijs chrismate inunctis id faciant. Item si, vt sterilitatis agrorum maleficium tollant, hostiam sacram comminuant, & tritam in pulueres spargant per hortũ vel agrum. Quæ omnia sunt manifeste impia & sacrilegia, & tamen hæc facta aliquando legitur. primum illud refert Hollenus in præceptorio, de chrismate, alterũ Grillandus; cetera de Eucharistia, Cæsarius Eisterbacensis *l.* 9.

24. Adde remedia iudiciariarum superstitionum, de quibus *supra lib. 5. sect. 7. & 9.*

Vltimum notandum multa esse superstitiosa (vt varijs locis ostensum) remedia: quæ ponunt Sprengerus *g* & ex eo Pet. Gregorius *h*, de plumbo liquefacto in scutellam aqua plenam infundendo, &c.

g p. 2. malei c. 1. q. 12. in z. exemplo
h li. 13. de repub. c. 3 à num. z

Et hac de re Codronchus narrat historiam, ab auctoribus (vt ait) grauib. & certis relatam, cuiusdam mercatoris; *qui cum in partib. Sueciæ extra quoddam castrum animi causa per quoddam pratum duobus famulis comitatus ambularet, malefica muliere ab vno ex conseruis à longe cognita, adhortatus est mercatorem, vt signo crucis se muniret, quoniam illius ditionis potentior venefica quæ solo intuitu maleficia inferre sciret, ipsis obuiam veniret. Quod monitum ipse paruipẽdens, & ista nunquam sibi timorem incussisse asseuerans, cum nondum fere illa protulisset verba, in pede sinistro illatam læsionem expertus fuit: ita vt cum pedem e loco amouere non posset, & dolore lancinaretur. ad castrum equo fuerit deductus, vbi per triduum doloribus auctis, accersito quodam villico, qui huiusmodi mala curare profitebatur: facto periculo ex plumbo liquefacto, & in aquam supra pe-*

dem proiecto, morbum ex maleficio ortum dixisse: quibusdam prolatis verbis, & tacto pede, per aliud triduum curatus est. sic ille libr. 2. de morbis venefic. cap. 2. Modus explorandi solet hic esse, vas aqua plenum imponunt super locum affectum corporis, & plumbum liquatum huic vasi infundunt, interim verba quædam obmurmurantes, & in plumbo coagulato pro varia guttarum conformatione: iudicant primo, an sint maleficium malum, necne: deinde cuius generis maleficium sit. De qua re tota verisimè idem Bapt. Codronchus *lib. 3. de morbis venefic. cap. 13.* ita pronunciat. *vt modus superstitiosus est, sic & dæmonem cooperari est credendum. quamuis non desint, qui existiment, à Saturno vim hanc plumbo esse inditam, vt maleficia prodat, quod tamen à veritate est alienum.*] Probare debebant. nunc supponunt tantum, & Planetæ vim tribuunt minime naturalem. Nam in hanc vel illam guttulas formam coagulari, pro natura morbi: mere & vere est opus non naturæ, sed intelligentiæ. Pergit Codronchus: *Nec laudare possum aliud experimentum, quod à quodam didici. Vt ægrotus, cum decoctione verbenæ (vulgo herba sancti Ioannis dicitur) abluatur, in qua ablutione, si nihil reperiatur, vel decoctio non immutetur in colore, infirmum veneficio non esse affectum: quod magna copia pilorum, & præcipue suorum, inueniatur, esse argumentum efficax, non solum veneficij, sed & grauissimi, minimeque curam recipientis: quod si pili sint pauciores, morbum esse mitiorem & curationem admittere. Quod si decoctum illud ad nigrum colorem mutetur, signum esse præsentiæ dæmonis: quod si ad alios colores mutetur, alia indicare. Quis vero non percipit hunc etiam modum esse superstitiosum, cum illi pili virtute verbenæ nec ablutionis elici vel procreari non possint.*]

Sic ille *d. cap. 13.* Addo, coloris hanc mutationem etiam naturali humorum prædominio (vt aiunt) in morbis non maleficis, sed grauioribus, posse contingere, Idem *libr. 4. cap. 2.* damnat tertium quendam modum his verbis; *alij columbum per medium scissum ventriculo ægrotantis apponunt, nonnulla verba obmurmurando. Qui modi & alij consimiles manifeste magici sunt, cum prorsus virtute naturali careant.*] adde, nec subsit ratio cur miraculo res adscribatur maxime cum certa verborum formula vtantur. Postmodum idem iustissime conqueritur; *remedia multa, tanquam arcana, ex arte magica in medicinam translata sunt: vt multi Arabum sectatores fecerunt: vt Michael Sauonarola in sua Practica, & quidam Bartholomæus, qui practicam & experimenta cum quibusdam introductionibus in lucem edidit. Sic enim mutis modis medicina scientia conspurcata remediorum vanitate sæpe coarguitur. Sed horum Satanicorum hominum curationes fallaces, ac incertæ sunt, ac sæpe præstigiosæ, vt videantur per modicum spacium temporis sanare, & reuera non sanent.* Credatur medico docto & pio (quantum ex libris eius colligo) in arte sua.

Et in his omnibus Notandum, semper dæmonem lucrum aliquod sibi ex his comparare, & semper animæ interdum & corpori nocere: quia semper aliquid admiscet, quo fiduciam in ipsum homo profiteatur, vel quo nos à Deo ad creaturas aduertat, & à cœlestib. eurisad cænosa terrenaque deducat vel saltem à serijs & grauibus ad ludicra & nugatoria. Sic semper in al-

quod

quod peccatum animam pertrahit, vt recte obseruarunt D. Augustin. & D. Leo *a*. Obsequitur mancipijs suis, vt firmius illa sibi deuinciat, & in peccato retineat.

a D. Aug. l. octogin ta trium Q. Q. 79. D. Leo serm. 19. de passio Dom.

Si Deus permittit, hoc modo sanari ægrum, plures in fraudem pellicit: si Deus non permittit, sed impedit, tunc saltem peccatum hoc præcedentibus accumulans, conatur ægros in desperationem adducere. Si malum vni equo auferat, transfert in meliorem. Si mulierem morbo liberet, transfert in virum: si senem in adolescentem. Si fortem magus in alium non transtulerit, ipsemet necatur, vel ingens vitæ discrimen adit. coactæ nonnullę Lamiæ; quia non poterant in alios, in suos ipsæ libros transferre. Narrat auctor Demonomaniæ *b*, fuisse in Gallia qui maleficio quo lætus erat curando magum accersiuit: ab hoc responsum: se morbo illum liberare non posse nisi in eius filiolum adhuc infantulum transferret. consentit impius pater, & à mago sanatur. interea nutrix, re intellecta, infantulum subducit, & cum eo aufugit: cum ergo magus non posset in eum transferre, fuit ipsemet à dæmone interfectus. Tolosæ, idem scriptor ait, studiosum quendam amico suo grauissime à quartana vexato dixisse, vt febrim vni suorum inimicorum traderet: illo vero respondente neminem sibi inimicum esse, dixisse: da seruo tuo: tandem, cum hoc illi religio esset facere, magum dixisse: da mihi eam, annuente ægroto, ipsum conualuisse: magum vero febri oppressum interijsse. Facit lucri semper alicuius certa spes, vt etiam plane futilibus & absurdis nonnunquam cooperetur. sic enim (vt narrat I. C. ille Francofurt. *c*) cum vetula laborans ophtalmia studiosum quendam conuenisset, ab eoque petisset, vt quæ in schedula, quam illi porrigebat, continebantur, sibi non grauaretur exscribere: certam se esse, si de collo illam gestasset, oculorum lippitudine liberandam: & studiosus scripti illius characteres, vel obsoletos cernēs, vel obscuriores (vt solent) legere non valens: eorum loco hæc verba scripsit in schedula, *diabolus huic vetulæ oculos eruat, &c.* simulque præclarum philacterium mulierculę tradidit, quod cum de collo suspēdisset, spe plena post paucos dies sanitati fuit restituta. Nimirum voluit Satan hanc anum decipere, & in superstitione sua obfirmare. Plura si vis, lege *libr. 3. p. 2. quæstio. 4 sect. 9.* quibus addi quoque multa possunt ex Cardinalis Cusani exercitationum l. 2. *in Sermone, Ibant Magi, quam viderant stellam, &c.* vt eorum qui putabant contra sterilitatis maleficium, vel odij inter coniuges prodesse, si quis nidum auium inueniens caperet ipsam cum pullis matrē: & ideo vult à Moyse præceptum, *Deut. 22. ne mater cum pullis capiatur.* simili modo ad vitandas alias superstitiones alia quædam vult Iudæis prohibita, nempe *præcepisse Moysem vasa cooperiri, propter* Dominas Abundas. *sunt enim dæmones, quibus vetulæ offerunt esculenta & poculenta, quæ mundando domum non comedunt, imo seducunt.*

b l. 3. ca.

Prohibuit ne vir indueret vestem mulieris, & è conuerso, propter idololatriam: quia mulieres vestes viriles & arma in honorē martis induebant: & viri muliebres in honorē Veneris. Hoc festum peragitur à Christianis in Carnispriuio.] Et postea idēaddit sequentia exempla vt ait superstitionis in curādis morbis. *si res consecrata ad aliud, quam ad proprium vsum applicentur, est superstitio; vt aqua benedicta quæ bibitur contra infirmitatem, vel spargitur ad fertilitatem, vel datur aliquando brutis*

c l. 1. de lamiis c. 8

(Nota hoc sanè intelligendum, vt & quædam sequentia. Nam aquam benedictam adhibere, vt remedium naturale, vel addito ritu aliquo superstitioso id vere malum: sed eam adhibere, vt quid Sacramentale, & vim tribuere Deo per sacramentalia sua, ad corroborationem fidei, mirabilia operari solito; item vt dæmonis maleficium, vel præstigium cesset. hoc pium & licitum esse Catholicus nullus potest negare, vt docebo sec. 3.) *& de lumine cerei paschalis, & de aqua baptismatis,* [de his idé censeo quod de aqua lustrali] *Abstinere à capite animalium in honorem S. Apolloniæ vel Blasij: vel vere carpitum luminis consecrati* hoc non intelligo, si loquitur de cera benedicta seu candelis probo ritu benedictis errat. (*crux facta de lignis palmarum, balnea in vigilia Natiuitatis & Carnis priuij contra febres, & dentium dolorem, non comedere carnes in die Natalis Domini, contra febres, vel ad honorandum sanctum Nicolaum pro diuitijs acquirendis, petendo eleemosynam,* (hæc omnia satis clara sunt) *eundo ad Sanctum Valentinum contra morbum caducum, ponderando puerum cum filigine vel cera,* (in his potest aliqua superstitio ab extrinseco aduenire: sed secundum se pia sunt & licita) *portare crucem circumquaque per campos in vere contra tempestates* (si non fiat, vim ponendo in tempore veris, non est superstitiosum, sed licitum:) *in certis oblatis super altare, sicut lapidibus in die S. Stephani, & sagittis sancti Sebastiani* (hoc quoque pium, si tantum fiat in honorem, & commemorationem certaminis horum Sanctorum, sine fiducia in materia, forma numero, &c.) addit de acu quæ tetigit vestem mortui, de lignis furcæ, de lignis coniungendis contra febres, de hostia non consecrata febres (*hæc vere superstitiosa sunt,*) contra ictericiam de vrina; de pullis, &c.] puto legendum, *de pediculis*, neque hoc est superstitiosum, cum subsit ratio physica.

QVÆSTIO II.

An liceat remedium petere à maleficis?

LATISSIME hæc quæstio patet, in qua multi multa scripsere, multi etiam periculose admodum errarunt.

Certum est vt hodie, sic etiam olim fuisse, qui maleficia maleficijs tollerét. Nam cum Corybantes essent numero LII. eorum XXXII. crediti sunt maleficia inferre, alij vero XX. eadem amoliri. *Sic Scholiast. Apollonij lib. 1.*

Dico primo *falluntur iuristæ, qui existimant iure ciuili licere maleficijs vti, in bonum finem:* nempe ad curandos morbos, vel ad repellendas tempestates, *vt Hostiens. in summ. Azo in summ. Pet. ARodius lib. rer. iudicat. 8. titul. 7. cap. 6. Bart. Salycet. Godefrid. & alij in l. eorum C. de maleficis. Troilus Maluetius de sortibus, Grillan. de sortileg. & alij communiter.* dico falluntur, quia legem illam Constantini qua nituntur *a*, recentiore lege sustulit postea Leo Imp. *Constitut. 65. ad Stylianum de Incantatorum pœna;* vt recte aduerterunt Nicol. Remigius: & Pet. Gregorius, & Godelmannus, quàm, quod Tribonianus, homo plane sceleste, prætermiserit, causam aliam non video, quam quia ab omni erat pietate & vera religione alienus. ibi Leo grauissimis verbis negat quidpiam vere bonum his artibus effici: sed apparens illud bonum, illecebram atque naffam esse, *quæ illectos* (inquit) *in malorum omnium extremum vbi à summo bono exciderint, absorbeat, compertum habemus. Notum enim no-*

a l. eorum C. de maleficis & Mat.

bis

bis est illas, vt qui se ipsis dedunt pro creatore ac Domino infaustis dirisque dæmonijs adhæreant efficere: & qui illas assectantur, hos, per externarum rerum lætam quandam speciem, vulnera in anima excipere. Quale quiddam interpugnandam meticulosis frequenter accidit, qui dum ictus interdum excipere manu nolunt, illis vel caput vel ventrem exponunt. Sane vero si quis aliquo modo incantamentis vsus esse deprehensus fuerit, siue id restitutuendæ conseruandeve valetudinis, siue auertendæ à rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum pœnam subiens vltimum supplicium substineto. Sed & Caroli Quinti constitutio hos arbitrio iudicis condigna pœna puniri iubet *b*.

b Althusius li. 1. Iurisprud. Rom. 52. Richard. consi. 112. La 4r. Kirchouius tom. 2. cons. 2 Mollerus const. Saxon. p. 4. sect. 8.

Dico 2. *Diuina & positiua Ecclesiæ lege semper prohibitum fuit vti maleficis artibus, vel maleficos consulere etiam in bonum finem.* Est communis Theologorum sententia & etiam Canonistarum, Probatur 1. ex sacra scriptura Deus id prohibuit. *Leuit. 19. v. 31. Non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini per eos* & capite v. 6. *anima quæ declinauerit ad ariolos & magos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui* Vnde patet hoc esse peccatum mortale Deu. 18. v. 10. *Nec inueniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, &c.* In nouo quoque testamento vetat D. Paulus, quando iustam damnationem cóminatur illis, qui ipsi impingebant eũ mala facere vt bona euenirent *c*: quo significat, graue peccatum esse mala facere in bonum finem: quod tamen prætexunt qui maleficorum opera ad morbos depellendos tempestatesque arcendas abutuntur. 2. probatur ex

c ad Rom. 3. v. 8.

A perpetuo Catholicæ Ecclesiæ vsu, quæ semper id improbauit, vt plurimi canones ostendunt *d*, & presbyterũ damnarunt, qui bono sine diuinationem fuerat expertus *e* 3. probatur ex Patribus, *D. Chrysostomus f, citius mors homini Christiano subeunda, quam vita ligaturis redimenda. Huc referendum illud B. Leonis g*, cum eis (*scilicet dæmonibus*) nihil amplius liceat, quam iustitia B diuina permiserit; agunt tamen versutissima arte fallaciæ, vt ex arbitrio propriæ potestatis aut parere videantur, aut lædere; & multis (quod dolendum est) ita per nequitiam simulationis illudunt: vt quidam illos & timeant pati infensos, & velint habere placatos; cum beneficia dæmonum omnibus sint nocentiora vulneribus. quia tutius est homini inimicitiam diaboli C meruisse; quam facere. *Nec non ista D. Augustini h*; cum ergo causæ articulus venerit, vt hæc proponatur conditio: aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum, quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, comminante mortem persecutore (*idem est de morbe per maleficium immisso*) ibi eligat Deo dilecto emori, quam Deo offenso viuere. ibi D oderit in hoc mundo animam suam, vt in vitam æternam custodiat eam.] Ex his.

d c. qui sine Saluatore, 26. q 2. c. admoneant. canõ obseruetis 26. q. 7.
e ca. ex tuũde sorti
f nom. 8. in epist. ad Coloss.
g serm. 19 de pass. Domini.
h tracta. 5 in Iohan

Infertur primo peccare iudices, qui cogunt malefica benedictione quadam ijs quos læserunt maleficium auferre. Nam hæc benedictio illarum, nihil aliud est, quam formula qua ex pacto dæmon cessaturus: & si benedictione vera sanandus æger foret, præstaret vti benedictione Sacerdotis, vel alterius probi hominis quam malefici, cuius oratio Deo est exsecrabilis, neque licet nobis cum infidelibus hæreticis, apostatisque oratione in diuinis iungi. Vnde F

sequitur etiam maleficam obtemperãtem tali iusioni,& ægros hoc remedio vtentes peccare. Valde quoque falli illos, qui existimant licere maleficijs sanitatem quærere vel conferre, si id magistratus iubeat.

Infertur 2. veram esse decisionem *articuli Parisiensis* 5. Quod licitum est vti magicis artibus, vel alijs quibuscũque superstitionibus à Deo & Ecclesia prohibitis, pro quocunque fine bono: error. quia secundum Apostolum non sunt facienda mala, vt eueniant bona. *& decisio art.* 6. Quod licitum sit, aut etiam permittendum maleficia maleficijs repellere: error. *& art.* 7. Quod aliquis cum aliquo possit dispensare, in quocumque casu, vt talibus licite vtatur error.]

Infertur 3. impium & hæreticum esse dictum Paracelsi *i*, nihil referre, an Deus, an Diabolus, angeli vel immundi spiritus ægros ferant opem modo morbus curetur.

Infertur 4. periculosam esse, & erroneam, vel saltem non satis euolutam & explicatam sententiam Nicolai Remigij *k*, *precario non licere opem à maleficijs impetrare, sed licere, vi & verberibus eam extorquere: qui hoc faciat, nunquam, qui illud, semper lethaliter peccare.*

Quorum vtrumque, falsum videtur. licet enim aliquando id precibus petere & impetrare: aliquando etiam verberibus ad id adigere, non licet. Non igitur eo recurrendum, sed res longe aliter explicanda. distinguendũ videlicet primo inter maleficum paratum auferre maleficio nouo, & non paratum: aliter enim peccat qui hunc, aliter qui cogit illum. 2. distinguendus auferendi modus, an cum maleficio, an sine illo id fiat: quæ communiter theologi solent attendere.

Igitur primo falsa & erronea est sententia Paracelsi & similium, licere maleficia maleficijs tollere.

Quidam putant licere tollere maleficium, non per maleficia, sed per res tamen superstitiosas & vanas: videntur hoc multi Canonistæ tenuisse, & nõnulli Theologi, & legistæ *a* si superstitionis vocabulo hi DD. recte vsi; nequit negari, hanc opinionem quoque erroneam esse. quia superstitio res est per se mala, nec malum licet faceret, vt bonum eueniat. docet hoc Syluest. *verbo maleficium numer.* 9. Rosella *vero* & Tabiena non tenent illam opinionem, sed dumtaxat referunt.

Alij itaque fatentur per superstitiosa media tolli non posse; posse tamen per vana, quæ non sint illicita, sic Ioa. Friburgens. *in summ. confessar.* & id sequitur Rosella *b*, qui exemplum ponit. si maleficiati facerent celebrare tres missas de Domina, & postea omnino nudi operam darent liberis quærendis, credentes maleficium cessaturum. Sed hoc exemplum mihi non placet, tum quia rem ad certum numerum missarum restringere, id non caret superstitione, tum quia medium illud non modo vanum est, sed & inhonestum, & vix potest peccato carere: si tamen omne peccatum impudicitiæ & inuerecundiæ deforet; neque vis in numero poneretur, neque fides adhiberetur ipsi actui, sed misericordiæ diuinæ per missæ sacrificia propitiandæ: tunc posset admitti exemplum. Deinde si *vana* remedia sumant, pro omnino vanis hoc est inanibus, sicut omnis vana locutio est peccatum, sic nulla vana operatio caret peccato, saltem veniali, *cap. illud.* 26. *quæst.* 2. si vero vana vocant indifferentia, tunc si quis adhiberet ea inuincibiliter nesciens esse peccatum, nullum foret pec-

catum

lib. de morb. ca duco & li de hyper hyf. mor bis cur. & lib. 3. de monolat. c. 3.

catum; si non inuincibiliter, non tamen affectate ignorans, foret tantum veniale: idem foret, si quis faceret credens aut volens experiri an per talia maleficium soluatur, non per operationem diaboli, sed per cessationem eius ab operando; propter pactum quod maleficus cum diabolo habebat de cessando quando hoc vel illud fieret. *vide Silu. supra num. 9.*

G. Tertia sententia. quædam est Petr. Aureoli *in 2. 34. quæstion. 2.* & Angeli *verb.* superstitio *§. 13.* licere à malefico parato petere, vt maleficium maleficio tollat. exemplum huius rei subpeditat Ioannes Nider *c Inquisitor* (inquit) *Euensis mihi referebat, quod modus tollendi maleficium, aut se vindicandi in malefico, talis practicabatur suo tempore. Venit enim aliquis læsus in se vel in suis ad maleficam sciscitans malefactorem. Tunc malefica plumbum liquefactum aliquoties fundebat in aquam: quousque opere dæmonis in plumbo imago aliqua videretur: qua visa imagine malefica quæsiuit ab explorante, in qua parte vu lædi maleficum tuum, & in eodem vulnere eum agnoscere? cumque explorator locum eligeret, statim malefica in eadem parte imaginis, quæ in plumbo relucebat; fixuram vel vulnus per cultrum posuit, & locum vbi reum inueniret indicauit: nomen tamen nullatenus manifestante; sed experientia teste maleficum per omnia lædi reperiebatur, sicut sua imago plumbea.*] hæc ille. hoc ergo secundum Aureolum liceret: & secundum Remigium posset verberibus maleficus ad hoc faciendum adigi. Argumenta Aureoli sunt. primo licitum est ab vsurario parato vsuras petere; & à parato conferre Sacerdote, in peccato Mortali constituto, sacramenta petere; & deferre iusiurandum idololatriæ, quem scio per falsos Deos iuratum, ergo similiter in nostro casu petere à malefico parato, &c.

c in epit. Formicarij c. 3. in fine.

A

B

C

D

E

Secundo non potest excogitari remedium aliud ad tollendum maleficium: ergo si hoc quod vnicum est vti non licet, nõ licet illud tollere. Sed hoc merito censetur durissimum: potius ergo dicendum, hoc vnico medico vti licere.

Verum hæc argumenta nullius momenti sunt. Eorum enim quę in primo ponuntur argumento plane dissimilis ratio est. nam illic inducuntur ad id, quod sine peccato facere possunt, si velint. sacerdos enim potest conari conteri, etsi tempus habeat confiteri: vsurarius potest dare mutuum simpliciter, idololatra potest per Deum verum iurare: sed operatio malefica, quæ petitur, est intrinsece mala, nec sine peccato fieri potest, ideoque nec peti. quia petendo consentit eius malitiæ, quod semper illicitum *d*, & teste Apostolo ad Roman. *digni sunt morte non solum qui talia faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.* In secundo argumento, falso supponitur, alia remedia non supereſſe, super sunt enim alia, de quibus postea; quod si non supereſſent, præstaret millies quam per peccatum semel sanari. nam bonum animæ corporis bono præferendum est, & honor Dei cunctis anteponendus. Neque hoc durum: videri debet scienti: quod *qui amat animam suum plus quam Deum, perdet eam, &c.*

d D. Tho. de malo 13. q. 4

Remigius vero coactionem suam astruit sequentibus argumentis. primo quia talis coactio inhonorat diabolum, & est expers omnis pacti. ergo licita est. *Respon.* magis inhonorat Deũ, quia cogit alium peccare. immo nec inhonorat diabolum, quia cogit maleficũ vt inuocet & honoret dæmonem: ipse

quoque eum honorat; quia non modo credit dæmonem posse hanc medelam adferre, sed etiam concurrit positiue ad actum positiuum dæmon vero pluris hoc facit, quam mancipij sui iniuriam, cuius afflictione solitus est gaudere. Nec potest dici expers pacti taciti, qui cogit maleficum ista perficere, virtute pacti quod maleficus cum dæmone iniit.

Secundo probat hoc pacto, licet à fure fugiente rem vi sibi ereptam alia vi repetere: licet arcem ab hoste iniuste occupatam armis recuperare: licet vinculis pertyrannidem mancipatum, astu violenterque eripere: cur non hæc vis licita, vt innocentem morbis indignissimis sanemus? *Resp.* illationem esse vanam, quia reliqua illa licita sunt, & iuri diuino naturalique consentanea: maleficiũ vero maleficio sanare omni repugnat iuri.

Tertio nititur auctoritate *l. nullus Cod. de malefic. & mathem.* vbi tantum punitur, qui aruspicem vel magum induxerit precibus vel suasionibus. ergo criminis atrocitas in hac suaui inductione consistit. Cõfirmatur, quia Photius in Nomocanone dicit legis illius pœnam tantum debere intelligi, vbi διαθυσίων id est per sacrificia & mactationes, negocium peragatur. Non ergo locus est pœnæ, quando malo adiguntur. *Resp.* puerile argumentum hoc esse, illi simile; si quis dicat, lex eum punit, qui præmijs & blanditijs, & per artem lenoniam mulierem ad flagitium pellexerit: ergo criminis fæditas in hac blãda inductione & pellacia posita est: & inferat postea, igitur puniri minime debent, qui vi minisque matrem familias in thori violationem impulerint. Constantinus autem id tantum vetuit ea lege, quod quidam sibi licere putabant. nam sponte facienti, nullam se iniuriam facere credebant: id vero quod multo grauius erat, non vetuit ea lege, quia res aperte iniqua minus indigebat noua legis coerctione. Quare Salyce, & Fulgos. mentem Imp. attendentes de quibusuis euocatorib. & prouocatoribus idem obtinere censuerunt: nec illa Photij limitatio vlterius protrahẽda, quam vt significet Imperatorem de illis egisse maleficis, qui tum temporis priuatim, prætexu amicitiæ. & hospitij recepti in domos gentilium, dæmonibus clanculum sacrificabant: quod ipse fieri prohibuerat alia lege *a*. Nec tamen vllus sanæ mentis hinc inferat, licita fuisse maleficia Magorum, in quibus non sacrificabatur. potest enim vnum factum ex pluribus capitibus illicitum esse: quorum vno cessante, ratione reliquorum adhuc illicitum manebit.

a l. 2. C. Theodos. de malef. & mathe.

Dico igitur tertio, *sententia hæc Aureoli, Angeli & similium est erronea & causa multorum peccatorum: nec licet vllo modo nec ab imperato, nec à parato petere, vt maleficium maleficio tollat.* hæc est communis sententia Theologorũ, Aureolum & Angelum ideo grauissime reprehendentium: *tenent quod dixi D. Thom. D. Bonauen. Sco. Thom. de Argentina & alij in 4. d. 34. Silu. verb. maleficium q. 8. Armillanum 2. Tabiena vers. impedimentum 12. num. 9. Rosell. supr. Caietan. 1. 2. q. 78. art. 4. Pet. Ledesm. ad 3. q. 58. a. 2. d. 2. Alphons. à Castro lib. 1. de iust. hæret. punit. cap. 15. Sprenger. p. 3. mallei. q. 16. Nider. sup. Nauarr. ca. 11. numer. 29. Angel. q. de arte Magica art. 6. diffi. 2. Abulens. in c. 19. Matth. q. 90. lit. O. Dom. Sot. in 4. d. 34. q. 1. a. 3. & 8. de iust. q. 3. a. 2. Viguer. c. 16. §. 4. Marti. Ledes. in 4. q. 60. a. 2. Brianson. q. 13. conc. 2. Orbell. q. 34. Vngarellus addit. ad Angel. d. § 13. Henriq. lib. 2. de matrimon. ca. 8. n. 2. & n. 3. infi.* Probatur, quia hoc sacræ litteræ,

canones,

canones, ius ciuile & SS. Patres improbant, vt ostensum fuit concl. præced. 2. quia non licet consensum præbere peccatum alterius *b*. 3. quia licet sic paratus peccare: hoc tamen peccatum, & isto tempore, non faceret, nisi inductus. 4. quia vt actum per se malum nemo vnquam licite facit: sic, nec ad eum licite poterit induci *c*. Nota magis peccare, qui cogit inuitum, quam qui orat paratum. nam qui cogit inuitum iniurius est cogendo, & simul cooperatur: qui petit à parato, nullam ei facit iniuriam. quod nota contra Remigium.

b Rom. v. vlt.
c vid. D. Tho. 2. 2. q. 78 2. 4. Turrecre. in c. mouette 22. q. 1. Sot. li. 6. de iusti. & iur. q 1. a. 5. Cast. & al. sup.

Dico quarto, *haud dubie potest malefi. us induci, vt per modum aliquem licitum tollat maleficium.*] In hanc sententiam conueniunt omnes in præcedenti conclusione citati DD & est verissima, caretq; dubitatione nam quidam DD. non satis clare loquuntur, etsi bene sentiant. Guido Brianſonus *in collectario supra 4. sent. q 13. concl. 3. Immo* (ait) *ego fortius dico, quod si aliqua persona erat impedita, vel vexata quacunque vexatione per aliquam personam sortilegam per pactum dæmonis: & per orationes, vel vota, vel artes, non posset sanari, nisi ab illa persona quæ talia intulit. Dico, quod accederem ad illam personam, quæ mihi dedit talia, non vt faciam homagium diabolo, nec vt colam illum sortilegum, sed vt mihi auferat, quod mihi dedit. Si ipse agat cum diabolo, ego non consentio: sed tantum peto, vt remoueat malum quod mihi dedit. Et multotiens iustitia cogit tales, vt restituant sanitatem, quam abstulerunt. Immo si proprius diabolus dedisset mihi talia, dicerem sibi, quod à me remoueret tale impedimentum, nullo tamen modo faciendo sibi homagium.*] Sed quod ait de Diabolo. id ego prorsus periculosum puto, & merito negauit Sotus *in 4. d. 34. q. 1. a. 3.* Nam non possum petere, vt ab amico, quia cum eo inimicitias, inducente Christo gerere debeo: omnis etiam mihi cum eo familiaritas & communicatio interdicta est. Per modum vero imperij, non possum iubere, quia mihi non subijcitur. Duntaxat in Dei nomine, per exorcismi modum, ei possem imperare. Nec etiam simpliciter verum est, licere semper petere à malefico vt malum remoueat. Quid si enim sciam maleficium non posse tolli, nisi modo illicito? certum est me tum non posse petere. *d* quid si etiam moraliter mihi constet maleficum etsi possit tolli sine maleficio, non tamen sublaturum nisi cum maleficio? certum etiam puto, tum non licere petere, vt tollat *e*. Potest huius rei exemplum dari, quando petitur tolli ab eo, qui non est auctor maleficij, nec locum & modũ maleficij & curationis ab ipso malefico, vel homine alio intellexit: nam talis non potest curare sine maleficio alio, aut dæmonis cooperatione noua. Quare raro admodum, vel vix vnquam licebit petere ab alio, quam ipsomet maleficij auctore.

d Pet. Ledesm. sup

e hoc voluit haud dubie idẽ Ledesm. & Henriq. d. n. 3. in fi.

Dico igitur quinto, *licet à malefico petere, immo licet etiam illum minis & verberibus cogere, vt maleficium tollat, quandocumque probabiliter credo illum sine maleficio, modo aliquo licito id facere posse, siue quandocumque non sum moraliter certus, quod vtetur modo illicito.*] est sententia communis *Henrici postea citandi, Scoti & omnium citatorum in concl. 3 & Præterea Ioan. Bassel. Vorriloni in 4. d. 34. Caietan. in verb. maleficium. & in opusc. 12. tom. 2. Gabr. in 2. d. 28. a. 4. dub. 2. Binsfeld. in l. eorum q. 5. C. de malef.* probatur, quia hoc est vti iure meo, inducere magum ad id, quod facere tenetur, & sine peccato, si velit, potest facere, non autem est consentire pacto quod dæmon habet cum mago. De co-

actione id concedit Remi. de precibus negat, sed ratio nostra, & cõmunis sẽtẽtia DD. de precibus idem conuincunt. de iussione exemplum habemus B. Theodori Archimandritæ, qui Theodorum Magum ad pœnitentiam adductum iussit, primum omnia peccata sua confiteri. 2. si quos haberet libros maleficos in medium proferre. 3. quoscunque homines aut domos aut animalia maleficijs suis obstrinxerat, dissoluere. 4. non amplius ea in quem, quam exercere, sed pœnitentiam agere *f*. De verbere & minis probatur quoad eos, quos constat maleficio læsisse. quia non tam infero iniuriam, quam illatã repello: & sicut crumenam meam possem furi extorquere, sic etiam possum mago quam quasi detinet corporis sanitatem. Confirmatur hoc, quia docet experientia, nunquam nisi vi coactos maleficium tollere velle Dixi, leuibus verberibus. quia grauia vulnera vel immo dicos cruciatus inferre, id ad iudicem sceleris vindicem, non ad priuatos pertinet. Leuia non erunt, si maleficæ inde immineat periculum vitæ, mutilationis, aut grauis morbi.

H.

f Georgius in vita Theodori, apud rium ens. Aul.

Caietan. *g* cautelam proponit, vt quis expresse protestetur, se nihil commune cum Diabolo habere velle. Hæc sane prorsus necessaria cautio, quando petitur ab eo malefico, qui non intulit maleficium. vix enim (vt dixi) sine peccato talis potest maleficium auferre. Sic cum crudelis & nefarius Bertulphus dixisset coniugi suæ B. Godoleuę, in eam ferocię suæ causame, esse dęmonem, & ex maleficio natum discidium, addidissetque se nosse fœminam, quæ iactiter se posse illos mutuo amore & beneuolentia adeo connectere, vt non queant coniuges ardentius se amare: respondit Sancta mulier, *Christi ancilla sum, illi ego omnia commendo: si tamen absq; sceleris alicuius commixtione id fieri potest, quod dicis, non refragor h.*] Si quis ab ipso, qui nocuit, medelam petat; fortassis absolute loquendo, non est necessarium addere illam protestationem, sed sufficiet absolute (in casu conclusionis huius quintæ) petere vt nocere desinat. quia res quæ petitur bona & iusta est, nempe non nocere proximo: & potest ac tenetur maleficus id licito modo facere, nempe per mediũ aliquod naturale (si nouit) vel per signi destructionem. ideo quod de pecunia ab vsurario mutuanda dictũ, id hoc vim obtinet. Attamen semper vtilius eris & tutius hanc protestationem adijcere, maxime si petã vt tollat maleficium, vel quid aliud huiusmodi, quod non nudã cessationem: sed quiddam actus positiui significat. quia malefici vt plurimum sunt homines idiotæ, & alia quam superstitiosa remedia ignorant. Quare etiam consulo, vt petatur ab eo, quo remedio sit vsurus. si nolit dicere, non est vtendũ eius opera: quia hoc ipso satis indicat se vsurũ remedio illicito. Si verò indicet remediũ tunc si satis prudens es & doctus, ipse considera & discerne, an sit licitũ necne: si non es idoneus iudex, doctiores & prudentiores consule: si dubitetur an sit medium naturale, consulantur medici: si vero an sit diuinum consulantur Theologi. In his etiam diuinis aduerte, tunc præstare illa applicari à Sacerdote, quã à malefica. Nam si miraculosa operatio est, Deus illam potius operabitur per seruum suum, quã per Diaboli mancipium, si malefica dicit, non profuturum, nisi ipsa adhibeat: satis hinc apparet, aliquid eam adhibituram ex pacto conuento. Quare nec videtur toleranda praxis quorundam iudicũ: qui cogunt maleficas benedicere ægrotis ex maleficio: & si sanentur,

g rom. 2. o usc. 12.

h Drogo Gestellẽsis in vita S. Godoleuæ 1. Julij.

tunc

tunc habent pro indicio certo, quod sint maleficæ. Liceret tamen iudicibus eas cogera, vt citra maleficium liberare conarentur: sicut licere priuatis iam docui, atque ita intelligendus Brianſonus *d. concluſio. 3.* Quod ſi res moram non pateretur, & maleficus non foret perſona rudis & idiota, ſed ſatis prudēs ad diſcernendum maleficam curationem à naturali vel diuina: & tunc aliquis ſimpliciter ſecutus fuiſſet ſententiam Pet. Ledeſmij ſup. credidiſſetque dicenti ſe non vſuram vllo maleficio, non auderem damnare poſt factum: ſed ante factum: ſemper vtendum puto conſilio & examine quod dixi. Reuera enim qui non examinat, neque interrogat, neque proteſtatur, neque aliam adhibet cautionem vt intelligat, an remedium quod adhibebitur ſit legitimum, an illicitum: is non videtur facere: quod in ſe eſt, ſed obijcere ſe temere periculo peccandi: quia nouo periculo peccandi obijcit rudem illam & idiotam & peccatricem animam.

QVÆSTIO III.

An liceat maleficij ſignum deſtruere, vt diabolus nocere deſinat?

I. NOTA primo ſigna maleficiorum vocari, ollas, ligamina, clauſtra, plumas, liberides, & ſimilia: quæ, ex pacto cum dæmone inito, magus adhibuit vt aliquis maleficio lædatur: pactum vero eſſe ſolet, vt quamdiu ligula ſic nodata fuerit, vel tale quid ſub limine defoſſum, vel ſera clauſa manſerit: tamdiu talis perſona ſit maleficiata: aut moriantur, qui in tali loco erunt, aut intrabunt vel exibunt, & huiuſmodi: de quibus actum *lib. 3.* Porro de ligaminibus & ollis, res notior eſt: de *ſera* legi apud auctorem innominatum libr. pœnitentialis à Rectore & Academia Colonienſi ante annos centum approbati, & excuſi: *capit. 70. quod eſt impotentia coeundi*: Pariſijs (ait) *contigit, quod quædam ſortiaria virum, qui eam reliquerat impediuit, ne poſſet cognoſcere aliam, quam legitime ſuperduxit. fecerat enim incantationem ſuam ſuper clauſam ſeram, quam inputeum quendam miſit, & clauem ſimiliter inputeum alterum, & ſic diabolo promouente vir ille factus eſt impotens cum vxore ſua.*] Quæritur ergo V. *liceat aperiendo clauſtrum, comburendo capillorum glomum, ſoluendo ligulæ nodum, vel effodiendo ollam, & exurendo quæ in illa habentur, aut ſimilia remouendo, perdendoque maleficium deſtruere, & liberare maleficiatum?*

Duæ de hac re ſunt ſententiæ. vna, nullius quod ſciam in libris editis, in quibus nondum mihi contigit inuenire: ſed noſtris temporibus Ioann. Heſſels à Louanio, *in prælectione lib. 4. ſent.* docuit nullomodo licere. hoc haud dubie pio docuit animo, & vt homines à maleficio abſterreret: quam tamen prudēter & vere, manifeſtum ſpero fore ex ijs quæ hac quæſtione diſſerētur. multi ex eius diſcipulis, rem non multum diſcutientes, neque auctores alios curantes, Pythagoræorum more, vt oraculum exceperunt: neque in ſcholis tantum docuere, ſed in concionibus adeo nonnunquam calide: vt contra ſentientes damnare, & etiam pœnis Eccleſiaſticis coërcere, ſint conati: non modicam ſcrupulorum carnificinam etiam pijs & bonis, inijcientes, hoc ergo diligentius res diſcutienda, quam cum ſuperioribus annis docerem, ideo breuiter perſtrinxi, quod tum neſcirē aliquem ex doctioribus communem ſententiam, quam amplectebar & amplector, probare.

§. 1. Heſſe-

§. 1. Hesselij & discipulorum eius argumenta fuere. primo, cum signum amouetur: sanitas exspectatur non à Deo vel sanctis, per miraculum: nec ab humana voluntate nec à causa naturali. ergo à diabolo. Sed hoc est superstitiosum. ergo non licet amouere.

2. Qui signum tollit ea spe, vt nocumentum cesset, miscet se pacto, quod maleficio cum diabolo intercedit, quia diabolus cum malefico pactus est, vt signo posito ipse noceat, signo remoto nocere desinat. ergo talis societatem quandam cum diabolo init, cui coniungitur, & communicat in pacto conuento eius.

3. Amouere signum, est colere diabolum, quia est protestari, quod possit nocere quibus & quãdo voluerit. quasi ab alio non pendeat. item quod sit fidelis & verax, qui pactum seruet cum suis: sed diabolum honorare vel colere non licet. ergo nec amouere signum licebit.

4. Nõ licet declinare ad magos, vt scripturæ docent: sed qui amouet signum, declinat ad magos. ergo. Min. probatur, quia petit à maleſico vt signa tollat, vel vt sibi tollenda ostendat.

5. Qui amouet signa ostendit se maleficos & dæmonem timere: sed S. S. iubet nos solum Deum timere.

6 Non tantum res quæ ponitur vel amouetur est signum diaboli, sed & actio circa rem, vt positio eius ad nocẽdum, permanentia eius ad nocumenti perseuerentiam, amotio eius ad nocumenti cessationem: sicut non tantum aqua est Sacramentum Christi: sed & ablutio per aquam facta. ergo sicut qui ponit signum exercet sacramentum Diaboli, sic & qui amouet. Exercet enim vterque actionem ad eum effectu consequendum, ad quem aliter, non valet, nisi ex diaboli institutione.

7. Diabolus nunquam sponte cessabit à nocumento corporali, nisi vt grauius noceat in anima: cum sit hostis noster capitalis, semper cupiẽs quã maxime nocere. ideo, iuxta D. Leonem *beneficia eius cunctis sunt nocentiora vulneribus*: ergo percessationem nocumenti, quæ fit amoto signo, grauius infert nocumentum vel amouenti, vel maleficiato, vel vtrique.

8. Si licet signa maleficij amouere, vel ad ea implorare opem maleficij: igitur quoties quis maleficium patitur, nec aliud supereſt remediũ quo adiuuetur, tenebitur procurare signi amotionem: sicut tenetur homo egrotus licito ac possibili remedio procurare, vt sanitati restituatur: peccaret enim si sic sanitatem à Deo exspectaret, vt interim medici consilia reijceret. At qui nemo eorum, qui sunt in contraria opinione hoc docet, videlicet hominem aliquando ad amouendum vel destruendum maleficij signum ex conscientia obligari.

9. Sed licet, ergo illi recte faciunt, qui maleficis ad quæstionem vocatis abradunt omnes pilos corporis, ne quo maleficij signo corpori adhærente, reddantur insensibiles, ideoque ad confessionem cogi non possint, quod videtur satis manifeste superstitiosum. Vnde Franciſc. à Victoria *in rel. tr. 12. de arte magica*: si (inquit) ad expulsionem dæmonum radunt pilos aut capillos, aut aliquid eiusmod: est magia manifesta. Nam veri sancti, qui gratiam Dei habent, nunquam vtuntur talibus ritibus aut obseruationibus.

10. Probari posse videtur ex eo, quod Dominus dicit in Euang. *hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieunio*. sensus enim est non aliter recte eijci ergo si quis dæmon eiusmodi intraret in aliquem per maleficium, non

licer t

liceret egressum eius procurare per signi amotionem.

11. Probatur ex eo quod Hieronymus commemorat *in vita S. Hilarionis*: ad quem cum adducta esset puella à dæmone obsessa, & dæmon clamaret: se inuitum in puellam ingressum fuisse, vtpote vi maleficiorum coactum: nec se posse eam relinquere, nisi prius ablatis signis sub limine positis: vetuit vir sanctus signa perquiri, & orationis virtute dæmonem expulit: *ne* (inquit Hieronymus) *aut solitu incantationibus recessisse demon videretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem*] igitur, ex Hieronymi sententia, perquirere & tollere signum, vt nocumentum cesset, ad incantationem pertinet: alioquin ad miraculum diuinum non recte confugisset Hilarion: sed remedium facile ac promptum de signis amouendis, si licitum erat, præscribere debuisset: ne Deum tentare videretur.

12. Adud Gratian. *c. si per sortiarias 33. qu. 1.* vbi enumerantur legitima remedij maleficia, nulla fit mentio requirendi & destruendi signi: nec quisquã alius veterum Ecclesiæ patrum reperitur, qui de remedio hoc tanquam licito loquatur. Si respondeas esse argumentum negatiuum ab auctoritate negata. Vrgent, non esse ab authoritate negata, sed ab auctoritate negãte. quia cum remedium tollendi signi sit facile & cuique obuium, eius maxime mentio fieri debuisset, si licitum illud concilia & patrum decreta censuissent.

13. Diabolus non est alligatus signis: potest enim nocere sine signis, & positis signis liberum illi adhuc est non nocere, vt & à moris adhuc nocere & nõ desinere. ergo frustra tolluntur signa, nisi pactum malefici & Diaboli intercederet. ergo remouens consentit in hoc pactum.

14. Diabolus non potest diutius nec fortius, nec breuius nec lenius hominẽ affligere quam & donec ei Deus permittit, qui pactis huiusmodi nõ astringitur: ergo absurdum est exspectare remedium ab huiusmodi remotione signi, aut curare talia diaboli pacta: sed recurrendum est ad Deum, in cuius potestate est Diabolus. His illi argumentis vtuntur, quæ verbis ipsorum retuli: ne quis suspicetur me minus bona fide agere.

§. II. Nihilominus sit conclusio *signa maleficij etiam spe cessationis morbi seu mali licet quærere & inuenta remouere & tollere*. dico, *spe cessationis*: quia fatentur opinionis contrariæ assertores, in contemptum & deletionem Magiæ superstitionis, ipsiusque Diaboli, licere malefici signa tollere, destruere, atque abolere: immo sanctum id esse, si ex solo odio totius artis, & intentionis Diabolicæ id fiat: sed negant id licere ea spe, & intentione, vt nocumentum cesset. *Notandum primo*, quod omnes fatemur, signi ablationem nullam habere vim naturalem neque supernaturalem mali auferendi seu sanandi: sicut nec eius positio vim vllam huiusmodi habuit, ad malum inferendum. sed sicut, posito signo, dæmon fuit, qui nocumentũ intulit; sic ablato signo dæmon est, qui malum aufert, quia cessat nocere. cessat autem, quia sic cum mago pactus fuit: non quod pacto se ligari putet, sed quia hoc sibi iudicat expedire ad animarum perniciem. *Notand.* 2. aliud esse vti peccato alterius ad bonũ, aliud cooperari peccato alterius. nã peccato alterius vti possum ad commoditatem meam, quando ille potuit peccatum vitare, & licito modo mihi gratificari, vt dictum de vsurario *præcedenti quæstione*, ipsius enim malitia mihi nocere non debet. Cooperari vero peccato alterius

teriusnunquam licet, quia nunquam peccare licet:cooperor vero, quotiescunque peto ab alio id, quod alias sine peccato nequit præstare. Quando ergo peto vt maleficiũ maleficio, vel nouo pacto inito, tollat: cooperor peccato: quando peto vt id faciat,destruendo signum iam ante initi pacti, seu sine maleficio,& ipse me nolente adhibet nouũ maleficium:ego illi nõ cooperor,sed vtor tantũ eius peccato.Est doctrina Soti,& Pet.Ledesm.& aliorum mox citãdorum.*Notãd.*3. Signũ tolli vel ab ipso qui posuit,vel ab alio qui nõ posuit.Si ab eo qui posuit : vel ille inierat duo pacta cum dæmone vel vnum tantum. duo quidem,quando cõuenerat, vt dæmon permanente signo debeat nocere: & sublato signo teneatur non nocere, nam hic vnum pactum fit depositione signi, alterum de ablatione. Vnum tantum fit,quando simpliciter conuenitur , vt signo permanente teneatur dæmon lædere:huius pactivis includit, non vt sublato signo teneatur non nocere,sed vt,si velit,possit non nocere. Quando duo sunt pacta, tunc considerãda est duplex , quæ potest accidere, malefici intentio.Si maleficus cum tollit,vult sibi seruari pactum illud secũdum,non licet tollere: quia hoc est cõfirmare illud pactum.Si vero maleficus ex pœnitẽtia pacti initi motus,vult pactum suum cum dæmone initum cessare:& ideo,vt rescindatur : tollit signũ, quod est pacti vinculum , & tollit non quatenus ablatio signi est signum secundi pacti: sed quatenus est destructio primi pacti,potest tollere, quia sic non confirmat secundum pactum, sed rescindit.Quod si sit alius qui tollit,hic non fecit vllum pactum cum dæmone, nec potest dici confirmare primũ malefici pactum:quia illi non cooperatur. Sed si gnarus secundi pacti quod maleficus fecit,illud tollat,quia vult à maleficio seruari secundum pactũ : ille quantum in se est pactum confirmat, & sic malo cooperatur, quare hoc non licet: si vero vel ignarus vel gnarus,illud tollat duntaxat,vt maleficiũ destruat,vel vt pactum rescindatur, sperans dæmonem libere cessaturum à nocendo: nullo modo cooperatur pacto : nõ primo, quia iuxta illud non operatur : non secundo,quia illud non curat,sed vult facto suo destruere primum. Denique si vnicum maleficus fecit pactũ,tunc tollendo signum primum pactũ destruitur,nec nouum initur, nec ipse maleficus vllo modo confirmat, vel operatur ex primo:quare nec ei alius,tollens cooperatur.*Not.an.*4.Si scandalum sequatur,non posse tolli. quare sic ista peragenda, vt scandali occasio iusta detur nulla.

His positis *probatur.*1.cõclusio, quia quotquot auctores excusi de hac egerunt quæstione,illi ad vnum omnes,ex quo ea quæstio discuti cæpit,in hac cõclusione,conueniunt: eos autem loqui, de eo qui spe cessationis signum remouet,clare patet ex verbis & rationibus, quibus vtũtur.Ante tempora D. Thomæ,& ipsi D. Tho. ac D. Bonauenturæ,& eorum præceptoribus, puto plane certum fuisse hoc licere: & ideo de hac re nihil expresse proditũ:nisi quod maleficia sine maleficio tolli posse cẽsuerint:quod etiam Tho.de Argentina *d.*34.& Abul.*in* 19.*c.D.Mat.q.*90.& alij communiter tradiderunt. Quod vero Durand.hoc nõ dixerit parum refert: omisit,quia non habebat,quod ea in re contradiceret D. Thomæ:at cui contradicendum, commentarios suos elucubrauit.Primusquem inuenio ex professo quæstionem discussisse : qui tempore D.Thomæ vixit,Durando prior, est Henricus Goethalzius siue Gandẽsis,

Anno 1290.

sis, Archidiaconus Tornacensis. hic *quodlibeto 5. quæ. 33.* vbi quærit, *an liceat tollere tegulam maleficij signum* ? tandem resoluit his verbis, *licet autem perniciosum est operibus superstitiosis communicare, aut facere talia, qualia faciunt superstitiosi communicando operibus dæmonum. Catholicum tamen est destruere opus superstitiosum dæmonis, & in hoc ei contrariari. Et sic dico, quod licitum est maleficium deponere simpliciter, quemadmodum licitum est idolothytum in cloacam proijcere : & etiam vt curetur infirmus maleficiatus (ecce, quod sub hac spe) non credendo quod virtute illius maleficij morbus ille contingat (hoc enim credere infidelitatis esset) vt procedit prima obiectio : sed credendo contrarium, & quod fiat sola dæmonum actione, ex diuina permissione : qui non consueuerunt secundum pactionem suam maleficiatum vexare, nisi stante illo maleficio.* Hæc ille: sequitur, eum, more suo non nominans Scotus, & ipse aliquot annis antiquior Durando his verbis: *si per orationes Sanctorum impediatur virtus dæmonu, bene fit, si tamen Deus illas non exaudiat, tunc si sciretur maleficium & destrueretur, dæmon non fatigaret eum amplius, quia ex pacto non assistit : nisi dum durat aliquod signum. Et ex hoc patet quod trufatica est illa quæstio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum ? non enim solum licet sed est meritorium, destrucre opera diaboli, nec in hoc est aliqua infidelitas. quia destruens non acquiescit operibus malignis : sed credit dæmonem posse & velle fatigare, dum tale signum durat, & destructio talis signi ponit finem tali vexationi a.*] vides à Scoto hoc meritorium censeri, quem discipuli eius ad vnum sequuntur, vt nominatim Ioan. de Bassolis ibidem *q. 1.* qui etiam expresse addit *meritorium esse si fiat cum intentione curandi:* & sic etiam Anton. And. *in 4. d. 34.* in fin. sequitur Nicoll. Vorillon. *ibid.* & Nicol. de Orbellis ibid. & Guido Brianson*us b.* & Iosephus Angles *c*, & Alph. à Castro *libro primo de iust. hæret. punit. capite decimo quinto.* & Pelbert. Temesuar. *Rosarij p. 4. vers. matrimonium. 5. §. 38.* Est etiam hæc sententia communis Thomistarum, vt Caietan. *tract. 12. tom. 2.* vbi ait: *duobus modis contingit maleficium à maleficio solui: primo per simplicem dissolutionem seu destructionem maleficij prius facti, puta dissoluendo ligaturam capillorum cum annulo ligneo, &c. & hoc absque dubio licitum est, nec est opus maleficij, vt maleficus est, sed hominis scientis impedimentum boni proximi sui. quia nulla hic euenit inuocatio dæmonis, sed sola dissolutio signi: quo durante diabolus statuerat malum alterius continuare. 2. per inuocationem dæmonum, seu aliud maleficium, & hoc proculdubio peccatum est mortale.*]hæc ille. vides Caietan. hoc definire, vt indubitatum. idem volunt Silvest. *verb. maleficium q. 7. & 8.* Tabiena. *verb. impedimentum 12. vers. 9.* Fumus *v. maleficium n. 2.* Domin. à Soto. *in 4. d. 34. q. 1. a. 3.* vbi dicit *nos posse maleficum rogare, & ab eo pecuniam extorquere, vt ligaturas, quas habet sepultas, aut suspensas aut alicubi asseruatas, illinc dimoueat : quia illud maleficium facere virtus est: & quicumque sciret vbi sunt posset illas inde subtrahere,* &c. idem asserit addens *meritorium id esse* Barthol. Ledesmius *de Sacramento matrimonij difficul. 49.* & eiusdem instituti ac nominis recentior Pet. Ledesm. *in 3. p. quæstio. 58. a. 2. d. 2.* Henric. Hëricquez *lib. 12. de Sacram. cap. 8. numer. 3.* Consentiunt Nominales. *vt Gabr. l. in 2. d. 8. quæstio. 2. a. 4.* & *Aureolus in 4. d. 34.* Consentiunt etiam Summistæ vnanimiter *Silu. Tabie.* & *Fumus sup. Ang. in ver. superst. §. 13. Rosell. v. impedimentum v 13. Caiet. in v. maleficium* & *la-*

a in 4. d. 34.

b in 4. qu. 13. cõcl. 13 c q. de arte magica 1. 6. difficul. 2. & ct. in 4. q. de impedim. marr. ar. 2

cob. de Graffiis in decis. aureis. c. de maleficio. Quinetiam Francis. Zammarinus beneficiatus Lateranens. Ecclesiæ, *in thesauro Sacerdotali, quem collegit secundum consuetudinem ac ritus S. Eccles. Rom. p. 1. titul. de exorcismis capite secundo. quod est de maleficijs*, hoc non tantum dicit licere, sed quasi necessarium & rituale præscribit, his verbis: *adiungo, quod illa ossa & penna inserta vna in alia: & multa, & quasi infinita talia, quæ in lectis inueniuntur à dæmone deportata: sicut clare fuit deprehensum, sunt extrahenda, & igne comburenda, dum dicitur Psalmus*: Exurgat. *Nec sequenda est illa superstitio, quam vulgus ponit, de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuium currentem, &c.* sic ille folio 180. col. 4. consentit Zacha. Vicecomes p. 1. complementi Arti excorcis. doctri. vlt. Idem noster Leonardus Lessius de iusti. hanc quæstionem accurate pertractans, cuius scriptis adiutum me, hac in disputatione fateor, vt & Bellarmini. Consentiunt Iuristæ, non tantum qui tenent posse tolli maleficium, quos supra citaui. sed & qui reijciunt, *Vt Turrecrem, in d. c. mouet. te. Nau. in Mann. c. 11. n. 29. & Pet. Binsf. in l. eorum qu. 5. C. de malef. & mathem.* Inquisitores quoque Germani, *Spreng. in malleo, & Nider. in Formicario. supra citati, & Ioan. Chappeauille Vicarius & Inquisitor Leodiens. in tract. de casib. reseruatis.*

Vnde patet hanc esse sententiam plane communem. Hispanorum, Germanorum, Italorum, Gallorum, Britannorumque Theologorum quidem Scolasticorum omnium, Nominalium, Scotistarum Thomistarum: ex quibus multi Cardinales & Episcopi & Magistri Sacri Palatij fuere, cæteri dignitatibus alijs, aut eruditione satem, & pietate conspicui. Quare cum sit incredibile, tot academiarum præcipuarum professores, in hoc dogmate ad mores pertinente, vsque ad Hesselium errasse: & hodie quoque errare, tum in lectionibus publicis, tum in confessionibus audiendis, tum in ipsa praxi quotidiana, idque errore tam periculoso: sane non videntur carere temeritate, qui hos omnes insciliæ & erroris condemnare audent: & puniendos putant: quotquot, sola etiam auctoritate talium adducti, maleficij signa remouerunt. Accedit, quod auctoritatem hanc rationes validissimæ comitantur: quibus contrariæ opinionis defensores nondum satis efficaciter responderunt.

Probatur primum, hæc sententia exemplis illis superiore capite narrati Bea. Godoleuæ, & B. Theodori archimandritæ. & quodam quod Ill. Cardinalis ex Societat nostra Rob. Bellarmin. *in publicis prælectionibus* narrauit, cum ante multos annos Louanij sententiam illam Hesselij solide; sed breuiter refelleret, cuius dicta huic disputationi inserui. Concionator *(verbis eius vtor)* quidam *Prædicatorum: quod me puerum vidisse memini: in monte Policiano in XL. cum vellet concionari, loqui non potuit. accidit id secundo & tertio. videns id non esse rem naturalem, in concione tantum sibi vocem præcludi: votum vouit Sanctæ Agneti, quæ erat loci patrona: inuenitque signa in suggestu, capillos inter se ligatos, & similia. comburit ergo illa, & vox ei restituitur. concionem postea habuit.*] Quod si peccatum hoc fuisset, Deus à Pio concionatore inuocatus, & voto solicitatus eum non sanasset: neque signa illi ostendisset, quæ tollere non liceret. his accedat simile æque contestatum. Anno 1589. *Genua adolescens quidam pius, ex impr[illegible]pectu, ita effuse in amorem mulieris exarsit, vt diuinum excluserit: mittebantur vltro citroq; munera,*

& fur-

& furtiuæ litteræ, idque trimestri spatio. Post quod is graui morbo afflictus decubuit. Mirum certe, quam immundas sordes, & varias ante ora astantium euomuerit: muliebres crines, obuium villos, linum, bombycem, crinales acus, & sutorias, vnguium segmina, ossium fragmina, & ferramentorum, non paruo numero, vna cum sanguine. Quidam è nostris hortatur eum, ne amplius illigariſe patiatur amore ne pestifero. Quærit deinde, num quæ essent ab eo munera aut litteræ? litteras acceptas aiebat, sed deinde laceratas: noster non credens, admonet familiares, vt eius arculam scrutentur, &, si quid sit amatorium, tollant. Eares cum ægro occulta voce quædam innotuisset, arculæ clauem horrendis clamoribus postulat, & acceptam eadem voce admonente, iniecit in os voraturus, nisi prohibitus fuisset: eam puluino supponit oculorum vsum amittit: admonet mater, vt doctus malo reddat clauem: eam cum quærens non inueniret, furto ablatam credidit: tunc incipit magis vociferari, nec tamen reperta in toto lectulo diligenter excusso: vt tandem cum arcula esset reserata, binæ litteræ amatoriæ inuentæ, & igni traditæ sunt, quo facto restitutus ei sensus videndi, & clauis non sine admiratione: apparuit ante oculos quærentis expositæ. Melius interea habere cœpit & corpore & animo, & paulo post sanus omnino factus est.]

Hæc Fran. Bencij nostri verbis perscripta, & Romæ excusa in anni illius litteris descripta facile videt hic vnusquisque signum maleficij, litteras fuisse, quod ne tolleretur dæmonem conatũ: eoque amoto & cremato, nocere desiisse. Sprengerus *p. 2. Mall. quæst. 1. cap. 1.* narrat historiam sequentem.

Comes quidam præclarus genere VVestrasensis territory in confinibus Argentinensis diœcesis iuuenculam simili genere

A *præclaram duxit vxorem: quam tamen post celebratas nuptias, vsque ad tertium annum, carnaliter cognoscere non poterat maleficiali impedimento, vt rei probauit euentus, impeditus: anxius, & quid ageret ignorans, & sanctos Dei iugiter interpellans. Accidit, vt ad ciuitatem Metensem, ob negotiorum quorundam expeditionem, applicaret: in qua, dum per vicos & plateas seruis & familia vallatus incederet, quandam*

B *mulierem, quæ ante illos annos concubina sua fuerat, obuiam habuit: qua visa, dum super maleficia sibi illata minime cogitaret: improuise eam blande, ex amicitia contracta antiquitus, alloquitur: & qualiter se haberet, vt valeret, inuestigat. At illa cernens Comitis pietatem, vice versa, de valetudine sui corporis & status, diligenter inuestigauit. quo respondente, quod bene & prospere cuncta sibi succederent, illa attonita paulum siluit. & Comes cernens illam attonitam, amplius verbis blandis eam*

C *aggreditur, ad collationem inuitando. At illa de statu vxoris interrogando simile responsum accipit, quod bene in omnibus se haberet. Tum illa anne pueros etiam generasset, inquisiuit. Et Comes, tres mihi (ait) sunt pueri masculi, quolibet anno vnum genuit Tum amplius illa stupefacta paululum siluit. Et comes, rogo te carissima, cur tam*

D *diligenter inquiris? indica, nec enim dubito, quin meæ felicitati congratuleris. Tum illa, vere congratulor, sed maledicatur illa vetula: quæ obtulit se velle corpus vestrum maleficiare, vt carnalem actum cum vxore vestra minime haberetis. In cuius signum puteus, qui est in medio curiæ vestræ, continet infundo ollam, certas res maleficiales continentem: quæ ea de causa ibidem posita sunt, vt quandiu ibidem contineretur, tamdiu coeundi impotentia vobis adesset: sed ecce omnia vana sunt de quibus gaudeo, &c. Nec Comes diu desiit, ad domum*

E *regressus, puteum exhauriri fecit, ollam reperit, & cuncta concremando, potentiam*

Hoc improbum quia mendacium.

tiam illam perditam subito recuperauit.]

Hæc ille. sufficient hæc tria exempla certissima in diuersis maleficij generib: & quod ad tertium istud, posset quis suspicari continuas ad Dei sanctos preces, vt hæc ei rei bene gerendæ occasio fortuita offerretur, à Deo impetrasse: quamuis quæ hominum inconsulta est calliditas, media illicita (*nempe mendacium*) alijs licitis (*æquiuocæ locutioni, & maleficij signi remotioni*) miscuerit. Si velis plura vide sup. lib. 3. *Par.* 1. *q.* 4. *sect.* 3. *in princ. & sect.* 5. *litt.* C.

Aliud ponit exemplum Cæsalpinus *in Disquisit. de damonibus. cap.* 17. quod alibi exhibui. Sed plura Bap. Codronchus, cuius hæc sunt verba: *Vincentius Carrarius 2. p. de medico & eius officio, meminit cuiusdam suæ sororis, quæ maleficio affecta inuentu ac crematis sæpe maleficij signis veneficij conualuit. Hieron. Mengus scribit quandam nobilissimam viduam veneficio lethali ac insanabili morbo affectam: dum ageret de extrema vnctione instrumentu maleficij combusto, spiritualibusque remedijs adhibitis, quasi repente, omnibus admirantibus recepisse sanitatem. Narrat & quidam auctor de quodam præsbytero: qui cum pessime maleficio affectus, plurimis mensibus lecto decubuisset, nec innumera remedia à medicis adhibita quicquam ei profuissent, inuentis in lecto plurimis signis veneficij, & combustis: quouis mense luna reuoluta alia & alia diuersa instrumenta reperiebantur, quibus semper igne consumptis Dei auxilio, & Ecclesiasticorum remediorum tandem pristinam sanitatem adeptus est. Annis superioribus Francisca filia mea, decem menses nata, apud nutricem insigni macie est affecta, sæpe ac sæpius magna suspiria edebat: & quando defasciabatur semper plorabat, agreque se ferebat defasciari præter puerorum morem, qui quamuis sint male affecti vel dolore aliquo detenti, cum fascia soluuntur quiescere, ac delectationem tum capere solent. Nulla inuenta causa præternaturali effectus, nutrice que mutata, cum in deterius laberetur, subijt suspicio vxori meæ, quod, cum esset puella admodum venusta, inuidentiæ causa, vel odio cuiusdam vetulæ veneficio esse affectam. Quapropter culcitam inquirens, nonnulla veneficij signa reperit: ciceres namque, grana coriandrorum, fustum carbonis, & ossis defuncti, rem quandam compactam mihi incognitam, quam fieri ab his improbis faminis ex quibusdam cum sanguine menstruo mixtis retulit quidam peritus exorcista.*

Præterea quasdam plumas ita quibusdam filis artificiose insertas, vt pileo, vt moris est, applicari facile possent: quibus omnibus igne benedicto combustis, & adhibitis per triduum exorcismis, & alijs nonnullis remedijs sacris, cœpit melius se habere, & carnem assumere: ita vt curatam fore existimaremus: nihilominus transactis quibusdam diebus, cum esset valde morosa, & multum plorarer, eodem lectulo denuo explorato, inuenta sunt nonnulla alia instrumenta, quibus crematis sanitati restitui visa est. Attamen in plenilunio mensis, cum plorabunda noctem totam insomnem duxisset, mane colore cinericeo fuit affecta, & ita mutata facie ab ea, quæ vesperi erat, vt esset res lacrymis magis quam admiratione digna.

Explorato denuo lectulo, inuenta sunt frustula duo nucis ficæ, & ossis alibi, nouem vel decem ossa piscium, quæ erant fabricata instar pectinum, quibus capita pectuntur, cum quibusdam corollis mira arte ex varijs rebus paratis. Quibus igni traditis, mutata domo, & pluribus alijs, & validioribus per exorcistam peritum

adhibitis

adhibitis auxilijs, Dei beneficio absque vllo remedio naturali conualuit.] Sic ille lib. 1. de morb. venefic. cap. 8. Eo lubentius verba adscripsi, quod in ijs quędam notabilia. Primo recurrere malum, de nouo signis positis, & ideo de nouo sæpius ac sæpius tollendum. Secundo ignem benedici, quo res istæ comburendæ, & simul adhiberi exorcismos. Tertio mutatio domus, quæ valde vtilis.

2. *Probatur*, conclusio communi praxi cunctorum fere vbique etiam bonæ conscientiæ & scientiæ; qui hoc modo maleficiatos sanant; & forte alius modus sanandi, vix vnquam occurrit.

Ex Sprengero & Niderio quædam exempla, *libr.* 3. retuli, vnum nunc addam, de equo, sic mire magico maleficio cruciato, & sola nodi solutione sanato, quod narrat, quadam epistola insignis medicus Balduinus Ronsseus *a*, his verbis; *Iam ad aliud digrediar, quod consulari huic viro contigit, Is in suburbanum profectus, cereuisiariam quandam tabernam præteruectus, vidit aliquot multis nominibus sibi addictos; statuit igitur eosdem admonere debiti, atque ni persolutum curarent, in ius vocaturum minatur: excusant alij moras, alij quibus ingenium hominis mite prorsus perspectum esset, rogabant aliquantulum temporis concederet, atque inter hos prorupit quædam toruo vultu, fixis interram oculis; quæ calcitrantem, cui insidebat equum admirata, sicuti videbatur, rogat quonam pergat, atque interim monet, ne quid nimis equo suo confideret. Subridens ille, ecquid (inquit) putas mihi incognitam equi huius indefessam virtutem, qui eo ad decem & eo amplius milliaria citra vllam defatigationem vti consueuerim? Respondit illa, vereri tamen se, ne ferendo sit. Vir anilem subesse fabulam suspicatus, subdit equo calcaria, qui præter consuetudinem iam primum ad motum pigrior, progreditur quidem, sed labascentibus quodam modo, ac titubantibus pedibus. Admiratus igitur hanc subitam equi debilitatem, domum redit, equum manu pedetentim ducēs, accirique iubet ex tempore Veterinarium, is cum sudore madentem videret equum, rogat num quid defatigatus fuerit, vtrum post diuturnam quietem subito exstimulatus ad cursum, & num à concitatiore cursu confestim biberit, & alia huiusmodi, quæ iumentis morborum origo esse solent: & cum nullam euidentem causam ad morbi huius generationem facere animaduerteret, rogat vt suæ fidei committatur equus, pollicetur interim, se suo non defuturum officio, atque omnem moturum lapidem, vt cognito tandem morbo, eidem auxiliares adferat manus. Conceditur Veterinarij fidei equus, atque ad eundem instabulum deducitur, vbi equus doloris vehementia exagitatus, pedibus humum scalpens, protinus interram deuoluitur crebra trahens suspiria. Veterinarius consilij pene inops, animo voluens quot quantisque casibus morbosis impetantur equi, venit illi in mentē eosdem, aut, propter emphraxim, vt vocant, aut quoties suo tempore locium non reddiderunt, grauissimis subiacere periculis: experiundum igitur censuit. num quod vitium in ano aut vesica esset, manum ergo anum ingerit, perscrutaturus num quæ materia in eo contineretur, quæ huiuscemodi accidentia parere posset, consueuerunt namque equi, quibus durior est aluus, & quorum anus scybalis quibusdam præcluditur, ex qualibet causa volutari, ac sudori perfundi: &, cum nihil tale reperisset, equi membrum genitale aut penem attrectare cœpit, quem manu eductū, vidit arctissime, atq; intricatissime colligatū esse: tentat igitur primum nodū vnguib. dis-*

a medicæ venationis ep. 50.

soluere

soluere. sed frustra, nexuum enim capita cum occulta essent, obliquisque inuolucris varie inter sese abdita, ferro tantum dissolui poterant. Erat autem nodus hic maleficia arte, vt suspicantur omnes, contextus ex cannabis radicibus, in hoc Gordium superans nodum, quod hic ex corni papyro pliabili, & in omnem partem flexili connexus esset, ille etiam ex ipsa radice dura & ad complicationem rebelli. Nodo igitur dissoluto profiliit protinus equus, atque per totium maxima copia concreti sanguinis reiecta, conualuit quidem, verum ita vt ad pristinum illum suum vigorem numquam redierit.

Arbitror hanc maleficam, intempestiua in compotatione interpellatoris molestia in bilem prorupisse, & obmurmurato carmine, per dæmonem curasse, equi membrum sic vinciri; idque sentientem equum ita calcitrasse: mox obscænam illam prodijsse in publicum, & quæ narrata miscuisse colloquia. Neque hic vllum erat naturale remedium aliud, quam si nodus ille dissecaretur, sic etiam in maleficio lactis furaculo, non aliud ferè præsentaneum occurrit, quam si vtres coriaceos; in prata vel stabula missos, vbi armenta vaccarum degunt; deprehendas, & remoueas, dissecesque. Monet me series epistolæ illius Ronssei, vt adijciam quod ille præcedenti historiolæ subiecit: *Quid* (air) *hic commemorem vtres illos emissitios, ad anatis similitudinem ex corio consutos, quos vulgus*, lite latas, *vocat, quibus ad emulgendum in pratis lacte vaccis vtuntur? nam quantumuis eosdem hactenus, pro anili quadam fabula atq; meris nugis æstimauerim; Neostadij tamen ad Lenum, quod nunc Landstrostum appellatur, fortuitus quidam euentus docuit rem esse nimis quam veram, & in hominum perniciem excogitatam: quando sub annum ni fallor 1553. miles quidam probe potus ex pratis in ciuitatem per Lenpontem sese volutantem vtrem vnum obuium habens, nescio quid antea stomachatus, educto gladio medium dissecans, totam plateam lacte repleuerit: adeo vt facti rumor per totam ciuitatem dispersus, omnes quotquot essent ciues; rei nouitate obstupescentes, ad spectaculum alliceret: atque vt ita factum esse multi fide digni ciues mihi retulere, qui suis oculis ea se vidisse testati sunt. Huc accedit, quod audiuimus* Godelam, *quondam*, Kukers, *palam confitentem, vtrem hunc emissitium à se consutum atque emissum fuisse, ac non raro magnam lactis copiam ad se detulisse.*

Quis asseueret non licere tales vtres perdere, ne fructum vaccarum perdant armentarij? si vtrem perdere licet, cur non & nondum illum soluere? si nodum, cur non & ollam sublimarem effodere?

3. *Probatur*, conclusio valida ratione, nulla in hac amotione illicita intercedunt: licita itaque est amotio. Antecedens probatur enumeratione omnium actuũ: qui hic reperiuntur, hi actus vel sunt interni animi, vel externi verbi & operis. Animi interni actus sunt tres, primus desiderij, vt sanitas reddatur & cesset nocere dæmon: & ad hunc finem; vt tollatur conuentio malefici & dæmonis de nocendo: & quia hæc pactio dependet à signo, cupere proinde ipsum signum tolli ac destrui, proximus actus est opinionis, siue credulitatis humanæ, quod videlicet opinor seu credò probabiliter, cum sublatione signi pactum cessaturum, & cum pacto noxam, & sic noxa cessante sanitatem reddendam. Tertius est, spes sanationis & cessationis. Verbi externus actus, rogare maleficum, vt signum tollat, & nocere per dæmonem desinat.

Operis

Operis externus actus est, ipsa signa tollere & destruere. Sed omnes isti actus, siue singulos spectes, siue cunctos simul copulatos, liciti sunt, & superstitionis expertes, licita igitur, & superstitionis expers est, tota hæc amotio cum spe tollendæ noxæ. Maior probatur, quia nihil aliud intercedit in re tota. Minor vero, *de desiderio*: quia licitum, immo & meritorium est desiderare suam & aliorum sanitatem: quare & desiderare impedimentorum ablationem, & mediorum ad id vtilium adhibitionem. Medium verò ad hunc finem, est maleficij cessatio, ad cessationem, medium est causa aliqua cur dæmon velit à noxa inferenda cessare: ad hanc causam auferendam, medium est, infringere pactum, ex quo nocet: & quod, nisi fuisset cum malefico initum, non nocuisset, pacti istius duratio, commensurata est, dæmonis voluntate, ipsius signi durationi, quare medium destructionis pacti, est destructio seu amotio signi: atque ita: à primo ad vltimum, destructio signi, est medium necessarium sanitati recuperandæ, quare sicut licitum est sanitatem desiderare: sic & licitum est signi distructionem desiderare. Probatur etiam minor, *de opinione*. quia opinari cessaturum maleficium cessante pacti signo, non est illicitum, nec vanum, non illicitum, quia id fidei nó repugnat, nec vlla lege prohibitum est, non est vanum, quia nititur rectæ rationis coniecturis, valde enim verisimile est dæmonem tum cessaturum: primo quia ad nocendum impulsus fuit pacto, quod iam cessat. secundo, quia nihil supereſt, cur hac in re à malefico honoretur, tertio quia si promissis steterit, maleficum arctius sibi deuincies: & plures alliciet, *De spe*, quo-

A

que probatur, quia hæc nihil est aliud, quam desiderium boni cum opinione euentus, quare quod merito opinor euenturum mihi bonum, id licite spero: si bonum sit ex rerum numero, quæ licitè desiderantur. Ex his patet de actibus externis, nam quod licet cogitare, licet loqui & quod licet concupiscere, id licet petere, quare si possum desiderare à mago sanitatem, & opinari me ab illo consecuturum, possum etiam ab eodem illam petere: & quia desidero consequi modo licito, possum petere sub tali modo; vt manifestum est. Denique quoad actum externum, res quoque aperta est, actus iste est amotio signi: sed in hac amotione nihil illicitum est, ex parte intentionis, nec ex parte petitionis, vt probatum: ergo nec ex parte executionis, Consequentia probatur, quia executio nihil addit illiciti, nec superstitiosi, quia nec ratione intentionis, nec ratione operis, quando scandalum abest: de quo non est quæstio, sed abesse præsupponitur.

B

C

Dicunt aduersarij, *ratione operis id fieri*, quia semper sit tacita quædam honoratio, seu inuocatio dæmonis. Quod falsum esse, sic ostenditur, opus illud amotionis signorum: nec est dæmonis inuocatio vel honoratio ex natura rei, vt per se patet: neque etiam ex intentione maleficium amouentis, quia non intendit hæc ratione dæmonem honorare vel eum inuocare: sed intendit inuocationem per magum signo posito factam impedire: nec etiam intendit comprobare pactum magi cum dæmone, vel quicquam operari ex illo pacto: nec dæmonem inducere vt illud pactum cum mago seruet, sed solummodo intendit pactum illud nocendi rescindere, & annihi-

D

E

lare, neque etiam dici potest esse honoratio, vel inuocatio dæmonis ex pacto aliquo præcedente eius qui petit amoueri, quia iste nihil expresse vel tacite cum dæmone pactus fuit, ne id quidem vt sublato signo desinat damnum dare: neque etiam ex errore opinionis, quia non tollit idcirco quod putet illis rebus vim inesse sic nocendi, sed quod existimet quamdiu hæc posita manebunt, dæmonem, Deo permittente, nocere posse: & propter pactum cum mago initum nocere velle, & eadem ex causa signo sublato à nocendo desistere velle: quæ omnia docet experientia esse verissima. A

Dices fortè, dæmon idcirco nocere desinit, quia sic existimat se honorari. *Respondeo*, etiamsi ille putaret se honorari, quamdiu, nec res talis est quæ natura sua honorem tribuat, nec adest vlla intentio honorandi, in eo qui remouet, parum refert: nec propterea dici quis potest dæmonem honorare. Deinde nec verum est ideò dæmonem cessare: potius cessat, vt pactum cum Mago seruet, & sic eum sibi deuinciat, & alios alliciat, & alias ob causas, vt dixi. B

Probatur conclus. 4. Maleficus male facit ponendo, ergo bene facit tollendo. Respondent non sequi, quia etiam in tollendo est superstitio, propter tacitum pactum, quod tum iterum censetur inire cum diabolo, propterea quia tollit cum spe cessationis. Sed contra: res ipsa sine spe non includit pactum, (verbi gratia, si rusticus vel puer tollat omnino ignarus positum ad nocendum à magis, iste nullum tacitum haberet pactum, vt pater: attamen dæmon cessaret à nocendo. nec spes ista, (vt probatum) per se superstitiosa vel illicita est. C

Probatur 5. Licet declinare à loco, vbi positum est signum, spe euitandi malum: licet etiam vitare personas, à quibus quis metuit lædi maleficio, ergo licet etiam remouere signum cum eadem spe. Nec satisfacit solutio negantium consequentiam: eo quod fuga à loco noxio si naturaliter ordinata ad euitationem mali, in quod quis incideret, si eum locum pertransiret: signi autem amotio ad hoc naturaliter nullo modo sit ordinata, nihilo magis quam signi positio ad malum. D

Non, in quam', hoc satisfacit, quia ratiocinantur à naturali causa ad moralem, argumentum verò procedit de eadem causa in vtroque, ideo sic confirmo argumentum, si sciam posito veneno aliquo naturali locum esse noxium, licet mihi ab illo declinare, vt effugiam, ergo licebit etiam mihi venenum illud ab illo loco tollere, ne quem amplius lædat. Valet hæc consecutio? progredior, igitur similiter, si scio sublimine positum maleficium, vt quicumque limen illud calcauerit, moriatur: licebit mihi per aliam domus portam egredi & limen vitare: ergo licebit mihi quoque maleficium illud sublimine positum amouere. Omnino enim similes sunt hæ consecutiones, nam sicut in priore vtraque res naturaliter ad salutem ordinatur: sic in posteriore vtraque æquali modo moraliter ad eandem ordinatur: & sicut se habent amotio & fuga, naturalem ad causam: sic etiam se habent amotio & fuga, ad causam moralem, quale est signum, ideò si rectè argumentamur à fuga causæ naturalis ad eius amotionem, etiam recte argumentamur à fuga causæ moralis ad eius amotionem: neque in eodem causæ genere vllum discrimen est fugæ & E

amotio

amotionis, ſicut enim fuga perſonam remouet à loco noxio, ſic & amotio rem remouet ne perſonæ in loco queat nocere.

5. Licet maleficos de medio tollere, ea ſpe & deſiderio, ne hominibus amplius noceant per diabolum, vt eius viua inſtrumenta: licet ergo ſigna quoque maleficorum tollere, ne per diabolum illa amplius noceant, vt eius muta & fictitia inſtrumenta moralia, ſicut enim tubæ, & tympana, & vexilla in bello, ſunt quædam moralia inſtrumenta militiæ, ſic huiuſmodi ſigna ſunt quædam quaſi nequitiæ & malitiæ diabolicæ inſtrumenta, non operantia, ſed eam ad operandum excitantia. Huic argumento nondum reſponſum eſt, ab ijs qui contra ſentiũt. Nam quod vim argumenti & ſimilitudinis poſitam putant, in ratione tantum ſigni, & maleficos dicant non occidi, vt ſigna diaboli: hoc eſt, παρεργον.

6. Poſuit maleficus ſignum? quid eſt facturus? ſi tollit ſecundum vos peccat: ſi non tollit, verè & grauius peccat? quia relinquendo manet cauſa damni proximorum, perplexus ergo futurus eſt, quem contra religionem, iuſtitiamve peccare neceſſe. *Reſpondent*, relinquere debere & pœnitere, nec peccaturum relinquendo, quia relinquendo non eſt cauſa nocumenti, ſed eius cauſa fuit ponendo illud & paciſcendo cum dæmone. Reſtare ergo illi, vt pœnitens Deum oret, reprimere dignetur diaboli poteſtatem. *Contra*: ſicut peccauit cauſam dando, cur inciperet alius lædi: ſic adhuc cauſam dando, cur pergat eum diabolus lædere: ſicut poſitio vel ligatio fuit cauſa inchoati damni: ſic relictio ligaminis ſiue non amotio, cauſa eſt continuati damni, ergo ſicut tenebatur impedire, vel tollere cauſam ne damnum inciperet inferri, ſic etiam tenetur ne illud vlterius proſerpat, vel diutius duret. Quod ſane clariſsimum eſt in maleficio, quod effectum habet ſæpius renaſcentem, verbi gratia, maleficium ſterilitatis primo anno nocuit tot equis, tot vaccis &c. 2. anno iterum nocebit forte pluribus, ergo ſi tenebatur impedire damnum primi anni, cur non & ſequentis? Confirmatur, in foro exteriore damnaretur ad omnia damna illata reſtituenda, quamdiu illa inferrentur, & tam de damnis annorum ſequentium quam primi: ſi diuerſis actionibus ageretur de ſingulorum annorum damnis, ſed hoc, quia peccat contra iuſtitiam, & eſt efficax adhuc cauſa damni. Ergo in foro etiam interiore adhuc peccat: quia tenetur facere, quod probabile illum eſt poſſe facere, probabile autem eſt illum tum tollere debere, vt proximi damnum impediat, quia communis hæc eſt ſententia optimis fulta rationibus, vt oſtendimus.

7. Si duo reges ſic inter ſe paciſcantur, vt columna ſeu turricula quapiam ſtante erecta, ipſi ſibi mutuo auxilium ferant contra tertium regem aliquem: ſi tertius iſte pacti gnarus, vt illi deſinant ipſum bello inteſtare, turriculam illam vel columnam deijciat, & demoliatur: non dicetur ille tertius propterea conſentire in illorum fœdus, neque cum ipſis, vel eorum altero: qui fortaſsis illum admonuiſſet: pactum vel ſocietatem inire. Igitur nec maleficiatus dicendus eſt cum malefico vel dæmone propterea ſocietatem inire, quia deſtruit ſignum, quod illi depacti, vt à nocendo

ceſſet dæmon. Nec quicquam habet verisimilitudinis quod reſpondent, etiam hunc tertium cum prioribus pactum inire, quia beneficium ab illis exſpectat. Nec enim vſquam vel apud Iuriſconſ. vel apud Theologos, inuenias talem pacti vel ſocietatis ineundæ formulam aut genus, deinde deſtruendo turriculam illam, potius pactum prius inter duos initum ſoluit, adimpleto termino: ſic etiam remoto ſigno pactum dæmonis & magi conditione ſublata expirat. ſoluit ergo iſte remouens pactum alienum, nec ipſe nouum init.

8. Si quis cum hoſte foret pactus, vt ſuſpenſa de muro flammula candida, accurrat, & portam occupet, vrbeque potiatur: & tertius quiſpiam ciuium hoc reſciſcat: nonne tollere licebit, immo merebitur ſi fecerit? quis quæſo illum proditoribus conſentire dicat? rectè æſtimantes iudicabunt, eum pacta conuenta eorum non ſtabiliuiſſe neque approbaſſe, ſed abominatum ea reſcidiſſe. Cur igitur non eadem ratione & iure, qui reſciuit pactum dæmonis & malefici de olla in familiæ perniciem defoſſa: poterit illam tollere, & tollendo cenſendus erit ab eorum pacto alienus? an cum ille non conſentiat proditioni, qui illam deſtruit: huic cenſendus conſentire maleficio, qui illud deſtruit?

Denique vt ſemel finiam (tædet enim tam multas ſoli faces admouere) licet omnes conatus ſimiles dæmonis impedire, ſi incantamentis aliquis dæmonem ad nocendum inuitaret, rectè faceret, qui murmuranti os pugno obturaret, ſi per ſcripturam & characteres id conaretur, laude dignus eſſet, qui diſſiparet & conſcinderet membranulas, cur non idem ius conceditur in ſignis poſitis, quæ ſimiliter dæmonem ad nocendum pelliciunt? ſicut ergo poſſum impedire, ne verbis vel characteribus magus conſequatur effectum à dæmone, potero etiam ſigni alterius deſtructione id ipſum perficere.

§. III. Reſtat reſpondeamus obiectionibus, quæ quod multæ ſunt, & prolixæ, cogent nos etiam, quam vellemus, eſſe prolixiores.

Ad 1. *Reſpond.* non fieri ſufficientem enumerationem partium, ſanitas enim exſpectatur à morali cauſa, nempe amotione ſigni, ſicut in exemplo proditorum (de quo egi in probatione. 8.) liberatio non exſpectatur à Deo, vel Sanctis, vel natura, vel proditoribus immediate, ſed à ſigni amotione. Sed vrgent, ſaltem mediate exſpectatur à proditoribus, ergo & ſanitas hic mediate exſpectatur à dæmone. Sed hoc eſt ſuperſtitioſum quia eſt perinde facere ac ſi dicas: præſta quod promiſiſti, pactus eſt amoto ſigno te ceſſaturum eſſe amoueo: teneris ceſſare. *Reſpond.* negando minorem, & eius probationem, immo perinde eſt facere, ac ſi diceres: pactum tuum primum cum malefico conuentum exſtinguo: ſignum quod nocumento inferendo præſtituiſti comminuo, & perdo: non eſt quod noceas, amplius nocere non teneris. Si pergant inſtare, ſaltem exſpectat mediate ſanitatem à dæmone. *Reſpond.* exſpectat, non à poſitiua aliqua dæmonis actione, ſed à priuatione actionis eius ſiue à ceſſatione, non enim exſpectat, vt dæmon aliquid faciat, ſed vt deſinat facere, ad faciendum alliciebatur ſigno, ſperat illo ſublato, non allectum amplius, deſiturum nocere: vt amoto obiecto concupiſcibili, quis vt plurimũ deſinit cõcupiſcere. Effectũ ergo exſpectat priua-

tiuum:

tiuum; quem à dæmone non est illicitum exspectare, alioqui non liceret exspectare dæmonis fugam ex obsesso, cessationem à tentatione, & similia, ad quæ pie vtimur aquæ lustralis aspersione, reliquiarumque & agni Dei gestatione. Duntaxat ergo illicitum est, exspectare effectum priuatiuum à dæmone, vi alicuius pacti conuenti cum dæmone: quod hic nullum est.

Ad 2. Negatur antecedens: ad probationem eius dico: si maleficus vnicum fecerat pactum? tollens, miscet se destructioni illius pacti, non conseruationi, quia destruendo signum, facit vt pactum cesset, si duo fecerat pacta, non immiscet se secundo, quia non petit, vt diabolus vi secundi pacti desinat; sed destruendo primum pactum, virtualiter (vt dici solet) etiam destruit secundum, de quo non cogitat. si vi secundi pacti vellet dæmonem cessare, valeret argumentum. *vide* 3. *Notabile.*

Ad 3. Dico & Antecedens, & probationem eius dissentire à vero, nam tollere signum, tantum est protestari, quod diabolus; qui Dei permissione, & non aliter, potest nocere, speretur non nociturus amplius, postquam causa ad nocendum alliciens (nempe signi positio) cessauerit: item quod aliquando stet pactis conuentis, non quia sit verax aut fidelis; sed quia censet hoc sibi esse vtile ad homines decipiendos, sicut solent decoctores minus debitum exsoluere, vt in grandiori summâ creditoris simplicitas abutantur.

Ad 4. *Respond.* Minorem falsam esse, non enim declinat ad Magos, vt Magi sunt; sed vt sunt homines gnari eius rei, quæ vel adspectu vel auditu potuit resciri, & petitur ab ijs, non vt ex magica operentur arte: sed vt id faciant, quod quiuis rusticus & idiota posset facere; saltem quod ipsi, sine vllo nouo cum dæmone pacto, possunt perficere, & perficere tenentur, ad cõmodum proximi. Potest ergo distingui maior, scriptura enim vetat declinare ad magos, tanquam ad magos: non vero tanquam ad alios homines à quibus illicitum auxilium quis exspectat.

Ad 5. *Respon.* Aliter timeri Deum solum, aliter timeri creaturas. Deus solus timeri debet; vt omnipotens & auctor omnium, & quem nemo potest impedire, nec voluntati eius potest resistere: creaturæ timentur tanquam quæ Dei permissione nocere valent; & quia malignę sunt etiam interdum volunt: & sic Scriptura sacra non prohibet eas timeri, dæmon verò inter omnes creaturas hoc timore maximè timendus, quia & cunctis hominibus animantibusque potentior est, & nobis maximè infestus, &, exigentibus peccatis nostris sæpissimè permittitur à Deo nos grauiter lædere, vt constat de Iobo, maritis Saræ, Achab rege, & alijs. Nonne licet timere sicarios, latrones, calumniatores? nonne licet fugere à domo dæmonibus infestâ? cur talis fugit, nisi quia dæmones timet? tolle timorem, fugam sistet.

Ad 6. Negatur antecedens, impropria enim & falsa locutio est, amotio signi est signum, non magis certè quàm homicidij actio est homo, sicut enim homo erat ante occisionem; sic signum erat ante amotionem, nec iuuat comparatio illa baptismi, nam nec ipsa aqua est Sacramentum, nec ipsa ablutio: sed Sacramentum, fit quando ad elementum, verbum cum actione accedit, ablutio materia proxima Sacramenti est, non Sacramentum. *Dicas*: saltem est ali-

quid pacti. *Respond.* sicut ablutio non est aliquid Sacramenti, nisi abluens intendat baptizare : sic, nisi ponens vel tollens signum, intendat ex condicto ponere vel tollere, nunquam positio vel sublatio erunt aliquid pacti.

Ad 7. Negatur consequentia, idcirco enim desinit nocere signo sublato, non quia per hanc amotionem grauius vulnus infligit animæ tollentis: sed quia sperat vel maleficum in alium sortem (vt vocant) translaturum, cum nouo suo lucro; vel sic plures se sibi adiuncturum, videntes eum promissis stare. Præterea esto hoc diabolus speraret; sæpè spes illum fallit, & vnde compendium exspectabat, dispendium patitur. Denique D. Leonis illa auctoritas parum aptè adducitur, cessatio enim à nocendo beneficium non est diaboli, sed Dei & hominis tollentis signum: sicut non est beneficium proditoris, quando ablato signo desistit à proditione peragenda: neque qui tollit vllo modo dici potest, hoc beneficium à proditore exspectare.

Ad 8. Concessa maiore, quæ verissima est; Negatur Min. omnino enim hoc volunt, quotquot nobiscum sentiunt; & quia hoc ex eorum doctrina sequebatur, ideo non dixerunt expresse. Neque enim putabant quemquam adeo moralium rerum fore rudem, vt negaret, primò ipsum maleficum, qui posuit teneri signum, quod nouit, tollere; si nequit aliter damnum impedire: sicut, qui diabolo inuocato verbis vel scriptis nocet, tenetur cessare ab hac inuocatione, non tantum quia superstitiosa est inuocatio, sed etiam quia proximo pernicioſa est. Nec vllo modo puto tolerabilem esse contrariam sententiam in praxi, nec absoluendum qui nollet cessare, vel signum tollere, sicut non est absoluendus, qui alicubi malleolos reposuisset, incendium sparsuros, nisi illos velit amouere. Eadem namque ratio est, sicut malleoli efficaciter sunt nocituri vi naturali; sic etiam signa hæc æque efficaciter nocitura sunt vi morali, siue vi pacti conuenti. Neque hic quærendum, qua vi damnum inferendum, sed an inferendum? & æque iniusta est illatio per vnam vim, atque per alteram, sicut malleolis inest vis ignea; sic censetur signis alligata vis siue actiuitas diaboli, multo promptior & fortior ad nocendum. Si verò tenetur maleficus tollere, quod posuit ex lege iustitiæ; tenebitur secundò alius, qui positum resciuerit, id tollere, saltem ex lege charitatis.

Ad 9. Respond. id, si fiat seruatis circumstantijs, quas requisiui, *supr. lib.* 5. nec superstitiosè, nec impudenter; sed sapienter & honestè fieri, à iudicibus etiam maximè timoratis. Victoria verò loquitur de expulsione dæmonis ex energumeno, quod non facit ad rem: vt nec totum argumentum, quia depilatio illa non est ablatio signi, cum pili non sint signa maleficij, sed latibula.

10. *Argum.* Multis peccat, primò quod contradicit sententiæ, quàm eo nituntur probare. Nam si defensores contrariæ sententiæ censent; non esse licitam, amotionem vllam, vt eos sentire patet; ex argumento sequitur, duntaxat aliquam esse illicitam, nempe destinatam huiusmodi dæmonijs ejiciendis: quia tales dæmones aliter ejici nequeunt. Si ergo ejici possent per amotionem, licita foret amotio, iam non ergo omnis amotio illicita foret. Sin verò dicam, se non contendere v-

niuersalem negationem; (Nullam amotionem signi cum spe cessationis esse illicitam:) sequitur non omnem amotionem huiusmodi esse superstitiosam; quod cæteris omnibus argumentis suis probare nitebantur, repugnat ergo hoc argumentum alijs omnibus, quia subuertit commune cæterorum fundamentum. Secundò sensus verborum Christi non est, non aliter ejci, sed non aliter rectè reijci efficaciter. Nam Apostoli non querebantur se vsos malis medijs, quod non est credendum; sed se ejcere non potuisse, conatus enim Apostolorum non fuerat illicitus, sed fuerat irritus, & hoc scire volebant; cur efficax non fuisset in hoc energumeno, quemadmodum solebat esse in cæteris, responsum illis, id accidisse, quod orationem & ieiunium non adhibuissent; quæ talium dæmoniorum pessimorum, quorum inueterata possessio generi expellendo necessaria ipsis erant. Tertiò dæmon non exit ad signi amotionem, nisi quando erat ingressus ad signi positionem: quod Deus nonnunquam permittit, Quando autem propter hominis peccata Deus permisit operâ malefici dæmonem ingredi; tunc licebit signum tollere, non secus ac in reliquis maleficijs. Quartò plus probat argumentum quam opus sit: imò & illud; (si valeret) nec exorcismis ejci licite posse: si tantùm ieiunio & oratione tales licet ejcere. Denique non potest nobis constare, an ex hoc genere sit dæmon, an ex alio: ideo, durante hoc dubio, licebit signum amouere.

Ad 11. Dico exemplum illud S. Hilarionis duntaxat probare, quod, qui Hilarioni sanctitate & dolo miraculorum sunt similes; aut quando aliquod scandali, vel superstitionis augendæ subest periculum; debeant id facere, quod ad maiorem Dei gloriam tendit; vt est dæmonem oratione ejcere: non verò probat, quod eo periculo cessante, aut quando quis non est, certus de dono miraculorum (vt hodie certi nulli sunt, in his partibus, vbi fides propagata) non liceat illi vti remedio, quod ad manum est, & experientia frequenti comprobatum nouit. Metuebat autem D. Hilario, non, ne dæmon hoc pacto solitis incantationibus recederet, sed ne populo videretur ijs recessisse: imò neque hoc simpliciter verebatur, sed alternatiuè; vel hoc, vel ne videretur ipse dictis diaboli fidem habuisse; qui negabat aliter se expelli posse, nisi signo prius ablato: Quod falsum erat, vt D. Hilarion ostendit, & quia sponte ingressus, sponte remanebat: nec eum cogendi vim vllam magica illa signa obtinebant.

Ad 2. Respondeo verè hoc argumentum esse nullum, & ab auctoritate negata, non ab auctoritate negante. Nam si vel Hincmarus (cuius ille est Canon) vel alij patres censuissent, hoc remediũ esse illicitum, non fuissent contenti silentio prætermittere, quod vsu sciebãt: frequentissimum: sed differtè prohibuissent, vt solent similia, sic enim quia purgationes per monomachiam, per ferrum candens & similes, erant in frequẽti vsu: ideò expresè illas prohibuerunt, summaq; semper Ecclesię cura fuit, vsitatas superstitiones nominatim damnare. Inter licita verò remedia non meminerunt amotionis: quia de remedijs Ecclesiasticis & diuinis agebãt; istud autem est merè humanum remedium, & quod ipsa ratio ac natura vnumquemque docet, nam & bruta norunt abijcere & repellere, quæ noxia sibi norere.

Ad 3.

Ad 3. Respondeo diabolum signis non esse alligatũ naturaliter: sed mortaliter ex hypothesi, quod vult stare pactis conuentis. Nec verum est semper illum posse nocere sine signis magicis, sæpe enim, immò ordinariè Deus permittit illum multa facere per maleficos, & signa malefica: quæ non permittit illum immediatè facere, *a* Vnde non est absurdum existimare, quod quando Deus illum permisit, mediante signo nocere: non possit dæmon nocere signo destructo, quia Deus tunc videtur permissionem suam sic limitasse. Non tamen hinc sequitur Deum habere pactum cum dæmone, sicut nec Rex pactum haberet cum rebellibus, si ijs non resisteret cum filio suo rebellionem mouentibus, præsumptio quidem aliqua hinc in foro, vt vocant, fori nasceretur reuerâ tamen pactum conuentum propterea nullum intercederet, sed permissio duntaxat & conniuentia probaretur.

a Vict. relect. de Magia circa fin.

Ad vlt. Respond. Negatur consequentia, quia nemo scit, an Deus diabolo permiserit nocere post signum destructum: & quia possumus ex frequenti experientiâ colligere, vel Deum id ei non permisisse, vel saltem reliquisse eius arbitrio, vt adhuc noceat, vel cesset nocere, si velit: ideò possumus hoc experiri & signum amouere. Recurrendum quidem ad Deum; sed non propterea prohibita sunt remedia humana. Porrò ex his patet, quod cum signũ amotum est, vtile etiam & licitum esse, illud comburere maximè igne benedicto, & in loco sacro: nam hæc loci & ignis circumstantia etiam dæmoni est odiosa & metuenda. Addit Zachar. vicecomes in actis exorcistæ complemento pag. 76. simul cum signo comburenda aliqua benedicta, vt ramos oliuarum, thus, hypericon, &c. quod mihi non probatur, vt superfluum, & de superstitione suspectum, cum sufficiat signi amolitio & destructio.

SECTIO II.

De remedijs naturalibus contra maleficia. §. 1.

VLTA de his more suo Grillandus *quæst. 2. à. num. 3.* in cuius sententia quid vitandum docebunt sequentia. Theologi quidam vim omnem adimunt naturalibus medicamentis: medici plerique magnam nimis tribuunt; & quædam memorant, vt naturalia, quæ quibusdam queant esse suspecta, mihi pronunciandum vetus N. L. de multis. Non assentior ijs, qui omnem omnino efficientiam rebus corporatis in dæmones tollunt; nec ijs etiam, qui directam vllam vim naturalem in dæmones concedunt, vt videntur concedere Faius, Petr. Gregorius & alij: *a* sed ijs assentior, qui secundariam & indirectam tantum tribuunt, quæ sententia peritiorum medicorum & Theologorum fuit, *vt Paris. lib. de vniuers. Dionys. Carthusiani in Tob. c. 8. Francisc. Victor. relect. de Magia quæst. 6. Zachariæ vicecomitis d. operis part. 1. tract. de remedijs corporalibus. Lulli libro 2. de quinta essent. Leuini Lemnij lib. 2. de occult. natur. mir. Francisc. Valesc. cap. 28. sacr. Philos. Bapt. Codronchi. Cæsalpini & aliorum mox citandorum*: nulla enim naturalis corporeæ rei vis est, quæ dæmoni possit præualere, aut directè in illum aliquid agere; *cui nulla super terram potestas est, quæ comparetur: qui factus est, vt nullum timeat.* teste sacrâ Scripturâ. *b* Sed concurrente naturali, agente causa supernaturali, Deo vel Angelo; agere res corporea

a Faius in Energum. Pet. Greg. in Syntax. Franc. Georg. in Problem.

b Iobi. 41. v. 24.

potest

potest in dæmonem, eumque pellere & etiam cruciare: verum tum agens primarium & directum, est supernaturalis illa causa: secundarium vero & indirectum est, corporeæ rei vis naturalis, illi à Deo initio creationis insita. Hoc ergo in sequentibus remedijs semper ante oculos habendum, nec eorum vis vlterius extendenda. Adscribam autem illa, vt mihi colligenti occurrent. *Lapidibus & herbis*, vim aliquam tribuit canon. *dæmonium 26. quæstione septima.* Et sane de multis mox subiungam. radices varias commendat Ioseph. & in his *baaras*, sed modus euellendi, & alia quædam quæ addit suspectam rem reddunt, *lege libro octauo antiq. capite secundo. & libro septimo. bell. Iudai. capite vigesimo tertio.* à *Thapsia*, dæmones fugari scribit apostata fidei Amatus Lusitanus *in Dioscor. libro quarto.* Plinius dæmonum ludibrijs ardis, *pæoniam*, commendat, sed *nigram libro vigesimo quinto, capite quarto.* Veneficia depelli, *rhamni*, ramo ad valuas & fenestras posito, vt fama celebre, scribit Dioscorides, *libro primo cap. 110.* confirmat Bionis exemplum, *sed lauri additis foliis*, apud Illustrium, *in eius vita. Verbascum.* valde commendat botanographus Apuleius, *lib. de virtutibus herbar. capit. 71.* Ouidius, libro sexto. Fastor.

Spinam, quatristes pellere posset
A foribus noxas (hæc erat alba) dedit.

Moly seu *rutam agrestem*, multi ad hoc commendant, *Homeræm Odyss. x. & ibi Didymus. Scholiast. in Plutum Aristophanis, Plinius libro vigesimo quinto. capite quarto.* Scyllam in limine ianuæ suspensam Dioscor. laudat *libro secundo. cap. 168.* pellem capitis lupini affixam villæ A valuis vel lupi rostrum Plinius, *libro vigesimo capite nono.* Alyssum in domo appensum idem. *libro decimo tertio capite quarto.* Alij (apud Codronchum) plurimas alias herbas, rutam *Aristot. Problem. 34. Dioscor. & Plin.* Hypericon, quod ideo vocant fugam dæmonum: *verbenam*, quam ideo herbam sanctam veteres dixere, *Dioscor. lib 4. cap. 56.* Herbæ Paridis semen non minus XX. diebus in pondere drachmæ quotidie illitum, *Pandectarius.* Antirrhini seu Lychnis agriæ ad collum appensio, *Matthiolus lib. 4 cap. 129.* Artemisia, *auctor lib. simplicium 25. capite decimo.* Abrotanum, *Plinius li. 21. ca. 2.* Mythridatium, Scordites, Centaurium, Sabina, palma Christi, Asteratticum quæ & Bubonion, Aristolochia, tussilago, *Dioscoridi & recentioribus*, & ijsdem saluia anethum, marrubium, fæniculum, chamæpytis, quæ & Iua, cyclaminum, allium, ruta capraria, & cupressus. Quinetiam in *humano sanguine*, vis aliqua naturalis indirecta inesse potest; vt menstruata muliere agros circumeũte noxia vermina necari cẽsuere Dardani sectatores apud Columellã. & Lud. Banairolus scribit, *Ennead. muliebri. cap. 2.* si menstruo cruore domus alicuius postes inungantur, dæmoniacis Magorum artibus & insidijs aditum omnem præcludi; & apud Mich. Isselt. anno 1586. legitur, in Liuonia fuisse locum, vbi nymbis, tonitruis ac tempestatibus dæmonia truculenter grassabantur, nisi in lacum quendam innocuus infantulorum cruor à rusticis infunderetur. Posterius hoc aperte Satanicum: priori aliquid phylicum inesse potest, sed indirecte agens. Sed nõ iniucũdum erit si adscribam, ex Balduini Ronsæi venatione nonnulla, quę vel carminis elegãtia, vel raritate materiæ, queant curiosum lectorem dele- Hist. continuationis Surij.

ctare, &, si naturæ genius faueat, ægrũ iuuare. De lupo, cecinit:

Plinius li. 20. cap. 9.

Nec rostrum virtute caret, nam munere quodam
Naturæ arcano depellit fascina dira:
Si prius exsuccum fuerit: mox hinc fuit olim
Antiquis villæ portis præfigere.
Quid quod dura cutis rigida ceruice reuulsa
Tristia dicatur depellere fascina posse?
Restat adeps pinguis celebrem Saturnia Iuno
Quem fecit populis, dum vincla iugalia curat,
Et linit obductos vittis hoc vnguine postes,
Ante venit sponsus quam optatæ ad limina sponsæ:
Hinc quondam iuuenes illi, innuptaque puellæ
Instituère lusus festos atque annua festa:
Quod lamiis, strygibusq; feris quoque sustulit ansam
Turbandi nouiter nuptos, noxamque ferendi,
Nomen & à facto sortita est Vnxia Iuno.
Quid referam cædes, aut quid data vulnera ferro?
Quidve cibis aliis dicam noua toxica mixta?
Dæmon homo est homini, sic nos væsana libido
Exagitans, semper trahit ad genus omne malorum:
Sic Stryx dira oculos, & totos fascinat amens
Artus, ac lento consumit corpora tabo.
Horrendum facinus nimium, nil tale verentes,
Promeritosue homines violentæ obtrudere morti,
Et spoliare bonis, sed magni rector olympi
Antidotos homines docuit. Nam fronti hyenæ
Noctiuagæ pellam perhibent arcere verenda
Fascina si gestet quisquam, tacitusue reseruet:
Stercora quæ reijcit violenta & morte perempta,
Ossaque creduntur magicas depellere fraudes.
Et confert catuli nigri tinxisse cruore
Interiora domus, murosque obducere rubro
Incrustamento, vel fel suspendere tignis.
Lichenes tumidos celeris dromadæ & resecare
Conuenit, & siccos seruare cubilibus amplis,
Quod Strygibus fraudes adimant, & fascina pellant.
Atque oculus dexter mustelæ includitur auro,
Post teneris digitis aptatus, reddere tutos
Dicitur à diris Lamiis Strygibusque ligatos.
Creditur à multis tortui seruata leonis
Pars caudæ prodesse viris quos fascina vexant:
Fertur quod simili vi polleat vngula pardi.

Hæc de hyena sũt super stitiosa propter conditiones requisitas licet præscriat Plinius 28. capit. 8.

Idem Ronsseus, *epistol.* 22. conatur ostendere cur asini siluestris seu onagri, nec non domestici, nulla nigredine aspersi, vngula ad effascinationem faciat: idque tribuit salaci animalis eius naturæ, & ad illud maleficium restringendum censet, quo viri velut ligati ad venerem inutiles redduntur, cõtra

hoc

hoc meleficium hyenæ neruos in vino cum thure potos præscribit Plinius, *d. capite octauo.* item rubetæ ossiculum in potu additum, *libro trigesimo secundo ca. quinto.* & Lentopodij radicem appensam Dioscorid. *libro quarto. capite* 126. Q. Sammonicus Serenus, medicinæ capit. 58.

Præterea si forte premit strix atra puellos
Virosa immulgens ex sertis vbera labris.
Allia præcepit tundi sententia Vecti,
Qui Veteri claras expressit more Togatas.

Euonymus, *in Thesauro Medico ca. de solidis quibusdam, &c.* docet confectionem electuarij ex argenti viui pulueribus conficiendi, quod fascino aduersetur. Marbodeus Gallus *a* multa de lapidibus disserens, inter cætera, de Adamante.

Et noctis lemures, & somnia vana repellit.

Thetel Iudæus, *li. de sculpturis*, eandem vim tribuit, *Chrysolitho*, mulieris figura naturaliter formato: sed & Marbodeus, de eodem:

Esse phylacterium fixus perhibetur in auro
Contra nocturnos fortis tutela timores,
Pertusus setis si traiiciatur aselli,
Dæmonas exterret, & eos agitare putatur,
Traiectum læuo decet hunc gestare lacerto.

Quid corallium:

Vmbras dæmoniacas & Thessala monstra repellit.

Quid gagates:

Idem dæmonibus contrarius esse putatur,
Vincit præstigias & carmina dira resoluit.

a in Dactilothica.

A Contra maleficos omnes morbos prodesse tradunt Dioscor. *lib. 5. ca.* 103. Plinius, *lib. 25. cap.* 10. & Mesue ad hoc laudat oleum quoddam ex Gagate, quod *sacrum*, vocant.

Quid iaspis?

Et, sicut perhibent, phantasmata noxia pellit,

Quid onyx?

In somnes lemures, & tristia cuncta repellit,

B Sic vulgo legitur, sed sensum membranæ contrarium exhibent:

In somno lemures, & tristia cuncta figurat.

Sane maleficam eius vim ipsemet indicat Marbodeus, *ca. de* Sardio, cum scribit præsente Sardyo Onycem nocere non posse, de Aëtite, & smaragdo Codronchus idem probat. Georg. Villichius, *b* de cameleonte:

C *Cammeleontis hepar tostum nicromantica pellit*
Appensum collo. De asino,
Infantum cunas pellis villosa defendit,
Horrificosque metus pellit & ista simul.

b in παντὸπλιῷ.

D In Nili flumine lapillum inueniri, qui quam primum energumeni naribus apponitur, dæmonem extrahat, ex Thrasillo scribit Stobæus.

Marcellus Empir. *lib. de medicina c.* 20. potionem præscribit contra cuncta in cibo & potu sumpta maleficia quæ ab illo peti potest: contra equorum fascinationes quasdam suffumigationes præscribit Renat. Vegetius, *lib. 3. Veterinariæ cap.* 74. Sane suffitibus dæmones expelli de corporibus, censuere Iudæi & Gentiles: *teste Iustino mart. cont. Triph. & Thargum. Chal. Cant.* 4. *v.* 6. De hyperici suffitu id testantur Lullus, *libro primo de quinta*

E

essent. & Mathiolus, *in Dioſc.* & factitant nostri exorcistæ teste Mengo *Flagel. dæmon. ex.* 3. 4. & 6. & qui modos compositionesque describit Zacharias vicecomes complementi artis exorcisticæ part. 1. cætera à reliquis, qui Æsculapidarum de gente, nos medicinam corporum non profitemur. Animarum medici vtinam simus, summi illius archiatri qui viuificat mortuos idonea instrumenta. Theologis placuit estque verisimum, corporeas res in naturam intellectualem & immortalẽ, qualis est dæmonum, nihil posse, quare censent cum Angelo *c*, lapides, herbas, particulas animantium, & alias medicinas directe & proxime nihil in dæmones operari: indirecte tamen & mediate iuuare contra eius conatus maleficos, eo quod impediunt, vel auferunt dispositiones illas, quibus dæmon vsus fuit, ob naturalem habitum corporis illius quem vexat, vel saltem inuitatus aut aditus ratione influxus astrorum, vt de Lunatico Euangelico Origenes & Hieronymus censuere *d*, vel ratione complexionis atrabiliariæ, & similium causarum, consideratio ista dispositionum vel amicarum, vel odiosarum dæmoni (odiosæ fuere in his duabus Iosephi & Tobiæ narrationibus) magis consentanea est philosophiæ, quam quod Drusus opinatur dæmonem fugatum dumtaxat ratione symboli & significationis per Hepar & cor illud repræsentati, si dæmon dumtaxat vsus fuit efficacitate agentis naturalis, nec de suo addit malitiæ aliquid artificiosa commixtione, vel industria sibi nota & hominibus incognita, vel fractura & continui solutione, vel detorsione occulta: tunc posset fieri, vt totum maleficium naturalibus, quæ medicorum ars approbat, remedijs tolleretur. Sic interpretor sententiam Richardi Mediauillani, qui censet maleficium naturalibus remedijs aliquando in totum superari posse *e*. Si verò quid huiusmodi immiscuit (vt solet) remedia hæc naturalia ex parte poterunt iuuare, in totum iuuare non poterunt, ratio diuersitatis est, quia priore casu poterunt illæ dispositiones in totum illi, quibus dæmon vtebatur: posteriore possunt ex parte tantum tolli, vel ad tempus impediri, & sic etiam actio dæmonis priore casu in totum tollitur, posteriore remittitur dumtaxat & ad tempus impeditur. Deinde dæmon, etiamsi vsus sit solis venenis naturalibus, solet nonnunquam, vt potest, vim remediorum naturalium debilitare, & impedire quando Deus permittit: raro etiam medici possunt conijcere quibus medijs naturalibus ille ad nocendum sit vsus: ita fit vt raro, immo vix vnquam maleficia naturalibus remedijs penitus tollantur.

Hæc causa est, cur plerique Doctores communiter negarint morbos ex maleficio naturalibus remedijs tolli: sed communiter affirment à magis alio maleficio sanari *f*. Et propter hanc disquisitionum alterationem canones permittunt energumenis lapides vel herbas portare, absque incantatione, *cap. vltim. 26. quæstion. 27.* Propterea etiam in adhibendis naturalibus remedijs hoc obseruandum, vt consideretur, an contra dispositiones, quibus dæmon gaudet, & vti consueuit, in hominibus lædendis vexandisque, virium aliquid obtineant: quod si deprehendatur, (vt constat de peoniæ radice, ruta, & musica, & callyonimi piscis iecinore) tum iudicandum; ijs citra superstitionem

c in verb. superstitio qu. 6.

d Orig. in Matt. 17. tract. 3. Hier. c. 4.

e in 2. d. 3. 8.

f Alb. Magn. in Luc. 9. Paul. Burgens. in 1. Reg. 16. Petrus Gallus Paris. Angel. quæ citans ibi quitur Busseus Dub. Gull. n. 4. &

tionem vti licere. Vide quæ de his non omnino indiligenter dicta *lib. 2. qu. 30. sect. 3. §. 2.* Sed quia post priorem editionem quædam didici in libris Hippocratidarum, ea nunc exhibeo publicæ omnium vtilitati.

Naturalia hæc remedia vel pertinent ad morbi indagationem, vtrum sit maleficus necne & vocatur hæc pars *De signis seu indicijs*: vel pertinet ad morbi sanationem, & nuncupatur propriè, *de remedijs*. ideo nobis de vtraque agendum.

§ 1. De signis & indicijs malefici morbi.

Priorem quæ ad indicia spectat, ex parte discutiunt exorcistæ quidam, sed plenius medici. Exorcistarum indicia proponit liber sacerdotalis Sammarini. Medicorum Bapt. Codronchus.

Sammaricus, *2 p. Sacerdotalis tract. de exorcismo*, sic scribit: *cap. 3. De signis, quibus aliquis cognoscitur esse dæmoniacus, Legitur, quod si quis non potest continuare esum carnis hædinæ per duestriginta, quod talis iudicatur dæmoniacus.*] Hæreo. nam hoc indicium probum ad epilepticorum affectionem detegendam, non verò energumenorum: qui plerique epileptici non sunt.] Addit; *aliqui dæmoniaci habent oculos terribiles, & dæmones membra eorum & corpus destruunt miserabiliter, & interficiunt, nisi citò eis subueniatur. Aliqui fingunt se esse fatuos & semper augentur.*

Sed discooperiuntur & cognoscuntur; si nolunt dicere psalmum, Miserere mei Deus. & Qui habitat, *aut Euangel. S. Ioan.* In principio erat verbum, *& similia sancta. Est etiam magnum signum, quando loquuntur sermonem alienum à patria sua, si non fuerunt extra patriam* (clarius diceret, quam ante morbum non didicerant) *& quando persona illiteratæ idiotæ loquuntur liberaliter & congruenter, aut etiam cantant musicaliter, aut quando dicunt aliquid, quod ipsæ nunquam dicere sciuissent. Aliqui etiam dæmoniaci sunt muti & stupidi. Aliud quoque signum est, quod eis superueniant terrores: & cito recedunt. Potissimum autem cognoscitur, quis esset dæmoniacus, si quando leguntur exorcismi, conturbatur: & hoc signum est præsentis Diaboli.*

Cætera signa etiam ante coniurationem seruiunt, hoc vltimum inter coniurandum, quo tempore alia quoque animaduertenda, vt idem scribi cap. 6. Quando sacerdos ponit manum super caput energumeni, tunc aliqui, *sentiunt sub manu rem frigidissimam, tanquam glaciem. Aliquibus descendit ventus per humeros & renes, qui est frigidissimus. Aliquibus caput in immensum aggrauatur.*

Aliquibus cerebrum constringitur, & perforatur: sicut si gladio percuteretur. Aliquibus inflammatur caput & facies, & aliquando tota persona, ac si esset vapor ignis. Aliquibus febris immensa cum dolore capitis euenit & totum corpus extenuatur & tangitur: Sed omnia ista accidentia parum durant, quia coniuratio tollit dæmonis vigorem. Aliquibus constringitur guttur, adeò, quod videntur strangulari, aliquibus ad orificium stomachi mouetur quædam res ad modum pilæ, ac si essent vermes, ac formicæ, aut ranæ: quibusdam accidit vomitus magnus stomachi. Aliquibus maxima tortura in visceribus: Nonnullis venter vehementer inflatur. Quibusdam constringitur cor, ac si intolerabiliter feriretur. Ostenditur etiam dæmon in aliqua corporis parte palpitando, sicut piscis, aut in modum formicarum. Aliquando pertransit à capite vsque ad digitos pedum, sicut ventus, & è contra. Vltra ista signa, complura alia practicando videbis, quia diuersi dæmones faciunt diuersa signa.

Quoad signa quo quis aliter dignoscitur esse maleficio læsus, hæc scribit, cap. 4. *Aliqui maleficiati habent colorem faciei cedrinum, aliqui oculos constrictos, & omnia eorum membra videntur ligata: & habent humeros deficos. Duo autem potißima signa sunt, constrictio cordis, & oris stomachalis, & quando videtur eis, quod habent vnum bonum super stomachum. Aliqui habent puncturas in corde, tanquam si aculus esset punctum. Aliqui videntur sibi cor corrodi. Aliqui habent magnum dolorem in corde aut renibus: & videtur eis, quod talia membra à canibus lacerentur. Aliquibus videtur bolus in gutture ascendens & descendens. Quibusdam ligata est vena generationis. Aliqui habent stomachum ita dispositum, quod emittunt per vomitum quicquid comedunt & bibunt* (hoc signum leuissimum est, & nullum nisi alia accedant) *Aliquibus per ventrem discurrit ventus frigidißimus, aut tanquam flamma ignis. Aliquibus signum est ex indigestione cibi, & potißimum quando medicinæ applicatæ nihil prosunt infirmo. Aliquibus est circa collum continua pulsatio, quæ videtur tremorem inferre.*]

His plura ponit Zacharias Vicecomes in complemẽto exorcisticæ p. 1. doctrina scribam verba, in vsum pauperiorum libris carentium. Dæmoniaci simpliciter signa sunt. 1. *linguam nigram & tumidam multoties Dæmoniacus de ore multoties contra naturam profert: inflatur guttur, vel distringitur angustè, ita vt videatur velle strangulari, sed tamen in suum pristinum statum redit.* 2. *plorant dæmoniaci nescientes quid plorent.* 3. *cum ira & contentione respondent interrogantibus.* 4. *quandoque etiam coacti vt loquantur, nolunt loqui.* 5. *claudunt dentes, & nolunt comedere.* 6. *homines odio prosequuntur.* 7. *Multa dicunt, ex quibus minime dignoscitur, quid velint innuere.* 8. *opprimuntur sopore graui.* 9. *remanent tanquam sensibus destituti.* 10. *Seipsos pugnis percutiunt, & vestes lacerant, & capillos.* 11. *Terribiles habent oculos & horribiles.* 12. *Terrore repentino afficiuntur, & confestim terror ille recedit.* 13. *Diuersorum animalium voces imitantur, & sic audiuntur rugitus leonum, balatus ouium, boum mugitus, latratus canum, porcorum grunitus & similium.* 14. *Stridentdentibus & spumant, & signa alia ostendunt tanquam canes rabidi.* 15. *multoties exponunt se præcipitijs.* 16. *discurrit aliquando per eorum corpora, igneus vel glacialis vapor.* 17. *Sentiunt per corpus signa, tanquam formicas discurrentes, ranas saltantes, viperas serpentes, pisces natantes, muscas volantes & similia.* 18. *varia præter naturam vident & audiunt.* 19. *Sentiunt sub manu sacra capiti superposita, vel ex sacra lectione quid frigidißimum, vel calidißimum, vel graue.* 20.

Clamant cum aliquas Sanctorum reliquias capiti superponis, etiam occultè & dicunt, auferte istas à me, quoniam malè olent vel sunt nimis graues: aut efflant, aut circumuoluunt caput, aut ipsas reliquias proijcere student, aut contra ministrum & astantes se iratos ostendunt, & similia. 21. *Omnia spiritualia odio habent, à facie Sacerdotum, & præcipuè Exorcistarum fugiunt, in Ecclesiam ingredi nolunt: & si ingredi mtur, ab ea statim fugere procurant: vel coronæ, vel spiritualium librorum tædet: cuncta benedicta, Sanctorumque imagines, & maximè crucifixi nolunt inspicere, nec deosculari: imo proijciunt, & in hæc omnia conspuunt.* 22. *Sacra verba proferre negligunt,*

gunt, qualia sunt, Miserere mei Deus: Qui habitat in adiutorio altissimi. Magnificat anima mea Dominum. In principio erat verbum, *& similia. Et si ea pronunciauerint balbutire studeant, vel verba corrumpunt, tædium graue demonstrant, tandem ea perficere non possunt. ita vt palam se dæmoniacos ostendant.* 23. *Sentiunt in aliqua corporis sui parte dolorem, & si super eum signum sanctæ crucis feceris, statim per corporis membra fugiet: sed si eidem dolori locum præcisum assignaueris, in ea corporis parte, in qua volueris, signo sanctæ † Crucis patientia & perseuerantia aut abis.* 24. *Cum super dæmoniacos Euangelia, Passionem Iesu Christi, Coniurationes, & similia legeris conturbabuntur, sensus occupabunt, molestiæ etiam in illis anxietates, ac inflationes, vel guttas sudoris defluentes conspicies. Insuper stridores ad cœlum vsque mittent, prosternent se ac similia facient.* 25. *Cum audieris idiotas & ignaros litterarum, interpretari difficilia, aliorum manifestare secreta, pulsare, vel musicaliter canere, aliqua prædicere, loqui varijs linguis, & (vt verbo concludam) supernaturalia facere, absque dubio signum erit diabolicæ præsentiæ.*] Animaduertendum tamen quod supradicta signa omnia possunt etiam concurrere in Dæmoniaco maleficiato, & quædam, maxime priora in simpliciter maleficiato; de quo mox quindecim signa idem Zacharias ponit.

Verum ista & alia longe exactius collecta, & experientiâ comperta fuerunt à Codroncho, *lib. 3. de morb. venefic. cap.* 13. docet signa hæc vel communia esse cunctis maleficijs, vel peculiaria quibusdam. Communia ducit à causa morbi, & à comitantibus morbum. Signa à causa tradit, vt si morbus cœperit ex intensissimo alicuius amore, vel irrationali seu iniquo in aliquem odio, si ex maledictis vel minis alicuius malefici, si instrumenta maleficij sunt inuenta, qualia nos multa commemorauimus, & refert Andræ Cæsalpin. *de inuestigat. damon. cap.* 22.

A concomitantibus morbum sunt paroxismi, & remedia iuuantia vel lædentia: & communia signa sunt: primò quod morbi maleficio illati ægerrimè cognoscuntur, ita vt medici in ijs hæsitent, & ambigui huc illuc animo agitentur, nec certi quidquam de illis audeant proferre. 2. quod remedijs ex arte adhibitis, morbus se non remittat, sed potius exasperetur & augeatur. 3. quod more naturalium morborum, non crescat paulatim; sed frequenter statim ab initio, nullis peccantibus humoribus in causa existentibus cum grauissimis symptomatibus & doloribus se morbus prodat 4. quod valde inconstans sit morbus, & licet periodicorum naturam referat, raro tamen periodos seruet: & licet similis videatur naturalibus morbis, in multis tamen discrepet. 5. multoties, licet ægrotans grauissimè doleat. in qua tamen parte doleat, nequeat referre. 6. interdum ægri suspiria (quæ luctuosa vocant) absque manifesta causa emittunt. 7. aliquibus appetitus reijcitur, aliqui cibos reuomunt, & ventriculum ita male affectum habent, vt & sæpius astrictione laborent, vel etiam pondus in ipso quoddam, quin & rem aliquam per œsophagum modò ascendere, modò descendere percipiant, & si in superiorem partem delatum deglutire conentur, omnem operam ludant, re ipsa mox sponte desiliente. 8. in regione cordis punctorium dolorem percipiunt. adeo vt ipsum

aliquan-

aliquando lacerari asserant. 9. In quibusdam circa collum arteriæ manifestè pulsare, & quasi tremere deprehenduntur. 10. alij sæuo colli seu renum dolore cruciantur, vel circa ventrem inferiorem torsiones acerbissimas, & sæpe flatum quendam frigidissimum per ventrem permeantem, & citò redeuntem, vel vaporem vti flammam ignis calidissimum, simili modo illos infestantem percipiunt. 11. Quidam ad venerem impotentes redduntur. 12 consueuere quidam leuibus sudoribus præcipue circa noctem corripi, quamuis tempore & aura frigidiore. 13. alij videntur habere particulas corporis veluti nexibus deligatas. 14. morbi quibus laborant veneficio læsi, sunt vt plurimum totius corporis quædam extenuacio, & macies, & virium imbecillitas, cum summo languore, mentis stupiditas quædam; varia melancholica deliria, diuersa febrium genera medicis multum negotij exhibentia, motus quidam conuulsiui, vnde epileptici videantur, membrorum quædam rigiditas speciem conuulsionis præ se ferens. aliquando omnes capitis partes tumefiunt, aut talem circa totum corpus lassitudinem percipiunt, vt vix vllo pacto mouere se possint. Plerumque tota cutis, sed vt plurimum faciei, flauo seu cinereo colore suffunditur. Aliqui habent oculorum palpebras ita adstrictas, vt eas vix aperire possint. oculi sunt perlucidi & transparentes. sicut cercopithecorum. Nonnunquam quædam spectra vel nubeculam inspicere videntur, & nonnulli torue intuentur.

15. Cognoscuntur experimentis quibusdam. Nam veneficio affecti faciem Sacerdotis vix adspicere valent, nec oculi, intentis vllo modo, album oculorum varijs modis mutatur. Ægrotantes, cum instrumenta comburuntur, solent in deterius mutari, vel noxam quandam recipere maiorem, vel minore m pro ratione leuioris vel sæuioris veneficij, ita vt quandoque formidabiles clamores & mugitus cogantur emittere: quod si nullam mutationem, vel læsionem percipiant, erit de salute ægri bene sperandum, paruo negotio bonæ valetudini restituendum.

Adde si forte veneficus ad visendum ægrotum accedat, statim infirmus ingenti molestia afficitur, aliquo terrore seu tremore corripitur, si sit puer, statim plorat, oculi ad fuscum colorem mutantur, vel alia notatu digna in ægrotis mutatio obseruatur. Denique quando pro curatione morbi, quædam linimenta sacra ad oculos, aures, frontem, & quasdam alias partes sacerdos adhibet, si in partibus illis sudor, vel aliqua alia mutatio appareat, signum est veneficij.

His subdit Codronchus, non esse necesse, vt omnia hæc signa in ægro inueniantur, sed sufficere si aliqua pro diuersitate morbi seu maleficij.

Hæc communia, peculiaria verò possessionis dæmonum maleficio inducta signa esse difficilia cognitu, quãdo dæmon maleficio immissus immisc t se substantiæ, alicui immundæ aliunde in corpus ægri intromissæ; vel ex proprijs ægri humorib. genitæ: nam quamdiu hæc substantia in aliqua corporis parte latitat, sæpe, præter illius particulæ affectum naturalem functiones lædentem, nihil aliud se manifestat. Pleriſque tamen horum prauæ sunt imaginationes, præcipuè in somnis, quæ dæmonem produnt: quod tamen indicium solum non sufficit, quoniam hæc eadem sæpe melancholicis accidere consueuerunt.

Verum

Verum ſpiritu locum mutante quē prius inſedit, res paulo clarius deprehendetur. primo, ſi, tanquam animatum quid, corpus res illa perambulet: ita vt obſeſsi ſentiant ſibi veluti formicas ſub cute reptantes. ſecundo, ſi partes quas petit, quadam palpitatione commouet. tertio, ſi puncturis quibuſdam moleſtiam grauem infert. quarto, ſi velut flatus à capite ad pedes deſcendit, & iterum à pedibus ad caput aſcendens reſilit. quinto, ſi veſicula in lingua excitetur, quæ conſeſtim euaneſcat: vel plures appareant minutis granulis ſimiles, ex quibus etiam multitudo inhabitantium ſpirituum arguitur. ſexto, ſi ad gulam dumtaxat aſcendens, eam tumefaciat, & ſiccam tuſsiculam excitet. ſeptimo, ſi linguam petens, aut contorquens, inflat, vel impellit ad loquendum non obſeſsi ſed dæmonis ipſius conceptus, vel ſi ingentu oris hiatu linguam exerat. octauo, ſi in dorſo ſenſum præbeat aquæ frigidiſsimæ, quaſi confertim per dorſum defuſæ, & ſurſum ac deorſum percurrentis. nono, certiora adhuc ſigna ſunt, quando alienis ægro incognitis linguis loquuntur, vel alios talia loquentes intelligunt, vel cum rudes ſint, de arduis & ſublimibus quæſtionibus diſſerunt: vel renunciant occulta, aut iampridem oblita, futura, vel arcana conſcientiæ, vt peccata imaginationeſve aſsiſtentium, vel eos conuitijs ſine cauſa proſcindunt: aut ita furijs agitantur, vt à multis validis hominibus nequeant ligari vel coerceri.

Quidam etiam cum à defatigatione vexationis conquieſcunt, narrant ſe vocem quidem dæmonis intra ipſos loquentis ſentire, ſed ſententiam verborum percipere non poſſe, vtpote quibus mentis functio ſit quaſi ligata. Alij ſi interrogentur, quid egerint, vel dixerint fatentur ſe nihil eorum poſtea meminiſſe. Quidam cenſent ſignum eſſe indubitatum & inſeparabile, cum ægri arcentur à diuino cultu, ita vt nullatenus aqua benedicta ſeipſos aſpergere, neque audire, neque proferre diuina verba queant: ſi vero vi adigantur cæremonias Eccleſiæ peragere, vel diuinis officijs, ac potiſsimum ſanctiſsimo altaris ſacrificio, intereſſe, tunc vehementius longe vexantur, & ijdem cum mente conſtant, teſtantur optare ſe quidem hæc omnia facere, & intereſſe, & ſacrarum rerum auxilium deſiderare, ſed eſſe quiddam in ipſis quod magnopere impediat. Sunt denique qui propter incontinentiam dæmoni omnino parent, & ideo vexeri quidem deſinunt, ſed miniſtri fiunt & patratores multorum facinorum. Quinetiam ſunt, qui ſic ad deſperationem aliquando inducuntur, vt nonnunquam ſibi ipſis manum inferant.

10. Prætermitto effectus, qui pro ſingnis eſſe poſſunt: qui in S.S. habētur, vt cunctis notos, nēpe quod aliquando ægri fiant lunatici, muti, ſurdi, cæci, ſtrideant dentibus, illidantur in terrā, exareſcant, diſcurrant nudi, ſe & alios lacerent, habitent in ſepulchris, proijciantur in aquam vel ignem, & alias grauiſsimas & incurabiles affectiones perpetiantur.

11. Ad deprehendendum vtrum æger ſit energumenus. ſolent facere ſequentia: ſchedulam aliquam ſacra Dei verba continentem, reliquias ſanctorum, vel agnum cereum benedictum, vel quid aliud ſacratum latenter ægro applicant. Sacerdos capiti energumeni manum & ſtolam imponit, ſacra profert verba: ad ea æger tremere & horrere incipit, & præ dolore mul-

tos motus inconditos edere, multaque inusitata & dicere,& facere. Si dæmon caput petierit, grauantur & pungun-
tur acrius in capite, vel caput vna cum facie rubore & calore quodam igneo perfunditur,si oculos petijt,eos distor-
quet,si dorsum, conuulsiones mem-
brorum, antrorsum & retrorsum ad-
ducit: aliquando toto corpore rigen-
tes & inflexibiles adeò reddit, vt nulla vi allata flecti possint, aliquando velut
mortui corruunt, ac si laborarent tertia epilepsiæ specie, aura quadam in caput irruente, & ad imperium sacer-
dotis eleuantur aura remeante, vnde discessit.

Si fauces petat, adeò constrin-
guntur,vt strangulari videantur. Si in partes nobiliores feratur, vt prope cor aut pulmonem, anhelationes, palpi-
tationes ac syncopas excitat. Ad ven-
triculum si tendat, mouet singultus ac vomitus,vt aliquando cibum assume-
re nequeant vel assumptum contine-
re: motum eiusdem rei adinstar paruæ pilæ circa os ventriculi,nec non rugi-
tus & alias voces absonas excitat, & circa præcordia tonsiones vel flatus. Cognoscuntur etiam aliquando qui-
busdam suffitibus ex sulphure, aut alijs rebus fortis odoris (de quibus postea.) Sunt qui scribant eos odore rosarum adeo offendi, vt ne cogi quidem pos-
sint, iuxta rosarium transire. Interro-
gandi quoque sunt ægri, num illis dæ-
mon ante obsessionem in aliqua for-
ma sẽ conspiciendum præbuerit? Et enim *antequam* (ait Sammarinus) *Dia-
bolus humana corpora ingrediatur, quasi semper, primo apparet eis in effigie alicuius hominis, qui mala morte est de-
functus, aut repræsentat aliquem suum consanguineum: aut apparet illi in ef-
figie alicuius animalis terribilis, vel hor-
ribilis. & si videtur, quod subito disparea-
t, ingreditur tamen subito in eum, & hoc vt plurimum accidit in nocte, & in locis opa-
cis & obscuris. Aliqui etiam intrant per os & nares in modum venti aut per modum vnius maris. Aliquibus etiam dormientibus dæmones tale somnium immiserunt: quod videlicet eis videbatur, quod dæmon post eos currebat, qui euigilantes sunt inuenti cum talibus signis dæmoniacorum. Aliquando etiam ingrediuntur, percuti-
endo collum, aut alia membra eorum*] d.p.z. de exorcism. in princip. & hæc eadem alijs verbis tradit Codronchus *d. loco.*

§.3. Posteriorem partem quæ *de remedijs est naturalibus* ab ijs petere co-
gor quorum hæc professio est, medi-
cos dico. Inter quos primo loco oc-
currit Codronchus, qui quædam prius communia contra omne maleficium proponit, postea ad peculiaria quæ-
dam descendit. Principio (vt eius dicta summatim comprehendam) docet, quosdam præscribere vomitoria, bal-
nea, linimenta, suffumigia, & simila: Sed in his facile offendi, & periculum ægris creari, nisi nonnulla obserue-
tur, quæ exsequitur sigillatim. Nam de vomitorijs agens *lib. 4. cap. 4.* præ cæteris commendat florum genistæ drachmas duas in decocto quodam sumptas, vel seminis lathyris decem duodecimue grana à putaminibus de-
librata, tusaque & in ouo sorbili deuo-
rata. Vel Hellebori albi quantitatem non maiorem drachma, decoctam vsque ad medietatem ferme, quæ omnia præparandi modum docet ibi-
dem.

De balneo differit *cap. 5.* & ostendit vsum eius non raro noxium esse, nec adhibendum, nisi seruatis seruandis, quæ illic exsequitur.

De suf

De suffumigatione agit *capite sexto* & hanc docet non adhibendam, nisi caput & corpus ante expurgatum fuerit: & non nisi tempore matutino, quando ventriculus à cibo vacuus est. laudat suffimentum Berenices, quod Aëtius immundos spiritus ex quorundam sententia scribit arcere *ser. 13 cap. 119.*

De linimentis differit *capite octauo.* & ea videtur habere pro tutiore remedio, quam suffitum, balnea, aut vomitoria. Denique *cap. 9.* disputat de simplicibus, ac nonnullis compositis medicamentis, sua facultate veneficium curantibus, eorumque qualitates explicat, quæ nos hac ipsa sectione iam recensuimus.

Circa hæc alexipharmaca non est contemnendum, quod And. Cæsalpinus *in Peripatetica inuestigat. dæmonum cap. vltim.* admonuit his verbis, *Quoniam quæ vehementer excedunt in qualitatibus (frigoris, caloris que) corporis nostri sunt corruptiua, non minus quam venena: ideo ea selegerunt medici aduersus veneficia, quæ, aliquam partem haberent naturæ nostræ familiarem, qua corpora nostra tuerentur, dum venena depellerent. Quæ huiusmodi facultatem habere comperta sunt, amuleta & alexipharmaca appellata, vt totius substantiæ proprietate id consecuta. plurima per experientiam inuenta, & longo vsu confirmata. Ex his autem ea maxime opportuna sunt censenda, quæ spirituosam & multam efflant huiusmodi vim: tum quia intimius penetrant, tum quia cum spiritibus conueniunt. Sic enim & permiscere, atque eos alterare possunt aut pellere.*] in quibus verbis quædam in uolutius dicta. Nam non omnia alexipharmaca totius substantiæ proprietate veneficio repugnant. nec etiam credendum, quæ magis spirituosa sunt, idcirco magis cum spiritibus (h. dæmonibus. nam de his loqui docent sequentia) conuenire. quod enim pellantur illis, potius argumento est pugnare cum spiritibus illis. Nec dæmonum ista expulsio directe fit physica operatione in ipsum spiritum agente, vt & ego iam ostendi, & de hac re disputans Bapt. Codronchus *d. l. 4. c. 9.* erudite explicuit, cuius summatim hæc est sententia: pharmaca huiusmodi antidæmonica efficacitatem nonnullam habere contra maleficia & ipsos dæmones, etiam vsque ad eorum expulsionem.

Sed non conuenire medicos, in reddenda modi ratione. Quatuor enim modos solere adferri. 1. etsi res sensibiles, vt fumus, herbæ, &c. sua virtute nequeant vexationem à dæmone homini illatam repellere, mitiorem tamen ac leniorem posse reddere: ita vt si molestia, quæ à dæmone infertur, sit parua ac leuis, eam penitus res exteriores queant auferre (*intellige, si noxa dumtaxat à causis naturalibus, quibus solis dæmon vsus, profluxerit*) non in dæmonem, sed in dæmoniacum agendo, eo ipso quod ex rebus illis adhibitis, oppositis dispositio introducatur illi, quam dæmon expetit, aut indidit. (*sic Richard. de Mediauil. quodl. 3. q. 8.*) 2. quod quæcumque fiunt circa corpora obsessa, dæmones accipiunt vt facta & vergentia in ipsorum despectum ac ludibrium, maxime si sint irrisiua vel afflictiua, vt sunt flagra, itē omnia fœda & amara & similia. quare cum sint intollerantes iniuriæ, malunt fugere, & à molestia inferenda desistere. 3. quod cum ista interdum sint signa recordatoria & pœnarum, quas luunt, memoriam ingerant, ab ijs dæmones valde abhorrent, eaque vehementer dete

ſtantur : ideoque in fugam facile per hæc conuertuntur. verbi gratia , ſulphur cum igne ſignum eſt carceris infernalis, ruta amari cruciatus Chriſti: thus in igne poſitum repræſentat orationes ex charitate accenſa naſcentes. 4 modus quem iudicat magis conſentaneum veritati, eſt: quod res huiuſmodi piè ac religioſe adhibitæ , tanquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, in dæmones agunt, illoſque ab humanis corporibus detrudunt , & eorum effectus, eorumque opera venefica deſtruunt ac remouent. Quibuſdam enim rebus, Deus dedit virtutem vt ſi pie adhibeantur, tanquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, dæmonum effectus & opera venefica deſtruant ac remoueant: quibuſdam enim rebus Deus indidit vim & qualitatem quandam moralem dæmones compellendi & eijciendi , & energumenos iuuandi: quia conſentaneum eſt iuſtitiæ diuinæ, pro infligenda malis ſpiritibus pœna, eos rerum ſenſibilium actioni ſubijcere: qua pœna, dempta pœna diuinæ viſionis, nulla queat illis acerbior contingere. Debent tamen res iſtæ antequam adhibeantur benedici & exorcizari. precibus enim impetratur aliquid peculiaris energiæ, ob CHRISTI Sanctorumque merita , ne quantum velint, hi ſpiritus in exitu ac pulſione ſua noceant obſeſſis. *Hact. ex Codroncho.*

Verùm à me per epiſtolam rogatus Federic. Iametius, vir muſices , poëtices, & medicinæ laude vnus hoc æuo clariſsimus, in quem ſimul Hippocrates, Homerus, Pindarus , & Orpheus renati videantur : humaniſsime, & doctiſsime reſpondit , anno ſuperiore M.DC. Cal. Auguſti : è cuius jitteris ea decerpenda duxi, quę ad hoc inſtitutum noſtrum faciunt : quæ ille longo vſu tanquam comprehenſa habens, & è liquidiſsimis Medicinæ fontibus hauſta, pauciſque theorematis explicata deprompſit.

Remediorum naturalium , quæ deleteriis & maleficijs obſiſtunt, duæ ſunt differentiæ : alia enim manifeſtis qualitatibus id præſtant, alia totius ſubſtantiæ proprietate , quæ neque ab elementorum qualitatibus, neque ab illorum materia, ſed à ſe vna vires adipiſcitur. Eorum porro, quæ totius ſubſtantiæ qualitate (nam de manifeſtis qualitatibus paulo poſt agemus) occultos & maleficos morbos oppugnant, alia communi, alia peculiari dote vigent. Communi quidem ſphragis Lemnia , Bolus Armena, Lapis Bezoar, Dictamus, Theriace, Mithridatium, & cætera eiuſdem generis Alexiteria: peculiari vero, quæcumque ſunt abs te toto illo peculiari capite de remedijs naturalibus *plene & luculenter deſcripta.*

Quibus adde , ſi placet , herbam Paridis , quam nonnulli Solanum tetraphillum appellant : quod ex eius caule medio quatuor folia erumpant decuſſatim digeſta. Si enim huius herbæ ſemen inpuluerem redactum , viginti continuis diebus , drachmæ pondere ieiuno propinetur: mentis alienationem & inſaniam, non ſolum ex morbi diuturnitate & ſauitia, ſed etiam ex maleficio veneficioque contractam, diſcutit : auctore Matthiolo Dioſcoridis interprete, Baptiſta Sardo , & Conrado Geſnero: qui in librum Galeni, vel (vt alij volunt) Dioſcoridis, De paratu facilibus , *Antidotum ex acinis herbæ Paridis , & alijs ſimplicibus medicamentis , à Mithridate paratam, ſibique ab eo miſſam commendat, aduerſus omnia venena & maleficia præſentiſsimam. Ariſtolochiam rotundam ceteris venenis reſiſtere, longam vero , aduerſus angues & veneficia drachmæ pondere ex*

vino

vino bibi, & illini, testis est Dioscorides. Recentiores medici tradunt huius siccæ radice suffitam domum cacodæmonas fugare, & hilares infantes reddere. Idem ferè Dioscorides asserit de verbenacæ specie altera, quàm ἱερὰν βοτάνην, hoc est, sacram herbam nominant. Ait enim, si qua spargatur per triclinium, in qua sacra herba maduert, latiores conuiuas fieri: eamque sacram vocari, quoniam in expiationibus ad amuleta plurimum commendatur: quod a Plinio quoque refertur, Quid? quod & recentiorum plerique, verbenacæ decoctum pestis laborantibus exhibent, ijsque conferre credunt: quod Dodonæus tamen improbat, existimatque hanc technam, hoc inuentum esse dæmonis, qui falsa pro veris, insalubria pro salutaribus, suo more supponat, & obtrudat. Iam vero Hypericon, quam nonnulli fugam dæmonum appellant, emplastri modo renibus admota, frigidos, & maleficio deuinctos soluere dicitur.

Pythagoras Scillam in limine ianuæ suspensam, malimedicamẽti noxam arcere memoriæ prodidit, teste Plinio & Dioscoride. Sanguis canis nigri parietibus illitus pellit maleficium. Idem efficit cor leporis pelli inuolutum & gestatum: & lupi dexter oculus. Quinetiam radyx Bryoniæ siccata, & collo appensa, & ricinus seu palma Christi à maleficis & veneficis hominibus securos reddunt. Nec minus est ad id efficax argentum viuum appensum, vel gestatum vel puluinari subiectum. Lapis Aquilæ, quem Aetitem vocant, inclusus annulo, & gestatus, maleficia tollit.

Berillus & Magnes vxorem & virum inter se conciliant. Corallium item odia domestica & discidia componit, venenatis poculis vinculisque medetur, incantamenta diraſque deprecationes amouet. Cuius re-

A testis est locupletißimus siue Orpheus, siue quis alius auctor est libelli de lapidibus, qui sub ipsius nomine circumfertur. Eodem auctore & Galactites lapis collo subnexus fascinationes prohibet: & Gagates suffitu ac nidore serpentes abigit. Quod Nicander & Nicandrum secutus Dioscorides confirmant. Hinc Marbodæo fortaßis occasio data est scribendi Gagatem dæmonibus contrarium esse: quoniam Cacodæmon humani generis hostis infestus, serpens etiam in sacris litteris nuncupatur. Hæc igitur sunt, quæ peculiari & occulta proprietate maleficis & occultis affectibus resistunt, quemadmodum & in manifestis morbis, pœonia comitiali morbo, hirundinum vstarum cinis anginæ, calculo hircinus sanguis, colico dolori cingulum è lupi intestino compactum, vulpeculæ pulmones asthmati, totius substantiæ disidio & discordiæ, quam ἀντιπάθειαν nominant, aduersantur. Sed ea demum remedia vsurpanda erunt, si simplex & solitarius morbus fuerit: hoc est, si cum occulta pernicies inuaserit, purum fuerit corpus & integre sanum. Sin vero vel intemperie vel plenitudine quam πλησώραν vocant, vel humoris vitio, quæ κακοχυμία dicitur. vel obstructione, vel alia causa præternaturam corpus laboret, nõ ante adferenda sunt remedia, quæ totius substantiæ contrarietate maleficia profligãt, quam vitia illa summoueris ijs remedijs, quæ manifestis qualitatibus, de quibus dictũ est supra, morborum vim & acrimoniam hebetant & obtundunt. Siquidem præsentibus his malis, occultæ medicamentorum facultates, quasi sepultæ franguntur & hebescunt præclusisque & impeditis vijs, quibus iter est ad effectam sedem, eo non possunt integris viribus peruenire. Quapropter hæc malæ statim per initia tollenda sunt, neglectisq; propemodum maleficij propris indicationibus vnicuique illorum conuenientibus remedijs medicandum. Ac intemperiem quidem curabimus calidam refrigerantibus, frigidã

calefa-

calefacientibus, humidam siccantibus, siccam humectantibus : seruata semper contrariorum lege : sicut in libris methodi medendi præceptum est. Obstructionem vero expediemus detergentibus, incidentibus, & tenuantibus medicamentis : Humoris vitiosi exuperantiam, purgatione vacuabimus.

Quod si plenitudinis signa apparuerint, nec quidquam eorum repugnet, quæ sunt, in venæ sectione obseruanda, sanguinem etiam per initia mittemus : nisi veneni suspicio adsit. Tunc enim nec ipso statim initio vena secanda erit: (alioquin venenum in venas traheretur, à quibus omni studio arceri atque excludi debet) sed post vomitus, & deiectiones, atque vbi nihil ipsius veneni in ventriculo & intestinis reliquum esse coniecerimus. Præterea reuelendu noxijs humoribus, quos dæmon vel maleficus homo in principes partes traduxerit, conuenient clysteres acres, & sudores prolecti balneis, æstuarijs, guaiacinæ ebini, carcæ Parillæ, vel Chinæ decocto. Denique si fractura vel luxatione instrumentorum structura permutata fuerit : fracta vel luxata pars quamprimum erit in naturalem formam, sedemque propriam reducenda. Hu ita constitutis, & vt vnius cuiusque status conditioque feret, accommodatis : tum demum erit ad occultarum proprietatum opem confugiendum. Hæc habui (Vir Clar.) quæ de remedijs naturalibus, quomodo mihi per mea occupatissima tempora licuit, disserem, quæ si via & ratione stabilita, confirmataque fuerint, non mediocriter conferent ad integram perfectamque cuiusuis maleficij curationem.]

Hæc ex doctissimi viri epistola instituto nostro commodissima nolui lectoribus non communicare, quibus hoc, qualecumque opus nostrum, quam vtilissimum esse magnoperè desidero.

Porro quod illis addam non habeo, quæ ad amussim tam dedolata & exasciata. adscribam dumtaxat de frequentissimo nostris temporibus maleficio paucula ex eo, quem paulò priùs laudaui Codroncho, qui de curatione sterilitatis & impotentiæ agens, prætermittit quoddam spirituale & sacrum remedium : deinde subdit physica nonnulla. Prius ex Arabum schola desumptum, sed pium ac Christianum.

Nempe quod Isaac Arabs consuluit, vt coniuges peracta peccatorum suorum confessione, sacratissimum Christi Corpus, diebus solemnioribus potissimum sumant reuerenter, & postea osculentur inuicem in osculo pacis, & sacerdos illis benedicat, & postquam exemplo Tobiæ triduo sese à venere abstinuerint debitum coniugale persoluant. Quod si occulto Dei iudicio, vel aliqua coniugum culpa, veneficium non soluatur, orationibus sedulis, ieiunijs, alijsque operibus pijs vacare debent, ad missam sæpius confugiant, peregrinentur ac sanctissimæ Virginis, vel aliquorum sanctorum limina visitent, frequenterque peccata Sacerdoti confiteantur, ac sacra vescantur Eucharistia, & exorcismis ab Ecclesia huic rei peculiariter dicatis religiosè vtantur. Quoad naturalia prorsus remedia, sciendum scribit, si aliqua manifesta qualitas in maleficio appareat, pharmacis aduersus eam efficacibus & benedictione munitis tutò ac vtiliter vti posse. *Ideo* (inquit) *Cleopatra prodidit fel corui mum cum oleo sesamino mixtum, si ex eo vniuersum corpus linia-*

tur,

tur, ligatos iuuare. Isaac scribit, quod si coniuges fel Zangarini piscis, secum habuerint in paropside iuniperi, & antequam somnum capiant, eo super carbone posito fumigentur, omnia veneficia euanescere. Nicola. Florentinus laudat theriacam cum succo Hypericonis exhibitam, & Hypericon ad formam emplastri renibus appositum. Ioannes de Vigo ait, quod Picus auis assata vel elixata, habet virtutem soluendi maleficiatos. Alij cum Plinio volunt abrotonum oleo illitum, & cum vino sumptum non parum prodesse. Denique generalia remedia hic prosunt quoque fere omnia.] quibus ego omnibus illud Isaaci Christianum monitum semper præmittendum censeo. Nam quanta sit vis, & vtilitas remediorum Ecclesiasticorum sequens sectio demonstrabit.

Morale remedium videatur, quod Dionysius musicus Ægyptius prodiderat; Magiæ in rudes & malè moratos vim esse aliquam, in Philosophiæ studiosos nullam. Sed hoc refellit Origenes *lib. 6. contra Celsum*, nam (vt scribit Maeragenes, Apollonij Thianæi magicis præstigijs, & ludibrijs multi Philosophorum capti fuere, etiam ex nobilioribus, & inter hoc Ophitarum parens Euphrates.



A

B

C

D

E

SECTIO III.

De remedijs supernaturalibus diuinis seu Ecclesiasticis.

[Hæc sola carent omni peccato & periculo, & à Christo, vel Apostolis eorumque successoribus fuere instituta: his, ante omnia vt vtantur homines, docendi monendiq; sunt. Hæc animæ prosunt semper, corpori nunquam nocent; ſæpenumero à morbis, & alijs maleficiorum noxis liberant, aut præseruant. Hæc sapientiores medici & Catholicè sentientes approbant, vt Ioan. Fernel. *lib. 2. de addit.* & Cornel. Gemma *in Cosmocrit.* Bapt. Codronchus *lib. de morb. venefic.* Andr. Cæsalpinus *Disq. de nat. dæmon.* & alij. Nec rarò cogitur dæmon à Deo, mendaci èx ore veritatem promere & ablegare hominem ad hæc Ecclesiastica remedia, quibus ipse vapulet. *In valle quadam Cisalpina diœcesis Nouarien sis destituebatur puella sensibus, sed & vmbrarum spectris, quas sibi videre videbatur, reddebatur attonita ac simili stupenti: versabatur in vltimis finibus huius, de qua loquimur, vallis, mulier veratrix & saga, quæ carminibus profitebatur sanare, quæ apud alios insanabilia essent. magni ad eam concursus hominum consilij gratia & auxilij: & quamquam reclamarent nostri & scelus ostenderent, tamen illis abeuntibus adolescentulæ genitrix, affectu materno filiam mittit, consulitque mulierculæ de vmbris, & remedium petit laboranti. Tū maga, adducite puellam ad illos (homines Societatis intelligebat) qui nuper apud vos versabātur: ab ijs petite opem. paret mater, filiam adducit itinere octo millium, idē exponit, ac responsum veneficæ: vtramq; adhibita peccatorum confessione, sacro se corpore Christi communire præcipiunt nostri: quo facto melius habuit adolescentula.*] *Bencius litteris Prouinc. Mediol. Anni* 1591.

Primum est remedium in hoc ge-

nere

nere *Vera & Viua fides*, hoc est charitate Dei & proximi vallata. hoc scutũ nobis præfert & præbet D. Paulus ad Ephesios scribens, *a* hanc loricam, vt Thessalonicenses induant, vrget: *b* hanc discipulis suis cõmendat magnus ille Antonius: Magna, *inquit*, dilectissimi aduersus dæmonem arma sunt, *vita sincera & intemerata in Deum fides*. Ioã. Niderius *c* ex Petri cuiusdã dictis quinque remedia, vt efficacissima laudat. 1. *habere fidem integram, & Dei præcepta in charitate seruare*. 2. *se signo crucis & oratione munire*. 3. *ritus & cæremonias Ecclesiæ colere*. 4 *publicam iustitiam bene exsequi*. 5. *Christi passionem verbo vel memoria rumminare*.] de alijs postea dicendum. de primo, confirmat exemplo huiusmodi. *Cum (inquit) quidam maleficus, me inuocaret, vt quendam inimicum suum vita priuarem, aut in corpore læderem grauiter, fulminis ictu, aut alio modo: vocaui ego magisterulum, id est, dæmonem: qui mihi respondit, quod neutrum facere posset: Habet, inquit fidem bonam, & diligenter se signo crucis munit. idcirco non in corpore, sed in vndecima parte fructuum suorum in campo, si libet, ei nocere possum.*] Sic Cypriano Mago dæmon respondit, *se Christi fide munitis nocere non posse*. *d* in B. Ambrosiũ Iustina Augusti. quendam maleficum nomine Innocentium immisit. hic postea palàm fassus, delegasse se dæmones, qui Ambrosiũ interficerent, sed ne ad fores quidem domus, vbi manebat Episcopus accedere potuisse. eo quod ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, à quo adhuc remoti vrerentur. Atq; ita victas artes suas, quibus contra sanctũ Dei sacerdotẽ se aliquid efficere posse arbitrabatur. *Lege Paulinum in vita D. Ambrosij*. alia refert ad hoc probandũ Thomas Bosius *l.* 15. *de Eccl. Notis cap.* 1. *vers.* 5. Sed sunt apud Patres alia magis accommodata. Narrat Cassianus duos Philosophos magicis præstigijs & circumuentione dæmonum conatos D. Antonium perturbare: sed cum irrito labore nihil penitus præualerent: *eo perfecerunt*, ait, *tales tantæ eorum insidiæ, tanta magica arte quæsita, vt pro hac euidentissime comprobarent, magnam professioni Christianorum inesse virtutem: quibus illæ tam sæuæ, tãque potentes vmbræ: quas existimabãt solem lunãq; si ad eas directæ fuissent, obducere potuisse: hunc non solum nihil lædere, sed ne ad punctum quidem, de monasterio suo valuerint* *pertubare. Epiphanius *in hæresi Ebionеorũ, quæ est* 30. scribit conatus magorum, vt feminam quandam Christianam in amorem pellicerent, & tandem quo pacto per crucis signum & Christi fidem superarit mulier: & claudit narrationem hoc epiphonamate: *quod non valuit incantantis vis, vbi erat nomen Christi & signaculum crucis*.] Confirmat experientia, fide Christiana in Indiam, inuecta, dæmonum præstigia; spectra oracula vel planè, vel magna ex parte vbique sublata. Et quid Indiam memoro? proxima nobis Frisia est, scribit de illa Cornel. Kempensis *lib.* 3. *de origin. & situ Frisiæ, cap.* 31. Circa tempora Lotharij Imper. *erant passim in Frisia multa laruarum infernalium spectra: quæ in paruo quodam super eminentis collis superciliо, subterraneum habebant specum abs; humana ope artificio præstigioso exstructum, in quo residebant, quas antiqui vocabant, Albas Nymphas, siue vulgari gentis sermone* VVitte VVyvven. *harum speciem adumbratam, non veram fuisse constat: quæ solebant nocturnos viatores, gregumque & armentorum intentos excubijs, & puerperas cum infantibus sæpissime in abdita sua, & subterranea antra clanculum abducere: in quib. subinde subterranei murmuris sonus, atque etiam vagitus infantum auditi sunt,*

a ad Eph. 6 v. 16.
b 1. Thess. 5. v. 8.
c in Epit ormicar ap. 4.
d Naziãz. rat. in Cyprian.
*Num legend. proturbare.

& præ-

& præterea etiam ingens fletus & gemitus hominum & quandoque Musarum concentus & voces dubia aure colligebantur. Qua de causa magna fiebat custodia prægnantium mulierum, & paruulorũ infantium, ne ab istu Nymphũ infernalibus clam abriperentur. Quæ omnes dæmonum illusiones, post agnitum syncerum Dei Euangelium (erant enim tum Frisij Sabellij & Arij erroribus dementati) euanuerunt, & in nihilum redacta sunt. Scripsit enim S. Odulphus contra eiusmodi illusiones dæmonum chartam de Sancta Trinitate, quam per Ecclesias & Parochias Frisiæ sacerdotibus misit, vt in populo frequenter publice legeretur] chartæ exemplar, quod est Catholicæ fidei quædam explicata professio, mox subdit idem Cornelius. *De mandatorum Dei obseruantia & vitæ innocentia*, quam sint efficax remedium, docere possunt D. Cyprian. ad Fortunatum, *de exhortatione Martyrij*, Lactantius, *libro secundo. cap.* 16. & Ambr. Ansbertus *libro quinto. in Apoc. cap.* 11.

A Secundum est *legitimus in Ecclesia Catholica Sacramentorum vsus*: Vt pro nondum initiatis *baptismus*. Nam docet experientia, eos quos constat nondum baptizatos à maleficijs liberari, per baptismum absolute collatum: eos quos probabiliter putamus non baptizatos, per baptismum sub conditione idem consequi. dixi probabiliter putamus non baptizatos: nam ex leuibus coniecturis id putare non sufficit, ne ad conditionale quidem lauacrum *e*, verbi gratia, tantum quia quis noctu somnians ambulat vel maleficiatus est: hæc enim etiam baptizatis contingunt.

e vide Sotum in 4. d. 3. 2. 9.

De baptismo, docet Ecclesiastica historia: Tyridatem Armeniæ regem, A cum Christianos Diocletiani tempore varijs cladibus, & damnis affecisset. & Gregorium quidem in lacum luto & altitudine molestissimum fame enecandum misisset: Ripsimen vero virginem, recusantem illi obsequi, & socias eius Sanctimoniales plurimas, crudelissime necari iussisset: mox Dei vindictam consequutam. inuasit enim eum insania, qua plane dæmoniace furebat, & mutata corporis figura in B porcum, mentis emotæ, dentibus suas absumebat carnes. cæteri quoque qui eius facta approbarant, milites, magistratus & alij, in furorem redacti similia designabant & ipsi in sues conuersi, vt vult Nicephorus, vel mente tantum ab alienati, vt censet Metaphrastes: tandem baptismi lauacro abluti, corporis formam & animæ mentisque sanitatem receperunt, ipso illos C baptizante, & hortante ad pœnitentiam D. Gregorio Martyre: non quidem illo Thaumaturgo, vt putat Scholiastes Nicephori: sed alio, vt docet Metaphrastes. Neque hoc malum vlla arte magica (vt eruditus vir censuit) fuerat illatum, sed Deo vindictam per Angelos malos exsequente: vnde patet, cum ea vis fuerit baptismi, in dæmones maleficiorum auctores, maiorem in ipsos maleficos & eorum opera futuram. Non est dissimilis narratio, Ioannis Villanei apud Thomam D Bosium *f Anno* (inquit) *millesimo ducentesimo nonagesimo octauo Rex Tartarorum Cassanus, quem vocant alio nomine Magnum Cham, cum ducentis equitum millibus Syriam cœpit & finitimas reg ones: omnibus itaque formidandus, petijt sibi vxorem filiam Regis Armeniæ, quod audisset esse pulcherrimam. Rex Christianus tanti Regis viribus exterritus, dedit. Illa post aliquod tempus è viro suo Cassano edidit in lucem* E

f Villaneus l. 8. c. 35 Bosius li. 1 de Notis Eccles. c. 16.

partum tanta deformitatis, vt Rex maritus nullo modo illum veluti suum voluerit agnoscere, quod monstrum videretur. Vocat ad consilium primarios de ipsorum sententia vxorem velut adulteram, partum veluti ex adulterio susceptum, vltimo supplicio adiudicat. Innocens mulier infœlicitatem suam deplorans, ad preces confugit: ignara consilij, petijt vt sibi liceret baptizare, quem pepererat, datailli facultas: ita tamen, vt adessent baptismo aliqui spectatæ fidei viri vna cum rege, ne qua fraus fieret. Mira res. vbi baptizatus est puer, adeo venustus ac formosus apparuit: vt Rex, tanta re permotus, cum plurimis, nomen Deo dederit, & maximum Christianæ rei factum fuerit incrementum.] *fusius idem narrat D. Antonius. p. 2. histor. tit. 20. cap. 8. §. 9.*

Veniamus ad recentiores narrationes æque certas Pet. Chieza de Leon. *p. 1. Hist. Peruanæ c.* 18. miraculi plenam de spectris victoriam huic Sacramento à Deo tributam describit, ex quo fideliter narrabo. Prope Anzermam, loco, cui nomen Pirfa, imperabat regulus cui frater florenti ætate erat, quem nominabant Tamaracungam. Iuuenis hic mire baptismum sitiebat: ea causa Christianos adire cupiebat: sed miris eum visis dæmones perterrefaciebant. Offerebant se soli videndos, olidarum auium specie, quas Auros nuncupant, cernens iuuenis dæmones sæuire, accersiri Christianum in vicinia degentem iubet. venit ille non segniter, & intellecta reguli voluntate, crucis signum fronti eius impressit. hoc magis irritari hostes illi, & sæuiori specie se inferre. videbat solus Indus, & Christianus nihil nisi saxa cadentia, & dæmonum sibila sentiebat. Aduenit tum commode eo loci Pachecus quidam Hispanus, & se socium addidit Christiano alteri in discrimen. His cernentibus Tamaracunga trepidabat vehementius, & exalbescebat metu, quin & per aërem raptabatur: id omnes videbant, & ipsum quidem querentem gementemque, illos vlulantes sibilantesque excipiebant auribus. Semel cum Indus poculum vino plenum manu teneret: en tibi vas in aëra efferri, & vino vacuum reddi: mox vinum in illud ex alto refundi, & formidine plenum Indum veste vultum faciemque cooperire, ne horrenda illa spectra in oculos incurrant. Sic tecto faciem, non remotis vestibus, nihilominus cretam in os ingerebant, vt obstricto spiritu fauces præfocarent. Tandem Christiani, qui continue interea Deum orarant, statuêre in vrbem Anzerman eũ deducere, vt ibi salutari lauacro tingeretur.

Dedêre se comites viæ plures trecentis Indi: sed adeo pauidi, vt ad Principem baptizandum propius accedere non auderent. Venêre simul omnes ad iter impeditum & præfractũ: ibi hostes humani generis nitebantur abripere in aërem, vt præcipitarent: sed ille valida voce Christianos orabat vti suppetias venirent accurrêre, & in medium agmen suum, recedentib. metu Indis, recepere, & cingentes eum funibus, funes cingulis suis alligauere: atque ita medium stipantes simul incedebant, manu tres cruces præferentes, nunquam intermissis pro liberatione & salute miseri precibus. Ne sic quidem omni molestia liberi processere. Sæpe illum terræ adfixere hostes: & in viæ cuiusdam accliui ascensu, vix manibus eleuare in aera volentium & necare nitentium extorserunt. Vt vẽtum Anzemam, in Pachieci domum Christiani, quodquod in oppido, con-

uenere:

uenere : ibi omnes cernere crebro grandine de tecto lapides deijci, & audire sibilantes, clamantesque dæmones solemne illud quo soliti Indi Martem lacessere: Hu, Hu, Hu, ferociter & crebro ac terrime ingeminatum. Mortem dæmones intentabant, nisi voluntatem baptismi abijceret: contra Christiani Deum obsecrabant, ne dæmones permitteret erepta corporis vita Indo animæ vitam impedire. Gliscente deinde saxeo imbre, templum petiere. Ibi, quia straminеum erat, Eucharistia non asseruabatur. Aiebant nonnulli, se ante ingressum nescio quos inambulantes audiuisse. Vbi templum apertum, & cum Indo ingressi ceteri, cernebat Indus dæmones terribili specie, sed capite deorsum terram spectantes, pedibus surrectis: cumque Frater Ioannes ordinis Beatæ Mariæ, pararet eum baptizare, non visi vlli Christianorum dæmones, in omnium oculi, Indum eripiunt, sustollunt in altum, & capite deorsum, vt ipsi erant, statuunt.

Christiani tum fide freti, alta voce, IESV Christe adiuua nos, inclamantes, Indum extorquent retentantibus, &, iniecta collo eius sacra stola, aqua lustrali aspergunt. attamen adhuc in templo sibila fremitusque audiebantur: Tamaracunga dæmones cernebat, & alapis frequentibus cadebatur, adeo vt & pilcum quem obtendebat oculis, ei excusserint: & faciem ab ijs conspuebatur saliua fætida. Hæc nocte accidere. Orto mane monachus sacris vestibus induitur, vt incruentum offerat Sacrificium. Vix missam inchoarat, ceciarunt sibila, fremitus, vlulatus, strepitus, desijt Indus vexari. Peracto Sacrificio, Tamaracunga cum vxore & liberis baptismum flagitat: quo percepto, fide robustior & audacior factus: se iam Christianum asserit, experiri velle, quid hostes possent. Solum sinerent periculum facere. solum non ausi aggredi. Lætus ter quaterue per templum obambulans clamabat, gaudium non capiens, *Christianus sum, Christianus sum.* vt vidit se immunem, & victorem, domum redijt: nec quicquam amplius molestiarum sensit. Tanta vis baptismi fuit.

In Bungo anno 1596. erat fœmina gentilis à dæmone obsessa huic indicatum est à dæmone liberari non posse, nisi fiat Christiana: cum illa annueret, & iam se ad baptismum compararet, nocte insequenti dæmon ei dissuasit, ne fieret Christiana, dicens: hactenus tanta familiaritate, tanto tempore mihi es coniuncta, & nunc me deseru? non abibis profecto inulta. dormienti itaque, nec sentienti, abscidit capillos, vno tantum capillorum flocco relicto. Illa vero cum summo mane deprehenderet sibi ademptum capillum, & arundini lecto oppositæ implexum: calcar ea fraude sibi additum putauit, vt citius aduolaret ad baptismi antidotum: quod & factum est: atque eo suscepto mansit ab omnibus dæmonis molestijs immunis.] *sic P. Lud. Frois in lit. Iapon. illius anni.* Ex eodem sunt sequentia.

In Cia zurana insula gentili adolescentulo octodecim annorum se crebro visendum offerebat canis ingens, horribilis, & rufus: qui eum alloquebatur, & per montes in loca abditissima deducebat, detinens eum ibi biduo, vel triduo, atque impellens, vt se manibus sublatis adoraret, aliaque scriptione magna faceret. Adolescens miser, videns se tantas molestias à capitali humani generis hoste perpeti, tandem profugium habuit ad Ecclesiam, doctrinam CHRISTIANAM audiuit & didicit, baptismi

Sacramento Christo deuinctus, ac de cætero nunquam à Tartareo illo cane diuexatus.]

Bungi circa annum 1549. *quidam ancillam habebat dæmoni familiarem. Nam dæmon ad eam accedens vulpis figura singulis noctibus domo educebat. verum per baptismum suscepta fide, ab hoc spectro liberata est. Littera Laponicæ illius temporis.* Tantum dæmoni detrahitur veræ fidei susceptione. cui rei firmandæ adjciam ex Rhenanæ prouinciæ gestis aliud.

Anno 1583. *Herbipoli ædes erant cuidam parocho non procul ab vrbe, siue malo dæmone, siue præstigijs infestæ. Narrabat ipse parochus, domesticique propinqui, quidquid erat in ædibus magno impetu ad terram adfligi, ardentes præterea faces easque plurimas in conclaui, quo nulla aspirabat aura concluso, anhelitu vno restingui: lectos cubantibus; puluinos ceruicibus vi summa subtrahi: pleriſque domesticorum sic præcludi fauces, vt præfocari viderentur: denique multa & adspectu & audicu tetra in ea domo fieri solita. Parochus tristis, consilijque inopes nostros adijt, commemoratisque, quas pateretur, miurijs, Sacerdotem aliquem cuius præsidio tueri se posset, à Rectore popposcit. Datum est vbi negotium, qui cum ieiunus sub vesperam eo se contulisset: vix intra limen pedem intulerat cum ea ipsa quæ audierat intuetur, ipso cum comite in spectante parieti ſt impacta scutella, tanta vi, tantoque impetu iaculantis, vt eos qui aderant metu propemodum exanimarit. Pater omnes bono animo esse iußit, hortatusque parochum, vt ad expiandum animum se compararet: ipse super pelliceo stolaque indutus in superiore ædium parte, vbi plerumque tumultuari assueuerat dæmon, ascendit. Hic vsitatis Ecclesiæ religionibus ad dæmones fugandos adhibitis, cum responsum daretur nullum: nemoque Sacerdotis voce prouocatus adesset, redit ad exhortandos domesticos, præcipueque ad hæresim abjciendum, expiandumque confessione peccata: tum lustraturite sedibus, ad collegium non sine magno animorum fructu reuertitur. constat enim multos ab hæresi restitutos, Ecclesiæ, & ad eis illas omni superiori molestia, vt testatus est postea parochus, liberatas.*] fuit eodem tempore Monachij in Bauaria quidam adolescens Iudæus, XXII. natus annos, communi omnium gratulatione in ipsa Gymnasij aula baptizatus. *huic miras sæpe dæmon instruxit insidias: & quo magis vrgebat ille baptismum, eo hic impugnabat vehementius. nudum pene de nocte eiecit ex ædibus, interdum etiam fauces illi premere, nonnunquam eum visis spectrisque terrere, vt de mente illa deijceret, consueuit. Vultus dæmonis adeo fœdi, vt negaret adolescens parem sibi vllum videri ijs imaginibus cruciatum. Pridie eius diei, quo baptismate lustrandus erat, quoniam eo demum die de victoria dæmonis agebatur, multo eum vehementius inuidijs hostis exercuit: ita vt is ne à pluribus quidem contineri locopossit. Vt autem vi baptismatis Christi membrum effectus est, continuo fractus & debilitatus dæmon fuit.*]

Non dissimilis vis est *Confirmationis.* testatur enim Lactantius gentilium sacra litare non potuisse, si assisteret Christianus aliquis sacro chrismate delibutus: & sic huius virtute Sacramenti dæmones fugari solitos, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere, vel consulti responsa reddere *d.* Et narrat Prudentius ipsi apostatæ Iuliano id accidisse, & omnes magicas eius artes, sic irritas factas, vnius Bataui spiculatoris Chrismate signati præsentia:

d Li. 4. diuinst. cap. 27.

Primi-

Principibus tamen è cunctis non defuit vnus
Me puero, vt memini.
& postea.
Fortè litans Hecaten placabat sanguine multo,
Cum subito exclamat, media inter sacra, sacerdos
Pallidus, en quid ago? maius, rex optimè, maius,
Nescio quod Numen, nostris interuenit aris.
Accitas video longè dispergier vmbras.
Territa Persephone vertit vestigia retro,
Exstinctis facibus, fracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
Carmina. turbatos reuocat nulla hostia Manes.
& postea causam exprimit turbati Sacrificij & artis irritæ.
Nescio quis certè subrepsit Christicolarum.
Huc iuuenum genus hoc hominum tremit insula, & omne.
Pulminar Diuum. lotus procul absit & vnctus.
Pulcra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exsanguis collabitur, ac velut ipsum
Cerneret ex serto minitantem fulmine Christum
Ipse quoque exanimis posito diademate Princeps
Pallet, & adstantes circumspicit, ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora signo:
Qui Zoroastræos turbasset fronte susurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,
Purpurei custos lateris, deprenditur vnus;
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Proïcit ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pauidus, deiecto Antistite, Princeps
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum,
Dum tremefacta cohors, domoniq; obliti, supinas
Erigit ad cœlum facies, atque inuocat
Iesum.

Nec ocio multo, nec labore opus Scholiastæ Prudentij, ad narrationis huius de Iuliano confirmationem apud varios inueniendam: quam illi suggerebat vnus *Orat. 1. in Iulianum* Greg. Nazianz.

Aliud accipe narratum à Cantipratensi his verbis; *venerabilis Bonifacius quondam Lausanensis Episcopus, me audiente, tale quid recitauit. Erat in quadam villa cœcus quidam, qui vaccas totius villæ in pascuis custodiebat, repellebat à frugibus, & ad certa loca pascuis vberiora ducebat: & quod maioris erat prodigij colores, & statum singularum vaccarum specialiter discernebat. v. g. vt si vaccam coloris talis ab eo petiuisses, sine difficultate vaccam talem tibi apprehensam in cornibus obtulisset. Ad locum autem cum quidam Episcopus aduenisset & de cœco audisset talia, & probasset, quæsiuit ex eo, si confirmationis sacramentum ab Episcopo susceptisset. at ille: non inquit. Nec mora, Episcopus cæcum confirmauit, & mox ab eo vaccarum discretio est ablata. quoniam dæmonum operatione & ministerio hoc fiebat.*] lib. 2. Apum cap. 57. part. 33. vides vim sacræ vnctio-

nis in disijciendis Satanæ machinamentis?

De exomologesi & peccatorum confessione, breuiter hæc accipite. Circa annum 1591. Pontimussi *puer erat nobili magis pollens genere, quàm domo opulenta: compingitur in aulam parentum iussu à gymnasio abstractus: sed mobilitate ingenij, cum recursaret desiderium vitæ prioris, statuit inter lixas calonesque versari potius in castris. iter ingresso atra viri species occurrit in serica veste, qui interrogans causam tristitiæ, pollicetur remedium. Verum, vbi ego te adiuuero ecquid præmij? At puer.*

Vt totum (inquit) me excutias ne teruncium quidem reperias. subijcit alter. da te mihi modò: nulla tibi cupiditas frustra erit. existimauit puer se in seruitium expeti: postulat tempus deliberandi. ille contra, onerare promissis ingentibus, vt vel puero tanta iam vaniloquentia mira esset. suspectare cœpit, num in figura hominis lateret cacodæmon. Mox cum tacitus totum eius corpus emetitur oculis, sinistrum pedem animaduertit cum bifida vngula ac deformi: statim cohorruit, & (qui mos recte institutis in metu repentino) IESVM ingeminans CRVCIS signo armat frontem: eodemque puncto sæua species euanuit. Tertio post die ad suos reuertenti eadem imago se offert & proditur pedis eadem nota. Quærenti vtrum captum esset consilium, respondit puer sibi domino opus non esse. rogatus quo iret, vrbem nominauit. tum dæmon ante eius pedes crumenam iacit sonantem, in qua triginta, quadragintaue Flandrici nummi (ex his reperti postea inaurati duodecim, recentes diceres & asperos, veluti ab adulterantibus monetam: nam æreos fuisse ignis ostendit) tum puluerem in linteo pernicialem tradit, cuicumque subita morte tollendo. addit consilia ad turpes libidines, & admonita, ab Piacularis *vsu* aquæ, *& ab adoratione* consecratæ hostiæ *(quam contemptim placentulam appellabat) abstinendi: eam blasphemiam dum auersatur puer animo pio, simulque veretur, ne obtorto collo strangulетur à monstro, salutarem* crucem *imprimit pectori, statimque magno impetu alliditur ad terram: nec nisi post semi horam exsurgit: mox matri redditus scholæque, &* sacra confessione *expiatus, è laqueo venantium, metuq; ereptum se esse diuina ope gratulatur.*] *Bencius in litteris Prouinc. Franc.*

Si quis malit vetusta: sic scribit Hector Boëthus *lib.* 8. *rerum Scoticarum*, Anno Christianæ salutis sexto supra octogesimum millesimum & quadringentesimum, *nauigantibus è Phortea æstuario in Flandriam negociationis causa, tanta suborta est ventorum vis, vt velis, malo, armamentisque ruptis, nauique fædè inter tumentes vndas iactata, certissimam mortem cuncti exspectarent. Nauicularius tantam, tamque insolitam aeris inclementiam eo temporis demiratus (suberat enim solstitium æstiuum) cum id non siderum: sed malorum dæmonum, qui hominibus semper sunt infesti, insidijs, magnis tribueret clamoribus: reddita est vox ex ima naui mulieris se miserè incusantis, quod incubo humana sub effigie, qui cum per multos anteactos annos habuisset consuetudinem, iam tum fuisset commixta, & ab eo subacta: mari ergo celerius se tradendam, vt ipsa pereunte, quæ tanti mali imminentis causam præstitisset cæteri Dei benignitate permanerent incolumes. Accedens ad lacrymantem fœminam iubente nauiculario sacerdos, eius atque cæterorum saluti consulendi causa, crimen iam palam fatentem, horrentem scelus, vehementer alto ex pectore suspirijs indicibus, pœnitentemque facti, piè est hortatus, ne sibi deesset, cui certo cogno-*

sceret Numinis fauorem adesse. crimina lacrymis ac animi pœnitudinè deleri. Tantam miserentis Dei clementiam esse erga mortales, vt altius vel in malorum profundum lapsos, resipiscentes nonnunquam ad maiorem longe, quam vnquam ante habuissent gratiam, recipiat. Media pij Sacerdotis adhortatione: cum multis suspirijs, mulier admissum facinus deploraret, cunctis visa est atra nubes è nauis sentina prosiliisse, ingentique sono flamma fumo, atque fœtore, sese deiecisse in mare. Sedatum est inde cœlum, &c.] Aut si ne hoc quidem satis vetulum: audite Hinc marum Archiepiscopum Rhemensem, qui his vtitur verbis: *si per sortiarias*, ait, *aut maleficos, occulto, sed nunquam iniusto, Dei iudicio permittente, & diabolo præparante concubitus non sequitur: hortandi sunt, quibus ista eueniunt, vt, corde contritu & spiritu humiliato, Deo & Sacerdoti de omnibus peccatis suis duram confessionem faciant, & profusis lachrymis*, &c. *a* Beza quoque illud Christi dæmonem interrogantis explicans: *Quod est nomen tibi?* sic scribit: *sed & nostri temporis Sacerdotes, qui per exorcismi gratiam dæmones eijcere norunt, solent dicere patientes non aliter valere curari: nisi in quantum sapere possunt, omne quod ab immundis spiritibus visu, auditu, gustu, tactu & alio quolibet corporis vel animi sensu, vigilantes dormientesue pertulerint, confitendo patenter exponant.*

Et mox hoc idem exemplo confirmat ex relatione cuiusdam sibi vicini presbyteri: quondam religiosam fœminam à dæmonio curare cœpisse, sed quamdiu res latebat, nihil apud eam proficere potuisse. Confesso autem, quo molestabatur phantasmate, mox & ipsum orationibus, cæterisque, quæ oportebat, purificationum generibus effugasse. b] *Ioannes, Diaconus* tria narrat exempla

A eorum, qui à dæmone possessi, mox vt peccatum B. Gregorio confessi, pœna peccati se liberatos sentire: & eorum quidem vnum cum octies negasset, octies sic à dæmone renouata vexatione, tortum, nona demum vice, qua furtum fassus, percepta pœnitentia penitus fuisse redditum immunem, *c Petrus Venerabilis*, abbas Cluniacensis cum narrasset horrendam monachi cuiusdam à dæmone vexationem, neque eam oratione, & aquæ lustralis aspersione tolli potuisse, grauiter & vere subiungit: *sed ne miretur aliquis, benedicta aquæ aspersione dæmonem non fugatum, agnoscat tabe interius latente, vnguenta exterius adhibita nihil proficere posse. Tabem autem voco lethale peccatum, quod quamdiu in interioribus quibuslibet latuerit, nullius exterius sacramenti perceptio ei prodesse poterit.* d]

Hortatus ille ad confessionem omnium peccatorum faciendam Abbas: postquam confessus, vexatio prorsus desijt. Cæsarius narrat, Bonnæ quendam Sacerdotem, pessimæ vitæ, laqueo eam abrupisse: eo mortuo concubinam pœnitentiæ desiderio, monasterium ingressam: sed Dei permissione, ab incubo dæmonem sæpius ad flagitium importunè sollicitatam: *crucis signo & aquæ benedictæ aspersione* repulisse: sed cum redijsset; *Angelica salutatione* deuotè recitata, longius veluti sagitta ictum fugisse. Neque adhuc dum finis: donec purè omnibus vitæ maculis *confessione* expurgatis, abijt importunus procus nũquam rediturus. *e* Eadem peracta Leodiensem quendam, molestissimis succubi dæmonis ludificationibus testatur ereptum Niderius *in Formicario Epitoma*. Sed illustrius est, quod auctor

a c2. si per sortiarias 33. q. 1.

b in c. 8. Lucę col. 315.

c li. 1. vitæ D. Gregorij c. 11. 12 & 13.

d li. 1. miraculorũ cap. 6.

e l. 3. mirac. c. 13. Theod. de Apold. lib. 6. vitæ D. Domin.

Anonymus, sed fidei certæ de B. Catharina S. Brigittæ filia tradidit: eam cum Neapoli versaretur, cuidam Nobili viduæ narranti, filiam ab nocturno dæmone grauissimè infestari, optimè consuluisse. *His auditis* (ait) *valde illarum vicem dolebat Catharina, & tacitè legens secum semel Salutationem Angelicam (vt semper erat solita: cum de rebus spiritualibus consuleretur) saluberrimum eis consilium impertijt. Primo, vt puri sua peccata confiterentur. Aiebat enim ob peccata in confessione celata, plerumque id genus illusionis accidere. Deinde vt nudis pedibus, & absque lineis indusijs cum omni humilitate continuis octo diebus irent ad templum S. Crucis, & ob reuerentiam passionis Christi coram imagine ipsius à cruce pendentis legerent septies Dominicam orationem, & Angelicam Salutationem. Addebat verò se quoque licet indignam ex commiseratione libenter pro ipsis Deum rogaturam.*

Fecerunt illæ, quod iussæ. & octauo die liberatæ fuerunt. (*Sur. tom. 2. Mart. 22.*) vbi Nota Lector dierum continuationem petitam, quia continuata pœnitentia solet esse feruentior, quàm interrupta: numerum verò additum, non fiducia numeri, sed vt fœminæ illæ certi aliquid per modũ spontaneæ pœnitentiæ ex Sanctæ consilio susceptæ præstarent: sic etiam D. Dominici tempore Reginaldus, *Confessionis* beneficio quendam fratrem, quem dæmon pede apprehensum per templum raptabat, liberauit.) *Theodoricus de Appoldia lib. 6. vitæ D. Domin. c. 3.*) Sic & S. Athanasia abbatissa mulierem eripuit à vexatione mali dæmonis. (*Metaph. 14. Augustin.*) Sic abs quodam ob cupiditatem vindictæ, dæmonum à legione vexato, diram hanc pœnam S. Arnulphus Episcop. Suessionensis depulit, vt eleganti stilo describit successor eius Lisiardus, *vitæ Arnulphi cap. 24.* Sed subdamus iterum quædam recentiora. In Austria (nondum anni sunt decem) *vir nobilis magno quodam & furori proximo amore destinebatur, vt nullum eius, neque humanis, neque diuinis admonitis, faceret finem: ita vesano completa igne, torrebantur tota præcordia: hac ratione furore desijt, terrore diuinitus incusso.*

Leuicula correptus febri, cum iaceret noctu lecto affixus, ante se videre visus rhedam flammiferam, subiectumque equum flagrantem igne: tum rhedarius, informe monstrum, tætrumq; atque ipso (vt ipse verbo ipsius) malo dæmone truculentius, quo nihil terribilius mortalium timori est. Quid cessas, inquit? quin conscendis currum dignum promeritis tuis? horruit miser subitò pauore defixus: tandem recepto animo corripit gladium proximo lecto, vibratque, vt subueniatur interim magno voce domesticos inclamans, trepidi accurrunt famuli, domusque tota sopore discussa: quinetiam excitati vicini nonnulli, quærentes clamoris causam: dein prætexentes impositum fuisse auribus, oculisque formidini alleuandæ.

Verum cum fremeret adhuc esse in conspectu, nec sineretur metus insinuare se potius in pectora aliorum, intempesta licet nocte, venitur ad collegium: mittuntur duo, qui lustrali aqua, crucis signo, & in cera consecrata imagine agni timorem tantisper leniunt, dum affirmaret ager dæmonem abscessisse in præsens minaci vultu, sæuaque ira manifestum: detectis inde peccatis, turpi perinde amore, quàm tristi animum terrore liberauit.] *Littere Austria 1591.*

Eodem tempore in Bauaria, *mulier ærumnosa, leuitate naturæ, siue grauitate ærumnæ, implorato dæmoni sese*

deuouit,

deuouit, vt opem ferret: & tum quidem non sensit præsentem, verum in potestatem vt rediit ex mœrore, dedit pœnas iacti verbi, terroribus non tantum pauida sed & verberibus tunsa: vt etiam ab aditu nostri templi prohiberetur, virgarum quas sola ipsa conspicabatur intentu. cum rem narrasset matronæ cuidam, adducta ad sacerdotem nostrum, ab eoque Confessione purgata est, omnique molestia liberata, cereæ cælestis agni imagine ad collum appensa, Idem remedium alteri fuit eodem morbo laboranti.

Votum alia virginitatis & monasticam vitam, cum incestis nuptijs mutarat, propinquorum impulsu, non impune, nempe coniuncta est, cum viro nequam, neque deserebatur vmquam ab angore conscientiæ: ita misere viuebat, cum afflictaretur aliquando his curis, & careret solatio, domo egreditur: mox dæmonem cum ingenti terrore conspicit, fugatque Cruce obiecta, sed confestim tamen, non secus ac furijs icta, quoduis facinus immane meditatur, intermicabat in his tenebris aliquid lucis, confugienti ad preces, vt ad exortum Solis nebula, timor abscessit, subit cogitatio confessionis, & recordatio fidei violatæ: nimirum hoc seminarium mali, cum accessisset ad ædem, multo magis cum perrumpere conaretur ad Sacerdotem à confessionibus, retrahebatur quasi manu iniecta: donec tandem aliorum auxilio exemploque & seipsam & malum dæmonem vicit.]

Litteræ German. super. in ijsdem & illud expressum, *in Vindelicis malefici quidam homo ingenij & audaciæ promptæ, multa de morituris, distantibus, quantumlibet locis, vaticinabatur, ludificante diabolo: à quo cum singulis pene noctibus exerceretur, incitabatur interdiu oblata specie augustiore, ad grauiora flagitia. Fluctuabat miser, & iam vulgo miserandus: sed, Deo adspirante, miseriarum tandem perfugium in portu confessionis inuenit.] Ibidem.* Vide etiam dicta ex Gaufrido, *sup. to. 2. part. 57. A.*

De Venerabilis, *Eucharistiæ perceptione*, reuerenti ac debita, vetusti quoque patres id vnanimiter contestantur. Cassianus de quodam à dæmone, nocturnis illusionibus, grauiter infestato, meminit: qui cum, Seniorum consilio, medicina huius salutaris remedij vsus fuisset: *ita omnis diabolicæ tentationis scena detecta est, vt mox virtute Dominici corporis protegente, illa præteritæ illusionis consuetudo cessaret* a.] *B. Prosper*: Nostris quoque temporibus (inquit) Aspere VI. Cos. *Carthagini constituto, hoc signum diabolicum monstrosumque, quod illic accidit, quis illius patriæ ciuis ignorat? Quædam iuuencula Araba natione, ancillæ Dei habitum gestans, cum in balneo lauans simulacrum quoddam Veneris, impudice aspiceret, & seipsam, eique se consimilans, domicilium se diabolo præbuit.*

Statim ille leo qui rugiens circuit, quem quærebat inuenit. Meatus igitur gutturis eius occupans, nullum cibum, nullumque potum traijciens per septuaginta ferme dies totidemque noctes, ieiunium sibi diabolus ex capto possessoque vase exhibuit. Hoc monstrum parentes puellæ, per tot dierum spacia auferri posse sperantes, dum iuge malum vlterius tolerare non possent, simul cum filia sese ingesserunt sacerdoti, quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur, auem quandam noctis medio apparere, quæ sibi ore, nescio quid, infunderet. Stupor tunc inierat cunctis videre puellam nullis indicijs diuturni ieiunij fœdatam, nullo pallore, seu tabe, vel debilitate confectam: quin potius robustam succo viscerum, moleque

a Collat. 22. cap. 6.

membrorum. Cumque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito consilio, in monasterio puellarum, in quo reliquiæ Sancti Stephani sitæ sunt, sacerdos puellam simul & præposito commendauit. Illic primo tantum die apparuisse illam auem asseruit, sibique increpasse, quod neque fame neque siti compulsa illum appeteret locum, quo sibi accedere non liceret. Per duas sane hebdomadas nihil cibi vel poculi sumens in monasterio mansit. Accidit autem vt quintusdecimus Dominicus illucesceret dies, ascendente nobiscum Sacerdote, vt matutinum illis sacrificium solito offerretur, puellam præpositus ad altare perduxit, eo incessu & habitu, quo solent rubore perfusæ ex epulis, poculisque mulieres aduenire. Sed vt se illa prostrauit altari, clamore fletus sui cunctis astantibus gemitus lacrymasque induxit, quibus tantum malum auferendum plebs Dominum exorabat, erat enim iam indecens murmur in populo. Peracto itaque Missæ sacrificio, cum eadem inter cæteras, breuem particulam corporis Domini nostri IESV CHRISTI *tinctam à sacerdote perciperet, semihora mandens traÿcere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus:*

Quæ consonantia Christi ad Belial?

Et iterum:

Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, non potestis mensæ Domini participare, & mensæ dæmoniorum.

Manu igitur faciem eius sustentante Sacerdote, ne Sanctum proÿceret, à quodam Diacono suggestum est, vt calicem salutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod vt factum est, statim vt locum illum, quem Diabolus obsederat, SALVATORIS *nostri imperio reliquit, Sacramentum, quod ore gestabat, cum laude Redemptoris transglutisse puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod post octogintâ & duos die, diabolo expulso, puella de potestate fuerit erutа inimici.*] Hactenus *b* Prospert. Diu, Bernard. *c*

Aliam personam super caput eius positaEucharistia liberauit ab eodem hoste generis humani. Mediolani in Ecclesia Sancti Ambrosij adducta ad eum fuit mulier multis annis obsessa, sicque deformata, vt monstrum, non femina, videretur. Conuersus ad populum, iussit omnes attentius orare: *Missamque iussa prope altare constituta fœmina teneri, auspicatus, quoties de more sacro salutarem hostiam signabat, toties ad mulierem quoque conuersus, eodem signo crucis edito Spiritum nequam athleta fortis impugnat. Expleta autem oratione Dominica efficacius hostem aggreditur. Patenæ siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, talia loquebatur: adest, ille, qui pro nostra salute passurus:* nunc, *inquit*, princeps mundi eijcietur foras.

Hoc illud corpus, quod de corpore immaculæ virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis ascendit in cœlum. In huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi, spiritus maligne, præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus deserens, & manere vltra non valens atrocius afflictaret, tam magnam iram, quam modicum tempus habens: rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris vite compleuit, diffundendamque in populo pacem ministro dedit, & confestim pax & salus integra reddita mulieri.]Hactenus Guilhelm. Abbas, *d libro secundo.*

Ioan. autem Molinetus, *in Chron. Belgici anni millesimi quadringentesimi nonagesimi.* describens molestissimam

b de dimid. temp. cap. 6. *c* lib. 1. de ius vitæ c. 3.

mul-

multorum annorum vexationem, quam propter vnius (quæ diu dæmonis succuba fuerat) Nonne peccatum, in innocentes virgines socias eius Quercetenses Deus satanæ permiserat: narrat multos ex illa legione, quæ religiosas inuaserat, & se Hierarchiæ Seraphinorum fuisse gloriabatur, hoc remedio pulsos ex Energumenis.

Cum enim Decanus Cameracensis, vir doctus & probus vna cum alijs exorcistis accederet, *peracta sacra communione, viuificam hostiam non ferens, subitò dæmon exclamabat: Ah, satis probè armati acceditis! panemne illum sumpsistis. Quem panem ais improbe? inferebat Decanus. Si nihil est aliud, quam panis, maneto in hoc corpore obsesso, sin a. vt nos credimus, verum est corpus* IESV CHRITI, SALVATORIS *nostri, iubeo, confestim fuge ex hoc corpore, nec vllam ei amplius molestiam aude exhibere. Quo dicto (rem miram) energumena vt magno leuata fasce molestiæ, confestim respirare, & alta voce Iesum vocare cœpit. Quod idem omnes faciebant ceteræ, quando dæmone expulso liberabantur.*] Hæc Molinetus scriptor eius temporis,

Cui simile nostris temporibus Laoduni in Belgica accidisse tam notunt Caluinistæ: quorum aderant multa millia: quam fremunt & rumpuntur *a. B. Auxentius Abbas*, discipulum habebat nomine Basilium: hunc dæmones adeo male multarunt, vt pro exanimi, corpore toto saucius & confractus ad Auxentium curru delatus fuerit. *Abbas iussit eum surgere, & venerandum corpus & viuificum sanguinem Domini nostri* IESV CHRISTI *sumere, & statim reuerti in locum suum, abijt, nec amplius tentator eum aggressus b.*]

a libet ex stat de Nicolaæ Obry obsid. & dæmonis per venerabilē Eucharistiam expulsione: olim non semel Parisiis, nunc hoc ann. 1598

A Superat omnem admirationem, quod de Guidone de Lacha memorat Bern. Luxemburgicus, *in catalogo hæret. litt.* G. hunc in Episcopatu Brixiensi ita simulasse sanctitatem, vt pro altero S. Ioanne Baptista à populo haberetur, sepultus itaque fuit perhonorificè. Post mortem certis testimoniis inquisitores deprehenderunt hæreticum fuisse, quare de consilio Episcopi

B & aliorum prudentium assessorum, sententiam tulerunt, cadauer exhumādum comburendumque. Exhumatur adstante populo, & ossa proiiciuntur in ignem, sed ecce tibi statim dæmones (qui, à nullis cernebantur) illa ex rogo eleuant, & in aere suspensa tenent. Inde nata populi indignatio, exclamant, occidantur Episcopus & Monachi, qui stimulati liuore sancti

C huius viri ossa comburere conati. Quid cessamus? Deus id sibi non placere demonstrat. Extimuit Episcopus: sed Inquisitores eum adhortati sunt, vt ipse ad sacrificium missæ peragendum se accingeret: Deum potius miraculum facturum: quam veræ fidei causam sinat in periculo versari.

Missa fuit, de Beata virgine: vbi

D ventum ad corporis Dominci eleuationem, infernales illi spiritus altâ voce in aere clamare cœperunt, *ô Guido, ô Guido de Lacha, nos hactenus defendimus te, quantum potuimus: sed modo non plus possumus, quia adest maior & fortior nobis.* Confestim ossa in rogum recidere, & incendio in cineres redacta fuere,]

E Hic perpende primo dolum diaboli, quo pacto defuncti hæretici Magi, memoriā tueatur, vt plures animas illaqueet. Secūdo, vide potentiā præsentiæ Dominici corporis, & hostiæ in B. Mariæ Missa consecratæ 3. fidem Fratrum non irritam, & studium Quæsitorum

Lnodii apud Houium editus testatur & Fatus in Energum.

b Sum. Metaphrast. in vita S. Auxentii. 14. Febr.

fidei tam' præsenti à Deo ope confirmatum *Pet. Martyr.* nauigationis Columbi texens Historiam, in Occidentali illo Indiarum tractu testatur, commune miraculum fuisse: quod si Eucharistiæ sacramentum per Christianos alicubi collocabatur, continuo dæmones obmutescebant. Ante annos ferme quadringentos vixit, *Cæsarius Cistertiensis*, eius hæc sunt verba: *Tempore illo quando manifestari cœperunt hæreses Albienses, quidam maligni virtute diabolica suffulti, quædam signa, atque portenta ostenderunt, quibus & easdem hæreses roborauerunt, & multos fidelium in fide subuerterunt: super aquas ambulauerunt, & non sunt submersi. Cernens hoc sacerdos quidam fide Catholicus, & vita religiosus, sciens vera signa cum falsa doctrina esse non posse, corpus Domini cum pixide ad flumen, vbi illi populis suas ostensuri erant virtutes, deportauit, dixitque in audientia omnium: adiuro te diabole per eum quem in manibus porto, ne in hoc flumine, ad huius populi subuersionem, per hos homines tantas exerceas phantasias. Post hæc verba, illis super vndas fluminis ambulantibus, vt prius, sacerdos turbatus corpus Dominicum in flumine iactauit.*

Mira CHRISTI potentia, mox enim vt elementum tetigit sacramentum, phantasia cessit veritati, & pseudo illi Sancti, quasi plumbum descendentes in profundum, sunt submersi, pixis vero cum sacramento statim ab angelis sublata est. Videns sacerdos hæc omnia, de miraculo quidem exsultauit, sed de iactura sacramenti doluit: totam vero noctem in lacrymis & gemitu transigens, mane pixidem cum sacramento reperit super altare. Hæc nobis eo tempore relata sunt.]

Thomas Brabantinus, vulgo vocatus, *à Cantiprato*, eodem sæculo vixit: anno millesimo ducentesimo trigesimo primo *prædicante, inquit, in Teuthonia M. Conrado contra hæreticos, & ab eisdem felici morte peremptο, hæreticus quidam (vt per fratrem Conradum, Prouincialem Prædicatorum per Teuthoniam, ante multos annos accepi) sedulius à dæmonibus, fratrem quendam ordinis Prædicatorum ad hæresim inuitabat.*

Quem cum videret instantissime renitentem, dixit fratri: pertinax es valde in fide tua, nec tamen de hac nisi per scripta quædam, aliquid certius inspexisti, Credere autem si velles dictis meis, Christum tibi & matrem eius, & Sanctos oculata fide monstrarem. Mox ille illusionem dæmonum suspicatus, volens tamen probare quid esset: non immerito (inquit) tibi tunc crederem, si promissa duceres ad effectum. Gauisus hæreticus, diem fratri statuit. Frater vero pixidem cum Sacramento corporis CHRISTI clam secum sub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hæreticus in specu cuiusdam montis in amplum valde palatium, quod claritate mirabili reluebat.

Nec mora, vbi in interiorem partem palatij peruenerunt, viderunt thronos positos, quasi ex auro purissimo, in quibus sedebat rex fulgore coruscο circumdatus, & iuxta eum regina sereno vultu pulcherrima, & ex vtraque parte sedilia, in quibus seniores quasi Patriarchæ vel velut Apostoli, adstante per maximam multitudine Angelorum, & hi omnes luce siderea coruscantes: vt nihil minus quam dæmones putarentur. Hos mox vt vidit hæreticus cadens in faciem adorauit. Dictus autem frater immotus stetit: sed tanto spectaculo vehementer obstupuit, & mox ad eum conuersus hæreticus, quare, inquit, Dei filium intuens non adoras? pronus accedens adora, quem vides, & ab ore eius fidei nostræ secreta suscipies.

ali. 9. Mirac. ca. 12.

Tun'

Tunc frater accedens propius extraxit pixidem, & obtulit reginæ in solio sedenti, dicens: Ista regina est mater Christi, ecce filius tuus: quem si susceperis, te velut matrem Dei recognoscam. Cum hæc protinus voce totū illud phantasticū euanescit, & annihilato fulgore, tantæ tenebræ densuerunt, vt vix frater cum ductore suo ad montis exitum regredi potuerint. Conuersus ergo hæreticus ad fidem rediit, & miram dæmonis astutiam stupefactus expauit. a] Eadem alio tempore eodem remedio patefacta fuit & dissipata: accipite, *Pici Mirandulani*, verbis; b

a Cantip. l. 1. Apam c. 23.

b l. de Strigibus.

Fuit in alpibus Rhetijs sacerdos quidam probus ante annos duodecim, cui cum foret opus, ad ægrotum quendam graui oppressum morbo Eucharistiam deferre, cum longius ille abesset, videretque se non ita, vt oporteret, celeriter ad eum pedibus posse peruenire, ascendit equum, colloque Sanctissimum Christi corpus pixidi inclusum satis honorificè alligauit, iter suum quanto ocius accelerans. Cum nonnihil processisset, obuium habuit quendam, qui, vt equo descendens secum pergeret ad spectaculum quoddam mirabilissimum inuitauit.

Imprudens homo, & cupiditate rei tam stupendæ ductus paruit: vix equo se dimiserat, cum sensit se per aera vna cum comite deferri, & breui tempore in altissimo montis cacumine statui, ibi amplissima, & amœnissima planicies erat arboribus vndique excelsissimis obsepta, rupibusque horrendis circumuecta. In medio choros innumeros ac varios ludos cuiusuis generis, mensas lautis ac diuersis ferculis instructas erat videre, audiebantur etiam concentus quilibet omni suauitate affluentes. denique aderant, quæ animos hominum iucundissimis delimentis tenere possent, & dulcedine perfusos intima demulcere solent. Obstupefactus improuisa re simplex bonusque Sacerdos, neque eloqui præ admiratione aut hiscere audens, penè extra se positus, attonitusque, hærebat.

A

Tum socius, qui eum adduxerat, petijt ab eo, velletne Reginam, quæ ibi aderat, supplex venerari, & munus illi aliquod offerre. In alto quodam solio Regina adsidebat, effigie formosissima, regio cultu & ornamentis mirificis ornata. Accedebant ad eam prosternentes se humi cuncti, qui aderant, bini, quaterniue, ordine pulcherrimo, & humi se prosternentes eam colebant, varia munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cùm videret eam sic fulgentem, & ministris plurimis cinctam, putauit esse matrem Christi, cœlique & terræ Reginam, neque enim suspicabatur vllas præstigias, dæmonumque spectra, alioquin eo non appropinquasset. Reputans igitur secum, quid illo dono daret, existimauit nihil ei gratius aut iucundius futurum in munus, quam filij corpus. accessit & ad pedes accidens in modum supplicis, arculam, in qua erat augustissimum Sacramentum, è collo detractum, in gremio mulieris illius posuit. Mirares, omnia continuo euanuere.

B

C

Perculsus huiusmodi nouitate homo rudis, & præstigijs irretitum se videns, & in horroribus densissimis & lustris destitutum conspiciens, opem diuinam tremens implorare, vt è tantis ipsum amfractibus expediret, cumque diu per loca inuia, siluasque vastissimas errasset, vix tandem pastorem reperit, à quo in viam ductus didicit, se millia centum a loco abesse, quo Eucharistiam deferre cupiebat. Ad suas tandem sedes reuersus rem totam detulit ad magistratus, contigit hoc imperante MAXMILIANO.

D

E Hactenus Comes Mirandulan. Quare propter hæc & similia innumera semper Catholici credidere, hoc viuificum corpus mortiferi hostis præstigias discutere, & noxas ab eoin-

ferendas arcere ac repellere. Sentiebat hoc Prædicatorum Neapoli prior, hac se Panoplia muniens contra horrendam visionem, circa annum *millesimum trecentesimum septuagesimum. Ibi in conuentu S. Dominici accidit, vt post completorium* (inquit Fr. Antonius Senensis c) *refectionis locum ingrederetur, cui erat illius cura commissa, qui mox in ingressu videt illum fratribus circumquaque refertum, & illi cappas habebant indutas, & tanquam hora foret collationis faciendæ & illam exspectarent, sedebant. Accurrit ille sine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior fratrem delirum putat, vel somnia narrantem: attamen dum vrgetur, vadit, videt & credit, & ille quoque turbatur, & rem mox confert cum monasterij grauioribus Patribus & prudentioribus: de quorum consilio sacras vestes assumit, & sacrum Christi corpus deferendo, toto conuentu comitante, se illuc confert, & ad illum sermone directo, qui honoratiore loco sedebat, eos adiurat, vt aperiant, quinam sint, & ad quid venerint, & quid velint: & vt ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini, quem gestabat in manibus.*

Vt tamen quando Prior coram illis comparuit cum Venerabili Sacramento, illi omnes assurrexerunt quidem & capita inclinauerunt, caputia tamen aliter demittentes, vt eum minime viderent, & hoc facto iterum sederunt: ita iussi à Priore, vt responderent ad proposita, inclinarum. Tandem, qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit: quod ipsi omnes fuerant eiusdem ordinis religiosi, & pro maiori parte Magistri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores, & aliis officijs donati, & quod omnes damnationis sententiam acceperant: quoniam ambitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerant damnatione dignos. Sed quod diuina permittente clementia, iussi fuerunt illuc venire, vt eos & vniuersos ordinis cultores commonefacerent, vt suæ vocationi facerent satis. Nam illi, quia minime id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis. Et in signum huius cuncti in eos aspicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt, & singuli eorum flammis circumcincti & incensi visi fuere, & tunc idem præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio euanuit, & totus conuentus mansit timore consternatus.]

c in Chrō Ordinis Fr. Præd. in Cōmū. fol. 199.

Vah! quam timenda pestis hæc ambitio, quæ tanto cum damno Sanctorum etiam in cœtus se ingerit? Huic rei probandæ aliud testimonium, non minoris fidei adscribam obiter, nunc recens ex litteris cuiusdam fidei dignissimæ sacerdotis hoc anno Neapoli perscriptum in hæc verba. *Casu accidit, vt acceptis tuis proximis litteris loquerer cum Fr. N. Professore, Phil. quin Salernitano Monasterio fuit superior, is mihi narrauit F. Tiberium hominem Sanctimoniæ laude præstantiss. qui sæpius hoc Sanctitatis titulo fuit superior, sibi coram rem ita narrasse, cum quadam die sub noctem Frater Tiberius inuiseret fratres, an in lecto de more accubuerint, transiuit per triclinium, vbi vidit pleraque lumina, & vocem audiuit hominis de superiore loco legentis, vidit plerosque ministrantes, tandem qui superioris locum tenebat, facto super mensa signo sic locutus est: Ambitio & crapula duxerunt nos ad tartara. Et nunc etiam superest, velut cicatrix in mensa, perinde ac si igne tacta esset.*]

1599

Hæc visio confirmat præcedentem. Cæterum cum tam efficax sit sola præsentia; quid sumere, & ei vnirí docet id D. Macharius, historiam narrat Palladius; a tradens, vxorem cuiusdam AEgyptij maleficis carminib. sic affectam fuisse, vt adspicientib. equa

a in Lausiaca

videre-

videretur, cum tamen sermonis humani vsum retineret, adducta mulier à marito ad D. Macharium: hic eam liberauit, & dixit; tantum dæmonib. in misellam licuisse, eo quod multum temporis ab Eucharistiæ perceptione se abstinuisset, frequentius itaq; in posterum ad Iesu corpus sumendum accederet: cuius quam vtilis frequentatio, docet recenti exemplo Leonardus Vairus; *b* quod, defectu Codicis, nunc ascribere mihi non licet.

b l. 3. de fascino c. vl. T

Separari non debet ab hoc remedio, *Incruentum Missæ Sacrificium*; cuius oblationis eosdem effectus sæpe docuit experientia. *Vir tribunitius* (inquit B. Augustinus *c*) *Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum Zubedi appellatum, vbi cum afflictione animalium, & seruorum suorum, domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis illorũ eo pergeret, cuius orationib. cederent. perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit vt cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante cessauit,*]

c l. 22. de Ciui. Dei c. 8.

Idem confirmat exemplum illud Diu. Bernardi paulò ante narratum; & aliud à Gaufrido narratum in vita S. Petri Tarentasij supr. *tomo 2. pagin.* 73. & aliud apud Metaphrastem de B. Theodoro Archimandrita, qui precibus & Sacræ Missæ oblatione multitudinem locustarum immensam nebulæ instar Mazaniæ locum occupantem, interemit. *d* Possent ex Tilm. Bredenbachio addi nonnulla; *e* sed vnius D. Augustini sufficere debet auctoritas. fatentur hodie maleficæ, se dum missam audiunt, ab omni dæmonis vexatione liberas esse; ideoque se diutius ad horam vsque meridianam in Catholicorum templis, in quibus plures missæ dicuntur, moras trahere.

d Metaph in Apri. in vita Theodori.

e l. 9. collar. c. 5. & aliis eodem l.

De *oleo*, quoque *infirmorum*, per Episcopum benedicto, quo in extremę vnctionis vtimur Sacramento, ex diuina institutione, *f* dubitari nequit; cum etiam ad corporis sanitatem sit institutũ: & quouis oleo à viris Sanctis etiam non Episcopis, & non solemniter, sed obiter, vt se res offerebat; benedicto id non semel legamus effectum. Exempla huius rei plurima habemus. Beda; cũ ageret de monialis cuiusdam obsessæ à varijs, quæ dæmon inflixerat, vulneribus, sanationes: & narrasset vno excepto cæteris sanatis, hæsitãti Sacerdoti ipsãmet consilium dedisse, *g si* (inquit) *oleum pro infirmis consecratum, eidem medicamento asperseris, sicque me perunxeris, statim sanitati restituar. Nam vidi quondam per spiritum in quadam longius posita ciuitate, quam numquam corporalibus oculis vidi puellam quamdam, pari calamitate laborantem, taliter à sacerdote curatam. Fecit vt illa suggesserat, statimque hulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit.*]

V.

f Mar. 6. v 13. Iac. 5. v 14. c. ad abolendâ ext. de hæret. conc. Flor. in Decr. vnionis, Conc. Trid. sess. 7. cã. 1. & sess. 14. de extrema vnctione ca non. 1. *g* in Luc. 8. fol. 315.

Hoc oleo S. Theodosius cænobiarcha bruchos pellebat, *h* morbos grauissimos S. Launomarus abigebat. *i* Eucheria vxor Agapij veneficio attentata cùm ei roderentur intestina, ablata est ad S. Parthenium; qui triduo orans, & oleo Sanctorum ei propinato sanã remisit: *k* idemque hic ipse Sanctus beneficiũ, eodem oleo inungẽs, impẽdit cuidam Lesbo Oano. Erat hoc ordinariũ B. Auxentij Archimandritæ cõtra dæmonis obsidiones, morbosq; ab eo illatos remedium. *l* Nec minori successu vsi eodem contra serpentis ictum virolentum S. VVinvvalocus Abbas; *m* &, qui manum pictoris à dæmone inflammatã sanauit: & qui energumenum e

h Metaph in eius vita mense Ian.

i Surius Ianuar. 19.

k Metaph 7. Febr.

l Metaph. 14. Febr.

m Surius 5. Martii.

sanan

ſanandum obtulerat, & alium quoque energumenum ferociſsimum liberauit: & hydropicæ cœcoque ſanitatem reſtituit S. Eutychius Patriarcha: *n* & contra virulentos morſus Sanct. Paternus Abricenſis. *o* Contra dæmonis obſidentis ferociam non rarò præualuere prioris digiti Sacerdotales conſecratione chriſmatis in ordinis ſuſceptione ſanctificati. Scribit Ioann. Molinetus Chron. Belgici anno 1490. Aegidium Netteletum Decanum Cameracenſem, cum exorciſaret Quercetenſes energumenas, quæ loqui, labra claudente dæmone, nolebant; ſolitum digitis illis labra deducere, & increpitare hoſtem; ſi vales potesque digitos hos oleo ſacro imbutos mordere vel lædere, en illos tibi permitto: ſi nequis, os aperi, impero. Mox autem Energumenas viſas liberari magna moleſtia, cœpiſſeque Decano parere, eique reſpondere ad quæſita.

n Euſtac. in eius vita Apr. 6.
o Anonymus in eius vita 16

X.

Tertium remedium eſt, recurrere ad Sanctos viros, & auxilium ab ijs petere, quos conſtat habere donum miraculorum (quod donum, etſi rarius, etiam ijs poteſt competere, qui vitæ ſunt non probatæ, *p* dum tamen fidem rectam habeant) hoc remedium, quia vix vlli tales hodie, ſaltem in his Europæis regionibus; vix vſui hic ſit, olim frequens fuit, ſunt enim plenæ vtiliter ad Sanctos confugientium exemplis omnes ſacræ hiſtoriæ: neque tum quotquot dæmonia eijciebant, erant præditi Eccleſiaſtico ordine Exorciſtarum, vt conſtat: *q* erat tamen etiam primis temporibus in Eccleſia hic ordo, vt ſtatim oſtendetur. Sane olim SS. viri dæmones fugabant & vincebant ſola interdum præſentia ſua, vt legimus de Beato Macario Alexandri-

p Mat. 7. 9. 2. Mar. 9 & Luc. 10

q Clemẽs Rom. l. 8. cõſt. c. 32 Iuſt. Martial. cont Triph. Tertul. in Apol. c. 32

A no, apud Palladium, & de Aegyptio apud Sozomenum, & de Sanct. Guthberto apud Bedam, & de Ruſtico apud Caſsianum; *r* vel verbis dumtaxat, vt Beatus Baſilius & paphnutius, *ſ* vel litteris vt de Sanct. Eugendo legitur, *in eius vita*, & de S. GREGORIO Thaumaturgo ſcribit Gregor. Niſſenus, vel percuſsione & verbere, vt Sanct. Paulus Simplex apud Palladium & Theodorus apud Gregorium B presbyterum eius vitæ narratorem, & B. Vrſmarus, apud Rhaterium, *in Surij tom. 2.*

Quartum eſt *Exorciſmus Eccleſiaſticus.* Nota hunc ordinem exorciſtarum in Eccleſia iam ante 1300. annos ſeruatum fuiſſe. patet ex B. Ignatij Epiſtola ab Antiocho, & epiſtol. Cornel. C Papæ ad Fabianum quam Euſebius conſeruauit; *t* & ex Firmilian. ad Cyprianum, *u* & ex alijs Patribus Conſilijſque, *x* conſtat ijs, quibus in Eccleſiaſtic. Hiſtor. conſtat aliquid, fuiſſe vero exorciſmos, quibus vtebantur, certas orationes ab Eccleſia comprobatas, ex Concilio illo Carthag. 4. probatur, & quia Micrologus obſeruauit D ſolos exorciſmos; *Per Chriſtum Dominum, &c.* ſicut cæteras orationes non finiri; *Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, &c.* cuius diuerſitatis cauſa eſt, quoniam nihil magis dæmones exhorrent, quam extremi iudicij memoriam, quo omnes in æternam gehennam detrudentur. *y* Fiebant autem initio exorciſmi non in E domibus priuatis, ob metum; neque in templis, ob reuerentiam; ſed ſub dio, ſed hoc exoleuit, petebatur ſignum egreſsionis à dæmone, *a* & nomen dæmonis, *b* quæ duo adhuc hodie retinentur: ſed & cibos omnes, quibus maleficiati veſcuntur, exorcizari vtile

r Pallad. c. 19. & 20 Soſom. l. 6. c. 20. Socra. l. 4. c. 19. Bed. in vit. S. Gunber. c. 15. Caſſi. collat. 14. c. 7.
ſ Rufin. l. 1. Ecc. hiſt. c. 4. & Amph. in vit. S. Baſ.

Y

t l. 6. hiſt. Eccl. c. 35.
u l. 4. ep. 7.
x Clem. epiſc. ad Iaco. Anacl. ep. 3. Cai. ep. ad Felicem ep. Conc. Rõ. ſub Syl. can. 3. Antioch. cã. 10. Carth. 4. can. 4. & ſeq. ce interſunt & ſubſcripſit D. Aug.
y Microl. de obſer. Eccl. c. 7.
z Conc. Laodic. 26.
a Palla. in Lauſia. c. 77. & Ioſep. l. 8. ant. c. 1.
b Lactant. l. 2. diuin. inſt. & Ioda in c. Luc.

putaba-

putabatur, formulam nobis suggerit Sacerdotale Romanum: alia quoque in his obseruanda collegerunt alij c: Nobis non vacat ista hîc persequi, solum addo cauendum exorcistis, ne cum dæmone iocentur, & curiosa, nugacia ve misceant colloquia. Vidi (*inquit Niderius in Formicario*) in conuentu Colonienſi, *fratrem, verbis satis iocosum, sed in gratia expellendi dæmones valde famosum. Hic cum in terminis conuentus Colonienſis dæmonem in obsesso corpore arctaret: dæmon petiuit à fratre locum recedendi: quo gauisus frater ait in ioco, In cloacam meam vadas. Exijt igitur dæmon, & nocte cum frater ventre purgare vellet, dæmon tam dire eum torsit prope cloacam vt vitam cum difficultate saluaret.*]

Sancta res est dæmones eijcere, sancte tractanda, sic fecere quotquot olim hoc exorcismi remedio tam efficaciter vsi fuêre. Vixit B. Vrsmarus Episcopus ante annos octingentos, vitam eius Raitherius scriptis mandauit a: memorat autem memoria dignum, quod hic referam: Malbodiensis monasterij quandam monialem diabolus inuaserat, & vehementer laniabat: eam sibi Episcopus iussit exhiberi, quod cum factum fuisset, *ille non de sua, sed de Domini præsumens virtute, accepto libro, cœpit legere exorcismum super caput eius. De hinc benedicto oleo nares, oculosque & os eius leniuit, & protinus immundum ab ea spiritum fugauit. Liberata tamen puella, pauor quidam, qui præsentia diaboli seminatus fuerat, adhuc pectoribus vicinorum inerat. At vir Domini præcepit sibi aquam cum sale deferri, quibus benedictis, iussit spargi per cuncta monasterij loca: & sic omnis pauor, cum auctore suo Satana discessit.*]

Audistis exorcismum ex libro lectum, & capiti impositum vt fit hodie, audistis illitum oleum sacrum audistis salem & aquam benedictam, & horum omnium audistis efficaciam. Sed & Adelinus Sagiensis Episcop. in energumenæ Osburgis liberatione, aquam benedictam, signum crucis, & preces quæ solent, *inquit ipsemet b*, adhiberi feliciter adhibuit. Sanctus Mauritius Andegauensis Episcop. latronem, quem ob furti crimen diabolus occuparat, per exorcismi (ait Fortunatus c) gratiam à dæmone liberauit: at Maurilius Beati Martini tempore vixit. Sed ista sufficiant de exorcismo. Si quæras cur non semper dæmon pellatur: res clara est, id peccatis vel obsessi, vel abiurantis posse contingere, vel ob maiorem ipsius ægri vtilitatem, Deique gloriam. Notandum quoque quod vere & prudenter Tostatus monuit, non solere exorcismis omnes molestias & vexationes, quas dæmones inferunt hominibus, repelli: sed solum illas, ad quas repellendas exorcismi ab Ecclesia ordinantur, vt sunt molestiæ quas inferunt manendo in corporibus, & illa vexando: siue dum interius manent, siue dum exterius obsident: *& illa* (inquit) *regulariter sanantur per exorcismos: maleficia autem dæmonum, & alia mala, quæ nobis inferunt, contra, quæ non ordinantur directe exorcismi, non curantur per exorcismos, nisi raro.*]

Porro quoniam Dei opera reuelare & confiteri honorificum est: ideo his, adhuc subiungam illustre diuinæ benignitatis, & tyrannidis dæmonicæ argumentum, plane recens: & vt is, cui accidit, ore proprio fassus, res in facie Ecclesiæ hîc Grætij gesta, narrationem nostri in collegio seruant propria manu ipsius subscriptam, & nunc cum hæc scriberem, penes me habui.

c Pet. Gregor. to. 2. de rep. fol 315. Spiēger. par. 2. Malle. q. 2. c. 6. Ananias l. 4 de nat. dæmon. à fol 156. Sed copiosius & ordinarius P. Thyræus noster in. tegro de dæmoniac. opere p. 3. Mengus in Fuste dæmonū & Zacharias Vicecon. in complemento artis exorcisticæ.

a April. 18 Surij to. 2

b Adelelin in vita S. Oportunæ 22. April.

c in vita S. Maurilij cap. 10.

Igitur anno milleſimo ſexto, die Martij 22. N. Prutenus, vt aiebat nobilis, annos natus 22. ipſa Hebdomadæ ſanctæ feria quarta, collegium noſtrum (cuius impulſu, quove fine, incertum) cumque vno è noſtris ſpectante & audiente, in porticu inferiori collegij deambulans, arrogantius geſticularetur, & cum crebra capitis quaſſatione verba in Deum blaſphema, & plena deſperationis audacius euomeret: monetur iterum ac ſæpius, ſeſe vt habeat modeſtius, ac linguæ frenum inijciat: ſed fruſtra. proficiebat enim in peius, & per omnia anxij afflictique animi ſigna præbebat. Quamobrem accedens eum noſter, quærit benigne, ecquid habeat? cui rei vacet? & cur adeo creber in Dei nomine irreuerenter vſurpando? Refert ille: Perij miſer, diaboli pedicis ſum irretitus: nec tamen quas promiſit, & opto delicias, frui datur. Quibus audiſtis noſter, graue quidpiam ſubeſſe veritus, manu prehenſum in collegium introducit, & blande rogitat: quid hoc rei ſit, ne ſibi grauetur aperire. Tum N. cum lacrymis ordine, tum quidem perturbato, ſed ſequenti die tranquillius, eo ipſo quem referam, narrare cœpit: ſe nobilibus ortum parentibus & re ampla, educatum laute ac delicate: & certis de cauſis (quas prudens reticeo (parentis gratia excidiſſe, & lare patrio profugere coactum: & pecunia, quam diſcedens copioſam ſecum acceperat, abſumpta, in extremam egeſtatem decidiſſe: tandem in via dæmonem cum vehementi vento ad ſe nocte quadam ſub arbore iacentem acceſsiſſe: &, recenſitis ijs ipſis quæ patiebatur, quæque perpeſſurus eſſet incommodis, opem & auxilium, priſtinamque parentis gratiam promiſiſſe: ſi modo ſe dato chirographo vellet ad paucula quædam obligare. Se quidem ſuggeſtionis, quam pernicioſiſsimam ſciret, ea vice non obtemperaſſe: dæmonem eodem, quo cum venerat vento ac fragore receſsiſſe: prædixiſſe tamen fore, vt eum aliquando non acceptæ conditionis pœniteret. Quæ cum non procul à Vvratislauia pone quendam pagum accidiſſent, inde ſe Vvratiſlauiam contulit: vbi breui victus incommodis, die quodam ſub veſperam oppidum egreſſus, ſeipſum quod fidem dæmoni non dediſſet coarguentem, defleuiſſe animo conditionem, qua exciderat, in quam inciderat, nulla ſibi reliqua conſilij, auxilijve ſpe affulgente. Nox erat intempeſta, cum illi ſe dæmon gygantea mole offert conſpicuum, & inſultans ait: Nonne vero dixeram futurum, meam vt opé ſupplex expeteres? Iure quidem tibi illam, vt indigno, poſſem quantumuis ſupplici denegare: verum vt intelligas, quam tibi ex animo velim bene, en promitto auxilium, parentis gratiam priſtinam, veteres delitias, iucunditatis annos ſolidos numero XII. quibus expletis plena mihi ſit in corpus animamque tuam poteſtas: tu viciſsim ſtipulanti ſponde, quæ exigo: & nunc imprimis, Deum, Deique matrem, Cælites omnes, & fidem, quam docuere veteres eiura: inſuper fidem da, mortalium te nemini hoc pactum manifeſtaturum, in nullum vnquam téplum ingreſſurum, precarium codicem non lecturum, ac demum homines omnes, & eos potiſsimum, qui te ad pietatem incitare, hortarique voluerint, odio implacabili proſecuturum: te vxorem non ducturum, ſed concubinis pecunia conductis vſurum.

Cumque

Cumque in tam pernicioſam legem conſenſiſſet iuuenis, iamque ſola ſupereſſet ſyngrapha proprio ſanguine deſcribẽda: dæmó illi porrectã vltro ſiniſtrã tanta vi compreſsit, vt ſanguine è trium digitorum extremitatibus expreſſo, manum implerit, ſubminiſtrauit etiam ſcriptioni materiam (neſcio quam) pergameno molliorem, ſed charta duriorem, & calamum: ſcribentique conceptis verbis præiuit, quæ ſibi præſtari vellet: & quæ ſe viciſsim præſtiturum polliceretur. Conſcripto traditoq; chirographo, miram ſe dicebat omnis generis inſtrumentorum harmoniam audiuiſſe, & ad ſonũ obdormiſſe adeo pacato & alto ſopore, vt ſequenti die, nullo per vias publicas prætereuntium ſtrepitu percepto, in multam lucem ſterterit, tandem euigilaſſe, & ilico patrati facinoris pœnituiſſe, profectumq; Vvratislauia Olomutiũ, & inde Viennam, Vienna Græium, ibi diuertiſſe ad doctorem Venediger: ab eo ſe ad Dominũ Strasbergerum directum & commendatum. Poſtremo veniſſe Marpurgum ad doctorem Homelium. ibi exilij pertæſum, ſe rurſum indoluiſſe, quod pactum cum dæmone initum non cuſtodiſſet, adfuiſſe ſibi noctu denuo in lecto iacenti dæmonem, ac de pacto renouando in hunc modum actum eſſe, vt nimirum proprio ſanguine nouum dæmoni chirographum conſcriberet, ac in templo quodam nuper diruto, non procul Marpurgo, noctu deponeret. Poſt paucos dies iterum ſe facinus damnaſſe, manus ſibi violentas deſperatione actum inferre voluiſſe: tandem ſuaſu cuiuſdam venire Græium, vt quæreret remedium, ſtatuiſſe. Pridie tamen quam Marpurgo diſcederet noctu adfuit dæmon, & certum hic Græii, prope Carlauu tuguriolum deſcripſit, in quo 30. Martij comparet: fore, vt tum fiat voti compos, & priſtino ſtatui ex pactis reſtituatur: caueret interim etiam atque etiam ne Ieſuitas adiret vnquam, alioquin grauiſsimas eum pœnas daturum.

Hæc omnia noſtro iuuenis eo ipſo narrabat die, quem illi dæmon præfixerat, ad ſuum in illo tuguriolo congreſſum: &, quamuis illo die à tali congreſſu fuerit à noſtro deterritus, nihilominus poſtridrie (quæ fuit die Veneris ſancto) poſt meridiem, nemine conſulto, aſsignatum ſibi à dæmone locum infælix adijt. Adeſt dæmon, exprobrat perfidiam, quod contra ſuum præceptum nebulonibus Ieſuitis adfuiſſet, petit tertio renouari pactum hac ratione, vt medium ſiniſtræ manus digitum in pignus ei offerat. deinde recenſitis ab adoleſcentia peccatis, oſtendit animæ ſalutem eſſe deſperatam: allegatis è S.S. teſtimonijs, quamobrem ducat in bonis dies. Simul libellum offert iuueni, quo omnium dæmonũ nomina continebantur, & modus quemlibet pro arbitrio euocandi: nihil tamen horum iuuenis acceptauit.

Sabbatho ſancto, vbi reſcitum quod contigerat, maior iuuenis cura haberi cæpta, & cautum ne vnquam ſolus eſſet: & ex eo tempore ab vno patre, cui peculiariter eius cura commiſſa fuit, in rebus catholicæ fidei eſt inſtitutus. Sub finem Aprilis ſeſe ad confitendum generaliter præparauit. Quo die confeſſurus erat, viſum vt in præſentia Patrum aliquot diabolo renunciaret, & male pacta bene reſcinderet: dum recitantur Litaniæ ad verba: *Pater de cœlis Deus*: corruit pene exanimis, hominem erigimus totis artubus contremiſcentem. Ad glorioſum *Dei parentis* nomen denuo corruiſſet, ne

titubantem vtrimque ſuſtinuiſſemus. Tandem facta ægre renunciatione, & dæmonis abiuratione, cibo refocillatus (deſtitutus enim erat viribus, & contremiſcebat ita debilis, vt conſiſtere nequiret (poſt meridiem ductus ad templum vt confiteretur, recitatis de Nomine Ieſu, & de Angelis Litanijs, cum peccata recenſere cœpiſſet, ei dæmon in aurem inſuſurrat: Huic nebuloni (confeſſario ſcilicet) ne credas, niſi velis ab eo improbe circumueniri. Totus Maius impenſus, tum vt in fide confirmaretur, tum vt crebra confeſſione vniuerſos conſcientiæ receſſus perpurgaret. non fuit dies, quo pater deſignatus cum eo non ageret. optima iam ſperari poſſe videbantur. Patiebatur tamen dæmonis inſultus varios: nam & nocte quadam ter eſt ad ſpacium trium paſſuum lectulo eiectus, abſque vlla tamen vllius membri læſione. Et alias ſe illi exhibuit dæmon, & magnam præ ſe ferens beneuolentiam, ſuaſit, Marpurgum vt rediret: quid hîc ſeſe affligeret? Miror (inquit) quod cum noriste damnatum eſſe, non maiorem des operam, vt vitam hanc ducas hilariorem, reuertariſque ad priſtinas, quibus excidiſti, fortunas. Pudet me tui, & miſeret. quod meus, cum ſis, vitam hîc ducas adeo acerbam. Et quoniam eo ipſo tempore quidam ſtudioſus obierat in domo pauperum (in qua etiam ipſe degebat) pro quo nonnulli in valetudinario per totam noctem ad Deum fundebant preces, ſubiunxit: ſe nec poſſe, nec velle manere diutius, viuis canibus inferius (*in valetudinario*) apud canem mortuum latrantibus. Quamobrem rogat etiam atque etiam, vt vel ſemel ad dictum tuguriolum reuertatur: fore, vt ibi ea audiat noua quæ antea nunquam.

Die vigeſimo octauo Maij, Dominica Sanctæ Trinitatis, cum noſtri Deo negotium aſsidue commendaſſent, aliaque nonnulla pietatis exercitia mortificationeſque in hunc finem Deo obtuliſſent, diſpoſitus eſt ad ſacram Synaxim. Et primum in multorum è noſtris & Congregationis Sancti ſpiritus præſentia, in templo Sanctæ Catharinæ, ex charta conceptis verbis dæmonem eiurauit, & pacta ſe reſcindere nefarie contracta eſt proteſtatus, ſed incredibili difficultate, dæmone ſic ſenſus impediente, vt nec legere, & ægre tardeque præeuntem ſequi poſſet. Fecit deinde profeſsionem fidei Catholicæ iuxta formulam in Bulla Pij. IV. relatam. Vbi ad hæc verba ventum eſt (*Eccleſiaſticas traditiones, obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsime admitto & amplector.* Et: *Septem eſſe vera & propria ſacramenta nouæ legis.* Et: *in ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, &c.* Et: *hæreſes ab Eccleſia damnatas, ego pariter damno, &c.*) omnibus corporis viribus prorſus eſt deſtitutus, ereptus illi oculorum, aurium, & linguæ vſus in tantum, vt ſibi aliquantulum deſtitutus diceret, vereri ſe ne ſibi eo loco ſit moriendum. Cum in illa eſſet ſenſuum ecſtaſi: fruſtraque vrgeremus, vt quod corde credebat: exprimeret ore; credere videlicet ſe Chriſti in Euchariſtia præſentiam: placuit illi venerabile ſacramentum propius admouere: ad cuius præſentiam ita ſibi reſtitutus eſt, vt, velut è graui ſomno experrectus, diceret, & credere ſe, & experiri copioſe Chriſti præſentis virtutem. Licet etiam diuerſum euenerit, vt Euchariſtia in altari collata, loqui poſſe & audire, accedente vero ſacerdote, tanquã iuueni ſacramentũ por-

rectus

recturus esset, sensibus omnibus destitueretur, dentesque tantâ vi comprimerentur, vt nulla ope reserari posse viderentur, & recedente rursum cum Eucharistia sacerdote, videret, loqueretur, & audiret. Dicebat verò se inscium eorum omnium, quæ illi in aurem inclamassemus, solum animaduertisse veluti forcipe sibi os claudi, atque vt nihil relinqueretur intentatum, idem sacerdos relictâ in altari Eucharistiâ, digitum consecratum ori imposuit; postmodum vero vbi Eucharistiam ori admouisset, & veluti sumendâ obtulisset, tum demum inimicus eum ore patenti exagitare, & multis renitentibus eum in aërem attollere cœpit. Cumque adiuraretur, eum vt quietum esse sineret, & chirographa restitueret; eâ tertio ex ingenti fune dependentia in fastigio templi iuuenis solius repræsentauit obtutibus, cæteris nihil omnino tale videntibus. Eo die nihil aliud actum, præterquam quod & multæ ibi ad Deum pro salute eius preces fusæ, & maxima recuperandarum syngrapharum spes iuueni fuerit relicta.

Die 3. Iunij iuuenis templum ingrediebatur, cum hostis inopinato vultum eius, quasi pallio diuerberauit, & simul manum sinistram miserum in modum dilacerauit, vt sanguis copiosus defluueret, nemine tamen, qui hæc inferret viso: sensit quoque ibidem collum sibi ab aliquo torqueri, nihil tamẽ incommodi passus est, præterquam quod diebus sequentibus remanserint in manu cicatrices, cum maiore dolore quem senserat, dum illi manus lacerarentur.

Eodem die multa fecerunt nostri, vt ad Dei gloriam, felicem res tota sortiretur exitum. Excitatus eâ nocte ventus ingens, absque omni omnino pluuia, auditaque iuueni vox velut in vento miserabiliter lamentantis.

Die 4. Iunij, Dominicâ infra octauam corporis Christi, in eodem templo D. Catharinæ, post sacrum & Litanias ad singulas sanctissimæ Trinitatis personas habitas, iussus ex chartâ detestari sua peccata, profiteri fidem, & coram Deo, Angelis, & hominib. protestari catholicum se esse, nunquam se de misericordia Dei diffisurum; fecit id aliquamdiu adiutus à nemine. Cùm ei visus deficeret, prælegit alius, ipse tarde, ægre, & cunctanter verba efferebat, dæmone linguam impediente Ventum vt diceret, *Quapropter ô bone Iesu*, &c. nec legere id potuit, nec alios audire suggerentes. Adiuratur dæmon, eique virtute Dei præcipitur, ne iuueni in hoc opere sit impedimento. Exagitatur ilico iuuenis, ac si foret obsessus, & inter hæc vnico velut momento linguam Germanicam didicit; quàm beneficio dæmonis loquebatur satis eleganter; natiuo retento idiomate.

Hoc animaduerso aucta omnibus fiducia. In gratiarum actionem recitatur, *Te Deum laudamus*. Iubetur progredi, nequit dicere, *Confiteor*, &c. *Domine non sum dignus*, &c. frustra. Accedit sacerdos cum Eucharistia, dæmonique in virtute Dei præcipit, hominem vt missum faciat, &c. Tanta vi iuuenis attollitur in aëra, vt decem duodecimve è nostris vix eum retinerent. Ad crebram nominis Iesu, & Beatissimæ Virginis Mariæ inuocationem dæmon fractus abscesit. Exclamat iuuenis idiomate suo; *Aufugit à me*. Quare illicò flectit genua lætus, & magnâ alacritate, aliaq; voce progreditur; *Quapropter ô bone Iesu*, &c. Oratione finita his ipsis verbis subdit; *Laus Deo, iam sum alius homo*. Præparat se ad commu-

communionem, dicit, *Confiteor*, &c. *Domine non sum dignus*, &c. Occurrit peccatum confitendum, cõfitetur. Adiuratur dæmon, non solum iuueni posthac negotium ne faceſſat, sed chirographã vt reſtituat. Iterum confitetur. Demum tantæ debilitatis fuit, vt nec sedere posset, liber tamen iam ab omni dæmonis incursu. Nihilominus genua flectit, recitat, *Confiteor*, &c. *Domine non sum dignus*, &c. & alta voce profitetur, *credere se totis animi viribus Christum in Eucharistia esse præsentem, & sperare se ipsum sibi propitium futurum*. sumit Eucharistiam magno animi sensu, flexis genibus aliquamdiu agit gratias: & tantas illico vires recuperat, vt templo egressus, nullam sensisse debilitatem videretur. Iam demum (inquit) dæmonem non timeo, & contemno ex animo: quod hactenus à me ipso, vt facerem vix impetrare poteram. Iam paratus sum centies pro fide Catholica sanguinem profundere: & multa subiunxit in commendationem charitatis nostrorum, qui de hominis nunquam visi salute adeo essent soliciti: horum apud Lutheranos nihil esse, aliaque quæ verecundia non sinit referre.

Decima die Iunij ipso D. Barnabæ Apostoli peruigilio, nostri domi se rursum contra inimicum armant, quibus modis nouit Societas. Iuuenis quoque ne sibi deesset, tota die cilicium gestat, & se sub vesperam sponte flagello acriter diuerberat. Ingens rursum tum eo vespere, tum noctis magna parte ventus collegium impetit. Ante. xi. noctis adest inimicus alio aliave comitatus, & per cubiculum, in quo cum alijs tribus iuuenis cubabat, de ambulans; Cernis (*inquit ad sociam, nam saga quapiam existimatur*) vt iacet hic nequam? & rursum, ô si aliter rem meam instituissem, non esset hunc sortita finem. Ante octiduum penè me abegisset (*Patres intelligebat*) Interim tibi hominem commendo, eum quantum licuerit assiduè diuexa, & conuersus ad iuuenem fremebundus. Perfide nebulo, homoque leuissime & inconstantissime, nunquam fidem mihi seruasti, ô pectus ignobile ac degener. Maiores tui maluissent centies corporis animæque facere iacturam, quam vel semel datam fidem violare. En tua habe, quę mihi dederas: ego vicissim, quod meum est reseruabo. Et hoc dicto, bis aut ter iuuene audiente strepitum fecit, velut cuiuspiam aliquid è charta eradentis.

Et rursum sociæ, Pergam ad locum mihi constitutum, tu interim huius curã habeto. Rursumq; iuueni: Et existimas perdite nequam fore, meas manus, vt euadas? coactus nunc tibi tua restituo. Tu interim & Iesuitæ nebulones me posthac à stultis, confictisque cæremonijs vestris liberum esse sinite: quod enim tum sit, nihil omnino habeo, licet plura longè posthac ex te sim accepturus. Fides enim, quam suscepisti iniqua est, & per Papas (quos vos velut sanctissimos colitis, ego autem in inferno tracto pro merito) conficta. Quibus dictis & manu frigidissima iuuenis collo sine omni læsione contrectato, euanuit. Ad omnia hæc iuuenis nihil respondit, excepto hoc vnico; videlicet, vt abiret, habere se Deum propitium. Inter hæc iuuenis cæteros in cubiculo altum dormientes suscitare conabatur, eorum nomina inclamans; quorum vnus æger vocem audit, prosilit in pedes, & ad alterius sani lectum accedens eum excitat. Hic ignem excutit è silice, sulphur accendit, sed priusquam candelæ admoueret, violenter ab aliquo exstinguitur

idque

idque secundò; accendit tertiò, iamque candela lumen conceperat, cum simul & semel materia sulphurata candelaq; restinguuntur. Tandem venit homini in mentem, vt cereum benedictum accenderet; accendit, nec amplius valuit exstingui. Habito lumine inimicus euanuit, & quamuis semel ac iterum dixisset, se iuueni restituere omnia, quæ ipsius essent, nihil tamen ab eo iuuenis receperat. Componunt igitur se ad orationem, & qui lumen accenderat, ante imaginem B. Virginis Litanias recitat. Post mediam circiter horam surgens videt humi iacere chartam sanguinolentam, attollit, eique porrigit, cuius erat chirographum. Hic agnito suo chirographo gestire lætitia, exosculari illud & pectori admouere: & ilico Deo omnes simul agunt gratias, & quatuor simul (tot enim erant) recitant, *Te Deum laudamus*. Et, ne fortè dæmon illud recuperare posset, signo Crucis muniunt, aspergunt aquâ benedictâ & coronâ Beat. Virginis circumligant.

Dominicâ manè vocatur Pater, cuius curæ iuuenis erat commissus, ostendunt & tradunt ei recuperatum chirographum, quod Marpurgi postremo conscripserat; in eoque erasum è priori, cuius materiâ dæmon suppeditarat, sanguinẽ. Ne tamen doli mali quidpiam subesset, & fortè non omnia integrè restituta essent, quæ iuuenis erant in priori chirographo: iterum de more à nostris ad San. Catharinæ templum fusæ ad Deum preces, recitatæ Litaniæ, porrectâ iuueni Eucharistiâ; adiuratus & solicitatus dæmon, vt si quidpiam residuum esset, quod ad iuuenem spectaret, illud Dei omnipotentis virtute restitueret. Sed quoniam iuuenis dicebat sibi satis constare. Quod omnia integrè essent restituta, suumque animum esse per omnia quietissimum; placuit nihil amplius attentare. Quare actis diuinæ bonitati ob tam grande beneficium acceptum gratijs, recitatoque, *Te Deum laudamus*, regredimur læti vniuersi. Placuit tandem Sereniss. Principi Ferdinando Archiduci, & Reuerendissimo Secouiensi, vt series tota & processus pro concione populo proponeretur; quod factum est 18. Iunij à meridie, & ipsum chirographum vnâ cum sanguine, quo alterum descriptum erat, in templo nostro per Parochum Grætiensem, iussu Episcopi, in magno hominum concursu & frequentia combustum fuit. Hæc historia rei gestæ verissima, in qua vides (Lector, canæ fidei tenax) omnium fermè & singularum Catholicarum cæremoniarum efficacitatem, de quibusdam, alia subdamus.

Quintum remedium petitur *à misericordiæ operibus*, satisfactorijs, ieiunio, eleemosynâ, & oratione; *Eleemosynas*, commendat Canonum auctoritas, *a* vt & duo reliqua. *De ieiunio*; inuenio id præcepisse cuidam comitissæ S. Auxentium Abbatem, *b* & S. Procopius Monachus hoc vsus sæpe victoriam contra dæmonem obtinuit, *c* & alijs idem imperauit. Sed & Christi Domini testimonio accedente. (*Matth.* 17. *v.* 20. *Marci* 9. *v.* 29.) quid addendum? *De oratione*, versus quidam anonymi, sed veteris verificatoris reperitur; *Damones aduersus magna est oratio virtus*. & sunt de eadem sequentia exempla quædam, nostrorum hominum litteris certa fide contestata. Anno 1549. *quidam vnicè noster confessus, media circiter nocte, dum pœnam pro delicto sibi irrogatam persoluit*

Z.

a d. c. si per sortiarias. *b* Metap. in eius vita Feb. 14. *c* Nic. Salius in ei? vita 4. Iulij c. 1. & 5.

repentè

repentè vidit feles, mureſque & alias beſtias colore atras aſpectuque terribiles tam multas, vt totum occupare cubiculum viderentur: quo ille viſo perterrefactus, timere cœpit, ne viuus à beſtijs abriperetur.

Anxius & trepidus accurrit ad Domini noſtri imaginem, magna voce opem implorans: quare omnium animalium ſpecies ſubito euanuerunt, tanto cum impetu, ſtrepitu & fragore, vt domus ruere videretur.] Bũgi in Iaponia Anno 1555. familia fuit, quam iam à 100. annis dæmones infeſtabant, & moleſtia in paſtores, quaſi hereditaria tranſibat. Paterfamil. opes omnes placãdis idolis inſumpſerat. potius auctum ijs, quam ceſſauit malum. Triginta annorum filium dæmon occupauit, ita vt nec patrem nec matrem agnoſceret, nec quindecim dieb. quicquam cibi ſumeret: ſub horum finem Patrum Societatis vnus eum acceſsit, iuſsitque vt *D. Michaelem*, nominaret. *dum Diuum nominat vehementi tremore cœpit concuti, & varios motus membrorum edere. ita vt circumſtantib. terrori fuerit. Inuocante verò Patre* Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, *ſubito à dæmone liber exſtitit.*

Huius ſoror, paucis poſt diebus moleſtijs dæmonis agitata eſt, qui etiam in ea loquebatur.

Certis temporibus Patris noſtri concionibus auditis, Chriſtianam fidem ſuſcipere voluit: cum vero ſacro fonti eſſet admouenda, conaretur que principio ſe ſacro ſigno crucis munire, tremere vehementer ac concuti cœpit. Pater preces fundebat ſollicitè, ipſa vero ſacrum Ieſu *nomen, & Diu. Michaelis* proferre nitebatur, *ſed magis ipſam tunc dæmon irritauit obſtringendo os, & comprimendo. Tandem vero in cantum prorumpens exclamat: ſi idola Xacam & Amidam, ſectarum Iaponenſium auctores reijcimus, nullus ſupereſt, qui adorari debeat, aliaque huc ſpectantia protulit, nec eſſe, quod in ijs reprehendere quiſquam poſſet.*

Quadam die innumeris Chriſtianis *præſentibus Pater ſacrum fecit, cui quoque intererat dæmoniaca, quo finito, rogat, qui valeret? optimè, ait, iuſſa vero D. Michaelis nomen pronunciare, tremere ac dentes ſtringere cœpit, & dæmon ſe velle exire dixit: ſed quoniam iam à tot annis ea familia pro hoſpitio vteretur, non libenter migrare. Iubet iterum pater S. Michaelis nomen proferre.*

Reſpondit illa, id permoleſtum eſſe, & lachrymas fundens & conquerens, quo, inquit, me vertam? Chriſtiani itaque omnes orationes corruunt, dumq; ſatis diu orant, dæmon occupatam hactenus prædam deſeruit: ipſa vero ſubito potum petijt.

Admonita vt Ieſum & Mariam *inuocaret. tanta ſuauitate vtrumque protulit nomen, vt Angeli vocem videretur ſibi audire*] Anno 1388. Brunæ in Moraviâ, *mulier erat in Noſocomio acerrima diaboli oppugnatione ſic oppreſſa, vt nunc aquis ſibi vitam extinguere, nunc cultro, quem gnarus nocendi porrigebat in manus, eripere moliretur, prohibentibus cunctis, qui erant in valetudinario: poſt illam triennij vexationem apoplexia corripitur, obligatione linguæ loquendi vſu adempto: mittitur ad noſtros, vt pro concione populi preces efflagitent: & exoratum fuiſſe Deum, ſolutus primum linguæ nodus, deinde animæ, poſt ſacram confeſſionem peractã, oſtendit.*] Hector Boethius quoq; Scotorum res deſcribens, *lib.* 8. in Marrea regione teſtatur ſe ab ijs, qui conſpexerant accepiſſe, quod eius verbis adſcribam; *Puella Natalibus altis, forma conſpicua, complurium nobilium auerſata connubium in nefandam cum dæmone incidit conſuetudinem, quæ cum*

vt erum ferret, parentum rigore coacta edere stupratorem, adolescentem mira pulchritudine frequentius secum noctu, interdiu nonnunquam conuentisse: vnde venisset, quove abijsset, nescire se respondit. Parentes, tametsi filiæ parum crederent, accuratius rem aduertentes, consilio, quis esset qui gnatæ expugnasset pudicitiam, explorandi: cognitio tertio post de indice ancillæ stupratorem adesse, reclusis foribus, accenso thedarum ingenti numero, cubiculum ingressi, horrendum monstrum, figura supra humanam existimationem terribili, in filiæ amplexibus sunt conspicati. Cucurrere ocyus cõplures ad fædum excitati spectaculum. Inter eos sacerdos probatæ vitæ, sacræ disciplinæ non ignarus, cæteris aut trepide abeuntibus, aut pauore terræ illisis, cum Christi Apostoli Ioannis Euangelij initium recitare orsus, ad eum locum, Verbum caro factum est, perduxisset, malus dæmon horrendo sublato clamore, cubiculi tectum secum asportans, omni suppellectili incensa abijt. Femina periculo seruata, emixa est monstrum vndequaque fædum aspectu quale nusquam antea (vt ferunt) inter nostrates visum. Id obstetrices, ne obseruatum contumeliæ esset familiæ, accensa ingenti pyra citissime concremarunt]Idem paulo ante docuit dæmonem quoque succubam oratione fugatum. *In Gareotha* (inquit) *regione, vico quatuordecim vix passuum milibus ab Aberdonia, adolescens multa formositate, coram Aberdonensi Antistite quæstus est palam, sese à dæmone succuba* (vt dicunt) *grauissima omnium quas vidisset forma, multis antea mensibus infestatum eandem occlusis foribus noctu ad se ingredi, blandisq; in sui amplexus compellere: dubia luce abire sine strepitu pene, nullo se posse modo, cum plures attenderent, à tanta actam turpi vesania liberari. Iubet continuo optimus Episcopus adolescentem alio se conferre, & vt Christiana religione magis laudatis precibus & orationibus plus solito accommodaret animum: fore vt pijs operibus intento victus cacodæmon tandem esset terga daturus. Euenit adolescenti, salubre consilium religiose exsecuto, paucos post dies vti venerandus Antistes erat præfatus.*

In litteris Iaponicis anni 1569. ita scribitur, *Multis in locis Bungensis regni, vbi quidam erant ab hoste humani generis obsessi, Christiani facto conuentu sola recitatione Dominicæ orationis & salutationis Angelicæ clara voce instituta, dæmonem sæpe repulerunt.*] *De oratione* vnum exemplum accipite ex Menæo Græcorum V. Martij, in vita Canonis Isaurici: *Aiunt post ipsius è vita decessum ædes eius in templum versas, testasque illas quibus malos genios incluserat, repertas, quarum vnam cum resignassent, quod thesaurum ibi latere ob pondus arbitrarentur, statim fulminis instar erupisse dæmonas, vt omnes exanimati concíderent, & quicquid instauratum erat procumberet nemoque omnino post occasum solem auderet ad locum illum adspirare. Sed non diuturna fuit hæc dæmonum tyrannis, quam per sancti viri preces, cum populus se ieiunijs & vigilijs dedisset mox depulere.*] ita vertit Raderus. & Iane de precum efficacitate notior res a, in confesso est etiam hæreticis: sed qualis ista esse debeat, non æque. Inprimis maxime salutarem esse communem Ecclesiæ orationem Patrum testimonijs constat, Chrysostomi, Augustini, aliorumque *b*, deinde & priuatam hominum Sanctorum, vt confirmant Glycas, Eugyptius, & Metaphrastes. *c* Si quæras quid orandum? præcipua dignitas & efficacitas est, *symboli Apostolici & orationis Dominicæ*, non modo ex Canonum præscripto, sed & veteris æui nostrique experientia vt docet multis Diuus Augustinus *libro secundo de symbolo ad Catechumenos capite primo, & lib. de vtilitat.*

a Tobiæ 6 & 8. Mat. 20.
b D. Chrysost. hom. 3. de incomprehensib. Dei Natura. Augustin. l. 2. de ciu. Dei. ca. 8. Theodo. l. 4 Hist. Eccl. c. 21 Sozo. l. 6. c. 24.
c Glycas p. 4. Annal. fol. 354. Eugyp. in vita S. Seuerini mens. Ianua. Metaphr. in vita S. Auxentij Abba.

cred. capit. 22. & exemplis astruit Nicol. Remigius *lib. 1. dæmonolat. cap 13. & lib. 2. cap. 4.* Nec dubito proximam his facere, *Salutationem Angelicam*, eiusque iterationem illam ad orarios globulos, quam *Rosarium* appellamus, cuilibet Heidelbergensis aliquis annonymus *d* suum bimonstrem partum *d* vlro *rosarium* obiecerit calumnias tamen & apinas meras, sub alieno nomine Ioan. Busæus pari & lepore & robore, ante annos iam decem disiecit: & quia Gelasimus quidam lepide sibi visus ludere in nostrorum hominum apud Indos rosaria, describam quod Satyricus legat, rideat, si lubet. In litteris Lud. Frois è Iaponia scriptis anno 1596. hæc narratio exstat, Moguntiæ his verbis Latine excusa. f. 179. *Nobilis quidam homo, olim magna auctoritate in hoc regno Fingano pollens, habebat filiam matrimonio cum gentili copulatam, cuius mater cum tota familia quoque erat gentilis, nullus vero Christianus nisi dictus nobilis, vir bonus & religiosus. Accidit filiam ex improuiso infirmari, & quidem intra sex dies vsque ad mortem: quidam aiebant à dæmone obsessam, propterea quod tam furiosos & insolitos gestus ederet, vt agrè à duobus vel tribus hominibus teneri posset. Maritus & socer implorarunt opem Bonziorum, sed suis illi ritibus & nugis superstitiosis ne hilum quidem eam iuuare potuere. Verum quia fœminæ impendebat mors, certiorem reddidere eius parentem, octodecim milliaribus inde disiunctum. Is celerrime aduolat. inuenit filiam quidem spirantem, sed mentis impotem, vt patrem suum non agnosceret. Pater illico mandat submoueri omnes Bonzios aliosque Ethnicos lectum stipantes: ipse vero acceptorosario, ter Dominicam orationem & salutationem Angelicam aggreditur pronuntiare: fœmina interim nihil mutatur, sed horribiliores potius gestus, quam prius edit, vt à multis teneri vix posset. Pater* A *rediit ad præsidium rosarij, eo verberat tergum filiæ dicens: tu videre mihi dæmon aliquis, excede ex hoc corpore. Et respondit dæmon: non excedam: Pater, vt erat homo virtute præstans, rosarium iniecit in eius collum, dicens: velis nobis, excedes. Tum dæmon, Tollite, inquit, rosarium, quia abscindit mihi collum, & tunc cessero. Respondit pater, minime tollam, immo funes quosdam arripiens, minatus est se eum diuerberaturum, & sic dæmon excessit, &c.*

B En quid in Indijs rosaria per Iesuitas inducta. Sublannat tamen falsus poëta verbosissima Elegia contra Iesuitas, quam ipse Primum Parisijs, post Lugduni Batau. iuuenculus quidam *in Odæporico* edidit. Quod doctissimorũ poëtarum de Societate Iesu edita testimonia, de gestis in India & perlatis ardore fidei, possent opponi nupero isti poetæ? quem etsi mirer tam calide, Patris sui, viri optimi, clarissimi, laudatissimi Iustitiæ Sacerdotis, iudicium damnare, vt nescio quibus placeat, miror tamen minus, quia vix est vt Iesuitæ talibus ambiguæ fidei hominibus placere possint. dici solet lupum beneuolum esse canibus gregarijs non posse. fors etiam id à quodam inito petulantis bilis vitio cacoethes natum. Quibus Archilocus iste, seu Hipponax, pepercit? lege quæ olim Cæsaroduni Turonum edita. Mittam quæ in Hispaniæ regem *e*, Sabaudiæ ducem *f*, & Mariam Stuardam laudatissimam fœminam & Scotiæ Reginam, fidei causa capite truncatam *g*, virulentissime & calumniosissime chartis illeuit. vide quid de suâ ipse patria *h*?

Musarumq; tribunal
Quodam, cara Lutetia,
Nunc spelunca Cyclopum, arx Polyphemia,

d Fran. Iunium fecunt fuisse: sed incerta fama.

e f. 28. p.
f ffo. 9. p.
g f. 13. &
h f. 4. p.

Antæi latebræ, Antiphatæ teges,
Et Læstrygonis antrum,
Bebryciſq; Amyci ſpecus,

ô pium filium! quid de cunctis religioſis ordinibus? ſic ait fol.27.2.

...ſcelera & examina mille
Monſtraq; ſub rigidis latitantia bardo cucullis,
Virtutum regnare loco, & ſibi ſumere nomen:
Denique proſtibulum, & ſpurcæ impietatis aſylum,
Noſtra Dei tandem factum per crimina templum.

Sed dicat ſe forte malos tantum præſtringere, Eraſmi & commune maledicorum refugium hoc ſemper vnicum fuit. Quid de ipſa Romana fide? fol.6 pag.1.

...luimus nocentis
Crimina Romæ.
Improbos mores, & adulterinos
Numinis cultus, tragicaſq; fraudes
Odit, & totum Deus vltor armis
Concutit orbem

Ergo Romanæ Eccleſiæ ritus colendi Numinis huic ſunt adulterini? coruum crocitatu, ranam coaxatu, Caluiniſtam verbis, agnoſcas. Ne dubita, dabit plura indicia. Quid enim de Pontifice Maximo? liberaliſsimus eſt conuiciator, non vno ſymbolo contentus. primum p.2.fol.3. ore blaſphemo euomit non in vnum, ſed in multos, vt peſtilens ructus latius diffundatur, ſequentia:

Tu ſeptifrontis cornua belluæ,
Et quicquid audent hinc ſocer, hinc gener:
Huiuſq; debellare ſæcli
Monſtra pijs inimica natus.

Alloquitur eum, qui tum adhuc Caluinianus, & capiti Eccleſiæ conuicium Caluinianum de Apocalyptica bellua ingerit, & Catholicos Principes *huius ſæculi monſtra* vocat *inimica pijs.* qui *pij iſti?* nonne hæretici quotannis in Bulla Cænæ Domini excommunicari ſoliti? ſed pergit f.6.p.1. linguam ſacrilegam in Cœlum armare, dum canit:

fruſtra pandet aperta
Cœli templa vicarius
Vanis pollicitis callidus artifex
Vulgi ſtulta leuis paſcere pectora

Per ſarcaſmum vocat, *Cœli vicarium*, qui vere talis, Dei gerens locum in terris: Petri ſucceſſor. cetera de Indulgentijs, hæreticum cor poetæ huius manifeſtant. Nondum finis blaſphemiarum. fol.28.pag.1.

...licet inuidia contra
Bellua vaticana fremat.

Bellua nunc, qui paulo ante cœli vicarius. facile tamen antilogiam expedio. illud ironicè abs te, hoc ſerio dictum. ô merito vtroque linguam eradicandam! Non contentus in ſolum Pontificem Max. incurriſſe, fæde maledicit, Purpurato concilio, & toti Senatui Vrbis æternæ. nam ſubdit:

Romanumque apicem, pulſis tibi
Roma cinædis,
Reſtituat, ciueiſq; tuos, priſcumq;
Senatum.

Quid tu ſcies neſcio, Deus ſcit. Nullus vir probus talia viris talibus obijciat, ſcio. Optas etiam idololatriam, &

Paganiſmum Romam reduci? parcior Symmachus, qui retinere conabatur: modeſtior Gentilis, qui conuitijs abſtinebat. Quid his tam maledicis, tam virulentis queat adijci vnum eſt, vt orbem fere totum, qui Catholicus, loligine ſua perfundat *fol.29.* vnico diſticho. inuoluit:

Ad prædam acciti (nam ſat Lotharingia non eſt
Vna) Quirinalis prædo, Sabaudus, Iber.

Multum remiſiſti de iniuria, qui ex *ſeptifronti vaticana bellua* ſaltem hominem, licet improbum, nempe *prædonem* feciſti *Quirinalem.* Et cum hæc ſcripſeris, cum hæc in lucem Turonis emiſeris, audes oculos in cœlum tollere? putas te latere poſſe, vel tam ſceleroſos verſiculos ætatem laturos ſperas? Qui parcas paruulæ Societati: qui, talibus Principibus, qui vrbi æternæ: qui patriæ tuæ: qui fidei Catholicæ ritibus: qui Dei vicario non pepercisti? ringere, freme, frende, ſpuma. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Non ego tuam illam elumbem elegiam flagellabo, non tanti eſt. non quiſquam tibi reſpondebit, conuiciandi palmam retineto. Conſiderabunt Antiſtites Catholici (ceteros non moramur, quibus laus eſt diſplicere) quid aut quantum tam virulentæ, tam impudenti calumniandi licentiæ ſit credendum, quo camo & fræno tales maxillæ coërcendæ, quibus petulantia tam noxia ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ flagellis vindicanda. Quibus mentes recte ſtant, nondumque odio, inuidia, hæreſi deuiarunt, credent potius Læuino Torrentio Epiſcopo Antuerpienſi *in odis*, credent Petro Angelio Bargæo, *Syriados libro 6.* poëtis clariſsimis, credent Frederico Iametio, credent Iuſto Lipſio (cui hac in re quoque te foret æquum credere) crederent alijs viris eruditione, pietate, & ſapientia ornatiſsimis, quorum exſtant elogia tuis conuicijs contraria, quæ poſſem hic tuis oppoſita repræſentare: ſed nec tua tanti, nec me ſinit verecundia, nec defenſoribus iſtis veritas eget. Quod ille dicebat in tragædia:

Virtus Vlyſſis nota Danais eſt ſatis,
Nimiſq; Phrygibus:

Id tibi dictum puta Danæos eſſe bonos & Catholicos Phrygas Caluinianos & Atheos. Virtutem Dei quæ ſe hominum noſtrorum labore, ſtudio, induſtria, per quatuor orbis plagas exeruit, (Deo ſit laus & gloria) tibi tuiq; ſimilibus inuidioſam potius, quam ignotam aut imitatu facilem eſſe. Sed non vacat pluribus diem verbis conterere: vt anchoras legam, monet me inſtitutum, ad quod redeo.

De recitatione Aue Maria, & Salue Regina multa poteris (ſi lubet) exempla reperire apud Cantipratenſem *li.2. Boni vniuerſalis fere toto cap.29.*

Non diſsimile illi Fingano, apparuit in eiuſdem Iaponiæ inſula Scichina, *quod ibid. fol.193. narratur*, de virtute Litaniarum, Mos eſt operariorũ illius ditionis tempore pluuio, vaſis aquam excipere, qua ſudo cœlo irrigare poſſint hortos & agros. Quoniã vero aliquando contigit (*haud dubie maleficio dæmonis*) vaſa, licet plena, nullam reddere, etiam poſt impedimenta omnia remota, aquam, vocarunt veneficum, qui ſuis ritibus diabolicis, & inuocationibus ſuperſtitioſis effecit, vt defluxerit, idque in multos annos perdurauit. (*En maleficium maleficio pulſum*) Hoc vero anno cum ruſtici in Beatiſſimæ virginis confraternitatẽ adſcripti eſſent, & anteactæ vitæ lapſus errore.-que cum dolore animi patefeciſſent ac

ſtato

ſtato tempore ad excipiendam aquam A
neceſſariam reuerſi, animaduerterent more ſuo non defluere; (*entertiam fraudem dæmonis iterum aquam ſiſtentis, vt iterum veneficus adiretur*) non iam amplius ad magos, ſed ad Eccleſiam confugere, certioremque ea de re fecerunt, ſenem quendam optimum Chriſtianum, qui in Eccleſia Futaiana ſolus diu omnium fidelium perſonam ſuſtinuerat; eumque etiam atque etiam rogarunt, vt
ipſe preces aliquas ſupra vas aquæ recitaret: ſe iam Magicis ſuperſtitionibus B
nuncium remiſiſſe. Senex purgauit ſe quantum potuit, & re conſiderata ſecum in hunc modum eſt ratiocinatus.

Si aqua Deo annuente fluxerit, Chriſtiani fortiores, robuſtioreſque in fide reddentur: ſi autem ob mea peccata non fluxerit, multi in fide refrigeſcent, & C
pluris facient fraudes, & veneficia Satanæ, quàm ritus & preces ſacras. Tandem tamen exiſtimauit eorum voto ſatisfaciendum, multiſque eo loco Chriſtianis comitantib. ad locum contendit, & primum flexis genibus *Litanias de Sancto*, deinde *Symbolum Apoſtolicum* recitauit, ac mox nulla difficultate aqua per canalem effluxit.] D
Igitur his addenda Catholica *Litaniarum* recitatio. Volunt nonnulli etiam à Claudiano Mamerto hoc remedium inſtitutum, cum Viennenſes in Gallia horribiliter à dæmonibus diuexarentur. Vnde Mantuanus in 4. Faſtorum.

Vrbs ſedet ad Rhodanum, Galli dixere Viennam;
Quæ tulit aduerſos caſus, paſtore Mamerto, E
Et longum vexata fuit. nam fulmine crebro
Arſit, & horrifici terrarum motibus arcis.
Sciſſa dehiſcebant, rimis penetrantibus vſq;
Ad ſtygios amnes, vbi ſunt Iouis antra profundi.
Adde lupos, qui Tartareis agitantibus vmbris
In furias acti, ne dum iumenta per agros,
Audebant laniare homines, & in vrbibus ipſis.
Caſibus his perculſi omnes, diuina coacti
Quærere ſubſidia, & Diuos excire precando.
Hinc traxit Litanea ortum: tranſiuit in omnes
Religio ſimilis paruo poſt tempore gentes.

Exſtant Litaniarum varia genera, in libro, quem P. Thomas Salius collegit; ſed plures longè in eo; qui Monachij excuſus curante, *Sereniſſimo VVilhelmo Bauariæ duce*; qui hoc æuo Caroli V. Imp. exemplum imitatus, curis principalibus filio relictis, totum ſe pietatis ſtudio addixit. rebus alijs ſapientiſsimè geſtis, hunc feliciter omnibus laudatiſsimum addens colophonem; gnarus, quid illud vnum porro neceſſarium, & quæ pars melior eſſet eligenda. Cæterum litania olim tum contra cætera mala omnia, tum nominatim contra ludificationes & vexationes dæmonum, ſemper vtiliſsima fuit; *a* vt plurimis teſtimonijs & argumentis egregie probauit ex noſtris Nicol. Serrarius, erudita ſua Diſputatione de Litanijs, Herbipoli edita: cuius etiã ſunt illæ aliæ piæ & eruditæ Litaniæ de Sacroſancta Trinitate, non ſemel iam excuſæ. Do hoc remedio trium ſatisfactoriorum operum non pauca, nec leuiter Tyrçus *pa. 3. de locis infeſtis cap. 66.*

AA *a* vide Ioan. Diac. li. 4. vitæ D. Greg. c. 93. & Sigisber. an 858. Iac. Rabum l. contra Marbac. c. 26. Ei ſingulũ l. de exorciſmo Oetingenſ. Thyrcũ de dæmoniis. p. 3. c. 654.

Sextum est inuocatio, deuotæ nominis *Saluatoris Iesu*, vel *Christi*, vel *B. Deiparæ Virginis*, vel petita opitulatio ab *Angelo custode*. De *Saluatoris nomine* docent vetustissimi quique Ecclesiastici scriptores, tam constanter tam frequenter, vt putidum sit verba eorum hic coaceruare.*b* Toretiam exempla reperiuntur eius efficacitatis, vt fastidium mihi lectoris cauendum potius, quam quærendi labor sit subeundus.

b D. Iust. aduers. Triabon. Orig. li. 1. contra Cel. Tert. de corona milit. ad Scapulam, & in apol. Cypr. aduer. Demetria. D. Athan. de incarnat. verbi, Chrysost. Chrysologus. Iesu nomine cæde inimicos: neque enim in cœlo aut in terra potentiora sunt arma.

Indicabo loca vnde qui volet petat. *recens vnum refert Ananias lib. 4. de natura dæmon. fol. 152. vetustiora duo de B. Auxentiom eius vita Metaphrast. aliud auctor vitæ San. Euphrasiæ virg. mense Martio, aliud de S. Theodoro archymandrita Gregor. presbyter. 22. April. apud Surium, & apud eundem alia quinque vel sex. tom. 4. pag. 154. & 513. tom. 5. pag. 827. & 892. tom. 6. pag. 671. tom. 7. pag. 567. vide præterea Gretzerum lib. 3. de sancta Cruce cap. 27.* & egregium exemplum illud, quod Superius lit. R. retuli de Mussipotano iuuene. De *B. Virgine* docet exemplum illud notum Theophili, de quo præter alios egit Honorius Augustodunensis, *in Sigillo Mariæ*; & nobilis cuiusdam Eburonici, de quo ex Cæsario egimus, *lib. 2.* & addi potest exemplum nobilis puellæ quod *ex Mori. lib. 1. Dialog. c. 16.*

Narrat Bredenbachius *lib. 2. capit. 27.* item quod narraui sup. *tom. 2. p. 2. 55. A.* De *Angeli custodis* opere testis est Origenes *lib. 6. contra Celsum vbi eius XXII. calumniam exagitat*: & de eodem satis clarè Paulinus *in vita S. Ambrosij*, & de eadem ope satis clara, etsi non petita, capio miram narrationem Salisberiensis *lib. 2. Polycrat. c. 11.* his verbis, *Dum puer vt psalmos addiscerem Sacerdote traditus essem, qui forte speculariam magicam exercebat, contigit, vt me, & paulò grandiusculum puerum, præmissis quibusdam maleficijs, pro pedibus suis sedentes ad specularia sacrilegium applicaret, vt in vnguibus sacro nescio oleo an chrysmate delibutis, vel in extorso & leuigato corpore peluis, quod querebat, nostro manifestaretur indicio.*

Cum itaque prædictis nominibus, quæ ipso horrore, licet puerulus essem dæmonum videbantur, & præmissis adiurationibus, quas Deo auctore nescio socius meus se nescio, quas imagines tenues tamen & nebulosas, videre indicasset: ego quidem ad illud ita cæcus exstiti, vt nihil mihi appareret, nisi vnguis, & peluis, & cætera quæ antea noueram.

Exinde ergo ad huiusmodi inutilis iudicatus sum & quasi qui sacrilegia hæc impedirem, ne ad talia accederem condemnatus. Et quoties rem hanc exercere decreuerat, ego quasi totius diuinationis impedimentum arcebar. sic mihi in ea ætate propitiatus est Dominus [vtique arbitror per Angelum custodem: sed addit] *Cum vero paululum processissem, & flagitium hoc magis & magis exhorrui, & eò fortius confirmatus est horror meus, quod cum multos tunc nouerim, omnes antequam desinerent, aut defectu naturæ, aut inanu hostili, beneficio luminis orbatos vidi, vt cætera incommoda taceam, quibus in conspectu meo à Domino aut prostrati, aut perturbati sunt, exceptis duobus, Sacerdote videlicet, quem præmisi, & Diacono quodam, qui specularium videntes plagam, effugerunt, alter ad sinum canonicæ, alter ad portum cellulæ Cluniacensis sacris vestibus insigniti. Eosdem tamen præcæteris in congregationibus suis aduersa plurima postmodum perpessos esse misertus sum.*] De implorata vero & impetrata eiusdem custodis Angeli ope testis est. S. Golauduch, cuius mentio apud eius coætaneũ Euagrium

gli. 6. c. 19

grium, & sed quod adscribã, apud eum non habetur, sed ex Stephano Hierapolitano retulit Nicephor. *Histor. li.* 18. *cap.* 25. eam grauissimè varijs Persicorum Magorum verberibus, cruciatibusq; affectam, semper absq; vllo medicinæ præsidio, angeli ductoris opera sanatam fuisse. Quę ad vtrumq; Angeli, nempe & Dei genitricis simul auxilium apprimè pertineat, dabo narrationem aliam, certa totius Lusitaniæ traditione notissimam, & à rerum D. Dominici Ordinis Historiographo Ferdinando de Castillo memorię proditam. *1. p. Histor. Gener. ordin. Prædicator lib. 2. cap. 72. vt ex eo refert Alph. Villegas Flor. Sanct. p. 3. vita* 173. Boncela municipium Conimbricense est, ibi nobilibus parentibus natus, quidam Ægidius. hic, vix dum adolescens, industria & fauore tres Canonicatus & Prioratum vnum adeptus, omni vitio diffluebat, non indoctus humaniorum litterarum, & Philosophiæ, & medicinæ, cui, quam sibi oportuniorem ad nequitiam rebatur, totum se dare, & Lutetiam eius addiscendæ causa cum cogitaret, iter aggressus dæmonem obuium humana in specie habuit. Malus iste viæ comes, à noto sibi, sed ignotus, paulatim varia quærere. vt audiuit profectionis consilium, quin tu (inquit) me potius audis? scientiam indicabo, quæ & adeptu facilis, & vsu præcipua ad dignitates voluptatesque; ipsius etiam, quam sitis, medicinæ summa perfectio est.

Necromantiam dico. dixit & persuasit. abducit Aegidium, & adducit in vastum specum, prope Toletanam ciuitatem. ibi occurrere læti, & excepere venientem viri, dæmonesque humana effigie. itur in specum exigitur non secreti tantum, sed & ligiæ fidei siue homagij perpetui Sacramentũ. A volens adigitur, & schedula proprio consignata cruore, promissum confirmat. Septennio illic illic tetris artibus, & caliginosa scientia imbuitur. post Lutetiam profectus, miros breui inter Hippocratis sectatores progressus facit, & Doctoratus Lauream adeptus: gliscebant enormia magis magisque peccata: ruebat de scelere in scelus: ambiguum erat, fama eruditionis, an nequitiæ infamia maior. Sed, ô Dei bonitatem? vi, quem lenitate nequiuerat, statuit trahere. B

Ecce tibi equitem hoplomachum, lanceam vibrantem, & intentantem misero irato vultu. minaci voce clamantem, *vitam hanc moresque desere, ad frugem reuertere.* Subitus Aegidium terror occupauit, sed veloci motu, cum terrore institutum pristinum displicere desijt. ad volutabrum luti reuerso, post triduum idem ille eques iam terribilior non solum minatur, eadem verba repetens de mutando vitæ instituto, sed lanceam pectori infigit, & vulnus, etsi non graue, imponit. Fractus animo noster: *Dedo*, inquam, *me, faciam Domine quicquid iusseris.* Saulum diceres in terram deiectum. Statuit seriò, se totum Deo dicare, & quo intus impelli se sentiebat (*vrgente, sic opinor, angelo custode, qui apparuerat*) religiosæ alicuius institutæ familiæ se addicere. Hoc animo Lusitaniam repetens, dum per Pallentiam iter habet, vbi tum Monachi Dominicani monasteriũ moliebantur subit cupido cernendi operis. vidit viros sanctitate & eruditione claros, quosdam etiam viribus & ętate defectos, delicatè olim nutritos, calcẽ subigere, ligna dolare, lapides parare, & onera humeris portare, summa lætitia & alacritate. Optat se illis iungere, petit instanter admitti, impetrat. Tyrocinio defũgitur, magna spe Sãctitatis futuræ C D E

excitata:

excitata : post aliquot annos missus Santarenum in Lusitaniam, ibi crescebat oratione & victoria sui. Vnus angebat scrupulus, quod penes dæmonem hæreret scedula illa obscæna, & intestabilis. Igitur ardentius Reginæ cœlorum se commendabat, mali huius remedium aliquod postulabat, non sine lacrymarũ imbre, & continuo suspiriorum concentu. Quid neget misericordiæ Mater sic postulanti? Die quadam, cum in sacello templi prolixius oraret, apparuit illi dæmon formidabili aspectu, deteriore vlulatu, conuicium facit, & præstitam fidem, acceptaque beneficia petulanter exprobrat. tandem, post multa minaciter, & proteruè, & impotenter obiecta, *faxo* (inquit) *huius te monachismi, & violentiæ, quæ me tibi syngraphum hunc cogit restituere, nunquam satis pœniteat.* simul abijcit eum ad pedes Ægidij, & videri desijt.

Ægidius chartulam accipit, & lacerat minutim. Nec vanæ dæmonis minæ fuere. admirandis illum modis plus septennio postea vexauit. mitto vexationes alias. assumebat monachi cuiusdam, qui in eodem degebat monasterio similitudinem, & nihil non quod excogitari inter domesticos posset, molestiæ, Ægidio inferebat. patiebatur hic, sed tandem dolens malitiam illam serpere, & fratrem, vt putabat, illum, Deum sic semper offendere, rem defert priori, & petit alio mitti, causamque aperit accersito fratre, deprehensus calumniator, & insolens ab alijs, solitus ab Ægidio vinci, desijt victori negotium facescere. Viuus tandem clarus multis non virtutibus tantum, raptibusque, sed & miraculis varijs, anno 1265. mundo denascitur, vt cœlo nasceretur, sepultus Santareni, vt sanctus colitur. Habetis & Deiparæ

A virginis vno in exemplo efficacissimũ contra dæmones præsidium, & (quæ dixi alijs locis) præterea de scholis Magicis Hispaniæ, *a* de homagio præstando, *b* & chirographo cruento, *c* de repræsentandis innoxijs, *d* de apparitione dæmonum & etiam Anglorum. *e* Ioannes Molinetus *f* narrat Energumenarum illarum Quercetensium, de quibus egi non semel, possessores dæmones inter cætera questos; sibi à *Misericordiæ matre* manubias animarum plurimas quotidie eripi, nec non ab illo gigante pueri baiulo, & ab alia rotæ, & alia turris gestatrice. sic enim illos sacratis *Mariæ, Christophori, Catharinæ, & Barbaræ* nominibus abstinentes, ad Ecclesiasticam picturam allusisse apparet.

B

C Quid verò prohibet me *Patronæ* Virginis *Deiparæ* memoriam & venerationem, alia quoque certissima narratione recolere, vt quam efficax semper eius inuocatio contra tartaream tyrannidem fuerit Lectores intelligant? Horatius Tursellinus Historiæ Lauretanæ scriptor, pari elegantia & fide, rem gestam proponit: *g alium porro iuuenem Lauretanæ virginis tutela seruauit, quem in præcipitem locum libido insana prouexerat. Hic, vt erat proiecta cupiditatis audaciæque, in vetitas se effuderat voluptates. Expugnatio multarum matrum familias pudore. immodico cuiusdam mulieris amore flagrabat: qua cum nec prece, nec precio, nec vi, doloue potiri liceret: vltima experiri statuit.*

D

E *Igitur conciliatum magicis cantionibus dæmonem rogitat, vt se voti compotem faciat, ad omnia se descendere paratum ostendens, si eo, quod expeteret, frueretur. Diaboli ergo iussu à Christo deficit: seque totum illi dedit, traditque super hæc omnia iurat conceptis ab*

a li. 2. q. 1. supr.
b li. 2. q. 4.
c li. 2. q. 12 nu. 5.
d l. 2. q. 27 sect. 2.
e l. 2 q. 26 sect. 3.
f Chron. Belgiæ, an. 1490.
g l. 4. c. 33.

illo ver-

illo verbis, & chirographo suam obstringit fidem: vsque eo impuras mentes voluptatis amor excæcat. Cæterum, vt potius est, quod cupierat, fecit, vt sit, fastidium copia: & cœlesti luce oborta, magnitudinem sceleris sui sera æstimatione perpendit. Ergo postea quam animum curis anxium pœnitentia subijt, ad veniæ spem erectus, cœlestem opem spectare, Deum Deique parentem implorare cœpit. Inter hæc occurrit animo virgo Lauretana, eiusque ædu Sacerdotes amplissima facinorum expiandorum authoritate præditi. Protinus Deo authore ac duce Lauretum petit, haud dubius, quin inibi esset tanti mali remedium inuenturus. Nec sua illum frustrata spes. Lauretum vt venit, Sacerdotem idoneum nactus, re omni exposita, consulit, ecqua sibi spes sit reliqua salutis. Ille primo sceleris atrocitate exterritus paulisper hæsit: deinde immanitate facinoris demonstrata: ita spem illi salutis ostendit, si precibus, ieiunijs, voluntariaque corporis vexatione Deum placare penitus insistat. Cum ille nihil omnino pœnarum recusaret, promisit Sacerdos, si imperata fecisset, se faciles aures ei daturum, & tantum piaculum Deo propitio vtique expiaturum. In digressu hominem monet, vt per triduum inedia, cilicio, si gris corpus afflictet, B. Virginu opem implorans: per eam à Deo veniam exposcat: se eodem triduo rem diuinam pro ipsius incolumitate facturum. Et vtrinque exstitit fides. Ita triduo extracto, sacerdos optimum ratus est ante absolutionem chirographum à dæmone extorqueri, ne quid omnino curis in illum haberet. Proinde hominem ab se dimittit monitum, vt augustissimum sacellum ingressus precibus lachrimisque Deiparam vsque eo fatigaret, dum chirographum à diabolo extortum reciperet. Morem gerit ille, suæ salutis, securitatisque auidus, haud dubia spe, id se deprecatione Deiparæ virginu impetrare posse. Ergo prostrato ante

A Virginem corpore, lachrymans obnixe eam precatur, vt recepto illo nefario chirographo, saluti incolumitatique suæ consultum velit, ingenti miraculo compos voti efficitur. Versiculos illos ex animo iterabat. Monstra te esse matrem. Sumat per te preces, qui pro nobis natus tulit esse tuus. Talia precatus subito, chirographum in manus suas delapsum conspicit. Itaque vix sibimet ex inopinato gaudio credens, integrato fletu gratES Virgini enixius agit. Inde sacello egressus, lætitia exultans ad Sacerdotem accurrit: receptum Deiparæ beneficio scriptum ostendit. Id erat tot tantisque in Christum, atque in ipsum qui scripserat, diris & execrationibus refertum, vt facile appareret, à sempiterno humani generis hoste dictatum. Verumtamen tantum vinculum omni diabolica fraude potentior vis diuina dissoluit: ita deuotum illud inferis caput, Deiparæ benignitate asseritur in libertatem filiorum Dei: ne quisquam omnino, quam facinorosus ac perditus, si modo ipse perire nolit, de sua salute desperet, neu cuiquam in dubium veniat Dei clementia, quæ vltro Matrem suam reu Patronam dederit ad salutem.] Hoc exemplum gratius futurum spero, eo quod simul praxim quandam iuxta tutam & facilem Confessarijs pœnitentibusque proponat: cuius normam ductumque in similibus admodum perplexis consulationibus imitari possint: quod libri huius sexti institutum vel maxime flagitabat, à me non præteriri. Alia duo valde industria refert Cæsar, miraculor. libro sexto. capite vigesimo sexto, & vigesimo septimo. ex quibus quam efficax contra dæmonum præstigias remedium sit, nominis Mariæ deuota cum fide pronunciatio clarissime videtur. Alia suggerit historia miraculorum B. Virginis Montisferrati, in qua multi traduntur dæmonum tyrannide, quibus se deuouerant

consecratæ B. Virgini, & eius imagine insignitæ candelæ partim solo adspectu, *vt narratum mirac.* 150. *fol.* 138. partim contactu, *vt miraculo.* 172. *fol.* 147. *& miracul.* 237. *fol.* 215. partim sola inuocatione S. nominis & petitione auxilij, vt *miraculo* 45. *fol.* 60. partim promissa ad hanc ædem sacram peregrinatione, vt *miraculo* 289. *fol.* 256. liberati; habes illustria admodum miracula in hoc genere apud Lipsium lib. de B. Virgine Aspericollis Sichimensi, sed claudat hunc §. sanctus vir, & bonus poeta Prudentius de sacratissimæ Dei genetricis contra dæmones potestate agens: Cathem. hym. 3.

Auctor & ipse doli coluber
Plectitur improbus, vt mulier
Colla trilinguia calce terat:
Sic coluber muliebre solum
Suspicit, atque virum mulier.
Ecce venit noua progenies,
AEthere proditus alter homo,
Non luteus, veluti ille prior:
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corporeisque carens vitijs,
Fit caro viuida sermo Patris:
Numine quem rutilante grauis,
Non thalamo, neque iure tori,
Nec genialibus illecebris.
Intemerata puella parit,
Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modo cernua fœmineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia virga venena domat:
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger remouet
Gramine concolor in viridi.
Quæ feritas modo non trepidat
Territa de grege candidulo?
Impauidas lupus inter oues
Tristis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat,
Exagitansque truces aquilas
Per vaga nubila, perque notos
Sidere lapsa columba fugat.
Tu mihi Christe columba potis,
Sanguine pasta cui cedit auis,
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Sub iuga tigridis ora premens.

Septimum, est *Signaculum sanctæ crucis*, de cuius præconiis liber esset solidus contexendus ex Sanctorum Patrum scriptis, & rerum gestarum exemplis. *Vide D. Cyprianum serm. de passione Christi, originem libro tertio in Iob, Lactant. libro tertio capite vigesimo quarto D. Antonium, apud Athanasium, ipsum D. Athanasium de Incarnat. verbi,* (*vbi ait*: signum crucis tollit omnem Magiam.) *D. Gregor. Nazianz. orat. 1. in Iulian. & ad Nemesium, D. Chrysost. homil. 8. in epist. ad Coloss. & homil. 50. in Matthæ. Diu Cyrill. Catech. 4. de ascens. Nyssenum in vita Thaumaturgi. Hieronymum in vita S. Hilarionis. Augustinum libr. secundo de symbolo ad Catechumen. & serm. 81. de temp. Theodoretum in vita Macedonij, & libro tertio histo. capi. tertio & libro quinto capite vigesimo primo D. Gregor. libro secundo. Dialog. capite decimo. Ioan. Diaconum libro secundo vitæ D. Gregor. cap. vltim. Slabrum lib. 4. histor. capit. 5. ex quo Baronius Annal. tomo 11. anno 1027. Thomam Cantiprat. lib. 2. cap. 57. apar. 34.*

apud

apud quos exstant memoria dignissimæ de hac re historiæ: nec minus illustres aliæ, vna de incendio sæuissimo quod Rhemis Diabolus excitarat, & S. Remigius signo crucis exstinxit, habet Hincmarus *in eius vita*. aliud de Beato Vedasto, qui crucis signo maleficium aliud aboleuit, teste Albino Flacco historico vitæ eius, eodem dæmonibus præualuit signo D. Auxentius, teste Metaphraste: vt & Sanctus Albinus teste Fortunato, & Sanctus Suibertus teste Marcellino, & Beatus Caluppanus, teste D. Gregorio Turonensi, qui memoria dignam rem narrat *a*, vt & de S. Niceta Theocteristus eius discipulus apud Metaphrastem in Aprili, & de Beato Vincentio Ferrerio Rauzanus *b*, & de Eutychio Patriarcha Eustathius eius discipulus: qui & signum crucis vocat *telum dæmonibus formidabile* : hoc signo Macarius Patriarcha Antiochenus in Bauaria morbos pepulit, Mechliniæ incendium exstinxit, Tornaci seditionem compescuit, vt tradidit Anonymus, *in eius vita*, qui ante quingentos annos scripsit. benedictione signi Theodorus archymandrita veneficium Theodori Magi vitauit, sæpe dæmones expulit, solitas frugum calamitates auertit, & dæmones certis locis includebat, & signo crucis locum obsignabat, ne cui nocere possent teste Georgio eius discipulo. Eodem gladio vtebatur Beatus Godefridus teste Nicolao eius æquali, *capite decimo tertio eius vitæ* : & Sanctus Portianus, teste Gregorio Turonico *de vita Patrum capite quinto*. & Sanctus Maximus Rhegiensis, teste Dinamio Patricio (*apud Sur. in Nouem.*) qui & miras dæmonum præstigias, & vnico hoc telo partam narrat victoriam. Docebat hoc Sanctus Eligius Nouiomensis suos his verbis:

Christiano nec auguria, nec alia qualibet figmenta possunt officere: quia vbi signum crucis cum timore & fide Dei præsesserit, nihil ibi inimicus nocere poterit c] Fatentur hoc dæmones expulsi à S. Patapio apud Metaphrast. *mense Nouemb.* clamantes: *vere terribilis es, ô Nazarene, vere terribilis es, & vbique in omnes obtines imperium. Quo ergo proficiscar; si in desertum, si in ciuitatem, si vbicumque duxerit aliquis, tu illic præuenis: sola crucis figura, solo tuo nomine nos expellens.*] Merito itaque S. Daniel Stylites, ad effugandos dæmones, vbique *crucem, vt arma inexpugnabilia* (ait Metaphrastes) *inferebat*. Hoc in signo tam feliciter vincebat Sanctus Maurilius, vt narrat Fortunatus *d*, nec non Sanctus Aichadrus, vt refert Fulbertus scriptor eius vitæ: item S. Nicetius Treuirensis, vt prodit Turonensis Gregorius *e*: item ex consilio B. Nonni pænitens illa famosa Pelagia, teste Iacobo Diacono Heliopoleos: item S. Iacobus Alemannus, teste Antonio Flaminio *vitæ illius cap.* 11. item Sanctus Gallus Abbas & confessor, teste VValafrido Strabo *lib.* 1. *vitæ S. Gallic.* 7, & innumeri alij, eadem enim Sanctorum omnium semper de hoc signo ac trophæo salutis nostræ sententia fuit, eadem sæculorum omnium experientia. Nolo plura addere, velim dumtaxat legi, quod de Diacono à S. VVulfrano misso, vt præstigiosum palatium Ratbodo ostensum viseret, narrat Ionas Senonensis, qui eo tempore vixit, & id se accepisse ex oculati testis Ouæ Presbyter Frisij ore scribit, in *vita Sancti VVlfranni, apud Surium mense Martio*. Quod cur in dubium vocet, Corn. Kempensis *lib. 3. hist. Fris. cap.* 11. non satis intelligo. Multa enim passim talia à grauiss. script. prodita Legite quod de Cabade Persarũ Rege narrat Glycas *p. 4. Annal. fol.* 370. & his

a in vita Caluppani apud Sur. to. 2 *b* li. 1. eius vitæ c. 10 & l. 2. c. 7.

c refert S. Audoenus eius æqualis l. 2. vitæ Eligii c. 26.

d vitæ S. Maurilii c. 3. & 6. 28.

e vitæ patrum c. 17

narrat Glycas *p.4. Annal fol.*370. & his addite quæ Thomas Bossius collegit, *libr.2. de signis Eccles. cap.8. & seq. & libro* 15. *& cap.*1. & SPRENGERVS *cap.* 1. *q.* 4. *p.2. mallei.* denique Societatis nostræ Iacob. Grætzerus *lib.3 de S. cruce cap.*18. *&* 19. *cum aliquot sequentibus*, & Pet. Tyræus *p.3. de dæmoniac. ca.* 44. *& lib. de locis infestis p.3. c.* 68. Sed vnum nolo præterfluere, notatum à Franc. Bencio litteris Mediolanens.

Anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo. Sacerdos quidam Aragonæ agens pollicitus erat Deo, aditurum nostram societatem, idque vni è nostris aperuit. Indigne hoc tulit dæmon seque ad solita arma conuertit. Impuris cogitationibus hominem aggreditur, ita infestis vt adimerent somnum: surgit è lectulo miles Christi, & lectitandis piorum historijs noctes ducit insomnes. neque hoc tulit aduersarius, suspensam lucernam ad parietem sic deijcit, vt effuso oleo totum volumen fœde prolueret. neque hoc satis. inter cænandum inuadit immundo afflatu: hic à mensa statim in cubiculum, humiles ad Deum preces effundens humi proiectus, & pro cibo corpori flagra ingerere: cum sic quoque cæco igne carperetur, nudatis pedibus terram institit binas horas vel ternas, dum importunus calor deferuesceret: dein conijcit se in cubile fessus: visus in eodem strato videre mulierem, & attingere eius comam manuum extentu. desilit repente attonitus, & ad lectulum conuersis luminibus nihil videt: donec bis, terue, agnouit, timuit ludibria oculorum: idque pluribus noctibus accidisse testatus est: tandem eo res processit, vt miser iturus cubitum, brachia sibi manusque arcte colligaret, inditis vinculis, ne in somno attrectarent quicquam manus errantes frustra. simul enim sopor & ligabat sensus, breue ad tempus, & brachia soluebat. Sed nimirum quæ est DEI *clementia, diaboli tentatio est infra hominum facultatem: fugauit illum, qui pro castitate pugnabat, cum fortiter obstitisset. Redijt tamen victus ad pugnam admirabili arte.*

Egressus aliquando sacerdos idem ex oppido, leuandi æstus, iuxta lacum inambulabat persoluens horarias preces Mariæ virgini Vix ducentos passus processerat, cum assecutus est vir quidam, cum rutila barba & promissa, vesteque magni precij insidebat equo pulcherrimo atri coloris, qualis nullus illis regionibus: famuli erant à pedibus duo: cum accessisset propius per humaniter salutauit, numquid ad Iubilate, *inquit, peruenisti? recitabat forte Sacerdos illum psalmum, & quod magis mirum, ita pressa voce, vt exaudiret tantum se ipse; tum vero equitem inter & sacerdotem sermo institutus, hoc ordine. Prior eques specie rimantis, quæ est animo tibi infixa cura? quæ sollicitudo mærentem exedit? at ille dissimulans, mihi bene est ac bellè: frustra tibi huius rei quæstio fuit. Cui eques. Mi homo, mihi dare verba difficile est, cui datum olim à* DEO *vt introspiciam, quid tacitis cogitationibus volutent homines, agitentque. cum stetisset* SACERDOS *admiratione defixus, & stupens loquentis habitum, corpusque totum lustraret luminibus sumpto animo. Quod, si tibi ea est virtus, effare, quæ me angit molestia? si quid fortasse tu plus scis de rebus meis, quam ego ipse. Cui ille: Votum* SOCIETATIS IESVITARVM: *hic stimulus cor vellicat, hoc te quietum esse non sinit. Sed tu alias res agas necesse est: ad illam tibi aditus non patebit: me vide. Suspicatus alter, ne aliqua ratione inaudisset à nostris. Non certum satis votum illud fecerim, nec ne: sed vt ita sit, si certum est* PATRIBVS *me excludere, non abijciam animum, nec me discrutiabo: neque enim vna est tantum pie ac sancte*

Deo inseruiendo via. recte istud quidem aut eques, mitte illam de pectore curam, est tibi ea indoles ingenij, is truncus corporis & hæc, super ea, voluntas, vt vel inista qua nunc vteris ratione vitæ, posis innocentiam tueri. quod si me audis aliam terram vide. vbi Deo viuas & tibi, Aronam relicta. iam me sequere, nec temerè erit consultum rationibus tuis: optima apud me eris conditione. non lacto manibus promissis. huc respice, hæc cum diceret, crumenam prægrandem manu percutiebat crepantem argento. egit gratias sacerdos, non possum ad præsens vti liberalitate tua, vt fidem meam præstem Ecclesiæ Aronensi, & subitò interfatus equus, quæ ista hæc fides, sine publica vlla sponsione aut chirographo? Ante LIII. aris Ilræ (neque enim plures accepisti) addictum habebunt. Assentiebatur hæc audiens non sine admiratione: sed coniectura ducebatur ad suspicandum, ad illius aures permanasse omnia ab aliquo Aronensi. Tum paulo fidentior, Tu vero quo iter intendis? vbi habitas? Pallantiæ respondit (nomen est oppidi ad lacum Verbanum) & qui ad nos appellit linter meus, ad vicinalem vsum paratus. agebatur ab vno atque altero remige, vtroque pullato. aspicit sacerdos, & miratur non antea visum. Nunc, si accipis conditionem, Pallantiæ mecum eris quamdiu voles, si stat religiosam vitam complecti, vt in vnam admittaris insignem & Sanctitate præstantem, curabo. Laudo egregiam humanitatem tuam, qua sponte veteris in hominem ignotum: sed habeo causas remittendi. Hæc sermonum vice cum paulum subsistere cogeretur Sacerdos. Præi, Domine inquit, post paulo sequar, nec aliter fecit ac dixit. Tum salutare crucis signum in fronte exprimens, atque in loco cordis, & pensilem corollam baccis consertam sacris, quibus preces numerantur, manu prehendens præcedentem subsequitur.] desiere ad crucem

A

B

C

D

E

subito apparere, eques, famuli, cymba, remigesque. Quis non miretur tot contortuplicatas colubri tortuosi fraudes, vnico Sanctæ crucis signo nebulæ instar dissipata? Et si non sis (Lector) præoccupatus aut mente vana, nihil dubito, quin VVieri impudentiam virulento & tortuoso sermone conantis eleuare, quam ipsemet prodiderat narrationem, sis vehementer detestaturus. Illud quoque velim notes, & in memoriæ sinum recondas, quod Beatus Fortunatus disertè prodidit, aliquando Sanctos hisce diuinis remedijs quædam alia adhibuisse, dicis tantùm causa: vt miraculorum gratiam, hoc quasi naturalis remedij velamento (quæ illorum erat humilitas) obumbrarent, & humanam laudem effugerent, vt de Beata Radegunde Regina idem prodidit, eã crucis signo solium pampini addere consueuisse.*a*

Octauum præbent *Sanctorum*, qui in cælis beatitudine perfruuntur æterna *reliquiæ*, de quibus illud, vt in cælis sic in terris verum; *nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* fremant vt lubet Vigilantiani nostri, in eorum illos Principe D. *b.* Hiero. iam iugulauit, damnauit eos Nazianzenus, damnauit Chrysostom. damnauit Ambrosius, damnãt Ecclesiastici Annales, damnant gesta Sanctorum omnium, damnat, quæ errare non potest in fidei rebus, Ecclesia Catholica. 6. de innumeris pauca memorabo. Quotannis ad D. Philippi Apostoli sepulchrum in Sicilia plurimos energumenos liberari, adeò vt anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo plusquam ducentæ fœminæ huiusmodi fuerint numeratæ, auctorem habeo Thomã Fasellũ *lib.* 10. *de*

a Fortunatus l. 1. vitæ S. Radegum.

b D. Hier contra vigilantiũ D. Naziã. orat. de B. Cypriano circa fi. D. Chrys. in orat. contra gent.

rebus, Siculis cap. 2. idem cernimus in Brabantiæ Gela, ad S. Dympnæ sepulchrum, in Flandriæ Rothnaco, ad reliquias S. Hermetis. scribit Turonensis puerum ægrotum, cum hariolo traditus fuisset sanandus incantationibus, sortibus, ligaturis; pro vita morti mancipatum: alium eadem lue laborantem, sumptis de sepulchro S. Martini pulueribus sanitati restitutum. (*d. cap.* 45.) idem narrat, Iustinum magicis præstigijs ac laruis mire infestatum, supposuisse capiti frenum Constantini, in quo claui DOMINICI vnius virtus intexta, & tertia vexationis nocte quietem recepisse. (*de gloria Mart. libr.* 1. *c.* 6. GEORGIVS Monachus scribit Ileo sanctarum reliquiarum, addito ieiunio & oratione, multos dæmoniacos à Beat. Auxentio sanatos. Hanc virtutem sepulchro S. Hereberti Coloniensis Episcopi, tribuit etiam Rupertus Tuitiens. *cap. vlt. eius vitæ*: de sepulchro Lutgeri Monasteriensis EPISCOPI referunt Monachi VVerdenensis *lib.* 3. *vitæ eius cap.* 6. de lipsanis capillorum S. VINCENTII FERRERII PETRVS RAVZANVS, *libr.* 4. *vitæ illius cap, vlt.* de S. GVTHLACI zona Felix Crolandiensis *in eius vita*. de S. Richarij corpore Albinus Flaccus, *in eius vita*. Apud Cappenburgum quidam multas malignorum dæmonum infestationes patiebatur, vt adijt sepulchrum B. GODEFRIDI omnia dæmonum phantasmata euanuerunt. *a* Merito itaque S. BENNO Misnensis EPISCOPVS toto vitæ suæ tempore religiose reliquias sanctorum colens, eas tanquam cœlestem quendam thesaurum venerabatur. *b*. Merito B. IOANNES DAMASCENVS Sanctorum reliquias vocauit, *fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, suauissimumque vnguentum profluit. c*]

A Meritò tot olim & hodie ad eorum sepulchra institutæ fuerunt peregrinationes, & suspensæ tot corollæ, atque anathemata. Cauendum duntaxat, ne quas in hoc cultu sanctissimo superstitiosas ceremonias misceamus, vt mouet Syluest. *verbo reliquiæ*. Sanctis enim odiosa superstitio, grata religio. Testata id fuit B. Glyceria martyr, ex cuius corporeis exuuijs vnguentum suauissimum & saluberrimum morbis omnibus medicamentum fluere solebat: quadam vero die, cum EPISCOPVS PERINTHI inscienter argenteum quoddam Vasculum emisset, quod Magicis ministerijs impensum fuerat, continuò desijt sacri fluor vnguenti. *Re noua perculsus Antistes ad preces confugit, diuinoque impulsus spiritu vas nouum amouit, & antiquum reposuit, ac protinus vnguentum sicuti prius scaturire cœpit. Quocirca rem diligentius inquirens, comperit vas illud nefandis rebus seruijsse, quod simul atque ad Imperatoris aures peruenit, habita quæstione, tanti criminis reum, vti par erat, supplicio affici iussit.*] *Narratur à Nicephoro lib. decimo octauo cap. trigesimo secundo.*

D Nonum, in Ecclesia quoque vetustissimum, & miræ efficacitatis est, *aqua benedictione sacra & solemni ritu ad id instituta* eaque duplex, vna baptismalis in vigilia Paschæ & Pentecostes cõsecrari solita, quæ iure Canonico comprobatur: *d* altera lustralis, singulis Dominicis, initiò primi sacri, consecrata, nominatim ad dæmonis impetum reprimendum, & alia pericula auerruncanda, iam in vsu ante Alexandri primi tempora, & semper à Catholicis omnibus, magno cum fructu, retenta honorataque. *e* Meminit *in vita D. Gregorij Magni* Ioann. Diaconus monasterij, per eius aspersionem, à dæ-

tiles de sãcto Babyla & hõ. 26. n. 2. ad in 2. ad Cor Amb serm. 7. & 91. Rufin. l. 2. hist. c. 25 Socra. l. 3. c. 16. Euagr. l. 16. Sozomen l. 7. c. 6. Niceph. l. 10. c. 8. Greg. Tironẽ li. 2 de glor mart. c. 45 plures alios cita ex nostri Io. Gibbonus eruc. Dispu. de Sãctis an. 319. excusa Treuiris. & Bosius lib. 15 de signis Eccl. c. 7. 11. & 12. & Thyr. p. de dæmonia c. 43 & adhuc accuratius p. 3. de locis infestis. c. 67. Hi multos citant quib. addo Theof Abbæ ser, de veneratione Sanctorũ & serm. de Sanctorũ reliquiis. *a* Sur. to. 7 ex Anonymo coæra

neo S. Godefr. *b* Emseru c. 25. eius vitæ. *c* l. 4. de orthod. fid. c. 1.

DD.

d c. in Sabbato. & c. nec quenquam de cons. d. *e* Ale. l. 9 pis. 1. Cõ Nannetis ca. 5. Rheginol. 1 de dis. Eccl. c. 210.

monibus

monibus liberati hodie miraculum istud apud Indos sæpe renouatur. *f* Plura referunt alij exempla. de Iosepho quodam Epiphanius scribit, cùm adhuc ille Iudæus esset, insanum quendam ab eo per aquam cruce signatam sanitati restitutum: de fœmina, quæ magicis præstigijs in equam transformata putabatur Pallad. testatur, cum B. Macarius aquam benedixisset, superque caput eius precatus fudisset, fecisse, vt, quod erat, omnibus videntibus fœmina videretur. *g* Apud Theodoretum Marcellus Episcopus Iouis Apameni fanum cum diruere, atrum dæmonis spectrum flammæ vim ne materiam ligneam depasceretur, impedire cernens, aquam signaculo crucis muniuit (*h. benedixit*) & ea iussit flammam aspergi. contactum non ferens improbus ille aufugit, & aqua quasi oleo excitatus ignis, momento temporis fanum consumpsit. Beat. Theodorus Archimandrita noxas omnes aqua benedicta solebat repellere, etiam morbos à dæmonijs illatos, vt *à Phentino illo apud Tantandiam, qui obuium dæmoni in forma canis, solo illius hiatu in grauissimam agritudinem inciderat: vt à Theodori cuiusdam tribuni domo, in qua homines, & animantia omnia à dæmonibus cruciabantur, & cum domestici pranderent aut cœnarent, lapides super mensas iaciebantur. Ex quo magnus omnes terror inuadebat, & mulierum telæ rumpebantur, & tanta serpentium & murium multitudo domum occupabat, vt præ formidine in eam ingredi nemo auderet. Domum igitur Dei seruus ingressus, totam noctem psallendo, & Deum obsecrando traduxit, & aqua, cui benedixerat, totam domum aspergens, eam à spiritibus immundis liberauit.*] Hactenus Georgius

f li. 2. epi. de reb. Iapon. ep. 1.

g Epiphā. hæres. 10. Pallad. Lausiac. c. 19. Theodor. l. 5. histor. c. c. 21.

A

B

C

D

E

præsbyter sæpius iam citatus. Idem postea hoc quoq; recenset illustre miraculum. *Apocomensis vici incolæ bouem occiderunt, vt carnibus eius vescerentur. Contigit autem, vt omnes, qui ex illis carnibus comederant, in morbum inciderent, & iacerent vt mortui, & quicquid carnis reliquum fuit, nigrum euasit ac fœtidum. Qui igitur ex carne illa non gustarent, id, quod acciderat, viro sancto nunciauerunt. Qui respondit, exitium istud à phalangæ dæmonum, qui per lebetes pertransierant, prouenisse. Et cum eo tempore non posset cum illis discedere. benedixit aquæ, quam per vnum è fratribus misit, vt periclitantes conspergeret, eisque bibendam propinaret. Quo facto, cuncti tanquam è somno surrexerunt, præter vnum, qui mortuus est. Ioannes enim procurator, cuius fratri ea calamitas contigerat, non exspectans viri sancti benedictionem, accurrit ad mulierem veneficam, & dum eius incantationes adhiberet fratri, ille animam egit.*] S. Huberti Episcopi Leodiensis. veri dæmonomastygis habitaculũ multiplices cateruæ dæmonum inuaserant: id animaduertens vir Dei, puero dixit, *Vade aqua, quæ Sacerdotali consecratione sale admixto benedicta, & ad effugandam inimici nequitiam orationis virtute impregnata est, liquorque olei itidem* (en chrysma) *Apostolica auctoritate benedictus huc deferatur: quorum aspergine atque litura, mox ita effugabuntur hinc inimici virulenta phantasmata, vt amplius sua non audeat inferre machinamenta.*] Hactenus Anonymus. D. Huberti discipulus vel tamiliaris, scriptor vitæ illius. S. Eligius Nouiomensis Episcopus, quinquaginta amplius energumenos simul, porrecta eis aqua benedicta liberauit, vt refert æqualis eius San. Audoenus. *h* Sed &

h l. 1. vitæ S. Eligij c. 20.

S. Lau-

videSur. in vitis horum Sanctorũ & Cluniacens. l. 1. c. 7. & 14 & plura recensentem de vi aquæ benedictæ Grezterũ .4. de cruce c. 36.

Sanctus Laurentius Dunelmensis in Britannia: & San. Annon. Archiepiscopus in Germania, & Sanctus Maiolouius in Gallijs, aliique duo apud Petrum Cluniacensem, sæpè dæmones hoc rore fugaueruntur nonne contumaciores dæmone Germani, Galli, Britanni Caluinistæ, qui tam sacram vndam, vt hydrophobi atque lymphati auersantur? horum vnus è numerus VVierus scribere fuit ausus, in Græcorum Ecclesia hanc aquæ benedictionem, vt superstitiosam damnari. quæro in qua? ã veteri. quomodo Theodorus, Theodoretus, Palladius approbarent? Agnoscit aquæ benedictionem Diuus Dionysius Areopagit. *cap. de Eccles. hierarch.* & in Scholijs ad eum agnoscit Pachy- *fol* 128. An ergo in adhuc recentiore Schismatica? nihil miror hæretico tales placuisse duces. Sed accedant & ceræ fidei quædam narrationes. *Rigæ anno* 1583 *Ruthenus quidã, cum sæpius moneretur, vt cum Ecclesia Romana rediret in gratiam, semper autem obsurdesceret, sine pœnitentia decessit. Ex eo die varia se in eis domibus spectra domestica offerebant, assidentibus auferebantur mensæ, nemine comparente: cubiculorum fores, non modo pessulis, verum etiam sera pensili obfirmatæ, totis cardinibus euertebantur. è summis ædibus lapides ingentes iaciebantur pice fœdati, quos je tractasse perhibet Sacerdos e nostris: quidam autem Polonus, quem Pater idem se vidisse affirmat, adeo grauiter est vulneratus in vertice, vt dies aliquot iacuerit semiuiuus. in eadem domo cum multum straminis esset, id totum in minutissimas partes comminutum est. Denique hæc & id genus alia cernebantur plena terroris, quæ non obscure, quantum sibi ius in ijs ædibus sumpsisset Satanas, indicabant. ingressus in eas is, quem dixi, Sacerdos cum comite altero, aqua benedicta thureque adhibitis expiauit: quo exorcismo omnis tumultus dæmonum conquieuit, id quod multis deinde gratijs ædium Domini testati sunt.*] *ita litteræ Collegij Rigensis illius anni.*

In Mexicana prouincia sedes etiam Pascuaræ Societatis nostra posuit, ibi circa annum millesimum quingentesimum octogesimum septimum. (*vt litteris prouinciæ illius accepimus*) erat *Indæ fœminæ puer quem cunctis noctibus, cum cubaret, eripi sibi à latere sentiebat, deinde reponi, quo raperetur ignara, ipse puer interea vitali spiritum dies egesto lenta tabe properabat ad finem. huic puero salutare fuit in ædem sacram deduci, & lustrali aqua, adhibitis comprecationibus sacris, adspergi.*

Sequenti anno octogesimo octauo. *Viro cuidam Treuiris mulier rustica, nescio quid ouorum offerebat, excipit pileo pedisequus, mox pileum ouis expositis imponit capiti, & statim adeo vexari cœpit dolore, vt pene desiperet. confugit nescius quid ageret in ædem sacram, incensum caput immergit in vas promptum aquæ lustralis, conualescit, magæ comprehensa in quæstione dixit, oua sic fuisse venenata, vt gustantibus interitum, extuberationem tangentibus essent paritura.*] *Litera Treuirensis anni* 1588.

Musiponti anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio *Virgo ætate proiectior, tot incita furijs, vt obsessa diceretur, vexatis à Sacerdote nostro Litanijs infecta altera maleficijs, epota salutari aqua: alia vexata à maligno spiritu, appensa ad collum sacra cera cœlestis agni ad seredierc, mox &* | *confessæ decessere è vita, cum essent precibus intentæ.*] *Sic Litteræ Prouinc. Franciæ illius anni.*

Franciscus Lopezius Gomara quoque testatur dæmonum ludibria & apparitiones apud Indos tribus potissimũ

remedijs

medijs discuti & depelli solita efficacissime : venerabilis Sacramenti Eucharistiæ præsentia, Crucifixi imaginibus illatis. & aquæ benedictæ aspersione. idque non semel ipsos cacodæmones Indis confessos. *lege Hist. Mexicana cap.* 235.

Decimum exhibent remedium res aliæ Catholico ritu solitæ benedici ad hunc effectum, vt cereæ formæ orbiculares *Agnos Dei* vocamus, propter agnum vna in facie impressum; de quorum effectibus liber exstat Vincentij Bonardi. multa quoque Petrus Matthæus in 7. Decretal. cum consecrantur à Pontifice Maximo, postulat ille à Deo, vt deuote gestantibus Deus tribuat, quæ breuiter his versibus complexus fuit Frusius noster:

Postulat in primis sacrati adspectus vt agni,
Agnum ad cœlestem concita corda leuet:
Vtq; salutiferæ memores vitæq; necisque,
Criminis & vitij noxia vincla terant.
Hostis vt insidias Stygij ac certamina vincant,
Decipulas mundi, carnis & illecebras:
Corporeos noxis morbos, casusq; repelli,
Præsertim horriferos, mortificosq; petit.

Item *grana benedicta, cerei benedicti, sal benedictum, & panis benedictus.* Inter quæ panis benedictio tum ob antiquitatem, tum ob crebra miracula, celeberrima sane videtur. Etenim & meminit illius non vno loco D. Paulinus in Epistolis *a*: & eo vsi contrà dæmones varij Sancti viri, vt Beat. Elphegus Cantuarienſis in Danis sanandis (*auctor Osbernus in eius vita*) & S. VVolphelmus Abbas in morbidæ fœminæ curatione (*auctor Conradus eius discipulus in vita S. VVolphelmi*) & B. Hildegardis cum improbo amore nobilem puellam Treuirensem liberauit (*Theodoricus Abbas libro tertio. de vita S. Hildegardis capite nono.*) & S. Marcellus Abbas Eugenij cuiusdam vxorem ex ipso mortis limine in vitam reduxit, vt narrat mense Decemb. Metaphrastes. Sed ista, satis multa pijs, impijs nihil satis, vt credant, quiduis plus satis, vt nauseent. *Lege, si si lubet, Gretzerum libro tertio. de S. cruce capite trigesimo septimo.* Accipite & ista ex Epistolari Historia paucis nota: *Drepani fuit anno* 1585. *paterfamilias quidam, cuius in ædibus, variæ dicebantur aliquot iam menses ex occulto voces existere. familiaris is erat dæmon, qui varijs modis conabatur hominibus illudere. iaciebat saxa prægrandia, nullius tamen capitis detrimento, vasa quoque domestica alte iaculans, non frangebat. cumque in his tectis fidibus caneret adolescens, dæmon, cunctis audientibus, lasciuis cantibus prosequebatur testudinis sonum, aperteque dæmonem se esse iactabat. cumque ædium Dominus vna cum coniuge quoddam in oppidum, ad sua negotia discederet, comitem sese dæmon adiunxit: cum autem ille malefactus aqua pluuia rediret, nequam spiritus anteuertit sublatisque de via clamoribus, præmonere domesticos capit, ignem vt exstruerent, herum iam esse in ianua, totum imbribus madefactum.*

Verum cum ita se illudi Dominus ædium intelligeret, minitatus est dæmoni adducturum se patrem de Societate, qui è suis eum sedibus exturbaret. ille vero, ne id faceret, clamita-

a vide Stepha. Durãti. lib. 2. de ritibus Eccles. Cath. ca. 58.

clamitare, minitarique inimicitias, & odium, & quamdiu Pater in ijsdem adibus versaretur fore, vt sese conderet & occultaret. Venit tamen herus ad patrem, & rem illi narrat ex ordine, domum etiam mutat, & se illis molestijs liberet obtestatur. Pater ne imperita multitudo elata cupiditate videndi, id quod fore videbatur: accurreret, ad eum sibi proficiscendum non censuit: tantum monuit vt ipse, & tota eius familia ablutis generali confessione peccatis, cœlesti pane se confirmarent, cauerentque ne quis aut ex domesticis aut ex externis, sermonem cum hoste miscerent, neve ex eo, vt antea fecerat, occulta perquirerent, riderent potius, quæ ab eo dicerentur, & vt orta ex mendacij patre plane contemnerent. Illi cum se facturos recepissent omnia, dedit eis pater ex consecrata cera agni cœlesti simulacrum, quod filiæ cruciibus, vt quæ omnium maxime à dæmone vexabatur, inferrent. Hic terrere dæmon cœpit clamoribus filiam, minitarique ni ceram illam abijceret, fore vt ei obtorto collo animam eriperet. Sed illi patris monita & consilia secuti, cum loquenti responsa non redderent, seseque inuicem contra hostem Sacramentorum telis armarent, facile se ab eius insidijs molestijsque tutati sunt.

In Treuirensi ditione hoc ipso tempore, vt sunt plurimæ illic fagæ: quædam puerum octo circiter annos natum, suis præstigijs ac carminibus circumuectum, in eas sedes solita erat abducere, vbi per licentiam noctis ac tenebrarum nefarijs lusibus indulgerent, hic suæ quoque partes puero darentur, vt dum illæ choreas consertis manibus inter se ducerent, earum saltationem tympano prosequeretur: nec modo ludorum erat chorique spectator, sed sæpe etiam præstigiarum quibus illæ humanis corporibus vitiisque nocent. Hunc Archiepiscopus deductum in aulam custodiri iussit, vt Catechismo cuius erat plane rudis, imbueretur: cui cum sacerdos noster effigiem cœlestis agni, de cruciibus suspendisset, noctu adfuit dæmon, grauiterque puerum increpans quod tam facile se decipi passus esset, iussit ceram illam, ni vapulare vellet, abijcere? territus puer imperata fecit, continuoque dæmon, eo quod iam metuebat amoto, ad muros vrbis cum abripit, nigroque impositum hirco, ad impurissimas sagarum regiones momento transfert. Qui cum aliquandiu inter veneficas latitasset, restituitur iterum in Palatium fracta implicitaque nodis resticula, vnde cera illa pendebat.]

Is puer Archiepiscopi & Ciuitatis petitione in Collegio nostro inclusus seruatusque, donec doceretur quæ ad disciplinam Christianam necessaria, vt cum postea rediisset in aulam, Sacramentis religiose munitus, à dæmonum laqueis eriperetur, quod & denique factum, etsi postea relapsum criminis post aliquot annos pœnas dedisse debitas inaudiui.

Anno subsequente in eadem ditione fuit adolescens rusticus, sed peracri ingenio intra quintum decimum annum. Hic non semel accesserat ad feralem iocum vbi permisti feminis mares, & ætatis teneræ maioribus dæmone magistro epulabantur, noctis licentia discrimine pudoris exstincto. Ipse tamen nondum Deo Deiparæque renunciarat, execrandas nondum precationes fecerat dæmone præeunte. Felix tantum cerebrum cum sumpsisset in cibum, de crescente luna sentiebat sibi mentem imminui. Vbi Treuirensem ingressus est vrbem, quam nunquam antea

viderat,

viderat, eo nimirum ducente ad supplicium, qui duxerat ad maleficium, vti fanaticus deductus est in ædes Principis vt, seorsim ab alijs certa in domus parte curatus à nostris, dæmonem excuteret. Sed cum ei nulla à dæmone nocte daretur quies: conuerberatisque à quibus diuerberabatur, vel cerea effigie sacri agni, *quam ad collum habebat, auulsa, Archiepiscopo placuit mitti in Collegium Societatis: nec his quidem fuit misero pax, nisi solemni ritu cubiculo expiato, pretium erit quædam ex ijs memorare, quæ ab ipso narrabantur, ita enim ipsimet Antistiti ille, cum exerceretur nostra commessatio, fuit vnus è tua cohorte, qui gloriatus est quadam nocte (indicabant enim eam quæ fuisset) dormienti tibi potionem pestiferam ingessisse, reperto ad te aditu ex occasione,* agni Dei, *quem iturus cubitum reliqueras imprudenter in mensa, quod si paulo capacior fuisset calix, mortem non effugisses. Certe ipse Archiepiscopus dixit, se post illam noctem ita infirma fuisse valetudine, vt per aliquot dies decumbere cogeretur. Cum hæc dicens in magna corona nobilium non faceret fidem, ad Præfectum Vrbis, quin & te, inquit, nostræ Lamiæ buimaserunt, sed ab ea pixidula quam fers continenter, vbi sunt imagines binæ, & nescio quid consecratum (* Agnum Dei *intelligebat) sunt à conatu repulsæ de harum gestatione rerum confessus est præfectus.*]

Alius à dæmone obsessus, *canem magis ringendo & latrando, quam ratiocinando & loquendo hominem, se esse ostendebat: hic à Burgundia vsque ad nos adductus, vique summa compulsus in templum, non prius desiit canem agere, quam* agnus Dei, *in collum insertus est: tum demum obmutuit, & humanitati redditus, salutari animum confessione purgauit, idem amuletum, alteri fuit eodem morbo laboranti.*]

Ex litteris Germaniæ superioris, collegij Friburgensis, Anno 1590. ex eadem Prouincia in hæc verba Oenipontani: *vt grauitati morborum medicamentorum respondet vtilitas, terricula diaboli opponitur multis in locis,* sacrarum pilanguncularum, *vsus, ex eo genere nonnulla ponentur. Affirmabat se quidam inferis destinatum ob scelera commissa, furijsque agitatus inuocabat dæmonem subinde, quem & adesse monstrabat, pauentibus alijs, indicis intentu: hunc persanauit vnus è nostris mollibus primo delinitum verbis, mox etiam ad confessionem adductum, donata, quam pie demitteret in pectus,* bulla agni cœlestis. *Corpus quidam animamque diro animarum prædoni deuouerat tempore præstituto: hora fere instante, vt sæpe praua consilia, & nimium calida reputantur post factum) mœstus atque anxius adit sacerdotem: eum dum consulit trementibus labris, deerrantibus oculis, repentino pauore, Opem, exclamat, infelici, quem tu expedis, pater, auxiliare aliquod sacrum. Quærenti nostro, ecquid noui? Astat, inquit, ante ostium hostis, perens abeuntem & hostili vultu minitans raptum ex conducto, ergo huic quoque simile remedium allatum est. Neque hæc sunt fama incognita.*

Rusticus cum audisset Oeniponti agere viros, qui veneficia & præstigias certis medicaminibus abigerent, in collegium venit, medicinam (hoc verbo vtebatur) petens aduersus diabolum. interrogatus quid intelligeret nomine medicinæ: haut scio, respondit: nihil enim præter auditum habeo: sed istud quicquid est, diabolum fuget. Datæ igitur particulæ cerea, quam salutarem sensit adeo, vt paulo post vni è nostris ipsius oppidum iter facienti, cum propterea obsideretur à pluribus, septuaginta amplius fuerint dispertiendæ.]

Tum etiam è Turonensi collegio perscriptam: *Puella recens nuptui collocata, post horarum trium irritam luctam cum horrendo spectro, sono vocis motuque corporis energumenam referebat: mox breui gestatione sacratæ agni imaginis, quam à nobis acceperat, est in pristinum restituta.*]

Sub idem tempus Auenioni mulier maligno vexata spiritu, *cui suaserat vnus è nostris vt conuenret sacerdotem (dato interea parentibus cœlesti agno, quem ignaræ insuerunt in vestem) cum consilium obtruncatur, aut differt, à quatuor quasi felibus per fenestram raptata est supra domesticum tectum: mox audiuit humana voce minantem præcipitium, nisi ceream imaginem abiiceret, quam in veste habebat. Intellexit illa quid esset, & agnouit suasores mali. ergo magno animo negauit facturam, statimque conuersa ad preces, relicta est (vt eam inuenit maritus excitatus clamoribus) de tecto suspensa.*]

Anno 1590. Treuiris, *acceptam adolescens iniuriam, cum insigni rerum iactura, à quibus minime debebat ferebat iniquius quam Christianum deceret: ita dolore atrox & mœroris immo ictus, cum sub crepusculum solus obambulat, dæmonem haud occasionum ignatum, aut segnem, obuium habuit, effigie viri nobilis, atro colore. exhorruit primum, sed salus dicta timorem dempsit. Quærenti causam tristitiæ, respondet quod erat: tum dæmon præcisam omnem spem recipiendæ pecuniæ per validiorum potentiam interuersæ: proinde proinde sequatur: compensaturum omnia leui negotio: Cui adolescens. Anotus mihi & ab amicis imponitur, & habebo fidem ignoto, & quem nunc primum adspexi? bone Deus. Hoc extremo dicto velut fulminatum monstrum hominis in auram cessit. postridie eadem hora idem agitanti, offert se mulier amœno cultu, orat breue spacium secreti recessus: abnegat iuuenis instantem repellit.*

Exin suadet illa, proferat è cubiculo gladium, & in aduersum parietem impingat: recusat principio: demum, nescius quid ageret (aut cura abstulerat mentem) morem gerit: inter feriendum parietem, Deus bene vertat, exclamat: hoc quoque secundum fulmen dæmonem abegit. Redit & tertio (hærebat enim adhuc infixa animo solicitudo, & pellax non deserebat) mulierem assimulat pollentem ætate ac forma: in stuprum illicit lasciua voce gestuque, nec se continet intra verba, vim adfert renitenti: vociferatur iuuenis opem implorans: accurentibus subito domesticis, improba facies euanuit: at ipse confectus lassitudine linquente animo repertus: rogatus timoris causam & clamoris, ne hiscere quidem: adeo iacebat rigentibus oculis exanimatus, per metum etiam voce amissa: igitur collocatur in lecto ac refouetur, simulque reuocatur animus aspersu aquæ peculiaris. postridie rem omnem exponit, & nostrorum suasu sacris mysteriis, consecrata cera, cæterisque armis formidatis diabolo, instructus, ita perterrefecit aduersarium, vt apparere desierit.] Bencius in litteris Rhenanis d. anni.

Fit tamen aliquando Dei permissu, vt hoc remedium non iuuet, maxime quando per aliud gloriosius vincere decreuit Deus, vt per nudum nomen Iesu vel Mariæ. verissimo id euentu comprobatum Augustæ Vindelicorum anno supra millesimum & quingentesimum nonagesimo primo. *vbi adeptio consecratæ cera cum imagine agni, multi præsens remedium in horrificis à diabolo monstris, & terroribus nocturnis fuit: alicui tamen, quod con-*

temneret

En vnum remediū.

En secundum. Tertiū. Quartum.

temneret dæmon, palam apparens, & magna oblata vi argenti ad flagitia impellens, retinaculo perrupto: abiectoque inuolucro; Iesu *&* Mariæ *inuocata nomina saluti fuere.*] Idem in litter. Germaniæ Superior.

Anno 1589. mulier quædam, quæ chirographo, quod proprio sanguine conscripserat, se demoni deuouerat; *cũ resipiscenti illud dæmon sæpius ostentaret, freta,* diuini agni, *præsidio, cuius imagine pectus munierat, cum reddi chirographum sibi iussisset, tandem vidit illud in cinerem & fauillam conuersum ad pedes sibi abijci.*] Idem in litteris Coloniens. & Treuir. Collegij.

Vndecimum sunt *pia scripta seu amuleta sacra* ad collum appensa, *vt symbolum Apostolicum.* Initium Euangelij D. Ioan. *In principio erat, &c.* vel psalmi alicuius particula; quo & olim vsi multi, & scribit Eman. Costa *a* Hormutij nostris temporibus, hoc pacto dæmonem ex energumena pulsum. Sed vt hoc remedium sit licitum, duas conditiones B. Thomas exigit: *b* Prima est, vt pijs verbis nihil superstitiosum admisceatur, verbi gratia, si fideret quis figuræ, coloriue litterarum, vel modo scripturæ, vel materiæ membranæ, vel atramenti. secunda conditio, vt recta sit gerentis intentio; veluti si pius verborum sensus obseruetur, spes vero figatur in Deum, idque fiat, vel ad professionem fidei veræ, vel ob alium pium & sanum finem, effectusque à diuina potentia, sub eius beneplacito expectetur. Vide quæ diximus, *lib. 1. q. de Periaptis, & periammatis.* Duodecimum accedat, fidei datæ Deo præstatis pura seu *Votorum persolutio.* Narrat M. Baronius Annal. Ecclesiast. tom. 11. anno Christi 1004. ex M.S. codic. Cassinate: quendam Franconem Marin-

a Cõmẽt. ter. Indic.

b 2. 2. q. 96 art. 4.

A gum (familia adhuc superest inter mosellanos) promisisse Ioanni Canapario se cum illo religiosum habitum suscepturos in SS. Bonifacij & Alexij Romę monasterio; sed promissi contemptorem à Deo lue anginaria percussum. Vicina morte delatum ad monasterium, petijsse instanter, vt in Monachum reciperetur, tandem obtinuisse. *Postquam igitur* (verba sunt auctoris libri) *hæc acta sunt in monasterio, volens* B *Deus ostendere, quantum intercessione horum sanctorum flectatur ad misericordiam, & quam liberaliter liberet peccatores ad eos confugientes: permisit cuneum equestrium armatorum malignorum Spirituum per supradictam viam sacram visibiliter descendere, prædictum Franconem requirentem, quem iudiciaria definitione se seruum vicisse glorianter iactabat. Taliter enim alterando,* * *ablatum perquirendo visi* C *sunt venisse ad portam monasterij. Vbi non inuenientes eum reuersi sunt tristes multa nefaria iactantes in Sanctos. Qui dum requisiti fuissent à vicinis monasterij, quid hoc esset, responsum: Franconem seruum eorum ablatum à Bonifacio & Alexio, & mussitando adijciebant, remansisse per quod eum vincere putabant. Quod vbi Abbati & Fratribus ab audientibus nunciatum est, subti-* D *liter perquirentes professionem regularem non illum fecisse inuenerunt. Qua studiose facta anima illa carne soluta est. Ex quo datum intelligi, quod misericordissimus Deus, quem cuncta monastico ordinis implere permisit, meritis Sanctorum Bonifacij & Alexij, quorum suffragium toto corde petierat ab omnibus insidijs inimicorum eri-* E *puit, ad laudem & gloriam nominis sui. Amen.*

* corr. euicisse.

Vltimum accedat, *pulsatio Campanarum Ecclesiæ Catholicæ* (nam hæretici magis oblectantur tonitruis bombardarum) quam docet experientia quo-

tidiana dæmonibus adeo infestam & inimicam esse; vt ab ijs excitatæ tempestates vel ingruentes impediantur, vel iam ortæ sedentur & aliò auertantur, vt rectè docuit Concil. Coloniense; *c* & confirmat exemplo quodam Venerabilis Petr. Abbas Cluniacens. *d* *Cum aliquando* (inquit) *frater quidam, Ioannes nomine, natione Italicus, irregularis disciplinæ seueritatem fastidiens, etiam fugere de monasterio cogitaret: ipse ei diabolus Abbatis specie assumpta se obtulit.*

Nam duobus dæmonibus in specie monachorum se comitantibus, fratri in quodam monasterij loco secreto soli residenti, multaque secum voluenti, opportunum fallendi tempus se inuenisse credens apparuit, eique assidens dixit: Ego (frater) modò huc hospitandi causa diuerti: sed casu te conspiciens, ignoui multa de solicitudine laborare, multosque in corde tuo cogitationum æstus versare. Quorum causa, licet quibusdam referentibus mihi ex parte nota sit: si tamen eam plenius indicaueris, potero forsitan vtile tibi dare consilium. Vnde, quis sis, & quare mœstus sis, amico quærenti expone. Cumque frater ille ignoto, vt putabat, homini secreta cordis sui aperire formidaret, & se tantummodo natione Italicum esse respondisset: dæmon, qui monachus videbatur, adiunxit: & ego ipsius regionis abbas sum, & tibi bene in omnibus auxiliari possum. Noui enim, licet tu reticeas, quod Abbas Monasterij huius, & cæteri malè te tractant, neque vt dignum esset honorant, insuper multis sæpè iniuriis, vexant.

Vnde admoneo te, vt tibi consulas, & locum hunc omnimodis perniciosum derelinquas, & mecum recedas. Paratus enim sum te ab his malis eripere, & Abbatiam meam, quæ Cripta ferrata dicitur perductum, omni te ibi honore sublimare. Ad hoc frater respondit. Ego hinc exire nullo modo possum, quia

& clausura monasterii prohibet, & fratrum me multitudo circumdat. Tunc diabolus; Nec ego, inquit, quamdiu hic fueris, te in aliquo iuuare potero: sed fac qualibet arte, vt septa monasterii transgrediaris: quod postquam feceris, ego statim adero, teque ad locum meum, vt dixi, perducam. Sed misericors Deus, qui non permittit nos tentari supra quam ferre possumus, non vltra passus est hostem procedere: sed sicut scriptum est, qui fecit illum, applicauit gladium eius.

Quando namque hoc agebatur, fratrum conuentus in refectorio, ex consuetudine, hora cænandi residebat: qua expleta, à Priore, secundum morem, vno ictu scilla percussa est. Quo sono audito mox dæmon, qui Abbatem se fingebat, actus diuina virtute, à fratre, cui loquebatur se abripuit, & præcipiti cursu ac maximo impetu ad latrinas, quæ proximæ erant, tendens, vidente fratre iam dicto in earum se inferiora demersit.]

Idem quotidie fatentur maleficæ, si, quando à dæmone ad conuentus feruntur, vel inde domum referuntur; signum campanæ audiatur; confestim dæmones ipsarum baiulos spurcum onus in solum deijcere, & fugâ trepidos dilabi. Recentiores historias ex actis iudiciarij fidelissimè depromptas, cum Martino de Arles, & Grillando, non paucas, nec illepidas suggerunt Binsfeldius, & Nicol. Remigius; *a* qui sapienter nos admonet cauere à duabus technis Lamiarum, mendacio confutis: dum inquiunt primò hunc sonitum campanarum inefficacem esse, postquam tempestas se in territorij, vbi campanæ sunt, terminos penetrauit: quasi verò aliquæ potentiæ diuinæ sint metæ ponendæ; vel Deus non semper paratus sit nos à maleficijs cum expedit, eruere. alterum, dum aiunt, non prodesse sonitum campanæ, cui dum lustrabatur, concubina Sacer-

c cap. 24.
d lib. 1. de mira. c. 13.

a Arles tractat. de superst. Grillan. l. de sortil. q. 7. Binsf. de confess. Malef. post cócl. vlt. dub. 6. Remig. l. 1. dæmonol. c. 26.

dotis

dotis nomen imposuit. quo quid magis ridiculum?

Obserua hîc (Lector quæso duo. primo vulgus censere campanas baptizari, quod & Maximilianus I. Imper. putauit, vt patet ex grauaminibus sedi Romanæ ab eo propositis: arripiunt hæretici, & acerbissime in hunc morem Brentius, Caluinus, VViceus, quem vocant, *Campana baptisinum*, inuehuntur. Sed hic mos illorum est, affingere Ecclesiæ errores idiotarum, vt transfugio & schismati suo nefario & menstruoso calorem aliquem inducãt. Verisimum est, quod recte docuit Cardinalis Hosius; *b* campanas non baptizari, sed benedici. Legant ipsum Pontificale Romanum; de baptismo nihil inuenient. Legant Alcuinum Flaccum, & reperient hæc verba; *Neque nouum videri debet Campanas benedicere & vngere, & eis nomen imponere.* En tibi verè & integrè ritum totum. an hoc est baptizare? Sed ecce, inquiat aliquis, tibi in Capitulari Caroli Magni prohibetur, *ne quis eloca (h. Campanas) baptizent.* Sed (quod Vitus Amerbachius etiam non diffitetur,) non benedictio illa, de qua eius præceptor Alcuinus, sed quæ fortasis tum irrepserat superstitiosa quædam baptizatio & intinctio campanarum in aquam, prohibetur. Alioquin etiam benedictionem alibi à Gallis scriptoribus baptismi nomine scio nuncupari. Iuo, *sermon. de Sacr. dedicat. Ipsum, inquit, templum suo modo & ordine baptizamus.*] Quid hoc, nisi benedicimus vel conseceramus? Hanc benedictionem etiam Græci olim nouerant. Nam apud Gregorium presbyterum lego, B. Theodorum Archimandritam tintinnabulis benedixisse. vixit autem ille D Gregorij Magni temporibus. Nolæ in Campaniâ inuentas campanas Strabus est auctor, *libr. de rebus Ecclesiast.* inde à Nolis nolæ, à Campania campanæ. putatur ante mille annos D. Paulinus Nolanus Episcopus instituisse, vt tubis veteris Testamenti argenteis & corneis *c* succederent; & populum ad festorum cultum, missarum solemnia, & horas Ecclesiasticas conuocarent: quid hic Deo displiceat? benedicuntur, vt fragore suos spirituales hostes terreant & repellant. quid hic superstitiosi? Nomen illis in beati alicuius honorem imponitur, vt illius, quasi commendetur tutelæ vas metallinum, diuinæ laudis instrumentum. quid dignum reprehensione? Effectus illos non tribuimus formæ, seu arti, vel naturæ metalli. Non obtusa adeo Catholici pectora gestamus, nec Sol veritatis ab Ecclesia tam procul auertus radios suos elongauit. Non asserimus, quod Petr. Mexia, *d* discuti has procellas visonitus aërem dissipantis. fecerit hos efficacius sulphurea belli machina, poppysmis foret velle Iouis fulmen dispellere. foret in Gentilium opiniones deliras incidere, de æris sonitu dæmonum fugatore; de quibus viuendi Alexand. Aphrod. & Macrobius. *e*

Tribuimus ergo vim efficientiamque omnem consecrationi siue benedictioni, sic diuino iussu seu dispositione operanti. Dei virtus, Dei digitus agnoscendus. talia Deus diuinæ suæ protectionis & potentiæ suauiter omnia disponentis, & fortiter operantis signa notasque Ecclesiæ sponsæ suæ tribuit. Serui nequam dæmones hunc sonum, quasi DEI viui imperantis fugam recognoscunt præconium: haud aliter quam subditi omnes, etiam inuiti, regij saluiconductus signum reuerentur. *f*

b l. 5. cõt. Proleg. Brentzij.

c Nu. 10. & 29. Leu. 23. Sophõ 1. Ioseph. l. 3. antiq. c. 15.

d in Silu. variar. lect. li. 2. c. 9.

e Alexand Probl. 43 l. 2. Macrob. l. 3. c. 19. vide Magium miscel. li. 4. ca. 14.

f rid. de his Guilh.

Obser-

Obseruandum præterea, Non semper Ecclesiastica illa remedia esse efficacia, neque semper homines per ea maleficijs liberari: duas vero huius rei causas præcipuas videri, alteram peccatum maleficio læsi, vel medicinam adhibentis; maxime si ea non vacet superstitione, vel si modicam spem fidéque habeant; propter quæ indignos effectu se præstant: causam censeo alteram, maius bonum ægri seu læsi, nam afflictio & ægritudo solent à multis peccatis homines abstrahere, aut præterita peccata expiare, aut patienti meritum adaugere, & spectantibus patientiæ aliarumque virtutum specimen præbere. Quid? quod & Gentiles intellexerunt, præstabilius & felicius esse, patienter aduersa tolerare, quam illæsum nihil omnino aduersæ fortunæ degustare? g

Parisiensem l. de leg. fol. 44. & Steph. Durant. l. de ritib. Eccl. 1. c. 21. Binsf. sup. GG.

g vide D. Aug. l. 21 de ciu. Dei c. 22. & l. 83. qq 4. 79 & Chrys. homil. 8. in c 4. ad Roman. A.

CAPVT III.

Quorundam remediorum Ecclesiasticorum contra calumnias hæreticorum defensio.

SOLEMNIA semper insaniunt; qui ex Ecclesiæ matris gremio; ab eruditione & pietate implumes pulli euolarunt; quotiescunque vel rei tractatio, vel male illos mens adigit de cæremonijs ritibusque Ecclesiæ Catholicæ disserere. Ferunt tamen inter eos furoris & maledicentię palmam, qui Theologiam vix, ac ne vix quidem, à limine salutarunt; impudentes quidam medici, arrogantes grammatici, & litigiosi leguleij, abiit Iurisconsultos vocem, & sanctum augustumque nomen rabulis prostituam; qui diuinæ sapientiæ, cui vera iuris disciplina innititur, tam sunt expertes, quam maledicentiæ virulentæ periti, & superbia hæreticâ turgidi.

A

Luminaria iuris duo, vnum sæcularis, alterum Ecclesiasticæ iurisprudentiæ, sunt: hoc Soli, illud Lunæ non absre simile dixeris, iubar vnum fudit radiatus apex Imperatorius, alterum Pontificius Solem hunc è mundo tollere conantur hi rabulæ, quia Pontificum; qui B. Petro, in clauium, & legislationis potestate, succesſêre; sanctiones ignibus traditas, ex hominum memoriâ, & tribunalium subsellijs excutere obstinatè nituntur. Diuinum ergo ius ignorant quod non agnoscũt: quare nec Iurisconsulti, sed leguleij merentur audire. Vnus de hoc grege caninam suam facundiam ante aliquot annos, in rabiosi fori iurgijs venalem, scriptis vno in capite satis, παρεργῶς, prodidit, sed & insciti am suam & antiquitatis omnis ignorationem, quin & cerebri læsi vesaniam simul orbi propalauit, Godelm. *lib. 1. de Lamijs c. 6. à num.* 21.

B

C

Reprehendit primo *Exorcismos* Pontificiorum; & dicit annumerandos exorcistas Pontificios incantatoribus, cur quæso? *primum, quia Aretius scribit, hos vt plurimum esse Magos.* Scribit Aretius? vah; quantæ fidei? quantæ nimirum hostis Pontificiorum, hæreticus Suinglianus. idoneum testem, cui credas iniurato. hoccine est Iurisconsultum esse, tales testes adducere? sed video addi multos alios, & quos honoris (credo) causa nominabat, Chemnitium, Lauaterum, Peucerum, Bodinum, & VVierum. bene quod eiusdem farinæ. benè quod hæretici aperti cæteri, vnus vel hæreticus, vel fidei nullius statæ. intestabiles omnes; & vna

D

B. Proexorcismis.

E

linea

linea inducenda nomina, vno verbo reijciendi: *inimico iurato contra hostem non creditur.* Addit probationem secundam, *vt incantatores diris euocationibus diabolos ab inferis euocant: ita exorcistæ malignos spiritus ex hominibus & animantibus certis precibus recitatis & vsurpatis, additisque aliquibus cæremonijs, characteribus, execrationibus, & sæpe repetito DEI nomine, Mariæ, & Sanctorum eijcere conantur.*

Vide comparationem & ride, incantatores diris carminibus dæmones ex inferis euocant: &c. imprimis falsum illud, Incantatores ex inferis dæmones elicuisse: aerij tantum fuêre, & nondum in inferni malam mansionem compulsi. inde nullis patet exitus ad Magorum carmina. Soli Deo hæc potestas eos emittendi competit. Sed ignosce hoc erratum Leguleio, & qui ex Chemnitio, Aretio & Lauathero lectis obiter, subito Theologus. Deinde non qui conatur pellere de corporibus dæmonem idcirco Magus, quia conatur, Sed si magico ritu conatur. idcirco (inquiet) dixi id eos, *conari certis precibus, characteribus, execrationibus, &c. de characteribus,* quod ait mendacium est: Pontificij exorcistæ ijs non vtuntur. de *precibus*, respondeo, illas quæ in Pontificali Romano præscribuntur, Sanctas & pias esse, nihilque continere quod sapiat superstitionem: vel cedo, quid illud? *Execrationes,* diabolo ingeruntur non vt hosti conuicia tantum, quod magicum tamen non foret, sed ab vtentibus auctoritate, à Deo Apostolis & successoribus eorum concessa, in pœnam criminis diaboli, & pœnæ illius à Deo inflictæ commemorationē. quid hîc magicum? Dei nomina repetuntur, quia Dei potentia his declaratur, eaque declaratio dæmoni admodum odiosa, Deo honorifica est. nam Dei virtute se exorcista dæmonem expulsurum sperat, & confitetur. quando tamen Beatæ Virginis & Sanctorum nomina adiunguntur, (nec enim id frequenter fit) idcirco adiunguntur, vt sit quod dæmonem mordeat: qui se ab his sæpe victum, sæpe triumphatum meminit, & tali nominatione vehementer cruciatur: præterea, vt hi Sancti, & præsertim Deipara virgo Maria (quam contemptim caninum illud os Mariam, nude nominat) intercessione sua energumeni à Deo liberationem obtineant? Quis (ô caput insanum!) queat hoc incantationi ascribere? multi vestrum Sanctorum inuocationem, quam calumniose, tam inepte ac frigide, in hunc vsque diem impugnarunt: non eo tamen insaniæ prouecti, vt Magiam in hac inuocatione vllam causarentur. Fatetur postea, *in Ecclesia primitiua peculiare donum fuisse, voce humana & potestate diuina de corporibus obsessorum exigere diabolum vel compescere, & hi* (ait) *dicebantur Exorcistæ, propterea quod manus vexatis à cacodæmone imponebant, & solemnibus quibusdam imprecationibus & obtestationibus dæmones eijciebant.*]

Igitur te ipso (mi homo) teste in Ecclesia primitiua *Exorcistæ*, fuerunt: qui quo nunc nostri eodem & nomine dicebantur, & eadem ex causa & eodem ritu ac munere fungebantur. Quid igitur in nostris culpas? an idem culpas in veteribus? illosne incantatores etiam facis? non opinor. Si non facis, cedo discrimen: cur nostri incantatores & non illi, qui quod nostri faciebant? si discrimen nullum ostendere potes: nonne mortalium ineptissimum te calumniatorem merito pro-

nunciemus? Sed ecce discrimen. *olim hoc in primitiua* (inquit) *Ecclesia fuit peculiare donum: cum autem hoc donum eijciendi dæmonia in Ecclesia desiisset*, κακοζηλία, *illa ad superstitiosos exorcismos, & ad Magicas verius incantationes transiit, vt Chemnitius agit.*

Pergit nobis Oraculum suum ex Chemnitij cortina depromere Nos Chemnitium cæteris, quibus eius libri referti sunt mendacijs, hoc imprimis illustre adiecisse contendimus, nec simplex istud, sed in vno multiplex mendacium. Primo mentitur, cum ait, hoc donum eijciendi dæmones in Ecclesia desijsse: quando enim desijt, quod quotidie videmus per totam Europã, vbi Catholica viget, vigere: quod in vtramque se Indiam propagauit? Indicarum rerum Annales euolue, adi templa Catholicorum per Italiam, Germaniam, Gallias, Hispaniam: frequentius nihil inuenies narrationibus verisimis eiectorum dæmoniorum. Desit hoc donum in Protestantium Synagogis, fateor *a*: sed illæ partes Ecclesiæ esse, schismate nefario, desierunt. Secundo mentitur, κακοζηλίαν, vocans hanc obseruationem Catholicorum. Obtemperant illi diuinæ iussioni, & ritũ ab Apostolis per manus acceptum retinent: sibi promissum sciunt: *In nomine meo dæmonia eijcient.* fidei, quam mordicus tuentur, hanc promissionem annexam fallere sciunt non posse. hac illi fiducia, & proximorum iuuandorum caritate inducuntur ad suscipiendum cum dæmone certamen: hac freti, diuina eos iuuante gratia hostem occupatis sedibus etiamnum expellunt.

Tertio mentitur, cum ait ad superstitiosos exorcismos deflexisse & Magicas decantationes. Proferant exorcismum aliquem superstitiosum, ex Cæremoni. Eccles. Roman. quod nominant.

Proferant, inquam, si possunt. non protulere, quia non potuere. In re tam graui, tam capitali, nudis assertionibus vtendum non fuit. non fuissent vsi, nisi mentirentur. Ex Mengi libello video illos quiddam frustulatim intexuisse de Nominibus Deiparæ: quæ nomina illi sane, vereque tribuuntur: si pietas ac deuotio Mengi illa sibi censuit adijcienda cæteris: quibus Dei virtus dæmoni obijcitur, quaque ille iubetur egredi: quid magnopere culpandum, nisi illis qui Deiparam vilis mancipij loco habent, qui eius laudes, & præconia non ferunt? Sed nec nos omnes priuatos exorcismos à diuersis exorcistis, pro cuiusque deuotione cõpositos, defendimus: solum Ecclesiæ Catholicæ ritum, & publica Ecclesiæ auctoritate introductos exorcismos, tuemur: hos ab omni superstitione vacuos, & expertes incantationum asserimus: neque hoc certamen subire cõtra quemuis aduersariorum detrectamus. hinc in nos tela torqueant, si quæ inueniant: hoc ipsi scuto facile illa depellemus, ne latus hauriant. Probandi onus illis incumbat. nondum probauere.

Nec probabunt. quid enim queunt idoneum mendacio proferre probando? Veritas mendacio nequit suffragari. molestia nos liberasset Godelmannus, si quid in Cæremonia exorcismi Magicum fit, attulisset. Non rusparemur, nec singula perlequenda forent: in exorcismo, *persona, res, verba, intentio*, reperitur. Personæ culpa nulla: non obsessi, cui licet ab Ecclesia remedium petere, quam nouit pharmocopeiam à Christo morbis spiritualibus institutam. non exorcistæ: nam insti-

a vid. Thyræum de dæmoniac. p. 2. c. 40

tutus

tutus hic ordo iam ab Apostolorum ferme temporibus, *vt doctum cap. præcedenti a.* non eorum ornatus. Nam stola cinguntur, eamque energumenis iniiciunt, qua meminere feliciter sic vsum Pontium Boneuallensem Abbatem *b*: sciunt hac dæmonē quasi ligari, & memorem fieri, eum esse Christi captiuū, & à Christo subiugatum; superpelliceū induunt, quia hoc ordinis & officij eorum est signum: sicque significant se in pugnam non priuata temeritate, sed ab Ecclesia stipendiatos auctoratosque procedere. Rerum quæ adhibentur vitium nullum inuenias. si adsunt accensi cerei: testantur lucis aduentum exspectari à vera luce Christo, & fugam potestatis tenebrarum: si flagella & alapæ accedunt, moderatæ: fit, non vt corpus obsessi lædatur, sed vt contumeliæ impatiens obsessor diffugiat. vsum hoc remedio, D. Gregorium, D. Hubertū, & alios feliciter, docuit: qui de his ritibus egregie Pet. Tyræus, cuius tantum nunc vestigijs insistimus. *c* Manum exorcizandis imponere, docuere Apostoli, & vir Apostolicus B. Martinus, cum Tetradij seruum Treuiris expulso dæmonio liberauit. Eucharistiam in hunc finem energumenis & ostendere, & sumendam præbere: quam efficax semper & frequens fuerit: legere potuistis capite præcedenti *d* nec opus repetere.

De verbis res æque expedita. Verba exorcismi (vt recte Thyræus) vel ad Deum diriguntur, vel ad Sanctos, vel ad dæmonem, si non sufficiens ista diuisio: ostendant quid desit: equidem nihil inuenio. Ad Deum dirigitur petitio, vt peccata remittat, vt misereatur obsessi, vt potentia sua dæmonem cōprimat, vt exire compellat. Hoccine Magicum dicent? tollant igitur orationem omnem, vt ieiunia sustulere. Negent fidem historiarum omnium: quibus efficacitas orationis in dæmonum expulsione contestata *e*, respuant Christi Domini auctoritatem, id in D. Lucæ Euangel. *capite nono.* asserentis. Ad Sanctos quæ diriguntur, diriguntur vt ad Dei familiares amicos, & cœlestis regiæ intimos Palatinos, gratia valentes, vt nobis impetrent, quod à Deo obtinere contendimus: petimus, vt ipsi intercedant. Eorum adiungimus interdum merita: non vt æqualia Christi meritis (per hæc enim illa efficacia sunt, & sine his illa nullius meriti forent penitus separata) nec enim vt meritum Christi deminuant: sed vt primum & præcipue Deus filij merita aspiciens, & oculos vltra porrigens ad ijs tincta imbutaque merita Sanctorum, fructum meritorum filij tam lōge patentem, & per omnia membra corporis sui influentem considerans: citius moueatur, seque à nobis exorari patiatur. Sic ergo per Christi & famulorum Christi merita, interdum exorcistæ obsecrant. Nec ociosa est Sanctorum nominatio: quorum olim nomen dæmones non tulisse constat: ex ijs quæ de Beat. Antonij nomine Athanasius, & de Litaniarum recitatione alij tradidere *f*. Nihil ergo Magicum in his ad Sanctos verbis. Dæmonem exorcista alloquitur, increpando eum seuere, & comminatorie, & per modum imperij, sicut habens auctoritatem à Deo: quo modo loquendi & eijciendi dæmonem Apostoli vtebantur, secuti exemplum Christi: sic etiam solitos increpare dæmonia primitiuæ Ecclesiæ sanctos viros docet Beatus Cyprianus ad Demetrianum, *Adiurantur à nobis & torquētur spiritualibus flagru, & verborum tormentis de obsessorum corporibus, eijciuntur dæmones.* & omnium optime Prudentius:

a sectio 3. remed. 4.

b vitæ S. Bern. l. 4. cap. 7.

c d. p. 3. ca. 46. cū adi Lector.

d sect. 3. remed. 2.

e vide sup sect. 3. remed. 5. & Thyræ. sup. num. 649.

f vide sup. d. sect. 3. remed. 5.

In Apotheosi.

Intonat antistes Domini, fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solue latentes.
Mancipium Christi fur corruptissime vexas?
Desine. Christus adest, humani corporis vltor:
Non licet vt spolium rapias, cui Christus inhæsit,
Pulsus abi, ventose liquor. Christus iubet. exi.

Nec Christi Iesu nomen solum inculcatur, sed & alia Dei nomina, & cuncta Christi miracula. idem Prudentius:

...torquetur Apollo.
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest: agitant miserum tot verbera linguæ,
Quot laudata Dei resonant miracula Christi.

Addunt *adiurationi* (qua voce vsus Cyprianus) dum *exorcizant* (sic etiam Tertullianus locutus (alia nonnulla: petunt nomen dæmonis, quod Christi faciunt exemplo (*Marc.3.*) & fieri solitum superius docui *g.* & si hoc licet, cur etiam non liceat petere, vt socios indicent, vt sciamus cum quibus confligendum: petunt causam ingressus: vt à similibus peccatis alii caueant, & vitato vel expiato facilius eo sanetur energumenus, signum egressionis petunt. vt constet iam vere liberatum ægrum. Mendax quidem est diabolus: sed exorcismi verum inuito extorquent. Denique iubent illum in certum locum proficisci, verbi gratia,

g d. rem. 4

A infernum, quem ei Deus ab æterno præparauit: vel desertum aliquod, vbi nequeat hominibus nocere. Hunc illi locum exorcista tantum definit, sub spe diuinæ ratificationis: eiectionis enim habemus promissionem, exilii illius exempla quædam, non tamen promissionem. Restat mens siue intentio exorcistæ: illa Magica non est: quia sperat & cupit dumtaxat, pro officij sui ratione ac munere, diuina potestate sibi concessa & promissa, dæmonem in Dei nomine eijcere, & suæ consortem naturæ hominem ea miseria eripere. Si ergo nec in mente, nec in verbis, nec in rebus, nec in petsonis Catholici exorcismi quidquam est vel superstitiosum, vel incantatorium: eant nunc Nouatores nostri, & toties in hac lyra delirent.

B

C Pergamus ad impij hominis reliquas inaniloquentias. Ait, *Salem quoque exorcizant vt sit omnibus sumentibus salus animæ & corporis, & fuget diabolum.*] Hic iterum nugatur. Salem exorcizamus, & quidem formula quæ exstat in Romano Missali, inde petat qui volet. Exorcizare licet, vt iam probauimus. Creaturis benedicere licet, nam & Christus pani benedixit, & aquæ, & alijs creaturis primi Christiani benedixerunt. Multa testimonia protulimus capite præcedente *h*, & alia contexuit Thyræus noster *i*. Addo nunc solum testimonium Beat. Dionysij Areopagitæ, qui in Baptismi ritibus & olei benedicti (seu chrismatis) & crucis signi, & benedictionis seu sanctificationis aquæ simul meminit, his verbis, vt Perionius vertit *a*; Cum ei (*baptizando*) plane vestes ministri detraxerunt, tum sacerdote sacrum vnctionis oleum afferunt: ipse cum inungendi ac perfundendi ter

D

E

C

h sect. 3. remed. 9. *i* d. par. 3. cap. 45. num. 625.

a de Eccle. hierar. ca. de Sacramento illustrationis.

expri-

exprimẽdo signum crucis initium fecit, virumq; deinceps perfundendum toto corpore Sacerdotibus tradidit, ad Matrem adoptionis venit: eiusq; sacrâ appellatione, inuocationeq; sanctificatis aquis, cum eas trina vnguenti perfusione &c. Græcè clarius, καὶ τελείως ἀπαμφιεσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργῶν, κομίζουσι μὲν δι' ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. ὁ δὲ τῆς χρίσεως διὰ τοῦ σφραγίσαι τρὶς ἀπαρξάμενος, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα χρίσαι πανσίμως παραδοὺς αὐτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς υἱοθέσιας ἔρχεται. καὶ τὸ τάυτης ὕδωρ ταῖς ἱεραῖς ἐπικλήσεσι καταγιάσας, καὶ τρισὶ τοῦ παναγεστάτου μύρου σταυροειδέσι χύσεσι, &c. In formulis autem quid reprehendi meritò potest. En illas bona fide. *Salis hæc est, Immensam clementiam tuam, Omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, benedicere & sanctificare digneris, vt sit omnibus sumentibus sanitas animæ & corporis, & quidquid ex eo tactum vel aspersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ, per Dominum nostrum Iesum, &c.* Ecce totam quam fraudulenter truncatam exhibuit aduersarius: neque in ea dicitur, *vt fuget Diabolum*, quod ille fingit: nec mens illa nobis ea dicentibus, credere salem efficientem fore causam effectuum illorum, sed illo sale vtentibus, oramus, vt per Iesu merita Deus petita largiatur. Eadem mens formularum sequentium, *Aquæ, huiusmodi, Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæq; sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & huic elemento, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dæmones morbosq; pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum*

Fol. 117. edit. Moreliana.

Exponit Pachym. τὴν κολημβήθραν ne de Dei para dictũ putes: sic etiam Maximus fol. 75.

Pro aquę benedict.

A &c. Vbi hic illud, quod crepant aduersarij, *aqua benedicta deleat tibi tua delicta?* Vides effectum non tribui efficacitati aquæ, sed diuinæ gratiæ, quam sibi concedi postulat, qui aquam sumit; vt illi Ecclesia gratiam diuinam orauit.

B Herbas quoque benedicimus, & ramos palmarum; & cum benedicimus rogamus. *vt quicumque ex eis acceperint, accipiant sibi ad protectionem mentis & corporis, &c.* Mentitur autem Leguleius dum scribit, hæc verba: *Herbis quoque à se exorcizatis certa & concepta verborum forma has vires affingunt. quod omnes qui vtuntur, ex eis benedicantur & sanctificentur, & sit eis sanitas animæ & corporis. Et omnibus hominibus pecoribusq;, qui ex eis gustauerint, omnem putredinem & omne phantasma diaboli, & omnem morbum, pestilentiam, & dolorem expellant.*]

C

De herbarũ & palmarum benedict.

In his verbis primum mendacium est, nos herbas exorcizare: tantum enim illas benedicimus, quod quantum discrepet ab exorcizatione, vel pueri norunt. alterum est, quod nos has vires ipsis herbis sic benedictis tribuimus: hoc falsum est. nam tribuimus ipsi Deo per illas herbas, vt per morale instrumentum, sanitatem & alia illa reliqua operanti. Tertium est, quod his putemus homines iustificationem consequi. Nihil enim tale vnquam Ecclesia Catholica somniauit; non modo non dixit, vnde colligatur eam iustificationem alteri rei, quam quibusdam Sacramentis tribuere; vel vt putarit hæc esse sacramenta. Sed pergit mentiri & maledicere; *De agno Dei ex cera & lana confecto, atque à se consecrato asserunt, peccatum frangit, vt Christi sanguis & angit.*] ô impudentem insa-

D

E

De agni cerei bened.

niam? Tunè vnquam agnum Dei vidisti, qui ex lana confectum putas? si non vidisti, vbi legisti? si nec legisti; vel finxisti, vel audiuisti. ex audito solo narrare talia, leuis est cordis, & nimis creduli. fingere, dignum hęretico, dignum filio diaboli; qui mendax ab initio, & in veritate non perstitit. disce materiam, constat cerâ virginea, chrismatis balsamo, & aquâ benedictâ. Benedicit non quilibet, sed solus Romanus Pontifex; forma hac vtitur, inter alia (longum enim foret ritum totum ascribere) *Quæsumus Domine, hos agnos, quos de cera virginea in tuum honorem formauimus, sacra & perenni vnda, balsamoque sacri chrismatis perfusos, benedicere, sanctificare, & consecrare digneris. quatenus à te benedicti: virtutem accipiant, contra omnia diabolica tentamenta, & omnes portantes tuti esse possint, inter aduersa & prospera: vt tua consolatione accepta nullum periculum timeant, nullamque formident vmbram, nulla sæuitia diaboli aut versutia humana illis noceat, sed fortitudine tuæ virtutis roborati, tua consolatione glorientur, qui verè paracletus diceris, &c.* En materiam, en finem & formæ preces, en cui tribuatur efficacitas. Quid in his carpi dignum aut culpari? quid non pium & sanctum? petitur, vt DEVS benedicat, sanctificet, consecret ipsos Agnos; dicitur fieri ad Dei gloriam: petitur vt consolatione suâ Deus propitius sit hos agnos gestantibus. Vbi hic audis comparationem sanguinis CHRISTI, & agni huius? vbi hic tribuitur agno peccati fractio. Apage calumniator cum tuo versificatore: si quis Catholicorum, auctor versiculorum talium, cur non reliqua adscripsisti: sano ille sensu, suspicor, aliquid addebat, quod fuliginem calumniæ tuæ detergebat.

A Sed quisquis auctor illius versiculi: id nostra parum refert; qui non quid singuli priuati, sed quid Ecclesia Romana sentiat, solliciti sumus. Sequitur apud rabulam; *De balsamo & oleo, dicunt exorcizo te (audis verba Magorum.)* Siste Lector ad hanc parenthesim. censet homo scilicet eruditus; Magicum esse verbum, *exorcizo te.* At ille ipse sui immemor, ex ipsomet Vlpiano paulò ante rectum docuerat, *b* Christianos olim vocatos exorcistas. Vnde quæso, si non ab exorcizando, siue adiurando (nam nihil aliud exorcizare, quam adiurare, vt patet ex collatione textûs Græci Euangeliorum cum Latino) si ergo exorcizo est verbum Magorum: certè qui exorcizant, Magi: certè veteres illi Christiani, Magi fuere, certè Apostoli Magi fuerunt, qui exorcizarunt. nam eos imitati Iudæi illi fuere, qui verbo vsi, quod dicentes Apostolos audierant, dixere; *Adiuro vos per* Iesum, *quem Paulus prædicat.* *c* Non vsus fuit adiuratione Christus, sed nudâ increpatione, quia, per quem adiuraret, maiorem non habebat. Exorcismos Ecclesiæ agnoscunt, Cœlesti. primus, Cyrillus, Chrysostomus, Augustinus, Cyprian. & alij Patres: *d* sed omnium antiquiss. horum D. Iustinus Martyr, in Apolog. *Adiurati* (inquit) *dæmones nobis parent.* Verum dicat aliquis, dixit ideo esse Magicum verbum. quia additur; *Exorcizo te, creatura, olei per Deum patrem, &c.* vt fias omnibus, qui ex te vngendi sunt in adoptionem filiorum DEI per Spiritum sanctum.] *Item*; vt per hanc vnctionem olei sacrati accipiat vnctus plenam remissionem peccatorum, & sit ad refectionem mentis & corporis, ad euacuandos omnes dolores, omnes infirmitates, omnemque ægritudinē men-

De balsami & olei benedict.

b num. 24

c Acto. 19

d Cyrillus Catech. 2 Chrys. homil. de Adã & Eua Aug. l. 1. de Symbo Cypri. ad Demetr. Rab. Maurus, Alcu Strabus & alii de ritib. Eccl. Cælest. l. ep. 1. ad Epis. Galliæ Lactanti l. 2. c. 16.

tis &

tis & corporis.] Sed esto nihil hic immutent, sit sane formula solemnis, quid reprehensione digum? Exorcizatur inanima creatura verbis, sed de re dæmon expellitur vel arcetur: ille se adiurari sentit. notæ huiusmodi locutiones sacræ Scripturæ, Iubetur cœlum audire, idem terræ præcipitur, iubentur elementa, & creaturæ inanimæ omnes, etiam imperfectiores meteorologicæ, benedicere Deo, & laudare creatorem. *Adiurantur per Deum Patrem Omnipotentem, &c.* hoccine displicet? an malles adiurari per idolum tuum Islebiense? *petitur adoptio filiorum Dei.*

Nonne licet petere, cuius facta nobis potestas, *vt filij Dei nominemur & simus?* non tribuitur hæc vis egeno elemento, quod vt signum adhibetur: non tamen vt signum nudum, sed vt verbi accessione ex opere operato efficax Sacramentum. Semper nobis hæc repetenda, quia non desinunt veterem suam in limo ranæ querelam concinere. Vim vero hanc & peccata remittendi, & quæ minora adijciuntut, vt baptismi sacramento collatam doceam, nolite hic exspectare: seu quia maioris hoc operæ, seu quia iam ab infinitis, & inter cæteros nostris hominibus Bellarmino, Soarezio & Valentia præstitum. Damnet aduersarius Originem: qui *amputari ab hominibus peccata*, dixit, *cum in baptismo donatur remissio peccatorum*: damnet Tertullianum, qui dicere non veritus, *Caro abluitur, vt anima emaculetur: caro vngitur, vt & anima consecretur: caro signatur, vt & anima munitur: caro manuum impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur.*] damnet Cyprianum, nam scribit hæc verba; *in aquæ baptismo percipitur peccatorum remissio: in baptismo sanguine corona datur virtutum.*] damnet Basilium, cui *baptismus est peccati mors, regni cœlestis conciliatio, adoptionis gratia.* damnet Ecclesiam Græcam Latinamque, cui semper hic sensus, cuius hæc semper fides *a*.

Verum aliud adiungit reprehensionis caput. *Oleo*, inquit, *infirmorum, vnguntur membra humana, quæ sunt organa sensuum externorum, vt per istam vnctionem expietur, quidquid homo istis membris & sensibus vnquam deliquit. Has vires creaturæ istæ non habent ex naturali creatione, neque diuina ordinatione, aut verbi Dei institutione: ideoque meræ, verè diabolicæ, impiæ, & blasphemæ Magiæ, vt rectè scripsit Iacobus Heerbrandus, primarius Academiæ Tubingensis Theologus. De hac consecratione Papistica ita scribunt Augustinus Lerchemer in suo Germanico tractatu, & Doctor Iacobus Andreæ in suis Esingensibus concionibus, &c.*]

Nam verba subdit Germanica vtriusque; ne esset, quod eruditi, linguæ illius ignari posset, reprehendere. Ne quid autem præclari in verbis illis inclusum putent Lectores: Lerchemer benedictiones omnes, de quibus iam egimus, abusum Diuini verbi, agyrtarum & simiarum opus vocat: Schmidelinus autem Confirmationis Sacramentum merum diaboli opus appellat; nec aliter probat, quam ex ipsa chrismatis consecrandi formula: & ex crucis signaculo, quod Sacerdos adhibet; & ex exorcismo, quem adiungit. Sed, cum nec exorcismus diaboli opus sit, sed Dei; nec crucis signaculū diaboli opus sit, sed Ecclesiæ, ab Apostolis recepta institutio sacratissima: nec in formula quidquam, nisi sanctum & pium, & sacris litteris consentaneum, continetur; recte sequitur, maledicum, & blasphemum scurram, & diaboli

per os

a Chrys. hom. 40. in 1. ad Cor. Amb in 1. ad Cor. c. 6. Aug. l. 1. de nupt. & concup Cōc. Val. 3. cano 5. Later. sub Innoc. 3. can. 1. Florentin. sub Eugenio 4. in forma Sacramento Trid. sess. 7. c. 1. De chrismate & oleo infirmorum.

Orig. homil. 4. in Cant. Tertul. l. de resurr. carnis. Cypr. l. 4. epi. 7. Basil. ser. exhort. 4. ad baptismū

per os eius loquentis tubam fuisse hûc Doctorem Tubingicum Iacobum Andreæ: cumque benedictiones creaturarum non in circulis, & agyrtarum aut histriônum scenis natæ, sed semper in vsu Catholicæ Ecclesiæ fuerint: sequitur Satyri personam, & comicum histrionem agere suis maledictis Lerchemerum; vereque diabolicam, merè nugatoriam, impiam, & blasphemam censuram esse Primarij illius Theologi Tubingensis, probatum id prius: sed addam nunc quædam, vt horum inscitia fiat manifestior. De benedictionibus rerû variarum testis est omnis antiquitas. Species fructuum, quas non licet super altare offerre, à sacerdotibus domi benedici, & benedicta à populis sumi, statuit Eutychianus Papa, *epist. ad Ioann. & Episcopos Bæthica*; & Concil. Moguntin. 4. c. 39. Aquæ benedictionem statuit Matthæus Apostolus, *apud Clementem I. lib. 8. constit. Apost. c. 31.* & eum secutus Alex. *I. epistol. 1. ad omnes fideles, habes in c. aquam de consecrat. distin. 2.* & amplexi sunt Chrysost. *in Ioan. homil. 24. & 25. & in Psalm. 23. ad illud, super aquas refectionis*, Ambros. *lib. 1 de Sacrament. cap. 5.* Varadatus, *epist. ad Leonem I. habes in Synodi Calcedonens. act. 16.* Chrismatis consiciendi & benedicendi rationem præscripsere nobis Apostoli, *apud D. Clementem lib. 7. Constit. Apostol. c. 42. lib. 8. ca. 35. D. Dionysium Areopagit. de Eccles. hierar. part. 2. cap. 2. D. Iustinum siue alium ad Orthodox. q. 14. Cyprianum orat. de vnctione chrismat. Cyrillum Hierosolym. Cateches. 3. & cæteros omnes.* Panis benedictionem & Salis, etsi iam probauimus, accedat tamen auctoritas D. Hieronymi de S. Hilarione, à quo benedictum panem omnes sumebant; & Nannetensis Concil. Canon. 9. vbi & formam habes, tantopere displicentem hæreticis; *Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta benedictione, vt sit omnibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum insidias tutamentum, Per Dominum nostrum.* Iesum Christum, *panem vitæ, qui de cœlo descendit, &c.*

De variarum rerû benedict.

Eadem ratio rerum cæterarum, si vnam licet, cæteras licet eodem ritu. Sic censet Ecclesia Catholica, sic concilia sanciuere, sic Ecclesiæ lumina docuere, reclamant Heerbrandus, Schmidelin. Lerchemerus. qui, quibus? terræ tubera, cœli stellis, apocalypticæ locustæ illis Ezechielis animantibus, suos sequatur hos de puteo abysi duces, Godelmannus; nos cum Euangelicis Magis Stellam sequamur cynosuram, quæ nos ad Mariam, quæ nos ad Iesum perducat tramite in offenso. Illi benedictionem spernunt, & implentur maledictione: ideo maledicentiâ os eorum plenum est, ideo in cœlum os suum eleuarunt, & blasphemias ore sacrilego, quas adscripsimus eorum verbis, eructarunt.

Vires has res naturâ sua non habent; sed habent diuina institutione, nam, qui sacramenta instituit Christus, sacramentis vim largiri dignatus fuit: sacramentalibus verò, quæ ab Apostolica traditione recepimus, etiam moralis vis à DEO tribuitur, quam Ecclesia CHRISTI sponsa precibus suis obtinet, in membrorum suorum vtilitatem. Cæremoniarum instituendarum & curam, & potestatem Christus Ecclesiæ reliquit, cum mysteriorum Dei dispensationem Apostolis reliquit, ideo enim Apostolus se ministrum Christi & dispensatorem mysteriorum DEI dicit. Ecclesia autem eas instituit, quę & honestati, & cultui

1. Cor. 4. vide Concil. Trid. sess. 7. ca.

Diuino sunt accommodatissimæ: quare dubium esse nequit, quin ex se aptæ sint, & idoneæ ad meritum, & vt gratiam Dei mereantur, ad quam poscendam adhibentur. Vnde & illud fatendum, spiritualem aliquem eorum esse effectum: non quidem vt habitualem gratiam, ex opere operato tribuant (quod Sacramentorum proprium) nec etiam, vt vim ex opere operato habeant, ad excitandum in nobis aliquē bonum gratiæ motum: sed quando res istæ ab Ecclesia benedictę in ipsa benedictione specialiter ad hunc motum excitandum sunt ordinatæ, per Ecclesiæ orationem: tunc per modum impetrationis, ijs adhibitis, specialiter à Deo aliquādo talis effectus tribuitur. dixi, *aliquando*, quia non est infallibilis hic effectus, vtpote nulla promissione firmatus, nisi ea quæ orationi adiuncta: *Quicquid petieritis, accipietis, &c.* Peccata quoque mortalia remittendi vim non habent vllam: quia hæc sine infusione gratiæ non remittuntur: Venialia vero dimittendi vim, si ad hoc specialiter ab Ecclesia fuerint instituta, per modum eundem impetrationis habent. potest enim sic orando Ecclesia bonum motum animi impetrare, per quem hominis veniale peccatum deleatur. Expellendi vero dæmones potestas, harum cærimoniarum & sacramentalium ad hoc ab Ecclesia institutorum, non est posita in physica siue naturali efficientia: sed morali dumtaxat: eo quod dæmon percipiat signa, & verba humana, & ijs obedire cogatur: tum quia hoc à Deo impetrat oratio Ecclesiæ, & sic exorcista hoc per modum impetrationis à Deo consequitur: tum quia Ecclesiæ data fuit à Christo specialis potestas dæmonibus imperandi: tum quia dæmon virtutem Christi, vel inuitus agnoscat & credat, & meminerit se victum, & superatum crucis trophæo: fit quasi naturaliter, vt non ferat aspectum crucis, vel mentionem victoriæ Christi, & cladis suæ: ideoque ad hæc timeat ac tremat, ac fugere malit, quam hæc videre & audire. Cæteri effectus, nempe sanitas corporis, & fructuum, temporaliumque bonorum conseruationes, & huiusmodi, per modum dumtaxat impetrationis directe & per se obtinentur: per accidens tamen, & per modum remotionis obstaculorum obtinentur, coercita dæmonis potestate: vt solet contingere in exorcismis infectorum noxiorum, & tempestatū, vt post VValdens. & alios copiose & erudite docuit Franc. Suares, *in 3. part. quæst. 65. art. 4. disp. 15. quæ est de Sacramentalibus.* Hæc de effectu sufficiant: quæ necesse fuit addere, vt aduersarij mentiri desinant: *nos tribuere vim per se diuinam his cæremonijs.* Impudens vero mendacium est: *nos vngere, vt expietur per illam vnctionem membrorum quicquid illis membris deliquit.*] Dicimus tantum per modum orationis & precis, ex formula in sacrosanctæ vniuersali Florentina Synodo præscripta: *per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, &c.*] & quoad membra quædam & non alia inungenda, idem illic à Latinis Græcisque Patribus quicquid agimus, & Nouantes reprehendunt, aperte seruandum definitur, & ratio singulorum additur. Lege, si lubet. Non dicimus per vnctionem peccata remitti, vt est vnctio: sed vt est Sacramentum, gratiam conferre, peccata remittere, & infirmos alleuiare: dicimus à

A B C D E

G In fin. Cōcil. in formula Sacramentorum data Armenis. H

Christo Domino institutum, & à Bea. Iacobo Apostolo promulgatum *a*. Et cum illi præceperint, infirmum vngi, nec nisi in membris vngi queat, dicimus ineptos hæreticos, quod vel nolint in membris vngi, vel alia membra magis vnctioni idonea existiment. Postquam sic Godelm. miser in ritus nostros debacchatus fuit, vnum ex Historia depromit argumentum. *In prisca* (inquit) *Ecclesia Dæmoniaci in cœtum adducebantur, & populus totus orabat Deum, vt apud Chrysostomum & Clementem legimus. Augustinus quoque libro vigesimo secundo de Ciuitat. Dei & Sozomenus libro sexto capite vigesimo octauo scribunt, nihil aliud Dæmonibus pellendis olim fuisse vsurpatum, quam preces coram Deo.*] Videamus quam hæc vera. bene, quod ad Clementem & Chrysostomum relegamur, fatemur in Ecclesiam adduci, vel potius extra Ecclesiam principio in medium ante fores Ecclesiæ produci, Energumenos consueuisse, & populum pro ijs orare solitum, quid tum? an igitur Sacerdotis nullum in hac re officium, nisi quod populi? an non tum quoque exorcistæ? si exorcistæ, erat & exorcismus. Exorcistas salutat Ignatius Martyr? epistol. ad Antiochens. ἀσπάζολαι ὑποδιακόνους ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλυροὺς τοὺς κοπιῶντας, ἐπορκιστὰς, ὁμολογητὰς. Saluto Subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, confessores.] Quomodo exorcistarum meminit ipse D. Clemens, *libro octauo constit. capite vigesimo sexto.* vbi quod *negat eos ordinatione fieri*: id negat, quia de illis tantum loquebatur, qui per Spiritus Sancti gratiam se exorcizandi donum consecutos miraculis comprobabant. Quomodo Cyprianus *b* scribit, *per exorcistas voce humana & potestate diuina*

a Innoc. 1 in c. illud superfluũ dist. 95. D. Clemẽs. d li. 7. c. 42. & seq. Bedain. epi. Iacob. c. 1 Cõc. Cabylon. 2. canon. 48 Senonẽse cã. 10. Augustan. canõ. 20. Moguntinum 4. canõ. 34. coloniẽse 3. par. 7. ca. 48. & 50. Trident. sess. 14. Rabanus li. 2. de Inst. cler. cap 55.

b lib. 4. epist. 7.

A *dæmonem flagellari, vri torqueri?* Quomodo scribit Cyrill. Hierosolymitan. *in præfat, Catechesi.* exorcistas, *per S. Sanctum dæmones effugare?* Quomodo Optatus Mileuitan. *libro quarto.* asserit, *per exorcismum Spiritus immundos depelli & in desertum fugari?* Quomodo de exorcistis idem affirmat tot locis Augustinus *c*? Quomodo ipse Chrysostomus (quem aduersarius obtrudit) *exorcismis* B (inquit) *& exsufflationibus clericorum ab eis immundus abigitur d?* Mendacium vero est, quod dicit Augustinum & Sozomenum scribere, nihil aliud præter orationem fuisse vsurpatum. Nam diserte, *libro illo vigesimo secundo capite octauo.* D August. narrat dæmonum vim maleficam ex Hesperi domo non sola oratione, sed & missæ lectione, & aquæ C benedictæ aspersione, & reliquiarum Sancti pulueris adhibitione pulsam, addit secundo alium adolescentem admotum reliquijs DD. Protasij & Geruasij liberatum, tertio narrat Hipponensem virginem cum oleo, cui sacerdos lacrymas suas instillarat, se perunxisset, mox à dæmonio fuisse sanatam. Et audit miser Augustinum nobis obijcere? Audet confingere huiusmodi, quæ tam clara luce mendacij plena deprehendantur? Sozomenum quoque vel non legit, vel non intellexit. asserit ille *libro sexto capite vigesimo primo.* non pulsum Macariorum oratione dæmonem, sed sola increpatione *vt* (inquit) *Macarij Dæmonium increpauerant, puella ad sanam mentem redijt,* ἐπιτιμησάντων δὲ, *&c.* Et quamuis meminisset solius orationis Hermias, non tamen inde sequeretur alias non solitos vti alijs remediis. Vide quæ fuse narrauimus. & de Macario, & de alijs, *præced. cap. section. 3.* Vnum restat Godelmanni non in nos: sed in ipsum

c lib. 2. de Nupt. & concub. c 18. & 19.

d hom. de Adam & Eua.

Christum

Christum Dominum telum: nempe, ἀρτολαλήσιας, vt ipse vocat, crimen: quod explicarat paulo ante *n.* 26. his verbis: *Ad hæc prolatione horum quinque verborum*, hoc est enim corpus meum, *cum halitu facta, sed panis substantiam mutare, corpus Christi de cœlo detrahere, & in hoc illum conuertere plane magice sibi, & alijs persuadent.*]ô linguam eradicandam stirpitus!os impurum & blasphemias euomens assidue! ergo Christus Dominus Magus? qui asseruit eum quem manu tenuerat panem, corpus esse suum. Si caro erat, panis non erat. Si panis erat, Christi dictum verum non erat. Sed panis inquies, remanet cum carne. Impanationem vestram insinuas, ô artocrearie: vel sane Christum velut dolio aut marsupio includis: dignus hoc nomine qui insutus culleo vel dolio in profluentem conijciaris. Refutarunt hoc commentum, nostri Theologi, quotquot fuere. Nec nobis nunc vacat de *Transsubstantiatione* agere: nec huius loci disputatio est. Videamus ergo quid hic magicum, non illorum verborum quinque prolatio, quæ & Christus protulit, in vltima cæna: & D. Petrus, & D. Iacobus, & Diuus Andræas, in suas Liturgias seu missas retulerunt: & tota semper Ecclesia fuit amplexa. Non afflatus, cui nos vim nullam tribuimus, nec etiam alium necessarium putamus, quã qui in verbis proferendis necessarius, si loqui sine halitus exspiratione possemus, halitu opus non foret: si crederemus halitu species panis contingi debere, superstitioh essemus si inhalationi illi vim transubstantiationis tribueremus, stulti excerebratique merito audiremus, nihil autem tale Catholici credimus. quare mentitur more suo Leguleius. mentitur etiam cum ait nobis & alijs persuadere, quod corpus Christi de cælo detrahamus. Nam censemus, etiam sine vllo Christi, Domini motu locali, hanc transubstantiationem fieri posse. si potest per motum localem, cur non potest sine motu locali, ille qui est omnipotens? nam potest per se, quicquid per causam secundam potest. motus autem localis tantum foret causa extrinseca præsentiæ Christi: nihil autem illi intrinsecum est vel essentiale. Non est etiam Magicũ, putare panem in corpus Christi conuerti: immo est fidei articulus, ab initio Ecclesiæ semper retentus. dixit Christus, docuere Apostoli, & omnes quotquot per hæresim ab Ecclesia non defecere. sub anathemate hoc credendum statuitur in Concilijs Romanis tribus, duobus contra Berengarium, & 3. maximo sub Innocent. 3. item Turonensi contra Berengar. item in Constantiensi contra VViclephum, in Florentini decreto vnionis, in Tridentini sess. 13, cano. 2. Patres commemorare longum foret, omnes ad vnum pro nobis sunt: omnes veram Christi carnem in Eucharistia crediderunt, omnes adorarunt, D. Iacobus in Missa sua, rogat *vt Spiritus Sanctus faciat hunc panem corpus Christi, &c.* quod etiam in Liturgijs D. D. Basilij & Chrysosto. habetur. D. Ignatius Epist. ad Roman. ἄρτον τοῦ θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅ ἐστι σάρξ τοῦ χριστοῦ, quid apertius: sed & D. Dionys. Areopagita *a* hunc panem viuificum dicit habere vim maximam perficiendæ Sanctitatis, τῆς ἱεροτελεστικωτάτης εὐχαριστίας. vocat sacratissimam Eucharistiam ἱεροτάτην εὐχαριστίαν. addit *b* Christi Domini sententia iudicatum hoc Sacramentorum Sacramentum, siue mysteriorum mysterium, hoc est augustissimũ & præci-

a ca. 3. Eccles. hier.

b ca. 2. de eccl. hier.

puum. καὶ γὰρ ἔστι καὶ τὸ ἢ κλεινὸν ἡμῶν καθηγέμονα, τελετῶν τελετὴ, accumulat præterea similes laudes multas & magnificas Diu. Pauli discipulo dignissimas. Hunc Galliarum Apostolum, cur Gallici Caluinistæ non audiunt: video, quod nequeant eludere testis auctoritatem, eo illos confugere, vt negent esse libri auctorem. Sed quo id negant auctore? nullo quod sciam vetustiore. Quamuis quidam olim dubitarint, statim tamen eorum error ab æui illius scriptoribus fuit confutatus. Quæ dubitandi quæso causa idonea, cum & res verbis, & verba rei respondeant, & vtraque primitiuum illum spiritum Ecclesiæ penitus redoleant? vide (*Lector*) malitiam dicam, an impudentiam? ipsam phrasis antiquitatem, quæ maxime idonea esse debuit persuadendæ veritati, contra veritatem intorquent. *c* si hoc argumento vti licet, cui veterũ libri relinquentur sui? procliue semper fuerit dicere recentiorum aliquem sic scripsisse, vt affectet antiquitatem. cũ duo sint ad dignoscendos scriptores idonea indicia, stylus & testificatio scriptorum aliorum: vtrumque fauet nobis. Stylum negare non possunt prorsus eruditum & antiquarium. auctores fere innumeri contestantur Græci Latinique. Scilicet, isti ignorassent hoc opus post Valentiniani tempora conscriptum: vt asserit nuperus quidam temporum emendator, qui suo se suffragio claui figendi Dictatorem constituit. profert auctorem? cõiecturam suam, immo potius veterem Illyricianam cauillationem. *Is* (inquit) *vt affectet antiquitatem*, μοναχοὺς κοινοβίους *vocat* θεραπευτὰς *Monachos autem* μονοβίους *vocat* ἐνιαίους, *ne videretur sui sæculi vocibus vti.*] Non credimus hosti Monachorum, & illis tam antiquam

K

Negaut Beza in N T. Schali, & quidã alii de hoc genere.

c Illyric. & Scha *F.*

A institutionem inuidenti, &, vt auertat, hæc omnia commiscenti. Quomodo probas, ideo sic vocasse, ne sui sæculi vocibus vteretur? Potius credendum sui sæculi vocibus vsum, quam alieni hac etiam in re, cum toto reliquo libro cetera vocabula antiquioris illius, cuius, quibus nunc vsus, erant sæculi, retinuerit. Puerilis plane illa hariolatio, & acumine isto, quod quæ nec sunt, nec fuere, videre se credit, & alios sibi credere Manlianis iubet imperijs, digna: multoque magis quod de *Mandrii* & *Mandritii*, lepidum scilicet apophoretum apponit: cuius merito statua inaurata locetur in Cõsistorio Lugduno Batauico, vel potius, quod in Miscellaneis Lugdunensibus victi solebant, λείχειν imperetur. Vnde etiam probat Dionysium hunc (*quem Simium*, honoris causa, pro sua innata modestia, vocat) θεραπευτὰς monachos nominare: idcirco quod apud Eusebium: sic vocat ex Philone, legisset? credo in bifido Parnassi vertice cum Ennio somniantem didicisse. quasi iam probarit, Eusebio hunc scriptorem esse recentiorem: quam diu hoc non probat, frustra coniicit, nec optimus vates audiet, quia coniiciet pessimè. Quæ hæc temeritas est, somnia nobis sua obtrudere, & pro oraculis Delphicis mera coniectanea? Sed profecto tali in veteres quosque scriptores petulantia, &: quæ cum ætate augescit, in ceteris solita decrescere, fitque amicissimis etiã grauior, iactantia, præclaris ingenij, & eruditionis dotes mirum in modum dedecorat. Verum quid illi facias, habet hoc hæresis omnis, Caluiniana præsertim. cunctos spernit, sibi soli sapere & scire videtur, monitoribus aspera, reprehensiones etiam iustissimas cõtumelijs & conuicijs munerat.

B

C

D

E

Tollan-

Tollātur isti næui de corpore pulchro, placebit omnibus labor ille, & feret æuum. DIONYSIVM AREOPAGITAM auctorem operis Hierarchici agnoscūt ex Græcis, non tantum B. Maximus, & Georgius Pachymerius, & Ioan. Sycopolitanus, qui commentarijs illustrarunt, & *in Encomio* Michael Syngellus, Photius, And. Cretensis, Ioann. Damascenus, Suidas; sed & antiquiores his Anastasius Sinaita, & Anastasius NYCENVS; & Beatus Chrysostomus, cui hæc Areopagitæ scripta cognita fuisse, testatur ANASTASIVS Bibliothecarius *epist. ad Carolum Caluum*, eadem non nouisse tantum, sed & explicasse commentarijs Dionysium Corinthium, laudat Maximus *in scholijs*, auctorem suum Anastasium Antiochenum ἐν τῷ ὁδηγῷ: & ex his testimonia desumpsisse contra sui temporis hæreticos Cyrillum Alexandrinum narrat Liberatus *in Breuiario*, & multa huius Sciptoris verba suis inseruisse libris, Diu. Gregorium Nazianzenum scripsit, Billius Prunæus *Sacrarum obseruationum lib. 1.* Billius ille Nazianzeni lectioni apprimè deditus, idoneus, si quis alius, & locuples huius rei testis Hilduinum etiam Francum, & GREGORIVM Magnum, Martinum Papam & Martyrem Agathonem, & alios Patres ROMANOS prætermitto, quibus horum librorum fides indubitata fuit, & ab alijs citatos inuenias, vt & illud in primis notatu dignum, quod in *Bibliotheca sua* Photius commemorauit, Theodorum Presbyterum Græcum ex professo hac de re librum composuisse, vt conuinceret, ea quæ habemus S. DIONYSII Areopagitæ opera, non esse pseudopigrapha, & tot ante sæculis quatuor præcipua, quibus nunc hæretici nostri abutuntur, vt ea impugnent: argumenta luculenter dissoluisse. Ανεγνώσθη Θεοδώρου πρεσβυτέρου, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος δυελύοντο δὲ ἐν τῷ λόγῳ ἐνστάσεις τέσσαρες: μία μὲν ὅτι εἰ ἦν γνησία: πῶς οὐκ ἐμνήσθησαν τῶν ἐν αὐτῇ ῥητῶν τε καὶ χρήσεων τινὲς τῶν μεταγενεστέρων πατέρων, δευτέρα δὲ ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἀναγραφὴν ποιησάμενος τῶν συνγεγραμμένων τοῖς μακαρίοις παστάσιν ἡμῶν βιβλίων, οὐδεμίαν ταύτης μνήμην ἐποιήσατο. Τρίτη δὲ, ὅτι πῶς τῶν κατὰ προκοπὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου αὐξηθέντων παραδόσεων, ἡ βίβλος αὕτι λεπτομερῆ τὴν ἐξήγησιν ποιεῖται, Ὁ μὲν γὰρ μέγας Διονύσιος σύγχρονος ἦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν πράξεων, τοῖς ἀποστόλοις: ἃ δὲ ἡ βίβλος περέχει, τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ προκοπὴν [καὶ] ἐς ὑστέρον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντων παραδόσεων ἐστὶν ἀναγραφὴ ἀπίθανον οὖν, φησὶ μᾶλλον δὲ κακόπλαστον τὰ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς τελευτῆς τοῦ μεγάλου Διονυσίου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντα, Διονύσιον ὑπολαμβάνειν ἀναγράψαι Τετάρτη δὲ πῶς μέμνηται τῆς τοῦ Θεοφόρου Ιγνατίου ἐπιστολῆς ἡ βίβλος ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἀποστόλων ἐνήκμασι χρόνοις: Ιγνάτιος δὲ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὸν διὰ μαρτυρίου ἤθλησεν ἀγῶνα ὃς καὶ πρὸ βραχὺ τῆς τελευτῆς ταύτην ἐπιστολὴν, ἧς ἡ βίβλος μνημονεύει γράφει. ταύτας οὖν τὰς τέσσαρας ἀπορίας διαλῦσαι ἐπαγωνησάμενος, βεβακοῖ (τόγε ἐπ' αὐτῷ) γνησίαν εἶναι τοῦ μεγάλου Διονυσίου τὴν βιβλὸν, hactenus Photius.

Si quid aduersarius nouit, quod nec Lutherus, nec Valla, nec Erasmus, nec Flaccus Illyricus, nec Beza obijcere, amabo, proferat in medium. Veritatis amator sum, vt qui maximè audiri cupio, & audire, docere & discere amo: eandem serram reciprocare non amo: abstineat velim, quæ iam alij illi præoccuparunt, & recenti memoria, à

Galen. in Areopag. Baró. Annal. to. 2.

Matth. Galeno Belga, & Cæsare Baronio, valide calcata protritaque. Dignus fortasis, cui potius, quàm tot Græcis doctissimis. antiquissimisque Patribus credamus, quem doctiorem, acutiorẽ, sapientioremque arbitremur. oppones os columnatum tot Ecclesiæ luminib., tot fidei columnis. dicat se vnum melius nosse characterem Dionysianum discernere, quã Chrysostomum Cyrillumque: passos sibi per ingenij stuporem imponi. Græcæ linguæ ignaros fuisse Marsilium Ficinum, Ambr. Camaldulensem, Perionum & tot sæculis priorem. Ioan. Scotum illum, alium à Dunsio & Maiore, qui quatuor pro Areopagiticis libris cum verterent, agnouere. Occalluimus ad similes Phyrgopolynicis Nitiobrigis Trasonismos. Qui saxorum nouus epigrammatarius, Lucano sculponeis os batuit. qui Manilium docet astronomiam, qui in Geometricis adhuc discipulus, & male calculi subducti à Lanista deprehensus, supra Euclidem, & Archimedem sapit, qui Tacitum, Suetoniumque eius, quo vixerunt tempore, & quod ex tabulis publicis didicerant, rationem dedocet: cui Eusebij anniles & pueriles hallucinationes manifestæ, & Eusebium cæteri patres puerìliter secuti, præ quo vnò cæteri vt vmbræ volitant, simioli, fanatici, furiosi, hostes veritatis, stupor, qui omnes ludibriũ debent, quem nemo reprehendit, nisi qui ignorat, qui in hominibus studiosis huius sæculi, in alijs candorem, in alijs studium, in omnib. sensum bonarum rerum desiderat, *(Vtor eius Verbis, nec adfingo quidquam.b)* Quem nullus hactenus reprehendit *(eblatrasse dicit)* qui non furiosus, aut flagitiosus, aut indoctus, aut etiam tribus his virtutibus simul exornatus fuerit. Et hic bonos nullos insectatus est, cui illi agyrtæ, scurræ, vel Sophistæ, si quid

A

B

C

D

E

Ex lib. de emẽd. tẽporis, & ep. de vit Iul. Scali.

mutire contra hunc Temporariũ Dictatorem ausi, Hic nullis obtrectatus lenissime, & absque omni penitus ambitione scripsit, quæ scripsit. huic à sapientia moderatio imperata est. Mauult iste modestiam eius omnes, quam iustam iram pauci sentiant. [*bene & verè, hoc quia* iniquam *vult omnes perpeti*, iustam *vix scio, an in quenquam hactenus calamo strinxerit.*] Istius virtutem euitari non potest, quin tanquam vmbra gloria & inuidia sequantur. Ecce, quocumque se confert, inuenit rupicos & Marrucinos, quibus eius virtus statim subolet, vt suibus Amaracinum. Quocunque it, mittit signa sui. Quisquis perditus est, insanus, virtutum & bonarum litterarum hostis, vestigijs eius eũ colligit, & capitali odio prosequitur.] Quam hic de se demisse, quam de alijs omnibus sentit magnifice? Nonne se præbet omnibus, modestæ scriptionis, & humilis animi exemplum illustrissimum? Quanta hæc ignoratio est sui? quantus stupor, his animis cum sis, eos litteris seræ posteritati notos velle, quę insania arbitrari, adeo omnes hebetes, vt talium verborum vestigijs, in anima arcana se iudicando non penetrent? vt hæc humanitate tinctos, & amantes Christianæ pietatis & officij, non offendant? Nec contentus grassari in singulos, stringit acumen stili in integras SODALITATES & religiosos ordines, à TRIDENTINA Synodo Oecumenica laudatos, quodque audaciæ intolerabilis est, ECCLESIAM vniuersam à multis iam sæculis errasse, nec verum vidisse, fretus leuiculis rationibus graui supercilio contendit. Quas qui legunt, futiles deprehendunt, cùm alias ob causas, tum quia fingit ipse sibi periodum & præfigit, quam commentus potius, quàm validè probauit: &, cum æquius fuerit normam suam, Ecclesiæ

scitis, &

ſcitis,& veterum placitis accommodare,ipſe contra, vult omnem vetuſtatem edicto noui Dictatoris parere, & eadem confidentia præceps ingenium, quicquid non eſt ad muſsim illam ſuã, id damnat erroris, Quid vero ſimilius, an erraſſe vnum, qui cum nullo veterum nec cum Eccleſia conſentit, an erraſſe veteres omnes & Eccleſiam, eo quod in pleriſque ad illam amuſsim nouam non conueniant? ſcio cum quo errare malim, ſcio quem potius erraſſe credendum. verum tamen fruatur iudicio ſuo,quia monitioni locus nõ eſt, incurrat in omnes vt lubet, qui ἀναβάσειτ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο, non illas Regij Vatis,ſed illius, ſuperborum Regis, qui poſuit in cœlum os ſuum, vt thronum figeret in Aquilone,& ſimilis eſſet Altiſsimo. Seuitij omnis expertem profiteri,eſtne ſimilem ſe Chriſto profiteri? Soli tibi IESV optime licuit dicere? *Quis veſtrum arguet me de peccato* (mortalium nemo expers vitiorum eſt. Hic tamen permiſit calamo chartis illinere,*Quid mihi obijcere poſſunt, præter virtutem,quam non habent? Nullius mihi conſcius ſum,cuius me apud homines pudere debeat.*] Apoſtolum puta Paulum loqui. an idẽ illi licet,quod *vaſi electionis*? non ſane.non quia diſsimilis res, ſed is, qui dicit.Si de grauibus flagitijs & publice vindicandis loquitur, egregiam ſanè laudem,cur id opus tantopere iactare,quod cum pleriſque commune? Quamuis & Caluiniſmus, quem profitetur,certe tale tantumque crimen eſt, vt ſi ſanæ mentis foret,eius illum perpetuò & pigere, & pudere, & pœnitere oporteret. Si de alijs animi vitijs, quæ hominem dedecorant, & Deo hominibuſque minus gratum faciunt, ſenſit, vt ſenſiſſe reliqua, quæ addidit, ſatis oſtendunt:nihil arrogantius,nihil

A à veritate alienius dici potuit. factuoſitas,iactantia,contemptus aliorum,virtutes credo ſunt,non vitia: quam ab his immunis,quam integer,ſi philautia non excæcaſſet oculos, ipſimet iudiciũ permitterem. Sed fruatur,inquam, ſuo iudicio,ſibi plaudat, placeatque: vel potius (fac,qui potes Deus, & hoc animo me iſta noſti ſcribere) reſipiſcat, & in poſterum infrunitæ linguæ,calamoque inferni, deſinat tam laxas habenas permittere. Quod ad me, puto licere mihi, qui ex omnibus vnus ſum in eũ aliquid, qui ſibi cuncta in omnes voluit licere. Licuit homuncioni in diuinum Dionyſium petulanter, cur mihi non liceat pro Diuo conſtanter? Mentem ſaniorem illi opto. conuitia nec curo,nec metuo:iſta ceſſare æquum eſt, rationes compulſandæ. Quod ſperare non audeo,conſueuit vel ſilentio, ſi quando nequit reſpondere,dicta tranſmittere,vel contemptu, & maledictis certare. Sic factum, pro rationibus & argumentis, quæ exſpectabam, ecce in Elencho,de Haridæis,quem contra Serarium noſtrum edidit,nihil mihi, niſi conuicia rependit,adeo ſcurrilia, obſcœna,& fœtentia, vt nec profligatiſsimos ganeones in luſtris illa ſine robore putem vſurpaturos. Fors iſta nec limis dignabitur,audiet certè, quod legiſſe diſsimulet, & aliquem vel ex Armoricis ſubſtituet.

Incubuit numquam cœleſtis flamma ſalictis,
Nec parui frutices iram meruere Tonantis.

Cauſa certe non mereor, qui hæc animo non malo,ſin aliter: noui cœleſtia à Claudianis tonitruis, & à Ioue Salmonea diſcernere.

ANACEPHALÆOSIS DVODECIM, SALVBRIVM MONITORVM, QVÆ CONFESSARIIS IN PROMPTV esse debent.

MONITIO I.

Dæmones esse.

CVM in homines atheos inciderint, dubitantes an sint dæmones? proponant illis id doceri apertis S.S. verbis passim occurrentib. 2. hûc perpetuum Ecclesiæ sensum fuisse. 3. hæresim esse contrarium defendere: quæ tria probantur à Theologis in materia de Angelis. 4. conuincit ratio effectuum quorundam mirabiliũ experientia, vt verbi gratia subitò montem vnum loco mouere: bruta loqui: defunctorum simulacra oculis spectanda proponere; linguis incognitis loqui: res ferreas (sine magnete) argenteas pateras, aut similia magni ponderis super mensa locata, sine funiculo aut simili instrumento, attrahere ab vno extremo ad aliud, subsultantia: quod quis foliolum chartæ inter multa sit electurus certò prædicere: chartam ab aliquo ex toto chartarum ludo extractam, in manibus extrahentis manentem, noua inducta figura, ter facere immutari: facere vt tres vel plures diuersæ personæ de vna eademque recogitent: vim imaginatiuæ alterius facere. vt de alia re vix cogitet, quam ea quæ cogenti nota: (*vix*, dico, nam omninò vel voluntatem vel intellectum cogere, seu necessitate quadam absoluta ad id adigere, nec dæmon potest) facere specula, in quibus, quæ in decem milliaribus fiant, videri possint: trium horarum spacio arbusculam verâ spitamæ longitudine ex mensa facere, excrescere: facere certæ lucernæ lumine accenso, vt quotquot adsunt mulieres, vestibus se nudent, & quæ natura docet tegenda oculis obijciant, & sic nudę tripudiare non desinant, quamdiu ardeat in medio apposita lucerna leporis adipe plena & certis characterib. insculpta, & huiusmodi alia, quæ nobis circulatores ex Baptistæ à Porta scriptis & disciplina obtrudunt, quorum cum nec naturales, nec artificiosæ causę proferantur idoneæ, spiritualib. causis effectus tribui debent; quæ sunt Angeli, & dæmones.

A

B

C

vi scli. 1 q. [illegible]

MONITIO II.

Non licere vllum pactum vel amicitiam cum dæmonibus inire.

vide lib. 2 q. 4. & l. 4 part. post. q. 4. sect. 8

QVi putant non esse magnum peccatum cum dæmonibus fœdus, pactum, aut familiaritatem habere, doceantur primo, quanta sit vis & dignitas primi præcepti prioris Decalogi tabulæ. Nempe illud vt ordine, sic & dignitate primum esse. Nam digniora esse, ratione obiecti, tria primę tabulæ septem alijs tabulæ secundæ: & inter illa tria, præcipuum esse primum. Tertium enim potissimum agit de cultu externo, secundum de verborum honore, primum de amore & fidelitate animi Deo exhibenda & virtute religionis seu Theosebias. seu Latriæ. quare cum hæc virtus Deo gratissima sit, etiam illi contrarium vitium est odiosissimũ, nempe idololatria & infidelitas. nam est quædam apostasia, proditio, & trãsfugium ad hostium Dei Principem diabolum: quod peccatum est omnium vitiorum moralium grauissimum: & ideo huic præcepto à Deo pœna fuit addita, cum Deus testatur se fortem & zelotem esse, & hoc peccatum vsque in tertiam & quartam generationem vlcisci, & vocat hoc peccatum odium sui, eo quod transgressores vocat osores suos *a*. Secundo doceantur omne cum dæmone fœdus aut amicitiam cõtra hoc primum præceptum esse. Cum enim inter Deum & dæmonem sit quasi perpetuum bellum seu odium (Vnde de dæmonibus legimus: *superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*: & Diabolus vocatur *Satan*, hoc est aduersarius) tenemur nos, vt vasalli Dei, perpetuum quoque & capitale odium cum dæmone exercere, hoc bellum vt Paterpatratus, initio mundi Deus indixit, cum dixit Serpenti: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius b*, quibus verbis prohibemur vllas cum dæmonibus inducias aut commercium habere. Idẽ nos docet Apostolus: *Nolo*, inquiens, *socios vos fieri dæmoniorum c*. Idem nos in baptismo promisimus, Sacramento adstricti, Ecclesiæ nomine rogante Sacerdote & patrinis pro nobis respondentibus non semel, Nos abrenunciare Satanæ & pompis eius. Cum itaque hoc bellum initio mundi conditi indictum, & initio Ecclesiæ Christianæ tuba Apostolica renouatum, & à nobis cum in Ecclesia fuimus regenerari iureiurando votiuo sit susceptum ac promissum, sequitur eum, qui cum hoste pactum vllum aut familiaritatem colat: perfidiæ, transfugij, & apostasiæ reum non minus esse, quam vel monachus votiuam deserens professionem, vel miles ad hostem transfugiens, vel Christianus Mahumetismo se addicens. Tertio moneantur non tantum hoc Deo displicere, sed ipsis quoque perniciosissimum esse. Dæmonum enim in homines odium est inexplebile, & à sui lapsus tempore nunquam illud remiserunt, nec vnquam remittent aut minuent: si permitterentur à Deo omnes mortales interimerent, quod quia vident sibi non licere, ideo assidue hominibus animæ, mortem moliuntur adferre per varias & multiplices peccandi illecebras: ne, qua excidere beatitudine, homines potiantur. Odij magnitudo paret ex vehementia & acerbitate cruciatuum aut vexationum quas intulere, quotiescumq; Deus illis permisit, vt testantur Iobus, Saræ ma-

a Exod. 20. v. 5.

b Genes. 3 v. 15.

c 1. Cor. 10. v. 11.

riti, D. Antonius & alij innumeri. Pertinaciam odij docent, Iobus dicens: *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus a.* & Christus Dominus, *vos*, inquit, *ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: & ille homicida erat ab initio: & in veritate non stetit, & non est veritas in eo. cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius b.* cum dicit homicidam esse ab initio significat hunc eius perpetuum esse conatum, animas necare: circuire instar leonis rugientis, & quærere quem deuoret, vt ait D. Petrus cum addit veritatem in eo non esse: docet frustra quem cum illo paciſci, qui totus ex perfidia conflatus est. & ideo cum semper velit nocere, certo tenendum nobis, illum nullis blãditijs, obsequijs, aut cultu hominis reconciliari placari, aut deliniri: sed quãdo se beneuolum aut amicum fingit, tum maius malum hominibus moliri. Orig. *lib. 8. cont. Celsum*, Probabile est (inquit) dæmones, cum sint improbi, ne cultoribus quidem suis dexteram, datamque fidem seruaturos.

a Iob. 21. v. 15.

b Iocn. 8. v. 44.

MONITIO III.

Ne indices hoc negligant puniri, aut dissimulant.

Pro li. 3. sect. 4.

QVando confessarij incidunt in Prælatos, Principes aut Iudices, nimis lenes, & remissos, & negligentes in sectæ huius exstirpatione: Monere illos debent, quod sint à Deo constituti ad vindictam malorum, & sine causa gladium non acceperint: quod mala quæ ex eorum negligentia orbi & Ecclesiæ inferuntur & gliscunt quotidie, seueriſsime ab illis exigentur: quod ad damnorum restaurationem teneantur, hoc peccatum directe & immediate contra Maiestatem DEI tendere: & idcirco non magis licere principi diuinam iniuriam remittere aut dissimulare, quam Prætori licet sui Principis, vel militi sui Imperatoris. Legẽ illam veteris Testamenti, *Maleficos non patieris viuere c*, non esse dumtaxat iudicialem positiuam, sed iudicialem iuris diuini & naturalis, & ideo non esse per legem Euangelij sublatam. Iudicibus inferioribus non licere vitæ securitatem rei huius delicti promittere, vt crimen spontaneè confiteantur & socios detegant: licere id soli summo iudici, qui lege superior & ex causa iusta, & quando hoc euidens necessitas vel vtilitas reipub. postulat. Meminerint, si qua damna per eorum conniuentiam aut negligentiam à maleficis subditi patiantur, si qui necentur, aut ad consortium criminis pertrahantur, sanguinem hunc à manibus eorum Deum requisiturum. Non hominis illos, sed Dei iudicia iudicare. Cauendum ne fiant socij furum, & ne dum, vt Iosaphat, his qui oderunt Dominum amicitia iunguntur, iram Domini mereantur *d* videant ne audiant terrificum illud Prophetæ dictum Regi Achaz. *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius e.* Qui denique falsis opinionibus, & erronea sua existimatione decepti conatur iudices abducere, à cognitione & vltione criminis huius, vel auctoritate, vel calumnijs, illi monendi vt resipiscant, ne & se conscios eiusdem delicti, vel fautores delinquentium, vel iustæ & Canonicæ contra hanc hæresim inquisitionis disturbatores & impedimenta præbeant, cum periculo incurrendæ excommunicationis. *c. vt inquisitionis. de hæretic. in 6* Denique hos omnes honorem Dei negligere, & proin-

c Exo. 22.

d 2. Paral. 19. v. 2.

e 3 Reg. 20. v. 42.

de soi e-

de solere à Deo negligi, & in maximas calamitates & ignominias abijci iuxta comminationem Heli Sacerdoti factã 1.*Reg.*2.*vers.*30. Quam hoc Babylonijs exitiale dixi *l.*5.*sect.*16.*in fin.*

Nahum inter præcipuas causas excidij Niniue memorat, quod in ea Magi & malefici magni fierent *cap.*3.*v.*4. Eandem ob causam minatur Ieroso-lymæ Michæas *ca.*5.*vers.*10. Propterea Cananæi deleti & pulsi sedibus suis. *Deut.*18.*vers.*10. ex quo loco explicandum illud de medicaminibus sap.12. 4 Numquam id impune Regibus cessit: 1Reg.28. v.8. Saul non excidit regno nisi postquam 4.Reg. 1. v.2. Magiæ præsidia quæsiuit: tunc (ait Blesensis) *dum Pythonissam consulit in montibus Gelboe, cum filijs meretur interfici. Sic Ochozias, qui ceciderat per cancellos, dum de vita diuturnitate scrutatur, vita eius tanquam tela texenda succiditur.*] ob maleficorum imitationem Manasses specimen fit Regis calamitosissimi, 4.*Reg.* 21. & 25. cuius peccatum etiam posteri luerunt, nec pacari Deus potuit Iosiæ pietate 4.*Reg.*22. Iezabelis veneficia nota, sed & præcipitatam de fenestra, laceratam à canibus. Longum sit alios recensere. Zoroastrem fulmen occidit Magiæ inuentorem. *Plin.lib.*30. *cap.*1. 1.*libr.*11.*capit.*42. De Ferrando Comite Flandriæ, de Guilhelmo Iuliacensi, de Scotiæ Regibus aliquod, de Principe quem memorat Gerson, actum superioribus libris. de Mulealse Tunetano Rege, non paucis egit Paul. Iouius, de Votigerno Rege Boëthus *lib.*8. De Græcorum historijs multos memorat Petrarcha *li.* 4.*rer.memorandar.cap* 1.2.3. Si Romanorum Annales volueas occurrent tibi plurimi, quibus hæc licentia exitij miserrimi occasio fuit. de Numa Pompilio, Plutarchus, *in Numa.* de Tullo Hostilio, Dionysius, & Liuius *lib.*1. De Nerone Plinius *lib.* 30. *Nat.histor.cap.*1. & Suetonius *in Nerone* De Valeriano. Nicephorus *lib.*6.*ca.*10. de Iuliano Apostata idem Nicephor. *lib.*10.*cap.*29. de Licinio Niceph. *lib.*7. *cap.*45. De Fl. Ruffino Tyranno, Claudianus *lib.*1.*de laud. Stilichon.* de Maxentio, de Heraclio & alijs alij. Quid referam recentiora? Leopoldum Austriæ ducem Friderici III. fratrem, nimis familiarem Magis, quidam narrant, ita à spectro perculsum fuisse, vt paucis post diebus obierit. VVenceslaus Bohemiæ rex summo in pretio voluptatis causa Zytonem & alios habuit, cui quæso Principi cuncta regni negotia infœlicius cessere? Crespetus *disc.*7. scribit cuidam ætatis huius Principi mortuo inuentam ad collum appensam imaginem Theurgico ritu deuotam, qua se fœlicem fore sperabat: quo tamen vix vllus calamitosior fuerit. Concludam cum Rege, Reges alloquens: *Nunc Reges intelligite, eruditmini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Monet vt disciplinam apprehendant. Hebr. est *Nassekù Bar* נשקו בר, quod etiam significat osculamini filium. osculari vero idem quod honorare. Nimirum optime Christum honorant, qui hostis eius diaboli partiarios in virga ferrea regunt & flagellant, qui Deum inhonorantibus non parcunt, hoc enim est apprehendere disciplinam, quia hoc est Christi doctrinam purè venerari & sequi.

Camerar. operæ succisiuæ c.70.

Psalm. 2. v.10.

* *
*

MONITIO IV.

Superstitionibus vti quam noxium & execrandum.

Confer. cum li 3. parte posteriore.

VIparui faciunt discere ritus superstitiosos & eos exercere, moneantur omnium superstitionum & vanarum obseruationum inuentorem esse diabolum, qui principio mundi statim in idololatriam fere totum genus humanum pellexit. Sed cum hoc eius imperium Dei filius destruxisset, *ad hoc enim apparuit filius Dei vt opera diaboli destrueret a.* & paucis ante passionem diebus dixit: *nunc mundus iudicabitur, & Princeps huius mundi eijcietur foras b,* & hic fuit scopus Apostolicæ per totum orbem prædicationis: & tamen cum imperio non fuisset imminuta vetus illa ambitio diuinitatis: pro illa aperta & clara idololatria pene extincta, tectam quandam specie pietatis & vtilitatis idololatriam inuexit, artium superstitiosarum cupiditatem & cultum. hanc ergo diram curiositatem inuenit, & propagauit, primo vt sic possessionem animarum, qua vi crucis deiectus fuerat, clanculum dolo malo recuperaret. Secundo vt homines hoc pacto primum & maximum præceptum, & votum religionis quo se Deo adstrinxerunt in baptismo, violare assuescerent. 3. vt spem, quam homines in Deo habere debent, amittant, & eam collocent in rebus istis vanis, & ideo sint Deo maledicti, qui c *odit obseruantes vanitates superuacue* 4. vt sic in lethale peccatum pertractos, leo rugiens *d.* deuoret, & decipiat hominem draco venenatus, quem Deus formauit ad illudendum ei *e.* Hæc sunt commoda superstitiosarum obseruationum, & qui eas colunt, aut amant docent se non Christi, sed diaboli discipulos esse, & eius magisterium amare, in eius ludos doctos esse, & alienos à doctrina Ecclesiæ Catholicæ.

Mirum est aliquem posse his præstigijs se dare, qui norit exitum infœlicem Magorum & præstigiatorum. Inuentor Magiæ Cham seu Zoroaster, fuit tandem ab ipso dæmone, quem importunius solicitabat, igne succensus & concrematus, teste *Clement. in lib. recognition.* de Simone Mago notissima res, quod in aërem à dæmonibus sublatus præcipitatusq; fractis cruribus cum ignominia & dolore interierit. Quæ de Cynope Mago, Prochorus, & de Zaroë & Arphaxat Abdias *lib. 6.* tradidit prætermitto, vt & ea quæ de Oddone, Hollero, Metothimo Magno Olaus *in Historia Septentrionali*, & de Sopatro, Eunapius *in Aedesio*: de Orpheo, Mopso, Amphiarao, qui omnes magi fuere, Ouidius, Seneca, Statiusque: de Pythagora Samio Laërtius *in eius vita* & Cælius *libro 19. Antiquit. capite septimo.* Henricum Cornel. Agrippam moriturum, à se canem suum Paredrium abegisse, cum hoc dicto, *Abi mala bestia, tu me perdidisti*, tritum est ore omnium. Ioannis Portanti obitus in Antuerpiensi carcere qualis, norunt ciues mei. Apud Guilhelm. Tyrium *libro octauo, belli sacri ca. 15.* duo magi volentes machinas Christianorum incantare, primi illis interfecti. Apud Polydor. Virgilium anus saga coram omnibus à dæmone abripitur, vt alibi narraui. Apud Dubrauium *lib. 23. Hist. Bohem.* Zyto nobilis ille præstigiator ad extremum à diabolo viuens, cum corpore & anima de medio hominum fuit sublatus. Ioann. Faustus famosus magus his temporibus in Germania, tandem à cacodæmone lecto extractus noctu, & strã-

a 1. Ioan. 3 v. 8.
b Joan. 12 v. 31.
c Psal. 30. v. 7.
d 1. Pet. 2.
e Psa. 103. 26.

gulatus,

gulatus, inuersa in tergum facie, domoque tota concussa, & pene euersa: vt scribunt VVierus, Camerar. alijque Francisc. Picus *lib. 5. de prænot.* auctor est ex relatione sociorum, qui adfuerant, Magum quendam à dæmone viuum ablatum, nusquam vnquam comparuisse, dum curioso cuidam & non satis sano Principi pollicetur, se Troiæ expugnationem & Hectoris cũ Achille duellum, quasi spectandum in orchestra, exhibiturum.

Tam hæc factoribus sunt periculosa, nec minus ijs, qui spectandi talia sunt auidi. duo tantum exempla adscribam vetus vnum, & nouum alterum scribit Lucian. *in Philopseude*, de quodam Encrate, quod *cum vidisset Pancratem quendam Magum Aegyptum; multa mira facientem, sepatim in eius amicitiam insinuasse, adeo vt omnia et propemodum arcana communicaret. Tandem autem magum hunc et persuasisse, vt omnibus famulis in Memphi derelictis, se solus consequeretur: neque enim defuturos ministros, atque ex eo tempore, inquit, sic vitam duximus. Cum in diuersorium quodpiam venremus, homo accepto pistillo, scopinae, aut pessulo, vestibus implicans, cum in id carmen quoddam dixisset, efficit, vt ambularet, vtque alijs omnibus homo videretur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam parabat, instruebatque atque in omnibus commode subseruiebat, ministrabatque nobis. Deinde, vbi iam satis huius ministerij fuit, scobinam rursus scobinam, ac pessulum pessulum, aliud recitans carmen, reddebat. Hoc ergo vehementer conatus, non inuenichbam, quo pacto ex illo expiscarer. Nã id mihi inuidebat, quamuis esset in alijs facillimus. At quadam die in angulo quodam tenebricoso delitescens clam illo, subauscultaui propius incantationem illam, erat autem trisyllaba. Tum ille cum pistillo mandasset, quæ curanda erant, abijt in forum. At ego post ridie illo apud forum occupato, acceptum pistillum cum ornassem, syllabas illas similis modo pronuncians, aquam iussi vt hauriret. Tum impletam amphoram cum tulisset, desiste, inquam, nec amplius aquam hauri to, sed rursus esto pestillum. At illud mihi haud amplius obtemperare volebat, sed aquam hauriebat continnè, quo ad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego cum resistere huic rei non valerem (timebam autem ne Pancrates reuersus, id quod etiam euenit irasceretur) correpta securi pistillum in duas partes disseco. At vtraq; pars amphoram sumens hauriebat aquam, iamq; vnius loco duo ministri mihi esse cœperant. Interea Pancrates superuenit, ac re intellecta illa quidem in ligna rursus quemadmodum ante carmen erant, mutauit: at ipse me relicto clanculum nescio, quo se subducens abijt.*] Vides huic curiositatem ferè causam fuisse, vt aquis submergeretur. Cur vocas fabellam: cum potuerit in pistillo Paedrus aliquis Mago famulari. Sed cape alterum, de ijs, quibus periculum præsentaneum fuit, ne seipsos denarent. Philip. Camerar. *libr. Operæ succisiuæ, c. 70.* ita scribit, *Cum aliquando Ioannes Faustus apud notos quosdam diuerteret, qui de ipsius præstigiatricibus multa audiuerant, vt petierunt ab eo, vt aliquod specimen suæ Magiæ exhiberet. Hoc cum diu recusasset, tandem importunitate sodalitij neutiquam sobrij victus promisit, se illis exhibiturum quodcunq; expeterent. Vnanimi itaq; consensu petierunt, vt exhiberet illis vitem plenam vuis maturis. Putabant autem propter alienum anni tempus (erat enim circa brumam) hoc illum præstare nullo modo posse. Assensit Faustus, iam iam in mensa conspectum vri quod expeterent: sed hac conditione, vt omnes magno silentio immoti præstolarentur: donec illos iuberet vuas decerpere: si secus facerent, instare illis periculum capitis. Hoc cum se facturos promissent, mox ludibrijs suis huic ebriæ turbæ,*

ita oculos & sensus præstrinxit, vt illu tot vuæ miræ magnitudinis, & succi plenæ in vite pulcherrimæ apparerent, quod ipsorum adesset. Rei itaq; nouitate cupidi, & ex crapula sitibundi sumptis suis cultellis expectabant, vt illos iuberet rescindere vuas. Tandem cùm istos leuiculos aliquamdiu suspensos, in ipsorum vanissimo errore tenuisset, subito in fumum abeunte vite cum suis vuis, conspecti sunt singuli tenentes loco vuæ, quã vnusquisq; apprehendisse videbatur, suũ nasum opposito supernè cultello: ita vt si quis immemor præcepti dati vuas secare voluisset, seipsum naso mutilasset.] Quid plura? nihil ferè vnquam prestigiatores faciũt, quin aliquid factu facile, sed quod difficile sit non facere, à spectatoribus aut Magiæ studiosis postulent. Veluti ne personas, quæ apparent alloquantur, vel manum porrigant, ne circulo pedem efferant, & similia, quæ tamen, vt faciant post illos illecebris dæmones, aut varijs terriculamentis, quasi compellunt: Vt de Bauaris adolescentibus apud Cæsarium legi, & duobus Aremoricis bono loco natis Gentiliaci, cum puer Lutetiæ degerem: accidit, qui ab archihomicida ambo tunc præfocati, eo quod circulo pedem extulissent.

I nunc, atq; animam fraudi committe dolosa.

MONITIO V.

Vnde poterunt cognoscere, an à dæmone effectus exspectetur, an à natura, an à Deo?

vid. l. 3. par. post. q. 3. & 4. sect. 1.

NOnendi sunt rerum istarum ignari, Vanitatem & mendacium omne Deo displicere, qui veritas est: dæmoni verò placere, qui mendax est & pater mendacij. *Beatus vir* (ait Psalmista *a*) *cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Vanitatem verò dici quotiescunq; homo facit, vel dicit aliquid, boni consequendi, vel vitandi cuiuspiã mali causa, quod vim nullam neq; naturalem, neq; supernaturalem obtinet ad effectum intentum verbi gratia si quis in flumine seminet, vel littus aret, dicendus est vanitatem operari, eo quod arandi & seminandi finis seu effectus est messis & fructus perceptio, quem finem hæc eius actio nequit consequi. ita si quis vt capitis dolorem pellat, fascia linea, vel cartula alba cingat tibiam, aut ægrum inter sarmentum diffissum perducat, vel palmo cingulum ægri metiatur, clarum est has actiones esse vanas & superstitiosas, quia nullam vim habent ad humorem noxium capiti molestum inde expellendum. Contra si applicetur capiti aqua rosacea, vel ad bilis expullionem rubarbarum præbeatur, vel ad flegmata capite educenda per sternutationem comedatur sinapi, non erit vana obseruatio, sed licitum remedium, quia natura ad hoc vim hisce rebus inseuit. Sic etiam verba nulla vim naturalem habent aliquid efficiendi more agentis physici, sed quædam verba vim habent operandi ex instituto Dei, & iste effectus est supernaturalis: quædam non tam vim habent supernaturaliter operandi, quàm putantur ab imperitis habere. Prioris generis sunt verba Sacramentorum, nempe collationis baptismi, consecrationis Eucharistiæ, absolutionis peccatorum, &c, hæc verba licitè vsurpantur à Sacerdotib. ad effectum, cuius causa Saluator noster illa instituit. Verum si quis hæc verba alio ad aliam intentionem siue finem proferens transferret, eorum vsurpatio

sacrile-

sacrilega, vana & superstitiosa foret, quia ad hunc effectum vim supernaturalem ea verba non acceperunt. Vana quoq; est prolatio aliorum verborum, quæ non est ex vsu Catholicæ Ecclesiæ recepta. Si quis itaq; vana huiusmodi, vel verba vel facta adhiber, superstitiosus est, & diabolicus est effectus operis, quod probatu nõ est difficile. Effectus iste non est naturalis, quia quę adhibita sunt media naturalem vim ad eum nõ habent, nec est miraculosus & à Deo, quia testimonium illi nullum perhibet sacra Scriptura, nec Ecclesiæ Catholicę cõsuetudo aut doctrina. Procedit itaq; ex occulta quapiam spiritualis creaturæ operatione: non Angelicæ, quia Angeli semper faciunt Dei voluntatem, & cum Deo mendacium ac vanitatem omnem detestantur: restat, vt operentur hic cacodæmones, superstitionis inuentores & amatores. Quare, *qui hæc faciunt, Deum deserunt, & dæmonis doctrinæ atque imperio se subijciunt; cuius auxilium exposcunt, & opera vtuntur.*

MONITIO VI.

Quæ remedia tutissima.

SI quis afflictus vel vexatus sit à maleficis seu à dæmonibus eorum opera, & pro remedio vel consilio confessarium consulat: is illum inducat ad remedia Ecclesiæ consueta, maximè ad emendationem malæ vitæ. Theologi monent, *b* duo consideranda, Deum qui hæc mala permittit, & diabolum qui mala infert: nam nihil hic inferre posset, nisi ille permitteret, nec nocere potest, nisi in quem, vt sæuiat Deus permittit, nec plus illi ipsi nocere, quam quantum Deus permittit. Minus longè potest, quam vult, aut iactat se posse. Præclarè D. Antonius Magnus: *Nos nec eius pollicitationibus credere, nec eius minas formidare debemus. fallit enim semper, nihilq; verum promittit. Nam si non in omnibus mentiretur, quomodo talia, & tam infinita promittens, hamo crucis vt draco inuocatus à Domino est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vinctus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis, vt passer ad illudendum irretitus à Christo est, calcaneo Christianorum substratus gemit, ille qui vniuersa maria à se absorpta plaudebat: ille qui manu sua terrarum orbem teneri gloriabatur, ecce à nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere non potest disputantem.*] Nimirum ligatus est à Deo, mucro latronis retusus ab eo per quem, cum quo, & in quo facta, quæ fiunt, omnia. Tibi homo imputa, quod in te possit, quod in te vt possit Deus finit. *Si alligatus diabolus est* (inquit B. August. ser. 197. de Temp.) *quare tantum adhuc præualet? Verum est fratres carissimi, quia multum præualet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum non timentibus in veritate dominatur. Alligatus est enim tanquam catenis innexus canis, & neminem potest mordere, nisi qui illi se motifera securitate coniunxerit. Iam videtur fratres, quia stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per cupiditates & voluptates sæculi* (addo pacta, superstitionesve) *noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere.*] eadem habet Cæsarius *libr. 5. miracul. cap. 52.* Certè quoad Deum, causæ cur permittat esse solent, vel peccata, vel probitas famulorum eius, propter peccata permittit, vt puniat præterita,

b Cyruel. lib. de superstit. p. 2. cap. 1.

vel vt

vel vt arceat à futuris alioqui: probitatis vero gratia permittit, vt magis humilientur, vel vt probetur eorum constantia & fides. ob has causas Deus dæmone vtitur, tanquam lictore aut carnifice bonorum. dæmon autem alium longe finé sibi proponit, & Dei voluntatem gnarus exsequitur non cogitans hæc ad salutem humanam & gloriã diuinam à Deo dirigi, sed conatur exsaturare malitiam suam, & odium explere nocendo hominibus, & simul si queat in superstitionem aliquam illos pertrahere. Itaq; non potest salubrius consilium iniri, quàm quo quis & Dei volũtatem perficiat, & dæmonis proteruiã atq; odium eludat. hoc autem præstãt remedia Ecclesiastica. vt exẽpli causa, si qua domus spectris, aut alia dæmonũ infestatione sit inquieta, statim inquilini conscientiam excutiant, conterantur, & de peccatis confessionem instituant, & omnia de domo remoueant, quæ Deo queant displicere, deuotè insuper se Deo commendent, & Deiparæ & Sanctis: & interea dum durat vexatio, quotidie mane ac vesperi Sacerdos quispiam habitu Sacerdotali indutus, cum stola, cruce, & aqua benedicta accedat, & lustret omnia domus cubicula & loca alia, recitans deuotè, Psalmum: *Qui habitat in adiutorio altissimi*, & Euangelium S. Ioannis, *In principio erat verbum*, & alias precationes pias & exorcismos, qui Dominicis diebus in benedictione aquæ contra dæmonum vim & insidias leguntur: ponantur per singula præcipua domus loca rami Palmarum benedicti, & candelæ benedictæ, iubeantur dici Missæ à variis pijs, & Deum timentibus pro quiete familiæ illius, & vt Dei ira cesset, & mittat custodem Angelum suũ, qui domo illa dæmonem exturbet: cauẽt autem, ne cum dæmone sermonem vllum misceant, vel loquenti quidquam respondeant: multoq; magis caueant, ne quem Magum, aut vlla superstitiosa vexationi reprimendæ remedia accersant. Sed magna spe & fiducia in Deũ, misericordiam eius summa cum patiẽtia præstolentur. [*Sic Cyruelus d. c. 1. in fine.* Sed hæc remedia fusius nobis nunc non sunt probanda, quia id præstitimus supr. lib. 6. Nunc adeo remedia per incantationes & superstitiones, vel nihil prodesse, vt patuit in lepra Constantini, cui potius nocuerunt, vt docet Nicephor. libr. 7. hist. c. 33. vel si sanent ad tempus tantum sanare, & postea reiucidere in morbum eundem vt legimus de Hadriano Imp. apud Xiphilinum in Hadriano, & Zonar. tom 2.

MONITIO VII.

Pro ijs qui curiosi sunt diuinationum, & secretorum.

TALES moneantur, etsi desiderium sciendi (teste Philosopho) cunctis naturale sit; tamen id moderandum esse habenis legis Dei, & rectæ rationis, quibus nisi frenetur, infrenis equi more nos cupiditas hæc in præceps abripiat, Legi diuinæ & rectæ rationi consentanea regula est, Non velle aut conari scire, quæ lumine naturæ scire non possumus, & diuina solummodo reuelatione sciri queunt; & in illis ipsis, quorum scientiam possumus labore nostro, aut industria consequi, rectum & probum discendi modum tenere, ne regiam tutamque viam deserentes inani labore quærendi defatigemur, & per inuia ac deuia ablati optatam metam nunquam cursu contingamus, hæc docemur à Spiritu sancto, cuius sunt ista; *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum,*

Videli. c. 2. q. 7. sect. 4.

sic qui

sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria a. & alio loco. *Altiora te ne quæsieris & fortiora ne scrutatus fueris : sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. non est enim tibi necessarium , ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum & in vanitate detinuit sensus illorum* b. Mysteria fidei & salutis, fide nobis credenda sunt, & à Deo reuelata fuerunt Ecclesiæ suæ. Alia occulta quædam Deus nulli reuelat, sed sibi reseruat, vt secreta cordium, futura mere contingentia, &c. & hæc citra reuelationem sciri arte vel scientia vlla nequeunt. Et hæc conari scire est vanum & inane, & artes ad hoc nitentes sunt superstitiosæ. Aliæ res sciri possunt studio, disciplina & experientia, in his cauendum ne sine labore, aut vsu, vel doctore, ea conemur scire per media illicita, vt sunt ars Notoria & similes diuinationes, de quibus egimus toto libro quarto. Harum rerum talem scientiam à dæmone infundi seu tradi patet, ex rebus quas prædicunt, quas cum nequeant scire luce naturæ, nec acceperint diuina reuelatione, consequens est ea discere à dæmone: qui (vt foueat superstitionem) eo quod vtantur signis ab ipso institutis, etiam ignaris nec sentientibus illis phantasiam mouet vt hoc vel illud dicant, vt docet Diuus Augustinus *libro secundo, de doctr. Christiana.* vnde sequitur eum qui vult huiusmodi scire, consentire in magisterium diaboli, seque eius disciplinæ tradere, & Deum doctorem atque Dominum deserere , & à fide apostatare. stulti sunt qui dæmonum responsis credunt, quia fallere dæmonum est. Sic fefellere Cræsum & Pyrrhum, testibus D. Hieronym. *in cap.* 41. Esai D. Augustino 3. *de ciuitat. Dei* Lactantio & alijs, Manfredum teste Pico *lib.* 4. *de Prænotio. capite nono.* Indos apud Osoriũ *lib.* 2. *hist. Lusita. cap.* 15. Ferrantem Comitem Flandr. & alios quos *lib.* 4. memoraui. *d. sect.* 4.

a Prouer. 25. 2. 27 S

b Eccles. 3 v. 22.

MONITIO VIII.

Proÿs qui scientiam infusam affectant certis ritibus sine labore, &c.

NOnendi primo, curiositatem sciendi non necessaria, non modo non vtilem, sed valde noxiam esse solere. Spiritum sapientiæ & intellectus à solo Deo expectandum : quo non qui volunt, sed quos placet , solet implere. *Melior est homo*, ait Ecclesiasticus, *qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu , & transgreditur legem altissimi.*] Et verissimum illud D. Hieronymi nescio vbi: *Melius est nescire aliquid, quam cum periculo* (scilicet animæ) *discere.* vt & illud D. Prosperi. *Non sunt scrutanda, quæ Deus occulta esse voluit, quæ autem manifesta fecit, non sunt negligenda: ne & in illis illicite curiosi, & in his damnabiliter inueniamur ingrati. De altitudine discretionis Dei non conturbabitur cor humilitatis nostræ, si firma & stabili fide tenebit, omne iudicium Dei iustum esse secretum: vt vbi inuestigari non potest, quare ita iudicet, sufficiat scire, quis iudicet. Lauda & venerare quod agitur, quia tuum est nescire cur agitur*] sine scrutatores huiusmodi diuinorum secretorum, mergi solent inuadabili profundo. Nec minus periculosum est nouos sciendi modos, quam nouas doctrinas inuenire, de quibus ab Apostolo præmo-

c. 19. v. 22.

de gent. vocat.

niti sumus, fore, qui sectarentur *doctrinas dæmoniorum.* quid aliud faciunt qui doctoribus dæmonibus vtuntur? Audiant Chrysostomum explicantem illud Saluatoris, *obmutesce & exi ab homine: Salutiferum hoc nobis* (ait) *dogma datur, ne credamus dæmonibus, quantumcunque denuncient veritatem.*] caueant ne *irritent Deum in adinuentionibus suis, & multiplicetur in eius ruina.* caueant ne: quod deplorat Richardus Victorinus: *Veritatem quærant non in veritate, sed in vanitate: quæsitam inueniant, non ad veritatem, sed ad vanitatem, & quod miserrimum est, in verbis vitæ lucra mortis negotientur.*

1. Tim. 4. v. 1. Mar. 1. v. 21. Psal. 105. v. 28.

Præterea tales admonendi sunt, subesse periculum superstitionis, & tentationis Dei. Nam qui scientiam quærunt modis insolitis, vtrique se periculo exponunt. Naturaliter scientiæ paullatim, successu temporis, lectione, auditione, & experientia acquiruntur (vt recte Aristoteles *a*) petere à Deo vt infundat, sicut Danieli & Salomoni fecit, est petere, vt sine necessitate miraculum edat: quod est tentare Deum. Adhibere orationes, aut alia ad hoc nõ instituta à Deo aut Ecclesia, est vanitatem quærere & mendacium diligere, (vt ait Psalmista) & proinde superstitiosum. Orandus itaque Deus, & nobis simul naturali conatu elaborandum. Nam facientes Deus adiuuat. Periculũ magnum est: ne *arti memoriæ* (quæ tradi potest præceptis locorum & cellularũ ad hoc accommodatis) aliquid superstitionum *artis Notoriæ* admisceatur: hoc ergo vt caueant, monendi,

a li. 4. physicor.

(***)

MONITIO IX.

Proijs qui sunt cupidi corporeæ salutis, honoris, aut pecuniæ, aut gratiæ acquirendæ vel recuperandæ, & ad hoc vtuntur medijs suspectis Salmatorum, seu Salutatorum, de quibus actum, *l. 1. ca. 3. q. 4. vel etiam Periaptorum,* de quibus *ibid. cap. 4. q. 5.*

INculcanda diligenter illis est hæc regula: *In omni ægritudine, aut iactura bonorum fortunæ vel corporis, quæ solent hominib. à Deo, vt flagella peccatorum, & mala pœnæ infligi, seruos Dei ad duo debere præsidia confugere. Primo,* quærere & inuestigare modos, & remedia cuncta, quæ naturalis ratio hominem docet, vt se hoc periculo vel noxa liberent. *Secundo,* sedulo & feruenter commendare Deo & sanctis personam suam, familiam, & bona, & orare: vt cœlesti sua ope & liberalitate suppleat, & præstet id quod humana imbecillitas nequit consequi. Quo ad primum ergo moneantur adhibere humanam naturalemque diligentiam, ipsi per se sibi non deesse: & prudentiores consulere, quoad valetudinem, pharmacopolas, medicos, chirurgos: quoad iacturam aliorum bonorum, amicos, & alios qui prudentia, & vsu, experientiaque pollent. Quoad secundum, seu spiritualem diligentiã: confugiant ad orationes, ieiunia, & charitatis opera: confidant in Deo, sperent ab eo remedium: curent orari à personis pijs, religiosisque: missas ad eã intentionem dici: denique omni studio conentur Deo quam maxime placere. *talibus enim hostijs placatur Deus.* docet nos hoc ipsum S. S. in Ecclesiastico: *Honora medicum propter necessitatem. Etenim creauit illum altissimus. A Deo*

Iũge hæc ijs quæ dicta li. 6. c. 2. lib. 3. sect. 8. q. 4. & li. 4. p. 2. q. 4. sect. 3.

Eccles. 38. in prin.

est enim

est enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Ad agnitionem hominum virtus illorũ, & dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus, in his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis.] En primum quod diximus de diligentia naturali: de altero, nempe morali diligentia, sequitur: *Fili in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora Dominum & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto mũda cor tuum.* Hoc intelligendum de omni damno quorumcunque bonorũ. Igitur cum hæc homo præstiterit, patienter ferat, & voluntatem suam diuinæ subijciat, certus, se, si magis expediat, liberandum, si nõ liberetur, id sibi vtilius esse. Moneantur, si alijs illicitis remedijs conẽtur vti, tũ illos à Deo, quo inuito conantur sanari, ad dæmonem confugere. Male etiã sibi consulunt, quia perdunt fructum patientiæ, qui maior est, & melior cunctis corporis aut fortunæ bonis. stulti sunt, quia vt corpus sanent, animam necãt. Quid stultius & impudentius, quam si Deo dicerent: Quia tu me sanare non vis, transfugiam ad hostem tuum, & ab illo salutem petam? hoc non verbis, sed pertinaci conatu dicũt. Hi tandẽ adeo diuinam iram inflammant pertinaci cupiditate, vt Deus vel sinat illos à dæmone necari, cuius rei exempla dedi, *li. 6. ca. 2. sect. 3. remed. 8. & 9.* vel, quæ grauior adhuc est pœna, ad eorum summũ malum sinat illos, quod expetunt ope dæmonis cõsequi. Sed dies veniet, quãdo intelligent longe sibi vtilius fuisse morbo, affligi, immo & per sũmos diuturno tempore cruciatus emori, quam superstitiosis artibus sanari.

MONITIO X.

De exorcizatoribus, seu coniuratoribus energumenorum.

QVoniam nonnullis in locis multi abusus irrepsere in exorcismos legitimos & Catholicos, contra Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ consuetudinem: quædam monendi sunt, quibus harum rerum inspectio & cura incumbit. Suppono, Saluatorem nostrum dedisse sponsæ suæ Ecclesiæ potestatem dæmonia de corporibus pellendi, *Luc. 10. v. 10. & Mar. 16. v. 17.* hanc potestatem vero ab Ecclesia cõcessam dumtaxat clericis: & non omnibus, sed Episcopis, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, & exorcistis tantũ. Vnde apparet ijs qui saltem, *Exorcistarum*, in gradu non sunt, hanc facultatem nõ competere iure ordinario: ideoq; necesse esse, vt qui illam velit contendere sibi datam & concessam à Deo, is extraordinarij iuris seu priuilegij documenta debeat ostendere talia, vt iudicio Ecclesiæ idonea censeantur. Quoad vero, qui hoc officium iure ordinario acceperunt, non plus potestatis vni competit hac in re, quam alteri: nisi quod honestas & recta Ecclesiæ consuetudo postulat, vt coram superioris ordinis clerico, minoris gradus clericus, ipso id inuito, non attentet.

Vide l. 6. cap. 2. q. 3. sect. 3. lit. Y. & lib. 2 q. 30.

Ex his sequitur suspectos esse pacti dæmoniaci, primo laicos, seu clericos non præditos ordine Exorcistarum: qui hoc munus quasi ex officio, aut peculiari gratia, donove Dei vsurpant: illos quoque clericos, & religiosos, qui quasi sibi peculiare vindicant: dicentes, ad exorcizandum, plus virtutis naturalis vel supernatu-

ralis sibi esse, quam cæteris eiusdem ordinis, aut gradus.

Solent huiusmodi, peculiares exorcizandi formulas & ritus habere, diuersos à communis Ecclesiæ ritibus & formulis: quæ sunt diligenter ab Episcopis examinandæ, & non permittendæ facile, nisi iudicio piorum & Doctorum virorum sint approbatæ. Vehemens suspicio est, his esse pactum cũ dæmonibus, vt talibus obseruantijs se fingant compelli exire. Causa dæmoni est, quia dum isti sic publice coniurãt, semper in frequenti corona ad stantiũ aliquid lucri facit. Accedunt multi, vt sermones, quos vltro citroque miscent exorcizator & diabolus, audiant: gaudet dæmon, quia solet aliquos fidei aut morum errores spargere, aut saltem impetrare vt faciant aliqua superstitiosa, vana, ociosaue: diffamat innocentes, nocentium occulta crimina reuelat, vt male de illis suspicentur cæteri: instigat quosdã ad carnalia, quosdam ad auaritiam dictis suis: bonos fingit se timere, vt impellat in superbiam. Monendi ergo vt abstineant exorcizatos superfluis colloquijs, & terminis illis actuum iudiciariorum, quibus iubent dæmonem nunc exire, & iterum se iudicio postea tali die sistere. 2. vt abstineant formulis illis nouis & insolitis ac secretis, & non approbatis Ecclesiæ iudicio. 3. vt ad exemplum Christi *a* paucis iubeant dæmonem tacere & exire, nec garriendi præbeant vel causam vel potestatem. Videntur autem monendi quoque Prælati & Iudices Ecclesiastici, ne in diocœsib. suis permittant esse aliquos priuatos: qui quasi ex officio & virtute peculiari exorcizent. Nam hoc est officium proprium pastorum Ecclesiæ: & in eorum absentiam cunctorum qui saltẽ ordine exorcistarum præditi sunt: qui nõ vim naturalem, sed supernaturalẽ ad hoc, in Sacramento Ordinis acceperunt. Priuati vero monendi sunt, vt à pseudoexorcistis huiusmodi sibi caueant, neque accedant ad eorum conuentus quia cum Deus prohibuerit ne pythones audiamus *b*, hoc etiam prohibuit ne energumenorum huiusmodi incorporibus loquentes dæmones auscultemus: item si forte accesserint, monendi sunt omnes, ne quam mendacij patri fidem præstent, neve quid faciãt eorum: quę ille præcepit facienda, quia ipse præcepit, maxime quando mentitur se defuncti animam esse: quod semper est falsum. Si iubet faciamus aliquid, ad quod faciendum lege iustitiæ, vel charitatis astringebamur: id faciendum etiam illo nihil dicente fuit: si aliquid boni, ad quod non tenebamur, quod facere sit meritorium, licebit facere, quia natura sua licitum & meritorium erat. Vtius tamen foret aliquando ista secundi generis cõmutare in alia, vel prætermittere: ne quid fraudis insit in dæmonis consilio vel iussu, quod non videamus. Moneatur ipse exorcista non minus quam cæteri, nihil curiositatis aut discendi causa dæmonem interrogare, aut ab eo exquirere, licet id honestissimum sit & vtile videatur: quia non licet familiaritatem cum eo instituere, vel eius discipulum esse, vel eius consilium, aut auxilium petere. Nisi si forte, virtute Christi, vi cogatur & iubeatur dicere veri aliquid, quod ad spiritualem salutem adstantium prudens & pius exorcista merito iudicet pertinere, vt videmus Christum, *Luc.* 8. nomen dæmonis interrogasse: vnde consuetudo inualuit nomen dæmonis exquirendi.

Quoad ipsum exorcismi modum, moneantur sequi, *Pastorale suum*: sed

a Luc. 4. v. 35.

b Deut. 18 v. 11.

prius medicorum iudicium audiant, an videatur verè energumenus.

Hæc quæ dixi de energumenorum exorcistis, pleraq; locum habent etiam in exorcistis nubium, quæ tempestates & procellas, grandinesque adducturæ videntur; item ijs, qui coniurant seu exorcizant locustas, & alia insecta ægris damnosa; de quibus, quæ peculiaria sunt proximo monito expediam.

MONITIO XI.

De coniuratoribus nubium & insectorum.

vide lib. 6 c. 2. lit. B. & lib. 4. par. 2. q. 4 sect. 8. & vid. Martin. de Atili de superstit. paulò ante med.

QVOAD nubium coniuratores, qui iactitant se vim habere nubes à certis locis expellendi, repellendique; eorũ iactantia facilè conuincitur, primò, si interrogentur, an nubes illæ sint naturalibus ex causis ortæ, an ex maleficio & operâ dæmonis? si dicant ex naturalibus causis; ergo exorcismus fertur contra Naturæ auctorem Deum; quod blasphemum & sacrilegum; & vim habeat naturalem contra nubes necesse est, aut supernaturalem. Supernaturalem non accepit à Deo, qui sibi contrarius non est; nec à bonis Angelis: ergo à dæmonis ope vis illa prouenit: si nubem dicant ex maleficio ortam & moueri à dæmone. Vnde sciunt, nisi ex pacto? Secundo interrogentur, si notitiam habent, & potentiam pellendi malas nubes, cur non etiam norunt & possunt adducere & euocare, tempore squaloris ac siccitatis, in agros nubes bonas & salutares? Tertiò cur non etiam fulmina & ignem de cælo cadẽtem; ac incendijs domos absumentem valeant arcere aut exstinguere? Quarto cur non sciant etiam coniurare ventorum turbines, & aquarum eluuiones; A quibus fata & domus, & arbores, sternuntur & abripiuntur? nam vt nubes illæ, aliquando à malis Angelis permittente Deo, formantur & immittũtur: sic & alia ista, vt ex Iobi sacra historia docemur, cur igitur, si ad hominum commune bonum hæc ars aut potestas à Deo illis tributa, beneficentia Dei ad vnum hoc ab illis restringitur? Vnde B. apparet illos hæc ex pacto operari, Moneantur itaque cæteri, vt ab eorũ consortio abstineant, & ne tales exorcistas suspectos, vel pretio, vel prece conducant: sed vtantur contra nubes huiusmodi armis consuetis Ecclesiæ; nempe benedictiones, preces, litanias, vitæ emendationem, & opera pia, ac satisfactoria ieiunij, disciplinarum, &c. adhibeant; quæ remedia etiam sunt vtilia cõtra cætera illà, quæ diximus mala & pericula. Parochi locorum indicant & celebrent processiones, & sacrum canant pro serenitatis & fertilitatis impetratione, & ira Dei auertenda. Cantentur in templo deuotè Psalmi accõmodati, vt *Canticum graduum*, *Miserere mei Deus*, *Qui habitat in adiutorio altissimi*, *Libera me de inimicis Deus meus*, *& Deus misereatur nostri*, & similes. Legantur Euangelia accommodata, vt de sedata à Christo maris tempestate; fiat processio per clausttrum Ecclesiæ; canantur Litaniæ, & recitentur collectæ proposito seruientes; inuocentur Sancti loci patroni, & quorũ illic reliquiæ honorantur: quas tamen tutiũs fortasis & honestius sit foras in tempestatem & pluuiam nõ proferre; præsertim Venerabile Sacramentum (quanquam deuotionem id citra irreuerentiæ & iacturæ periculũ facientium; pro more regionis, putem seruandum) & hæc omnia intra templi ambitum perficere, vbi & minor distractio, & deuotio maior esse solet: nec minus audiet Deus in tẽ-

plo,

plo quâ foris: cauendũ verò maximè, ne cũ nubibus colloquia inſtituantur; ſed ſermo omnis cũ Sanctis & Deo ſit. Menſibus autem, quibus ſolent hæ noxiæ nubes eſſe frequentiores, vt Vernis & autumnalibus; aſcendant parochi quotidie manè turrim templi, vnde agros parochiæ queant intueri, & non coniurent aërem; ſed benedicant agris & terminis ſuæ diœceſis: recitent Pſalmos aliquot. Euangelia, & collectas & aquam benedictam more ſolito in aërem, & terram iaciant: & meridiano tempore campanâ pulſent; vt parochiani ad templum veniant Deum oraturi; vt fructus terræ Deus conſeruet. Campanæ quoque pulſentur: qua de re actum, *lib. 6. c. 2. q. 3. ſect. 3. FF.*

Alij ſunt, qui vindicant ſibi artem quandam aut poteſtatem peculiarem, vt à Deo conceſſam, expellendi, necãdiq; campi bruchos, locuſtas, cantaros, & alia inſecta atque vermina, quæ fructus, & radices, & ſemina depaſcuntur, & ſpem agricolarum eludunt: & tales multis in locis ſolent à ruſticis quotannis magno pretio accerſiri. Praxis eſſe ſolet huiuſmodi. Impoſtor iſte ſe iudicem conſtituit, comparent coram eo duo procuratores, vnus cauſam populi agens, fungitur vice accuſatoris: alius à vicario Epiſcopi, vel regio officiato loci conſtitutus, vicem ſubit rei, pro locuſtis ſeu alijs inſectis litem conteſtantur, & ſeruantur proceſſus ordinarij omnes tricæ, & moræ, ac dilatorij termini. tandem in cauſa concluditur, & bellus Iudex fert ſententiam, qua inſecta illa iubet intra certum dierum ſpacium terminis illius territorij excedere ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ, &c. Superſtitio hic apertior eſt, quam vt queat tegi. Quare monet Ciruelus (è quo pleraq; ſuperiora monita fere deſumpſi) vnanimiter omnes ſanctos Doctores hæc damnare; eo quod lis inſtituatur cum creatura irrationali, quæ quid agatur nec ſcit, nec ſentit, nec poteſt intelligere: & cum illa inſecta naturaliter naſcantur, iniuſta eſt excommunicatio, nec mortaliter, nec venialiter peccantium: blaſphemum verò eſt hanc ſacram Eccleſiæ cenſuram ſic deriſui, & ludibrio habere, non ſecus ac ſi quis ſub pœnâ excommunicationis iuberet canibus ne latrarent, & lupis ne eiularent, aut vulpem abſolueret à rapinis gallinarum, &c. denique conſtat omnia hæc acta iudiciaria, nec naturalem, nec ſupernaturalem vim habere contra huiuſmodi inſecta. *vide quæ fuſius diſputata contra Malleolum lib. 3 part. 2. q. 4. ſect. 9.* Moneantur vti potius remedijs tum Eccleſiaſticis, tum naturalib. Naturalia docent libri Geoponicorum, vt verbi gratia ſolum vinearum ſæpe expurgare euulſis omnibus herbis vineæ innaſcentibus; ipſos truncos & ramos vinearum diligenter putare, & aliquando decorticare, & falculæ, aliorumque ferramentorum, quibus vtuntur, ferrum inungere vrſi pinguedine, aut ſaltem aceto forti contuſis allijs commiſto: excutere inſecta, ſuppoſitis lancibus vel teſtis, aceto alliato plenis; folia præſcindere, in quibus ſunt ſemina verminum; & ſi iam in folliculis ſunt ſemina, folliculos ablatos extra vineas cremare; caprifici radices appendere vitibus; ſuffumigare vites & arbores cera & ſulfure accenſis, & vento capto qui diſpergat fumum per vineam & agros, vel alijs etiam ſimilibus vti acribus & grauibus ſuffitibus; ſepelire in horto, vel vinea, tribus aut pluribus locis inteſtina pecorum, ita vt pars non exigua emineat ſupra terram: & cum eo confluxerint inſecta. ſimul illic igne exurere, & alia,

p. 3. de ſuperſt. c. 30

quæ

quæ norunt boni olitores, vinitores, & agricolæ. Pro Ecclesiastico remedio, licebit illud desumere ex sequenti historia, quam idem Ciruelus memorat. Multis olim annis. Cantabriam, totamq; Hispaniam Tarraconensem infestatam à vermibus fuisse, qui quotannis fructus omnes terræ absumebãt. Misere itaque Cantabri, & Celtiberi ad Sedem Apostolicam petentes consilium, quid facto foret opus. Motus eorum precibus Pontific. Roman. eo misit Legatum Episcopũ Ostiensem nomine Gregorium, virum eximia prudentia & sanctitate: Qui, vt in Hispanias aduenit, crebris concionibus populos illos à vitijs varijs ad seriam pœnitentiam perduxit, præsertim publicorum flagitiorum: postea instituit fieri processiones publicas sæuientium in tergum flagellis: indixit aliquot dierum eleemosynas, ieiunia, precesque: demum vestitus ornatu Pontificio Missas in altari portatili in ipsis agris dixit, qui magis erant calamitosi, sic fugauit necauitque multitudinem insectorum, adeo vt multis post annis immunes omnino agri fuerint. Solent in his partibus Sancti huius opem implorare: consultumque fuerit alijs quoque locis hanc eius methodum & exemplum sequi.

MONITIO XII.

Quæ cauendæ in precibus & orationibus vanæ obseruantiæ?

Videl. 6. c. 2. q. 3. sect. 3. litt Z. & l. 3. part. poster. q. 4. sect. 2. & sect. 8. & 9

RATIONVM quoque Sanctitatem diabolus multis superstitiosis circumstantijs solet violare: aliquando violat malo fine proposito, vt cum quis orat, aut celebrari curat missam ad exitium alicuius; aut vano, vt ad sciendum aliquid boni successus, &c. Moneantur ergo in orationibus attendere ad sequentia axiomata.

Primum peccatum orationis est ratione materiæ; quando petũntur res illicitæ aut noxiæ; quæ repugnant honori aut preceptis Dei, aut caritati proximi aut quando res indifferentes (verbi gratia, diuitiæ, honor, doctrina, &c.) petũntur absolutè, aut pertinaciter, nimisque instanter; aut quando petuntur instanter res, de quibus iustum dubium est, an sint homini ad salutẽ profuturæ: aut petitur cognitio futuri euentus ad matrimonium, &c. vt sunt virginum Hispanarum illæ orationes, quas vocant, *de los Reges*, *de la estrella*, *de sant Iuan*; quibus finitis aucupantur prima transeuntium verba, & inde colligunt, quod scire volebant; superstitione stolidâ & impiâ, vt bene Horozeus libr. 2. de vera, & falsa diuinat. cap. 14.

Secundum est ratione formæ, quando continent verba vel sensus verborum aliquid falsum, mendax, fidei, vel naturali rationi contrarium; vel nomina barbara, & ignota, aut nugas & ineptias; quia hæc omnia sapiunt blasphemiam.

Tertium peccatum est ratione modi seu ceremoniarum, quæ adhibentur; quando illæ sunt vanæ, & præter vel contra communem Ecclesiæ consuetudinem: vt si necessario debeant fieri certo statu Corporis, certis horis vel diebus non interruptis, brachijs certo modo expansis, oculis in certum locum defixis, cum tot candelis talis vel talis coloris: & similibus, existimando circumstantias has ad effectum aliquid naturalis, vel supernaturalis virtutis conferre.

Contra hæc peccata adhortandi sunt homines, vt firmiter apud animum suum statuant nec velle malum vllum vitare, nec velle boni quidquam consequi, vel retinere per vlla media illicita, vana, aut superstitiosa. 2. Post quam diuinum auxilium seriò implorarunt, conentur suam voluntatem diuinæ prorsus conformare, sibique certò persuadeant, quicquid eis acciderit, id à Dei prouidentiâ procedere, & ipsis esse longè vtilissimum. 3. certò credant, quando Deus illis non concedit, quod postulant, id paterno Deum pium & misericordem animo facere; quoniam hoc illis expediat. sicut solet medicus ægro multa subtrahere & denegare, non inuidiâ nec sæuitiâ, sed beneuolentia & sapientia. 4. Non apponant missis; quas ad intentionem suam dici curabunt, vllum numerum aut determinationem, loci, diei, candelarum, &c. ex hoc capite damnantur Missæ quas vocant, *tricenarias reuelatas, & clausas*, *missas Comitis*, *missas S. Amatoris*, contra quas disserit D. Vincentius Ferrerius, *homil. 4. Dominica 4. in Aduent.* Ex dictis etiam damnantur orationes, in quarum titulis præscribitur certus dierum numerus, quo exacto sint exoraturi; contra illud præstantis viduæ Iudith. 8 v. 12. *Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miratio-nis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis eis.* nec non orationes, quibus petunt à Christo, Deipara, vel sanctis reuelationes aut apparitiones; quia hoc est plenum periculi ac deceptionis, audaciæ, curiositatis ac præsumptionis quemadmodum etiam orare, vt significent eis diem & horam obitus, & istis insuper inculcandum illud Thomæ de Kempis; *Quid faceres si scires? nunc ita viue, vt securus horam illam exspectes.* Hæc sufficiant: sunt enim cataplasmata contra superstitionum præcipuos fontes, causasque, reliqua ex toto petenda sunt opere.

In quo quæcunque scripsi; ea cuncta S. A. & C. R. Ecclesiæ iudicio, & Piorum Theologorum censuræ subijcio: si quid ignaro elapsum, quod Ecclesiæ minus probetur, improbo, damno, & pro non scripto haberi volo.

MARTINVS DELRIO
Societ. Iesu Presbyter.

INDEX RERVM ET VERBORVM LIB. V. ET VI.

Abiuratio quid, quando, & quomodo facienda. 749.2.A
Abiurandi formulæ. 751.1.2.
Ablutio non est Sacramentum baptismi. 957.2.D
Aborsum procurantes vt venefici puniendi. 659.1 D
Abracadabra. 930.1.A
Absolutio quid operetur. 699
Absolutio quomodo impendenda maleficis, & qui absoluere possint de hoc crimine. 919.1
Absolutioni quando locus, eius species, & praxis. 731.2 E
Absolutus definitiue quis cẽsendus. 752.2.B
Absolutus in vno foro definitiue, adhuc potest in alio puniri. ibid.
Accusatio quid. 730.2.A
Accusare in hoc crimine an possint omnes inhabiles. ibid.
Accusatio post capturam. 737.3.B
Accusator ad quid teneatur. 339.1.B
Actus omnes in amotione signi perpensi. 953 1.C
Adamas. 963.1.B
S. Adelinus. 993.2.A
Admonitio legitima quæ. 721.1.D
Ægidius Santarenus, ex mago quo pacto cõuersus. 100.7.B.C
Ægidius Netteletus. 992.1.B
Ægyptij vxor videbatur. 990.2.E
Æquiuocationum licitarum exempla. 936.
Æris crepitu Gentiles magica dispellebant. 1023.
Affligi melius aliquando quam nihil aduersi sentire. ibid.
Agnus Dei. 1017.1.A.743.1.B
Agni Dei cerei vis. 1018.1.B
Agnorum Dei materia, & benedictio, & vis. 1030.1
Agrippa. 701.1.C
Albæ Nymphæ. 976.2.D
Albertus Archidux Caletum expugnauit. 708.2.A
Albiensiũ hæreticorũ falsa miracula. 988.1.A
Allia tusa. 961
Allobrogis mulierculæ hypocrisis magica & iudicium. 785.2.C
Amatoriarum literarum damnum. 949
Ambitionis pœna. 990.1.B
Amicitia cum nominante. 707.1.C
Amnij gestatio. 928.2
Amoris carnalis pœna. 984.2
Amore improbo quo pacto quædam liberãt. 1016.1.C
Anatolius, & socij Magi. 798.
Angeli custodis inuocatio & auxilium contra maleficia. 1006.2.B
Angelicæ Salutationis vis. 983.2.D
Anthropophagia Sortiariorum. 778.2.C
D. Anton. maleficio lædi nõ potuit. 975.2.E
Anum hirci maleficæ osculantur. 778.2.D
Ancyrense concilium. 808.1.D
Anzerma. 978.1.C
Apamenum spectrum. 1015.1.B
Apocomẽses liberari à maleficio dæmonũ ib.
Apostasia maleficorum. 775.1.D
Apostata à fide degradandus. 781.1.A
Apostasiæ à religione pœna. 782.2.A
Apostasiæ crimen enormissimum. 1021.2
Apostasiã cogitãti insidiatur diabolus. 1021.2
Appellationi à tortura quando deferendum. 736.2.D

Aqua lustralis cur sæpe non prosit contra dæmones. 983.2.B. A
Aqua lustralis strigum. 820.1.2.
Aqua piacularis. 982.1.E
Aquæ benedictæ vsus contra maleficia quis superstitiosus. 936.1.A
Aquæ benedictæ vis. 983.2.B
Aquilienſe concilium. 809.
Arabæ puellæ energumenæ curatio. 935.2.B
Arbitrium quomodo iudici moderandum. 757.1.D.
Arbitrium iudicis quo pacto moderandum. 367.1.A. & an liceat pœnam augere vel minuere pro arbitrio. ibid. arbitrarias hodie pœnas esse quomodo intelligendum. ibi. B
Arcuali sententia defensa contra Banes. 721.2
Argenti viui pulueres. 963.1.B
S. Arnulphus Episcopus Sueſſionēſ. 984.1.D
Aronensis sacerdotis cum diabolo colloquiū & victoria. 1012.1.B
Asinini pulli philtrum. 724.1.B
Asini siluatici vngula. 962.2.D
Assassinis similes & pro talibus habendi malefici. 783 1.
S. Athanasia. 984.1.D C
Atrebatensium strigarum historia. 821.1.B
Aurinonensis inquisitio. 819.2.D
Auri aues obscœnæ. 978.1.D
Auriti testis quæ auctoritas. 728.1.A
Austriacus nobilis quomodo à spectris & amore væsano sit liberatus. 984.2.A
B. Auxentius Archimandrita. 991.2.D

B.

Baptismi vis 983.1.2.
Baptismus sortiariorum. 778.1.C
Baptizatio & rebaptizatio imaginum magica. 755.1.A D
Basilius Magus finxit monachari, & combustus. 785.1.B
Batani crudelitas barbara. 769
Bauarica fœmina dæmoni deuota, quo pacto liberata 985.1.A
Beelzebub adorāt sagæ in hirci specie. p. 778 col. 28.
Bellum inter hominem & dæmonem à Deo indictum. 1041.2.
Benedictæ aquæ infusio, 389.1.A, ceræ benedictæ. 984.2.A
Benedicti olei vis. 993.1.D
Benedictio aliquando vocatur baptismus 976.1 E
Benedictio maleficarum vitanda. 938 2.F
Benedictio ciborum pro energumenis. 1023.
Benedicere maleficiatis an iubendæ maleficę. 942.2.D
D. Bernardi miraculum. 986.2.A
Bezæ mendacium pro concione. 821.1.A
D. Blasij veneratio. 928.2.E
blasphemijs dæmon non abigitur. 925.1.B
Brutes homines 815.1.B
Brunensis mulieris liberatio. 1000 2.C
Bungensis fœmina liberata à dæmone. p. 979 col. 2. B
Burdigalensis Parlamenti iudicium. 820.1.A
Burdegalensis puellæ sagæ confessio. 918.2.B
Burgensis hidalgui cum spectro pugna. 931. 2.D.
Brutis oraculum. 927.2.C.

C.

Cadaueris sanguinantis indicium. p. 724 col. 2. E
Cadauera exhumant Lamiæ. 478.2.C
Caleri quid mirum acciderit 708.2.A
Cæremoniarum institutio penes Ecclesiam vis. 1033.2.E & seq.
Calicis Sancti vis. 986.1.D
Calidius Loseus patronus maleficorum. 719. 1.A.
Calumniator ad quid teneatur. 730.2.D
Caluinistæ. 1036.1.A
Caluinistarum fastus. ibid.
Campanarum nomen & origo. ibid. cur nomen eis imponatur. ibid.
Campanarum pulsatio dæmoni exosa & quare, & exempla prodesse contra vim diabolicam. 1021.2.E
Campanas nō baptizari sed benedici. p. 1023. col. 1.A
Cameleont's hepar. 963.1.C
Candelæ piceæ dæmoni à sagis offeruntur. 779.1.
Canis nigræ medicamenta. ibid.
Canonum contemptores non Iurisconsulti, sed Legulej dicendi. 1025.
Capi quando possint malefici. 731.1.D
Capere maleficos & incarcerare quibus licitum. ibid.
Capiēdi maleficos praxis & caurela. 734.1.B
Capti malefici cito expediendi carcerib. ibi.
Captæ maleficæ cur non noceant, & an possint. 734.2.D. dæmonem cum ijs adhuc agere probatum exemplo. 734.2.A.B.C.D
Captas cur dæmon non eripiat. ibid.
Capillorum & pilorum abrasio. 741.1.C
Capitulum generale strigum. 918.2.
Carcer maleficarū an possit esse lethalis. 739. 2.A

Carceris mutatio an vtilis contra maleficia. 743.2.B
Carceris perpetui pœna quando infligenda clericis vel religiosis in hoc crimine. ibid.
Carceribus effugere an quis teneatur, aut possit sine peccato. 739.2.A
Carolus Billheus. 740.1.A
Caroli V. factum. 701.1.D
Caroli IX. remissio. ibid.
Casus reseruati Episcoporum à religiosis quibusdam possunt absolui. 920.1
B Catharinæ Sueticæ remedium. 984.1.A
Causæ iudicium. 713 2.C
Cautio qualis exigenda in relaxatione. p. 739. col. 2. D
Cautela quibus vtendum quando petitur ablatio noxæ à malefico. 643.2.A
Chirophraphum Magicum. 1007.2.A
Chrismatis vis. 1018.2
Chrismatis eradicatio. 726.2.A
Christi Domini longitudo. 743 1.A
S. Christophorus. 1008.2.B
Chrysolithi vis. 963.1.C
Circulus magicus. 820.1 B
Circulus sagarum. 776.2.B
Ciazzuranus à dæmone liberatus. 979.2.D
Clauis Dominici vis. 1014.1.B
Clericus per assassinum conatus occidere an possit à iudice sæculari capi & puniri. 783. 1.A
Clerici malefici pœnæ. 756.1.A
Clericorum peculiaria maleficia. 757.2.B
Cogere inuitum peius est quam otare paratum. 941.1.B
Complicis nominatio an debeat esse facta in tortura an non. 704.S.C.D
Complices quando examinandi, quid valeat eorum depositio. ead.
Componere cum reo quando liceat iudici. 700.1.B
Concubina sacerdotis liberata à dæmone. 983.2.C
Concubinæ sacerdotis pœna post mortem. 930 2.D
Concubitus cum dæmone verus. 760.1.C
Confessio erronea differt à dolore extorta. 738.2.A
Confessio rei conuicti an necessaria. 863.1.B
Confessio quo modo in hoc crimine instituenda, & quantum illi tribuendum. 798.1
Confessio per fraudem extorta, an legitima & reo nocens. 741.1
Confessio reorũ qualis, & quid operetur. 745. 2. D. E, inualida quæ confesso dandum tẽpus ad se defendendum. 748.2.A
Confessionis auricularis vis. 982 2.A
Confessionis sigillum quam arcte seruandum & nunquam licitum frangere, ne in hæresi, quidem aut fascinario crimine. 910 1.A
Confessarius gerit personam iudicis & medici. 904.1.A
Confessarius potest dicere se nescire vel non audiuisse quæ accepit per confessionem. 612.2.C
Confessarius adsit morienti, potest petere vt sacculus pulueris pectori apponatur, aut succendatur, vt stranguletur qui viuus exurendus. 915.1.A
Confessarius quæ interrogare, & quo pacto iudicare de singulis debeat. 404.1.A
Confessarius non intimet sententiam mortis, non adsit torturæ, bene tamen in loco vicino. 914.2.D
Confirmationis Sacrament. vis. 980.2.D
Confrontatio qualis. 747.2.B
Confrontatio an facienda testium. 727.2.C
Coniuratio ad lachrymandum superstitiosa. 741.2.C
Coniuratores nubium & insectorum impostores, quo pacto deprehendendi. 106.3
Consulentium magos pœna. 757.2.C
Consuetudo iurandi, deuouendi & blasphemandi, quale indicium. 726.1.A
Contritio, quomodo procuranda. ib. cur tanta difficultas hac in re quo ad sagas. 914.C.D
Conuentus sortiariorum. 478.2.A.B
Conuersatio quale indicium. 723.1.B
Conuicti non torquendi. 738.2.A
Conuitiorum vis in dæmonem. 925.1.B
Coralli vis. 963.1.B
Cornelij Losei Palinodia. 823.1.C
Correctionis fraternæ an ordo seruandus. 721.1.C
Corybantes. 936.2.B
Crapulæ pœna. 999.2.D
Credere non nisi quod certo cognoueris, stultorum est. 799.1.A
Crimen, delictum, maleficium stricte differunt. 694
Crinium resectio superstitiosa. 929.2.E
Crux formata manu læua. 821.2.A
Crucis signi vis. 976.1.982.1.B
Crucis efficacia contra dæmones. 1011.2.B
Crucis imago contra dæmones. 1017.1.C
Curiosus. 816.1.D
Curiositatis secretorum & diuinationũ morbus quibus monitis sanandus. 1049.1.A
Cyprianus magus. 976.1.C

D.

DÆmon familiaris quo pacto pulsus. 1017.2.C
Dæmon apparens in specie abbatis. 1022.1.B
Dæmon in specie canis. 506.E, in forma vulpis. 979.2.D
Dæmon fugatus Sanctorum præsentia, verbis, litteris, verbere. 992.2.A
Dæmon quibus modis fingat indolentiam in tortura. 739.2.A
Dæmonis variæ fraudes & spectra. 1019.1.2
Dæmones esse contra atheos. 1041
Dæmonem inuocans ad ea quæ potest dæmon scire vel facere, an sortilegus hæreticus. 753.1.D
Dæmonum inuocatio per modum precarij, vel imperij. 755.2.C
Dæmonum beneficia noxia. 937.1.A
Dæmonum lucrum ex superstitiosis remedijs. 933
Damnatus ad mortem censetur in articulo mortis quoad absolutionem non quoad alia. 933.2.B
Decalogi 1. præceptum quanti faciendum. pag. 1041.col.1.A
Declinare ad magos ouid. 957.1.E
Defensores & excusatores maleficorũ quomodo & quando vt suspecti capi & torqueri possint. 719.1.A
Deferendæ sagæ statim. ibid.
Defigere & defixiones magicæ. 816.1.A
Degradatio quando in maleficijs locum habeat. 756.2.D
Degradari ob quæ crimina hodie possint clerici. 785.1.B
Degradationis duplex acceptio, 783.2.D, pro quibus criminibus infligendam Abbas censuerit. ibid.
Dei nominatio dæmonem fugat. 1020.2.B
Delusæne sint sagæ nec ne, vnde dignoscantur; & delusionum modi, fusissim. 795.1.D
Delusio differt ab infidelitate. 800.2.D
Denuneiare omnes tenentur. 721.1.B
Denunciatio qualis esse debeat. 727.2.A
Denunciati spontanea. 723.1.B
Denunciati non admittendi ad colloquium iam damnatorum. 729.1.C.D
Depilatio sagarum licita. 958.2.C
Deuouentis se dæmoni vltio. 983
Deuotans se dæmoni abrepta. 726.2.D
Diabolus Christum, Mariam, Apostolos, & Angelos exhibens. 986.2
Diabolus conatur persuadere vana esse, quæ de maleficis feruntur. 719.1.D
Diabolus non liberat maleficio, nisi forte in alium translata. 932.2
Diabolus orari non potest, vt tollat maleficium. 941.1.B
Diabolus quid persuadeat maleficis moriturus vt non pœniteant. 915.2.C.D
Diaboli beneficia, nocentiora vulneribus. 944.1.A
Dicti iocosi seu scurrilis pœna. 993.1.A
Dies conuentus sortiarij. 815.2.A
Dierum continuatio non semper superstitiosa. 984.1.C
Dimittendi rei quo pacto. 738.2.B.C.D
D. Dionysij opuscula defensa, ipsique asserta. 1036.
Dirarum magicarum quædam formula discussa. 782.1.D
Diuinatio dæmoniaca. 985.1
Diuinatores magi qua pœna plectendi. 758.1.D.E
Dompreana arbor. 819.1.A
Domus seu locus quid probent in maleficio. 723.2.A
Domus infesta spectris quo pacto purgata. 980.1.B C
Dorso aduerso an sistendæ maleficæ. 734.1.C
Drepanitana familia infestata à dæmone. 1017.2.B
Dromadæ Lichenes. 961.2.A
Duaci clericus ob Sodomiam degradatus. 781.1.B

E.

EBroicensis Episcopi sententia contra linum. 750.1.B
FBroicensis Episcopi iudicium. 819.1.D
Ecclesia non est asylum malefieis. 1002.1.A
Ecclesiæ communis oratio vtilissima. 1002.1.A
Ecclesiæ immunitas an prosit maleficis. 733.1.D
Edelini cum dæmone pactum, historia, & damnatio. 719.2.C
Educationis indicium. 725.2.B
Effectum priuatiuum licet à dæmone exspemare. 969.2.D
Effectum esse dæmoniacum, quo pacto dignoscamus. 959
Eleemosynarum vis. 999.2.C
Energumeni confessione sanati. 983.2.D
Ephesia nomina. 925.1.A
Episcopi qua tales non habent licentiam legendi libros prohibitos. 810.2.B

Equi maleficiati ligaculo nodi exemplum. 951.1.E
Erythobolos vrbs vnde dicta. 727.2.D
Euangelij S. Ioannis initium lectum fugat dæmonem. 1001.1.B
Eucharistia abstinere, quam noxium. 991.1.B
Eucharistia quando morituris præbenda sortiarijs. 811.2.A
Eucharistiæ vis. 985.2.A
Eucharistiæ consecratio, & transsubstantiatio, & adoratio defensa. 1055.1.A
Eucharistiam indignissime tractant sortiarij. 779.1.B
Eucheria Agapij vxor. 991.2.C
S. Eutychius. ead.
Exculantia à tortura. 736.1.2
Excommunicati accusare possunt. 729.2
Exorcisans cauere debet iocos cum dæmone. 993.2.A
Exorcisandi vocabulum Tertulliani, non magicum. ibid.
Exorcismi Pontificij defensi. 1025. A. quam antiquus ordo exorcistarum. ibid. ritus probati. 1025
Exorcismis quæ dæmonum infestationes solitæ fanari, quæ non. 993.1.C
Exorcismorum antiquitas & formula & vis. 991.2.B
Exorcisationum & exorcistarum abusus quidam vitandi. 105.1
Exorcistæ, exorcismorumque ritus veteres. 1034.
Exorcistarum ordo. 992.2.B
Exploratores nõ multiplicãdi iudicibus. 699

F.

FActum dicere, & verum occultare differunt. 744.2.B
Fama vehemens nominati. 707.1.A.B
Fama quo pacto probanda. 713.2.E
Famæ indiciũ quale, quid operetur. 712.2.C
Fascinatio equorum. 063.2.C
Fatæ seu fatuæ Bouslemantiæ. 819.1.A
Fautores maleficorum. 721.1.A.B
Feles. 963.1.2
Felis cerebrum comedunt sagæ. 1018.2.D
Fœminarum nominatio. 705.1.B
Fera. 817.2.D
Ferale quid significet. ibid.
Festis diebus an examinandi aut torquendi rei. 745.1.A
fidei veræ & viuæ vis. 975.2.D
finganus nobilis rosario dæmonem expulit. 1002.1.A
Flentium Picardarum hæresis 726.1.C
Forum Ecclesiæ duplex. 719.2.C
Fortimundi de Remundis V.C. narratio. 820
Fraude & æquiuocatione an reus decipiendus. 739.1.2
Frigidæ aquæ infusio. 740
Frisiæ spectra. 976.2.C
Fugæ nominati. 707.2.C
Fugæ indicium quale, ad quid valeat, &c. 713
Furto accepta de domo strigis. 729

G.

GAbbata ferrea. 915.2.A
Gagatis vis. 963.2.A
Galli cantus an dæmoni formidatus. 926.2.A
Gelæ dæmones pelluntur à S. Dympna. 1014.1.A
Genuensis adolescentis maleficiati curatio. 998.2.C
Gladiorum vibratio an timenda dæmoni. 930.2.B
S. Glyceria. 1014
Godela Kukers. 952.2.B
Godelmannus refutatus. 1025.1.A
S. Godeleuæ cautela. 942.1.E
S. Golauduch. 1006.2.E
Gratia Princip. existente nulla, an iudex possit punire reum. 701
B. Gregorius Armenius. 977
Gregorius Ostiensis Episcopus, quo pacto infecta ex Cantabria profligarit. 1055
Gregorij XIV. laus & bulla. 733.2.A
Guilhelm. Edelini abiuratio & condemnatio. 750.C

H.

HÆreticum factum quid. 742.1.A
Hæretici vbique & à quouis iudice puniri possunt. 702
Hæreticorum vanæ visiones, & miracula. 988.col.1
Hæreticos capi posse ex non semiplenis probationibus. 739.2.C
Hæretica aut hæreticalia, aut non sortilegia. 753.1.D
Halensis fœmina à dæmone ablata. 727.1.A
Hepar piscis Callyonimi. 967.2
Herbipolitana domus à spectris liberata per fidem. 980.1.B
Hæredum malefici obligatio restituendi damna. 917.1.C
Hesperij fundus spectris liberatus. 991.1.B
Hexagoni superstitiosi. 925.1.E

D. Hilarion cur signum noluerit remouere. 959.2
Homagium dæmon præstitum. 1008.1
Homo homini dæmon. 961.2
Homicidia sortiariorum cur grauissima & degradatione digna. 782.2
Hospitij indicium. 723.2.B
Hotomanni impia locutio. 414.2.B
S. Hubertus dæmonomastyx. 1015.2.D
Hugo Bourlettus. 815.2.D
Hyenæ medicina multiplex. 962
Hypericon. 963.2.D

I.

IActantia differt à minis, & quomodo. 717.1.A
Iaponum superstitiosa curatio. 926.1.C
Iaspidis vis. 693.2.A
Idololatriæ solitæ sagis describuntur. pag. 820.1.A
Ieiunij vis. 999.2.C
Iesu nomen quàm validum. 982.1.C
Iesu nominis vis. 1005.2.D
Iesu & Mariæ nomen. 1020.2.D
Ignis niger maleficorum. 778.1.2
Ignis niger maleficorum. 778.1.2
Ignis pœna contra maleficos quàm antiqua. 784.2.E
Ignis pœnam an liceat iudici minuere, & quando. ibid.
Imago maleficæ læsis obuersatur. 711.1.A
Imaginis magicæ medicina. 924.1.E
Imagines Ficini. 929.2.A
Imaginum conculcatio magica. 757.1.C
Imaginarium maleficium per defixionem. 939.1.B
Impedire omittens damnum, quando creditur reus. 718.1.D
Importuna sollicitatio. 723.2.B
Incantatio an magica vnde cognoscatur. 788.1.A
Incantatorum ad medicinam pœna. ibid.
Incorrigibilitas an ad degradationem requisita. 780.1.E
Incubi dæmonis proles monstrosa. 1001.1.B
Indicia qualia in hoc crimine requirantur. 702.1. Indiciorum genera & effectus varij. ibid.
Indicia minus vrgentia. 718.1.D
Indiciorum vis. 697
Indiciorum propinquorum exempla. 707.2.E
Indiciorum in bellis clamor, Hu, Hu. 979.1.A
Inediæ diuturnæ à dæmone procuratæ exemplum. 985.2.B
Infamis denunciatio cuius momenti. 730.2.D
Infanticidia sortiariorum. 779.1.B
Inferno non euocantur dæmones. 1025.1.B
Informatio extraiudicialis an idonea ad capiendum. 732.2.B
Informationes ex officio quæ indicia requirant. 703.2.E
Inimici capitales nõ possũt accusare. 730.2.D
Inimici nominatio an valida. 705.2.D
Inquisitio quomodo in hoc crimine instituẽda. 697.1.D. quotuplex. quomodo debeat de crimine cõstare, ibi. accusatio an debeat præcedere, quomodo debeat esse certa, specifica & clara, an debeant præcedere indicia. ibid. an fama seu diffamatio debeat præcedere. ibid. qualis esse debeat. Et quid si alias fuit de hoc crimine absolutus aut condemnatus. ibid. quando impediatur inquisitio per transactionem. ibid. fit contra mortuos & absentes. ibid.
Inquisitio hic quæ indicia requirat. ibid.
Inquisitio est loco accusationis. 730.2.B
Inquisito. es de hoc crimine cognoscunt. 863.2.B
Inquisitores cognoscũt de sortilegio. 812.2.D
Inquisitores fidei, de quib. sortilegijs possint iudicare. 754.1
Insectorum profligendorum remedia licita, & abusus varij. 154.1.B
Insensibiles quo pacto dæmon faciat in tortura. 739.2.B
Instrumenta maleficij quam suspecta, an ad condemnandum vsque. 723.1.B
Instrumenta inuenta. 707.1
Interrogatio de socijs quomodo facienda. 705.2.C
Interrogatoria in tortura. 736.1.A
Interrogatoria confessarij in hoc crimine. 914.1.2
Inunctio magica. 778.1.C
Judicium extremum iudicibus cogitandum. 697.
Ioanna Potiere. 784.2.E
Ioanna puella. 816.1.D
Ioannæ Lotharingæ virginis Acta iudiciaria accusationis Magicæ. 819.1.2
Ioannæ Bosdeau condemnatio & confessio. per totam. 820
Joannes de Vaulx Stabulensis in carcere adhuc cum dæmone suo colloquebatur. 735.1.A
Ioan. de Vaulx confessio. 815.1.A

Ioan. Hesselij & discipulorum opinio refutata. 943.2.C
Iudæus Bauarus. 980.2.B
Iudæ Machabæi ferrum. 929.2.D
Iudex non potest vti contra reum sententia accepta per medium confessionis quomodocunque. 709.2.
Iudex competens maleficij quis, fusc. 701. & seq.
Iudici nec mentiri nec fallere licet reum, cõtra Bodin. 744.1.D
Iudici vitandæ cauillatoriæ cautelæ. pag. 738 2.C
Iudices an fascinentur à maleficis. 734.2.B
Iudices peccant, qui cogunt maleficas benedicere. 937.2.D
Judices abstinere debent curiosis experientijs. 736.2.C
Iudicum sacrilegium qui confessarios examinant. 910.1.B
Iudicium de strigibus quoddam iniustitiæ plenum. 821.1
Iudiciarius ordo & processus, an in hoc crimine seruandus. 696
Iudiciarij actus contra dæmones & insecta superstitiosi circiudicandi. 1052.2
Iudiciariarum superstitionum remedia. 931
Iuliani sacrificium Magicum disiectum. 980 2.E
Iuris duo luminaria. 101.2.A
Iurisconsulti & Legulei differentia. ibid.
Iusiurandum an liceat deferre idololatræ. 939 2.A
Iusiurandum sortiariorum. 778.1.D
Iusiurandum nominantis. 706.2.B

L.

Lachrymæ varios effectus significant. 725. 1.B
Lachrymarum nullarum indicium. ibid.
Lachrymari an sagæ possint, & an hoc indicium impœnitentiæ fuse. 916.1.C
Lachrymari an queant maleficæ. 741.2.C
Lactis furaculi vtres malefici. 912.1.C
Lamiæ non fatentur impossibilia, & earum peccata sunt vera, & mentis sanæ, & vigilantium. 758.2.D.E. non excusantur à sexu aut senio aut sopore. ibid.
Lamiarum crimina non esse deliria. 858.2.B
Landstrotiam seu Neostadium ad Lenum. 952.1.B
Laodunensis energumena. 1008.2.B
S. Launomarus. 991.2.C
Lauteranum miraculum. 1008.1.A
Leodiẽsis iuuenis à succuba liberat⁹. 984.1.C
Leodiensis iudicis prudens factum. 743.1.C
Leonis cauda. 964
Liber mortis cui inscribunt sortiarij. 778.1.2
Libri magici, quã vetiti, & noxij, & de pœnis habentium fuse. 810.1.E. solliti comburi. ibid.
Librorum prohibitorũ Iudex Pontificius. ib.
Libros magicos legere quib. permissum, ib.
Libertas an necessaria tollendo maleficio. 932.2.C
Lilithea. 923.1.B
Litaniarum vis. 116.2.D
Litaniarum vis & vsus defensus. 1004.2.D. & seq.
Littelatæ. 592.1.E
Liuoniæ lacus mirus. 961.2.D
Locus suspectus. 707.2
Loci mutatio. 930.1.B
Loci mutatio vtilis. 1002.1.A
Loci corporis maleficiorum. 241.1.E
Lotio matutina quid prosit. 927.2.C
Lotij vis contra maleficia. ibid.
D. Lucia cur lotio perfusa. ibid.
Lupi remedia. 962.2.B
Lutheri os spurcum. 925.1.B
Luxuriæ tentatio vehemens & strenua resistentia. 1012.
Lycantrophus Westphalus. 740.1.A

M.

Magdalena Crucia. 784.2.D
B. Macarius Antiochenus. 1011.1.C
D. Macarij miraculum. ibid.
Malbodiensis monialis obsessę liberatio. 993 1.C
Maleficus orari & cogi potest, vt tollat noxã quando non tenetur cogitare quod per maleficium tollet. 541.1.2
Maleficus maleficum cogit. 925.2.D
Maleficus tenetur ad restitutionem, nisi signum amoueat. 995.2.C
Malefici quo pacto priuilegijs spolientur. 739.2.A
Malefici nomen quàm latum ex Philone. 781 2.E
Malefici hæreticales quomodo puniẽdi. 760
Malefici nan facile relaxandi. sub cautione. 733.1.B. ab altari auelli possunt. ibid
Malefici detegendi exemplum superstitiosum. 939.1.B
Maleficos mors crimine non liberat. 701
Maleficorum punitio iudicibus & principibus curæ sit. 142.1.D

Maleficæ occidendæ. 775. 2. C. contrarium asserere est hæreticum. 867. 1. B. igne cremandæ. 867. 1. B. & seq. 757. 2. A
Maleficarum crimen quam graue, & quot in eo crimina. 776. 1. D
Maleficium aquæ retentæ. 1004. 2. D
Maleficium non licet tollere per maleficium 938. 1. D. nec per res vanas. 939. 2. B. nec per superstitiosa, vanorum remediorum species, ibi. nec à parato licet petere. ibid.
Maleficij crimen est publicum, mixti fori, & commune. 696. 2. est crimen exceptum, extraordinarium, & quomodo. ibid. grauissimum, enormissimum, atrocissimum, ibid.
Maleficij per maleficium pulsi exemplum. 1004. 2. E
Maleficijs in bonum vti. nec ciuili iure licitum. 936, 2. E
Malus sub qua strigum tripudia exaruit. 816. 2. C. D
Mandragoræ effossio. 929. 2. A
B. Marcellus. 1017. 2. A
Mariæ Deiparæ nomen 1006, 1. C. vis contra dæmones. ibid. & seq.
Mariæ Deiparæ præsens auxilium in extorquenda schedula homagij Diabolo data, exemplis probatum. 1008. 1. A
M. Maruli error. 744. 2. A
Matrem cum pullis capi prohibitum à Mose. 935. 2. D
S. Maurilius. 993. 2. A
Medicinam spiritualem vel naturalem prius attentatam noxiam esse falsum. 933. 1
Mediolanensis energumena, quo pacto sanata. 986. 2. A
Memoriæ ars quæ licita. 1050
Mendacium rei quid operetur. 722. 1. E
Mendacia placent dæmoni, Deo displicent. 1047
Mendicantium priuilegium quoad absolutionem à casibus Episcopalibus expensum & defensum. 919. 2. B. & seq.
Mengus defensus. 1026. 2. A
Menstruus cruor. 961. 2. B
D. Michaelis inuocatio. 1000. 1. D
Minæ præcedentes. 708. 1. B
Minæ quæ sufficiant ad torturam, quæ ad condemnationem. 717. 2. E
Minarum indicium quid & quale esse debeat 716. 2. C
Minorennium nominatio, 705. 2. E
Mirabiliarij quidam raumathopæij an hæretici. 754
Miracula non possunt ab hæreticis fieri. 987. 2. A
Missæ vis. ibid.
Missæ quæ superstitiosæ. 1056.
Missa strigum & simulata hostia. 820. 1. C
Missarum celebratio super res magicas. 755. 2. A
Mensuris lapis magicus. 922. 2. A
Monachi & monachæ, quo pacto degradentur. 780. 1. A
Monetam adulterinam dæmon dat. 982. 1. D
Mori præstat, quam superstitiose sanari. 937. 2. D
Morientis testificatio cuius ponderis, pag. 729. 1. B
Mortis pœnæ causa triplex. 777. 1. C
Mortuus vel maleficium propinquo in loco iudicium. 624. 1. A
Mulier decidens ex nube. 709. 1. B
Mulier cur prohibita veste virili vti, & è contra. 935. 2. E
Mulieres admittuntur testes in hoc iudicio. 863. 1. A
Munditiem corporis an dæmon timeat. 927. 1. D
Mustelæ oculus. 964

N.

NEapolitana visio. 990. 1. A
Negatio rei post torturæ confessionem, quanti facienda. 737. 2
Nescire quædam expedit. 1049. 2. B
Nodus magicus. 952. 1. A
Nolæ vnde dictæ. 1029. 1. A
Nominis mutatio. 930. 1. C
Nominis mali indicium. 725. 1. B
Nomina mutant sortiarij. 778. 2. A
Nominum distinctio putida non curanda. 756. 1. B
Nominatio complicis qualis ad torturam. 711. 1. D
Nominatio complicum, quam vim habeat. 704. 2. C
Notoria ars. 961
Nouariensis saga. 975. 2. B
Nox intempesta infestior à maleficijs. 926. 2. B
Nubium coniuratio quo pacto peragenda & de abusibus hac in re. 1046
Nube decidentium Magorum exempla. 709 1. A
Nubium execratores. 928. 2. A
Nudi corporis inspectio lasciua punita 985. 2

Nudandæ maleficæ & nouis vestiendæ vestibus. 734.1.C
Nudatio maleficorum. 741.1.C

O.

OBlatio sui ad inquirendum, indicium. 723.2.A
Oculorum in terram defixio quale indicium. 725.B
Odij maleficium. 933.
S.Odulphi charta contra dæmonum illusiones. 977.1.B
Oleum infirmorum defensum. 1031.
Olei infirmorum vis. 991.2.E
Olla defossa quidam frigidus factus. 936
Omissionis indicium & præsumptio. 718 2.D
Onycis vis. 963.2.A
Operum bonorum vis. 976.1.A
Ophthalamiæ ridiculum philacterium. pag. 799.col.1.A
Opinio quid. 749.1.B
Oratio priuata. 1001.2.B
Oratio Dominica contra dæmonem. ibid.
Orationis vis. 985.2.B
Orationum & precum superstitiones quæ cauendæ. ibid.
Oratione & ieiunio quando dæmon eijciatur. 959.1.E
Orationis vis contra maleficia. 742.2.D
Ouorum confossio superstitiosa. 929.2.E
Ona maleficiata. 1016.2.B

P.

PActum cum dæmone vere ineunt malefici. 659.1.D
Pactum cum dæmonibus quam grande peccatum. ibid.
Pæonia nigra. 991.1.C
Palinodia testium complicum quando curanda. 730.
Panis, & salis Benedictio. 1032
Panis benedicti antiquitas & vis. 1017.1.D
Paracelsi remedia scelesta & blasphema. 924.2.A
Parentum maleficorum indicium. 725.2.B
Parricidij crimen requirit confessionem rei. 863.1.D
Parisiensis curiæ decretum explicatum. 322.1.A
Parisiensis curiæ sententia discussa. pag. 472. col.1.E
Parisiensis Academiæ Theologi contrarium sentiunt de strigibus, quam Parlamētum, & illis potius credendum. 818.2.D
Paschalis puer. 1016.2.A
Patriæ indicium. 725.2.B
Pauli Tertij bulla de torturæ modo. pag. 737.col.1.A
Peccato alieno vti & cooperari differunt. 929.2.A
Pentagoni superstitiosi. ibid.
Periammata sacra, & vt liceant quæ requisita. 1021.1.D
Periapta seu periammata quæ proba. pag. 1050, col.2
Permissionis maleficorum causa quæ ex parte Dei, & quæ ex parte Diaboli. 1047.1.
B.Petri abnegatio quale peccatum. 775.2.B
Petri Iudicis remedia. 976.1.A
Pheron rex Ægypti 927.2.C
S.Philippi Apostoli sepulcrum. 1013.2.D
Phylacterij. 928.2.A
Philacteria Iudæorum. 924.2.C
Physiognomiæ malæ indicium. 725.1.B
Pignus sortiarij dæmoni dant. 778.2.A
Pirus Ioannæ virginis ex arida floruit. p.816. col.1.D
Pliniana remedia superstitiosa. ibid.
Plumbi liquati superstitio. 931.
Politianus concionator quo pacto signum maleficij destruxerit. 448.2.C
Pœna sanguinis quando potest commutari in pecuniariam. 700.1.B
Pœna à Deo infligitur defendentibus maleficos. 786.1.A.B
Pœna magorum non ibid. Constantini tempore combustos. 818.2.A.B
Pœna Sacerdotum reuelantium confessionem. 913.2.E
Pœna maleficorum quam sedulo curanda Principibus & Magistratibus. 1042. & quantopere delinquant qui noxios pœnæ conantur eripere. ibid.
Pœnæ maleficorum. 60.QQ
Pœnitentia vera minuit pœnam ordinariā, & quod eius signum. 785.1.D
Pollutiones nocturnæ à dæmone immissæ, curatæ. 195.2.A
Pomo manus mire conglutinatæ. 710.2.C
Pontificis iussio an ad degradandum exspectanda. 780.1.C
Pontimussani iuuenis liberatio. 982.1.A
Pontius Boneuallensis Abbas. 1027.1.A
Potio contra maleficia. 963.2.A
Prædicatorum spectrum duplex. 990.1.A

Præscribaturne huic crimini fuse. 702.2. C, an hæredes contra pecuniariam pœnam præscribant. ibid.
Præscriptio agendi contra mortuum, quot annorum. 808.
Præscriptio quid. 748.1.C
Præcario sumpta. 706
Prætextatus Magus. 785.1.B
Principalis abolitio, indulgentia & gratia quid valeant in hoc delicto. 755. qui Principes possint, & an pro lubito. ead.
Probationis vulgaris oblatio illicita iudici. 744.
Promissio celandi sub secreto sigilli quid operetur. 910.2.A
Promissio impunitatis quæ licita iudici. 745. 1. A
Protestatio quod nolo tolli per maleficium, quando necessaria. 942.1.D
Purgatio Canonica, quid, quando, & quo faciendo modo. 551. 2. A. B

Q.

Quercetenses energumenæ. 1008, 2. A

R.

RAmirus Hispaniæ rex. 785.1.A
Ratbodi visio. 1011.2.D
Ratisponensis præsulis factum. pag. 742.col.2.A
Receptatores & occultatores maleficorum. 721.1.A
Reginaldus. 984.1.D
Relapsorum abiuratio qualis. 750.1.C
Reliquiæ Sanctorum. 1013.2.C
Reliquiarum vis. 930.
Remedia contra maleficia quoctuplicia', & de superstitiosis seu dæmoniacis. 922.2.A
Remedia malefica quomodo dignoscenda. 758.1.A
Remedia quæ vtilissima maleficorum. pag. 926.col.1.
Remedia naturalia contra maleficia. pag. 972.col.2.A
Remedia naturalia & mortalia quam bona. 1050.2.
Remedia Ecclesiastica seu supernaturalia. 975.2.A
Remedia superstitiosa omni iure prohibita. 937.1
Remedia superstitiosa contra indolentiam & taciturnitatem. 740.1.B
Remedij magici noxa. 1014.1
Remedijs naturalibus an curentur maleficia. 964.1.

Repræsentari innoxium monachum Diabolus. 1007. & an innocentes possit repræsentare in conuentibus aut alibi. ibid.
Restitutio ad quam Principes & Iudices, nimis lenes contra maleficos, tenentur. pag. 786.col.1.D
Restitutio ad quam maleficæ adstringantur, & quid hac in re illis imperandum. pag. 917.col.1.C
Restituere damna iudex propter negligentiam tenetur. 704.2.C
Retrorsum salire ex pelui magicum. pag. 727 col.1.A
Reuelare peccatum in confessione acceptum quando liceat, si licentiam dederit pœnitens. 913.1.A. item an si aliunde quoq; cognouit. fuse. ibid. & quando credendum Sacerdoti hoc dicenti. ibid. per totam.
Reuelarene liceat crimen auditum in confessione, & postea acceptum extra conf. 910.1.A
Rigensis domus infestatio & liberatio. 1016. 1. B
Rosarij vis, & defensio. 1002.1.B
Rotnacum celebre reliquijs S. Helmetis. 1014

S.

SAcerdotis Rhetici mira deceptio & trãsuectio. 989.1.B
Sacramenta an liceat petere à fornicario Sacerdote. 939.2.A
Sacramentorum vis quanta. 1051.1.
Sacrarum rerum abusus sapit hæresim. 755.1.A
Sacrilegi ritus maleficorum. 918.1.A
Sacrilega remedia. 778.1.C
Sacrilegia sortiariorum. 779
Sæculari brachio quando & quomodo ab Inquisitoribus tradendi sint sortiarij tam laici, quam clerici & monachi. ead.
Salis profani aspersio. 909.2.D
Salis exorcisatio defensa. 1028.2.C
Salisberiensi, narratio de se ipso. 1006.1.D
Salmanticensis Scholatis cum spectro dimicatio. 631.2.E
Salmatorum seu Saluatorum ars discussa. 1052.1.A
Salutatio Angelica contra dæmones. 1001.2.D
Sancti soliti remedia sacra humilitatis causa velare. 1013.2.B
Sanctorum honores superstitiosi qui. 192.1.D
Sanctorum virorum contra dæmones vis. 692.1.C
Sanctarum reliquiarum vis. 1013.
Sanguis humanus. 661.2.C
Sanguis hyenæ vel canis atri. 929.1.D

Sardij

Sardij vis. 963.2.B
Scientia ex confessione parta an liceat vti ad mala saltem auertenda citra sigilli violationem, fuit disputatum. 911.2.D
Scientiæ infusæ cauenda cupiditas & conatus. 1049.2.
Sciendi cupiditas quomodo coercenda. pag. 1048.col.2.
Scoparum in ostio positio, & alia detectoria maleficij. 932.2.D
Scotica mulier incubo liberata. 982.1.A
Sententiam damnationis quis maleficis denunciare debeat. 914.2.C
Sepultura arcens iudex quando peccet. p. 811 coll.2.A
Sepeliendi an & quando sortiarij. ibid.
Serui non defendentes dominum, an teneãtur ad restitutionem. 718.2.D
Sigillum seruandum etiam in hæresi, & post pœnitentis mortem, & de delicto tam cõmisso, quam admittendo, diuersimode tamen, fuse. 892.2. & error Canonistarum ibid.
Signum amouens non habet pactum cum dæmone. 955
Signum maleficij destruere an liceat, fusissime disputatum. 943.1.D. & seq. signa maleficij quæ. ibid.
Signum tenetur amouere, qui nouit, alioqui non est absoluendus. 957.1.B
Signum amouens à quo sanitatem exspectet ead.
Signi ablati exempla nonnulla. 948.2
Signi amotio non est signum. 957.2.D
Signi magici quæ vis. 945.2
Signi amotione non honoratur dæmon. 953 2.D
Signa sunt moralia instrumenta Diaboli. 954 2.A
Signis dæmon quomodo alligatus. 960.1.A
Silentij indicium. 725.2.D
Singularitas in ostentanda deuotione an indicium. ead.
Sixti V. bulla contra Astrologos. 758.1.B
Sixti V. bulla de aborsu reuocata. 919.2.A
Sodalitas B. Mariæ in Iaponia. 1004.2.E
Sodomia sortiariorum 779.1.C
Sodomita degradandus. 781.1.B
Sortilegium quod plectendum degradatione. 784.2.C
Sortilegij q̃ non sapit hæresim pœna. 756.1.c
Sortilegia quæ hæresim sapiant. 754.2.D
Sortilegi qui ab Episcopo tradendi sunt brachio sæculari, & qui non possint. 758.1.C
Spectra varia. 931.
Specularia diuinatio à Deo punita. 1006.2.A
Spina alba. 961.1.D
Spiritus spiritui alterius non dominantur. 754.1.
Spirituum vnio magica & hæretica. ibid.
Stigma magicum. 478
Stigmatis indicium, & quale stigma. 726.2.B
Strigum immanitas. 961.1. E secta quando cœperit. 816
Strigarum conuentus, ritus, trepudia, idololatriæ. 819.1.A
Stupri sacrilegi tẽtati punitio diuina. 932.1.A
Sublimes an tollendæ maleficæ dum capiuntur. 734.1.A
Sues custoditi à diabolo. 928.2.D
Suffitus contra maleficia. 963.2.D
Superstitio odiosa Sanctis, probatum exemplo. 1015.2.C
Superstitiosi ritus dæmonis iuuentum, idololatriæ suffecti. 5044.1.A
Superstitiosæ artes sũt tacita idololatria. ibi. & ijs vti quam noxium & execrandum. ead.
Superstitiosarum curationum multa exempla. 936.1.A. 748.2.C
Surdi & muti an damnandi, vt ex signis confessi, & an torquendi. 478
Suspectum quæ faciant maleficij. 649.1.D
Suspicionum species seu gradus qui. ibid.
Symboli Apostolici vis. 1002.1.A

T.

TAciturnitatis medicamentum seu maleficium. 734.1.B
Tactus maleficæ an Iudici cauendus. 734.1.C
Terraconensis Hispania vexata vermibus & insectis alijs. 11055.1
Tempestas à dæmone excitata. 982.2.B
Tempestates cient malefici. 760.2.A
Tentædij Phentini liberatio. 1017
Tentari nos vltra quam par est non patitur Deus. 1021
Teste variante, cui standum, posteriori an priori testimonio. 729.1
Testes esse qui cogãtur, & quomodo. p. 727 col.1
Testes infames & inhabiles alijs hic admitti ibid.
Testes quales sufficiant ad minas probandas 718.1.B
Testium nomina an submisse recitanda. p. 743.col.1.C

Testium publicatio an cum nominibus facienda. 728.1
Testium receptio à quibus, & quo modo facienda. ibid.
Testimonium complicum an sufficiat ad cõdemnandum ead. quod non licet ad torturam. ibid.
Testimonia quæ requisita vt valeant pro indicijs. 794.1.B
Thapsia. 961.1.B
Theodorus Magus respiscens. 942 1.A
B. Theodori praxis in pœnitentia Magi. ibi.
Theodoreti & Ibæ abiuratio. 749.3.C
Theodori tribuni domus. 1017.2
Thephilim quid. 922.2.c
Tiber. de Airola. 997
Timor seu trepidatio an indicium. 722.2.c
Timendus Deus quo pacto, & quo pacto creatura. 957.2.
Tolena specus schola Necromantiæ. 1008
Torqueri quando possit quis propter negligentiam aut omissionem. 718.1.E
Tortura tolerata quando liberet reum conuictum. 738.2.A
Tortura qualis esse debeat, quando decernenda aut iterãda, & quoties, late. 738.1.A
Torturæ quæ indicia sufficiant. 515.2.B.c
Torturæ continuatio non distinguenda ab iteratione contra Sprengerum. 738.1.c
Torturæ sufficiens nominatio socij quæ. ibi.
Totaphoth, quid. 922.2.D
Traiectensium vipilionum superstitio. 929.1.c
Transuectio sagarum localis. 773.1.E
Transl atio corporalis sagarum. 1019
Translatio malefici in alios. 933.1.c
Translationis de loco sagarum exempla duo 709.
Trepidatio captarum. 711
Treuirensis iuuenis à dæmonis dominio liberatus. 1018.2.D
Treuirense iudicium & censura de sortiarijs. 823
Treuirensium duorum puerorum qui sagis adiuncti historiæ. 1018.2.c
Triboniani facinus & impietas. 937.D
S. Trinitatis nominatio. 1000.1.c
Triscalinus. 701

V.

Vacillatio nominantis. 706.2.A
Vagatio, domicilij mutatio, indicium. 726.1.D
Vanderburchtius Decanus Mechlinienſis. 708.1.D
Vanitas quid, & vanorum operum exempla. 1046.
Variatio rei quid operetur. 722.2.B
Vasa operiri cur Moses iusserit. 936
Vaudoisie. 521.C
Veneni nomine deuotationes & defixiones magicæ continentur. 782.1.C
Verbasius. 761.1.D
Verberibus, an cogi malfici à priuatis possint vt signum tollant. 441.2.D
Verberibus, minisue an liceat cogere ad tollendum maleficium. 932.2.E
Verborum vis qualis sit accuratè propositum 1046.
Vicinæ indicium. 724.1.C
Vicinorum depositio. 706.1.B
Vindelicà matrona. 985.1.D
Vitæ innocentis vis. 976.1.C
Valer Doctor maleficus. 720.1.B
Vnctio extrema defensa. 1031.
Vnxia Juno, & eius festa. 957
Vociferationis indicium. 724.2.C
Vsurarium ad liceat inducere ad mutuandũ sub vsuris. 439.2.C
Vtres ambulantes & lacte pleni. 952.1.D
Vulpes dicitur dæmon. 926.1.A
Vultuariorum maleficium. 933.1.C

W.

VValdensium hæresis. 822.2.B
Westrasienses Comes maleficiatus & quomodo liber. 949.1.E
Wiero de causa scribendi. 719.1.D
S. Winvvalocus. 991.E
S. Wulfranni historia. 1011.2.D

INDEX LOCORVM, QVIBVS LVCIS NONNIHIL IN HOC TOMO III.

Sacræ Scripturæ.

Genesis 3.v.15.104.11.
Exodi 6.v.9.922.2.E.
20.v.5.1041.1.22.v.
18.776.2.D.487.2.D.
Leuit.20.v.vlt.ibid.
Deut.20.v.vlt.22.935.2.D
Iob.21.v.15.1042.1.A
Psal.105.v.28.1050.1.A
Psal.30.v.5.1046.2.A
Prouerb.5.v.25.149.1.A
Eccles.3.v.22.ibid.
Eccles.19.v.21.1049.2.C.28.in prin. ibid.2.B.
Ezech.3.11.796.1.C
Matth.7.22 992.1.D
Ioan.8.v.44.1042.1.A
Rom.3.v.8.937.1.E
1.Cor.10.v.2.1042.1.E
2.Corinth.14.794.2.A.12.996.1.C
1.Timoth.4.v.1.1050.1.A
Tit.3.413.2.A.701.1.A
Apocal.1.& 4.801.

Patrum & Theologorum.

Acta Martyrij S.Luciæ. 927.2.E
August. liber falsò putatus de anima & spiritu.788.1.D.614.2.B
Cassiani. 976.1.E
Cassiodori. 785.1.D
Chrysostomi 728.1.A
Clementis Rom. 1034.1.B
Burckardi locus. 787.1.D
Damasi acta ibid.
Dionisii Areopag. 1035.2.E
Gersonis. 786.1.C
Gregorij Magni. ibid.
Hilarionis. 959.1.E
Ionæ Sononens. 1011.2.E
Iuonis 1029.1.D
Leonis 958.1.B
Maruli 744.2.A
Nicephori 977.2.B
Nicol. Cusani 754.1.D
Philastrij 924.2.C
Prudentij 980.2.E
Pselli 922.2.A
Pozomeni 1034.2.A

Canonum.

Cap. cum non ab homine.de iud.780.2.D.783.1.E.484.1.C
cap. Nouimus.de verb.signific. 784.1.D
c.tuæ.de pœn,ibid.782.
c. an abolendam.§.in præsenti verò. de Hæret.
c.penult.de Hæreticis.784.1.C
s.vt inquisitionis.de Hære.in 6.1042.2.E
c.accusat.in prin. de Hære.in 6.716.
cap. cum contumacia.de Hæret.in 6.1042.2.
c.quisquis.2.q.8.757.1.A
c.quorundam.d.39.ibid.
c.vlt.15.q.3.783.
c.vnicum.26.q.1.ibid.
cap.Episcopi.26.q.5.fusissime integro Comment.786.2.B.& seq.
c.quicun.26.q.5.786.2.B
c.si quis Episcopus.26.q.5.383.2.E

c. admoneant. 26. *q.* 7. 757. 1. *A. B*
c. vlt. q. 7. 96[illegible]. 2. *D*
c. de benedicto. 32. *q.* 1. 757. 1. *B*
Nomocanon. 939

Legum.

Neg. Repeti. §. 1. *D. de quæst.* 813. 1. *B*
l. Nemo. C. de Episc. audiend. 743. 1. *B*
l. Prouinciarum. C. de ferijs. ibid.
l. vlt. C. de accusat. 813. 1. *B*
l. vni. C. de his qui parent. 816. 1. *A*
l. eorum. C. de malef. & mathe. 816. 1. *A*
l. Nullus. C. de malefic. & math. 540. 1. *C*
l. multis. C. de malefic. & math. 818. 2. *D. E*

A *Capitulum Caroli Magni.* 1023. 1. *C*
Caroli V. constitutio de malef. à fol. 772. 2. *D*

Prophanorum scriptorum.

Euripidis 939. 1. *B*
Marbodei 963. 1. *D*
Marcellij Empirici 929. 2. *A*
Marsilij Ficini. *ibid.*
Meieri 783. 2. *E*
B *Plinij* 929. 1. *D*
Sammonici. 930. 1. *A*
Suetonij 817. 2. *A*
Varronis 929. 2. *A*
Vegetij *ibid.*
Virgilij 930. 1. *C*
Vlpiani. 818. 1. *C*

FINIS.

Soc. Jesu Paderb. 1655.

OREMVS

Da quæsumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c. Amen.

DELRIO

I

Th
4796

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN